

Del colegio de la Comp. de Jesus de Granada 1532

ALPHONSI TOSTATI HISPANI.

EPISCOPI AVLENSIS, PHILOSOPHI, THEOLOGI,


Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Primam Partem I. REGVM:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.


Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.




VENETIIS. M D X C V I.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sefsam, fratres.

*Per amissionem delos libros
in quos drey aveya esse
libro conforme alex-
purgados del año de
1532. en brevedad
21. de Abril 1532.
M. de mebrano*



3-a-1-6



2 400 401 MADE IN SPAIN

Del collegio de la Comp. de Jesus de Granada 1632

11-10-32

ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS, PHILOSOPHI, THEOLOGĪ,



Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Primam Partem I. R E G V M:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.




*Per amissionem de la Compañia
de los Indios corrigida
de la Compañia de
1632. en Granada
el 21. de Abril 1632.
M. de medrano*




VENETIIS. M D X C V I.


Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Selsam, fratres.



3-a-1-6



PA 11



ALPHONSI
 TOSTATI
 EPISCOPI
 ABULENSIS
 COMMENTARIORVM
 In Lib. Regum Præfatio.



TEMPORALIUM euen-
 tuum, bellorum, actio-
 num, passionum, & af-
 flictionum Iudaicę ple-
 bis ordinem insequen-
 tibus nobis, toto exhaur-
 isto Moyſi Perateucho,
 librisq; Iofue, Iudicum, & Ruth mediorm
 temporum Chronographis iam expletis, li-
 bros Regum aggredi conſequens erit. Tem-
 pora namque librorum horum coniuncta
 ſunt: nam exhaustis iudicibus, de quorum
 geſtis, & temporibus in libro Iudicum agi-
 tur; Regu tempora inceperunt: ſemper quip-
 pe iudices manſere, quouſq; Iſraeliticus po-
 pulus eoncitatus auaritia, & iniqua distribu-
 tione filiorum Samuelis, quos ipſe gradeus
 effectus toti præfecerat, populo hebræorum,
 reges ſuper ſe, ſicut in cæteris gentibus erat,
 fieri flagitauit, vt patet infra c. 8. & 12. Nam
 & pars prima librorum Regum ad tempora
 Iudicum pertinet: ipſe quippe Samuel, cuius
 in exordio primi libri Regum hiſtoria texti-
 tur, & a quo ſecundum hebræos liber iſte, &
 ſecundus nomē ſortiti ſunt, de iudicibus fuit,
 vt patet infra 12. c. Poſt eum autem reges in-
 ceperunt in Saule; quem ipſe Samuel Dei iuſ-
 ſu vnxit in primum regem Hebræorum, vt
 patet infra cap. 10. vnde nihil temporis inter
 iudices, & reges intercidiit, nec liber Ruth,
 qui inter reges, & iudices medius ponitur ali-
 quam temporum diſtinctionem notat: nam
 vero iudicio liber Ruth pars quædam per a-
 pocopen decifa de libro Iudicū dicitur, quia
 in diebus vnus iudicis eius geſta narratur hi-
 ſtoria: ſic enim ait Hierony. in prologo Ga-
 leato, qui huic libro anteponitur. In his au-
 tem libris Regum omnium Regum, tam Iu-
 da, quàm Iſrael facta, & tempora deſcribun-
 tur ab exordio eorum, vſque ad Babylo-
 nicam captiuitatem, quæ regibus directè, &
 incommixtè de tribu Iuda deſcendentibus,
 finem dedit. Et quoniam liber iſte in qui-
 buſdam, iuxta hebraicum ſtilum, decurtat-
 us eſt, quæ ex aliqua parte deſecerunt, vt-
 cunq; geſta narrantur in libris duobus Pa-
 ralipomenon, qui ob hoc nomen aſſumpſe-
 runt: nam in Græcam originem Paralipo-
 menon relictorum, vel de relictis interpreta-
 tur: eo quòd ibi de eis, quæ relictæ ſunt in li-
 bris Regu, & alijs hiſtoricis, ſuppletio quæ-
 dam habetur.

Quos li-
 bros iſti ſe-
 quantur.

Lib. Ruth
 eſt pars li-
 bri Iudicū

Continen-
 tia libroru
 Regum.

Liber iſte
 primus co-
 uenienter
 in duo vo-
 lumina ſe-
 catur.

De ordine, & modo principatus Iudeorum ab initio, usque ad Christi mortem in generali, & deinde in speciali de singulis temporibus, qualem speciem politie habuerint.
 Questio. I.



Ad introductionem autem libri huius considerandum, quod reges, de quibus hic per omnia agitur a regendo dicuntur, eo quod populum Dei suis temporibus direxerunt. Fuit autem limitatum tempus regibus datum, reliqua autem tempora hebreorum ad alterum regiminis modum pertinent. Fuerunt autem duo tempora distinctissima in regimine, principatu, atque totali habituine populi hebreorum. Ante ingressum in terram Chanaan, & postquam eam adepti inhabitare ceperunt. Prius autem fuerunt Iudei sub triplici habituine. Ante descensum in Aegyptum, & in tpe incolatus ibi eorum, & in tpe diuagationis, & habitationis in deserto post exitum de Aegypto. Principium autem temporum non pertinet ad aliquod politicum regimen, quia populus hebraicus, ita paruus erat, ut nullam politiam constituere posset, requirunt. n. politie debitam multitudinem virorum, nec potest constitui in quocunque numero, ut patet 9. Ethic. & 2. Politic. erat autem regimen œconomicum, quod domesticum dicitur inter eos, secundum quod quilibet rector est familie sue, ut patet 1. Politic. Primus namque pater hebreorum, in quo populus ille per promissiones a Deo factas, & signaculum circumcissionis in carne a ceteris gentibus segregatus est, Abraham fuit, ipse autem cum sola familia, & ad extremum cum filio suo Isaac habitauit, tanquam peregrinus in terra Chanaan, ut colligitur Gene. 12. & vsque ad 25. & ad Hebr. 11. & Actum ca. 7. Iste igitur cum de genere suo solum filium suum haberet, non poterat politicam communicationem constituit, aut principatum, cui successit Isaac filius eius, quia eodem modo solum œconomicam gessit vitam, quia cum duos habuisset filios. Iacob, & Esau, confesum ab utero Esau cepit non pertinere ad populum Dei, cum Deus dixisset ad Rebeccam: duę gentes in utero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo diuidentur Gen. c. 25. Non enim acceptauit Deus ipsum Esau, ut esset de populo eius, iuxta illud Malac. cap. 1. nonne frater erat Esau, Iacob dicit dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui? & posui montes eius in solitudine, & hereditatem eius in dracones deserti. Nec quidem hoc fuit, tanquam aliquod malum Esau egisset, sed antequam malum, vel bonum ageret ex eterna Dei predestinatione factum est; ut Iacob diligeret, Esau autem odio haberet ad Roma. c. 9. manebat igitur solus Isaac cum filio eius Iacob, qui ad populum Dei pertinebat, sed hi nullam politiam constituere poterant. Nouissimus autem in hoc statu fuit Iacob successor Isaac, qui 12. quidem filios habuit, & omnes pertinentes ad populum Dei, sed nec iste communicationem œconomicam excedebat, cum pater, & filius, vir & vxor, dominus & seruus, sex termini communicationis œconomicę sint, ut patet 1. Politic. c. 2. nec differat autem multi filii, vel pauci sint, & multi serui, atque familia copiosa, nisi ad hoc quod œconomicę differant secundum quantitatem, sed in specie nequaquam, ita ut transeant ad alterum genus principatus, vel communicationis non œconomicę, iuxta Arist. 1. Econo. hoc autem erat in Iacob, quoniam filii sui nondum erant emancipati, vel saltem nondum acceperant uxores, quia tunc filius est quedam pars patris donec sit pellicō. i. magnus, vel emancipatus. 5. Ethic. Cum vero filii Iacob acceperunt uxores in terra Chanaan, & ipsi quoque inceperunt habere familias speciales, non poterant oēs pertinere ad cōicationem œconomicam, quia non cōstituebāt vnā œconomicam, sed multas; nec tñ adhuc pertinebant ad politicam cōicationem, quoniam ex tā paucis nulla politia consistere potest: enumeratis namque tā magnis, quam paruulis de progenie Iacob cū descendere in Aegyptum erant omnes 70. simul Gen. 46. c. nulla tamen politia ex tam paucis constare potest: precipue, quia plurimi istorum 70. erant paruuli: politia tamen iuxta Arist. Politicorum lib. 1. est cōmunicatio per se sufficiens. habebant autem Iacob, & filii sui quandam communicationem mediā inter politiam, & œconomicam, que dicitur communicatio vicalis a quibusdam, vel homogalactarū secundum Gręcos, aut collactaneorum. Isti autem sunt quandoque plures descendunt ab eodem stipite, & simul cōicantes non possunt facere politiam pro paucitate, nec rursus facere œconomicam vnā, quia sunt plures familie, ideo faciunt cōicationem mediā inter has, & vicalis a vico, quia isti iufficiunt facere vnum vicum, sed non vnā vrbem. Dicuntur et homogalactarē. i. ab vno lacte descendentes. ab eadem origine ab homines, quod est vni, & gala, quod lac, quasi ab eodē lacte. Idem autem collactaneus signat. Hęc igitur fuit communicatio, & principatus hebreorum in terram Chanaan, antequam descenderent in Aegyptū. Cum vero descenderent in Aegyptū, pouit iam esse alius principatus inter eos, quando creuerunt nimis, & tanquam germinantes multiplicati sunt. Exod. c. 1. ita ut non solum sufficeret ad constituendum vnā politiam, sed etiam plurimas: nam in exitu de Aegypto. 600. millia pedum, & amplius fuerunt, ut patet Exo. c. 12. & ibi satis declaratum est: non tamen patet quis modus principatus fuerit inter illos. Pro hoc autem considerandum, quod mansio Israelitarum in Aegypto diuisa fuit in tempus calamitatis, & prosperitatis. Nam a principio viuentis Ioseph, & vsquequo surrexerunt reges noui post mortem eius, qui ignorabant eum, Iudeis fuit magna prosperitas in terra Aegypti: nam maiora bona, & diuitie Aegyptiorum eis tradite sunt. Sic dixerat Pharaon Gen. 45. cap. Ego dabo vobis omnia bona Aegypti, ut comedatis medullam terre. Pater autem hoc quoniam ipsi petierunt terram Gessen, quę erat optima, & hęc acceperunt in possessionem apud vrbem Ramesse Gen. 47. capitulo. In hoc autem tempore verisimile est, quod ipsi hebrei haberent iudices inter se de seipsis: nam cum Ioseph esset prefectus totius Aegypti dicente sibi Pharaone: Ego sum Pharaon, absque tuo imperio non mouebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Aegypti Gen. 41. cap. verisimile erat, quod ipse Ioseph dominaret omnium hebreorum, & sub se poneret alios iudices de ipsismet Hebreis. Poterat autem hoc fieri conuenienter, quia hebrei habitabant separati ab Aegyptiis in terra Gessen, vel Ramesse Gen. 47. c. erat tamen vltimate principatus eorum monarchicus, cum essent sub Pharaone, qui rex erat omnium habitantium in Aegypto. Secundum tempus calamitatis magne Iudeorum in Aegypto fuit post mortem Ioseph cū iurxerit rex nouus, qui non cognoscebat Ioseph incipiens affligere Iudeos intolerabili labore, in operibus luti, & lateris, & in oī seruitute in terrę operibus. Exo. 1. c. & durauit hoc vsque ad exitū eorū de Aegypto. In hoc autē tpe verisimile est, quod Iudei non haberent inter se aliquos iudices. vel dños de seipsis, sed ponebant eis iudices, & pfecti de Aegyptiis, ut pmerent eos, & diligenter custodirent, ne iugerent de terra, & iungerentur hostibus Aegyptiorū, ut patet Exo. c. 1. f. Ecce populus Israel multus, & fortior nobis est, venite sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur, & singruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra, & ibi sequit quod Pharaon imposuit pfectos

flectos operum ad affligendum illos. Non habuerunt ergo Iudei hoc tempore iudices super se de genere suo. Post exitum autem de Aegypto, fuit alius modus regiminis hebreorum, & differebat iste modus a prioribus, quia iam inceperant Israelitę esse liberi. Differunt autem, quia aut loquimur de tpe, quo fuerunt in deserto venientes ad terram promissionis, vel de tpe quo manserunt in ea iam acquisita. Primum tps fuit annorum 40. tatum. n. Israelitę in deserto morati sunt. Exo. 16. c. Deutero. 8. & 29. c. In quo tempore habuerunt super se principem Moysen, qui vixit vsque ad finē 40. anni ferē: nam in anno 10. mēse vndecimo, mortuus est, ut declaratum fuit Iosue. c. 1. nam ipse in mēse vndecimo, anni 40. Deute. proposuit coram toto Israel. Deuteron. c. 1. Iste autem principatus non fuit semper eiusdem modi: nam ab exitu de Aegypto vsquequo venit Iethro ad Moysen in monte Synai, quod fuit anno secundo ab exitu de Aegypto, vel circa finem primi, ut declaratum est Exod. 18. cap. Moyses erat solus princeps, & iudex in toto Israel, ut patet pręalle. c. Ipse namque iudicabat in omnibus causis. Et quia solus erat, & litigatorum maxima multitudo, sedebat a mane vsque ad vesperam pro tribunali audiens causas ventilationem. Vnde Iethro hoc vidēs, increpuit eum, dicens. Non bonam, inquit, rem facis, stulto labore consumis tu, & populus iste, qui tecum est, vltra vires tuas est negocium, solus illud non poteris sustinere. Et deinde cepit alius ordo iudicum. Toto ergo hoc anno primo fuit inter Iudeos principatus similiter monarchicus, qui regalitatem aliquo modo dicitur. Quia Moyses super omnes hebraos erat, & pręter eum nullus alius super eum, aut infra eum in populo iudex, vel princeps erat. Differebat tamen principatus eius aliquo modo a regali, quia ipse non se vocabat regem, sed iudicem, nec utebatur tanta potestate, sicut reges vtuntur. Ab illo autem tempore incepit alius modus principatus in populo Iudaico: nam cū Iethro manifeste declarasset istud negociū esse supra vires Moysi, suadet ei accipere in iudices de omni plebe decanos quinquagenarios, cęturiones, & tribunos, qui accepit eos, & dedit illis modum iudicandi, ut patet Exod. 18. & Deute. c. 1. tunc autē principatus Israeliticus erat monarchicus, quia quamquam plurimi essent iudices in Israel, tamen omnes reducebantur ad vnum. Ioseph. Ipse n. dixerat, quoniam quęcunque esset aliqua causa ardua deferretur ad ipsum, & quęcunque, in aliquibus aliis dubitarent, quærerent ab eo, & causa etiam per appellationem deuoluebantur ad eum. De his Exo. c. 18. & Deutero. 1. durauit autem iste principatus modico tempore. vsque ad annum secunde, & finem mēsis secundi eiusdem anni, vel principium mensis tertii. Nam cum esset Israel in sepulchris concupiscentie, Moyses videns totum populum plorantem desiderio carniū doluit nimis, petens a Deo, quod occideret illum, vel auferret ab eo curam tanti populi: ipse autem prouidit ei dans 70. seniores, qui iudicarent populo, & pphetarent illi, ut sic diminueretur labor Moysi. Tunc autē fuit alius modus principatus, quia iam non erat totaliter monarchicus, ut a principio fuerat, sed magis erat Aristocraticus, quia 70. seniores erant æquales Moysi in iurisdictione, nec appellabatur ab eis ad Moysen, ut declaratum est. Nu. 11. c. Durauit autem iste principatus ab anno secundo vsque ad exitum Iudeorū de deserto. Semper enim isti iudices cum Moysē iudicabant, ut declaratum est pręalle. c. hic igitur fuit modus triplex regiminis hebreorum in deserto. Vltimus autem tempus status hebreorum fuit post acquisitionem, & possessionem terram promissionis, & iste fuit pfectior status, & in maiori gloria Iudeorum. Diuiditur autē istud tempus in duas partes. In partē, qua man-

Tempus prosperitatis.

Tempus calamitatis.

serunt Iudęi in terra sua, & in tempus, quo post Christi mortem dispersi per totum orbem manent. Quantum ad secundum dicendum nihil est: nam cum status Iudaicus cessauerit per Christi passionē, iam de Iudeis nihil manet, sed sunt translati ad alias gentes, & redacti in seruitutem nullum habentes iudicem, nec principem. De primo autē statu, qui fuit ab eo tempore, quo ingressi sunt in terram Chanaan sub ducatu Iosue, vsque ad tempus, quo per Romanos debellati per totum orbem dispersi sunt, quod fuit tps fere duorum millium annorum, ut ait Iosueph 1. libro Antiquitatum, hoc in veritate valde minus est. Dicendum quod fuit triplex modus regiminis. s. per iudices, per reges, & per pontifices. Primus modus fuit per iudices, qui cepit ab ingressu in terram Chanaan tempore Iosue, vsque viuentis vnctus est in regem Saul: fuit autem non magnum tempus horum Iudicum, primus quorum fuit Iosue, licet iste proprie non dicitur iudex, quia maior erat potestas eius, quam alicuius iudicis. Vnde & per Deum institutus fuit. Nu. 27. c. vnde poterat vniuersaliter iubere in populo, & quantum ad hoc aliquo modo vocabatur dominus. Iudices autem alii solum fuerunt, tanquam quidam duces bellorum assumpti a populo ad pugandum contra hostes: ideo sacra Scriptura fecit differentiam inter Iosue, & Iudices. De tempore Iosue dicendum, quod principatus erat monarchicus inter Iudeos: de tempore autem singulorum Iudicū non tantum constat, sed idem dicendum videretur. Secundum tempus huius status fuit, in quo regulati sunt Iudęi per reges, & istud fuit a tempore Saulis, quem vnxit Samuel in regē Israel. Ipse enim fuit primus Regum, & Samuel vltimus Iudicum: ita ut nihil distaret inter iudices & reges. Durauit autē istud tēpus vsque ad Babylonicam captiuitatem. Fuerunt autem in hoc tempore multi reges, & non semper de eadem tribu. Primus enim rex fuit de tribu Benjamin. f. Saul, ut patet infra c. 9. postea autem cum futuri semper essent reges de eadem tribu, abstulit Deus regnum de domo Saul, quia non obediuit mandato eius j. c. 35. ideo iussit Deus vngi Dauid in regem, qui regnavit mortuo Saule, & deinde semper fuerunt reges de semine eius vsque ad Babylonicam captiuitatem, ut patet ex processu librorum istorum, quia Deus iurauerat, quod non extingueret lucernam de domo Dauid, sed daret ei semper sedentem super solium suum infra 3. lib. c. 15. fuerunt tamen diuisa regna tpe intermedio, quia dum incepisset regnum in domo Dauid, regnavit ipse super totum Israel, & filius eius Salomon. In tpe autē Roboam filij Salomonis diuisum est regnum Israel in duas partes pro peccata Salomonis: manserunt autē duę tribus. f. Iuda, & Benjamin cum regibus de domo Dauid, & 10. aliar tribus fuerunt sub regibus de tribu Ephraim, quorū primus Ieroboam filius Nabath, qui peccare fecit Israel. De quo infra 3. lib. c. 11. 12. & 13. postea autem nunquam fuit reducta ista diuisio ad vnitatem, quamquam multum super hoc pugnatum fuisset. De his autem duabus partibus vna. f. totum regnum Israel decem tribuum translata est in terrā Medorum, & Persarum in Hailam, & Abor iuxta fluium Gozam per regem Salmanasar, dum regnaret in Israel Osee filius Hela, qui pariter translatus est in terrā Medorum. In Iuda autem regnabat tūc rex Acham, & erat tunc annus 10. regni eius. De hoc infra libro 4. capit. 27. Post hoc autem nunquam redierunt ille decem tribus, nec rediturae sunt. In terra vero Chanaan manserunt tunc solę duę tribus, scilicet Iuda, & Benjamin cum Leuitis, & Samaritanis, qui ducti sunt de terra Medorum. Regnauerunt autem post hoc adhuc multi reges in Iuda, vsque ad Babylonicā captiuitatem.

Alph. Tost. In Primum Regum.

A 2 tatem,

Iacob principatus qualis.

Statu in captiuitate

ratem, & sic fuit finis Regum Iuda, & Israel: vñ in hoc finiantur isti libri Regum, & Paralip. Huic tēpori successerunt anni 70. quibus iuxta vaticiniū Jeremię morati sunt in captiuitate Babylonica Iudei. Ierem. c. 23. in quo tempore Iudei non habuerunt aliquem principatum, quia erant in captiuitate sub potestate Regū Babylonis. Cum autem redierunt in terram suam reedificantes urbem Ierusalem, & templum domini incepit in eis alius status. Tertiū tempus fuit quo Iudei regulati sunt per pontifices, & istud est post captiuitatem Babylonicam, non quidem, q̄ hoc toto tempore pōtiffices rexerint, sed quia maxima parte eius. Primo enim veniētibz Iudeis de captiuitate Babylonica dominatus est Zorobabel, & Neemias, & Iesus Iosedech sacerdos magnus: in eodem enim tempore vtriq; rexerunt. De Neemia patet per totum librum suum, vbi significatur, q̄ ipse missus sit a Dario rege Persarū in Ierusalem, & edificauit eam. De Iesu Iosedech sacerdote magno patet Zacha. c. 3. vbi loquitur angelus ad eum anno 70. captiuitatis Babylonicę, in quo incepit propheta illa Zacha. c. 1. & dicit, q̄ ipse erat iudex, & quandoque sit locutio ad Zorobabel principē, sit quoque ad eum, vt patet Aggei, c. 1. & 2. & Zachar. c. 4. Zorobabel autem erat proprie princeps tunc omnium Israelitarum: & sic vocatur princeps Iudeorū. Aggei c. 1. & 2. & 1. Eldre c. 4. & 5. Ipse enim erat princeps, tam in toto populo, quā inter edificatores sanctuarii, & ad ipsum fiebat sermo propheticus de regdicatione, vt patet p̄eal. c. Erat autē ipse princeps de tribu Iuda directe veniens de stirpe Regum Iude, qui p̄cesserant, vt patet Matth. c. 2. Neemias autem, de quo dictum est ēt erat princeps, sed iste magis fuit specialiter princeps in edificatione ciuitatis, qui cū esset p̄ncerna regis, accepit licentiam edificandi urbē Ierusalem, vt patet Nee. c. 1. Post hęc autē de principatu Iudeorum non pōt apparere aliquid cū nihil sacra Scriptura loquat, nec sint aliqui libri eius, vsque ad tpa Machabeorum, rexerunt aut tunc pontifices populū hebreorum. Nam in diebus suis Mathathias erat princeps gentis huius, vt patet 1. Mach. c. 1. & 2. Deinde filii eius Machabej successerunt in principatu. Nā primo Iudas filius eius, qui Machabeus dē, deinde Ionathas, postea vero Simon successiue principes fuerunt, & ad vltimum Ioannes Hircanus filius Simonis. Nam isti erant sacerdotes magni, & de genere sacerdotum, vt apparet 1. Machab. c. 2. fueruntque quasi reges: nā Ioannes, qui vltimus eorum stetit imposuit sibi diadema regis: post eum vero alii fuerunt pontifices, qui pariter reges erant, vt Aristobolus, Alexander, & Ioannes quouisque propter seditionem istorum, qui erant de genere sacerdotali, & volebant principari, Romani se interposuerunt auferentes eis principatum regnatum, solua relinquentes principatum pontificalem, & istum venalem faciebant, ita vt quando Christus natus est, vt fuit sub Herode, iam nullus esset de regibus Iudeorum, sed alienigenę erant reges, scilicet Herodes tres successiue regnauerunt. Vnde & ipsi Iudei in passione Christi dixerunt. Non habemus regem, nisi Cęsarem. Matth. 26. cap. Patet igitur de toto principatu Hebreorum ab exordio gentis eorum vsq; ad mortem Christi, in qua totaliter desijt status eorum, cum paulopost per Romanos deleti fuerint.

Domus cōciliij, quō semp fuit in terra missionis.

Antiquitatis ait. De his iudicibus magis declarati est. Numer. cap. 11. Isti autem non faciebant variationem politicā, quia cum ponatur vnus rex, vel vnus sacerdos princeps totius populi ab ipso principatus efficit monarchicus: alii autem sunt quodam modo subordinati. tempora autem intermedia horum fuerunt tempora Regum, de quorum gestis, & ducatu in his quatuor libris agitur.

An liber Regum sit vnicus, vel plures, & quid contineatur singillatim in quolibet. Quest. II.

QVAERETVR circa hoc an liber iste Regū vnicus, vel plures sit. Cui respondendum non esse dubium eum in quatuor particulis apud nos esse distinctū, que libri appellātur: nec tamen fm morem Latinum accipimus librum Regum, tanquam plures libros, sed tanquam vnum: sic. n. Paralip. vnum librum, vel volumen dicimus, sed in duos libros distinctus est: sic quoque de Esdra, & similibus: vnicus. n. liber vocatur ab vnitate, & cōtinuatione rei, de qua agitur. f. quia de regibus solum dicimus, tamen plures esse libros inquātm historia hęc in plures particulas distincta est. In quarum prima de principatu Samuelis, & regno Saulis agitur. In secunda vero de regno Dauid solum. In tertia autem de multis regibus simul agitur. f. de omnibus descendētibz de stirpe Dauid vsque ad regem Ioram, & Iosaphat, quorum Iosaphat erat rex Iude, & Ioram erat rex Israel: & cum a principio libri Regum vnicum sit ad medium eius diuiditur, & vtriusque regni gesta simul narrantur. In quarta libri particula vtriusque regni cōtinuatur historia, vsquequo vtrunq; per captiuitatē, & violentiam gentium exterarum conclusum sit. Iudei tamen non obseruabant istum modum in numeratione librorum, qui apud Latinos, & Græcos est, nā multi libri apud nos diuisi sunt, qui apud eos, tanquā vnus liber simpliciter computantur, vt patet de Paralip. & de Esdra, & de 12. prophetis minoribus, quos intra vnus voluminis angustiam coarctauerunt. Librum autem Regum diuidunt, sed non sicut nos, duas. n. faciunt incisiones, quarum prima ab exordio incipiens continuatur, vsque ad finē 2. Regū: secunda ab eodem loco incipiens duos sequentes libros p̄inet. Has autē incisiones non solū volunt esse diuersos libros, sicut nos sub eodē lib. Regū 4. libros distinguimus, sed diuersa volumina esse faciunt, vnde & duo nomia eis imposuerunt primā partē appellantes librum Samuelis, secundam librum Malachim. i. Regū. Nos vero, quia vnicum volumen facimus, q̄ in quatuor diuidamus sectiones, vnicum omnibus nomen p̄ferimus appellātes lib. Reg. de hoc Hier. in prologo Galeato.

Aliter quā nos Iudei diuidunt libros Reg.

Quare liber Regum non vocatur eodem nomine apud Hebreos sicut apud nos. Quest. III.

QVAERETVR vltterius de nomine huius libri. Respondendum est non sic apud nos, vt apud Hebreos vocari, quod ex præcedenti questione depēdet: nam nos librum Regū vnicū volumen facimus, Iudei vero duo distinguunt volumina, ideo nobis nomen simplex est, illis vero duplex: nos enim omnes istos quatuor libros appellam⁹ librum Regum, quia de Regum gestis tota, aut p̄cipua in eis historia textitur, quamquam in exordio eius magis de iudicibus agatur, quia vsque ad ca. 10. huius primilibrī de Samuelis potestate agit inter hebreos, & de tempore Eli sacerdotis, cui ex quadam parte Samuel contemporaneus fuit. Est tamen Samuel de iudicibus, vt patet infra 12. cap. historia tñ eius huic lib. exor.

exordium dedit propter duo. Primo, quia in exordiis quorundam voluminum mos est ea ad præcedentia continuari volumina: sic. n. viri scientifici agunt, sic quoque ē in sacra Scriptura frequentissimum est, & quia inter tempora Regum, & iudicium nihil intercidit, vt 3. declaratum est in principio historie Regum, historia vltimi Iudicis textitur. f. Samuel. Alia aut potissima causa est, qm̄ Samuel, de quo hic agitur Regum exordium fuit non quidem quasi ipse primus de Regibus extiterit, sed quia primus q̄ Reges vnxit fuit, ipse nep̄. Saulem, & David vnxit in Reges, de Saule. j. c. 10. de Dauid. j. cap. 16. Item ex alia origine adhuc potius ad istum librum pertinet, qm̄ ipse fuit quodam occasio in introducendi Reges inter Hebreos: vult. n. sacra Scriptura plenam de Regibus facere historiam, & qa non semper fuerunt Reges apud Iudeos, sed alius modus principatus, debuit in introduci qualiter, & qua occasione Reges ceperint: hoc autem fuit propter Samuelē: ipse. n. toto tempore suo fuit propheta, & iudex in Israel vnica vindicans hebreos de hostibus suis. Cum aut ipse saule effectus foret, nec posset, vt prius iudicare preposuit filios suos iudices, quibus non secutus viam patris, sed declinantibus ad auaritiam populus non ferēs petiit a Samuele sibi Regem, vt ceteris gentibus daret infra c. 8. quibus ex iussu Dei Samuel acquiescens primum in Regem Saulem vnxit, & sic per hanc occasionem principatus regius introductus est: debuit igit de Samuele historia aliquid tangere, quia sine eo non potuissent Regia describi exordia, & ista est verissima causa. Iudei autem, qui hos libros in duas partes fecant, aliter appellant. f. primam partem a principio libri huius vsque ad principium tertii Regum appellant librum Samuel, secundam vero librum Malachim, id est Regum dicunt. Sed adhuc in hoc est diuersitas, quoniam aliqui dicunt librum Malacoth. i. regnorū, alii autem Malachim. i. Regum, sed Hieronymus dicit melius multo eē Malachum. i. Regum, quam Malacoth. i. regnorum dicere, Non. n. multorum gentiū regna describit, sed vnus Israelitici populi, qui tribus 12. continetur, vt patet in prologo Galeato.

Qua occasione reges ceperint inter hebreos.

Quare Iudei primam partem huius libri vocant Samuelis librum. Quest. IIII.

QVAERETVR circa hoc aliquis quare primam partem horum librorum vocat librum Samuelis hebrei. Respondendum est, q̄ quia in principio eius de Samuele agitur ab eo tota ista pars nomen assumpsit. Alii autem secus volunt. f. q̄ ista prima pars a Samuele scripta sit: duo autem alii libri Regum a quodam de prophetis. f. Iere. vel Isaiā scripti sunt. Sed nec hoc stare potest, quoniam librum secundum Regum Samuel scribere non potuit cum ante gesta, que ibi narrantur, ipse mortuus fuerit, immo nec totum primū librum describere potuit, quia in 25. c. eius de morte ipsius Samuelis agitur. Sed dicendum, q̄ primam partem horum duorum librorum Samuel scripsit vsque ad eum locum, quem ipse morte p̄uentus scribere non potuit, reliquam autē libri primū, & secundū Dauid scriptitauit, in quibus gesta sui temporis continentur. Hoc cōiter tenetur, sed magis vñ, q̄ isti duo ēt scripti fuerint ab Isaiā, vel Ieremia, quia infra 27. dē p̄pter hoc facta est Siceleg Regum Iuda vsque ad diē hanc, ergo aliqui Reges de tribu Iuda transierant, qm̄ scripta sunt hęc. Item infra 30. c. dicitur, q̄ Dauid dixit equa erit pars descendētis ad bellum, & manentis ad sarcinas, & sequitur ibi, & factum est hoc quia lex vsque ad diem hanc. i. vsque ad diem scripture libri, ergo nō scripsit libros istos Dauid, nec Samuel, sed Isaias, vel Ieremias. Principium autem tertii libri Regum de se Alph. Tost. In Primum Regum.

neclute, & morte Dauid agit, vnde ab eo scribi nō potuit, sed a quodam de prophetis: ubi exordium scribendi duos libros Regum fuit. Dauid tamen, qui potissimam partem duorum primorum librorum Regum dicitur scripsisse, non eam a seipso, sed a Samuele, qui scribēdi illam exordium fecit, nominauit: vnde apud hebreos nomen Samuelis ei mansit.

Quis scripsit istos libros.

An conuenienter liber Regum collocetur post librum Iudicum. Quest. V.

QVAERETVR vltterius an libri Regum conuenienter post librum Iudicum collocati sint. Respondendum, q̄ in sacra Scriptura interdum gesta, & interdum dicta conscribuntur: in dictis autem non potest conuenienter assignari ordo inter se, vel ipsorum ad historica, sicut gesta temporum inter se continuantur: sicut patet de libris Sapientialibus, & Prophetalibus, in quibus nuda continetur disciplina, nullam temporum in serēdo historiam: ideo nihil magis causa est quare liber Ecclesiastes ante Cantica canticorum, quam Cantica canticorum ante Prouerbia ponatur. Nam in his nullus ordo temporis cernitur, propter quem aliquid debeat preponi, vel preposterari. Sic de ceteris in hunc modum. De historicis autem libris ordo manifestior est, quia etiam si quosdam aliis preponere voluerimus, ipsorum librorum historia reculabit, velut si quis librum Exodi lib. Gen. preposuerit, vel librum Iudicum, libro Iosue, quoniam ex ipsismet euidentissimum est, quid alterum præcesserit. De libro autem Iudicum, & Regum hoc idem satis patet quis secūdm ordinē prius fuerit. Nam j. c. 10. de iudicibus mentio fit, & ipse Samuel, qui huic libro initiū dedit, vltimus Iudicū extitit. Quod verō liber Regum ad librum Iudicum precedere non debeat, ex hoc notum est, sed an immedia tē post iudices libri Regū sequi debuerunt, adhuc ambiguum est. Dicēdum tñ, q̄ nullus liber inter hos debuit intercidere: nam sicut inter tpa Regum, & Iudicum nullū fuit mediū, sed simul vltimus Iudicū, & primus de Regibus fuerunt, ita nullus tporū descriptius liber interponi debuit. Sed hoc quidē forte aliq; concederet, si in libro Iudicū agerēt, vsque ad tpa Samuelis, in quo historiā Regū inchoat, sed aliqua vñ tēpora interiecta. Dicendū est inter vltimū iudicē, qui in libro Iudicum ponitur. f. Samsonē, & Samuelem aliqua fuisse tpa, & horum si aliqua fuisset historia ad librum Iudicū pertinere deberet: nihil tñ scriptū est, qm̄ forte tpa illa stylo indigna erant, vt si nulla memoranda tunc accidissent. q̄ in hoc sit, vt tpa Iudicū, & Regū continuata non sint, q̄ tñ ad historiā, q̄ in vtriusq; textū, nullus tñ liber his interponi debuit eorū, q̄ nunc in sacra Scriptura sunt, qm̄ quilibet eorū de prioribus, aut de posterioribus historiā ageret, de medio vero nullus, vñ conueniens fuit ordo post librum Iudicum libros Regum subsequi. De libro autē Ruth, qui in Codicib⁹ nostris post librum Iudicū ponit. Dicendū est, q̄ ad librum Iudicū pertineat: est. n. vltima pars eius p̄ apocopen ab eo decisa, quia tamen de quodam speciali euenta fuit, per se libellus confectus est.

An fuerit conueniens libros Regum scribi in sacra Scriptura, & ad quā proficiunt lectoribus. Quest. VI.

QVAERETVR vltterius an conueniens fuit lib. Regū in sacra Scriptura poni. Rñdēdū, q̄ sic: est. n. sacra Scriptura principaliter enarratiua operū Dei, vt nos in eius laudē, & obsequium redigat. In libris autē Regū licet tpalium euentuum, & populorū bella describantur multa opa Dei interferunt, iō sacre Scripture libri isti pars

pars quædam esse debuerunt: eligerat enim sibi Deus populum istum peculiarem, cui & legem dederat, & in quo reges ipse instituit, iuxta Prouer. c. 8. Per me reges regnant, ideo quidquid in gestis istorum Regum ad Deum pertineret in sacra Scriptura apponi debebat. Habentur autem in his libris multa Dei insignia miracula, nullum nempe bellum laude dignum reperitur, cuius exitum Deus non prædixerit, aut ad illud agendum non mouerit, vel in illo aliquid miraculose non egerit, vt apparet exemplariter ex discursu librorum. Continentur quoque multa prophetica dicta, quæ ad instructionem populi huius, & dirigendum mores pertinent. Habetur quoque de constructione sanctuariorum, & ordinatione, in quo totus antiquus Iudæorum Deo cultus impendebatur. Vniuersaliter vero Dei iustitiam punientis, atque præmiantis operatio per tota librorum Regum sepiem panditur. Cum calamitates, & infortunia bellorum, & captiuitates pro abusibus in legem Dei ab ipso prænunciata referunt, & postea ordine suo inflicta leguntur: totus ergo liber iste manifestissima Dei opera indicat, ideo in sacro Canone esse debuit. Alii autem secus dicunt. Sicut reges, de quibus in libris istis agitur, multa & durissima pro lege, & patria egerunt bella nullis cedentes laboribus, ita & nobis indefessa contra vitia colluctatio esse debet, quia non solum contra carnem, & sanguinem colluctatio nobis est, sed etiam aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitia in cœlestibus, ad Ephe. cap. 6. Sed ista ratio aliena satis est, in metaphora enim non tantum est insistentium: prima autem assignatio conuenientior est.

Continentia, & utilitas libri Regum.

An libri Regum sint autentici, & de ordine maioris, & minoris auctoritatis in libris sacre Scripturae. Quæst. VII.

QUÆRETUR ulterius de libro isto an authenticus sit, & quantum habeat auctoritatis. Ad quod respondendum omnem sacra Scripturam magnæ auctoritatis esse, ita vt ei a nullo repugnari liceat, quamquam interdum quædam Apocriphos libros sacro Canonis interfere non vereantur: sic enim quartus liber Esdræ in quibusdam Bibliis ponitur, qui penitus Apocriphus est, propter hoc autem iam ecclesia determinat qui libri in Canone sacre Scripturæ esse debeant, ita vt iam nulli ex arbitrio liceat quidquam, aut demere, aut interponere: est enim horrendum nefas, nec impune transibit, si quis quemquam de sacre Scripturæ libris, tanquam non authenticum ademerit, vel aliquem non authenticum, tanquam canonicum interposuerit. Sunt enim libri sacre Scripturæ, tanquam quædam relationes nobis a Deo datæ, quibus nihil addi, aut adimi licet. Sic patet Deut. c. 4. Non addetis ad verbum, quod ego loquor, nec auferetis ab eo. Et sicut hæc Moyses in Canone veteris testamenti dixit, ita & Ioannes, qui in Apocal. sua Canonem noui testamēti clausit auctoritate Dei districte inhiuit de libro suo quidquam adimi, aut superaddi. Cum dicit Apoc. c. vlt. Contestor ego omni audienti verba libri prophetiæ huius, si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, de ciuitate sancta, & de his, quæ scripta sunt in libro isto. Ob hoc igitur Hieron. in Prologo Galeato, qui libris Regum præponitur enumerat omnes libros authenticos, quos ecclesia recipit, quidquid autem extra illos est Apocriphum est nullius auctoritatis, in quibus liber Regum apponitur. Cum autem inquirebatur de quantitate

auctoritatis libri huius, dicendum quod omnes libri sacre Scripturæ Spiritu sancto dictante scripti sunt, iuxta illud 2. Petri, cap. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando propheta, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et ob hoc dicendum est omnes libros sacre Scripturæ equaliter esse veros, nec magis dubitari potest, aut debet de veritate alicuius, postquam in sacre Scripturæ canone descriptus est, quam de omnibus aliis. ideo si auctoritas libri referatur ad veritatem, & certitudinem non est aliquis liber in sacro Canone magis authenticus alio, siue de Canone veteri, siue de Canone noui testamenti dicamus, nec quantum ad hoc assignantur ordines inter libros. Alio modo dicitur aliquis liber maioris auctoritatis. maioris honoris, vel reuerentiæ, quia debet in maiori reputatione teneri, siue propter ea, quæ dicuntur, siue propter eum, qui illa dicebat. Hoc modo in sacra Scriptura veteris testamenti Penateuchus maximè auctoritatis est, quia omnia, quæ ibi habentur sunt lex a Deo data, & per Moysen populo annuntiata: ea autem, quæ apud alios prophetas habentur, a Deo quoque reuelata sunt, qui apud omnia equalis veritatis, & auctoritatis est: non tamen habentur in equali auctoritate libri prophetarum aliorum, & libri Moysi in veteri Canone: libri enim Moysi primum ordinem tenent, libri vero alii prophetales secundum dignitatis limitem tenent. sic quoque in nouo testamento, licet omnes libri æqualis veritatis sint, euangelia tamen maioris sunt necessitatis, quoniam illa continent gesta, & doctrinam Saluatoris. Epistolæ autem, & ceteri libri eiusdem testamenti Apostolorum doctrinam, & actus continent: ideo propter Christi reuerentiam euangelia maiori honore digna sunt. Nec tamen ob hoc veriora: equaliter enim hereticus esset qui contra Apocalypsim, vel aliquam Epistolam aliquid diceret, aut de eorum fide dubitaret, & certitudine, sicut qui ad euangelia hoc faceret, licet maioris esset irreuerentiæ hoc contra euangelium, quam contra aliquam de scripturis sacris dicere. Hoc autem præsupposito dicendum, quod secundum Hieronymum in prologo Galeato Canon veteris testamenti in tres ordines diuiditur.

De auctoritate librorum.

Primus ordo legales libros continet, scilicet Penateuchus, secundus ordo prophetales libros possidet, qui octo sunt secundum hebraicam supputationem, apud nos autem plures: tertius ordo agiographa hænt, in quo nouem libri sunt, de quibus omnibus in expositione eiusdem prologi Galeati immediate dicitur. In istis autem tribus ordinibus differt, quia libri primi ordinis maioris auctoritatis sunt quam secundi, & secundi, quam tertii, accipiendæ auctoritatem, vt supra est dictum. liber autem Regum, de quo queritur ponitur in secundo ordine, scilicet inter prophetales, non quasi prophetiam continens, sed quia a prophetis conscriptus est, ideo non est tantæ auctoritatis, sicut Penateuchus Moysi, qui primum ordinem possedit: est tamen maioris dignitatis, quam liber Iob, & Psalterium, & libri Salomonis, & Dan. & Paralipom. & Esdras, & Esther, qui in tertio ordine collocantur, cum de auctore huius magis constet, quam de auctoribus agiographorum. Medium ergo in dignitate libri Regum continent inter omnes libros veteris testamenti. Ad libros autem noui Canonis collatio nulla est, quoniam excellentiores sunt libri noui testamenti libris veteris testamenti, sicut testamentum a testamentum in dignitate distinguitur. hæc autem procemialiter dicta suffecerint.


Canonis veteris testamenti diuisio.



ALPHONSI
TOSTATI
EPISCOPI
AVLENSIS
IN PRÆFATIONEM D. HIERONYMI
In Lib. Regum Enarratio.



VIGINTI & duas literas esse apud Hebræos Syrorum quoque, & Chaldæorum lingua testatur, quæ Hebræa magna ex parte confinis est: nam & ipsi viginti duo elementa habent eodem sono, sed diuersis characteribus.



VIGINTI duas. Iste Prologus Hieronymi vocatur Galeatus, vt ipse infra dicit, qui quamquam præponatur libris regum omnium, tamen librorum sacre Scripturæ veteris testamenti Prologus esse potest. Nihil namque magis in eo de libris Regum, quam de alijs libris specialiter agitur, præter pauca verba circa finem, propter quæ libris regum magis, quam ceteris anteponitur. Intentio autem Hieronymi in Prologo isto est enarrare quot sunt libri, & qui in canone veteris testamenti, & qualiter per ordines suos quantum ad maiorem, & minorem auctoritatem distinguuntur. In quo profecto magna utilitas est, cum interdum quidam libros authenticos esse dicant, qui authenticum nequaquam sunt, & alijs auctoritatem adimant, qui magna reuerentia, & auctoritate digni sunt. Distinguit autem hic totum canonem in tres ordines secundum maiorem, & minorem auctoritatem, ex quibus, quid in scripturis accipiendum sit, & ex quibus solide argui potest, euidenter cognoscitur. De canone autem noui testamenti hic nihil dicitur, quia de eo manifestius est, cum pauciores libri sint, & apud omnes suscepti. Diuiditur autem Prologus iste in quinque partes: pri-

Intentio sancti Hieronymi in hoc prologo.

mo numerus librorum veteris testamenti secundum canonem veteris testamenti ponitur: secundo catalogus librorum descriptus in tres ordines, scilicet in legem, & Prophetas, & agiographa diuiditur: tertio, quæ utilitas Prologi huius fit ad distinguendum authenticam, & apocripham scripturam subiicitur: quarto sermo Hieronymi ad lectorem, vt super hoc, quæ dicuntur attendat, dirigitur: quinto ad Paulam, & Eustochium, vt contra detractores clypeis orationum suarum Hieronymum protegant præces funduntur. Secunda ibi. *Primus apud Hebræos.* tertia ibi. *Hic Prologus scripturam.* Quarta ibi. *Quæ cum ita se habeant.* Quinta ibi. *Sed, & vos famulus.* Prima in duas, quia primo probat libros veteris testamēti esse 22. apud Hebræos per similitudinem 22. literarum hebraici alphabeti: secundo idem inducit per figuram de 24. seniores stantibus ante thronum agni infra in medio prologi. Circa primum. *Viginti duas.* In ista prima parte intendit probare Hieronymus esse 22. libros in canone veteris testamenti, qui authenticum sunt, vt illos solum recipiamus, & hoc inducit per aliquas similitudines quarum prima est, quod sunt 22. literæ apud Hebræos, ideo 22. volumina faciunt. Applicatur autem a Hieronymo ratio ista sic. libri ex literis constant tanquam ex elementis i. ex primis partibus venientibus ad compositionem, ideo sicut sunt 22. elementa, vel literæ, ita debuerit esse 22. volumina ex his elementis constantia. Applicatur autem ratio. j. cum dicitur: quod igitur 22. elementa sunt, per quæ scribimus omne, quod loquimur, & eorum initia vox humana comprehenditur, ita 22. volumina supputantur: quibus quasi literis, & exordijs in Dei doctrina tenera adhuc, & lactens viri iusti eruditur infantia. *Syrorum quoque, & Chaldæorum lingua testatur.* i. non solum patet literas Hebræas esse 22. ex alphabeto Hebræorum, quoniam nunc videntur, sed etiam ex lingua Syrorum, & Chaldæorum, quæ habent totidem literas.

An Esdras reperit post captiuitatem Babylonicam plures literas Hebraicas, quam prius fuerant. Quæst. I.

Dicitur autem hoc Hieronymus, quia forte aliquis diceret, quod quamquam nunc literæ hebraicæ sint 22. tamen olim non tot fuerunt, sed aut plures, aut pauciores. Habet autem hoc aliquod fulcimentum, quia in captiuitate Babylonica libri legis destructi sunt, & apud Hebræos non manserunt, nec libri, nec literæ, ut infra dicitur, sed inuenit rursus literas Esdras legis scriptor, ideo potuit istæ plures aut pauciores ponere. libri autem veteris testamenti ante captiuitatem Babylonicam omnes fuerunt præter librum Esdræ, & Aggæi, & Zachariæ atque Malachiæ, & libros Machabæorum, ideo literæ postea inuentæ nihil videntur congruere secundum suum numerum ad numerum librorum, qui ante fuerant. Ob hoc ergo dicit, quod non solum literæ hebraicæ erant 22. nunc, & post destructionem Iudeorum in captiuitate Babylonica, sed etiam ante hoc, quod probat, quia litera hebraica confinis est lingue Syrorum, & Chaldeorum, in quibus nulla mutatio facta est, si in illis manent 22. literæ: ergo etiã apud Hebræos 22. literæ a principio erant. Aliquis dicit, quod non tenet ista probatio, quia in destructione Iudeorum per Babylonicos destructa fuit tota scriptura eorum, & non manserunt aliquæ literæ, ideo postea cum Esdras restaurauit legem omnia scribens, quæ perierant, potuit incipere affinitas lingue hebraicæ cum Syriaca, & Chaldeâ, & potuerunt in Hebræo incipere esse 22. literæ, & quæ a principio, nec fuisset similitudo in lingua, nec etiã in numero literarum, sed in restauratione cum similitudine lingue inciperet quoque equalitas in numero literarum vtriusque lingue. Respondendum hoc non stare, quia quamquam apud Hebræos perijt tota scriptura legis, & omnes aliæ scripturæ, nihilque relictum sit, per quod Iudei redire possint ad pristinas literas, & modum scribendi, & ob hoc Esdras coactus sit nouas inuenire literas: tñ lingua Hebræorum non perijt ex aliqua parte, nec quidquam in proprietate prolacionis mutatum est, ideo necesse erat, ut cum Iudei in Babylone tenuerint semper linguam suam, & eam docuerint posteros suos, quod quoniam Esdras inueniret nouas literas illæ essent tot, & non amplius, quot erant priori tempore ante distinctam legem, etiam quæ istæ literæ haberent eandem sonoritatem: Quod patet quia si Esdras inuenisset literas non tot, quot erant prior tempore ante destructam legem, aliquid esset in lingua Hebræorum, quod per literas istas inuentas exprimi non posset, sicut si de alphabeto Latino duæ vel tres literæ adimerentur, plures dictiones Latine nunc sunt, quas tunc proferri impossibile foret: totidem ergo erant ante, & nunc, cum nihil sit nunc in Hebræo idiomate, quod his 22. literis sufficienter non exprimat. Si autem Esdras inuenisset plures literas, quam fuerant in priori tempore ante Babylonicam captiuitatem necesse esset, ut aliquæ literæ nunc essent in alphabeto iudaico, quæ superflue essent non proficientes ad aliquam prolacionem, cum illæ literæ, quæ prius extiterant sufficienter exprimebant quidquid in Hebræo idiomate erat, velut si nunc in alphabeto Latino duæ vel tres literæ adderentur. Illæ nempe ad nullam prolacionem seruirent, cum literæ, quæ nunc stant sufficienter ad omnem Latinam vocem formandam.

Amplius autem in Hebræo hoc patet, quando nulla litera est, quæ ad prolacionem non deferuiat, ergo totidem necesse est fuisse a principio non plures, nec pauciores ante captiuitatem Babylonicam, quot nunc sunt, præter hæc autem necesse est, ut literæ, quæ prius

fuerunt in lingua Hebræa haberent eandem sonoritatem, quam illæ habent. Nam dato, quod essent tot numero si non haberent eandem sonoritatem, multa essent in lingua Hebræa, quæ non possent per istas literas scribi, nec proferri, sicut est in lingua Græca, & Latina: plures enim literæ in Græco, quæ in Latino sunt, & quæ in Hebræo, tñ multa sunt, quæ proferuntur in Hebræo, & non possent scribi in Græco, sicut in Hebræo dicitur Haran pro Mesopotamia: in Græco autem non possent scribi, nisi Charan, quia non est aliqua littera aspirationis, quæ dure sonet. Et ista est causa, quare in Genesi sepe ponitur in translatione nra Haran pro Mesopotamia, quia translatio ista facta est de Hebræo, ubi dicitur Haran cum quadam dura aspiratione, & in Actibus Apostolorum c. 7. cum loqueretur beatus Stephanus de ista Mesopotamia, dicit ibi Charan, & in Tobia c. 11. ponitur Charan, & est semper eadem terra, sed hoc fit, quia Actus Apostolorum, & liber Tobie non fuerunt translati de Hebræo, sed de Græco, ubi habetur Charan. Sic quoque fit in lingua nostra respectu Hebræo: multa namque sunt in Hebræo, quæ non possent scribi literis Latinis, & è contrario, & hoc quia non est eadem sonoritas vtrarumque literarum, licet serè numero equales sint. Oportuit igitur, quod essent literæ hebrææ, quæ nunc sunt eiusdem sonoritatis cum illis, quæ primo fuerunt, alioquin multa essent in Hebræorum idiomate, quæ non possent his literis proferri, aut scribi, sed nulla talia sunt, ergo necesse est totidem literas fuisse, & eiusdem sonoritatis, quas inuenit Esdras, quot illæ, quæ ante captiuitatem Babylonicam extiterant. Poterat tamen esse differentia in aliquo. scilicet in characteribus literarum, ita quod non rales fuerint a principio, ut nunc sunt. nam hoc nihil differt, dum tamè maneat eadem sonoritas, sicut patet in Latinis literis, quia non semper eundem characterem facimus in a. vel b. & sic in ceteris: manet tamè semper eadem prolacio, & hoc creditur, atque asseritur de literis inuentis per Esdras. Nam literæ Hebrææ a principio similes fuerunt literis Chaldeis, & Syriacis in characteribus, & apicibus, nunc tñ nec iidem characteres, nec similes apices manent, ut infra patet. Stat igitur ratio Hieronymi. scilicet quod cum lingua Hebræa, lingue Syriacæ, & Chaldeæ, multum coniuncta sit, & in vtraque nunc 22. literæ sunt, a principio totidem fuerint in Hebræa. Hoc autem necessarium est, nisi forte dixeris, quod Hebræi in captiuitate Babylonica linguam pariter, & literas perdidissent, & quod redeuntes in terram suam nouam linguam cum nouis literis inuenerunt, ita quod tunc inchoaret similitudo in lingua, & literis inter Hebræos, Syros, atque Chaldeos. Sed hoc non stat. nam nullum morium esse potest ad videndum, quomodo oes Iudei linguam patenam, quam a seculis habuerunt, in captiuitate Babylonica perderent cum tantus populus Hebræorum translatus fuerit in Babylonem: potissimè, quia non manserunt ibi magno tempore. scilicet solum 70. annis Iere. c. 25. ita ut aliqui de illis, qui iuerant captiui in Babylonem redirent postea in terram Chanaan. Item, quia non vix, quomodo Iudei possent nouam linguam fingere: oportebat tñ, quod si pristinam perderent, aliam fingerent. Non stat igitur quod Hebræi perdidissent in Babylone linguam, quam a principio habuerunt, & sic semper stat ratio Hieronymi. Considerandum vltèrius, quod Isidorus 2. Etymologiarum de literis Hebræis dicit, quod literæ Latine, & Græcæ ab Hebræis vni exortæ, apud Hebræos enim prius dictum est Aleph, deinde ex simili enunciatione apud Græcos tractum est Alpha, & apud Latinos a. sed Hebræi 22. elementis literarum secundum veteris testamenti libros vtuntur Græci vero 24. Latini enim inter vtramque linguam progredientes 23. elementa habent. Hebræorum literas dicunt a lege cepisse per Moysen.

Diuersas translationis.

Chaldæi.

Chaldæi, & Syri, quæ gentes sint, & a quo ortæ. Quæst. 11.

Quæritur circa hoc de Chaldeis, & Syris, quæ gentes sint, quibus dicitur hic similis lingua Hebraica, & literæ. De Chaldeis dicendum, quod Chaldæi sunt Babyloni, qui vtroque nomine vocantur: Babyloni quidem ab vrbe illa opulentiissima, quæ est metropolis Chaldeæ: dicuntur autem Chaldæi ab origine sua. Vult autem Isidorus Etymologo. lib. 9. & habetur de Proprietatibus rerum 15. quod Chaldæi dicantur quasi, qui Caseth a Caseth filio Nachor fratris Abraham: verius tamè videtur, quod Chaldæi sint de progenie Arphaxad filii Sem, ut dicit Glossa ordinaria, & pater, quia Abraham dicitur Chaldæus, & tñ ipse non fuit de stirpe fratris sui Nachor. Sic dicitur Gen. 11. ca. quod Aram, qui erat frater Abraham mortuus est in terra natiuitatis sue in Hur Chaldæorum, & postea subditur, quod acceperunt Abraham, & Nachor uxores, ergo antequam Nachor haberet filium, vel uxorem, erat gens Chaldeorum, & sic nominabatur. Sed forte aliquis dicit, quod quamquam gens illa tempore natiuitatis Caseth iam esset, de cuius natiuitate habetur Gene. c. 22. tamen nondum vocabantur Chaldæi, sed alio nomine, & tamè postea ab isto sic vocati sunt. Sed aliquis arguet, quod ante natiuitatem eius non solum illa gens erat, sed etiam scriptura vocat eam gentem Chaldeorum, ut dictum est, ergo nec ceperunt originem nascendi, nec denominationis ab eo. Respondetur, quod per anticipationem ponitur nomen Chaldeorum. Gene. 11. c. quia quamquam non fuerit illa terra nominata Chaldæa tempore, quo de illa recessit Abraham, quia tamen postea sic nominata est, scriptura dicit Abraham venisse de terra Chaldeorum: multa namque sic per anticipationem, & recapitulationem in scriptura dicuntur, ut vulgatisimum est. Potuit autem fieri ista anticipatio, quia quando Moyses scripsit Genesim vocabatur iam terra illa Chaldeorum, quia pluribus, quam quadringentis annis Genesim scripta fuit post natiuitatem Caseth. Respondendum est non posse stare, quia gens illa potuisset accipere nouum nomen a Caseth, quamquam ipsa antiqua esset, si fuisset Caseth aliquis princeps, vel magnus vir in terra Chaldeorum, sicut Romani a Romulo nomen acceperunt, quamquam ipsi gens antiquissima forent habentes prius alia nomina, sed Caseth nominatus fuit in terra Chaldeorum, nec erat inter gentem illam, sed natus est in Mesopotamia, ubi tota cognatio patris sui Nachor habitauit, ut patet Gen. 22. iuncto 24. c. ergo non poterant nominari Chaldæi ab isto Caseth, sed alia eis antiquior origo est, ita ut ante Abraham vocarentur Chaldæi, & ipse Abraham Chaldæus dicitur, atque tota cognatio eius, ut patet Iud. c. 5. ubi Achior narrabat originem Iudeorum Holofemi, & dixit eos esse de genere, & terra Chaldeorum potissimè, quia demonstratur ibi de Abraham, & patribus suis, quod fuerunt Chaldæi.

Syri quæ gentes sint, & ubi habitant, & a quo ortæ. Quæst. 111.

Quæritur vltèrius de Syris, quæ gentes sint. Et dicendum, quod Syri differunt ab Assyriis, licet aliquando sacra Scriptura Syriam pro Assyriam, & Syros pro Assyriis dicat: est enim Syria regnum propinquum Ierusalem, ideo & large loquendo terra Iudeorum est pars Syriæ, & istius Syriæ caput est Damascus, ut patet Isa. c. 7. ista terra semper fuit aduersaria regibus Iuda, & Israel, ut patet in istis libris Regum, & Paralipom. Hæc autem est magna prouincia magis meridiana, quam

Syri, & Assyrii dicitur.

Assyria, & minus orientalis. habet Syria generaliter accepta magnas prouincias, ut ait Paulus Orosius lib. 1. Comagenam Fenicem, vel Feniciam, & Palesthinam absque Sarracenis, & Nabathæis, quorum gentes 12. sunt. In capite Syriæ Cappadocia est, quæ hæt ab Oriente Armeniam, ab Occasu Asiã minorem, a Septentrione Trenisarios campos, & mare Cimericũ, a meridie Taurum montem, cui subiacet Cilicia, & Maوريا vsque ad Syricum sinum, qui spectat contra insulam Cyprum, & generaliter a flumine Euphrate, quod est ab Oriente vsque ad mare nostrum, quod est ab Occasu: deinde a Septentrione. i. a ciuitate Datusa, quæ in confinio Cappadociae, & Armeniæ sita est non procul a loco, ubi Euphrates nascitur, vsque ad Aegyptum, & extremum sinum Arabicum, qui est ad meridiem longo angustoque sulco faxis insulis creberrimo a rubro mari. Oceano versus Occasum extenditur. Tota ista terra Syria nominatur.

Quomodo est similitudo in linguis Iudeorum, Syrorum, & Chaldeorum, cum lingua Hebraica antiquissima sit, & alia ceperint in turre Babylonica. Quæst. 1111.

Quæritur aliquis quomodo adducit hic in testimonium lingua Syrorum, & Chaldeorum ad numerum literarum Hebraicarum, & quomodo est similitudo in his linguis. Respondendum est, quod de illis dicitur, quod sunt similes lingue Iudeorum, quia Iudei hnt magnam affinitatem ad gentes istas: duxerunt enim originem Iudei a Chaldeis, ideo similitudinè in literis, & in lingua ad illos hnt: Abraham quippe de stirpe Chaldeorum fuit, ut dictum est, habent quoque Iudei similitudinem cum Syris, quia in terra eorum habitabant. Nam terra Chanaana, quæ erat in terra promissionis pars quidam est Syriæ: accipiẽdo Syriam large. Cui igitur non nati fuerint ibi, sed habitauerint semper Hebræi ab origine sua. scilicet ab Abraham dixerunt similitudinè quidam ad illos. Etiam hoc factum est, quia iste duæ lingue. scilicet Chaldeorum, & Syrorum inter se similes sunt: ideo cum lingua hebraica alicui earum similis fuerit, necesse est, ut vtrique similetur. Non est autem similitudo ista, ita quod sint eadem voces, sed quia sunt eadẽ litteræ, & est idẽ modus, perferendi per illas, sicut inter Latinos non est idẽitas idiomatis, apud oes sunt tñ eadẽ litteræ, & quæ sunt ad hoc dicitur tota lingua Latina hnt conformitatẽ quandam, quæ non sit vnica omnium Latinorum lingua, sed quilibet natio suum idiomata hnt, ita. n. voces Chaldeorum, & Syrorum, & Hebræorum inter se multum differunt, sicut Hispanorum, & Gallicorum, vel Italorum, scilicet tñ eadẽ sunt in oibus his.

Quomodo lingua Hebraica habet similitudinem cum Chaldæa, & Syri, quæ fuerunt valde posteriores. Quæst. V.

Quæritur aliquis cum lingua Hebræorum sit antiquissima, scilicet concreata seculo, quia illa est, in qua fuit locutus Adam a principio, & tota antiquitas primæ etatis, ut declaratum est Genesi. 11. cap. postea autem diuisum est labium per multa idioma, ut patet eodem capitulo. quomodo potuerunt Hebræi habere similitudinem cum Chaldæis, & Syris, quorum idioma in Babylonica confusione ceperunt, & literæ eorum postea inuenta sunt.

Respondendum est, quod litera Hebræorum, Chaldeorum, & Syrorum non habent similitudinem in dictionibus, ita quod eadem voces in vtrisque, & idẽ significantes sint: hoc enim pertinet ad identitatem idiomatis, vel quasi, idioma tamen Chaldeorum nimis differens est ab Hebræo, secundum quod apparet ex translatione Hebraica, & Chaldaica, in dictione Ionathan, & in qualibet. De lingua quoque Syriacæ,

Syriaca, quamquā apud nos nō sit, sicut lingua Chaldaica, tamen satis patet, quod multum differens sit, quia nuncijs regis Ezechig, qui exierunt ad Rablācen ducē Sennacherib dixerunt illi: precamur, vt loquaris nobis seruis tuis Syriacē: si quidem intelligimus hanc linguam, & non loquaris nobis Iudaicē audiente populo, qui est super murū infra lib. quarto 18. cap. Ergo apparet istas esse distinctas linguas valde: alioquin quando loqueretur Rablāces Syriacē, intelligerent Hebrēi, qui erant super murum, velut si hebraice loqueretur. Est autem istarum linguarum similitudo quantum ad modum proferendi, scilicet quia in eis colliduntur voces in gutture, & fortassis alię gentes sunt præter has, quę similem modum proferendi habent, & quantum ad hoc dicuntur omnes linguę similes aequaliter quęcunque habent eadē litteras, & similem modum proferendi per illas, licet non vtrū eisdem dictionibus, & tunc latina lingua, & Hebręa penitus dissimiles sunt, quia non habent eadē voces nec eadē litteras, nec similem modum proferendi. In hoc verō similes sunt tres istę linguę Chaldaica, Syriaca, & Hebręa. Nec tamen hoc militat cōtra id, quod dicebatur, scilicet quod lingua Hebręorū fuerit a principio orbis cōditi, & Chaldaica, & Syriaca postea fuerint datę: nam hoc est arguere de dissimilitudine vocum, & verum est: cōsonant tamen in modo proferendi, & litterarum identitate. De litteris enim non est dicendum, quod fuerint litterę Hebręorum a principio cum ipso idiomate, sed vt refert Ildorus, & omnes alij historiographi antiquitatū, litterę hebraicę a Moyse inceperunt per legē, scilicet quod Hebręi ante hoc nullas litteras habebant, quamquam haberent idioma, sed ipse Moyse inuenit litteras similes Chaldaeorum, & Syrorum, quę eadē sunt, & in eis scriptitauit legem: litterę autem Chaldeorum, & Syrorum, quamquam non essent a principio orbis conditi, cum nondum esset illud idioma, postea tamē inuentę sunt, sed ante litteras Hebręas. Inuenit autem Moyse posterius litteras Hebręas faciens eas differre a Syriacis, & Chaldeis.

L. f. Chal. d. orū, & Syrorum prius, quā Hebręorū inuenit fuerunt.

An idioma Hebręorum longo fuerit tempore sine litteris. Quęst. V I.

Sed tunc dicitur, quomodo idioma Hebręorum a principio fuit sine litteris? Responderi potest non esse incoueniens multo tempore aliquod esse idioma, cui non correspondeat litterę: nā Latinorum litteras Carmentis dicitur inuenisse: iam tamen multa sæcula Latine linguę transierant, quia ista inuentio fuit tēpore belli Troiani, vel pauloante. Sed aliter potest dici, quod forte fuerunt litterę conueniētes idioma hebręo ab exordio sæculi, quia referunt Adam aliqua scripsisse, etiam de Thubalchain aliqui hoc dicunt. Magis autem vulgare est de Thubal, qui musicam inuenit Gen. ca. 4. & illam in duabus columnis scripsisse dicitur, lateritia, & lapidea, vt ait Iosephus primo antiquitatū, sed adhuc notius est de Henoch, qui scripsit librum, de quo Iudas in canonica sua memorat, dicens quod Henoch septimus ab Adam scripsit librum: ergo litterę erant illius hebraicę linguę, quę manere poterant cum lingua ipsa destructis ceteris in Babylone, sed non manserunt cum asseratur Moyse postea inuenisse litteras, nisi fortē dicatur, quod litterę, quas habuit a principio idioma Hebręorum fuerunt quas postea tenuerunt Chaldej, & Syri, quod quidem non est difficile, cum istę linguę similes sint in modo proferendi, & eadē nunc litteras habeant. Sed dicitur quomodo Moyse inuenit litteras Hebręas: nūquid Hebręi ante ipsum non scribebant quidquam?

An adam, & alij primę gratiis aliq. d. scripsissent.

F necesse erat igitur, quod litteras haberent: fluxerunt tamen multa tempora post diluuium, in quibus māsit littera hebraica, antequam Moyse legem scriberet. Respondendum est, quod ante hoc scribebant Hebręi, & vtebantur litteris Chaldeorum, & Syrorum, quę conueniunt linguę Hebręorum, & eadē penitus sunt in sono, sed differunt in characteribus, & apicibus, vt patet infra in littera: nec eguissent Hebręi aliquando alijs litteris, nisi Moyse illas inuenisset. Ratio autem inueniendi fuit, quia gens Hebręorum per legem susceptam incipiebat esse nouus populus distinctus ab omnibus alijs, ideo ad magnum honorem eius pertinebat, quod haberet per se litteras, quibus nulla aliarū gentium vteretur, & potissimē pertinebat ad dignitatem legis, quę in eis scribebatur, ideo Moyse non potuit inuenire alias litteras, quā eas, quas habebant Syri, & Chaldej, nec pauciores, quia tunc cū modus idiomatis in proferendo vtrōque idem sit, haberent Iudęi, quod non possent per litteras nouiter inuētas scribere, quidquid in lingua sua esset, vel non plene, etiā, quod essent eiudē sonoritatis istę litterę: solum autem fecit Moyse varietatem in characteribus, & apicibus, tamen idem est sonus. s. quod sicut Hebręi vocant Aleph, Beth, ita, & Syri atque Chaldęi sed aliter Chaldęi scribunt Aleph, & aliter Hebręi in characteribus multum differunt, ita vt Syri, atq; Chaldej non solum nō intelligant hebraicum idioma, sed etiā nesciant quicquam per litteras illius scribere: sic enim nobis est differentia inter latinas litteras modernas, & inter Gothicas antiquas, licet maior sit differentia characterū inter Chaldeam Syram, atq; Hebręā, ita tamen in Gothicis, a. & b. est, sicut apud nos, licet alterius figurę. Variatio autem parum agit ad vnitatem, vel diuersitatem litterarū: ideo satis dici possent, quod eadē penitus sunt litterę Chaldaicę, Syriacę, atque Hebręę, & sic conuenienter arguitur de numero earum ad numerum litterarum hebraicarum.

Quę hebręę magna ex parte confinis est, i. lingua Chaldaica, & Syriaca magnam habet conformitatem cū lingua hebręa: non quidem in identitate dictionum, sed in identitate litterarum, & modi proferendi litterarum: dico quantum ad sonoritatem, licet non quantum ad characteres, & hoc sufficit ad sumendum argumentum de 22. litteris. s. apud Chaldęos sunt 22. litterę, ergo apud Hebręos. Valet consequentia, quia alias multa essent apud Hebręos, quę scribi non possent, vel aliqua litterę superabundaret, vt supra dicebatur. (nam & ipsi.) s. Chaldęi, & Syri. (22. elementa habent.) idest 22. litteras, litterę enim vocantur elementa. Et litterę elementa quidem dicuntur ad similitudinem elementorum mundi, quia sicut elementa sunt primum, quod est in compositione cuiuscunque rei naturalis, & non potest fieri resolutio, nisi vlcque ad elementa, ita quodcunque idioma ex litteris tanquam ex elementis cōponit, quia istę sunt primę particule, quę non sunt diuisibiles. Nā syllogismi in orationes & orationes in dictiones, dictiones verō in syllabas, & illę in litteras, ad quas cum perueniatur ibi est status, quia illę non habent aliquid vterius in quod diuidantur, quia simplicissimę sunt: ideo istud nomen fuit eis cōuenientissimum. vocantur autem litterę a lituris. i. a liniendo, quia scribuntur in tabulis, & delentur iuxta Priscianum in principio minoris, uel litterę a legendo, de differentia harum loquitur Priscianus in principio maioris.

Eodē sono, sed diuersis characteribus. Idest differunt litterę Chaldeorum, & Syrorum a litteris hebręis solū in characteribus, idest in figuris: in sono tamen eadē sunt. Et quod dicitur de characteribus intelligendū est de apicibus: quoniam non iidem sunt. Nam inter Samaritanos, & Hebręos, qui penitus habebant eadē litteras non sunt iidem apices, vt patet infra quāto magis inter Hebręos, & Chaldęos, & dicitur, quod istę litterę habent eundem sonum, idest sicut Hebręi dicunt Aleph, ita & Chaldęi. De ceteris autem litteris eodem modo, sed non sunt iidem characteres, idest figurę, quia aliter figurent Chaldęi, & Syri, quam Hebręi.

Litterę quare vocentur elementa.

Samaritanos, & Hebręos, qui penitus habebant eadē litteras non sunt iidem apices, vt patet infra quāto magis inter Hebręos, & Chaldęos, & dicitur, quod istę litterę habent eundem sonum, idest sicut Hebręi dicunt Aleph, ita & Chaldęi. De ceteris autem litteris eodem modo, sed non sunt iidem characteres, idest figurę, quia aliter figurent Chaldęi, & Syri, quam Hebręi.

Samaritani etiam Pentateuchum Moyse totidem litteris scriptitant, figuris tantum, & apicibus discrepantes. Certumque est Esdrā scribam legisque doctorem post captam Ierosolymam, & instaurationem templi sub Zorobabel alias litteras reperisse, quibus nunc utimur, cū ad illud vsque tempus iidem Samaritanorum, & Hebręorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu, mysticē ostenditur. Et nomen domini tetragrammaton in quibusdā Græcis voluminibus vsque hodie antiquis expressum litteris inuenimus. Sed & Psalmi, tricessimus sextus, & centesimus decimus, & centesimus undecimus, & centesimus octauus, & centesimus quadragesimus quartus, quamquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremię lamentationes, & oratio eius, Salomonis quoque in fine, prouerbia, ab eo loco, in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? eisdem alphabetis, vel incisionibus supputantur. Porro quinque litterę duplices apud Hebręos sunt, Caleb, Mem, Nun, Pe, Sade. Aliter enim scribuntur per has principia medietatisque verborum, aliter fines. Vnde & a plerisque libri duplices æstimantur, Samuel Malachim, Dibrehaia-min, Esdras, Ieremias, cum Cynoth, idest lamentationibus suis. Quomodo igitur vigintiduo elementa sunt, per quę scribimus Hebræicē omne, quod loquimur, & eorum initijs vox humana comprehenditur, ita vigintiduo volumina supputantur, quibus quasi litteris, & exordijs in Dei doctrina tenera adhauc, & laetens viri iusti eruditur infantia.

Samaritani etiam. Hic ponitur alia probatio ad inducendam, quod litterę Hebręorum erant a principio. 22. per similitudinem ad Samaritanos, quia Samaritani, & Hebręi a principio habuerunt eadē litteras, sed ipsi habent 22. ergo, & Hebręi totidem habebant ante destructionem eorum per Babylonios, quod cōuenit ad numerum librorum.

Quę sit gens Samaritanorum, & vnde habuit ortum, & de quorum conuersatione. Quęst. V I I.

Pro hoc autem sciendum, quod Samaritani a Samaria dicuntur, scilicet populi habitates in vrbe Samaria, & in terra eius, quę dicitur ciuitates Samaritanorum. Est autem Samaria nomen ciuitatis solentissimę in terra Chanaan, quam Iudęi construxerunt, vt patet 3. Regum, ca. 16. quę vocata est Samaria a monte Somer, in quo fuit constructa, vt patet ibidem. In hac autem postea regnauerunt reges Israel, vt patet præalleg. c. & postea ex processu 3. & 4. Regum infra. Tempore autem regis Salmanasar, qui regnauit super Assyrios 10. tribus Israel, qui pertinebant ad regnum Israel, & erant sub regibus Samarię propter infandissima, & semper incorrigibilia scelera sua in captiuitatem per Salmanasar ductę sunt cum rege suo Osea. Sed ne maneret tota illa terra desolata, & redigeretur in solitudinem, rex Assyriorum transfudit de multis gentibus habitatores ad terram 10. tribuum, qui propter urbem Samariam, quę metropolis erat in terra illa Samaritani appellati sunt. Isti a principio colebant Deos suos, sicut edocti erant in gentilitate: iratus autem dominus misit in eos leones, & interficiebant illos, quia pollebant terram inquinamentis idolorum, quia non exhibebant ei cultum, sicut gētes, quę ibi primo fuerant, nunciatumque est regi Assyriorum, scilicet gentes, quas transfudisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samarię ignorāt legitimam Dei terram illius, & immisit in eos dominus leones, & ecce interficiunt eos, quod ignorant ritum Dei infra 4. lib. 17. c. tūc iussit rex vnū de sacerdotibus, qui captiui ducti fuerant adduci in terram illam, vt doceret eos ritum Dei, qui doctus, incesperuntque Samaritani colore Deum cęli, & nihilominus adorare idola sua, vt patet e. c. & tunc cessauerunt leones ab illis. Isti autem sunt Samaritani, qui euntibus duabus tribubus, scilicet Iuda, & Benjamin in Babylonicam captiuitatem manserunt in terra, & cum redissent Hebręi de captiuitate post 70. annos, isti repugnaverunt eis, ne restauraretur templum, & mutus vrbs, atque accusauerunt eos apud regem Babylonis, vt impederetur opus. Sic patet 1. Esdrę c. 4. & 5. isti etiam pugnaverunt contra Israelitas, dum construerent muros Ierusalem, ideo propter metum eorum cum construeretur murus, vna pars Iudæorum faciebat opus, & reliqua tenebat lanceas, & reliquum genus armaturę. Vnde dicebatur, quod vna manu tenebant lanceas, & reliqua manu faciebant opus, sicut patet ex lib. Neemię. Isti etiam sunt Samaritani, de quibus dicebat Christus Apostolis cum mittebat ad prædicandum, quod non introirent in ciuitates Samaritanorum, sed irent ad oues, quę perierant de domo Israel. Mat. c. 10. Erant enim isti Samaritani multum distincti in modo viuendi a Iudæis, nec erant de genere eorum, ideo non communicabant illis, nec veniebant Samaritani in Ierusalem ad adorandum cū Iudæis, sed adorabant in monte quodam, sicut patet ex verbis mulieris Samaritanę disputantis cū Christo sedente super fontem, & dicentis an adorandū esset Ierosolymis, vel in monte illo, vt patet Io. cap. 4.

Etiam Pentateuchum Moyse totidem litteris scriptitant. I. etiam Samaritani scribunt Pentateuchum Moyse 22. litteris quot habent Chaldęi, & Syri. Dicitur enim de Samaritanis, quod scribunt Pentateuchum Moyse, scilicet quia nullum alium librum recipiunt. Dicitur autem Pentateuchus ex gręca origine, volumen continens quinque libros, quia in eo continentur quinque libri Moyse, qui apud Hebręos humas, idest quiniarius dicitur, vel tora, idest lex, vt patet infra. Hos enim

enim quinque libros solum recipiunt Samaritani, de
 libris historicis, & prophetalibus nihil curantes. Cau-
 sa huius est, quia Samaritani occidebantur a leonibus,
 quia nesciebant legimam, scilicet ceremonias Dei ter-
 re illius, sunt autem istæ ceremoniæ pertinentes ad le-
 gem, ut in sacrificijs, & ceteris ritibus: ideo hæc solum
 addicere voluerunt Samaritani, quæ sufficerent libera-
 re eos a leonibus, sed ista habentur plenissime in Pen-
 tateuchio Moysi, nec agitur de eis in aliquo alio de li-
 bris veteris testamenti, ut patet inuenti: ideo solum
 Pentateuchum receperunt, nec tamen illi plene ob-
 seruabant, quia tunc non coluissent idola, sed colebāt,
 & adorabant simul Deum cæli, ut patet infra 4. lib. 17.
 c. Ex his autem arguit Hieronymus, quod habuerint
 Hebræi ante captiuitatem Babylonicam 22. literas, &
 istud argumentum conuenientius est adhuc, quam
 præcedens de similitudine linguæ hebræicæ ad Syram,
 & Chaldæam, quia literæ Samaritanorum, & Hebræo-
 rum a principio fuerunt eadem tam in characteribus,
 quam in sono, & apicibus. Er hoc quippe, quia
 Samaritani non habebant legem Iudeorum, sed sus-
 cepit Pentateuchum a sacerdote Hebræo, qui eos
 erudit in 4. lib. 17. c. ergo acciperent in eisdem li-
 teris, quibus tunc utebantur Hebræi, literæ tamen Sy-
 rorum, & Chaldæorum nunquam fuerunt eorumdē
 characterum cum literis Hebræorum, sed literæ Sa-
 maritanorum sunt 22. secundum, quod patebat tem-
 pore Hieronymi, cum adhuc manebant Samaritani,
 & codices eorum: ergo literæ Hebræorum ante Ba-
 bylonicam captiuitatem fuerunt 22. & hoc est, quod
 intendit probare Hieronymus ad conformitatem nu-
 meri librorum. Sed dicit aliquis ad quid superflue
 conatur Hieronymus probare esse 22. literas Hebræo-
 rum cum tunc luce clarius hoc cõstet? Dicendum, quod
 hoc vult probare, quia literæ Hebræorum non manse-
 runt semper eadem, sed destruxerunt in captiuitate
 Babylonica, & postea restaurauit Esdras scriba legis,
 ideo diceret aliquis, quod fecit plures, vel pauciores,
 & sic, quod nihil consonant numero librorum, qui
 prius fuit, ideo declarat Hieronymus, quod non solum
 numerus librorum consonat numero literarum he-
 bræicarum, quæ nunc sunt, sed etiam numero literarum,
 quæ fuerunt prius ante destructionem Iudeorum per
 Babylonios.

Figuris tantum, & apicibus discrepantes. Idest solum
 differunt literæ Samaritanorum, quæ nunc sunt a lite-
 ris Hebræorum in apicibus, & figuris, sed non in sono,
 scilicet quod tam Samaritani, quam Hebræi dicunt
 Aleb, & Beth, tamen alias figuras harum literarum
 ponunt Samaritani, & alias Hebræi.

*An literæ Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum fuerint eadem a
 principio in omnibus.* Quæst. VIII.

DICITUR autem aliquis ex hoc, quod videtur,
 quod literæ Hebrææ a principio fuerint eadem
 in sono, & characteribus, atque in omnibus
 alijs cum Chaldæis, & Syriacis, quia dicitur
 hic, quod literæ Hebrææ sunt eadem in sono cum li-
 teris Chaldæis, sed diuerse in characteribus: de literis
 etiam Samaritanorum dicitur, quod sunt eadem cum
 literis Hebræorum, sed differunt in figuris, & apicibus:
 ergo literæ Chaldæorum, Syrorum, Samaritanorum,
 & Hebræorum, quæ nunc sunt, eadem sunt in sono,
 sed literæ tam Chaldæorum, quam Samaritanorum
 differunt in characteribus a literis Hebræorum, quæ
 nunc sunt, ergo eadem sunt in characteribus literæ
 Samaritanorum, & Chaldæorum: sed literæ Samari-
 tanorum erant eadem in characteribus, & apicibus,
 & sono ante destructionem Iudeorum per Babylonios;

ergo etiam literæ Hebræorum ante Babylonicam ca-
 ptiuatatem erant eadem in characteribus cum literis
 Chaldæorum, & Syrorum.

Respondendum etiam, quod nunquam fuerunt
 eadem literæ Hebræorum, & Chaldæorum in cha-
 racteribus a captiuitate Babylonia, vel post: quonia
 Moyses inuenit literas Hebræorum, sed iam erant ab
 antiquo literæ Chaldæorum, & Syrorum, ergo ille
 differebant saltem in characteribus, alioquin nihil in-
 uenisset Moyses, nec vilo modo habuissent Hebræi
 aliquas literas proprias, ideo neganda est consequen-
 tia, quam isti faciunt, scilicet literæ Hebræorum, quæ
 nunc sunt, sunt eadem in sono cum Chaldæis, & Sa-
 maritanis, sed ab vtriusque differunt in apicibus, & cha-
 racteribus: ergo iidem sunt characteres Samaritano-
 rum, & Chaldæorum, satis enim stat characteres isto-
 rum esse distinctos, nisi forte dicas, quod vna litera nō
 potest habere, nisi duos characteres, ita quod Aleph
 apud Iudæos habeat nunc vnum characterem, & aliū
 apud Chaldæos, & Samaritanos, nec possit habere
 aliquem alium, sed hoc falsum est, quoniam mille, vel
 infinitæ possunt fieri figuræ eiusdem literæ, ideo si etiā
 apud quamlibet gentem essent eadem literæ in sono,
 quæ apud Hebræos possent habere eas distinctas tot
 modis in characteribus, quot genes sunt, & sic dic-
 dum, quod Samaritani habent nunc eosdem chara-
 cteres literarum, quos olim habent literæ hebræicæ,
 sed non habent tales characteres sicut Chaldæi, & sic
 literæ Hebræorum, quæ nunc ab vtriusque in characte-
 ribus differant. Cum vero dicitur, quod etiam differunt
 in apicibus, sciendum, quod apud Hebræos apices vo-
 cantur quædam puncta paruula, quæ aliquando super
 literas, & aliquando infra ponuntur: sunt autem ista
 quinque, loco quinque vocalium: nam in literis He-
 bræorum non sunt vocales, sicut in latinis, & quia nul-
 la vox cuiuscunque idiomatis formari potest sine li-
 tera vocali necesse erat, ut in hebræis literis esset ali-
 quid loco vocali, & ista sunt apices, de quibus Chris-
 tus dixit. Amen dico vobis, quoniam iota vnum, aut
 apex vnus, non præteribit a lege, donec omnia fiant,
 id est non præteribit litera paruula, quæ vocatur Iod: nec
 etiam vnus apex, qui in scriptura minimus est. De hoc
 Mat. c. 5. ergo apices erant de necessitate literæ hebræi-
 cæ, & quamquam aliquando Iudæi scribant sine api-
 cibus, hoc est quia iam sciunt supplere eos ex assuetu-
 dine legendi: & tamē necessario intelliguntur, de istis
 apicibus dicitur, quod differunt inter Hebræos, & Sa-
 maritanos, forte autem erit hoc in numero, vel in fi-
 gura, vel in nomine: quodcunque enim horum ste-
 nihil differt, quia non possunt poni apices, nisi pro
 quinque vocalibus, quod dico de illis, qui sunt de ne-
 cessitate scripturæ, latini autem scriptores alios api-
 ces inuenerunt, qui abbreviationi scripturæ accommo-
 di sunt, in quibus non solum suppleuntur singulæ vo-
 cales, sed interdū multæ literæ, & syllabæ in vno apice.
Certumque est Esdras scribam legis. Hic applicat Hiero-
 nymus id, quod intendit, scilicet quare probet per li-
 teras Samaritanorum, nu. 22. librorum veteris testamē-
 ti, & agit duo simul, scilicet probat, quod necesse sit
 induci ad probationem de numero librorum alias li-
 teras præter eas, quas nunc Hebræi habent. Secundo
 probat, quod sit conueniens probatio numeri libro-
 rum per literas Samaritanorum.

Quare per literas Samaritanorum probatur numerus librorum.
 Quæst. IX.

PRIMUM inducitur sic, scilicet si literæ Hebræorum
 eadem mansissent nunc in sono, & characteribus,
 quæ fuerunt a principio, non oporteret probari per
 alias

Esdras scri-
 ba legis.

Esdras do-
 ctor legis.

Apices q̄
 vocantur
 apud he-
 bræos.

alias literas numerum librorum, sed mutæ sunt,
 quia certum est Esdras scribam, & doctorem legis
 post templi restaurationem alias literas inuenisse, er-
 go necesse erat, quod probaretur numerus librorum,
 & literarum hebræicarum per alias literas, quibus fuissent
 similes a principio literæ Hebræorum. Secundo pro-
 batur, cum dicatur hic, quod iidem characteres He-
 bræorum, & Samaritanorum fuerunt vsque ad tem-
 pus captiuitatis Babylonicæ, sed Samaritani habent
 nunc 22. literas ergo a principio Hebræi totidem ha-
 bebant, & sic conuenienter fit probatio de numero
 literarum Hebræarum, & de conformitate numeri li-
 brorum per literas Samaritanorum. Quod autē Esdras
 sit scriba legis patet Nec. cap. 8. & ex processu libri
 Esdræ. Ipse enim totam legē, quæ a Chaldæis cõbusta
 fuerat ad integrum restaurauit, non quidem tanquam
 ipse eam totā memoriter teneret, quia ferē impossi-
 bile videbatur, quod quisquam hominum omnes li-
 bros veteris testamenti de verbo ad verbum memo-
 riter recitare posset: potissimè quia Esdras non fuit de
 terra Chanaan ductus in captiuitatem, sed in Babylō-
 ne genitus est: spiritu tamē domini in se facto omnia
 ad plenum scripsit, quæ in prioribus libris habebantur,
 sicut habetur in quarto suo libro apocripho, sed licet
 ea, quæ ibi habentur non recipiantur, quia pleraque
 recipienda non sunt, tamen aliunde constabit, quod
 ipse spiritu domini scripsit, scilicet quia sacra Scriptura
 dicit eum scripsisse, sed non poterat hæc scribere nisi
 spiritu prophetico, ergo irruente in eum spiritu do-
 mini scripsit. *Legisque doctorem.* Vocatur Esdras do-
 ctor legis, quia Israelitas redeuntes de captiuitate legē
 docuit, & prædicabat coram eis, instruebatque eos in
 moribus separando ab vxoribus alienigenis quas ac-
 ceperant contra legē, ut patet 1. Esdræ 9. & 10. & Nec.
 7. 3. & 9. cap. & accipitur hic lex large non solum pro
 lege Moysi, sed etiā pro omnibus libris veteris testa-
 menti, quos omnes ipse transtulit, & erudit ab He-
 bræos in illis. *Post captam Ierosolymam:* Refertur ad in-
 uentionem literarum per Esdras, nō quidem, quod
 immediate post captam Ierusalem, sed post reditum
 de captiuitate Babylonica, & templi restauratione, ut
 patet infra. dicitur tamen de Ierusalem capta, quia vs-
 que ad illud tempus manserunt priores literæ Hebræo-
 rum, quas tēpore Hieronymi Samaritani habebant:
 tempus autem a capta Ierosolyma vsque ad instaura-
 tum templum fuit sine literis, quod fuit tempus plu-
 rimum quasi 70. annorum: nam captiuitas 70. durauit
 annis. Iere. c. 23. edificatio autem templi secundi du-
 rauit 46. annis, ut patet Ioann. capitulo secundo. ergo
 essent centum, & sex anni ad minus, in quo Hebræi
 non haberent literas, si proprie accipiatur hic litera
 Hieronymi.

Et instaurationem templi. Idest postquam templum
 instauratum est per Israelitas venientes de captiuitate
 Babylonica inuenit literæ per Esdras, potest autem
 accipi hic post instaurationem, id est postquam
 finita est instauratione, vel post instaurationē, id est post-
 quam inchoata est, & quamquā vtrunque dici posset:
 conuenientius tamen est, quod inuenit literæ ab
 Esdra postquam incepta est instauratione, licet non fi-
 nita, quoniam non est verisimile, quod 46. annis quibus
 durauit instauratione templi Esdras nihil transtulerit:
 cum ipse doceret semper legem Israelitis postquā
 redierunt de captiuitate, ut patet ex libro suo primo,
 & ex libro Nehemiæ. *Sub Zorobabel alias literas reperisse.*
 Idest certum est, quod post instaurationem templi,
 quæ facta est sub Zorobabel principe inuenit Esdras
 literas.

*Quomodo in reditu Iudeorum de Babylone fuerunt tres prin-
 cipes, & de differentia principatum istorum.*
 Quæst. X.

ERAT autem Zorobabel princeps Iudeorum,
 qui genitus est in Babylone, & fuit nepos Ie-
 choniæ regis Iudæ, qui translatus est in Baby-
 lonem a rege Nabuchodonosor: Mat. c. 1. iste
 enim accepit principatū inter laicos, & ob hoc sem-
 per vocatur princeps Iudæ, & ad eum fiebant omnes
 locutiones prophetice de instauratione templi, ut pa-
 ter Aggei. cap. 1. & 2. & Zacha. c. 4. & 1. Esdræ 4. & 5.
 Ipse enim fuit semper princeps dum edificaretur tē-
 plum: nā sub eo inchoata edificatio, & consummata
 est, ut patet Zacha. c. 4. scilicet & factum est verbum
 domini ad me, dicens. manus Zorobabel fundauerūt
 domum istam, & manus eius perficient eam. Erat au-
 tem princeps alius tunc inter sacerdotes, scilicet Iesus
 Iosedech sacerdos magnus, ad quem pariter dirige-
 bantur locutiones prophetarum. Zacha. c. 3. & ipse, &
 Zorobabel dicebantur principari primo Esdræ. cap. 4.
 Nehemias etiam fuit princeps eo tempore solum qui-
 dem quantum ad edificatiōnem murosum, quoniam a
 rege ipse præpositus est, ut edificaret muros, ut patet
 Nehem. c. 2. Proprie tamen princeps erat Zorobabel.
 Dicitur autem Esdras inuenisse alias literas, id est diffe-
 rentes a prioribus, scilicet in characteribus, & non in
 sono, sed quia litera figura quædam est, variata figura-
 tione, dicitur variari litera, quamquam maneat eadē
 sonoritas.

Quibus nunc vitimur. Idest istæ literæ inuentæ per Es-
 dram sunt, quæ manserunt semper postea inter He-
 bræos, ut dicit Hieronymus, quibus vitimur, referendo
 ad te, quia ipse nouerat idioma hebræorum, & ob hoc
 transtulerat de Hebræo in Latinum, non tamen erat
 ipse hebræus, nec de genere hebræorum, sed natus de
 parentibus Christianis, ut ipse testatur in prologo suo
 super Iob, qui incipit Cogor per singulos.

*Cum ad illud vsque tempus iudem Samaritanorum, & He-
 bræorum characteres fuerint.* Idest nunc sunt eadem lite-
 ræ in sono Hebræorum, & Samaritanorum, sed non
 sunt iidem characteres: a principio autem vsque ad il-
 lud tēpus tā sonus, quam characteres: erant iidem. Cū
 autem dicitur vsque ad illud tempus non referatur ad
 immediatam, scilicet ad instaurationem templi sub Zo-
 robabel, quia tunc non erant iidem characteres He-
 bræorum, & Samaritanorum in literis, cum nec lite-
 ras vllas, nec characteres tunc Hebræi haberent, quia
 peditæ fuerant literæ in destructione vrbis Ierosolymæ
 per Babylonios, sed referatur ad supra posita, scilicet
 ad captam Ierusalem, quia tunc perditæ sunt literæ He-
 bræorum, & vsque ad tempus illud fuerant iidē cha-
 racteres Samaritanorum, & Hebræorum.

In libro quoque Numerorum. Hic ponit Hieronymus
 aliam probationem de numero librorum, & literarum
 veteris testamenti, quod sunt 22. per numerum Leui-
 tarum, qui habetur in libro Numerorum, in quo mysti-
 ce significatur numerus iste librorum. Non reperit
 autem in toto libro Numerorum numerus sacer-
 dotum, & Leuitarum, nisi bis cum ponitur summa
 Israelitarum: habentur enim in libro illo due nūcia-
 tiones totius populi, scilicet vna, quæ fuit in secundo
 mense anni secundi ab exitu de Aegypto, & fuit facta
 in monte Sinai: de qua Num. c. 1. alia fuit facta an-
 no. 40. ab exitu de Aegypto in vltima mansione apud
 Iordanem, de qua Num. c. 26. In vtraque autem harū
 fuit acceptus numerus Leuitarum, & sacerdotum cū
 Israelitis, quia iusserat Deus, quod nō tolleretur sum-
 ma filiorum Leui cum filijs Israel. Num. c. 1. Fuit au-
 tē per se in prima numeratione accepta summa Israe-
 litarum

litarum, & per se summa Leuitarum de Leuitis dicitur, quod erant 22. millia: Nume. c. 3. In secunda quoque numeratione anno 40. accepta per se summa Leuitarum inuenta sunt 13. millia. Nume. 26. c. Cum autem dicitur hic, quod numerus Leuitarum, & sacerdotum, qui ponitur in libro Numerorum designat istum numerum librorum veteris testamenti, dicendum, quod intelligitur de summa Leuitarum in prima numeratione, in qua ponuntur 22. millia. In secunda autem 23. millia, & ista nihil agit: dicitur autem significari numerus librorum per numerum Leuitarum, & sacerdotum, quia sicut sunt 22. libri, ita 22. millia sacerdotum, & Leuitarum: secunda quia est numerus inequalis, nihil ad hoc agit.

Hæc eadem supputatio. Id est iste idem numerus, scilicet 22. quia est numerus librorum veteris testamenti, & numerus literarum.

Sub Leuitarum atque sacerdotum sensu mysticè ostenditur. Id est per numerum Leuitarum intelligitur mysticè numerus librorum: dicitur autem mysticè, quia sensus literalis in illo numero Leuitarum, & sacerdotum non est, quod significetur numerus librorum, vel literarum, sed quod significetur summa Leuitarum, & sacerdotum, qui erant illo tempore, quo facta est computatio illa in monte Sinai, sed mysticè, id est sensu morali. Per numerum 22. millium sacerdotum, & Leuitarum intelliguntur 22. libri veteris testamenti, & fuit conteniens transumptio de numero sacerdotum, & Leuitarum ad numerum librorum, quia sacerdotes, & Leuitæ scire debent quicquid continetur in 22. libris veteris testamenti, sic patet Aggei ca. 2. ubi Deus iussit, qd de dubijs legis quereremus a sacerdotibus, ideo ipsi scire tenentur totam legem. Idem patet Mala. c. 2. labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent de ore eius, quia angelus domini exercituum est: ergo ad sacerdotes pertinet scire omnes 22. libros veteris testamenti. Et dicitur fortassis hoc intelligi sub sensu mystico, quasi propter hoc in libro Numerorum ponantur 22. millia sacerdotum, & Leuitarum, ut significetur 22. libri. Nam summa, quæ colligitur Nu. c. 3. peruenit ad 22. millia 300. ut patet ex tribus summis partialibus, quæ habentur ibi, cum tamen ponitur postea summa totalis, ponuntur 22. millia quasi illa 300. videantur ablata propter concordiam numeri Leuitarum, & sacerdotum ad numerum librorum; non est tamè illa causa literalis, quia illi 300. ablati sunt cum essent de primogenitis sacerdotum, & Leuitarum, & non poterant accipi in commutationem pro primogenitis Israelitarum, sed pro se ipsis manebant: ergo solum 22. millia accipienda sunt in summa totali, & illa assumpta sunt in commutatione pro Israelitis, & pro ceteris primogenitis eorum datum est pretium Na. c. 3. In sensu tamè mystico possumus significare quodcumque voluerimus: dum tamen habeat aliquam similitudinem, & sic per 22. millia sacerdotum, & Leuitarum, intelliguntur 22. libri veteris testamenti: dicitur autem de supputatione sacerdotum, & Leuitarum, quia omnes tam sacerdotes, quam Leuitæ computati sunt: fuerunt enim computati omnes de tribu Leui, sed isti diuiduntur in sacerdotes, & Leuitas, quia Aaron, & posterii sui erant sacerdotes. Ceteri autem de tribu Leui vocabantur Leuitæ. Cum vero facta est ista computatio solum erant tres sacerdotes, & ceteri erant Leuitæ, quod patet, quia Aaron habuit quatuor filios, qui cum eo consecrati sunt, scilicet Eleazar, Ithamar, Nadab, & Abiu: Exo. c. 29. & Nu. c. 3. duo autem horum, scilicet Nadab, & Abiu die octauo consecrationis sue cum primo inciperent ministrare offerentes ignem alienum, Leui. c. 10. consumpti sunt: alij duo manserunt cum patre tempore huius numerationis;

Scientia pertinet ad sacerdotes.

ideo Nume. c. 3. isti tres exprimuntur de sacerdotibus, quia nulli alij erant, ceteri verò erant Leuitæ.

Et nomen domini tetragrammaton. Hic redit Hieronymus ad probandum de numero literarum Hebraicarum, & de mutatione earum, scilicet quod fuerint 22. a principio, & quamquã postea propter Eisdram alij inuentæ sunt, mansit idem numerus: principaliter autem significatur hic, quod non semper fuerunt istæ literæ apud Hebræos, quæ nunc sunt, sed aliquando fuerunt alij, quod probat, quia in Græcis voluminibus reperitur aliquando nomen domini tetragrammaton scriptum prioribus literis hebraicis, ergo alij præter has fuerunt.

De nomine Dei tetragrammaton, quid significet.
Quest. XI.

SCIENDUM autem cum dicitur hic de nomine domini tetragrammaton, quod illud est nomen quatuor literarum apud Hebræos, quod scribitur his literis, Iod, He, Vau, He, tetragrammaton autem non est aliquod nomen domini, sed est quoddam nomen appellatiuum Græcum designans quatuor literas, & dicitur a tetras, quod est quatuor, & grama, quod est litera quasi quatuor literis scriptum: dicitur autem de nomine tetragrammaton, quia Deus habet multa nomina in Hebræo: aliquando enim vocatur Adonai, & aliquando El, vel Elohim: aliquando autem ponitur aliud nomen quatuor literarum, quod Deo proprie conuenit, & illud non pronuntiat, sed loco eius dicitur Adonai. Tria enim prima nomina, Adonai, & El, & Elohim significant Deum sub quibusdam proprietariis attributibus, scilicet in quantum est dominus, vel fortis: nomen autem tetragrammaton significat substantiam Dei sine aliqua proprietate attributi, sicut istud nomen Deus in Latino idiomate, & istud est honorabilius nomen Dei apud Hebræos.

In quibusdam Græcis voluminibus usque hodie expressim antiquis literis inuenimus. Id est istud nomen interdum habet in Græcis voluminibus literas Hebræas antiquas, scilicet non eas, quibus nunc vtimur: hoc autem esse non potest, nisi quia fuerunt aliquando alie literæ Hebræorum præter has, sed fuerunt mutatae per Eisdram.

Quomodo possunt literæ antiquæ Hebræorum reperiri in aliquibus codicibus Græcorum. Quest. XII.

QUÆRET autem aliquis quomodo possunt esse literæ Hebrææ antiquæ in aliquibus codicibus Græcorum: nam fuit translata Biblia de Hebræo in Græcum post captiuitatem Babylonicam, & secundas literas inuentas per Eisdram, cum Ptolomæus misit ad Hebræos, ut darēt ei interpretes, & miserunt ei 70. viros, ergo isti non poterant scribere nomen tetragrammaton, nisi in literis Hebræis, quibus nunc vtimur. Respondendum est verum esse, quod translatio de Hebræo in Græcum fuit facta post secundas literas inuentas per Eisdram, tamen interpretes sciebant, quæ fuissent literæ priores, quoniam cognoscebant, quod literæ, quæ erant apud Samaritanos erant, quæ prius fuerunt apud Hebræos, & ipsi scientes illas potuerunt ponere aliquando nomen domini descriptum illis literis, & postea alij traslatores idem obseruauerunt, ita vt usque hodie in quibusdam Græcis voluminibus maneat nomen domini literis antiquis descriptum. Sed, & Psalmi. Hic iterum probat Hieronymus, quod apud Hebræos erant 22. literæ ab antiquo, quia aliqui Psalmi sunt, quinque, qui habent totum Alphabetum Hebræorum, & incipiunt versus in eis scriptum per literas Alphabeti. Pri-

mi sunt Psalmi qui incipiunt per ordinem librorum Alphabeti, apud Hebræos, & quare non sic incipiunt apud nos.

mus versus in Aleph, secundus in Beth, & sic consequenter de omnibus alijs literis vsque ad Thau, quæ est vltima litera inter Hebræos, & in quibusdam Psalmis cum peruentum sit ad Thau, iterum sit reditio ad Aleph, isti tamen Psalmi erant scripti antequam Eisdram inueniret secundas literas Hebræorum, ergo a principio erant 22. literæ sicut nunc. Aliquis dicit, quod ex hoc non concluditur a principio fuisse 22. literas, sed solum, quod nunc sint 22. quia reperiuntur 22. versus in ordine consequenti incipientes a literis varijs, ergo 22. literæ sunt nunc. Cum autem dicatur ergo antiquitus erant 22. literæ, dicit aliquis non tenere consequentiam, quia fortè antiquitus isti versus incipiebant ab alijs literis, quæ fortè erant 22. solum, vel pauciores nunc autem incipiunt ab alijs. Respondendum, quod non potest stare ex eo, quod supra dicebamus, scilicet quod lingua hebraica eadem fuit ante captiuitatem Babylonicam, & post, sed literæ fuerunt mutatae, & quædem non potuerunt simpliciter mutari, sed solum quantum ad characteres in sono autem nequaquam, ideo cum nunc sint aliqui Psalmi habentes versus 22. ordine continuato incipientes a literis diuersis, necesse est, quod ab antiquo fuerint saltem 22. literæ eadem cum his, quamquam differant in characteribus, alioquin dicemus, quod non solum mutatae sunt, sed etiã idioma totum, quod falsum est: apparet igitur, quod etiam ab antiquo fuerint 22. literæ, vt nunc significantes 22. libros veteris testamenti, id est 36. Psalmus habet versus descriptos per literas varias Alphabeti continuati. Pro quo sciendum, quod Hieronymus ponit hic quinque Psalmos, quos exprimit, & dicit, quod apud Hebræos scribuntur diuerso metro, & tamen rextuntur Alphabeto eiusdem Numeri, id est quilibet istorum Psalmorum habet tot literas varias continuatas, quot habet alius. Verbi gratia, quod incipiat primus versus in Aleph, secundus in Beth, & sic continuatim vsque ad Thau. In quolibet autem istorum Psalmorum verè reperitur istud, sed scribitur diuerso metro, id est diuersa lege metrorum quantum ad trimetrum, vel tetrametrum: differt tamen in istis Psalmis, quia quidam habent plures versus, quam alij: hoc autè, quia replicantur in eis pluries literæ Alphabeti, vel quia duo versus, qui simul sunt, incipiunt ab eadem litera: & sic 44. versus complent vnum Alphabetum hebraicum geminatis versibus ad quamlibet literam, sic autem fuit in Psalm. 144. qui incipit Exaltabo te domine. Sciendum autem circa ista duo, quæ ponit hic Hieronymus, scilicet quod isti Psalmi quinque scribuntur Alphabeto eiusdem Numeri, sed non eodem metro. Circa primum attendendum, quod Hieronymus in quadam epistola ad Marcellam, ubi ponit de Psalmis habentibus Alphabetum hebraicum ponit solum quatuor, hic autem ponuntur quinque, quod fortè accidit errore scriptorum, qui substituerunt vnum de Psalmis, scilicet tertium. sunt autem verba Hieronymi hæc in epistola sua, scilicet. Scire debes quatuor Psalm. secundum ordinem elementorum incipere, scilicet 36. & centesimum decimum, & 128. & 144. verum scire debes, ex prioribus Psalmis singulis literis singulos versus, qui trimetro iambico constant esse subnexos, inferiores verò tetrametro iambico sicut Deutero. canticum scriptum est: sunt qui alios putent hoc ordine incipere, sed falsa eorum opinio est. Prius istorum est 36. scilicet. Noli emulari, qui incipit secundum ordinem Alphabeti vsque ad vltimam literam: hoc autem in Hebræo verum est, sed non apud nos quoniam non est ibi aliquis ordo literarum secundum Alphabetum nostrum. Causa est, quia non sunt eadem dictiones in Latino, & Hebræo. Sciendum etiam, quod non habent omnes isti Psalmi integrum Al-

phabetum, sed aliqui habent pauciores versus, aliqui autem plures, quam complere possint vnum Alphabetum, sufficit tamen, quod illi versus quotquot sunt sequuntur ordinem Alphabeti. Et centesimus decimus. Iste est secundus Psalmus eorum, qui procedunt ordine Alphabeti, & vocatur: Confitebor tibi domine: Non habet autem integrum Alphabetum, sed solum 10. literas, cum solum habeat decem versus. Et centesimus undecimus. Iste est tertius Psalmus horum, scilicet Beatus vir, qui timer dominum: & procedit eodem ordine Alphabeti, sed non habet integrum Alphabetum cum solum sint 9. versus. Et centesimus octauus. Iste est quartus, & vocatur Beati immaculati. Nec accipitur iste Psalmus secundum, quod apud nos distinctus est, scilicet vsque ad retribue seruo tuo, fed durat vsque ad Psalmum. Ad dominum cum tribularer, comprehendens omnes Psalmos prime, tertie, Sexte & Nonæ: nec sunt hic versus in ordine Alphabeti secundum continuationem literarum, sed sunt 22. octonarij, qui faciunt versus 266. sed incipiunt octonarij isti per literas Alphabeti, scilicet primus octonarius in Aleph, & secundus in Beth, & sic conuenienter vsque ad Thau. vicesimus secundus octonarius incipit in Thau, & sic est ibi consummatum Alphabetum.

De diuisione octonariorum, & quid sint.
Quest. XII.

SCIENDUM autem circa istos octonarios, quod octonarij dicuntur diuisiones factæ in Psalmis, quarum quælibet continet versus octo, sic patet in toto Psalm. illo beati immaculati: nam secundum nos diuiditur in 11. Psalm. quorum sunt duo pro hora Prima, & tres pro Tertia, totidem autè pro Sexta, & Nona. continet autem quilibet istorum Psalmorum 16. versus, ideo diuiditur in duos octonarios in medio autem istorum Psalmorum, scilicet in versu 9. cuiuslibet eorum incipit semper alius octonarius, & sic cum primus octonarius, scilicet beati immaculati incipiat in Aleph, vltimus octonarius, scilicet appropinquet deprecatio mea: incipit in Thau, ubi est 22. octonarius. Et centesimus quadragesimus quartus. Iste est vltimus Psalmus eorum, qui sequuntur Alphabetum: & iste est. Exaltabo te domine: sequitur autem ordinem Alphabeti, & dicit de eo Hieronymus, quod singulis literis singuli versus gemine supputantur: sunt autem ibi 22. versus, qui possent complere hebraicum Alphabetum, si literæ simplices essent, scilicet cuiuslibet versus vna litera, sed dantur duo versus vni literæ. Quamquam diuerso scribantur metro, i. omnes isti Psalmi sequuntur ordinem Alphabeti, quantum ad literas tamen differunt in hoc, quod non scribuntur eodè genere metrorum, sic patet ex litera Hieronymi in epistola ad Marcellam cum ait: Verum scire debes, quod prioribus Psalmis singulis literis singulos versiculos, qui trimetro iambico constant esse subnexos: inferiores verò tetrametro iambico, sicut Deute. canticum scriptum est: Hoc quidem, quod de metris dicitur, sepe obseruatur inter hebræos, quia sicut poetæ vtuntur diuerso genere metrorum, ita & sacra scriptura vsa est: sic probat Hieronymus inductiue de multis in prologo super Iob, qui incipit: Cogor per singulos. In Psalmis autem istis obseruatur ista differentia, quod in quibusdam est trimetrum iambicum: in alijs verò tetrametrum.

Ad cuius euidenciam considerandum, quod metra secundum auctoritatem Latinorum multipliciter nominantur, quedam enim nominantur ex numero pedum: alia autem a materia: de his secundis dicimus quedam metra esse heroica ab heroibus: sunt enim heroes viri nobiles, & famosi: metra autè, quæ de gestis



stis eorum scribuntur heroica appellantur: sic etiam vocantur metra elegiaca, quæ tractant de miseria, vel amore, quia elegia idem est, quod miseria: aliquando autem nominantur metra ab inventore sicut metra Archilochica, & Asclepiada, quæ ab Archiloco, & Asclepiade inventoribus nominantur: sic etiam vocatur metrum Saphicum a Sapho muliere, quæ in Græcia huius carminis modum invenit sub Cyro rege Persarum, dum Iudei redirent de captivitate Babylonica, & istis metris vitur frequenter Boetius: sicut est illud: Bella bisquis in sine quarti libri, & illud. Nouimus quætas in tercio libro: hoc etiam metro Saphico scribuntur tria Alphabeta lamentationis Hieremie, scilicet primum, secundum, & quartum: alia autem vocantur a numero pedum, ut exametri, quod sex pedes habet, & iste versus præcipue spondaici, vel Dactilici sunt, quia in quolibet pede potest Dactilus, vel Spondeus indifferenter locari, præterquam in quinta sede ubi ex natura metri Dactilus semper locatur: sic etiam sunt versus Pentametri, id est habentes quinque pedes. Alia metra vocantur a pede prædominante, ut Spondaica Dactilica, Iambica Trochaica, vel Anapestica, & vocantur ista carmina aliqui Dimetra Trimetra, vel Tetrametra. In versibus autem Dactilicis, vel Spondaicis, sicut sunt Exametri, vel Pentametri vnus pes cõputat pro vno metro, ideo vocantur exametri, quasi habentes sex metra, & totidem pedes sunt. In versibus autem Iambicis Trochaicis, vel Anapesticis duo pedes ponuntur pro vno metro, & sic vocatur dimetrum, quod habet duo metra, quæ sunt quatuor pedes, siue quatuor Iambi, siue Trochei, trimetrum vocat ubi tria metra sunt, quæ continent sex pedes, & tale est illud metrum, quod ponit Boetius secundo de Consolatione de mutatione fortunæ, scilicet

Hæc cum superba verterit vices dextra.

Hoc trimetrum est continens sex pedes, scilicet tres Spondeos, & tres Iambos, *Hæc cum*, Spondeus est. *super* Iambus est, *ba ver*, Spondeus est, *terit*, Iambus est, *vices*, Iambus est, *dextra*. Spondeus est. Primum metrum continet vnum Iambum, & vnum Spondeum. *f. Hæc cum super*. Secundum metrum continet Spondeum, & Iambum. *f. ba verterit*. Tertium metrum continet Iambum, & Spondeum. *f. vices dextra*. Tetrametrum autem Iambicum recipit Iambum in omnibus locis: Spondeum tantum in paribus, & dictum est Iambicum a pede prædominante in loco pari, in quo nullus alius pes habet poni. Iambicum metrum. Si dimetrum est quatuor habet pedes: si Trimetrum habet sex, si Tetrametrum habet octo: verbi gratia accipiatur istud Iambicum Tetrametrum.

Deus creator omnium,

Iam surgit hora tertia.

Deus, Iambus est. *crea*, Alter Iambus iunge simul, & habebis vnum metrum. *tor om*, alter Iambus, *num*. Alter Iambus: iunge simul, & habebis secundum metrum. *Iam sur*, Spondeus. *git ho*, Iambus est. Iunge simul, & habebis tertium metrum, *ra ter*, Spondeus est, *tia*. Iambus est. Iunge simul, & habebis quartum metrum, & sic patet quare vocetur Tetrametrum: similiter posses ponere exemplum in illo hymno:

Iam lucis orto sidere.

& similibus. Communiter tamen in talibus signatur Dimetrum Iambicum, quia in quolibet versu hymni sunt quatuor versus metrici. Illud trimetrum, & Tetrametrum Iambicum obseruatur in istis Psalmis apud Hebræos quidem, sed apud nos nequaquam, quia nec est ordo literarum per Alphabetum, nec obseruatur natura metri, cuius causa infra declarabitur.

Eiusdem numeri texuntur alphabeto. Id est isti Psalmi scribuntur, vel continuantur Alphabeto, id est literis

eiusdem numeri. Non est autem sensus, quod tot litteræ ponantur in Psalmo vno, per quas incipiant versus, sicut in alio, cum quidam Psalmi horum solum habeant nouem versus, & alij 10. alij autem plures, quam 40. ideo impossibile est in vtrisque compleri Alphabetum: sed est sensus, quod texuntur literis eiusdem numeri, id est eiusdem ordinis, scilicet quod sicut incipit vnus Psalmus eorum per ordinem Alphabeti, & continuatur per omnes versus iste ordo, ita in alijs fit, & tamen in quibusdam completur Alphabetum in alijs nõ propter paucitatem, & multitudinẽ versusum. *Et Ieremia lamentationes, & oratio eius*. Id est etiam obseruatur ordo 22. literarum in Ieremia in lamentationibus, & in oratione eius.

Lamentationes quo genere metrorum describuntur.

Quæst. XIII.

NON est autem hoc per totum librum Ieremie. Nam totus liber prophetiarum eius stylo pedestri, & sine lege metrorum scriptus est. In lamentationibus autem, quæ alio modo vacantur threni Ieremias non tanquam Propheta, sed tanquam rhetoricus per sermones passionales audientes ad compassionem desolatæ ciuitatis conuertit: licet aliquando aliqua de Christo intermiscat: seruatur ordo huius scripture per Alphabetum: ita, quod primus versus incipiat per Aleph, quæ est prima litera, secundus versus per Beth, quæ est secunda, & tertius per Ghimel, quæ est tertia, & sic consequenter vsque ad Thau, quæ est vltima.

In litera autem nostra non potuit seruari idẽ ordo, ideo ad signandum illum ordinẽ esse apud Hebræos ponimus in principio cuiuslibet versus illam literam hebraicam, a qua incipit, & sic sunt completa Alphabeta in lamentationibus, sic sunt apud nos alij hymni, qui incipiunt per consequentes literas Alphabeti, scilicet: A. solis ortus cardine: cuius primus versus in A. secundus in B. tertius in C. incipit, & sic vsque ad finẽ hymni, ponuntur autem quatuor Alphabeta in lamentationibus, id est Alphabetum quater repetitur ad notandum, quod Ieremias deplangit propter quatuor mala, scilicet propter mortem Iosue. Secundo propter transmigrationem regis Ioaachim, & omnium nobilium in Babylonem. Tertio propter destructionem templi, & ciuitatis factam per Nabuzardan: quarto propter mortem Godolie, & non sunt similia ista Alphabeta, quia in primo, secundo, & quarto simpliciter ponit quelibet litera, semel Aleph, & semel Beth: in tertio Alphabeto quelibet litera triplicatur, ter Aleph, & ter Beth, & sic consequenter. Differunt etiam ista Alphabeta, quia cum scribatur sub lege metrorum in pedibus certis, & syllabis, tamen alia metra ponuntur in primo, secundo, & quarto, & alia in tertio. Nam primum, secundum, quartum, describuntur metris Saphicis cum cõmate heroico. Tertium Alphabetum trimetris Iambicis trochaicis, vel anapesticis scriptum est: de hoc Hieronymus in epistola ad Marcellam, quæ incipit nudiustertius, ait habens in lamentationibus Ieremie quatuor Alphabeta, ex quibus duo prima quasi Saphico metro scripta sunt, quia tres versiculos, qui sibi nexi sunt, & ab vna tantum litera incipiunt heroicum cõma concludit. Tertium Alphabetum trimetrum scriptum est ternis literis, sed eiusdem tantum versus incipiunt. Quartum Alphabetum simile est primo, & secundo. Idem autem in sententia, & quasi in verbis ponit Ildorus Etymologia. 6. l. ista lex metrorum obseruata in Hebræo idiomate, cum in Latinum singula transferuntur, non manet vlla lex metri, & hoc propter duo, primo quia modus loquendi hebraicus

Quare ponantur quatuor literæ in lamentationibus Ieremie.

braicus interdum longior, & interdum decurtatior est, quæ latinus: metrum autem sub certis syllabis, & pedibus cõtinet, unde accidit interdum, quod cõsiderata multitudine syllabarum tota litera vnus versus de primis alphabetis lamentationum nõ accedat ad tria metra Saphica, & deficiat cõma heroicum. Interdum vero longiorem, quam sub tribus metris Saphicis, & cõmate heroico comprehendi possit, & secundum, quod obstat est quantitas syllabarum faciendum alios, & alios pedes: non enim potest poni indifferenter quantacumque syllaba in quacumque metro, quia in dactilicis nõ potest poni omnes syllabæ productæ, vel oēs breues, & sic de spondaicis, quia spondeus duabus longis, dactilus autem prima longa, & duabus sequentibus breuibus continetur: dato ergo, quod tot præcisè syllabæ in litera hebraica essent, quot in latina, tunc non posset seruari lex metri, quia non est eadem quantitas syllabarum. Breuitas, vel longitudo: prima igitur Alphabeta. scilicet primum secundum quartum, secundum hebræos habent versus singulos per singulas literas alphabeti, & in quolibet illorum versusum ponuntur tria metra Saphica, & vnum cõma heroicum: quodlibet metrum Saphicum, vt dicunt quidam, cõtinet quatuor pedes & primus pes continet tres syllabas, secundus duas, tertius quatuor, quartus duas, & sic in quolibet metro Saphico sunt. 11. syllabæ: cõma autem heroicum est quadam breuis decisio, quæ continet dimidium metri Saphici. scilicet duos pedes, qui habent quinque syllabas: oia ista patent in isto versu. *Vt queant laxis*. Sunt. n. ibi tria metra Saphica, & in fine cõma heroicum. Primum metrum est.

Vt queant laxis resonare fibris.

In quo sunt quatuor pedes, & 11. syllabæ. *f. Vt queant*. Primum pes. *Laxis*. Secundus pes. *Resonare*. Tertius pes. *Fibris*. Quartus pes. Secundum metrum Saphicum est.

Mira gestorum famuli tuorum.

Vbi sunt totidem pedes, vt supra tertium metrum est.

Solue polluti labij reatum.

Comma heroicum est.

Sancte Iohannes.

In quo sunt duo pedes, primus trisyllab. *f. Sancte Iohannes*. Secundum duorum syllabarum. *f. ames*. quod dicitur hic de metro Saphico, quidam sic putant, sed quinque pedibus constat. *f. Trochæo*, Spondeo, Dactilo, & duobus Trocheis, quale est illud Boetii. Nouimus quantas, & illud, *Bella Bisquis*, & Seneca in tragædijs sæpe hoc genere Metri vitur, vt illud.

Natus Euristeus properante partu.

Et habet semper Saphicus versus vndecim syllabas, & quinque pedes, & sicut dictum est Hymnus ille. *Vt queant laxis*, habet tria Metra Saphica cum cõmate heroico in quolibet versu, vel concatenatiue, & est vnum Metrum.

Vt queant laxis resonare fibris.

Vt queant. Trocheus est. *Ant la*. Spondeus est. *xis Reso*. Dactilus est. *nare*. Trocheus est. *Fibris*. Alius Trocheus, & de alijs duobus metris eodem modo. Cetera, quæ dicta sunt vera sunt, sed nullus pes est Tetra syllabus in metris Saphicis, sicut illi dixerunt, & hoc modo est in istis versibus apud hebræos, nec addit syllaba, nec deficit, & cum talis versus continetur. 38. syllabas. *f. 3*. in tribus Metris Saphicis, & quinque in cõmate heroico, concluditur, quod tot syllabæ sunt in quolibet istorum in hebræo, sed apud nos non est sic, ut patet cõputando in quolibet versu. Primum, n. versus primi alphabeti apud nos. *f. Quo sedet sola*. 43. syllabas cõtinet, quæ faceret quasi quatuor metra Saphica, & sic patet varietas in sequentibus, aliqui per abundantiam

Alph. Toft. In Primum Regum,

& aliqui per defectum syllabarum. Tertium alphabetum apud Hebræos literas triplicat, & cõputant tres literas sub vno versu, & uocamus illum versum trimetrum. id est continentem tria metra, quia: sub quolibet litera vnum metrum continetur, & ista metra sunt equalium syllabarum, rarissime autem ab hoc deuiat: ista autem nihil horum obseruatur. *Et oratio eius*: i. Et oratio Ieremie lege metrica per omnes litteras alphabeti scripta est. Incipit autem ista oratio. Recordare dñe quod acciderit nobis. Et ponit in fine lamentationum. *Salomonis quoque in fine prouerbia*. i. Et prouerbia Salomonis ad finem suum habent istum ordinem literarum alphabeti: & de ad finem, quod prouerbia a principio vsque ad finem. 30. ca. p. saico stilo procedunt nulla obseruata lege metri: in fine autem. *f. in vltimo. c.* per versus describuntur: habent. n. vnum alphabetum cõpletum. *Ab eo loco, in quo ait mulierem fortem, quis inueniet*. Iftud est. 31. c. & vltimum in prouerbijs, & istud texti ordine metrorum hñs cõpletum alphabetum, cuius primum metrum est mulierem fortem & c. & incipit in Aleph. *Eisdem alphabetis, vel incisionibus supputantur*. i. oia. s. dicta. *f. Psalmi prædicti, & lamentationes Ieremie, & fines prouerbiorum supputant eisdem alphabetis*. i. *f. is. f. q.* versus in vtrisque tendunt per ordinẽ alphabeti, licet nõ sint tot litteræ in uno sicut in alio, nec tot Alphabeta. Nã aliqui Psalmi prædictorum sunt, qui non continent integrum alphabetum: lamentationes tñ Ieremie quatuor integra Alphabeta hñt, et supputant eisdem incisionibus. i. decisionibus metricis. *f. q.* non est snia, & litera continuata stilo producta sicut in profaics, sed est litera incisa per determinatos pedes, & syllabas reducenda ad legem metrorum. Aliqui dicunt, quod uocatur incisiones quasi abscisiones, quia ita certum hñt numerum syllabarum, & pedum, quod quidquid superfluum est abscisum vñ, sed prima snia est melior. prouerbia autem Salomonis scribuntur apud Hebræos Tetrametro iambico, s. in fine suo, sic ait Hieronymus in epistola ad Marcellam. *f. prouerbia Salomonis extremum claudit alphabetum*, quam tetrametro iambico supputatur ab eo loco, in quo dicitur mulierem fortem, *Porro quinque literæ.*

Quomodo lib. veteris testamenti sint 22. & quomodo literæ hebraicæ sint 22. Quæst. XV.

Hic Hieronymus declarat id quod s. dixerat. *f. q.* libri veteris testamenti erant. 22. & quod litteræ hebraicæ erant. 22. applicando eas litteras. *f. q.* non solum litteræ hebraicæ sunt 22. sed earum quinque sunt duplices. *f. q.* quelibet earum bis ponitur in hebraico alphabeto, ita de. 22. litteris hebræorum quinque duplices sunt, quia subduntur in alios libros, ut patet in litera, alio modo potest introduci ista litera. *f. q.* tollatur hic dubium, quia dictum fuerat, quod litteræ hebræorum erant. 22. si tamẽ nos cõputemus oēs literas positas in alphabeto, plures, quam. 24. reperiemus, id dicit, quod quinque earum sunt duplices, & illæ non computantur bis, sed quelibet semel tantum, sed primus sensus melior est. *f. ad significandum proprietatem quandam librorum ueteris testii, ut totaliter alphabetum applicetur ad conditionem librorum: dñs autem, quod quinque litteræ sunt duplices, quæ nominantur hic. *f. Caph, Mem, Nũ, Phe, Sade* non quidem, quod sint penitus duplices, *f. q.* sonus earum, & figura sit vnica, aut officiu, sed quod hñt quãdã similitudinẽ, de officio. n. apparet, quia aliter scribuntur principia dictionum per has literas in hebræo, & aliter finis, nam quædam litteræ sunt harum, quæ solum in fine poni possunt, alia autem in principijs, & in medio: nec aliqui perturbatur iste ordo apud hebræos.*

B. Diff.

Differunt et iste literæ in figura, quia quamquam sit duplex Mem apud hebræos, & duplex Nun: tñ multum differunt in figura, & sic de aliis tribus duplicibus. Differunt et iste lre in sono, quia licet Mem, & Nu sp habeant similem sonum, tñ Phe, & Caph, & Sade cū duplicant non hnt similem sonum, q̄ patet in p-latione hebreorū. Hieronymus aut solū ponit distinctionem ex offō. s. qualiter utamur eis scribendo cū subiūgiūt. *Aliter. n. per has scribunt principia medietatesq; verborum, aliter fines.* Idest iste literæ duplices differunt quantum ad hoc, q̄ q̄dam sunt ad scribendum principia, & medium, & nūquam pnt poni in fine dictionum: alię aut ē p̄rio, solū ponunt in fine: sic patet de duplici Mem, quia prima ponit in principio, & medio solū, scđa aut in fine solū: & sic de oībus aliis duplicibus. *Vnde, & quinque a plerisq; libri duplices existimantur.* Hic applicant libri ad proprietatem alphabeti. s. q̄ sicut in alphabeto existentibus. 22. literis quinque earum duplices sunt: ita & existentibus libris veteris testi. 22. quinque eorum duplices sunt. s. quia diuiditur qlibet in duos libros, hoc aut verum est sm Hebræos & tñ sm nos non est idem modus computandi. Nā hic ponunt Samuel, & Malachim. i. liber regum tanquam duo libri, & quilibet eorum subdividit̄ i duos libros: apud nos tñ non sic, quia Samuel, & Malachim, pro vno libro computant. *Samuel.* Iste est primus liber, q̄ apud hebræos duplex est, & vocat̄ Samuel primus, & secundus liber regum. Nos. n. oēs quatuor libros vocamus libros regū: Iudæi vero primos duos vocant libros Samuelis, secundos vocant libros Malachim. i. regum. Hoc modo liber Samuelis duplex est, quia diuiditur in primum, & secundum regum.

Quare primus, & secundus liber regum vocatur liber Samuelis, cum Samuel non scripserit illum.
Quest. XVI.

QVAERET aliquis quare vocat̄ iste liber Samuelis cum Samuel illū non scripserit, quia nō solum non potuit scribere sm librum regum, q̄ est pars Samuelis, sed et non potuit scribere totum primum: cum ante finem eius. s. in c. 25. ponat̄ mors Samuelis. Rūndendum est, q̄ sm Isidorum Ety. li. 6. liber iste vocat̄ Samuelis, quia i principio eius prophetia, & sacerdotū eius continet: poterat et iste vocari liber Regū, quia in eo Saulis, & David regum gesta scripta sunt: scripsit aut̄ principia libri huius Samuel: reliquum aut̄. s. totum sm librum, & partē primā David scripsit: fuit tñ liber iste notatus a Samuele, quia ipse illi exordiū dederat. De hoc melius, s. vide in alio prologo, quia credit̄, q̄ nec Samuel, nec David illum scripserint. *Malachim.* Interpretat̄ regum. Iste est secundus liber de duplicibus. Vocant aut̄ Iudæi librum regum non istos quatuor simul, ut nos accipimus, sed tertium, & quartum, in quib⁹ de multis regibus tam Iudæ, quam Israel historia texitur & est et iste liber duplex apud hebræos, quia in tertio & quarto libros regum diuidit̄. *Dibrehaiaimin.* Iste est tertius liber de duplicibus apud hebræos, & ponitur corrupte apud Latinos: deberet. n. dici Diureiaimin, & interpretat̄ verba dierum, quia in hebræo. Dibur verbum signat, lamin aut̄ dies: & d̄r iste apud nos Paralipomenō sm Græcā originē: vtrūq; n. nomē huic libro competit: d̄r. n. verba dierum, quia in eo scripta sunt verba dierum regum Iudæ, & Israel: d̄r Paralipomenon, quia de relictis in aliis libris ibi agit̄ cū suppleant̄ plurima, q̄ relictā sunt in his libris regum, & in aliis libris historicis p̄cedentibus. Est aut̄ liber iste duplex, quia diuidit̄ in duos libros. Nam apud nos duo sunt libri Paralip. & totidē apud hebræos. *Esdras,*

F Iste est quartus liber de duplicibus, qui tam apud Iudæos, q̄ apud nos in plures diuisus est, sed differt, quia apud nos interdū hnt quatuor libri. Est d̄r, quartus tñ apocriphus est, nec dēt poni in numero librorū: manent igitur tres libri. Est d̄r, quorum duo proprie d̄r libri. Est d̄r, s. primus, & tertius: secundus aut̄ d̄r liber Nehemiæ: Hebræi tñ solū in duas partes. Esdras diuidunt, id eum duplicem vocant. Nam qlibet de his quinque, quos duplices vocant in hebræo in duas partes solum diuidit̄. *Ieremias cum Cynoth. i. lamentationibus suis.* Iste est quintus liber duplex, diuidit̄. n. in librum Ieremiæ, & lamentationis: tota. n. prophetia ipsius accipitur tanq̄ vnus liber, lamentationes autem cū nō sint liber propheticus, sed rhetoricus mouens ad passionem cōputat̄, ut alius liber, & cum lamentationib⁹ et oratio eius, q̄ incipit. Recordare d̄re cōiungenda est: vocat̄ aut̄ Cynoth in hebræo. i. lamentationes: nos tñ cōius librum istum librum threnorū appellamus, q̄ idem signat̄: d̄r. n. de Trenarius, qui est mons, vbi gementium animarum audiuntur lamenta: quō igit̄ hic applicat̄ Hieronymus probationem, quam faciebat. s. q̄ sicut sunt, 22. lre veteris testi, ita debant eē. 22. uolumina. Rō aut̄ similitudinis applicat̄, quia sicut. 22. literæ sunt quasi. 22. elementa quibus omnis vox formā, q̄ pferimus, ita. 22. libri sunt, quib⁹ tota sacra scriptura, q̄ ad eruditionem viri iusti est continetur. *Quo modo igitur. 22. elementa.* Vocantur elementa literæ: nā vt ex elementis cōponitur omne corpus, ita ex elementis literis componitur oīs vox: vtrūq; tñ nomen literæ conuenit, sed literæ dicuntur pp̄ scripturam, quia leguntur, & scribuntur, elementa autem pp̄ prolationem, quia ipsam vocem intrinsece componunt. *Per que scribitur hebraicē omne, quod loquimur.* Idest per ista 22. elementa scribimus, omne, q̄ loquimur i hebræo d̄r aut̄ in hebræo, quia ista. 22. elementa non sufficiūt ad scribendum omne, q̄ in Græco loquimur: sed requirunt. 24. elementa Græci alphabeti & Latini: non. n. conueniunt literæ vnus idiomatis horum ad scribendum plene ea, quæ in alio idiomate sunt: quia nō solum differunt ista idiomata in vocibus, sed etiam i varietate prolationis, quod facit necessitatem variarum literarum. Nec tamen credendum est, quod literæ Hebraicæ solum sufficiant ad scribendum omne, q̄ Hebraice loquimur, sed etiā omne, q̄ loquimur chaldaice, vel Syriace, quia iste lingue similes sunt habentque eadem literas i sono solis characteribus discrepantes, ut patet supra, & dato, quod nullas literas Syri, & Chaldæi haberent, possent scribere totum qd quid in lingua sua esset literis Hebræorum, eo quod non sit differentia in modo pronuntiandi, sed in solis dictionibus, sicut est in quibuslibet idiomatibus particularibus. *Et eorum initijs vox humana comprehenditur.* Idest omnis uox, quam homo formare potest, si sit articulata, comprehenditur initijs horum elementorum idest ipsa sunt initia vocis: d̄r autem initia. i. principia prima, & minima nullo modo diuisibilia: literæ namque non sunt aliqua uox completa, sed sunt particule minime uocis, & non d̄r eorum initijs, idest quod ista elementa habeant aliqua initia, quia ex hoc præsupponeretur ea habere medium, & finem, & sic iam essent diuisibilia, quod nullatenus stat, nihil. n. sic differret a uocib⁹ p̄pletis, nec et̄ uocant̄ initia, i. q̄ sint initia uocū solū, quia tunc solū facerent ad incipiendum, & nō ad cōplēcū, q̄ falsum est, sed d̄r initia. i. primordia, vel p̄cipia materialia, quia ex his cōponitur vox totaliter sive in principijs sive i finibus, *Ita. 22. uolumina supputantur.* i. ita conueniens fuit, q̄ computarentur. 22. uolumina in testō veteri, ista non est ratio necessitatis, quia poterant esse plura, vel pauciora uolumina: sed existentibus solum libris, qui nunc

Trenarius mons ubi atq; gementes audiuntur.

nunc sunt in veteri testō, conueniens fuit illos diuidi in 22. uolumina. ad similitudinem literarū propter rationem, quæ. j. sequitur. *Quibus quasi literis, & exordijs in Dei doctrina.* i. homines, qui volunt exercitari in doctrina Dei, debent exercitari in his. 22. uoluminib⁹ tanquam in exordijs. Non est autem sensus q̄ ista uolumina sint exordia tanquam ordinentur ad aliquam aliam altiore doctrinam, sicut dicimus rudimenta esse principia ad doctrinam, & principia in qualibet arte esse initia quædam ad altiore considerationē conclusionum. Nam post omnes libros legis diuine non est aliqua altior consideratio viro iusto, in qua se debet exercitare: sed dicuntur ista esse exordia in doctrina Dei. i. principia compositiua, vel elementa. s. q̄ sicut dicebamus literas esse elementa omnis vocis, quia ex illis quæcumque vox formatur, & componit̄ ita ista. 22. uolumina sunt exordia. i. principia compositiua totam sacram doctrinam, quamquam aliquis possit accipere in his alium sensum quem primo ponebamus. s. q̄ ista. 22. uolumina sint quasi literæ, vel rudimenta, quia sicut literæ sunt id, q̄ primo addiscimus, deinde conuergimus in alias speculationes: ita. 22. libri veteris testamenti sunt quasi quædam rudimenta, vel primordia, quæ subordinantur ad nouum ideo uetus est tanquam principium, vel rudimentū, & nouum est tanquam vltima cōsideratio sacræ scripture, & istud satis congruit literæ sequenti, cum dicat Hieronymus, q̄ tenera, & lactens viri iusti in his nutritur infantia: infantes tamen sunt, qui in aliqua consideratione noui sunt, ideo potest applicari ad literas, sed primum magis conuenit ad conformitatem literarum, quia literæ sunt primordia. i. principia compositiua totaliter, ita q̄ nihil maneat in voce q̄ literæ nō componant: ita erit sensus, q̄ in sacra scriptura veteris testamenti nihil manet, q̄ in his. 22. uoluminibus non comprehendatur. *Tenera adhuc, & lactens viri iusti eruditur infantia.* i. in istis viri iusti, qui adhuc sunt infantes, & teneri nōdum habentes aliquā doctrinam exercitantur: nam in istis est incipere, & si uire, vel secundum alium sensum in istis eruditur infantia viri iusti, quia in his est inchoatio ad nouum testamentum.

Primus apud eos liber vocatur Berosith, quem nos Genesim dicimus: secundus Vellefemoth, qui Exodus appellatur: tertius vaicra idest leuiticus; quartus Vaiedabber: quem Numeros vocamus, quintus Eellehaddebarim, qui Deuteronomium prænotatur. Hi sunt quinque libri Moysi, quos proprie Thorath idest legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt & incipiunt a Iesu filio Naue, qui apud illos Iosue Bennun dicitur. Deinde subtexunt Sophetim idest iudicum librum, & in eundem compingunt Ruth, quia in diebus iudicum facta eius narratur historia. Tertius sequitur Samuel, quem nos Regum primum, & secundum dicimus, quartus Malachim idest Regum, qui tertio, & quarto Regum volumine continetur. Meliusq; multo est Malachim idest Regum, quam Malacoth idest Regnorum dicere. Non enim Alph. Toft. In Primum Regum,

A multarum gentium describit Regna, sed vnus Israelitici populi, qui tribus duodecim continetur. Quintus est Itaias: sextus Ieremias: septimus Ezechiel: octauus liber duodecim prophetarum, qui apud illos vocatur Thereazar. Tertius ordo agiographa possidet. Et primus liber incipit a Iob, secundus a David, quem quinque incisionibus, & uno Psalmodum uolumine comprehendunt: tertius est Salomon tres libros habens, Prouerbia, quæ illi parabolas idest Mises appellant, quartus Ecclesiasten idest coheleth: quintus est Canticum Canticorum, quem titulo Sirhasirim prænotant: sextus est Daniel: septimus Dibehaiamin idest verba dierum, quod significantius Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenon primus, & secundus inscribitur. Octauus Esdras, qui & ipse similiter apud Græcos, & Latinos in duos libros diuisus est. Nonus Esther. Atque ita fiunt pariter veteris legis libri vigintiduo idest Moysi quinque, & prophetarum octo, agiographorum nouem. Quamquam nonnulli Ruth, & Cynoth inter agiographa scriptitent: & hos libros in suo putent numero supputandos, ac per hoc esse præcæ legis libros vigintiquatuor, quos sub numero vigintiquatuor seniorum Apocalypsis Ioannis inducit: adorantes agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes, stantibus coram quatuor animalibus oculatis ante, & retro idest in præteritum, & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus: sanctus sanctus sanctus dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est,

Primus apud Hebræos. Hic ponitur sm huius prologi. s. catalogus librorum veteris testamenti, & istud est principale, q̄ introducit̄ iste prologus. s. scire qui sunt libri pertinentes ad canonem veteris testamenti, & qui sunt apocriphi, vel non habentes tantam auctoritatem. Diuiduntur autem isti libri veteris testamenti in tres partes, secundum q̄ ponuntur tres ordines in illis ad signandum maiorem, vel minorem auctoritatem. Primus ordo est in libris legalibus. Secundus in prophetalibus. Tertius in agiographis. Differt autem iste ordo auctoritatis, non quidem quantum ad hoc, q̄ aliquę eorum sint aliis ueriores, vel de veritate quorundam dubitetur, & de aliis non, sed quantum ad maiorem, vel minorem dignitatem, vt s. declaratum est: ista autem dignitas accipitur a scriptoribus, quia quidam aliis digniores fuerunt, Secunda pars incipit ibi.

Diuisio librorum ueteris testi.

Secundum prophetarum. Tertia ibi. Tertius ordo.

De primo dicitur hic, quod primus liber apud hæbræos vocatur Beresith scilicet primus, qui ponitur in primo ordine.

De nominibus, & ordine librorum Pentateuchi. Quæst. XVII.

PRO quo sciendum, quod primus ordo continet libros legales, sunt autem isti quinque quos Moyses scripsit, & vocatur apud nos nomine Græco Pentateuchus.

Hic autem ponuntur nomina eorum specialiter secundum morem Hebræum, & nostrum, & quonia de his omnibus in prologo super Genesim, qui est epistola ad Paulinum tam in litera, quam in commẽtolariis agebatur, hic superficialiter agendum est. Vocatur autem iste liber apud hebræos Beresith: est autem corruptum nomen, quia deberet scribi Beresith, & sonat in principio, & non est vnica dictio ista apud Hebræos, sed due scilicet ablatius cum prepositione: quia (Be) significat in apud hebræos, & (Resit) signat principium: vocatur autem sic, quia mos hebræorum est, vt communiter libros suos nominare ab exordiis eorum, sicut nos Psalmos nominamus a principiis, & quia Genesim incipit scilicet in principio, sic hebræi vocauerunt librum illum.

Quem nos Genesim dicimus. Istud est nomen Græcũ, quo nos vtimur appellantes librum istum, & dicitur Genesim quasi generatio, vel natura, quia de natura, & creatione rerum incipit.

Secundus Veellesemoth. Iste est secundus liber Moysi, & uocatur apud Hebræos Veellesemoth: quod corrupte scribitur, quoniam ipsi dicunt Veellesemoth, & sunt due dictiones: Veele est pronomen Hebræũ pluralis numeri, & significat hic, hæc, hoc. (Semoth) significat nomina scilicet hæc nomina: & intelligitur ibi sunt, quia litera hebraica est multum decurrata, & interdum subicitur verba. Incipit autem secundus liber Moysi sic scilicet hæc sunt nomina, & hoc quia vt dictum est Hebræi denominant libros a principiis.

Qui Exodus appellatur. Iste secundus liber apud nos dicitur Exodus: est autem istud nomen Græcum significans exitum, quia in ipso libro agitur de egressione Israelitarum de Aegypto a principio eius vsq; ad 14. capit.

Tertius Vaicra. Iste est tertius liber Moysi in isto primo ordine, & deberet vocari vaiciri secundũ Hebræos, sed corrupta est dictio, quia rarissime latini obseruant proprietatem scripturæ in dictionibus Hebræis, est vaiciri verbũ præteriti, & significat vocauit hoc autem, quia sic incipit tertius liber, quem nos Leuiticum appellamus ex causa supra dicta: Idest leuiticus.

Sic vocatur apud nos: & causa est quoniam de officiis Leuitarum agit: in toto enim ipso libro agitur de sacrificiis, & de omnibus sacerdotibus: ipsi autem sacerdotes large Leuitæ appellantur. Agitur quoque de quibusdam aliis cõremoniis popularium in purificationibus ab immundiciis, & obseruatione festorum, & quibusdam aliis, sed quia pauca sunt, obtinuit, vt vocaretur liber iste a Leuitis, vel sacerdotibus.

Quartus Vaiedabber. Iste est quartus liber Moysi, & est quartus in canone in primo ordine. scribitur autem corrupte: quoniam deberet dici vaidabber, & significat locutusque, vel Et locutus: quia ista dictio est composita ex uerbo præteriti temporis, & ex cõiunctione copulatiua, & sic appellatur, quoniam sic

incipit apud nos scilicet locutusque, & in hebræo incipit vaidabit.

Quem Numerum vocamus. Idest iste liber apud nos vocatur Numerus, vel magis proprie in plurali vocatur liber Numerorum, quoniam ibi agitur de multis numerationibus scilicet de numeratione popularium, & de numeratione Leuitarum atque sacerdotum, & de numeratione mansionum, & Iudicum diuisorum terræ. In Græco autem appellatur iste liber Arithmoni. Numerus.

Quintus Ellehdebarim. Iste est quintus, & ultimus liber Moysi, & scribitur corrupte, quoniam deberet dici Elleadenarim, & sunt due dictiones scilicet Elle. & deharim, quod signat hæc verba, idest hæc sunt verba, & hoc, quia sic incipit ille liber.

Qui Deuteronomium prænotatur. Idest iste liber nominatur, vel intitulatur Deuteronomium, quod interpretatur in Græco noua lex, vel secunda lex, & hoc quia Moyses declarauit ibi totam legem, quæ data fuerat a Deo.

Nam cum moriturus esset, vt non manerent aliqua dubia in lege cepit explanare illam, ut pater Deuteronomio capitulo primo. uocatur etiam Deuteronomion secunda lex, vel noua, quia est tanquam distincta ab illa, quam Deus dedit in monte Sinai, ut pater Deuteronomio capitulo uigesimo nono scilicet. Hæc sunt verba fœderis, quæ præcepit dominus Moysi, vt feriret cum filiis Israel in terra Moab: præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb. Hos solos quinque libros Moyses scripsit, qui ex nomine eius appellantur: quoniam ea, quæ in eis habentur Deus illi dixit, & iussit, ut proferret ad populum: librum quoque Iob scripsisse dicitur, quod satis rationabile est, sed non denominatur ab eo, nec Deus ei illa uerba dixit, nec pertinet ad materiam, ad quam pertinent isti quinque: ideo non computatur inter eos, nec est tantæ auctoritatis.

Hi sunt quinque libri Moysi. Isti proprie pertinent ad eum, quia ipse eos scripsit, & quia ad omnia, quæ in eis habentur ipse fuit mediator inter Deum, & populum. Scripsit etiam Moyses librum bellorum domini, qui alio modo dicitur liber iustorum, ut declaratum est Numeri uigesimo primo, & Exodi capitulo decimo septimo, sed non tantum ad eum pertinent, sicut isti: nec Israelitæ susceperunt illum, aut aliquem alium in tanta auctoritate, sicut istos quinque: quia isti ad eos diriguntur, cum dicatur semper in illis loquere ad filios Israel, & continetur in eis tota lex hebræorum.

Quos proprie Thorah. Idest legem appellant. Hebræi uocant istos quinque libros legem, quia in eis proprie continetur lex ipsorum, nec sunt aliqui alii libri in quibus agatur principaliter de legislatione Hebræorum, nisi in eis: uocatur autem in hebræo Thorah, quod signat legem.

Nos autem illos magis Pentateuchũ appellamus, idest quinque uolumina: quia quinque simul copulata sunt, iudæi quoque eos interdum sic uocant dicentes humas. i. quinarium, quia quinque sunt.

Secundum prophetarum ordinem faciunt.

De ordine librorum prophetarum, & est secundus ordo librorũ veteris testamenti, & in quo hi differant a primis. Et quod Moyses fuit maioris dignitatis, quam omnes alij prophete, qui post eum uenerunt. Quæst. XVIII.

ISTUD est secundum huius secundæ partis, in quo ponit secundus ordo librorum veteris testĩ, & dicuntur isti libri prophetales, qui sunt octo. Differunt autem

autem a primis, qui ponuntur in alio ordine quantum ad dignitatem, quia licet sint æqualiter uera: nõ tamen sunt eiusdem dignitatis, quia Moyses fuit auctor præcedentium: ipse autem maioris dignitatis fuit, quam omnes prophete, qui post eum uenerunt, cum ipse fuerit legislator etiam, quia omnia alia scripta non tantum directe pertinebant ad populum, sicut quinque libri Moysi. Et dicitur iste ordo prophetalis, quia in eo sunt omnes libri prophetarum: sed quare omnes isti uocentur libri prophetales, cum non sint stilo prophetico scripti infra declarabitur.

Et incipiunt a Iesu filio Naue. Idest hebræi inchoant secundum ordinem in Iesu Naue, qui dicitur Iosue eo, quod libri quinque Moysi præcedentes pertinent ad primum ordinem, & Iosue sequitur immediate secundum ordinem temporum, & scripturæ, ideo conueniens fuit, quod inciperet in eo secundus ordo.

Dicitur autem Iesus Naue secundum modum loquendi Græcum.

Nam in hebræo uocatur, Iehosua, quod interpretatur saluator, & quia hoc appellant Græci Iesum, uocatus est Iesus, & quia in hebræo uocatur pater eius Nun: in Græco mutata forma terminationis uocatur Naue: sic enim uocatur aliquando in scriptura in libris translatis de Græco, ut pater Ecclesiastici quadragesimo sexto capitulo scilicet fortis in bello Iesus Naue successor Moysi: sic etiam ad Hebræo capitulo quarto uocatur scilicet nam si eis Iesus quem præstitisset, uocatur de alio loqueretur post hanc diem: & accipitur ibi Iesus pro Iosue: aliquando, autem nos magis imitantes nomen Hebræum uocamus illum Iosue. Qui apud eos Iosue Bennum dicitur.

Idest iste liber uocatur apud Hebræos Iosue Bennum, vel magis ille, a quo intitulatur iste liber uocatur Iosue Bennum: non uocatur autem sic apud Hebræos, sed Iehosua Bennum idest Iehosua filius Nun quia (Ben) interpretatur filius, & Ben est nomen proprium: iste autem Iosue fuit primo uocatus Osee, sed Moyses mutauit nomen eius addendo ei vnã literam de nomine domini tetragrammaton scilicet Iod scilicet quando misit eum cum aliis exploratoribus in terram Chanaan: Numeri decimo tertio. Hoc autem erat, quia Moyses diligebat eum nimis, eratque minister eius electus ex millibus Numeri capitulo undecimo: ideo ipse solus Moysen expeccant in monte quadraginta diebus, & descendit cum eo, cum ferret tabulas legis. De ascensu patet Exodi capitulo uigesimo quarto de descensu Exodi capitulo trigesimo secundo: etiam quando custodiebantur tabulæ in paruo tabernaculo, quod tenebat Moyses extra castra solus Moyses, & Iosue ingrediebantur illuc, & cum ueniret Moyses solus Iosue manebat in illo. nubes autem Dei descendebat super illud: de hoc Exodi capitulo, trigesimo tertio.

Deinde subtexunt Soptehim. Iste est secundus liber in secundo ordine scilicet in prophetalibus: & dicitur Soptehim idest iudicum, quia sic interpretatur in Hebræo eo, quod in illo singulorum iudicum Israel texuntur historie. Fuit enim tempus magnum post Iosue, in quo nullus erant in Israel rex, sed fiebant aliqui uiri duces quibusdam temporibus ad uiciscendum Israel de hostibus suis, & isti non habebant æqualem potestatem cum regibus, qui postea fuerunt nec exercebant modum dominationis in plebem: ideo nunquam se reges, sed iudices appellauerunt. De his autem est liber sequens post Iosue: nam Iosue Alph. Toft. In Primum Regum.

Alicet non fuerit rex, nec iudex, in magnitudine tamen potestatis suæ magis regibus, quam iudicibus similis erat, licet ipse nunquam se pro rege gesserit, & quia post Iosue immediate secuti sunt iudices, ita in ordine librorum factum est: fuit autem liber iste scriptus a propheta Samuele, ut ait Iidorus Etymologiarum libro sexto. Nam licet singuli iudices scripserunt facta suorum temporum, erant tamen tot libelli, quot iudices: Samuel uero in unum uolumẽ compegit. De Iosue autem libro, a quo scriptus sit dubium est: communiter enim dicitur, quod ipsemet Iosue scripsit: sed stare nequit, quin potius scripsit illum Samuel, ut declaratum est in prologo super Iosue.

Et in eisdem compingunt Ruth. Compingere coniungere est, sicut dicitur osibus, & neruis compegisti me. Iob. 10. Iudæi autem compingunt idest coniungunt librum Ruth cum libro Iudicum, facientes vnũ uolumen, cuius causa infra subditur, nec etiam dicunt esse istum librum de duplicibus, de quibus supra dicebatur, quia non diuidunt librum iudicum, & Ruth in duas partes, sed vnũ librum faciunt, tanquam sit in eis identitas historia.

Quia in diebus iudicum facta eius narratur historia. Ista est causa quare liber Ruth componitur in vnũ uolumen cum libro Iudicum scilicet, quia historia libri Ruth accidit in diebus Iudicum, sic patet Ruth capitulo primo in principio scilicet in diebus vnus iudicis, quando iudices præterant facta est fames in terra &c.

Tertius sequitur Samuel. Idest tertius liber in isto ordine secundo prophetarum est Samuel: & in hoc uariant hebræi a nobis, quia libros Regum diuidunt in duas partes apponentes eis duo nomina.

Nos autem, quamquam quatuor libros faciamus, tamen eos computamus sub uno uolumine, & uno nomine appellamus scilicet libros regum: rectius autem hoc, nec iniuria, quoniam tota istorum quatuor librorum historia de regibus est, ideo vnico nomine debuit appellari: vel si uelimus pluribus nominibus non est ratio, quare magis duo, quam quatuor, uel multa ponamus: uocant autem isti librum Samuelis primum, & secundum librum regum, non quidem quasi utrunque Samuel scripserit: sed quia primum eorum scribere inchoauerit, uel potius propter causam supra tactam.

Quem nos Regum primum, & secundum dicimus. Idest iste liber, qui uocatur Samuelis continet apud nos duos libros.

Primum, & secundum Regum, & alii duo pertinent ad Malachim: uocatur autem hic liber Regno rum: quia de Regnis tractat scilicet de Regno Saul, & Dauid: uel dicitur liber Regum, quia in istis duobus libris solum agitur de duobus regibus scilicet, Dauid, & Saule: Isboeth autem filius Saul regnauit annis duobus post patrem suum infra secundo libro secundo capitulo. Sed istud Regnum non multum computatur, quia dum ipse regnabat etiam regnabat Dauid, ut patet infra secundo libro capitulo secundo, & tertio, & quarto. Uocat autem Hieronymus hic istos duos libros Regum: uel possunt appellari libri Regum: sed ipse dicit infra, quod multo melius est appellari illos libros Regum, quã Regnorum, quia non tractant de Regnis multarum gentium sed vnus. gentis Hebræorum: modicum tamen in hoc differt.

Quartus Malachim. Idest Regum, idest quartus liber, qui ponitur in hoc ordine prophetarum uocatur Malachim, idest Regum secundum Hebræos, & tamen secundum nos non magis

gis isti duo libri ultimi, quam primi duo uocantur libri Regum cum ad eandem materiam omnes pertineant.

Qui tertio, & quarto regum uolumine continetur. id est iste liber, quem iudaei uocant Malachim continetur in tertio, & quarto libro nostro Regum: istos autem duos libros ipsi uocant libros Regum, quia de pluribus regibus simul ibi agitur: in primo autem, & secundo solum agitur de duobus regibus.

Liber Regum, a quo fuit scriptus, an ab Isaia, vel Jeremia. Quae. XIX.

IS T B liber inter prophetales est, quia fuit scriptus a propheta: dicant enim aliqui eum fuisse scriptum ab Isaia, & alii a Jeremia: ueritas autem est quod a principio iste non erat vnus liber, sed facta cuiuslibet regis per se scripta erant, deinde propheta quidam copulauit omnia haec in vnum volumen, quod satis apparet quoniam interdum cum finitur vita alicuius regis, dicitur quod de operibus talis, vel talis regis habet in libro talis propheta, vel talis, in quo apparet, quod multi de illis regibus scriperant secundum quod erant contemporanei ipsorum. Omnia autem ista fuerunt in vnum volumen coniuncta, & uoluit quidam, quod per Isaia, sed non stat, quoniam ipse mortuus fuit, antequam finiretur haec, quae scripta sunt in libris Regum: nam in 4. lib. habet de destructione iudeorum per Babylonios, quod quidem non vidit Isaia: tunc enim hoc iam fuerat mortuus cum propheta sua solum fuerit in diebus Ioathan, & Ozia, Acham, & Ezechiae regum iuda, ut patet Isaia. c. i. tempore igitur Ezechiae, vel paulo post ipsum mortuus est. sed adhuc fuerunt postea multi reges usque ad captiuitatem Babylonicam, ut apparet ex processu quarti: ideo non potuit Isaia scribere gesta illius temporis: nam licet potuerit ea tanquam propheta reuelare, non potuit tamen tanquam historiographus ea, ut iam gesta, enarrare. ideo dicendum, quod ad Ieremiam hoc pertinet, ipse fuit quippe posterior Isaia, & vidit captiuitatem Babylonicam, atque a Chaldaeis acceptus est: postea tamen fuit permissus ire, vel manere ubi cunq; uellet, sicut patet ex processu prophetae eius circa medium scilicet capitulo trigesimo octauo, & usque ad capitulum quadragesimum primum ipse etiam iuit in Aegyptum cum Israelitis recedentibus de terra iudeorum post mortem Godoliae principis ipsorum, qui felix fuit a Chaldaeis, ut apparet ex processu libri Ieremie: ipse enim lamentationem fecit super urbem Ierusalem pro captione eius, & desolatione, quae habetur in Threnis: ideo ipse potuit compingere in vno uolumine gesta omnium regum, qui fuerunt usque ad Babylonicam captiuitatem: ibi enim finitur ista historia: sic enim dicit Isidorus Ety. libro sexto, quod Ieremias tertium, & quartum libros, Regum, qui apud hebraeos Malachim dicuntur, in vno uolumine coniunxit: facta Regum multorum descripta particulatim suis temporibus in vnum colligens.

Meliusque est multo Malachim id est Regum, quam Malacoth id est regnorum dicere. Ponit de uarietate huius nominis, quoniam aliqui uocant apud hebraeos istum librum Malachim id est Regum; alii uero Malacoth, id est regnorum, quod aliquo modo pertinet ad idem: sed dicit Hieronymus melius esse, quod dicatur Malachim, id est Regum, quam Malacoth id est regnorum, cuius causa infra patet.

Idem autem est in nomine, quod nos imponimus omnibus quatuor libris simul, quoniam aliqui uocant eos libros Regum, alii autem fortassis uocabunt

cos libros regnorum, sed melius est uocari libros Regum, eadem enim ratio est in utriusque.

Non enim multarum gentium regna describit, sed vnus Israeliticus populi. Ista est ratio dicti scilicet, quia regnum dicit diuersitatem principatus, vel regionem in qua aliquis principatur.

In istis autem libris non agitur de diuersis regnis, sed solum de regno iudaico, quod vnicum est, licet plures reges illud successiue tenuerint, possent tamen aliquantulum dici libri regnorum in quantum diuisi sunt Israelitae in duo regna scilicet in regnum iuda, & Israel infra tertio lib. capitu. duodecimo, & ab ipso loco usque ad finem quarti libri semper simul textitur historia utriusque regni quousque ad consummationem utriusque uenitur.

Nam regnum Israel primo consummatum est duobus ipsis decem tribubus cum rege suo in terram Medorum infra lib. quarto decimo septimo capitulo postea autem regnum iuda per Babylonios finitum est, ducto rege eorum cum ipso populo in Babylonem, sed adhuc Hieronymus non uult uocare proprie ista duo regna, quia regna dicuntur diuersa a uarietate gentis, sed gens eadem erat istorum duorum regnorum scilicet gens Israelitarum diuisa in duodecim tribubus: ideo vnum regnum est, & debet liber denominari Regum, & non Regnorum.

Quintus est Isaia. Iste est quintus liber in secundo ordine librorum prophetalium, & est iste de prophetis maioribus primus, & maximus, de quo Hieronymus dicit in epistola ad Paulinum, quod non sibi prophetiam, sed Euangelium uidetur texere: fuit autem scriptus liber uisionum Isaia per ipsummet Isaia, qui prophetauit tempore quatuor regum iude scilicet Ozia, Ioathan, Acham, Ezechiae: temporibus autem Manasse an uixerit non constat, sed propheta eius non extenditur ad illa tempora. dicitur autem fuisse occisus ab illo.

Sextus Ieremias, id est liber sextus in ordine prophetalium est liber Ieremie, cum quo computandus est liber Cinoth id est lamentationum ipsius Ieremie.

Nam iste est vnus de quinque libris duplicibus, ut patet supra in litera, fuit autem liber Ieremie per eum scriptus scilicet eo iubente per Baruch notarium suum, ut apparet ex processu libri Ieremiae, in quo saepe ponitur Baruch.

Septimus Ezechiel. iste est tertius propheta de maioribus, qui in principiis, & finibus ita obcuritatibus plenus est, ut iste duae partes apud iudaos cum exordio Gen. usque ad annum trigessimum non legantur ut ait Hieronymus in epistola ad Paulinum: media uero huius planiori procedunt stilo. Prophetauit autem Ezechiel post Isaia, & Ieremiam scilicet in captiuitate Babylonica anno quinto transmigrationsis Babylonis, cum ipse et Ezechiel esset annorum triginta, eratque inter ipsos iudeos captiuus in Babylone apud fluminiem Cobar, ut patet Ezechiel capitu. primo.

Octauus liber. Duodecim Prophetarum. id est Octauus liber in ordine prophetalium est liber duodecim prophetarum minorum, & iste est ultimus liber inter omnes prophetales, ponuntur autem prophetae minores in uno uolumine propter eorum breuitatem, cum singulis non conueniant singula uolumina, sicut Abdiae, qui vnicum capitulum habet: & sic de Naum, & Abacuc, ceterisque similibus: iste autem liber non ponitur extremus, quasi prophetae quorum uerba ibi scribuntur, post omnes prophetas maiores prophetauerint. Nam Osee, & Amos, & fere omnes prophetae minores fuerunt ante ipse Ieremie, & Ezechielis praeter Malachiam, Zachariam, & Aggeum, qui ponuntur tanquam extremi, & fuerunt

fuerunt post captiuitatem Babylonicam, ut patet ex eorum libris.

Sed dicendum est, quod ponitur iste liber extremus, quia non consideratur specialiter de tempore cuiuslibet prophetae, sed solum considerantur omnes tanquam fuerit idem propheta, & quia extremum ipsorum est post Babylonicam captiuitatem. sicut tres prophetae de illis, & ad illa tempora nullus de prophetis maioribus accessit, rationabiliter ponuntur ipsi tanquam ultimus liber inter prophetales.

Quare omnes isti libri uocentur libri prophetales, & qui libri sunt prophetales, & qui non: & an dicantur prophetales, quia continent prophetiam, uel quia a prophetis scripti sunt. Quae. XX.

Quare omnes isti libri uocentur libri prophetales, quia dicuntur libri prophetales a prophetis, quia a prophetis scripti prophetias continent: est autem prophetia rerum euentus immobili ueritate praenunciata hoc autem nullus liber de historicis facit: & tamen in isto secundo ordine multi sunt libri historici, ut Iosue, iudicum, & regum, ergo non debent poni inter prophetales.

Respondent quidam, quod libri illi historici etiam continent prophetiam, quia propheta non solum est annunciator futurorum in uerbis, sed etiam in factis, ut patet Osee. cap. i. 2. f. Ego uisionem multiplicauit, & in manu prophetarum assimilatus sum. i. ostensus: quia non solum uerbis praedicabant, sed etiam operibus figurabant: similiter Isaia. cap. 20. legitur, quod ambulauerit nudus, & discalciatus tribus diebus in signum, & portentum trium annorum captiuitatis uenturae super Aegyptum, & Aethiopiam.

Sed ista responsio non stat, quia hoc modo omnes libri agiographi, qui ponuntur in tertio ordine possent poni inter prophetales, quia in quibuslibet eorum sunt aliqua facta, uel dicta, per quae potest aliquid figurari: & tamen non ponunt illa in ordine prophetalium. Liber etiam Iob potissimum hoc modo esset inter prophetales, sed non conueniet.

Ideo respondet Hugo de sancto uictore, quod liber propheticus dicitur dupliciter scilicet, quia editus, uel scriptus est a propheta, uel quia procedit stilo prophético. Primo modo Iosue iudicum Samuel, & Malachiam propheticum libri dicuntur, quia a prophetis scripti sunt, licet stilo prophético non procedant, de Iosue autem dicunt, quod scripsit librum suum, & quod ipse propheta erat, ut patet Numeri uigesimo septimo. Tolle Iosue filium Nun uirum in quo est spiritus Dei & Deuteronomio decimo octauo dicitur prophetam suscipit dominus de fratribus uestris, ipsum ut me audietis: & dicitur, quod hoc intelligitur ad literam de Iosue, hoc autem concedendum est scilicet, quod Iosue esset propheta: auctoritas tamen Deuter. inducitur hoc non probat, quia non intelligitur de Iosue ad literam, sed de Christo, ut ibi probatum est: hoc tamen nihil differt, quoniam Iosue non scripsit librum suum, sed Samuel scripsit librum Iosue, & Iudicum, & Ruth, isti tamen praesupponunt, quod scripsit Iosue, sed prius declaratum est in prologo super Iosue.

Sed adhuc arguunt quidam hoc. scilicet quod Daniel, & liber Psalmorum deberent inter prophetas computari, quia auctores eorum prophetae fuerunt, sed ponuntur inter agiographa. Ad rationem huius quidam distinguunt de prophetia. scilicet quod aliqui sumunt largissime, & aliqui large, & aliqui proprie: largissime dicitur prophetia inspiratio diuina occulta denuncians, & hoc modo prophetia non magis de praeteritis, quam de praesentibus, & de futuris est, cum

Alph. Tost. In Primum Regum.

utraq; possint esse abscondita, & a Deo reuelata: & sic historia creationis, quam Moyses scripsit in Genesi dicitur prophetia, large prophetia est denunciationis futurorum uerbis, uel factis expressio figuratiua, & secundum hoc omnes libri ueteris testamini potest dici prophetales, uel continere prophetiam, quia figuras futurorum manifestat: omnia namque, quae sunt in ueteri testamento sunt quaedam figura eorum, quae accidere debebant in nouo, sic patet prima ad Cor. ca. 10. Omnia in figura contingebant illis: specialiter propheta dicitur denunciatio futuri uerbo, uel facto per hominem habere spiritum propheticum, & hoc modo omnes libri scripti a prophetis dum tamen ipsi prophetae praedixerint ea, quae continentur in eis. scilicet praenunciando de futuris, dicitur libri prophetales, & sic libri Psalmorum, & Danielis sunt prophetales, quoniam denunciationes quaedam futurorum in eis sunt. specialissime autem propheta dicitur denunciatio futuri uerbis, uel factis anthonomastice, & per uiros prophetas, & isto modo differt prophetia a Psalmis, & Daniele, quia illae non sunt denunciationes anthonomastice factae. Dicitur etiam quod hoc modo Iosue iudicum Samuel, & duo libri Regum prophetales sunt, quia erant a uiris, quae sunt anthonomastice prophetae, proprie autem dicitur prophetia denunciatio futuri, ut futuri: & sic Isaia, Ieremias, & similes prophetae dicuntur, quia denunciabant rem futuram, & in modum futuri.

Sed adhuc non poterimus subterfugere, quoniam ponatur hoc modo Daniel inter libros prophetales, quia ipse praedicit futura, ut futura: ideo adhuc dicunt alii, quod prophetae dicuntur tripliciter. scilicet officio, gratia, & missione. uocantur prophetae ex officio illi, qui eliguntur a populo, ut assumpto Ephod consulerent dominum de statu populi: isti autem solum erant sacerdotes, quia solum poterant accipere Ephod sacerdotum, cum sit ornamentum sacerdotale. uocantur autem prophetae ex gratia ille, qui recipiebat aliqua a domino reuelata, quae non poterant per doctrinam aut per naturam cognosci: dicuntur autem prophetae hoc modo Dauid, & Daniel, quoniam ipsi receperunt a Deo omnia, quae dixerunt: prophetae autem missione sunt illi, qui mittebantur a domino ad denunciandum ea, quae per inspirationem susceperant: sicut Ionas missus est ad Niniuas, & quilibet de aliis prophetis mittebatur ad populum iudaicum ad denunciandum ea, quae dicebantur a domino: illi uero inter prophetas non computabuntur, nec ponuntur opera eorum inter prophetales, qui per gratiam solum inspirantem prophetauerunt, nec habuerunt officium prophetiae, aut missi sunt, & quia Daniel non mittebatur, nec Dauid, non uocabuntur hoc modo prophetae.

Sed istae distinctiones non possunt tollere omnia inconuenientia.

Nam sic liber Iosue, iudicum, Ruth, & Regum non ponerentur inter prophetales, quia quamquam prophetae essent, qui illos scriperunt: tamen non mittebantur ipsi a domino ad denunciandum ea, quae habentur in illis.

Ideo dicendum aliter sicut a principio dicebat Hugo de sancto uictore. scilicet quod liber propheticus dicitur dupliciter scilicet, uel quia a propheta scriptus, uel quia stilo prophético. Primo modo accipiuntur hic libri prophetales, & non secundo: Iosue iudicum Ruth, & liber regum prophetales sunt, licet stilo prophético scripti non fuerint, quia uiri prophetae illos scriperunt. Samuel namque scripsit librum Iosue iudicum, & Ruth, & primam partem librorum Regum: Dauid autem ab ipso loco usque ad finem libri secundi regum scripsit, ut quidam uolunt, sed supra melius dictum est.

Tertium autem, & quartum libros Regum scripsit Ieremias, ut supra declaratum est.

Prophetia largissime, & proprie dicitur.

Prophetiae definitio.

Aliquis dicit propheta officio gratia, & missione.

Liber dicitur propheticus dupliciter conuenit.

Isaia.

Ieremias.

Ezechiel.

Liber. r. a. propheta.

Sed tunc arguetur, quod libri quinque Moyfi dicuntur prophetales, quia ipse Moyses propheta erat.

Respondendum est, quod vere sunt prophetales: & tamen non computantur in ordine prophetalium, quia maioris auctoritatis sunt, quam omnes libri prophetales: ideo ipsi per se tenent primum ordinem scilicet librorum legalium: si tamen non essent per se distincti, oporteret eos poni inter prophetales, & non inter agiographa.

Sed adhuc arguetur, quod hoc modo debuit poni Iob inter prophetales, quia a propheta. scilicet a Moysse conscriptus est.

Respondendum est, quod quamquam communior sententia sit librum Iob fuisse a Moysse scriptum, quam a quolibet alio, tamen hoc non constat certissime: ideo inter agiographa conuenienter accepit locum, quia agiographa sunt scripturae sacrae de quorum auctoribus non multum constat: de hoc autem magis declaratum est in prologo super Iosue: cum quaeretur quare liber Iob non ponitur ante Genesim, vel saltem quare non ponitur ante Iosue, & cur non in ordine prophetalium.

Sed adhuc obiicietur de libro Psalmorum, & de Daniele: quoniam isti a prophetis scripti sunt: ergo debebant poni in ordine propheticorum.

Respondendum est de Psalmis, quod conuenienter ponuntur inter agiographa, quia quamquam Dauid fecerit quosdam Psalmos: tamen non omnes. feruntur enim fuisse decem auctores Psalmorum. Cum igitur plene non constet de prophetis auctoribus Psalmorum, quamquam sacra scriptura sint, inter agiographa magis collocari debuerunt. Erant enim Psalmi a pluribus auctoribus facti atque dispersi: cum vero Esdras legem perditam restaurauit omnes, Psalmos in unum volumen collegit, & tunc incepit esse liber Psalmorum: de Daniele autem dicendum, quod ipse propheta fuit, non est tamen tantae auctoritatis apud hebraeos sicut ceteri, quoniam & liber ille apud illos truncatus est, & quaedam illius partes ex caldeo sermone accepit Ecclesia.

Ordo autem iste secundus librorum est magne auctoritatis, & quia non est tantae auctoritatis Daniel quamquam sit propheta, inter libros prophetales nequaquam collocatus est.

Quare omnes libri antiquae legis non vocentur prophetales, cum omnes a prophetis scripti sint. Quaes. XXI.

Quaeritur vterius, quare hoc modo omnes libri veteris testamenti, qui habentur in canone non uocantur prophetales. Nam illi sunt prophetales, qui a prophetis conscripti sunt: nam deperdita lege Esdras omnes libros veteris testamenti restaurauit, ipse autem propheta est, & propheticum hoc egit.

Respondendum est, quod libri prophetici dicuntur, qui a prophetis sunt scilicet quantum ad primam collectionem suam: translatio autem, vel quaecunque posterior editio nihil agit ad hoc, quod libri aliqui dicantur prophetales, vel non: quia secundus scriptor nihil agit de suo, sed omnia dependent ex virtute primi scriptoris: sed sic est, quod scriptores librorum veteris testamenti a principio non fuerunt omnes, prophetae sicut Salomon Iob, & similes, ideo quamquam postea deperdita lege omnes fuerint scripti per Esdras: non debuerunt accipere ab illo, quod uocarentur prophetales, vel non a primis scriptoribus.

Aliquis tamen dicet, quod hoc verum est, quando scriptores secunda se nihil agunt, sed solum imitantur exemplar primi scriptoris: tunc enim totum debet ascribi primo: sed quando secundus non agit in virtute primi, sed per seipsum, non est cur magis denominetur a primo, quam a secundo: sic erat de Esdra respectu omnium aliorum, quia ipse non scripsit totam legem per aliqua exemplaria, sed solum spiritu Dei scripsit, quae fuerant in prioribus libris, ideo nihil minus faciebat Esdras respectu cuiuslibet libri quam quilibet de prioribus scriptoribus.

Respondendum est, quod non debent denominari libri ab Esdra, sed a primis scriptoribus: quia licet ipse scripserit omnia illa propheticum, non tamen indifferenter scribebat secundum, quod spiritus illi daret, sed solum monebat eum spiritus ad scribendum, sicut fuerat in prioribus libris, ut ipse imitaretur ea, quae alii scripserant, quae non poterat imitari, nisi daretur ei gratia prophetica, cum nulla haberet exemplaria. & hoc est uerum, quod erat donum propheticum, sed quia non erat datum absolute ad aliquid scribendum, sed ad exequendum exemplaria praecedentium, non debuerunt libri ab eo nominari, sed a praecedentibus quia spiritus ille non est datus ipsi propter se, sed propter alios.

Alio modo potest responderi, quod libri prophetales sunt, qui a prophetis scripti sunt: & tamen ipsi debent continere magnam auctoritatem, cum ponantur in secundo ordine, in quo est magna auctoritas: sed non omnes libri veteris testamenti habent aequalem auctoritatem: ergo non debuerunt omnes poni in ordine prophetalium.

Qui apud illos uocatur Thereazar. Idest liber. 12. prophetarum minorum uocatur apud hebraeos sic. Hoc ponit ad significandum, quod illud est unicum uolumen, quamquam sit duodecim prophetarum, ideo correspondet ei unicum nomen. scilicet Thereazar. Tertius ordo agiographa possidet. Ista est tertia pars canonis scripturae veteris testam. & dicitur quod tertius ordo continet agiographa. ideo libri, qui uocantur agiographi, sunt in tertio ordine. Differt autem iste ordo a duobus superioribus, quia est minoris auctoritatis, quam praecedentes: fortuantur enim libri auctoritatem plurimam a conditoribus, sed de agiographis minus constat, quod fuerint eorum conditores, quod de omnibus aliis libris, ideo minoris auctoritatis sunt ceteris: dicitur autem agiographi ab agios quod est sanctum, & graphia, quod est scriptura, quia sacra scripturam continent: in hoc tamen non differunt a prophetalibus, & legalibus, quia singuli continent sacra scripturam, sed dicitur agiographi libri illi, de quorum ueritate constans est, sed non de auctore. Duo enim sunt quae faciunt aliquam scripturam esse solide auctoritatis. scilicet auctoritas scriptoris, & firma atque manifesta ueritas scripturae. Cum uero incognitus extiterit auctor, nihil manet propter quod scriptura possit habere auctoritatem, nisi firmitudo ueritatis, & quia de istis, qui ponuntur in tertio ordine sic est quod auctor eorum ignoratur, vel saltem certissime cognitus non est nihil eis manet, unde habere possint auctoritatem, nisi ex firmitudine scripturae. unde dicitur agiographi. scilicet sacra scriptura. scilicet quod nihil aliud firmitudinis continent, nisi quia doctrina eorum est sacra. Secus autem de ceteris, quia praeter firmitatem, & ueritatem doctrinae eorum, adhuc habent auctoritatem a scriptoribus, qui fuerunt prophetae.

In isto autem tertio ordine ponuntur omnia agiographa, quia in primo, & in secundo nihil est, quod solum agiographum uocet, cum sint auctores cogniti. Sciendum tamen quod in omnibus his ratio faciendi diuersos ordines fuit diuersitas auctoritatis: & quia iudaei non reputabant omnes libros esse aequalis auctoritatis, siue essent facti a prophetis, siue non, oportebat, quod eos ponerent in diuersis ordinibus.

Ordo librorum, qui dicitur agiographi, & quare sic uocentur

Et primus liber incipit a Iob. Idest primus liber Agiographorum est Iob. non est autem iste proprius modus loquendi, quia non deberet dici, quod incipit liber primus a Iob, sed quod liber primus est Iob: poterat autem dici, quod inciperet ordo tertius a Iob, & hoc quia ordo iste continet multos libros, in quorum principio est Iob.

Quare Iob est primus liber inter Agiographa. Quaes. XXII.

Quaeritur vterius, quare Iob est primus inter Agiographa. Respondendum est, quod libri in sacra Scriptura habent ordinem conuenientem inter se, sed non est unicus ordo omnium: libri namque historici habent ordinem prioritatis, vel posterioritatis, secundum quod res gestae in eis sunt priores, vel posteriores tempore: nec differt quis talium librorum primo ascriptus fuerit cum confiteri cuius libri gesta priora sunt tempore: in libris autem prophetalibus, vel sapientialibus non potest considerari ordo rerum gestarum, cum ibi nihil tale habeatur: sed consideratur quis illorum primo scriptus fuerit, vel cuius eorum scriptor primo extiterit. Quantum ad utrumque ordinem istorum liber Iob debet praecedere omnia Agiographa: est enim partim historicus, & historia illa est prior quam omnium Agiographorum: quod patet ex tempore, quo fuit Iob: aliqui enim uolunt eum fuisse de filiis Nachor, & tunc esset contemporaneus Abraham: alij uero uolunt, quod fuerit de stirpe Esau de regibus descenditibus ab ipso, & nominatur Iobab: Gen. 36. & secundum hoc fuit aliquanto tempore ante Moysen. Quomocunque ergo fuerit, omnes uolunt eum fuisse ante Moysen: sed nulla historia est inter agiographa, nec in toto ueteri testamento, quae fuerit ante Moysen, ideo liber Iob quantum ad ea, quae ibi narrantur praecedit omnes libros agiographorum.

Sed tunc dicet aliquis cum etiam sit liber iste antiquior omnibus libris prophetalibus, & legalibus: quare non ponitur ante eos? Respondendum, quod hic distinguuntur libri in varios ordines secundum dignitatem auctoritatis, & qui ceteris digniores sunt in primo ordine ponuntur, & sic de secundo ordine, & tertio secundum maiorem, & minorem dignitatem, & non secundum antiquitatem temporum. ideo licet Iob sit antiquior ceteris, quia tamen non est ceteris dignior in auctoritate, non fuit positus ante ceteros: seruatur autem iste ordo antiquitatis in libris, qui computantur in eodem ordine, scilicet inter omnes legales, qui prior est tempore primo ponitur, & propter hoc Gen. ponitur ante reliquos libros primi ordinis: in prophetalibus etiam eodem modo: omnes enim sunt eiusdem auctoritatis, ideo Iosue, qui prior est tempore primo ponitur, & liber 12. prophetarum minorum, qui est tempore ultimus, ponitur extremus in hoc ordine: in agiographis igitur eodem modo erit, scilicet, quod Iob, qui prior tempore est inter omnes libros Agiographos quantum ad antiquitatem temporis primo ponitur. Alius quoque ordo, scilicet scripturae obseruatur in eo: nam illi libri primo ponuntur, qui primo scripti sunt. De libro tamen Iob hoc omnes asserunt, quod ante ceteros agiographos scriptus sit, ideo primus esse debuit.

Quare liber Paralipom. non praecedit Iob. Quaes. XXIII.

Quaeritur vterius, quare liber Paralipom. qui ponitur inter Agiographa non praecedit ad Iob, & uidetur ex ratione praecedente debere praecedere, quia liber Paralipom. antiquioris temporis historiam scribit quam liber Iob, scilicet a principio orbis conditi incipiendo in generationibus Adae, ut patet 1. Paralipom. cap. 1. liber autem Iob solum tangit historiam ipsius Iob, quae posterior est.

Respondendum est, quod liber Iob debuit praecedere omnia agiographa, & cum dicitur, quod prior est tempore historia Paralipom. negandum est, quia licet quaedam generationes a principio seculi ordinentur ibi, tamen nihil postea tangitur de historia temporum, quae fuerunt ante Iob, sed in ipso met primo cap. libri agitur de quibusdam, quae fuerunt posteriora ad librum Iob, scilicet de generationibus Esau: ideo praecedere debet liber Iob.

Alio modo potest responderi, quod quamquam liber Paralipom. incipit ab antiquioribus temporibus quam liber Iob: tamen continuatur historia illius usque ad tempora multum posteriora, scilicet ad Babylonicam usque captiuitatem: libri autem semper attenduntur quantum ad fines suos ad hoc, quod continentur cum alijs libris: non debuit igitur liber Iob esse post librum Paralipomen.

Iob a quo scriptus fuit, an a Moysse, vel ab alio. Quaes. XXIII.

Quaeritur vterius, quis scripsit librum Iob. Respondent quidam, quod scripsit illum ipse Iob, quod quidem satis esse potuit quoniam post omnia gesta, quae habentur in ipso libro, superuixit Iob 140. annis, ut patet Iob ultimo capitulo.

Sed hoc non multum stat, quia tunc non uideretur quomodo uenerit liber Iob ad Hebraeos, quia Iob erat de gentilibus: non curarent igitur Iudaei accipere librum illius tanquam peregrinam doctrinam: nimis enim cauebant Iudaei a doctrinis gentiliu, ne per has seducti a lege recederent.

Alij ergo & uerisimilij dicunt, quod scripsit Moyses librum istum. Nam fuit Iob ante tempora Moysi, ideo potuit Moyses scribere gesta illius: decuit autem satis illa scribi, quia omnis sacra Scriptura est principaliter eruditua humanae actionis, quae directio fit per uirtutem, & quia in libro Iob magnarum uirtutum dantur exempla principaliter patientiae, & tolerantiae: conueniens erat scribi illam doctrinam. Amplius autem multa ibi dicuntur, quae declarant quid de Deo sentire debeamus quantum ad prouidentiam eius, & regimen uniuersi, & uniuersaliter ad uirtutes morales. Unde de fortassis non est inferior in doctrina aliquo libro ueteris testamenti: propter quod Moyses illum scripsit atque Hebraeis tradidit.

Secundus a Dauid. Idest secundus liber Agiographorum incipit a Dauid, scilicet ipse liber est secundus Agiographorum. Est autem liber Dauid liber Psalmorum: prophetauit enim Dauid, sicut ceteri prophetae: sed differt modus suus prophetandi ab alijs. Alij enim enarrant res tanquam gerendas, ipse uero in modum laudis de Deo, & Messia ceterisque similibus multa profert. Vocatur autem hic liber Dauid liber Psalmorum, qui pro maiori parte a Dauid compositi sunt, vel saltem ipse est praecipuus auctor, & primus a quo Psalmi originem habent: fuerunt autem multi alij Psalmorum auctores, ut patet ex titulis Psalmorum inter dum. Totus tamen liber ascribitur ei tanquam ipse omnes Psalmos condiderit ex causa dicta.

Quem quinque incisionibus, & uno Psalmorum uolumine comprehendunt. Idest iste liber Dauid unum uolumen est, quod uocatur liber Psalmorum: tamen in quinque sectiones, id est partes diuiditur: aliqui enim uoluerunt dicere, quod liber Psalmorum est quinque libri propter

De Psalmorum auctore, ac diuisione.

per quinque sectiones, est tamen vnicus liber, sic n. allegatur interdum. s. sicut habetur in Actibus apostolorum: sunt autem quinque sectiones, quia diuisus est totus liber in quinque partes, & in fine cuiuslibet partis ponitur in latino Fiat Fiat. in Hebraeo autem ponitur Amen Amen.

Prima sectio finitur in Pf. Beatus qui intelligit, vnde in vltimo versu eius ponitur fiat fiat. Secunda sectio finitur in Pf. Deus iudicium tuum. Tertia in pf. Misericordias domini. Quarta in pf. Confitemini. Quinta in vltimo pf. scilicet Laudate Dominum de celis. & ibi non ponitur fiat fiat: sed omnis spiritus laudet Dominum. Ecclesia autem aliter pf. secuit. s. diuidens in octo partes, vel potius in 14. si aliter velim⁹ & hoc pro recitatione secundum ferias. s. septem pro matutinis, & septem pro vesperis. Vbi autem partes incipiunt satis apparet. Tertius est Salomon. Idest iste est tertius liber, qui ponitur in canone agiographorum, non quidem q̄ omnes libri Salomonis sint tanquam vnus liber inter agiographa, quia ponuntur hic, vt tres libri. Prouerbia, quae illi Masloth, idest parabolas appellant. Idest primus de libris Salomonis est liber prouerbiorum. Fecit autem Salomon multos alios libros de naturis rerum: nam disseruit de lignis à cedro, qui est in Libano vsque ad hysopum, qui egreditur de pariete, & de iumentis, & volucris, & reptilibus, & piscibus. Fecit quoque tria millia parabolas, & quinque millia carminum, vt patet infra lib. 3. cap. 4. sed isti libri non habentur apud nos, nec fuerunt vnquam positi in canone sacrae scripturae: solua autem habentur tres, de quibus dicitur hic, primus est liber Prouerbiorum, in quo continetur doctrina pure moralis. Sunt autem ibi propositiones vniuersales tanquam regulae operabilium humanorum, & dicitur prouerbia, quasi procul a uerbo. s. multum distantia a cōmunibus uerbis uulgariis, quia illa sunt uerba parui ponderis: ista autem sunt plena fructu, & documento. Etiam sunt procul a uerbo, quia uerba uulgaria sunt multum particularia pro solis negocijs, in quibus proferuntur: ista autem sunt procul ab illis, quia sunt doctrinae vniuersales. Vocantur autem in Hebraeo Masloth, quod idem est quod parabola, vel prouerbum. Nam parabola dicitur esse iuxta modum accipiendi hic quaedam propositio in se multum sensum continens, & hoc proprie conuenit doctrinis vniuersalibus continentibus in se omnem sensum particularium actionum. Dicuntur autem parabolae a para, quod est iuxta, & bole quod est sententia, quasi iuxta sententiam, s. quia talia uerba sunt multum sententiosa.

Quartus Ecclesiastes, idest Coheleth. Idest quartus liber in agiographis uocatur Ecclesiastes, vel coheleth. Est iste secundus de libris Salomonis. Sunt autem ista duo nomina huius libri. s. Ecclesiastes in Graeco, & coheleth in Hebraeo. Interpretatur autem vtrunque concionator: dicitur enim concionator. i. ad concionem loquens. Est enim concio totus populus, cum uero aliquis loquitur ad totum populum, dicitur concionator. Sic sunt praedicatorum. De concione patet Deuter. cap. 9. s. locutus est de medio ignis, quando concio populi congregata est. Sic etiam dicitur aliquis habere principatum concionatum quicumque habet uocem in concilio populi, sic loquitur philosophus. 3. Polit. s. q̄ cuius debet cōicare lege cum alijs ciuibus, & principatu. s. concionatiuo: Ecclesiastes autem hoc signat, quia dicitur de Ecclesia. Est autem in Graeco ecclesia congregatio. Vnde ponit philosophus. 2. Politicorum de quibusdā politijs, q̄ non faciunt Ecclesiam. i. non faciunt congregationē ad conciliū, sed hnt aliu modū principatus. Coheleth autem in hebraeo idem signat. Vocatur autem liber iste cōcionator, quia in eo

F Salomon loquitur ad concionem, scilicet non determinando aliquam personam, sed ad omnes: in parabola autem dirigit locutionem suam ad filium, quasi loquatur pater filio moraliter instruens. In canticis autem canticorum sponsus uerba ad sponsam dirigit, & ideo illi duo libri sunt quasi speciales. In Ecclesiaste autem quia non dirigitur uerba specialiter ad aliquem intelliguntur directa ad totā concionem, ideo dicitur liber concionator, vel Ecclesiastes.

Quintus cantica canticorum. Iste est tertius inter libros Salomonis: & est quintus in agiographis. Vocatur autem Cantica Canticorum, quia sunt specialia cantica per excellentiam dicta. Cum enim sic additur genitiuus pluralis numeri significatur excellentia: iuxta illud in dōctrinali, scilicet

Additur excellens flos florum Virgo beata. Sciendum autem quod Salomon fecit alia cantica praeter ista, s. quinque millia carminum, vt patet infra 3. lib. cap. 4. illa autem differunt ab his: quia in isto libro pauca carmina possunt contineri: nam etiam si computentur uersiculi non erunt sexcenti, quanto magis carmina, potissimè quia quinque millia carminum Salomonis, quae per numerum expressa sunt erant inter se differentia cum ponantur tanquam distincta numero: in Canticis autem Canticorum, quae nos habemus non uidentur esse distincta cantica, sed quasi vnum, ideo oportet alia fuisse praeter haec, quae non habentur. Ista autem uocantur Cantica canticorum per excellentiam, quod potest dupliciter intelligi, s. quod ista sunt excellentiora alijs quinque millia carminibus, quae fecerat Salomon. Alio modo quod dicuntur excellentia respectu omnium aliorum canticorum, quibus utuntur uulgares. Et iste sensus secundus est melior, quia Iudaei, qui posterunt hoc nomen libro, non uiderunt carmina quinque millia Salomonis, ita vt scire possent an ista essent excellentiora.

Quem titulo Sirhasirim praenotant. Idest Hebraei ponunt in titulo istius libri sirhasirim: praenotare enim est ante notare, s. q̄ a principio libri huius Hebraei ponunt titulum istum, qui est sirhasirim, quod interpretatur in Hebraeo Cantica canticorum.

De ordine praedictorum librorum, & quid contineatur in eis. Quast. XXV.

ORDO autem istorum librorum satis apparet: nam a principio agiographorum ponitur Iob, quia praecessit historia eius omnes alias tempore: post hanc uero sequitur liber Psalmorum, quia David cui ascribuntur psalmi fuit ante Salomonem, & omnes alios, de quibus infra dicitur. Post hunc ponuntur libri Salomonis, quia Salomon securus est post David, cū fuerit filius eius: in tribus autem libris Salomonis non potest dari ordo quantum ad tempus scriptoris, sed quantum ad habitudinem doctrinae, quae in eis traditur. Dicunt enim communiter doctores nostri, potissimè qui loquuntur moraliter, quod liber Parabolarum continet doctrinam inferiorem, s. quae pertinet ad incipientes bene operari, qui adhuc rudes sunt, ideo nomine filiorum persuadetur ibi eis, quod accedant ad sapientiam. Etiam ibi traduntur doctrinae morales pertinentes ad communicationem hominum adhuc manentium in seculo. Secūdus liber, s. Ecclesiastes pertinet ad proficientes in bono opere, qui amore bonae operationis, & uitae aeternae quam prosequuntur, incipiunt contemnere ea, quae in mundo sunt: sicut dicebat Apostolus: Omnia reputaui ut stercorea, ut solum Christum lucrifacerem, ideo in isto libro agitur

Cantica Canticorū.

Daniel.

Daniel minoris auctoritatis apud Iudaeos.

Paralipo.

de contemptu mundi demonstrando, q̄ bona uitae huius caduca nimis, & fallacia sunt: quae licet aliquod bonum praemonstrent, uanitate tamen plena sunt. Ideo liber incipit: Vanitas uanitatum, & omnia uanitas: & concluditur in fine nihil bonum esse praeter timorem Dei: cum dicitur: Time dominum, & recede a malo: hoc est omnis homo. Tertius liber, s. Cantica canticorum pertinet ad iam perfectos, qui omnibus, quae uitae huius sunt, iam relictis in sola Dei cōtemplatione fruuntur, ideo ibi agitur de gaudio sponsi, & sponsae: & de ardentissima charitate, & consummatione totius boni in applicatione ad Deum. Et ob hoc de ista applicatione liber incipit, s. osculetur me osculo oris sui. Post libros autem Salomonis ponitur Daniel, quia nulli fuerunt libri medij temporis, qui ad Agiographa pertineant: ponitur quoque liber Paralipomenon qui consummat in Babylonica captiuitate, & reditu post annos septuaginta: isti autem duo libri quasi simul fuerunt: ponitur tamen primo Daniel, quamquam ipse propheta uerit in Babylone: quia liber Paralip. non solum de transmigratione in Babylone agit, sed etiam de reditu Iudaeorum inde, vt patet 2. Paralipom. c. vlti. Daniel autem non est reuerfus de Babylone, nec fuit propheta eius post reditum, ideo debuit praepari ad librum Paralipom. Deinde autem ponitur Esdras qm̄ Esdras scripsit solum post reditum de Babylone, nihil quae continetur in libris suis, nisi ordo redeuntium in redeundo, & postquam redierunt in principio habitationis in terra sua.

Vltimus autem est liber Esther, quia historia Esther accidit post reditum de captiuitate Babylonica tempore regis Afluere, vt patet ex ipso libro. Vltra hunc autem non sunt alia scripta Agiographa in Canone Hebraeorum. Sextus est Daniel. Idest sextus liber in ordine Agiographorum: iste enim propheta est, sed inter Prophetas locari non meruit secundum estimationem Iudaeorum, qui minoris auctoritatis reputant hunc quam ceteros Prophetas. Nec etiā fuit missus Daniel ad aliquod denunciandum eis, sicut ceteri Prophetae mittebantur: vnde iste liber apud eos integer non est, sed quaedam habentur in Biblijs nostris, quae de Theodotione, & Chaldaico sermone habita sunt: quoniam non reperiuntur in Hebraeo, sicut illud, quod interponitur de cantico puerorum in cap. 3. & totum cap. 13. & 14. Continet autem Daniel partim historias, & partim Propheticas uisiones, sed in hoc non differt a ceteris Prophetis, quoniam sic Isaias, & Ieremias interdum habent. Septimus dibe haiaim. Iste est septimus liber inter Agiographos, & uocatur apud nos Paralip. Non est autem iste liber tantae auctoritatis apud Hebraeos sicut libri Regum: quamquam eadē historia in vtriq; ponatur: non enim tantum constat de auctore Paralipom. sicut de scriptoribus librorum Regum. Accipitur autem corrupte in litera nostra: cum dicitur dibe haiaim: nā deberet dici diurehaiaim. Quod interpretatur uerba dierum, quoniam in eo de uerbis dierum, idest de factis, quae fuerunt in diebus Regum Iuda, & Israel agitur. Quod significantius chronicon totius diuinae historiae possumus appellare. Idest iste liber, qui dicitur uerba dierum, potest uocari melius chronicon Sacrae Scripturae, idest continens historiam sacrae Scripturae. Dicitur autem significantius, idest magis aperte, vel proprie, scilicet, quod cum imposuerimus ei nomen istud magis significamus de proprietate illius, quam cum imposuerimus ei alterum nomen, & hoc quia multum ei conuenit esse chronicon, idest designatum historiae totius scripturae: dicitur enim chronicon a chronon, quod est tempus, & inde chronica, idest facta temporalia, vel liber continens euentus temporales, & dicitur totius scripturae chronicon, idest quasi

aliquid relictum est historiae, vel temporalis euentus in alijs partibus scripturae, totum in hoc libro suppletum reperitur, quod ideo dicitur, quia liber iste est solum ad supplendum quaedam, quae in alijs libris incomplete enarrata sunt, sicut apparet ex discursu ab exordio Genesis usque ad finem librorum Regum in historia libris, quia in singulis aliquod deficiens suppletur, & dicitur totius scripturae chronicon, idest illius, quae est ab exordio orbis conditi usque ad captiuitatem Babylonicam, quia de illa, quae postea est, nihil suppletur per librum Paralipom.

Qui liber apud nos Paralipom. primus & secundus inscribitur. Idest iste liber, qui uocatur uerba dierum, vel chronicon, apud nos dicitur primus, & secundus Paralipom. Apud Hebraeos etiam est diuisus in duas partes, quoniam est vnus de quinque libris duplicibus, vt patet supra, & uocatur Paralipom. idest relictorum, vel de relictis, scilicet, quod de relictis in alijs libris sacrae Scripturae ibi principaliter historia texitur, nec est aliquis per se liber, qui totaliter sit suppletio aliorum in toto Canone, nisi liber iste.

Octauus Esdras, qui & ipse similiter apud Graecos, & Latinos in duos libros diuisus est. Idest octauus liber de Agiographis est Esdras, & iste diuisus est in duos libros apud Graecos, & Latinos. Nam apud Hebraeos hoc etiam manifestum est, cum ponatur inter libros quinque duplices, vt patet supra. Dicitur autem diuisus apud Latinos & Graecos in duos libros, quia vtriq; duos libros illius continent, quod de Graecis satis conuenerimus, sed de Latinis, vt communiter, secus uidetur: quia quidam habent quatuor libros Esdras, alij uero tres. Qui enim quatuor habent manifestum, quod ipse quartus est penitus apocryphus, nec alicuius auctoritatis inter libros sacrae Scripturae habetur. De tertio etiam idem iudicium est, quamquam non ita perspicue, & iste est liber tertius, qui incipit, & fecit Iosias. Manent autem duo libri Esdras, qui ab omnibus habeantur, & recipiuntur tanquam autentici, s. primi Esdras, & liber Nehemias, qui dicitur secundus Esdras, aliqui autem totum librum primum secundum tertium Esdras in duas partes diuidunt, tanquam sint duo libri Esdras.

Nonus Esther. Idest nonus liber inter agiographa, & vltimus est Esther, eo quod historia illius fuit post reditum de captiuitate Babyloniae, & vltima post historias omnium librorum Agiographorum.

Liber Esther cur ab Hebraeis recipiatur. Quast. XXVI.

COGNITUR autem ponere Hebraei librum hunc in Canone, quia festum Mardochei, qm̄ ipsi faciunt in mēse vltimo, s. Adar, qui apud nos uocatur Februarius, & distat triginta diebus a solennitate Paschali ipsorum, habetur ex ipso libro Esther, s. quomodo fuerit inducra illa festiuitas, & quare, post istos autem non est aliquis liber in Canone Hebraeorum, & si quosdam alios libros nos habemus de ueteri testamento praeter istos, illi apud Iudaeos non habentur, vel imperfecte apud eos, & in parua auctoritate conseruantur, de quibus j. in litera exprimit. Atque ita sunt pariter legis ueteris libri viginti duo. Hic colligitur numerus ex omnibus tribus praedictis ordinibus, & sunt viginti duo libri ad similitudinem uiginti duarum literarum Hebraicarum, per quas proferimus omne, quod loquimur atque scribimus, idest. Moysi quinque, prophetarum octo, Agiographorum nouem. i. libri Moysi, qui sunt libri primi ordinis, & uocantur legales, sunt quinque, octo autem sunt prophetarum, idest in secundo ordine, s. librorum prophetarum. In agiographis autem sunt 9. & sic simul sunt 22. libri in tribus ordinibus.

Prouerbia.

Prouerbia quare sic appellantur.

Ecclesiastes.

Concio quid.

Ecclesia quid.

Esdras.

E

Quam-

Quamquam nonnulli. Hic ponitur alius modus computandi istos libros, secundum quem assignantur. 24. in canone, & hoc quia duo, qui prius coniuncti erant, diuiduntur, ut sint per se libri. Ruth, & Cinoth inter agiographa scriptitent. Id est aliqui ponunt librum Ruth, & librum Lamentationum inter agiographa: supra aut ponebantur inter prophetales libros, cum poneretur Ruth tanq̄ pars quædam libri Iudicū, & Cinoth tanquam quælibet pars libri Jeremiæ. Cum aut fuerint isti duo libri inter agiographa non poterunt esse tanquam partes libri Iudicū, & Jeremię cū pertineant ad diuersos ordines, ideo necesse est, q̄ in agiographis. 1. libri sint, & sic erunt simul. 24. libri in canone veteris testamenti. Hunc autẽ ordinem plurimi Hebræorum vique hodie obseruant. Et libros hos in suo putent numero supputandos. Id est existimant isti, q̄ duo libri. Ruth, & Cinoth sunt supputandi in suo numero. i. debent per se computari, & non tanq̄ partes aliorum librorum. Nam cum ponebantur in canone propheticalium non habebant suum numerum. i. propriū, quia non computabantur tanquam libri per se distincti, sed tanquam partes aliorum librorum. Ac per hoc esse præca legis libros viginti quatuor. Id est si isto modo computauerimus erunt viginti quatuor libri veteris testamenti, quia prius computabatur vigintiduo, nunc aut viginti quatuor cum duo libri per se nunc cõputentur, qui prius non computabantur, & iam nõ manebit similitudo numeri librorum ad literas alphabeti, sed ad aliquod alterum. Quod sub nomine viginti quatuor seniorum Apocalypsis Ioannis inducit. Id est isti viginti quatuor libri inducuntur, vel significantur per viginti quatuor seniores quos ponit beatus Ioannes in Apocalypsi. Sciendum aut, q̄ sicut supra dicebatur. q̄ mysticè per numerum viginti duo millium Leuitarum significat numerus viginti duorum librorū veteris testamenti: ita hic per numerum viginti quatuor seniorū significabitur mysticè numerus viginti quatuor librorū. Nam ad sensum literalẽ aliud significat illi seniores, sicut declarabitur suo loco. f. Apoc. c. 4. & 5. nam si pro libris sacra scripturæ introducẽdi essent seniores adorantes agnũ, non magis poni deberet pro libris veteris testĩ, q̄ pro libris noui testĩ aliq̄ seniores significatiui, sed est sensus mysticus, in quo facile est applicare quod voluerimus, cū ex hoc p̄batio nulla accipiat iuxta Dionysiu. f. mystica Theologia non arguit. i. si per sensum mysticũ non fundat argm̄ efficac. Adorantes agnum. Introducitur similitudo illorũ, 24. seniorũ, de quibus d̄r Apoc. c. 4. & 5. q̄ prostrauerunt se corā agno adorantes eũ & offerentes coronas suas stantibus ibi quatuor aialibus oculatis ante & retro, q̄ singula licet in sensu historico aliqua significationem hēant, tñ in mystico et totaliter applicari debent. Dñr aut̄ isti seniores adorantes agnũ, q̄ agnus est Christus. Et hoc et in sensu literalĩ, ipse. n. est agnũ, qui mortuus est, & uiuit, & soluit septem signacula libri. Adorant aut̄ isti. 24. seniores agnum in quantum oĩa, quæ sunt in 24. libris veteris testĩ ordinantur ad honore Christi. Nam status totus Iudaicus ordinabatur ad statum noui testamenti, cum status Iudaicus in se ipso esset imperfectus ad Hebr. c. 7. & oĩa imperfecta subordinantur ad aliquã completionem. Ista aut̄ erat in veritate manifesta noui testamenti, quam oēs libri veteris legis tanq̄ vmbræ quædam designabant. Vmbræ nanq; futurorum bonorum est lex ad Hebr. c. 10. Et coronas suas prostratis vultibus offerentes. i. isti 24. seniores in reuerentiã agni deposuerunt coronas de capitis, & humiliauerunt se corā throno agni tanq̄ offerentes ei coronas suas. Transferendo autem hoc ad 24. libros, est sensus q̄ per coronas significantur uictorie, quia corona uictoribus datur dicente Apostolo.

F Non coronabitur, nisi qui legit timẽ certauerit. Isti autem viginti quatuor seniores humiliant se coram agno: quia viginti quatuor libri quicquid in se habent, ad honorem Christi, qui agnus est, illud continent; & coronas suas offerunt, i. uictorias sanctorum virorũ contra vitia, & contra hostes offerunt agno tanquam munera, quia illæ uictorie non fuerunt ad huius seculi transitoriam laudem; sed propter agnum ad honorem illius; alioquin inanis est talis laborum possessio. Stantibus coram quatuor animalibus oculatis retro. Et ante. Ista litera signat, quod erant viginti quatuor seniores simul cum quatuor animalibus coram agno, & illa animalia erant oculata, s. plena oculis ante, & retro, ut patet Apocalyp. cap. 4. & 5. & Ezech. cap. 1. Intelligitur autem dupliciter ista litera propter dictionem illam, coram. Nam potest accipi pro aduerbio, vel præpositione: si accipiat primo modo non habet aliud quod casuale, cui deseruiat, quia aduerbia non deseruiunt casualibus sicut præpositiones, & tunc coram non significat habitudinem personæ, vel loci, sed quod aliquid fiat coram isto vel illo, sed significat coram, i. palam, vel publicè: & tunc intelligitur stantibus coram animalibus quatuor, i. quod animalia quatuor erant coram, quando viginti quatuor seniores offererant coronas suas. Alio modo accipitur coram tanquam præpositio, & tunc deseruiat casuali, atque ordinabitur cum illo ablatiuo, s. quatuor animalibus: sed tunc non stat multum litera: nam deberet dici stantes coram quatuor animalibus, s. q̄ seniores starent coram animalibus: sed hic oportet q̄ stantibus referatur ad aliquid alterum, & non ad seniores, sed animalia, cum dicatur stantibus animalibus, nisi forte q̄ dixerit q̄ referatur ad vultus, s. q̄ vultus erant corā quatuor animalibus, sed iste non est conueniens sensus. Nam tunc ad seniores deberet referri, & non ad vultus eorum: stabit igitur alius sensus, s. stantibus corā quatuor aialibus, i. quatuor aialia erant coram, s. quando isti viginti quatuor seniores offererant coronas suas. Sunt autem ista quatuor animalia quatuor figurarũ variarũ, s. leonis, aquilæ, hominis, atque vituli: Apocalyp. cap. 4. & 5. & ista designat quatuor Euangelistas sicut Ecclesia cõiter accipit: hic aut conuenienter accipiuntur pro quatuor Euangelistis, quia libri veteris testamenti humiliabant se corā Deo, & libri quatuor Euangelistarũ dant illi semper laudẽ. Cũ laus operum Dei manifestetur in euangelijs ex actib⁹ Messie: quõ aut̄ ista quatuor aialia conueniant quatuor euangelijs satis apparet, qm̄ aquila d̄r de Ioãne, homo de Mattheo, vitulus de Luca, leo de Marco. Applicationes aut̄ istorũ satis apparet: et ista quatuor aialia Christo conueniunt: ipse. n. aquila d̄r p̄ ascensionem suã, leo p̄ resurrectionẽ, vitulus p̄ passionẽ, homo p̄ natiuitatem. Dñr autẽ ista aialia oculata, id est plena oculis, quia ante & retro habebat oculos, ut ad oẽm partem videret, id est. In præteritũ, & in futurũ respicientibus. Id est sunt oculata aialia ante, & retro: ad signandum q̄ respiciunt præterita & futura: oculus. n. ad videndum datur, qui aut̄ præteritũ, & futurũ considerat, d̄r videre ante & retro, ita est de quatuor euangelijs, quæ oẽ tps vident, i. respiciunt dispositionẽ hois quantũ ad oẽ tps sitæ præteritũ, siue futurũ. Vel habent oculos ante & retro, ut nihil sic latere possit, quin oĩa videant. Sic aut̄ est de quatuor euangelijs, quia totam vitam humanam regulant. Et indefessa voce clamantibus: sanctus, sanctus, sanctus. Id est ista aialia quatuor clamant indefessa voce, i. clamant, & nunq̄ fatigantur, dicentia sanctus &c. ista similitudo h̄r ex visione, quæ apparuit Ezechielĩ. Et ex visione, quæ apparuit B. Ioanni: uterque enim vidit aialia illa dicentia, eo q̄ laus Dei, quæ ex quatuor euangelijs impenditur nunquam cessat, & clamatur ibi sanctus

Coram, dupliciter accipitur.

Quatuor aialia conuenienter applicatur euangelistis.

Quasi. 10.

Quo seniores adorabant agnũ.

K

impenditur nunquam cessat, & clamatur ibi sanctus ter. quia ista laus ad totam beatam Trinitatem dirigitur: dominus Deus omnipotens, ista est laus Dei, qui vocatur dominus, qui omnibus dominatur: Deus autem per naturam: omnipotens vero, quia dominium suum vniuersale est. Qui est, & qui venturus est. Id est Deus iste semper est, & temper mansurus est. & accipit venturus improprie, id est futurus, quia Deus non venit, cum significetur in hoc quidam motus, sed magis competit ei futurus, quamquam etiam hoc nõ penitus comperat, scriptura tamen videtur interdum largè terminis.

Hic prologus, scripturarum quasi galeatum principium, omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest, ut scire valeamus quidquid extra hos est inter Apocripha esse ponendum. Igitur sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & pastor non sunt in canone. Machabæorum primum librum Hebraicum repperi. Secundus græcus est, quod ex ipsa quoque phrasi probari potest.

Hic Prologus. Hic ponitur tertia pars huius Prologi, s. quæ esset vtilitas ipsius distinguendo auctenticum ab apocripho: est enim magna vtilitas hæc legentibus, quia interdum aliqua scriptura allegatur, ut auctentica, quæ apocripha est, & interdum aliqua negatur tanquam apocripha, quæ est magnè auctoritatis, ideo valde fuit necessarium declarari, quæ sunt scripturæ pertinentes ad canonem, & quæ sunt apocriphæ.

Quare iste Prologus vocetur galeatus. Quasi. XXVII.

ET dicitur hic, quod iste prologus est principium galeatum omnium scripturarum, quæ transferuntur de Hebræo in Latinum, & in hoc ponitur nomen commune huius prologi: vocatur enim galeatus, quod dupliciter conuenire potest, vno modo, quod galea dicitur esse genus armaturæ: ita etiam prologus iste est armatura contra false allegantes scripturas ad eos redarguendum, vel ab eis nos defendendum: alio modo potest vocari galeatus a galea, quia est armatura capitis, & est principium totius armaturæ corporis, ita etiam prologus iste est principium omnium librorum veteris testamenti, quia nõ solum conuenit huic libro, sed etiam singulis, cum hic de quibusdam declaratur, qui sunt apocriphi, & qui auctentici, & quem gradum auctoritatis quilibet librorum habeat: iste verus sensus est, quem intendit litera, quia dicitur hic quasi galeatum principium: ergo vocatur galeatus propter hoc, quod est principium, & non, quia est armatura. Etiam, quia dicitur hic, quod omnibus libris iste prologus præponi potest, ergo tanquam principium est, cum iste prologus conueniat cuilibet libro, & quilibet aliorum prologorum conuenit vni soli, ideo prologus iste non solum omnium librorum, sed etiam omnium prologorum principium est.

Quasi galeatum principium. Id est iste prologus est tanquam principium, vel galea: transumptio enim est, quia galea est principium totius armaturæ cum sit armatura capitis.

A Omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum conuenire potest. Id est conuenit iste prologus non solum pro isto libro Regum, sed etiam pro omnibus libris sacre Scripturæ, qui transferuntur de Hebræo: & hoc ad iudicandum, qui eorum apocriphi, & qui auctentici sint. Et dicitur de translatis in Hebræo, quia non proficit iste Prologus vniuersaliter ad omnes libros sacre Scripturæ. Nam nihil hic agitur de libris noui testamenti, quem gradum habeant auctoritatis, & quomodo distinguantur per ordines suos, & an aliqui eorum sint apocriphi, sed solum proficit pro libris veteris testamenti.

Etiam cum dicitur de translatis de Hebræo non solum est intelligendum pro illis; sed etiam pro translatis de sermone Syro, vel Chaldæo, vel Græco. Nam liber Iudith, & Tobie non sunt translatis de Hebræo, sed de Chaldæo. Liber autem Machabæorum secundus de Græco translatus est, ut patet infra, & tamen pro illis etiam proficit iste prologus: per eum quippe iudicatur qui illorum sint apocriphi, & qui auctentici.

Ut scire valeamus quidquid extra hos est inter apocripha esse ponendum. Id est ita erat vtilitas prologi huius, scilicet, quod sciamus, quod quidquid non reperitur inter istos libros supra positos non est auctenticum, sed numerari debet inter apocripha. Ideo libri sequentes, scilicet Sapientię, & Ecclesiasticus, & ceteri non pertinent ad canonem, nec sunt auctentici inter Iudeos. Igitur sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur. Id est liber Sapientię, qui vulgariter vocatur, id est communiter ab omnibus liber Salomonis, non est in canone scripturæ apud Hebræos.

Liber Sapientię, an sit Salomonis. Quasi. XXVIII.

ISTE liber vocatur Salomonis, quoniam in quibusdam rebus, de quibus agitur, satis similatur Salomon, licet modus loquendi alius sit, scilicet in quodam decuratio & compediōsior, in alio autem extensior: dicitur tamen iste esse liber Salomonis, quoniam quædam verba illius hoc significare videntur, ut patet Sapient. 9. scilicet. Tu me elegisti regẽ populo tuo, & dixisti edificare templũ in sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ Aram. Ista eandem rationem ponit Hieronymus in prologo super istum librum. Est tamen iste liber factus a quodam satis clario viro suis temporibus, scilicet a Philone Iudæo Alexandrino.

Dicitur autem, quod non est liber iste in Canone, quia Iudæi illum inde secuerunt a principio, tamen in canone recipiebant: sic patet in Prologo Hieronymi super librum istum: sed hoc opus Hebræi, ut quidam sapiens meminit, inter canonicas scripturas recipiebant, sed postquam comprehedentes lesum interfecerunt memorantes in eodem libro euidentissima de Christo testimonia, scilicet dixerunt inter se impij cõprehendamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris, promittit se sciẽtiam Dei habere, & filium Dei se nominat. Et post hæc: si enim vere filius Dei est suscipiet illum, & liberabit de manu contrariorum. Et iterum, ut sciamus reuerentiam illius, & probemus patientiam eius, morte turpissima condemnemus eum. Collatione ergo inter se facta, ne nostri eos pro tam aperto sacrilegio denotarent, a prophetis eum voluminibus reciderunt: legedumque penitus prohibuerunt. Nos tamen Ecclesiæ auctoritate inter libros auctenticos illum suscipimus, atque in Ecclesiā suis temporibus legimus: de isto libro, & auctore eius Philone tractat Hieronymus in libro de Illustribus viris, & Isidorus in libro de Ortu, & obitu patrum.

Quare liber Sapientię nõ recipitur a Iudæis in Canone suo.

Et

Et Iesu filij Sirach liber. Idest etiam liber Iesu filij Sirach non habetur in canone apud Hebræos: iste vocatur Ecclesiasticus eadē ratione, qua vocabatur liber quidā Salomonis Ecclesiastes: loquitur enim liber iste ad oēm hominem, ideo cōcionator, vel ecclesiasticus est: quō ibi teneatur aliquis modus libri parabolārū Salomonis, quia fit locutio ad filium tanquam pater instruat filium, sed ut communiter in eo indistincte, & ad omnes locutio fit. Fuit autem iste liber scriptus a quodam sacerdote hebræo, qui dicitur esse Iesus filius Sirach, qui fuit nepos Iesu Iosedech sacerdotis magni, qui principatus est in sacerdotio venientibus Israelitis de Babylone, ut pater Zacha. c. 3. & 1. Esdra. c. 4. & 5. Fuit autem liber iste scriptus aliquanto tempore post reditum de Babylone. scilicet tpe, quo interpretes. 70. de Hebræis ducti sunt in Aegyptum ad cōvertendum totam Bibliam Hebræorum in Græcum sermonem, quod factum est anno. 38. regni Ptolomæi Euergetis regis Aegypti, ut plurimi asserunt, sed constat factum tempore Ptolomæi Philadelphi, qui eum præcessit in regno, ut vult Iosephus lib. 12. Antiquitatum. Fuit autē iste scriptor huius vnus de interpretibus, & ibi inuenit quendam librum Aegyptium magnæ doctrinæ, quem exposuit conuertens in Hebræū sermonem addiditq; multa de suis, de quibus in prologo super Ecclesiasticū. Istem librum quō Iudæi nunquā habuerint in canone scripturarum Ecclesia tñ suscepit atque legit. *Et Iudith.* Idest etiam liber Iudith non est in canone, sed oportet poni sūm præcedentia inter apocripha, quia dicitur supra quod quidquid non est inter libros supra positos inter apocripha computandū est, sed Iudith non est in aliquo de tribus ordinibus præcedentibus: ergo pertinet ad apocripha. Sed contra hoc arguetur, quia dicit Hieronymus in prologo super Iudith, quod apud Hebræos liber Iudith inter agiographa legitur: sed agiographa continent tertium ordinem librorum authenticorum, ergo erit Iudith in canone inter Hebræos, sed hic dicitur contrarium.

Respondendum est, quod liber Iudith apud Hebræos non ponitur in canone, nec est magnæ auctoritatis, quod patet, quia in allegato prologo Hieronymi super Iudith dicitur, quod auctoritas libri Iudith ad roboranda illa, quæ in contentione veniunt minus idonea iudicatur, id est non est idonea. q. d. quod non sumitur argumentum efficax contra aliquem ex libro Iudith: si tamen esset inter agiographa, esset authenticus, & posset ex eo argui efficaciter. Item quia dicitur in eodē prologo, quod liber Iudith est scriptus sermone Chaldæo, & quia Hieronymus trāstulerit de Chaldæo: si tamen esset Iudith inter agiographa habere in Hebræo, idē necesse est, quod non sit inter agiographa. Cum autem dicitur, quod apud Iudæos legitur liber Iudith inter agiographa, quidam respondent, quod est litera corrupta, & deberet dici inter apocripha.

Alio modo potest respondēri, quod agiographum dicitur dupliciter: vno modo pro scriptura sancta, quæ est magnæ auctoritatis, & efficax tam ad arguendum quàm ad respondendum quamquam auctor illius ignotus sit: & hoc modo scripta agiographa tenent tertium ordinem in canone sacræ scripturæ, ut supra patet, & hoc modo non ponitur in agiographis, nec est in canone sacræ scripturæ sūm Hebræos. Alio modo dicitur agiographum scriptura, quæ sacra videtur, quia non repugnat in aliquo sacræ scripturæ approbata: ipsa tamen nullius auctoritatis, vel roboris est, & hoc modo aut parum, aut nihil agiographum ab apocripho differt, & sic ponitur Iudith apud Iudæos inter agiographa. i. inter apocriphos libros. Hęc autē sūt vera sūm Hebræos apud nos secus est:

nam liber Iudith inter authenticos libros receptus est cum approbaverit illum ecclesia in Sinodo Nicena, & receperit in numero sacrarum scripturarum, ut ait Hieronymus in prologo super Iudith: alioquin enim Ecclesia, non legeret illum in diuinis ministerijs, sicut leguntur ceteri libri authenticij: legit tamen. *Et Tobias.* Idest etiam liber Tobias: non est in canone Hebræorū.

An liber Tobias sit inter Agiographa. Quest. XXXIX.

ISTE liber in Chaldæo scriptus est, & Hieronymus de Chaldæo illum trāstulit adiuuante quodam Hebræo interpretante linguam Chaldæam in Hebræam, dicitur tñ quod iste liber apud Iudæos mancipatus est inter Agiographa, & tamen Agiographa scripta authentica sunt: de hoc in prologo Hieronymi super Tobiam. Respondendum est quod non pertinet liber Tobias ad canonem Hebræorum: nam tunc haberetur in Hebræo sicut ceteri authenticij libri: sed non inuenitur est in Hebræo: ideo coactus est Hieronymus transferre illum de Chaldæo sermone, ut patet in eodem prologo: ergo non est authenticus apud Hebræos. Item quia in allegato prologo dicitur: Arguunt nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonem latinis auribus ista transferre: ergo non est in canone Hebræorum Tobias. Item dicitur in eodem prologo quod Hebræi librum Tobias de catalogo sacrarum scripturarum secuerunt, & posuerunt inter alias scripturas: hoc autem concedendum est, & cum dicitur quod Hebræi habent librum Tobias inter agiographa: dicitur quod ibi est corrupta litera, quæ deberet scribi apocripha: & dicitur agiographa, quod satis apparet, quia dicitur in allegato prologo: librum itaque Tobias, quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes his, quæ agiographa memorant, manciparunt: sed quando aliquis liber secatur de canone scripturarum authenticarum non potest poni, nisi inter scripturas apocriphas: ergo necesse est Tobias poni apud Hebræos inter apocripha. Aliter dici potest quod litera sit vera, & tamen agiographum dupliciter dicitur, scilicet pro eo quod sanctum, & authenticum, quamquam non repugnet sacro, sicut dicebatur supra de libro Iudith. Hęc autem intelliguntur de agiographo, quod est non authenticum: & cum dicitur hic, quod non est Tobias in canone, intelligendum est secūdu Hebræos, & tamen Ecclesia suscepit eum in canone suo, cum legat eum in diuinis ministerijs. Sed tunc dicit aliquis quid proficit nobis hoc quod de canone dicitur, quia non est idem canon scripturarum apud nos, & Hebræos, quia pleraque ipsi improbant, quæ nos tanquam authentica habeamus. Respondendū quod proficit ad hoc, ut sciamus in quo possumus habere argumentum efficax contra Hebræos, & in quo non, cum quidam libri nostri sint efficaces cōtra eos, & alij nequaquam. *Et pastor.* Idest etiam liber pastoris non est in canone Hebræorum, quō habeatur apud quosdam Latinos. De isto libro pastoris apud expositores nostros nihil h̄t. Constat tñ quod fuerit liber aliquis pertinens ad statum veteris testamenti, quō hic agitur de canone veteris testamenti: & declaratur qui sunt libri in canone, & qui nō: sed dicitur de libro pastoris quod non habetur in canone veteris testamenti, ergo v̄t quod aliquo mō pertinet ad vetus testm̄. Pro hoc autē sciendum quod multi alij libri sunt, qui antiquitus apud Iudæos facti sunt: & tamen non recipiuntur ab eis in canone: tum quia aliqui eorum ab hereticis fuerunt deprauati: tum quia quidam ipsorum non erant tantæ auctoritatis, ut in canone sacræ scripturæ poni mererentur: sic enim fuit liber Henoch, qui quō authenticus

q. præced.

Que vilitas sit cognoscere quod libri sint authenticij, & qui nō.

Pastorum liber quis est & an sit reprobatus.

Hoc intelligitur de Canone Hebræorū.

ticus esset, cum eum alleget Iudas in canonica sua, tamen quia heretici illum damnauerunt, non fuit postea habitus inter libros authenticos, & sic de plebisque. De libro autem pastoris, quid contineret plene non exprimitur, tamen inter apocriphos ab ecclesia collocatur, de hoc in Decretis. di. 15. ca. sancta Romana. vbi ponuntur opera authentica, & opera apocripha, & ibi liber pastoris, siue pastoralis habetur tanquam apocriphus.

In canone non habentur. Idest isti libri immediate positi ponuntur in canone, quod intelligitur de canone Hebræorum: quoniam de canone librorum, quos Ecclesia recipit: secus autem cum omnes supra positi, & etiam libri Machabeorum, de quibus infra recipiuntur ab Ecclesia tanquam authenticij.

Machabeorum primum librum Hebræicum reperiri. Supra ponebantur quidam libri quantum ad Iudæos qui erant penitus apocriphi: hic autem ponuntur libri, qui partim sunt apocriphi, & partim agiographi, scilicet libri Machabeorum, quorum primum habetur apud Hebræos, & est authenticus: potest quoque computari inter agiographa. Secundus nō habetur in Hebræo, ideo est apocriphus apud eos. Trāstulit tamen illum Hieronymus ex Græco. *Secundus librum.* Idest secundus liber Machabeorum est Græcus, scilicet translatus, vel cōpositus ab aliquo Græco.

Quod ex ipsa phrasi probari potest. Idest iste liber est Græcus, quod probatur ex modo suo loquendi. Nam in Hebræo non habentur tales modi rhetorici: dicitur autem phrasis in Græco locutio, & inde periphrasis dicitur, id est circumlocutio. Stylus autem illius secundij libri demonstrat eum, & primum non esse ex eadē origine.

Etiam satis potest apparere ex alio, scilicet, quia nō sunt isti duo libri historia continuata, sicut quatuor libri Regum, sed secundus est suppletio quædam primi. Nam in primo continetur tota historia Machabeorum, sed quia in quibusdam ibi decurtata est. Aliqui Græci composuerunt per modum supplemēti, & recapitulationis omnia, quæ habentur in secundo libro, quia etiam auctor satis declarat in secundo cap. eiusdem, & quamquam isti duo libri apud nos sint authenticij, non tamen est apud nos tantum authenticus secundus quam primus. Nam quædam sunt ibi, quæ a quibusdam nostris non recipiuntur.

Quæ cum ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert vnusquisque, quod potest: alij aurum, & argentum, & lapides preciosos, alij byssum, & purpuram, & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agetur, si obtulerimus pelles, & caprarum pilos. Et tamen Apostolus cōtemptibilia nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ presentis, futuræque distinctio pellibus tegitur, & cilijs: ardoremque solis, & iniuriam imbrium ea, quæ viliora sunt, prohibent. Lege ergo primum Samuel, & Malachim meum. Meum, inquam, meum. Quidquid enim crebrius vertendo, & emen-

dando sollicitius, & didicimus, & tenemus, nostrum est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas, vel interpretem me existimato, si gratus es, vel paraphrasten, si ingratus. Quamquam mihi omnino conscius non sum, mutasse me quippiam de Hebraica veritate, certe si incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos, & confer cum his opusculis, quæ nuper emendauimus, & vbiunque discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem. Et si nostra firmauerit, puto quod eum non existimes cōiectorem, ut in eodem loco mecum similiter diuinaris.

Que cum ita se habeant. Hic ponitur quarta pars, in qua sermo ad lectorem conuertitur, & diuiditur in tres partes. Primo rogat, ne legentes eius intentione peruertant, dicentes quod septuaginta interpretes reprehendere intendat, secundò ut operis lectionem attendant, tertio ut cum alijs hoc conferant. Secunda ibi. *Lege ergo primum.* Tertia ibi. *Certe si incredulus es.*

Quare D. Hieronymus trāstulerit in Latinum sacræ Scripturam. Quest. XXX.

PRIMA ponitur hic cum Hieronymus excusat se de peruersitate intentionis: dicebant enim aliqui quando Hieronymus transferebat libros istos Regum, & alios libros sacræ Scripturæ de Hebræo in Latinum, ut demonstraret septuaginta interpretes esse reprehensibiles, scilicet, quod ideo scribebat, quia inuebat scripta septuaginta interpretum fuisse multum deficientia a veritate Hebraica: & ob hoc, quod necesse erat alia nouiter transferri de Hebræo in Latinum: sic patet in Prologo super Iosue, qui incipit: Tandem finito: & in Prologo super Genesim, qui incipit: Desiderij mei. hoc autem quamquam verum sit, quod scriptura septuaginta interpretum iam esset multum vitata, & deficientia a veritate Hebraica, siue hoc esset propter ignorantiam interpretum, siue propter imperitiam translatorum: Hieronymus tamen non culpatur septuaginta interpretes, nec in eorum ignominiam vult aliquid transferre: sed dicit, quod sicut ipsi contulerunt aliquid in laudem Dei, & vtilitatem Ecclesiæ: ita ipse vult conferre aliquid licet minus.

Que cum ita se habeant. Idest, cum ista superiora de diuisione librorum per ordines suos vera sint, & ego laborauerim in transferendo istos libros, nō existimet aliquis, quod ego facio ad malum finem.

Obsecro te lector, ne laborem meum reprehensionem existimes antiquorum. Idest rogo, ne cogites, quod iste translationes, quas facio sint ad demonstrandum antiquos, id est septuaginta interpretes fuisse reprehensibiles, & defectuosos, quasi ego introducā translationes meas, quia sue iam non sufficiant, aut inutiles sint, vel vitiate, sed facio ad alium finem, scilicet, ut ego aliquid offeram de meo, sicut quilibet de suo.

In tabernaculo Dei offert vnusquisque quod potest. Idest istam translationem non est facta ad concitandum inuidiam, sed voluit facere, sicut in tabernaculo Domini fit, quia quilibet ibi offert quantum potest: erat enim confi-

Diuerfa munera que offerantur in tabernaculo Dei.

Agiographum dupliciter.

Ecclesiasticus recipitur ab ecclesia.

Ecclesiastes a quo fuit scriptus & qua. do.

Ecclesiasticus.

constitutum a domino in deserto Sinai quando constructum est sanctuarium, quod Moyses loqueretur Israelitis, quod tam viri quam feminae offerrent domino in opus sanctuarii unusquisque quod possit. Alij aurum & alij argentum, & sic de diversis rebus necessarijs ad constructionem sanctuarii Exo. cap. 25. sic autem postea factum est quoniam quilibet offerebat quod poterat. f. principes Israel obtulerunt lapides preciosos necessarios pro vestibus sacerdotis: omnes autem alij quicunque haberent vasa aurea, vel argentea separauerunt illa in donaria domini: mulieres vero, quæ hæc offerre nõ poterant, quia fortè pauperes, quia in potestate earum non erant magna, obtulerunt byssum, & hyacinthum, & pilos caprarum & similia, de quibus Exo. 35. ca. sicut ergo in sanctuario domini non imponitur omnibus eadem oblatio, sed quilibet offert quantum potest, nec est aliquis quantumcunque pauperum sit, qui non possit aliquid offerre pro sanctuario domini: ita hic ad vtilitatem Ecclesie non oportet, quod omnes æqualia bona faciãt, sed satis est, quod quilibet aliquod bonum faciat, nec exigitur, quod illud tantum sit quantum alij viri maximi contulerunt: sic enim Hieronymus ex humilitate dicebat hic, quod quamquam translatio sua nõ modo comparanda sit translationi septuaginta interpretum, tamen aliquid proficiet in Ecclesia Dei: ideo penitus abijcienda non est, sicut qui in sanctuario domini offerebant pilos caprarum, non offerebant tantum, quantum illi qui aurum præbuerãt, & tamẽ nullius oblatio refutabatur. Dicitur autem hic de tabernaculo. i. sanctuario, quia accipitur largè, non solum enim pro tabernaculo offerebantur dona ab Israelitis in deserto, sed etiam pro toto sanctuario: illud tñ vocatur tabernaculum large: nam tabernaculum est domus quadam facta de tabulis, & operata cortinis atque alijs velamentis inter Iudæos extra quod erat atrium, quod continebat magnam quantitatem circumdando tabernaculum, & istud non erat de tabulis, sed de columnis, & velamentis. De tabernaculo habetur Exo. 26. cap. de atrio habetur ibidem. 27. cap. Dicitur etiam in tabernaculo domini unusquisque offert quod potest. i. ad construendum tabernaculum. Nam ista oblatio deserti non fuit facta post constructionem tabernaculi, sed prius ut haberetur materialia ad constructionem.

Alij aurum alij argentum. Declarat, quod non sit eadem oblatio omnium, sed quidam offerebant aurum, & quidam argentum, & sic de singulis, quia omnia hæc necessaria erant, sic enim dixit Deus Exo. cap. 25. quod offerrent aurum, & argentum, quæ & hyacinthum purpuram coccumque bis tinctum, & byssum pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas: pelles hyacinthinæ, & ligna Setim, oleum ad luminaria cõcinnanda, aromata ad unguentum, & thymiana, & lapides onichinos & gemmas. Singula enim horum pro fabricatione sanctuarii erant necessaria: aurum quippe ad multa erat necessarium, scilicet ad operiendam arcam laminis aureis, & ad faciendum propitiatorium, quod erat copertorium arcæ de auro purissimo cum Cherubin. Etiam erat necessarium ad tegendum laminis aureis totum altare thymiamatum. Etiam ad tegendum mensam propitiationis, & ad faciendum coronas illius de auro. Etiam ad vasa vniuersæ mensæ, quæ erant de auro, & ad deaurandas tabulas tabernaculi cum vestibus, & ad vestes sacerdotis magni: omnia enim hæc aurum exigebant: Exodi capitulo vigesimo quinto. Argentum verò necessarium erat pro vasibus tabularum tabernaculi. Etiam pro capitibus columnarum, & vasibus, quæ erant intra tabernaculum. Etiam pro quibusdam capitulis aliarum columnarum, quæ erant in circuitu tabernaculi in atrio.

Et lapides preciosos. Isti offerebantur pro vestibus summi sacerdotis, quia non erat aliquid alterum in toto sanctuario, in quo poneretur lapides preciosi, nisi in istis: ponebantur namque duo onichini super duos humeros sacerdotis in ephod, in quibus scripta erant duodecim nomina filiorum Israel per tribus suas: sex in quolibet lapide. Erant autem præter hos alij duodecim lapides preciosi diversarum specierum, qui positi sunt in rationali super pectus sacerdotis: & erant ibi scripta duodecim nomina filiorum Israel. Fuerunt autem oblati isti lapides a solis principibus, eo quod erant magni valoris: & non poterant populares talia offerre, Exo. 36. cap. sic igitur in beato Hieronymo quamquam alij offerant aurum, & lapides preciosos, ipse saltem vult offerre pilos caprarum, qui sunt minimi valoris: aliquid tamen valent.

Alij byssum, & purpuram. Hic ponuntur aliæ oblationes, in filiis & erant fila multorum modorum, byssus purpura, hyacinthus, & coccus bis tinctus: est enim byssus genus lini candidissimi, cui nullus color superadditus erat. Tale autem linum reperitur in Aegypto, & istud proficiebat in sanctuario ad texturam velorum circumdantium atrium in circuitu, quæ fiebat de sola bysso: præterquam in introitu, ubi erat tentorium magnum, quod trahebatur pendens: & istud erat multorum colorum, scilicet de quinque, vt de bysso hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & auro. Proficiebat etiam byssus ad decem cortinas quæ fiebant super tabernaculum operientes illud totum intermediare. Etiam proficiebat ad vestes sacerdotales, quæ ex maiori parte erant de bysso. De his patet Exo. 26. & 27. Purpura quoque offerebatur, quia illa proficiebat ad vestes sacerdotales sacerdotis magni: etiam ad decem cortinas tabernaculi & ad tentorium quod pendet in introitu tabernaculi, & ad tentorium quod erat in introitu atrij. Hæc enim habebant purpuram cum alijs coloribus quatuor, scilicet hyacintho & auro coccoque bis tincto, & bysso retorta.

Et coccum offerunt, & hyacinthum. Idest etiam quidam offerunt de cocco & hyacintho: est enim coccus filum valde rubeum, quoniam bis rubricatum est vt rubedo eius nimis intensa appareat: & ob hoc vocatur vt communiter coccus bis tinctus. Hyacinthus dicitur esse genus filorum, vel lanæ quasi coloris aerei, siue celestis, quamquam hyacinthus aliquando accipitur pro lapide, & aliquando pro flore. interdumque pro puero: sed non pertinet hoc ad præterens, quia solum accipitur hic pro lino: purpura autem dicitur esse species huius lini coloris rubei declinantis ad nigritudinem. De quibus omnibus magis declaratum est Exo. 25. c. Erant autem necessaria coccus, & hyacinthus ad illa eadem, ad quæ purpura conueniebat, vt supra dictum est.

Nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles, & pilos caprarum. Idest alij, qui ditissimi sunt offerunt aurum & argentum: nobis autem quia pauperes sumus satis bonum erit, si potuerimus offerre pilos caprarum, & pelles.

De operimentis tabernaculi. Quest. XXXI.

In quo humiliat translationem suã, dicens translationem septuaginta interpretum esse tanquam aurum, & lapides preciosos: suam vero tanquam pelles & pilos caprarum. Ponit autem de istis, quia iusserat Deus offerri pelles arietum rubricatas, & pelles hyacinthinæ, & pilos caprarum, vt patet Exodi cap. 25. Erant autem ista necessaria, quia in tabernaculo Domini erant quatuor velamenta.

Byssus quid.

Hyacinthus quid.

Primum

Primum erat de cortinis, & istud erat contextum de filiis auri, purpura, hyacinthi, & de cocco byssoque retorta. Secundum operimentum erat de sagis, quæ sunt aspera facta de pilis caprarum. Tertium erat de pellibus arietum rubricatis. Quartum de pellibus hyacinthinis, & istud erat superpositum omnibus. De his operimentis habetur Exod. c. 26. Pro his igitur operimentis offerri pilos caprarum, vt inde fieret secundum operimentum. f. sagorum. Etiam quod offerrentur pelles ad faciendum inde operimenta. Possunt autem intelligi istæ pelles, tam de pellibus arietum rubricatis, quæ de pellibus hyacinthinis, quia vtraque species pellium ad sanctuarium pertinebat: minimum tamen, quod offerri poterat erat in pilis caprarum, sed hoc Hieronymus dicit sibi esse satis, si offerre potuerit pilos caprarum, id est si opus suum in transferendo fuerit saltem tantæ vtilitatis, vt pilis caprarum equiparari valeat cõparata translatione 70. Interpretum ad aurum, & ad lapides preciosos. In hoc autem multum se humiliat Hieronymus, quia translatio eius melior erat, quam 70. Interpretum, sed ipse de proprijs se iactare noluit.

Et tamen Apostolus contemptibilia nostra magis necessaria iudicat. Demonstrat hic vtilitatem operis, scilicet, quod quamquã tale sit, quod pellibus, & pilis caprarum comparari debeat, & non alicui rei maioris precij: tamen nimis necessarium est, sic enim declarat Apostolus, scilicet, quod illa, quæ sunt magis contemptibilia sunt magis necessaria, & vtiliora: sic patet prima Corinth. cap. 12. scilicet multo magis, quæ videntur membra corporis infirmiora esse necessaria sunt, & quæ purantur ignobiliora membra esse corporis. opus igitur Hieronymi, quod paruum erat, & contemptibile secundum modum loquendi suum humiliando se erat multum necessarium, eo quod quando aliqua opera altissima sunt, & magna, & per se ipsa intelligi non valent, sed alia oportet præcedere minoris speculationis, per quæ tanquam per principia intelligantur: sic enim possit esse de translatione Hieronymi ad translationem septuaginta Interpretum, scilicet, quod supponatur translatio Hieronymi pro translatione Interpretum. Alio modo potest intelligi, quod tacite Hieronymus hic laudet opus suum non quidem extollendo, vel enunciando aliqua maiora, quam sint, sed declarando quid in eo sit. Et dicitur, quod erat magis necessarium, quam translatio Interpretum. Illa enim, quamquam antiqua esset cum vitata erat nimis, nec poterat intelligi conuenienter, nisi posita translatione Hieronymi, quæ penitus sequitur hebraicam veritatem, & in hoc est perfectio alicuius translationis, secundum quod magis, vel minus sequitur exemplaria. *Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo.* Declaratur hic, quod quamquam opus suum sit tanquam pili, & pelles, non tñ est a sanctuario domini abijciendum, nec vitiat pulchritudinem illius, quia quantumcunque esset pulchrum sanctuarium, tamen pellibus tegebatur, quod non fieret si iste tollerent pulchritudinem, ergo ista, quæ imperfecta sunt, multum sunt necessaria. *Per singulas species præsentis Ecclesie.* Idest Ecclesia, vel tabernaculum fabricatum a Iudæis in deserto in pulchritudine sua distinctionem, & partes varias Ecclesie præsentis, scilicet militantis designat, quia ad similitudinem rerum tabernaculi, illius ministri, & omnes gradus distincti sunt. Etiam ecclesia futura, id est celestis Ierusalem, quæ vocatur ecclesia triumphans distincta est secundum distinctionem tabernaculi, & tamẽ omnia hæc teguntur pellibus, ergo maxime pulchritudini non repugnat esse simul cum pellibus, quæ de rebus contemptibilibus sunt. Hoc autem, quod dicit Hieronymus, quod pulchritudo tabernaculi, & distinctio ecclesie præsentis, & futura tegitur pellibus, accipiendũ

est in sensu mystico. Nam literalis sensus est, quod existit efficeretur tabernaculum, in quo determinatus cultus Deo impenderetur, & mysticè tamen hæc trahere possumus ad significandum ea, quæ in militanti, & triumphanti ecclesia sunt. *Pellibus tegitur, & cilicis.* Ista duo sunt aliquid contemptibile, & tamen conferunt quiddam ad pulchritudinem sanctuarii, & ponitur hæc duo ad designandum sanctuarii multiplicia tegumenta, quæ quatuor sunt, scilicet cortina de floribus varietate, & saga de pilis caprarum, & tertia cortina cilicia, & vocantur sic, quia dura sunt. Tertium autem tegumentum est de pellibus arietum rubricatis, quod ponebatur immediatè super Saga cilicina. Quartum operimentum erat de pellibus hyacinthinis, quæ sunt pelles magnæ, vt bouum artificiosè nimis dispositæ, & habentes colorem hyacinthinum, qui est aereus, vel celestis. *Ardoremque Solis, & iniuriam imbrium ea, quæ vtiliora sunt, prohibent.* Ponitur hic vtilitas rerum contemptibilium, scilicet, quod contemptibilia proficiunt in sanctuario defendendo res pulchras ab omni distemperie temporum, vt ab imbribus, & ab ardore Solis, quod non faciebant partes pulchræ, cum seipsas nequeant defendere, & dicitur ab ardore Solis, quia Israelitæ mouebantur per deserta Arabica, in quibus est magnus calor, steterantque ibi multo tempore. Quia igitur si sanctuarium haberet solum primum tegumentum de cortinis, quæ erant pulchræ, & tenues arderet totum sanctuarium, oportuit poni alia tegumenta de super, & fuerunt posita tria, quæ etiam proficiebant ad repellendum imbres, quod facere non potuissent aliquatenus primum tegumentum, quod erat de cortinis. Cum autem positum esset de pellibus hyacinthinis in parte superiori operimentum: imbres cadentes nõ possent penetrare intra ipsum tabernaculum. *Lege ergo primum Samuel, & Malachim.* Hic ponitur secundum huius quartæ partis, in quo orat Hieronymus auditores, vt operis lectionem attendant: nõ negligentes ea, quæ cum labore translata sunt. & dicitur lege Samuel primum, & Malachim meum, id est lege istos libros Regum a me interpretatos. Accedit hic specialiter Hieronymus ad dicendum de libris Regum, quos ipse transtulit cum magna difficultate, & cum deberet dicere, quod legerent libros Regum illius, vel ab ipso translatos, dixit quod legerent primum Samuel, & Malachim secundum modum loquendi hebræorum, qui diuidunt libros Regum in duo volumina, scilicet in Samuelem, & in Malachim: Samuel autem continet duos primos libros Regum, quare autem sic vocetur declaratum est. Duo vltimi Regum vocantur Malachim. i. Regum, quia ibi de multis regibus agit. Potest autem accipi hic primum, tanquam aduerbium, vel tanquam nomen. Primo modo est sensus, quod primum. i. a principio legant librum Samuel illius. i. ab illo translato: deinde legant Malachim. i. libros Regum. Si accipiatur primum, tanquam nomen, est sensus, quod legant primum Samuel. i. legant Samuel, qui est primus inter libros Regum: deinde legant Malachim. f. alios sequentes libros Regum, & iste sensus est literæ. *Meum, inquam meum.*

Quare Hieronymus appellat libros Regum suos. Quest. XXXI.

Hic enim asserit, quod dixerat: nam dixit quod legerent librum Samuel suum. i. qui erat suus, & quia forte aliquis crederet hoc fuisse dictum ex inaduerentia Hieronymi, cum iste liber non sit suus, hic iterum illud asserit, dicens non fuisse ex errore, sed quia ipse asserere intendit, quod sit liber suus, non quidẽ suus, tanquam ipse ediderit, quia

Vtilitas rerum contemptibilium.

C

quia hoc pertinet ad Samuelem, sed suus est, quia in illo vehementer laboravit transferendo, & quidquid aliquis cum labore magno habet, illud aliquo modo suum est, in quantum cognoscit labores suos in re illa. *Quidquid enim crebrius vertendo.* Hic assignat causam quare dicatur suus liber Regum, scilicet, quia nimis laboravit in illo, & hoc primo vertendo crebrius, id est multoties transferendo, nam cum non esset una translatio conueniens, illa delecta aliam faciebat, quousque veniretur ad eam, quæ perfectè, & ad vnguem correctæ esset. Hoc autem magis faciebat Hierony. in quibusdam libris, quâ in aliis sicut quod difficilius sunt ad vertendum de vno idiomate in alterum, vel sicut quod exemplaria corruptiora erant. *Et emendando sollicitius.* Id est istum librum Regum sollicitè nos emendauimus, & sollicitius, quâ alios libros, ideo iste magis pertinet ad nos, quia cum res facta pertineat ad aliquem sicut in laborem, quem in ea impendit, necesse est, quod quanto amplius laborauerit, tanto illa res ad eum magis pertineat, & sit magis opus suum. *Didicimus, & tenemus.* Ad didicere est via ad sciendum: tenere autem est habitualiter scire, & tunc est sensus, quod quanto aliquid in maiori difficultate addiscimus, & scimus magis illud nostrum est, quod Hieronymo conueniat in lib. Regum. *Nostrum est, nostrum est.* Duplicat sententiam ex modo rhetorico ad affirmationem efficacior, scilicet, quod verè suum est, & sine dubio id, quod crebro transiit, & sollicitè emendauit. *Et cum intellexeris quod ante nesciebas.* Per hoc inducuntur legentes ad attentionem lectionis, & ut non maledicant Hieronymo, tanquam emulo, scilicet, quod cum ipsi legerint per translationem Hieronymi libros Regum, intelligant aliquid, quod nunquam prius intelligere potuerant per alias translationes factas de Græco in Latinum. Hoc Hieronymus audet dicere, quia ipse sciebat alias translationes esse vitiatas, & propter hoc ipse transferre conatus est, & transiit, sic enim demonstrat in Prologo quodam, super Paralip. sicut 70. Interpretum pura, & ut ab eis in Græcum verè est editio permaneret, superflue impelleres, ut tibi hebræa volumina Latino sermone trāsferrem. Quod autem corrupte essent translationes declarat Hieronymus in eodem Prologo, & et in Prologo super Genesim, qui incipit. Desiderii mei ponēs aliquas auctoritates, quæ non habentur in translatione 70. Interpretum, & tamen hinc allegata a Christo & ab Apostolis, & habentur in hebræo. Oportuit igitur, quod aliqua translatio fieret emendatissima, secundum quam verè haberentur omnia, quæ erant in hebræo: talem autem existimat Hieronymus suam translationem, ideo illi, qui prius per translationes alias multa de libris Regum intelligere non poterat per translationem istam Hieronymi intelligit. *Vel interpretem me existimato si gratus es, vel paraphrastem si ingratus.* Id est quando aliquis intellexerit, plusquam intelligebat per istam translationem Hieronymi, poterit vocare Hieronymum interpretem, vel paraphrastem, & hoc non simpliciter, sed si gratus est Hieronymo, ut gaudet de his, quæ translata sunt, vocabit eum interpretem. i. verè interpretantem sensum scripturæ, & declarantem illa, quæ fuerant prius ignota: si autem ingratus est Hieronymo, nec placet ei, quod ista translatio facta fuerit, vocabit eum paraphrastem. i. transferentem verbum ex verbo. Dicitur in Græco paraphrastem a para, quod est iuxta, & phrasis, quod est locutio, quasi iuxta locutionem. i. quod sequitur totaliter verba alterius linguæ transferendo verbum ex verbo. Hæc enim de Hieronymo dici poterant, sed differrebat, quia esse interpretem est verè transiitisse sententias vnius linguæ in aliam, quod autem teneantur verba eadem penitus, vel totaliter similia modicum differt. Paraphrastem autem dicitur, quod

transfert verbum ex verbo, ita quod nihil de verbis erratum sit: poterit tamen esse, quod de sententis modicum explicetur, ideo esse paraphrastem potest esse vituperium, quia pertinebit ad eum, qui aliquo modo nouit verba vnius linguæ, & alterius, ita ut de vna in altera vertere possit: tamen sententias ignorat, & tunc dicitur hoc Hieronymo, quasi in quodam vituperio, quia ipse est paraphrastem, sed ipse in laudem conuertit, quia ex hoc præsupponitur, quod Hieronymus secutus sit penitus literam hebraicam, quod translatio 70. Interpretum, & alia, quæ factæ erant de Græco in Latinum non habebant: præsupposita tamen veritate literæ, facilius perueniri potest ad veritatem sententiæ, quam cum libri translati deficient a continentia exemplarium. *Quamquam mihi omnino constius non sim mutasse quippiam de hebraica veritate.* q. d. qui legerit libros istos poterit me vocare interpretem, vel paraphrastem, quamquam forte irrationabile est, quod vocer paraphrastem, quia hoc esset si ego tenens literam hebraicam, quantum ad tenorem defecissem aliquo modo sententia eius: dicit tamen, quod hoc non egit, quia non est sibi conscius, quod aliquid mutauerit de hebraica veritate. *Certe si incredulus es.* Hic ponitur tertium, ubi consuluit Hieronymus, quod legentes hanc translationem conferant eam cum aliis translationibus Græcis, & Latinis, & sic poterunt scire, quæ verior sit, cum omnes simul postea contulerint ad veritatem hebraicam. *Certe si incredulus es.* Id est si forte non credis, quod ego transiitisse secundum veritatem hebraicam, nihil de illa mutans, conferas inter te translationem meam, cum aliis translationibus, & sic videbis. *Legi Græcos, Codices, & Latinos.* Id est lege omnes translationes, quæ habentur tam in Græco, quam in Latino, nam litera 70. Interpretum de Hebræo in Græcum translata primo fuit: deinde Latini ex Græco transiulerunt, & in vtriusque corruptio erat, licet maior in Latinis, cum illa processissent ex corruptis exemplaribus, sicut declarat Hieronymus in Prologo super Genesim, scilicet, quod veriores erant Codices Græci, quam Latini. Erant quoque multæ alie translationes, scilicet Agle: Symmachi, Theodotianis, & vulgata editio, & sic de quibusdam, quas plurimè Græcarum, & Latinarum Ecclesiarum sequebantur, sic patet in Prologo Hieronymi super Paralipom. qui incipit. Si septuaginta. Erat ergo inter se multitudine Codicum varia, non oportebat ad hoc, quod sciretur, quæ essent translationes veriores, quod omnes conferrentur, & acciperetur sententiæ ex vtriusque. *Et confer his opusculis.* Id est compara omnes alias translationes translationi, quam ego facio de Hebræo in Latinum, & postea simul conferas ad linguam hebræam, quæ est exemplar omnium istarum. Et dicitur hic, quod conferantur his opusculis, quia Hieronymus non solum transferrebat libros Regum de Hebræo in Latinum, sed etiam omnes libros veteris testamenti, & in singulis volebat, quod fieret experientia. *Quæ nuper emendauimus.* Id est cum omnibus opusculis librorum supra enumeratorum. q. d. omnes libri qui sunt in canone hebræorum supra enumerati sunt, & quidquid extra illos est ad apocripa pertinet, ut patet ibi. omnes igitur istos Hieronymus intendit trāsferre, & cum iam magnam eorum transiitisset partem voluit, quod conferrentur ad exemplaria, & translationes, tam Græcorum, quâ Latinorum. *Et vbi cumque inuenieris inter se discrepare.* Scilicet collatis sic inter te libris translatione Hieronymi, & aliis translationibus Græcorum, atque Latinorum, necesse est, ut queratur fides ab aliquo alio, cum per dissonantiam quælibet translatio earum in dubiū deducta sit. *Interroga quemlibet hebræorum, cui magis fidem accommodare debeas.* Id est in ista controuersia veritas inquirenda est ab Hebræis. Nemo enim alius ver-

Quis sit paraphrastem

Nō est verisimile, quod Iudæi corruperint Bibliam.

Determin. auct.

Quis sit interpretes.

re, aut rationabiliter respondere posset in hoc eo, quod Græci non sunt primum exemplar sacre scripturæ, nec Latini, sed Hebræi, ideo ad eos recurrendum est. *Et si nostra firmaverit, puto quod eam non existimes coniectorem.* Id est si hebræus inquisitus firmaverit nostra, id est nostra volumina dicendo, quod illis posterior fides adhiberi debeat, erit conclusum nostra volumina esse veriora. Nisi forte dicas, quod Iudæus esset coniectur, id est diuinator. s. quod diuineret, in quo loco nos errauerimus, & ipse voluerit ibi pariter errare, sed ego existimo, quod hoc non dices, ideo necesse est, quod confitearis nostra volumina magis fuisse secuta hebraicam veritatem, quam sequantur alia translationes. *Ut in eodem loco mecum similiter deuiaret.* i. non existimabis Iudæum esse coniectorem ad hoc, quod quamquam ipse enarrare vellet, posset errare in omnibus locis, in quibus ego errabam.

Translationem D. Hieron. optimam esse, ac veritati hebraicæ concordare ostenditur. Quæst. XXXIII.

EST enim sensus, quod forte aliquis sequens translationem 70. Interpretum, vel alias translationes, quod Iudæi corruperint Bibliam suam, & ob hoc non haberetur sic apud eos, sicut apud interpretes, alias tamen debuissent habere, sicut interpretes, sed tunc dicit Hieronymus, quamquam voluerint Iudæi corrumpere Bibliam suam, tamen quod erat verisimile, quod ipsi solum corrumperent in illis locis, in quibus Hieronymus errabat: ita ut sic errarent, sicut Hieronymus? Nisi forte dicere voluerimus, quod hebræi erant coniectores. i. diuinatores scientes, in quibus locis Hieronymus errare deberet. Sed ad hoc responderi posset, quod 70. Interpretes transiulerunt ante Christi natiuitatem, cum esset Biblia Iudæorum adhuc integra. Hieronymus autem transiit post Christi mortem magno tempore, unde tunc Biblia hebræorum poterat esse corrupta, & sic Hieronymus transferens de Biblia hebræorum, secundum quod ipsa tunc se habebat transferret errores. Ad hoc ipse respondit in Prologo super Genesim, qui incipit. Desiderii mei dicens nullo modo esse verisimile, quod Iudæi corruerint Bibliam suam apponendo in ea quædam testimonia, quæ ante non habebantur, vel sic non erant scripta, nisi satis esset verisimile, quod ipsi corruerint aliqua loca amputando aliquod testimonium de Christo, quod ibi contra eos erat, vel illud peruertendo ad aliam sensum, quod cum ipsi receperint aliqua testimonia, quæ ante non habebant, & illa sint contra eos, nequaquam est rationabile: talia autem erant illa, quæ deficiebant in Biblia 70. Interpretum, & habebantur in Biblia hebræorum, & Hieronymi, ut ipse inducit in præleg. Prologo, ideo dicendum est, quod illa fuissent prius in veritate hebraica. istud quidem verum est, sed non est, quod intendit hic litera. Dicendum igitur aliter. quod Hieronymus intendit probare, quod translatio sua sic continet, ut nunc est veritas hebraica, & præsupponatur, quod illi, qui sequuntur translationem Interpretum vel alias, non dicunt Bibliam hebræorum esse corruptam, sed quod translationes eorum sequuntur veritatem hebraicam, & non translatio Hieronymi, quo dato Hieronymus probat, quod sua translatio sequatur veritatem hebraicam magis, quam alia, quod patet in ratione sua, scilicet conferantur inter se libri translationis Hieronymi, & aliarum translationum, & cum discorderint queratur ab hebræo aliquo, non quidem dicendo translatio Hieronymi habet sic, & translatio septuaginta Interpretum sic, quæ eorum verior est? Nam tunc posset hebræus favorabiliter loquentes approbare quam vellet. Sed queratur aliter, scilicet quomodo in tali loco Alph. Toft. In Primum Regum.

A habetur in hebræo? & tunc Iudæus respondebit secunda literam suam, & cognosceretur manifeste, quod litera Hieronymi sequitur veritatem hebraicam, nisi forte diceretur, quod Iudæus potuit diuinare sciendo in quibus locis Hieron. errauerat volens ibi similiter errare, sed hoc non stat, ergo translatio Hieronymi concordat hebrææ veritati.

Sed & vos famulas Christi rogo, quæ domini discumbentis preciosissima fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaquam Saluatorem queritis in sepulchro, quibus ad patrem Christum ascendit, ut contra latrantes canes, qui aduersum me rabido ore defæuient, & circueunt ciuitatem, atque in eo se doctos arbitrantur, si alijs detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententiæ recordabor, dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiā cum confiterer peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum, & silui a bonis.

Sed & vos famulas Christi. Illa est quinta pars huius Prologi, in qua orat Hieronymus Paulam, & Eustochium, ut contra detractores cum clypeis orationum suarum defendant, quia verbis pugnare non vult.

Cur D. Hierony roga: Paulam, & Eustochium, ut pro se ipse orent. Quæst. XXXIII.

ROGAT autem hic Paulā, & Eustochium, quia eius precibus scribere inchoauerat libros Regum, multos quoque alios libros, & serè oēs prophetas Hieronymus transiit propter Paulam, & Eustochiū, ut patet in Prologo super Iosue, vocat autem hic Paulam, & Eustochium famulas Christi, quia istæ duæ erant scemine Romanæ magnæ sanctitatis. s. Paula mater, & Eustochium filia, erantque magni generis inter Romanos, atque diuitem, quæ venerunt in urbem Ierusalem ad visitandum terram Sanctam, & morabantur in Bethlehem, feceruntque tria monasteria feminarum, ibique ambe defunctæ sunt. De historia harum latius declaratum est in Prologo super Iosue. *Quæ domini discumbentis preciosissima fidei myrrha caput vngiū.* Declarat quod ipse orare debent, quia orationes earum exaudientur, cum vngant caput dñi discumbentis myrrha. Aliqui libri habent hic myrro, & significat vnguentum, sed et si ponatur myrrha non multum differt, quia forte myrrha est aliquid de materialibus vnguenti, de quo hic Hieronymus agit: dñs autem, quod iste vngunt caput domini. i. caput Christi discumbentis, non quidem dñs hoc sicut literam, quia Paula, & Eustochium, siquam viderunt Christū in carne ad hoc, quod possent caput eius vngere, sed fit metaphora de Magdalena. Nam ipsa vocat caput domini vnguento, ita istæ dicuntur vngere quantum ad fidem, & est metaphora. De Magdalena. n. bis legitur, quod dñm vnxerit. Primo vnxit pedes illius vnguento, & rigauit lachrymis, cū discumberet in domo Simonis leprosi, & tunc fuerit ei remissa peccata. Luc. c. 7. Scdō aut vnxit caput dñi in Bethania, cū discuberet Christus cū discipulis suis pauloante passionem eius, & tunc vnxit in capite. Matt. 26. c. de ista vngentione fit translatio ad Paulā, & Eustochiū, quæ sicut Magdalena vnguento vnxit, ita Paula, & Eustochium.

Psal. 38.

Sandæ per Iosue quod vngunt Christi caput n. yrrha.

Magdalena. bis vnxit Christi myrrha.

vnguebant lachrymis orationum, & fide, & per hanc fidem ita complacabant Deo, sicut Magdalena per effusionem vnguenti. *Quae nequaquam queritis Saluatorem in sepulchro.* Ista non attinent ad principalem intentum Hieronymi, sed solum facit dramam inter eas, & Magdalenam. s. q. perfectius se habebant ipse. Nam Magdalena vixit vnguento, istae autem vixerunt fide, quae perfectior est. ponitur secunda drama, quia Magdalena non erat tam instructa in fide, sicut istae duae feminae: nam Magdalena quaerebat Christum in sepulchro, nondum credens eum resurrexisse: istae autem feminae sanctae non quaerunt Christum in sepulchro, quia sunt perfectae in formatu de eius resurrectione, ideo dicitur nequaquam queritis Saluatorem in sepulchro. i. non quaeritis vos illum in sepulchro, sicut quaerit Magdalena: de hoc h. Mat. 23. & Marc. 16. c. *Quibus iam ad patrem Christus ascendit.* Hic ponitur tertia drama inter istas sanctas feminas, & Magdalenam. s. quia excelebant eam in fide quantum ad hoc, q. credebant Christum ascendisse ad patrem, & esse eiusdem dignitatis cum patre: Magdalena autem quamquam inuenit dnm in horto resurrexisse, non tamen credebat eum esse Christum, sed putabat eum esse hortolanum, & petebat ab eo, an iustulisset Christum de monumento, ut patet lo. 20. c. ideo dixit ei Christus, noli me tangere, nondum. n. ascendit ad patrem. i. tu non credis, q. ascendit ad patrem meum, vel q. iam resurrexi, sed quaeris me, tanquam mortuum, ideo non es digna, ut me tangas. Ideo dicitur in laude istarum, q. Christus iam ascendit ad patrem istis, id est quantum ad existimationem istarum. In hoc ergo cum istae deuotae feminae excedant Magdalenam in tribus: dignum est, ut orationes earum exaudiantur, cum orationes Magdalene exaudita fuerint, & ob hoc petit ab eis, ut pro se orent contra detractores. *Ut contra latrantes canes.* Est sententia suspensiuam. s. oro, ut opponatis clypeos orationum vestrarum contra canes latrantes. s. contra emulos meos, & detractores. Vocantur autem detractores canes, quia canis est animal valde litigiosum, & semper murmurans, ita etiam detractores semper mugiant, & ad omnia litigiosa sunt, etiam vocantur latrantes, quia ad canem latrare pertinet, sic ad detractorem alterius facta maledictis verbis, aut diminuere, aut obumbrare. *Qui aduersus me rabido ore desequuntur.* valde sequuntur in me. i. semper maledicta opponendo, & in teationem meam deprauando. Dicuntur autem rabidi ad modum canum, quia rabies. i. quidam impetus animi eos incitat, ut ista faciant. *Et circumcuiuitatem.* Ista est transumptio de canibus, quoniam dicitur de eis, q. ad vesperam famem patientur, & circumcuiuitatem, ita etiam de istis dicitur, q. circumcuiuitatem, ut quaerant quem deuorent, vel contra quem latrent. De canibus latrantibus, & circumcuiuitatem habent Psal. 58. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur, ut canes, & circumcuiuitatem. Isti autem detractores ciuitatem, quae est bonorum congregatio circumcuiuitatem quaerentes contra quem murmurare possent. *Atque in eo se doctos arbitrantur, si alijs detrahant.* i. isti solum extumant se esse sapientes cum prae dixerint de alijs sapientibus.

Conditio emulorum pessima. Quest. XXXV.

ES t quippe ista quorundam hominum seua, atque praua conditio. s. ut tunc solum se bonos existiment, si de alijs bonis praua enunciant, & tunc duntaxat se quicquam scire opinantur, cum virorum scientiam famam denigrauerint eorum detrahentes magnitudini. Quod quidem accidit ex duobus. Primo, quia quando aliquis sapiens est, quasi in immensum, quamquam alii sapientes sint aliquali-

ter, ad tantam tamen collati magnitudinem nihil esse videntur, ideo ne alios excedere tantum videatur, conantur eius excellentiam verbis maledictis, & vultu maleuolo diminuerere, ut cum ipsi in conspectu aliorum excellentium virorum depresserint magnitudinem, ipsi incipiant iam aliquid esse, qui ante hoc nihil fuisse videbantur: hoc autem gaudium est illis cum apparere aliquid esse delectabile, atque desiderabile est. Secundo detractores gaudent de alijs perperam enunciando: quoniam cum ipsi se non sufficiant aliqua magnifica exercere opera quibus eorum nominis celebritas propagaretur, saltem excellentium virorum opinionem maledictis quibusdam infirmare, aut diminuere conantur, ut hoc ipsum eos scientes esse probet, quod contra magnos viros conari queunt. *Orationum vestrarum clypeos opponatis.* i. rogo, ut opponatis clypeos orationum contra emulos detractores, ne male lacerent, est enim ista metaphora tracta a cane, si quem. n. rabidus canis inna ferit interposito obiecto clypeo munieretur, ita & cum Paula, & Eustochium orationes suas, vel clypeos detractores opponeret nihil obesse possent Hieronymo. s. vel quia meritis istarum sanctarum feminarum Deus coereret detractores, ne loquerentur quicquam contra Hieronymum, sepe. n. Deus aliquorum compescit linguas, ut etiam inuiti tacere cogantur, vel aliud loquam velint. Sic patet de Balaam, qui hebreos maledicere conabatur: Deus tamen verba vice cogebat eum benedicere, unde ipse dicebat ad regem Moab, si dederit mihi Balac domum suam plenam auri, & argenti, non poterit immutare verbum dnm Dei mei, ut plus, vel minus loquar. Nu. 22. & 24. Aliter fieri poterat. s. q. quamquam Deus pmitteret detractores maledictis infestare Hieronymum, tamen eorum mordacitas eum non lederet. s. adimendo aliquam fidem, vel auctoritatem translationi eius, sed magis faciendo, q. ex istorum considerationem haberetur maior occasio auctoritatis translationis Hieronymi, cum per hoc pateret vera esse eius translationem, & illos maleuole conari. *Ego sciens humilitatem meam.* Dat causam Hieronymus hic quare debeat orare Paulam, & Eustochium, ut opponant clypeos orationum suarum contra detractores. s. quia ipsi non debebant respondere illis, poterant. n. dicere Paula, & Eustochium, q. non erat opus, ut ipse orarent pro Hieronymo contra detractores, sed magis, ut ipse eos verbis confutaret illos falsitatis conuincendo, ipse autem respondet, q. non conuenit ei verbis impugnare maledicos. Hoc autem pp duo. Primo, quia vir humilis potius debet opprobria sustinere, quam exprobrantibus respondere, secutus Saluatorem, iuxta illud 1. Petri. c. 2. s. Christus passus est pro nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste. Hanc causam tangit Hieronymus in lra dicens: ego sciens humilitatem meam, id est humilitatem, quam decet me seruare. Secunda causa est, quia dato, q. Hieronymus vellet detractoribus respondere, fieret prorsus impossibile. Nam cum vni responderet, alii insurgerent nouam calumniam afferentes, nec in his vllus fieret modus, sed potius infinitum abeundum foret, nisi taciturnitas vniuersas calumniosas acclamationes compresserit. Dicitur ergo, quod orarent pro ipso, quia non erat aliud remedium, eo quod non decebat eum verbis litigare, quia ipse erat sciens humilitatem suam, id est sciebat quam humilitatem oportet eum obseruare secundum professionem suam. i. paruitatem status sui, scilicet, q. non erat tam potens, ut omnibus mordacibus silentium indicere posset. Sed primus sensus melior est. *Illius sententiae semper recordabor.* i. quia nullum aliud remedium habeo, recurrem ad illam sententiam Psal. mi, quae contra maledicos

De taciturnitate.


ledicos subticendum monet. *Dixi custodiam vias meas.* In istis verbis propheta admonet taciturnitatem, & hinc in Psal. 38. & dicit. Dixi. i. in corde meo proposui, & determinavi. Custodiam vias meas. i. q. custodire viam meam, diligenter me habendo in omnibus actionibus: via. n. dicitur esse ipsa humana operatio, quoniam per eam procedimus in effendo, sicut via est nobis medium in ambulando. Dicitur autem aliquis custodire vias suas, quoniam diligenter obseruat ne in aliqua actione appareat reprehensibilis, & quamquam hoc in omnibus actionibus tenendum sit, principaliter tamen in lingua, quia ipsa principium est malitiae, & difficile est eam frenari, unde non peccare in lingua perfectio est magna, sicut declaratur in canonica Iacobi. c. 2. & Eccl. 14. dicitur. Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, nec stimulat est in tristitia delicti. Ideo subditur in litera. *Ut non delinquam in lingua mea.* s. hoc principaliter obseruo in vis meis, ut non delinquam in lingua mea, scilicet loquendo aliquid superfluum, vel pnciosum: & sic Hieronymus obseruat, quia si ipse contenderet contra emulos in verbis poterat errare in lingua sua dupliciter. Primo, quia forte ex zelo commotus in malos aliquid durum proferret, quod non pertineret ad virum sanctum, essetque in eo delictum, vel aliter, quae etiam si non proferret aliquid dure, tamen quia ad eum pertinebat magis subticere, quam loqui fortassis esset reprehensibile in ipso, q. se defenderet. *Posui custodiam ori meo.* i. posui clausuram super os meum. s. ut non loquerer. *Cum confisteret peccator aduersum me.* i. quoniam erant iniuri qui obseruando verba mea, si quid loquerer, ut me durius impugnant, tunc. n. vtilius erat subticere, & sic peccatores. i. detractores confisterant contra Hieronymum maledicta in eum iacientes: ideo si ipse conaretur eis respondere, ipsi magis infestarent eum, quoniam nihil aliud ipsi obseruant, nisi ut loqueretur Hieronymus, ut sic ex eius responsione lumerent occasionem eum magis vexandi. Vocantur autem detractores peccatores, quoniam iniqua intentione agunt. *Obmutui, & humiliatus sum.* i. cum viderem detractores insidiantes, ut raperent verbum ex ore meo obmutui. i. factus sum, sicut mutus nihil omnino loquens, & sicut homo non habens in ore suo redargutiones. Dicitur etiam humiliatus sum. i. inclinaui furorem meum. Nam cum quis detractorem maledicta recepit iniuriam sentit, ad cuius prosecutionem commouetur ira, iuxta Aristot. 7. Eth. ira autem est ad magnum, & arduum, ideo cum quis debet exposcere vindictam de hostibus, eleuat cor eius ad aliquid arduum, ut illud profequatur. Cum vero per mansuetudinem illi passioni repugnamus de-

Assistentes a vindictae prosecutione humiliamur, quia non profequimur illud arduum, quod prius profuebamus, & sic cum quis detractorum verbalem iniuriam passus pro maledictis maledicta non rependit prorsus subticens, dicitur humiliari, quoniam hoc non fit sine quadam fractione animi, qua virtuosos insurgentes animositates, & calidos furores comprimit. Etiam dicitur humiliari qui alio in eum probra conijciente omnino subricit, quia cum patiens sit inferius, & humiliter agente, & iste solum patiens sit alii agere permittens humiliatur. Potest alio modo accipi humiliatus passiuo. s. q. ab alio humiliatur, & hoc modo dicitur aliquis humiliari. i. deprimi a statu suo, vel dehonoriari, & iste modus est vilitatis in lege. Dicitur namque aliquis humiliare virginem, quando deflorat eam, quia facit iam eam esse minoris honoris, sic patet Deuter. c. 22. cum dicitur, q. ut lapidibus obrueretur, quia humiliavit vxorem proximi sui. i. dehonoriavit eam cognoscendo eam, & agitur ibi de puella desponsata nondum tradita viro suo, & iterum ibidem, & habebit eam vxorem, quia humiliavit illam, nec poterit dimittere eum ceteris diebus vitae suae, & isto modo posset dicere Hieronymus humiliatus sum. i. dehonoriatus sum. i. a detractoribus. Sed prior sensus melior est. *Et filii a bonis.* i. etiam si aliqua bona dicere potuissim illis, tamen filii. Ista cautela magna est. s. ne incitaret ad dicendum alia duriora: debet enim quisque attendere quando est in passione irae, q. etiam si rationabiliter loqui posset, subticet. Nam motus irae fortissimus est. Et cum quis semel irae habenas concederet, laxaretur in immensum, & non solum ea, quae iusta erant diceremus, sed etiam quaedam alia aciora, & mordaciter prolata, quae culpa non carent: melius ergo est, ut a bono desistamus, quam ut malum faciamus. Similiter autem, & in passione concupiscentiae venerat est, nam si quis in verbo efficax est ad sanctam admonitionem, atque consilia, & exemplo vitae valde imitabilis, ita ut communicas ad aliquas feminas non modicum communicationis suae fructum expectare posset, si tamen libidinis tumultu adhuc deprimitur, vel nimis affligitur, ita ut communicatio illa occasio incidendi in vitia illi sit, non debet huic vacare communicationi: sic enim Apostolus monet. s. Caue ne & tu tenteris. i. quando volueris aliquos tentatos consolari: caue ne ex hac consolatione tibi tentationis insurgat occasio, ideo Hieronymus etiam si aliqua vitia in responsione ad emulos suos dicere posset, elegit potius subticere ista bona, quam aliquid spiritum irae durum, aut mordaciter proferre.

Humiliari quoniam quis dicitur.

Tacere debent irati.

Quare aliqui cessant dum est a bono.



ALPHONSII
TOSTATI
EPISCOPI
ABULENSIS
COMMENTARIA
In Primum Lib. Regum.



Troia a filiis Hectoris instauratur.



VIT vir vnus de Ramathaim, Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Guph, Ephratae, & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundae Phenenna. Fueruntque Phenennae filij, Annæ autem non erant liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret, & sacrificaret dño exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees, sacerdotes domini. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori suæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partes: Annæ autem dedit partem vnam tristis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluderat vuluam eius. Affligebat quoque eam emula eius, & vehementer angebat, intantum vt exprobraret, quod dominus concludisset vuluam eius: sicque faciebat per singulos annos cum redeunte tempore ascenderent ad templum dñi, & sic prouocabat eam. Porro illa silebat, & non capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna

cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? Nunquid non ego melior tibi sum, quam decem filij?

VIT vir vnus. Hic incipit primus liber Regum: de cuius continuatione ad precdentes libros, & de continentia eius dictũ est in Prologo nostro in principio: sciendũ tamen, vt in expositione, & litera Prologi præcedentis Galeati patet, qd liber Regum aliter apud nos, & aliter apud hebræos accipitur. Nos enim omnes quatuor libros Regum in vnum volumen cõpingimus vnico nomine appellantes, scilicet libros Regum, vel regnorum. Iudæi autem in duo volumina secant, quorum primum Samuel librum vocant ex causis supra assignatis, qui continet duos primos libros Regum. Secundum autem apud eos Malachim appellatur, id est liber Regum, quoniam de regnis tractat multorum Regum Iudæ, & Israel: hos autẽ libros duplices Iudæi faciunt. scilicet diuidentes Samuel in duos, & Malachim in totidem, & sic faciunt, sicut nos quatuor libros Regum.

Considerandum vltius, quod materia istorum librorum Regum est ipsa temporalis successio gestorum Regum Iudæ, & Israel, bellorum, prosperitatũ, & calamitatum temporaliumque euentuum, & ista eadem est materia in libris Paralipomenon, vnde illi libri non differunt ab istis, nisi sicut libri principales, & recapitulatiui, vel suppletui. Nam in libris Regum principaliter describuntur ipse temporum historię. In libris autẽ Paral. qd p singulos reges hic deficiunt, supplet, ideo inuenti sunt libri Paral. pp libros Reg. sicut completiuum pp id, quod ab ipso completur. Et propter hoc debuit primo ponere continetia librorum Regum,

Materia huius lib.

Diuisio libri.

Regum, deinde nullo interposito, sequi debuerunt libri Paralip. tanquam eiusdem temporis historię, & ad idẽ pertinentes. Iterũ autẽ diuiduntur lib. Reg. in duas partes, qm̃ primo ponuntur libri, in quibus describitur vnicum regnum in Israel. scilicet vnico existente rege apud totam plebẽ, deinde subduntur libri, in quibus historia regni iam diuisi continuatur. Secundum est in 3. & 4. Reg. & ista est alio mō diuisio p duos libros principales, qui sunt apud hebræos, diuidunt namq; libros Regum in librum Samuel, & Malachim. Liber autẽ Samuelis cõtinet primos duos libros Regũ. Liber autẽ Malachim continet duos secundos. Iterum diuisi liber iste in duas partes, quia primo agit de regno inchoante, sed non permanente in tribu Benjamin. In domo Saulis, secundo agit de regno incipiente, & permanente in domo Dauid. Scdã incipit in principio scdũ Reg. Iterũ prima in duas, qm̃ primo agit de principatu Iudicum, qd p̃cessit ad principatũ Regum, scdõ inchoatur de iplo principatu Regũ. j. ca. 9. nã hic primo agit de Samuele regente Israel, qui erat tanquã iudex: scdõ de Saule, qui assumptus est in regẽ, & qm̃ mutatio principatus de iudiciali in regale habuit originẽ, & occasione ex pctõ filiorũ Samuelis, ideo primo agit de vita, & bonis actibus Samuelis, scdõ de iniquitate filiorum eius. j. c. 8. & qm̃ sicut mutatus est principatus de Samuele in Saul pp peccata filiorum eius, ita quoque mutatus est de domo Heli imediate in Samuele pp scelera filiorũ Heli. Agitur primo de natiuitate Samuel. Scdõ de iniquitate filiorũ Heli in administratione officii sacerdotalis. j. intra. c. 2. ibi. Porro filij Heli. Prima autẽ diuiditur in tres partes, qd primo ponitur Annæ matris Samuelis petitio: scdõ petitionis exauditiõ: tertio gratiarum actio. Secunda ibi. Cognouit autem Elcana. Tertia ibi. Exultauit cor meum. Prima in duas, quia primo ponitur petendi occasio: scdõ ipsa petitio, ibi. Surrexit autem Anna. Circa primum ponitur occasio petendi. scilicet quia mater Samuelis erat sterilis, & reputabatur sterilitas ignominia, ẽt qd emula sua. scilicet Phenenna altera vxor viri sui instigabat eam ad amaritudinem, vnde dicitur. Fuit vir vnus. Iste vir est pater Samuelis, qui vocatur Elcana, vt infra dicitur.

Diuisio cap.

An pater Samuelis fuerit de stirpe Iudæ, vel Ephraim, vel de Leuitis. Quæst. I.

QVAERET aliquis de isto patre Samuel, de qua progenie fuerit, vt sic sciatur de stirpe Samuelis. Aliqui. n. volunt, qd fuerit de tribu Iudæ. de progenie Ephrata, quæ fuit vxor Caleb, ideo vocant ipsum j. in Ista Ephratem. i. de progenie Ephrata. Vocat autẽ Ephrata, vel Ephrat vxor Caleb. i. Paral. c. 2. & quia illa assumpta erat in vxorem a viro tribus Iudæ, necesse erat Elcana pertinere ad tribum Iudæ. Alii dicunt, qd Elcana erat de tribu Ephraim, quod patet ex duobus: primo qd dicitur hic, qd fuit vir vnus de monte Ephraim. i. qui erat oriundus de terra Ephraim, qui vocat mons, sed inter Iudæos erat terra diuisa in 12. sortes sicut erant 12. tribus, & iste sortes pmanebant semper diuisi. qd terra vnus tribus, nunq̃ deuoluebatur ad aliã tribum, sicut patet Nu. c. vlt. cũ dicitur non sibi permisceantur tribus, sed pmaneat hẽditates in familiis, & ita maneat, vt a dño separatae sunt, ergo hoc mō illi, qui haberent possessionem in terra Ephraim, & habitationẽ essent de terra Ephraim, & de progenie. secundo patet, quia j. dicitur de Elcana, qd erat Ephratæus. i. de Ephraim, sed hoc denotat genus, ergo de tribu Ephraim erat. Alii autem dicunt ẽ Iri. scilicet qd fuit Elcana de genere sacerdotali. Nam Samuel habuit officium sacerdotale, cum saepe immolauerit domino, vt patet infra 7. c. sed istud est officium sacerdotale, quod sub pena mortis

Nullus poterat vsurpare, sed soli, qui de tribu sacerdotali erant hoc faciebant, vt patet Num. c. 3. & 18. ergo Elcana erat de genere sacerdotali, quia alioquin non pertineret Samuel ad sacerdotes: nam non erat in veteri testamento, sicut nunc. scilicet quilibet posset ordinari in sacerdotem, sed soli posteri Aaron efficiebantur sacerdotes. Nulli autem de reliquo populo licebat accedere ad officium sacerdotale sub pena mortis. Nu. c. 3. & 18. sic. n. interdum factum est in eis, qui vsurpabant sibi sacerdotium. scilicet Core, & socii eius. Numer. cap. 16. sed Samueli licuit sacrificia facere, ergo pater eius erat de stirpe sacerdotali. Item patet hoc, quia Anna vxor Elcanæ vouit domino, qd si daret ei filium consecraret illum sibi, vt maneret ministrans coram eo omni tempore: si tamen non esset de genere sacerdotali, non liceret ei facere hoc votum, quia sic vsurparetur sacerdotale officium, licuit tamẽ, & Deus acceptauit votum, ergo erat Elcana de genere sacerdotum. Item dato, qd diceretur Annam matrem Samuelis fuisse circa hoc ignorantem. scilicet quia nescierit, quid licebat ei vouere: tamen Heli sacerdos sciebat, qd non liceret Samueli ministrare coram domino, nisi esset de genere sacerdotali, sed permittebat eum ministrare, quia dicitur seq. c. Samuel autem ministrabat ante faciem domini puer accinctus Ephod lineo, ergo sacerdos erat. In contrarium dicendum, qd erat Samuel de stirpe Leuitarum, qui vocatur Caathita: erant. n. distincti Leuitæ in tres familias principales. scilicet Caathitas, Gersonitas, Meraritas per nomina trium filiorum Leui. scilicet Caath, Gerson, Merari, vt patet Num. c. 3. & 4. & isti erant distincti a sacerdotibus, quia computabantur per se sacerdotes de genere Aaron, & seorsum cõputabantur tres familiae Leuitarum distinctæ a sacerdotibus in officio, & iuribus inde prouenientibus, de vtraque autem harum distinctionum, satis patet Nu. 18. c. tam in litera, quàm in commento. Quod autem sit Samuel de familia Caathitarum patet 1. Paralip. c. 6. vbi ponuntur isti tres. scilicet Samuel, & pater eius Elcana, & auus eius Ieroboam, ergo non fuit de tribu Iudæ, nec Ephraim, nec de familia sacerdotali, sed simplex Leuita. Ad rationes in contrarium respondendum. Ad primam quando dicebatur, qd fuit Elcana de progenie Ephrata, vt patet in Glosa ordinaria negandum est, nec est multũ curandũ de auctoritate cuiuslibet quantuscunq; ille sit, si contra literam sacre Scripturæ manifestè dixerit: sic enim est hic, cũ expresse appareat de Elcana, qd esset de familia Caathitarum. Cum autem dicebatur, qd vocaretur Ephratæus ab Ephrata vxore Caleb, eodem modo negandum est: nam ẽt si esset de tribu Iudæ non denotaretur Ephratæus ab Ephrata, quia nunquam est mos in sacra Scriptura denominari filios ex progenie matrum, sed patrum, nec computatur, aut describitur linea alicuius vnquam per progeniem maternam, sed per paternã: vnde & Saluator noster, qm̃ solam matrẽ in terris habuit, & neminem patrem, in linea generationis eius non descripta fuit per progeniem maternam, sed per progeniem Ioseph, qui non erat pater eius, sed a quibudam putabatur, de quo Matt. c. 1. & Luc. cap. 3. de causa autem quare ista sãnt satis declaratũ est Num. ca. 27. ergo nõ denominaretur hic Elcana Ephratæus ab Ephrata si illa esset mater.

Ad aliam rationem, qua inducebatur, quod erat de stirpe Ephraim, quia dicitur hic, qd erat vir de monte Ephraim. Respondendum est, quod nõ probatur ex hoc fuisse de stirpe Ephraim, sed dicitur de monte Ephraim, quia natus erat, & habitabat in monte Ephraim: Leuitæ namque non habebant per se aliquam sortem separatam de terra, sed acceperunt vrbes quadraginta octo, de vrbibus omnium tribuum,

na q̄ quælibet tribus dabat eis aliquas vrbes, vt patet Nume. cap. 35. & Iosue 21. ideo necesse erat, q̄ aliqui de sacerdotibus, vel Leuitis habitarent in sorte Ephraim, & aliqui in sorte Iudæ Benjamin, Nephthali, & sic omnium tribuum: pater autē Samuelis erat de Leuitis habitantibus in terra Ephraim, ideo vocatur de monte Ephraim. Ad aliam rōnem, cum dicitur, q̄ Elcana erat Ephrateus, i. de tribu Ephraim dicendū, q̄ Ephrateus, prout est nomen denominatiuum de Ephraim potest signare duo. s. de tribu Ephraim, vel de terra Ephraim, secundum autem sentum facit hic litera cum vocatur Elcana Ephrateus. Ad alias rationes, quibus inducebatur, q̄ Elcana erat de genere sacerdotali: responderet ad primam cum dicitur, q̄ Samuel fecit sæpe sacrificia, & hoc sibi licuit, ergo tam ipse, quàm pater eius erant de genere sacerdotali: dicendum q̄ regulariter ista consequentia esset concedenda cum nulli alteri liceret facere sacrificia, nisi sacerdoti: q̄dam tñ fiebant interdum in veteri testamento per dispensationem contra Dei mandatum, sicut patet de constructione altaris, iusserat enim Deus, vt vnicum esset altare in terra promissionis, & quod quicumque offerret hostiam, præterquam ad ostium tabernaculi, esset reus, tanquam si sanguinem effudisset. Leuit. cap. 17. & Deuteronom. 12. Aliquando tamen altaria facta sunt extra sanctuarium, sicut Elias cōstruxit altare in monte Carmeli cum contenderet contra prophetas Baal, infra 3. lib. cap. 18. Dauid quoque extra locum sanctuarii altare construxit, scilicet in area Areunam Iebutai, infra 2. lib. capit. 24. iste quoque Samuel ex mandato Dei extra locum sanctuarii immolauit, vt cum iussit ei, quod offerret sacrificiū in Bethlehem, & tamen ibi nunquam fuit sanctuarium. De hoc infra 13. c. Sic igitur dicendum de Samuele, quod licet sacerdotale officium nō licuerit ei ex progenie, tamen licuit ex diuina dispensatione, sicut quibusdā viris sanctis alia licuerunt, & hoc patet, quonia in quibusdā istarum ministracionum sacerdotium habetur præceptum expressum Dei, sicut de immolatione, quam fecit in Bethlehem, infra 16. c. De aliis igitur similiter credendum est, q̄ Deus ei iusserit, quamquam non habeatur expresse, & totus populus credebatur hoc illi licere, tanquam spiritu Dei incitato, cum esset vir propheta, ideo nemo illi dicebat, quare hoc faceret. Ad alia rationem, cum dicebatur, q̄ Anna mater eius vouit illum ad ministrandum coram domino, ergo licebat ei, alioquin non vouisset. Respondendum, q̄ votum Anne fuit licitum. s. q̄ ministraret filius eius coram domino, non tamen ex hoc sequitur, q̄ erat sacerdos, quoniam quædam ministraciones pertinent ad sacerdotes, & quædam ad Leuitas, & Leuitæ dicebantur ingredi in sanctuarium ad ministrandum, vel ministrare coram domino, sicut de sacerdotibus dicitur, vt patet Nu. c. 3. & 4. non tamen vouebat Anna filium suum ad faciendum sacrificia, vel alia ministeria sacerdotalia. q̄ autem Leuitæ ministrarent corā dño, apparet Deut. 18. c. vbi dñ, q̄ per tempora, & vices suas veniebant Leuitæ ad locum sanctuarii ad ministrandum, & q̄ si aliqui de Leuitis vellet manere in loco sanctuarii, semper stans coram domino ad ministrandum, ministrabit sicut omnes alii Leuitæ, & dabitur ei portio. Idem apparet de tempore Dauid, in quo fuerunt Leuitæ distincti per diuersa tempora, & vices ministracionis, vt patet 1. Paralip. c. 23. & 25. & 26. Ad has igitur ministraciones vouit Anna Samuelem, & sic apparet eum non esse sacerdotem. Ad aliam rationem cum dicebatur, q̄ Heli sacerdos nō permitteret Samuelem ministrare coram domino, nisi esset de sacerdotibus, Dicendum, q̄ non permitteret eum ministrare in officio sacerdotali, permitteret tñ in officio

Ad terciã.

F Leuitico, quia erat ei conueniens ex progenie, & de isto intelligendum est, q̄ dñ seq. c. q̄ Samuel ministrabat ante faciem dñi puer accinctus Ephod lineo. Aliquis autē dicere posset, q̄ Eli permitteret ministrare Samuelem in officio sacerdotali, quia ille erat propheta, & crederet eum spiritu diuino motum ad hoc faciendum. Dicendum, q̄ hoc quidem potuit esse aliquãto tpe ante mortem Eli, q̄ cognitum est Samuelem esse prophetam, vt patet j. c. 3. a principio tñ ante hoc cū esset Samuel puer paruulus ministrabat coram dño, vt patet seq. c. ideo dicendum, q̄ permittebat eū ministrare in officio Leuitico. Aliqui autē crediderunt Samuelem fuisse summum sacerdotem, & q̄ ad eū fuerit translatum sacerdotiū de domo Eli, sed q̄ nō fuerit summus sacerdos, nec minor ipse, aut posterius eius, declaratum est satis Nu. 23. Patet ergo ex pdictis, q̄ Samuel fuerit de genere Leuitarum de Caathitis. *De Ramathaim Sophim.* i. vir iste qui fuit p̄ Samuelis erat de Ramathaim, Sophim oriūsus, & habitabat ibi: aliq̄ errant in isto noīe dicentes Ramathaim in duas partes. s. q̄ Ramatha sit nomen vr̄bis, & in sit præpositio coniuncta illi casuali. s. Sophim, & tunc est sensus, q̄ Samuelis p̄ erat de vrbe Ramatha, q̄ erat in terra Sophim, sed ista est corruptio l̄r̄ ex ignorantia lingue hebraicæ, in qua h̄ Ramathaim, tanq̄ vna dictio, iō fm̄ hebr̄cos quosdam exponit de Ramathaim, Sophim. i. de excelsis respicientibus. s. q̄ erant duo montes altissimi respicientes ad multas partes, & forte iste erat vnus mons biceps, sicut Parnasum montem bicipitem more poetico appellamus, de istis autē montibus excelsis erat Elcana. Alio mō dicunt, q̄ p̄t intelligi l̄r̄a ista, q̄ Sophim sit genitiuus pluralis numeri, & dicatur de Ramathaim, Sophim. i. de excelsis speculantiū, & dicunt tunc, q̄ est sensus, q̄ erat aliqua altitudo in qua morabantur viri eruditi in lege, & dediti speculationi: istas expositiones tenent hebr̄ci, & sequitur eas Nicolaus, sed constat nihil esse, quia Ramathaim est hic nomen vr̄bis, in qua habitabat Elcana, & de illa dñ, q̄ esset in monte Ephraim, vocatur autē Sophim, q̄ forte est nomen regionis, in qua erat Ramatha. s. Ramathaim in terra Sophim, vel forte est aliqua additio cã dñe, cum nominibus vr̄bium interdum addimus aliquid ad faciendum differre, quia multæ vr̄bes eodem nomine appellantur: sic. n. est in viris, quibus ponuntur pr̄nomina differentie causã addita ipsi nominibus principalibus eorum.

An Ramathaim sit nomen vr̄bis.

Hebr̄ci, & Nicolaus errant.

Ramathaim, que vr̄bis sit, & an sit Ramatha. Quæst. 11.

QVAERETVR autē de Ramathaim, q̄ vr̄bis esset, & an esset illa, quæ vocatur Ramatha. Respondendum est, q̄ q̄q̄ Ramathaim, & Ramatha vñr esse diuersa noīa, tñ eiusdem rei sunt. Aliqñ tñ in hebr̄co sit appositio aliquarum literarum, vel syllabarum in fine dictionum per figurã, quæ apud nos vocatur Paragoge: magis tñ hoc in hebr̄co, quam in Latino consuetum est. Quod autem eadem ciuitas sit Ramathaim, & Ramatha apparet, quia hic dñ, q̄ erat Elcana de Ramathaim, & seq. cap. dicitur, & abiit Elcana in Ramatha in domum suam: ergo vtrobique dñ habitare, & sic erat idem locus. Itē patet hoc quoniam Samuel in eodem loco habitabat, vt patet j. c. 8. Cū dicitur reuertebaturq̄ Samuel in Ramatha: ibi. n. erat domus eius, & ibi iudicabat Israel, & iterum eod. c. dicitur, q̄ congregati maiores Israel venerunt ad Samuelem in Ramatha, sed filii habitabant in vr̄bibus paternis in veteri testō, cū essent distinctæ possessiones inter Israelitas, & non solū inter ipsos populares, sed etiã Leuitæ quibus nō cōpetebat

lors

lors cum reliquo Israel, sed acceperunt 48. vr̄bes quasi in Eleemosinam diuiserunt eas inter se sorte, & manserunt sic diuise super Iosue ca. 21. Erant igitur rã Elcana, quam filius eius Samuel de vrbe Ramatha, quæ hic appellatur Ramathaim. *De monte Ephraim.* i. quod erat oriundus iste vir Elcana de monte Ephraim, quia ciuitas Ramatha erat in monte illo: vocatur autē possessio filiorum Ephraim mons Ephraim eo, quod terra illa erat montuosa, & iste modus loquendi est semper in sacra Scriptura: sic patet Iosue 17. & 20. & 21. vbi semper dicitur mons Ephraim, quod non dicitur de possessione alterius tribus. Erat autem fortassis Ramatha in terra illa montuosa fortis Ephraim: sic enim dicitur Iosue c. 21. quod Leuitæ acceperunt in possessionem ciuitates in monte Ephraim.

Quomodo Ramatha erat ciuitas montis Ephraim. Quæst. 111.

QVAERET aliquis, quomodo esset Ramatha ciuitas montis Ephraim, cum declaratum sit, quod Elcana erat de tribu Leuitarum vr̄bes tamen tribuum diuersarum erant diuersæ. Respondendum est, quod cum Elcana esset de Leuitis, & Leuitæ non acceperunt aliquam sortē per se distinctam a sortibus aliorum Israelitarum, sed cum Israelitæ alij diuisissent inter se toram terrã Chanaan separauerunt de sortibus suis vr̄bes 48. pro Leuitis: Num. c. 35. necesse erat, quod habitaret Elcana in aliqua vrbe pertinente ad aliquam de tribubus Israel, de qua ipse non erat, sed tunc, quia sortiti sunt inter se Leuitæ ciuitates, cecidit progeniei illi, de qua erat Elcana, scilicet Caathitis, quod haberent vr̄bes in tribu Ephraim, & in tribu Dan, & in dimidia tribu Manasse vt patet Iosue cap. 21. & sic erat Elcana de Ramatha vrbe sita in terram Ephraim. Sed contra hoc arguetur, quia si esset Ramatha de tribu Ephraim, poneretur inter vr̄bes quas dederunt filij Ephraim Leuitis, & tamen non ponitur, cum dicatur Iosue c. 21. quod filij Ephraim dederunt vr̄bes quatuor Leuitis, quæ ibi expr̄muntur, & tamen nulla earum est Ramatha.

Responderi potest, quod quamquam ibi nō ponatur Ramatha: tamen aliqua ipsarum vr̄biū ibi expressarum est Ramatha, sed alio nomine appellatur, quia multa loca inscripta sunt multinomia, vt patet in eisdē vr̄bibus quatuor, quas dedit filij Ephraim Leuitis: nam istæ describuntur in duobus locis, scilicet Iosue c. 21. & 1. Paralip. c. 7. sed non nominantur vtrobique eodem nomine, ita ergo esse potuit de Ramatha: est autem hoc valde cōueniens, quia hic ponitur Ramatha in sorte Ephraim, & Elcana erat de Caathitis, qui acceperunt sortem suam in tribu Ephraim Iosue ca. 21. Aliter autē adhuc dici posset, scilicet quod Ramatha erat quædam vr̄bis in tribu Ephraim, in qua habitabat Elcana: non erat tamen de ciuitatibus, quæ datæ sunt Leuitis in tribu illa, sed pertinebat ad ipsos populares: Elcana tamen recedens de aliqua vr̄bibus Leuitarum venit ad habitandum in Ramatha: licebat enim Leuitis, qui erant de vno loco peregrinari vbicunque melius reperiret exuentes de vr̄bibus suis: sic patet Iud. 17. c. de illo adolescente, qui dixit Leuita sum de Bethlehem Iuda, & vado, vt habitē vbi potuero, & melius mihi esse prospexero: sic igitur quamquam Elcana esset de aliqua illorum quatuor vr̄bium Leuitarum, quæ erant in tribu Ephraim, tamen habitabat in Ramatha, & denominabatur ab ipsa.

Licebat Leuitis peregrinari.

Aliquis forte dicit, quod Ramatha est ciuitas, quæ vocatur alio nomine Ramoth Galaad, & forte fit in his nominibus additio, vel subtractio literarum secundum morem hebraicum: videtur autem hoc conue-

nire, quia Ramoth Galaad est vna de ciuitatibus Leuiticis Iosue c. 21. & 1. Paralip. c. 7. R̄ndendum est non posse stare, quia hic dñ, q̄ erat Elcana de Ramathaim de monte Ephraim, ergo Ramatha erat in monte Ephraim, sed Ramoth Galaad erat in tribu Gad, vt patet Iosue c. 20. & 21. ergo non est Ramatha Ramoth Galaad. Item Ramoth Galaad prouenit in sortē Leuitis Gersonitis Iosue c. 21. & 1. Paralip. c. 7. sed Elcana nō erat de Leuitis Gersonitis: Iosue c. 21. sed de Caathitis 1. Paralip. c. 6. ergo non poterat esse sua ciuitas Ramoth Galaad: nec sunt eadem vr̄bs Ramatha, & Ramoth. Aliquis forte dicit, quod Ramatha est ciuitas, quæ alio nomine appellatur Rama, quia est ibi similitudo literarum, & in hebr̄co multotiens fit additio in fine dictionum: respondendum est, quod nō sunt eadem vr̄bs, quia Ramatha est in tribu Ephraim, vt patet hic: Rama autem est in tribu Benjamin: Iosue 18. c. Item ciuitates, quæ datæ sunt de tribu Benjamin pertinent ad sacerdotes, vt patet Iosue 21. c. erat tamē Elcana de Caathitis Leuitis 1. Paralip. c. 6. ergo nō sunt eadem ciuitas. Item apparet hoc, quia de tribu Benjamin datæ sunt quatuor vr̄bes sacerdotibus: tamē nulla earum fuit Rama, sed habent alia nomina: Iosue 21. & 1. Paralip. c. 7. Non sunt ergo idem Rama, & Ramatha, & consequenter apparet, quod Ramatha sit ciuitas in terra Ephraim, in qua habitaret Elcana.

Et nomen eius Elcana. Ponitur hic nomen huius viri propter Samuelem filium eius, qui fuit valde honorabilis, & ipsemet scripsit istud, & ob hoc vocatur liber iste Samuelis, *Filius Ieroboam.* Iste est auus Samuelis: sic enim patet 1. Paralip. c. 6. vbi describitur linea Samuelis descendendo a capite familie, scilicet Caath: sed non ponitur ibi omnes generationes medig. Non est autem iste Ieroboam ille, qui fuit rex primus 10. tribuum in diuisione regni Israel: nã ille multo post fuit infra 3. lib. 12. c. etiam ille fuit de stirpe Ephraim: Elcana autem de stirpe Leuitarum.

Filius Eliu. Iste est proauus Samuelis, & non est iste Eliu iuuenis acutissimus, qui arguit contra tres amicos Iob, & cōtra ipsum Iob, de quo Iob. c. 32. & vsque ad finem libri huius, quod pater, quia ille Eliu fuit filius Barachiel Iob. c. 32. & iste Eliu fuit filius Thohu, vt patet hic. Item quia ille Eliu fuit Buzites, vt patet præalleg. c. iste autē fuit de Ramatha mōtis Ephraim. Item ille Eliu fuit de stirpe Idumeorum cum omnes amici Iob fuissent Idumæi, & ipse Iob: iste autem Eliu erat de stirpe Leui, cum Samuel esset de Leuitis, vt declaratum est, & iste Eliu fuit multo tempore post illum: nã ille fuit tempore Iob, qui fuit ante Moysen, vt in expositione prologi præcedentis tactum est, iste autem fuit multo tempore post Moysen: iste Eliu vocatur Eliel. 1. Paralip. c. 6. *Filius Thohu.* Sic nos appellamus vltimam literam hebr̄corū, quã ipsi appellant Thau: nominatur autem iste Thohu 1. Paralip. c. 6. q̄ quidem accidit ex mutatione scriptorum nostrorum. *Filius Suph.* Iste est vltimus in tota ista cognatione Samuelis: sic enim scribitur linea ista 1. Paralip. c. 6. non tamen fit reductio vsque ad principium huius familie, scilicet ad Caath: interdum enim sacra Scriptura cum enumerat progeniem alicuius reducit eã vsque ad principium illius tribus, vel familie: Interdū autem solum ponit tres, vel quatuor progenitores ad notificandum aliter cognationem, licet non totaliter describatur cognatio illa.

Ephrateus. Hoc refertur ad superiora, scilicet fuit vir vnus Ephrateus. Nam iste Elcana erat Ephrateus, eo, quod erat oriundus de terra Ephraim de vrbe Ramatha, licet non esset de stirpe Ephraim.

Et habuit duas vxores. Postquam notificata est progenies patris Samuelis. Hic notificatur occasio nascendi

Eliu, paus Samueli.

in q. 1.

in q. 22.

nascendi ipsius Samuelis, & hoc fuit, quia pater suus habebat duas uxores, quantum una alteram vexabat, quia erat sterilis, quae petijt a domino prolem, & dedit ei Samuelē. Dicitur autē, quod habebat duas uxores iste Elcana, quia non videbatur esse illicitum in veteri testamento, quod aliquis simul multas haberet uxores: sic enim multi sancti illas habuerunt, vt pater de Abrahamā, qui habuit duas simul, scilicet Sarā, & Agar: Genesis 16. Iacob autem habuit quatuor: Gene. 29. c. & 30. sic quoque de Dauid patet infra 2. li. c. 3.

An aliquando fuerit licitum habere plures uxores. Quæst. 1111.

QVAERET aliquis an licitū fuerit aliquādo, quod quis haberet plures uxores. Respondendum est, quod in nouo testamento non est hoc alicui licitum. Nam Christus videt hoc prohibuisse, cum ageret de libello repudij: Matt. 19. cap. dicens: Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationis causam, & alia duxerit, mechatur. Apparet igitur, quod non licet ducere secundā uxore, vel habere duas simul sumptas, quia dicitur, quod qui repulit uxorem non potest accipere alteram, alioquin mechatur: si enim hoc intelligatur proprie, necesse est, quod in duabus vxoribus sit fornicatio, quia cum aliquis repellit uxorem, & ducit aliam, vel erit fornicatio, quia dimisit primam, quam dimittere non debebat, vel quia accepit secundam existente illa. Primo modo non potest stare, quia si aliquid solum repellat uxorem licet libellus repudij sit illicitus: tamen non fornicatur repellendo, quia tunc nihil agit ad fornicationem pertinens, sed solum ad iniustitiam, quia priuat uxorem iure suo, ergo videtur, quod fornicatio, consistit quādo expulit primam, & recipit secundam propter receptionem secundae: dato ergo, quod nullā abijciat si receperit secundam erit eodē modum adulterium. Item hoc ex iuribus humanis nunc existentibus tam ecclesiasticis, quam ciuilibus patet. Nam si quis vxore ducta, aliam in super accepit, matrimonium secundum non tenet, tanquam si nihil factum esset, & quicumque conetur hoc facere mortaliter peccat. Nam si egerit non solum matrimonium non tenebit, sed etiam punietur agens. De veteri testamēto dicendum, quod licitum erat tunc accipi plures uxores, licet esset honestius accipere vnam, quam plures. Nam si fuisset illicitum tunc, & in toto tempore præcedentis sæculi, adhuc hoc esset, quia secundū naturā erat illicitum nulla existente lege, sicut ea, quæ erant contra præcepta decalogi, fuerunt semper illicita, etiā antequam darentur illa præcepta: aut erat, quia lege prohibebatur vxorum pluralitas simul. Non stat primum istorum, quia tunc sancti patres, scilicet Abrahamā, Iacob, & similes non accepissent plures uxores, cum essent viri sancti, accipiebant tamen, nec putabant se in hoc aliquid peccare, alioquin reliquissent eas: si autem dicatur, quod hoc esset ex aliqua lege data, necesse est, quod assignaretur aliqua lex hoc prohibens, sed nulla talis fuit in veteri testamento, ergo semper manebat licitum, scilicet in lege naturæ, & in veteri testamento accipere plures uxores. Item non potest dici, quod hoc sit contra ius naturale, vel contra aliquam rationem: nam ad hoc interdū aliqua rationalis causa mouet. Quia viri secundū delictū naturæ inclinātur ad conseruandū speciē per propagationē, sed interdū nō cōtingit, quod ex vna vxore, quæ habet prolem recipiāt: vt pote, quia ipsa sterilis est, vel ex alijs causis, ergo videtur satis esse licitū immo rationabile, quod viri possent tunc alias uxores accipere. Itē nō sequitur ad hoc aliqua inhonestas nec vitium, sicut sequitur si vna femi-

na haberet plures viros, ergo secundum naturam nō est illicitū accipi plures uxores ab eodem viro, & sic semper fuit vsque ad tempus Saluatoris. Solum autē videbatur in hoc esse vnum grauamen, licet paruū vxoris primo ductæ. Quia non posset sibi reddi debitum, sicut redderetur nulla alia existente vxore, vel quæ superueniente noua vxore, forte vir diligeret illam super primā, & ex hoc deprimeretur, atque angustia- retur prior. Ob hoc autem viri, qui erāt religiosissimi non accipiebant secundam vxorem, sine consensu primæ, sic enim fuit de Abraham, qui primo accepit in vxorem Sarā, postea verò cum per multum tempus non pareret, ne perirent promissiones factæ semini Abraham: orauit Sara, vt Abraham acciperet Agar in vxorem, quod ad preces illius fecit: ante hoc tamen nequaquam fecerat. Idem patet de Iacob, qui cum haberet Liam, & Rachel uxores: ad preces Rachel accepit Balam ancillam eius in vxorem, & iterum ad preces Lie accepit Zelpham in vxorem. Gene. c. 30. istud tamen grauamen, quod erat vxori primæ in accipiendo secundam nō videbatur iam esse grauamen, quia pertinebat ad ius virorum. Nemini autem iniuriam facit quis vtens iure suo. Interdum tamen ille, qui dabat filiam suam vxorem alteri firmabat cum eo pactum, ne illa viuente aliam superduceret vxorem, & tunc iste renunciabat iuri suo, nec vltra poterat accipere: sic patet de Iacob, qui accepit duas filias Laban in uxores, pepigitque cum eo Laban ne acciperet alias uxores super filias suas, & ne affligeret eas: in cuius testimonium erexerūt lapideos titulos in monte Galaad, Gene. c. 31. patet igitur, quod ab orbe condito vsque ad legē Euangelicam non fuit alicui illicitū plures simul habere uxores. Aliquis autem aliter respondebit, scilicet quod licebat Iudæis habere simul plures uxores, hoc tamē erat ex permissione: Deus namque plura permisit Iudæis in veteri testamento ad duriciem cordis eorum, sicut patet de libello repudij. Matt. 19. vbi Christus dixit, quod ad duriciem cordis Iudæorum libellus repudij concessus est, sic quoque erat de vsuris, quia Deus eas permisit ibi: Deuter. 24. c. sed prohibuit in nouo testamento: Lucæ c. 6. sic quoque erat de vindicta: nā permittebatur Iudæis, quod possent interficere occisores proximorum suorum, anteq̄ confugerēt in urbem refugij, etiam si illi innocentes fuissent in occidendo: Nu. 35. c. permittebatur etiam vulgari purgatio: cū quis haberet vxorem suspectam sibi. De hoc Nu. c. 5. Omnia tamen hæc sunt in nouo testamento abolita: Iudæi verò cū hæc faciebant, licet alias sibi se illicita foret, quia tū Deus permiserat efficiebantur licita. Respondendū est hoc non stare, quia in veteri testamēto illa dicebātur esse permittā quæcunque secundū se non erant licita, sicut patet de vsuris, quæ secundū se illicite sunt. Nam secundū Aristo. Ethic. li. 4. dixit vsuram ad turpe lucrum pertinere: de libello repudij, & vindicta atque ceteris idem patet: quoniā in quolibet istorū aliquid est cōtra rationem: non est autem simile in vxorū pluralitate, quia ibi nihil est inhonestum, ideo non potest dici, quod sit permittā, quia permissio pertinet ad id, quod aliquo modo illicitum est: solum aut hoc est illicitum in lege Euangelica, non quidem tanq̄ secundū se sit illicitum, sed quia iam vetitum est.

An fuerit aliquādo licitum eandem vxorē habere plures viros. Quæst. 1111.

QVAERET Vt vltius sicut licet aut aliqui licuit vni virū plures accipere uxores, an nunc liceat, vel aliqui licuit eandem vxorem plures accipere viros. Dicit aliquis, quod sic: nā cum coniunctio matrimonialis sit ad generationē, & interdum femina accipit aliquē virum,

Alia opt.

Triplex ecclesia secundum Aug.

virum, qui frigidus est, vel maleficiatus, vel qualitercunque inhabilis ad generandū impediatur finis matrimonij, nisi forte alium acceperit: videtur ergo, quod liceat alium accipere, vel alios, vel saltem aliquādo hoc licet. Respondendum est, quod penitus est contra rationem eandem feminā plures habere viros, & licet multe rationes ad hoc esse possent, breuiter aut nouē enū. Prima est dignitas sexus, quia vir est caput vxoris, & vxor non est caput viri. Cho. c. 11. ideo multa oportet permitti viris, quæ feminis permitti non debēt. Secunda ratio est, quia quæ eadem mulier habebat simul multos viros repugnat intēioni naturæ: natura enim ingeniauit coitum, & Dei voluntas hoc statuit atque humana ratio hoc dictauit, vt per coitum fieret generatio, & conseruaretur natura specifica secundum successione, sed si eadem mulier multos simul haberet viros impediatur ista intēio, quia nunquam gignere possit: mulier namq̄, quæ a pluribus cognoscitur in temporibus sibi vicinis cōcipere nunquam potest: sicut patet de meretricibus, quæ cum a plurimis cognoscatur, minime tamen concipiunt. Si autem mulier a diuersis viris diuersis temporibus cognoscatur, concipere de vtroque potest, ita tamen, quod prius pariet fetū, quem ab vno concepit, quam ab alio concipiat: conceptum tū est, vt eadem mulier a duobus viris concepisset, ita quod post conceptionem ab vno factam conceperit ab altero: nam licet communiter facta conceptione claudatur officium matricis, ita vt semen intrare non possit, & sic conceptus non possit celebrari. Interdum tamē contingit, vt etiam cōceptus fiat factio alio conceptu, vt pote, quia aut mansit os matricis apertum: aut quia postea ex seruo libidinis apertum est, vt ait Solinus in Polyhisto. c. de his, quæ fuerunt mirabilia in homine. Quod Alcmena peperit Herculem, & Isidem fratrem suum, quos diuersis conceptibus edidit, quod pro tanto manifestatur, quia diuersis temporibus interuallis nati sunt, vt pote si vnus post aliū vno mense ex eodem vtero natus sit: hoc tamē rarissimē visum est, ideo ad hoc lex humana adaptari nō poterat, quia ergo si eadē vxor plures viros haberet, isti eisdem temporibus, vel vt eis placeret ad hanc accedere vellent, sequeretur inconueniens supra assignatum, scilicet quod ista mulier concipere non posset. Non est autem hoc inconueniens in viro cum plures uxores habeat, quia poterunt plures uxores ab ipso concipere, & hoc in tempore satis vicino, nec vna impediatur per alteram, sicut Loth duas filias suas in duabus sibi continuatis noctibus secundauit, vt patet Gene. 19. c. & vtraque ante hoc virgo erat, quod hoc maiorem difficultatem ingerebat. Ratio autem diuersitatis in hoc inter virū, & vxorem est, quia vir est emitens, femina autem recipiens. Tertia ratio secundum Aug. est quia pluralitas virorum ad eandem vxorem repugnat sacramento mīmonij: nā mīmonium est magnū sacm̄ inter Christum, & ecclesiam, vt Apostolus ad Eph. c. 6. in hoc autem sacramento viri. Christus vnicus est: vxor autē. i. Ecclesia licet vna sit in se tota, quodam modo tū multiplex est, vt distinguit Aug. i. triplex est Ecclesia: prima est Ecclesia contemplatiuorum signata per Rachel: secunda est Ecclesia actiuorum signata per Liam: tertia est Ecclesia contemplatiuorum mercenariotum signata per Zelpham ancillā Lie. Hæc aut ratio aliquid quantum ad nos conuincit, tū quantum ad statum politicum inter Gentiles, vel Sarracenos, aut Iudæos, inter quos nō curatur de significatione sacramenti, nulla est. Quarta ratio est, quod quia vna vxor habet plures viros repugnat paci œconomicæ: vir autē, & vxor non solum accipiuntur q̄tum ad cōicationem naturā, quæ est propter simile tertiu derelinquere, vt ait Philo sophus in primo Poli. quod principale est, sed

et propter communicationē œconomicam, quæ est ad conseruationem indiuidui, vt declarat Arist. i. & 2. c. primi Poli. Pax autē œconomica cōsistit in bona habitudine rectoris œconomici ad subditos: rector autē est vir, subditi verò est vxor, & filij, & serui: si autē ponerentur plures viri eisdē vxoris, essent plures rectoris æquales eiusdem domus, quod nec ratio nec natura patitur, quia omnis p̄fās consortem habere recusat: sic enim ait Lucaus primo libro de bello Iulij Casaris, & Pompeij.

Nulla fides regni socijs omnisque potestas Impatiens consortis erit, nec gentibus vllis, Credite nec longe factorum exempla petantur: Fraternali primi maduerunt sanguine muri, Idem vult Statius in Thebaide.

Summo dulcius vnum,

Stare loco Comes socijs discordia regni. Item cura isti viri regerent domum, & ipsi multa capita habeant, necesse est animorum conseruari diuersitatem, & sic interdū contraria mandarent: ex quo necessario lis sequeretur, & destructio œconomica, & consequenter totius politice, cū continuatur politia ex œconomis, & ex qualibet œconomia simile fieret si permitteretur vxori simul plures habere viros. Item repugnat ad hoc ex parte subditorum, quia cum diuersi viri diuersa fieri imperarent, vxor, filij, & serui nescirent cui obedirent, & tunc sequeretur, quod dicit Christus, & habetur Matt. 6. c. nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterū diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Item hoc dato non procurarentur bona œconomica cum vnus rector œconomie iuberet vnum, & alius alterum: nō ergo decet sic esse, sed sicut est ordo nature, quia regimen nature est optimum, sed natura habet vnum principem, ergo in œconomia erit vnus princeps: ista aut inconuenientia nō sequitur, si vnus vir habet plures uxores, quia vxor non dominatur, sed subditur: sic em patet prima ad Cho. c. 11. & ad Thi. 1. c. 2. f. mulierem aut docere nō permitto, nec dominari in virum: datis ergo pluribus vxoribus eidem viro non dantur plures rectoris eiusdem œconomie, sed vnicus: datur aut plures subditi, ad quos nō sequitur turbatio: nam datis multis subiectis non sequitur esse multa principia agendi, nec mouendi, quia subditi secundum quod hmoi, non habet in se principium sui motus, sed mouetur a prelato, vel rectore: datis aut pluribus rectoribus dantur plura principia agendi, & sic sequitur turbatio œconomie. Quinta ratio est, quia eidem viro interdum bona est pluralitas vxorum, vt si ex vna prolem suscipere non potest saltem ex multis gignat: sicut Abraham fecit, quia Deus promiserat ei seminis multiplicationem, & quia videbat, quod non potuisset gignere ex Sara cum multo tempore generationi operam dedisset, consilio, & precibus Sara: accepit aliam vxorem. f. Agar, ex qua genuit, vt patet Gen. 16. c. femine aut licet respectu viri hoc accidat, interdum tū inhonestum est, quod ipsa a multis accipiat in vxorem, sed non est inhonestum, quod idem vir accipiat plures uxores. Sexta ratio, quia si eidem femine daretur plures viri, dato, quod ista femina conciperet, quod isti viri ad eam accederent quicumque vellent, raro tū daretur, quod cognosceretur proles: hoc aut magnū inconueniens est, quia patres valde desiderant cognoscere filios suos: solē. n. tunc matres filios cognoscerent, viri aut nō, quod erat eis tollere quādā magnā delectationē: hoc aut nō sequitur datis pluribus vxoribus eidē viro, quia tūc quilibet vir cognosceret filium suū: nā omnes natos ab vxoribus suis cognosceret esse filios suos velut si vnica haberet vxorē. Septima ratio est, quia pluralitas virorū eidē mulieri repugnat intentioni nature,

Regni recusat habe re consortem.

Inflata fuisset postea, oportebat dari aliquam causam demeriti, que non apparet, ideo dicendum conuenientius, quod ex natiuitate erat sterilis, sed postea Deus tribuit fecunditatem precibus, & lachrymis eius.

Ad quid ponitur hic Anno Sterilitas, & sui filij per preces natiuitas. *Quest. VII.*

QVAERETUR vterius quare ponit hic quomodo mater Samuelis erat sterilis, & quomodo obtinuerit filium precibus lacrymosis. Nam cum hic intendatur vita, & regimen Samuelis, & principatus Regum sequentium post Samuelem, sufficiebat dici, quod natus fuerat, vel ponitur vitam illius, etiam si de natiuitate nihil ageretur.

Respondendum est, quod hoc fuit expressum ad signandum maiorem probitatem Samuelis: intendebat enim hic scriptura designare virtuosum regimen temporis Samuelis, & quia illi homines semper inter ceteros specialiores sunt, quos Deus super conditionem nature nasci fecit, quod de Samuele fuit, describitur hoc tanquam certissimum testimonium probitatis eius, sic enim fuit de omnibus, qui aliquo modo miraculose nati sunt, vt patet de Isaac, quem Abraham centenarius genuit, & Sara, cum esset sterilis, & nagenaria, desissetque ei fieri muliebria, concepit: Gene. 17. & 18. c. qui fuit pater omnium Hebræorum, & magna eius fuit probitas: similiter quoque Rebecca vxor Isaac sterilis erat, & deo dante, peperit gemellos, quorum alter fuit princeps omnium Hebræorum a Deo acceptissimus: Gen. 25. sic quoque fuit de beato Ioanne Baptista, cuius sterilis mater erat, sed angelica reuelatione partus prenunciatus est: Luc. 1. fuit autem talis, vt a Christo laudari meruit, nec quidem mediocri laude, sed maxima, scilicet inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: Matth. 11. & Luc. 6. c. Similiter quoque mater Samsonis sterilis erat, sed postea predicente angelo concepit, & natus est inde vir robustissimus Hebræorum, qui vindicauit Israel de hostibus suis. Iudic. 13. c. de Christo autem, qui miraculose natus est dicere non attinet, quod perfectus fuerit, & aliquid magnum, nam eum viris comparare fas non est: fuit igitur conueniens declarari sterilitatem matris Samuelis, tum vt laudarentur opera Dei in illa, tum vt firmiter testimonium esset de probitate Samuelis, qui miraculose genitus fuerat. *Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus.* Id est Elcana ascendebat ad sanctuarium domini in Silo determinatis temporibus, scilicet in festis ordinatis a lege ad faciendum sacrificia, scilicet tribus temporibus anni, scilicet in festo azymorum, & in pentecoste, & in festo tabernaculorum. Erat autem ciuitas de qua ascendebat Ramatha: nam in illa semper habitauit ante natiuitatem Samuelis, vt patet infra in littera, scilicet reuersique sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha: etiam habitauit ibi Elcana post natiuitatem Samuelis: nam cum ablactatus esset factusque trium annorum, & ductus in tabernaculum domini dicitur, quod rediit Elcana in Ramatha in domum suam, vt sequenti c. Nec solum Elcana habitauit ibi, sed et Samuel usque ad senectutem suam infra c. 7. & vocatur ista ciuitas Ramathaim alio nomine, vt patet supra.

Mulieres steriles que parauerunt.

Opin. Iudæorum.

Dicunt quidam Iudæi, quod Elcana non ascendebat in sanctuarium semper eadem via, sed nunc vna via, & alio tempore alia, vt annuntiaret omnibus Israelitis, quod irent ad adorandum dominum, quia ipsi nunc desideres erant: potissimum quia distrahebant eos quibusdam sacrificijs filij Heli, Ophni, & Phinees, vt patet sequenti capitulo.

Quare Elcana ter ascendebat in locum sanctuarij quolibet anno? *Quest. VIII.*

QVAERET aliquis quare Elcana ascendebat tribus supra dictis temporibus in locum sanctuarij quolibet anno, & ad quid. Respondendum, quod hoc fiebat ex obligatione legis ter in anno iubentis ascendere omne masculinum in locum sanctuarij: Exo. 23. & 34. & Deuter. 16. cap. Faciebant autem Israelite in his temporibus ceremonias adorationum, & sacrificiorum, vt dicitur in littera, scilicet quod ascendebat Elcana, vt adoraret, & sacrificaret domino: erat enim conueniens valde, vt Israelite ascenderet aliquoties in anno ad locum sanctuarij, ne obliuisceretur ceremoniarum Dei per distinetudinem, & beneficiorum ab eo collatorum. Nam Iudæi non habebant in quolibet loco terre promissionis locum sanctuarij vbi possent offerre victimas, & facere reliquas ceremonias legis, sed vnicus erat locus propter vnitatem Dei, vt patet Deuter. c. 12. ad hunc autem locum si Iudæi non cogerentur ire aliquibus temporibus anni nunquam facerent ceremonias sacrificiorum, nec oblationum, aut alia legalia, & sic essent velut si non haberent legem Dei, & obliuiscerentur beneficiorum sibi collatorum, in quorum memoriam inducebatur per legales obseruantias: non poterant tamen quotidie, aut multoties omnes Israelite conuenire in locum sanctuarij, cum quidam eorum procul inde habitarent: ideo fuit conueniens, quod statueretur ter in anno, quod conuenirent ad locum sanctuarij. Potissime quia tunc erant tria festa, in quibus principaliter recolantur beneficia data Israelitis, scilicet in festo azymorum, recolabatur beneficium liberationis de Aegypto ab angelo percussore, cum occiderentur omnia primogenita Aegypti. In Pentecoste autem legis datæ memoria fit. In festo autem tabernaculorum fit memoria habitationis Israelitarum in deserto per 40. annos, & beneficiorum, que Deus ibi contulerit: aliam autem causam addit Iosephus quarto libro Antiquitatum. scilicet quod hoc fiebat, vt omnes Israelite, qui cognati erant tanquam ex vno capite descendentes congregarentur simul, & epularentur conuenientes in locum vnum, & sic maneret inter eos mutua cognitio, & amor, quod nequaquam accideret, si disiuncti locis nunquam in vnum conuenirent. Prima tamen causa efficacior est. In his autem tribus festiuitatibus faciebant Hebræi diuersas ceremonias. In prima namque earum celebrabant omnes phasæ fumentes agnum per singulas domos, & occidentes, atque comedentes secundum ritum, qui habetur Exo. 12. c. Et ad hanc festiuitatem saltem necesse erat omnes Israelitas conuenire in locum sanctuarij. Nam quilibet Israelitarum celebrare debebat phasæ quolibet anno sub pena mortis, nisi esset immundus, vel in via procul peregrinaretur: Nu. 9. c. non poterat tamen phasæ immolari in quacunque vrbe, sed solum in loco sanctuarij: Deu. c. 16. ergo necesse erat omnes Israelitas in hoc festo conuenire in locum sanctuarij, fiebat etiam hoc tempore solennitas azymorum durans per septem dies, & in die secunda, scilicet 16. die mensis primi offerebatur manipulus spicarum, de quibus Leui. 23. c. fiebant quoque in singulis diebus eorum sacrificia multa: de quibus omnibus Nu. 28. c. Secunda festiuitas erat Pentecoste, que durabat vnico die: Deu. 16. c. In hac autem die offerebantur panes noui de singulis domibus duo, quorum pars cremabatur super altare. De quorum ritu, Leuit. 23. c. Festiuitas tertia erat tabernaculorum, que fiebat mense 7. 15. die mensis durans diebus septem quo tempore omnes Iudæi conuenientes in locum sanctuarij faciebant ibi effigies tabernaculorum de ramis arborum, & exultabant accipientibus in manibus

Tria festa principalia Iudæorum.

Quare ascendebant in Silo, potius quam in alio loco.

QVAERET aliquis an Elcana ascenderet solum in locum sanctuarij ad adorandum, & sacrificandum. Respondendum est, quod non, quia Elcana erat Leuita de genere Caathitarum. Paral. c. 6. Leuitæ autem debebant ministrare in sanctuario temporibus suis cum perciperent decimas, ergo Elcana illic ibat aliquo tempore, & isti non erant dies statuti, de quibus hic dicitur, cum isti sint festiuitates assignate a lege. Dicit forte aliquis, quod nunquam Elcana, nec alij Leuitæ ascendebant in locum sanctuarij ad ministrandum, quia ministratio Leuitarum erat, vt deponeret, & erigerent tabernaculum, quando castra mouenda, vel locanda essent, & quod portarent illud per viam, nec habebant aliquam aliam ministracionem, vt patet Nu. 1. & 3. & 4. c. led nunc nulla istarum ministracionum esse poterat, quia non mouebatur sanctuarium postquam fixum est in Silo, ergo nunquam veniebant Leuitæ ad ministrandum in sanctuarium. Sed aliquis dicit, quod adhuc manebat alia ministratio Leuitarum, scilicet quod excuba-

An Elcana alio tempore ascenderet ad sanctuarium, quam in festiuitatibus. *Quest. IX.*

Quare non fit mentio de ascensu Elcana ad ministrandum. *Questio. X.*

QVAERETUR vterius quare non fit mentio hic de ascensu Elcana ad ministrandum, sicut de ascensu ad solennitates. Respondendum est, quod scriptura intendebat hic introducere, quomodo Anna, que erat vxor Elcanæ petiuit a domino in Silo filium, & quia non ascendebat ipsa cum viro suo tempore, quo ibat ad ministrandum: ascendebat autem tempore, quo ibat ad festiuitates: ergo de ascensu ad illas mentio solum facta est. De primo patet, scilicet quod non ascenderet Anna cum viro suo tempore ministracionis, quia qui accedebant ad sanctuarium debebant esse mundi ab omni contaminatione: contactus autem vxoris erat immundus, quia quicumque tangeret eam debebat lauare carnem suam aqua, & immundus erat usque ad vesperam: Leui. c. 15. ergo tempore ministracionis Leuitæ non accedebant ad vxores: si tamen ducerent eas secum ad locum sanctuarij, quia aliquanto tempore ibi manebant esset eis occasio ad contaminationem: ideo non ducebant eas secum. De secundo patet, scilicet quod quando ibat Elcana ad sacrificandum domino in festiuitatibus, duceret secum vxores suas: sic enim apparet hic, cum vtrique daret de sacrificijs, que immolabat in Silo. Ad ista enim festa non obligabantur venire mulieres in locum sanctuarij cum lex solum dixisset de viris: Exod. 23. & 34. c. veniebant tamen ex deuotione, & tunc comedere poterant de sacrificijs, vt patet Deu. 12. & 16. c. vbi dicitur, quod in istis festiuitatibus ascenderent viri in locum sanctuarij, & offerrent sacrificia epularenturque cum eis vxores, & filij, & ancille, & serui. Cum autem ascendisset semel Elcana ad quadam de istis festiuitatibus accidit, quod hic dicitur: scilicet petierat Anna filium, ideo fit mentio de isto ascensu ad ministrandum. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees sacerdotes domini. Dicitur de istis duobus sacerdotibus, quoniam sacerdotes, & principatus Samuelis habuit locum propter istos

rent in circuitu sanctuarij, & non permitterent populares accedere ad excubandum, vel quomodo cunque manendum, ibi Nume. c. 1. Hoc autem facere poterat in Silo, & sic ascenderent aliquibus temporibus Leuitæ ad ministrandum in loco sancto. Dicendum est, quod ad istam ministracionem Leuitæ non ascendebant ad locum sanctuarij, quia excubare pertinebat ad tempus, quo manebant Israelite in deserto, quia sanctuarium erat in campo nullis parietibus clausum, sed poterat quilibet illuc accedere, nisi prohiberetur, vt ergo non accederent populares excubabant Leuitæ. Cum autem fixum est in Silo mansit intra magna edificia domorum quibus arcebat, quilibet accedere volens, ideo non oportebat ibi esse excubatores, sicut in deserto, habebant tamen Leuitæ hoc non obstante, alias ministraciones in loco sanctuarij, quia ad mandatum summi sacerdotis mouebantur circa ea, que iuberentur facere in sanctuario, vt patet Nu. c. 18. & ad istam ministracionem erant Leuitæ per diuersa tempora secundum vices suas in loco sanctuarij, vt patet Deuter. 18. c. scilicet si exierit Leuites de vna vrbum tuarum, & voluerit venire desiderans locum, quem elegerit dominus, ministrabit in nomine domini, sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui stabunt eo tempore coram domino: in quo patet, quod aliqui determinatis temporibus seruebant. Alij vero, qui volebant manebant semper ad ministrandum in ipso loco, sed Elcana erat vnus de Leuitis, ergo aliquando ascendebat ad locum sanctuarij ad ministrandum preter hoc, quod ascendebat in festiuitatibus ad adorandum, & sacrificandum.

istos duos: erat. n. Heli summus sacerdos, & vir iustus iudex Israel, qui 40. annis iudicauit, vt patet infra c. 4. duo tamē filij Ophni, & Phinees erāt viri nequissimi, quoniam peccabant contra legem sacrificiorum: etiā dormiebant cū mulieribus, quę excubabant ad ostiū tabernaculi, vt patet sequēti c. & ob hoc Deus voluit, quōd nec isti, nec pater eorum magno tempore manerent in sacerdotio, sed mortui sunt quasi simul, vt patet infra c. 4. & tunc successit Samuel tanquam iudex. Debuit ergo de his dici cum introduceretur historia Samuelis, qui propter iniquitatem istorū locū habuit: dicitur etiam, quōd erant isti duo sacerdotes in Silo. Non quidem, quōd isti soli essent ibi, quia erat ibi pater eorum Heli, erant quoque multi alij sacerdotes, qui per tempora sua ministrabant, quia tamen isti duo erant iniqui. propter quos mutatum est sacerdotium de domo Heli, & ptās iudicādi Israel: de his solis exprimitur. Vocantur autem isti sacerdotes domini, quia licet nequissimi essent, tamen domini ministeria faciebant. *Venit ergo dies, & immolauit Elcana.* Id est venit aliqua festiuitas de illis, in quibus lex iubebat iri in locum sanctuarij, & tunc immolauit Elcana, scilicet faciens hostias pacificas: non est autem intelligendum, quōd ipsemet Elcana fecerit sacrificiū, quia hoc ad solos sacerdotes pertinebat: Elcana vero erat Leuita, vt est dictum, sed immolauit, id est dedit animalia ad immolandum.

Elcana, quod sacrificium fecerit nūc. Et an fuerit hostia pacifica. Quest. XI.

QUÆRET aliquis, quōd sacrificiū fecit hic fieri Elcana. Respondebit aliquis, quōd hoc non potest sciri, quia erant tria genera sacrificiorum, scilicet holocaustum, hostia pacifica, & sacrificium pro peccato, & de quolibet horum poterat offerre Elcana. Respondendum est, quod sacrificium Elcanę determinatum est, erat enim hostia pacifica, nec poterat esse aliqđ aliud sacrificiū. Quod patet, quia tria sunt genera sacrificiorum, vt dictū est: quorum primum est holocaustum, sed istud non obtulit Elcana, quia omnes carnes holocausti cremabatur cum capite pariter, & intestinis, & pedibus nullo proueniente sacerdotibus, aut offerentibus inde: Leui. c. 1. sed sola pellis dabatur sacerdoti immolanti: Leui. c. 6. hic tamen comedit Elcana de sacrificio suo, & dedit vxoribus atque filijs: ideo non fuit holocaustum. Item non poterat esse sacrificium pro peccato, quōd est secundum genus, quia istud erat duplex, aliquando enim cremabatur animal pro peccato extra castra, & inferebatur de sanguine eius intra sancta sanctorum: aliquando autem non inferebatur de sanguine eius interiorius. Primo modo sacrificium pro peccato totum cremabatur extra castra, scilicet carnes, pellis, & fimus Leui. c. 4. Si secundo modo proueniebant omnes carnes sacerdotibus, Leui. c. 6. ideo nihil inde habere poterant offerentes, sed ex hoc sacrificio comedit Elcana, ideo non erat pro peccato: relinquitur ergo, quōd esset hostia pacifica, quia de hac licebat comedere Elcanę, & dare vxoribus suis.

Quomodo multi ab offerentibus comedebant de hostia pacifica. Quest. XII.

QUÆRTVR vterius, cū dicatur de hostia pacifica, quōd quedam pars illius prouenit offerentibus, quomodo hic non solū offerentes, sed etiam multi alij comedebant: Ioh. n. Elcana obrulerat, sed nō solus ipse comedebat. Respondendum est, quōd hostia pacifica erat minus

facta, quam alię hostię, quia de alijs nō dabatur aliquid offerentibus, in hostia autem pacifica maior pars proueniebat eis, immo ipsum sacrificium nō fiebat principaliter propter Deum aut sacerdotes, sed propter gaudium, & exultationem, & epulas offerentium: de eis autem tollitur aliqua pars pro Deo. Nam vt communiter in hostia pacifica solum accipitur adeps ad cremandum super altare: Leui. c. 3. pectusculum autē, & armus dexter proueniebant sacerdotibus: reliquę autem carnes ipsis offerentibus: Leui. c. 7. Nec solum ipsis offerentibus licitum erat comedere de sanctificatis hostię pacificę, sed etiam familijs suis, & amicis, & omnibus, quos ipsi offerentes vocarent ad epulas: Deuter. 12. & 16. c. Nam ibi dicitur, quōd quando aliquis offerret hostiam pacificam, epulareretur corā domino tam ipse quam vxor, & filij, & filię, ferui, & ancille, & peregrini: vidue, & pauperes: pupilli, & Leuitę, quoscunq; offerens vocare veller. Fiebat autem hoc propter duo. Primo quia ista sacrificia fiebāt principaliter ad gaudium ipsorum offerentiū, non est tamē illis gaudium si ipsis de sacrificijs suis solū comedere liceret discernendo cibos a familia sua. Item nō stabat hoc, quia offerenti de hostia pacifica prouenit maior pars, scilicet tota hostia præter pectusculum, & armum dextrum, & adipēs: hoc tamen non posset comedere aliquis vir solus, potissimē quando fierent sacrificia de magnis animalibus, vt de bobus, quia valde multi tunc requirerentur ad comedendum partē sacrificiorum prouenientē ipsi offerenti. Concessum fuit igitur offerentibus, quōd de partibus prouenientibus eis darent in cibum cuiuscunq; vellent, ita tamē, quōd non comederetur illud quidquid esset extra locum sanctum, scilicet atrium tabernaculi, sed quōd ipse offerens, & omnes alij, quos ipse voluisset, comederent coram domino, vt dictum est. Nam Deuter. 12. c. dicitur de istis offerentibus, quōd epularerent coram domino, sed epulari coram domino est comedere intra sanctuarium: exigebatur etiam, quōd isti, qui comederēt de partibus hostię pacificę essent mūdi non habentes aliquam contaminationem, siue naturalem, siue legalem, quia generaliter prohibetur omnibus immundis accedere ad sanctificata: Leui. 22. Considerandum vterius, quōd sicut offerentibus licebat de partibus eis prouenientibus dare quibuscunq; vellent, ita & sacerdotibus licebat de partibus, quę proueniebant illis de hostia pacifica dare filijs, & filiabus suis: Leui. c. 10. nec solum his, sed etiam toti familię: Leui. c. 22. dum tamen comederent partes istas in sacro loco: Leui. c. 10. Sciendum vterius, quōd hostię pacificę erant duplices, quedam enim ad gratiarum actiones, & alię votiuę, vel ad petitiones: pro secundis istarum erat licitum offerentibus comedere de partibus sibi prouenientibus die, qua offerebāt, & sequēti die: tertio autē die nihil, sed quidquid reliquum esset cremabatur, si autem esset primo modo, scilicet pro gratiarum actionibus comedebantur carnes solum die illa, qua offerebatur hostia: sequenti autem die nō licebat. De hoc Leui. c. 7. & 19. quod intelligitur tam de ipsis offerentibus, quā de partibus, quę proueniebant sacerdotibus. *Deditque Phenenna vxori suę.* Id est dedit Elcana partem quandā de hostia sua pacifica Phenennę: nō ponitur primo de Phenenna tanq; ipsa esset honorabilior, & propter hoc primo daretur ei. Nā illa erat secunda vxor, & Elcana magis diligebat Annā, q̄ Phenennam, sed ponitur ad significandum causam doloris Annę: quia Phenennę tanq; habenti filios primo datę sunt partes sacrificiorum, deinde Annę. *Et cunctis filijs eius, & filiabus partes.* Id est dedit partes sacrificiorū Elcana omnibus filijs Phenennę: habebat. n. ipsa multos filios, & filias, & cuiuslibet eorū dabatur per se

partem

Hostię pacificę duplices.

Clausio & apertio vuluę dupliciter intelligitur.

pars quedam de sacrificio ad hoc, quod omnes abundanter epularentur & delectarentur. *Anna autem dedit partem vnā tristis.* Id est Elcana cum dedisset partes multas Phenennę, & filijs suis de sacrificio vnicam dedit Annę, quia ipsa sola erat non habens liberos, & ob hoc fuit tristis Elcana in dando, quia cum ipse diligeret Annam voluisset eam magis honorare, sed non poterat, quia cum Phenenna haberet filios, & filias plurimos, & Anna nullum, nō poterat suscipere Annam, nisi vnā partem, quia non esset cui illam daret: Phenenna autē habebat filios, ideo accepit plures partes. in hebraeo habetur hic. *Anna autem dedit vnā partem pulchram.* Quod accidit ex æquiuocatione dictionis, quæ habetur hic in Hebręo, quæ potest significare tristem, vel pulchrum: vtraque autē litera satis applicari posset ad clausulam sequentem. Id est dedit Elcana Annę vnā partem pulchram. i. quamq; esset vnica erat de melioribus, in quo honorabat aliquo modo Annam, & hoc quia diligebat eam. scilicet, magis q̄ Phenennam, vel dedit partem istam tristis. quia voluisset dare plures partes Annę q̄ Phenennę, sed nō poterat, quia Anna non habebat filios, & ob hoc erat tristis Elcana, quia cogebatur magis honorare Phenennā, vnde litera nostra magis consonat. *Quia diligebat Annam.* Id est ideo fuit tristis Elcana dando partem vnā Annę, quia diligebat eam, & voluisset eā honorare super aliam vxorem: diligebat autē eā magis, quia erat prior, & forte sibi gratior: Phenenna autem solum erat propter fecunditatem placebat.

Domini autem concluderat vuluam eius. Scilicet Annę, faciendo eam sterilem. Istud est reddituū causę superioris. quod Anna nō habebat aliquem filium, nō quidem quā vir non accederet ad eā, nam diligebat eā nimis, sed quia Deus fecerat eam sterilem. Dicit autē Deus concludere vuluam. i. facere, ne quis nascatur ab vtero. Accipitur autē conclusio vuluę per primum ad apertionem, quæ aliqñ in scriptura accipitur, iuxta illud Exo. ca. 13. f. Omne masculinū, quod aperit vuluam tam in hominibus, q̄ in iumentis. Apertio autē ista primo est in contactu virili ad concipiendū. Secundo est in effusione partus ab vtero: scriptura autē semper accipit de secunda, & contrario autē de clausione. Nam prima clausio solis virginibus competit, secunda autem mulieribus non parientibus, ista autē secunda erat in Anna, quia parere non poterat. quia non poterat concipere ad pariendum. *Affligebat quoque eam æmula eius.* Vocatur autē hic Phenenna æmula Annę. i. inuidens illi, vel invidia. sunt. n. æmuli cōpetitores in aliqua re, vt in honore, vel similibus, sic. n. Anna, & Phenenna cōpetebant respectu viri, & mutuo repugnabant sibi, ideo æmulę vocabantur: Phenenna autē affligebat Annam. s. prouocando eam ad magnas amaritudines proferendo verba durissima in illam. *Et uehementer agebat.* Id est erat durissima afflictio, quam Phenenna prouocabat super Annam. scilicet affligebat eam quantum poterat: est autem afflictio tunc durissima, qñ quis affligitur ex ea parte, qua impotens est, sed quia erat deficiens filijs, quod reputabatur tanq; vituperium inter antiquos, cum maxima felicitas feminarum esset in pluralitate filiorum, vt patet ex verbis Lia, cū habuisset quatuor filios duos ex se, & duos ex ancilla sua dixit: hoc pro beatitudine mea. beatam quippe dicent me omnes generationes. Ideo affligebatur nimis Anna, cum Phenenna exprobraret ei sterilitatem.

Intantum vt exprobraret, quod concludisset domini vuluam eius. Id est afflictio, quam faciebat Phenenna super Annam interdum ad tantum extēdebatur, quod improperabat, & exprobrabat ei, quod esset sterilis, & non solum, quod esset sterilis, sed et quod Deus fecisset eam sterilem. q. d. Deus voluit te facere infelicissimam mulierum, Alph. T. off. In Primum Regum.

quia eras pessima inter omnes, & sic te reputauit: id infligit tibi pgnarum maximam. scilicet sterilitatem. Dicit autem intantum, vt exprobraret. i. non erant oēs afflictiones, quas faciebat Phenenna super Annam de sterilitate eius, sed cum essent vxores eiusdem viri contingebat eas in multis contendere, & in omnibus affligebat Phenenna Annam verbis duris, & cum vellet eam amarissimē affligere, perueniebat ad hoc, quod opponeret ei tanquam crimen maximum de ipsa sterilitate: in singulis enim Phenenna superbiebat supponens se Annę credens se excellentiorem, quia fecunda erat, & Anna sterilis, sic patet Gen. 16. cap. de Sara, & Agar. Erat quippe Agar ancilla Sarę, quā cū tradidisset viro suo in vxorem, & concepisset ex eo, superbiuit respuens precepta dñę suę, vnde conqueest Sara Abraham, vt patet ibidem.

Sicque faciebat per singulos annos, cum redunte tempore ascenderent templum Domini. Id est Phenenna faciebat hoc quolibet anno affligens Annam, quando ascendeant ad templum, & dicitur per singulos annos, quia quolibet anno ascendeat Elcana in locum sanctuarij ad offerendum, & adorandum, vt patet supra, & nō solum semel, sed ter in tribus festiuitatibus determinatis a legē: Exo. 23. & 34. cap. Dicit autem alij quod Elcana solum ascendeat semel in anno ad locum sanctuarij. In festo azymorum, & quando obijcitur de festo Penthecostes, & tabernaculorum: rñdetur, quod in duabus festiuitatibus istis poterat dispensari cum Hebręis, ne venirent in locum sanctuarij, sed in festo azymorum nequaquam, ideo quod in isto ascendeat Elcana solum quolibet anno: de hoc autē magis declaratum est Exo. 23. & 34. cap.

Sed adhuc dato, quod duę festiuitates istarum, essent dispensabiles: non colligitur ex hoc, quod semel tantum in anno ascendeat Elcana in locum sanctuarij, Nam cum dicitur, quod per singulos annos hoc faciebat Phenenna tempore, quo ascēderent in templum Domini, id est aduentibus temporibus de ascendendo, quia quolibet illorum trium temporum vocatur tempus ascendendi, & dicitur, quod sic faciebat per singulos annos, cum ascenderent in templum Domini: non quidem quod solum Phenenna affligeret Annam, quando ascenderent in locum sanctuarij, sed et affligebat eam omnibus alijs tēporibus, quando cūq; contingeret eas contendere, sed isto tempore hēbat maiorem opportunitatem affligendi ipsam obijciēs illi sterilitatem, cum tunc haberet maiorem occasionem ad hoc, quā alijs temporibus: nam Elcana distribuēbat partes sacrificiorum, dabatque Phenennę partes plurimas, quia habebat multos filios: Annę autem vnicam, quia non habebat filium: tunc autem Phenenna exprobrabat, quod sterilis esset, de spectā nimis a Deo, & hominibus, cum unica daretur ei pars. *Et sic prouocabat eam.* Id est hoc modo prouocabat Phenenna Annam ad amaritudinem, scilicet obijciendo ei sterilitatem.

Porro illa flebat, & non capiebat cibum. Id est cum Anna grauiter afflictā foret, erat sibi uita sua amara, & tēdebat eam viuere, si sic superuiuendum esset: vnde non capiebat cibum, sed uebat in lachrymas: hoc enim sibi erat vnicum solatium. Est enim conditio afflictorum, & generaliter omnium iratorum, quod quando uindictam expetere non possunt, stertus eis fit quoddam solatium, sic enim calidi furores, & ipsa irę materia exhalat, quod apparet in lachrymis hominum iratorum: nimis enim calide sunt. Cum vero partim fleuerint, lachrymę tepiores sunt, & aliquantulum irę impetus requiescit: sic autem, cum Anna non haberet aliquod solamen contra Phenennam, quia ambę erant uxores eiusdem viri, &

Quia Phenenna exprobrabat Annam.

Quare irati sunt, & lachrymarum sunt calidi furores.

non poterat ab ea vindictam expetere, nec similia vitia ei opponere, aut de obiectis respondere ruebat in lachrymas. Dixit ergo ei Elcana vir suus. Videbat enim Elcana, qd affligeretur Anna, nec poterat plenè ei adhibere remedium, ideo consolabatur in verbis, vt poterat dicens: Cur steret, nec poterat Elcana totaliter consolari Annam, quia postquàm semel Phenenna afflixisset eam super sterilitate, manebat ei iste perpetuus dolor potissimè cum quolibet anno reintegraretur ascendentibus eis in locum sanctuarij videns, quòd Phenenna reciperet partes multas, ipsa autem vnicam.

Anna cur flet? & quare non comedis? Videbat Elcana afflictionem Annæ: non enim poterat celari dolor & fletus eius, & qd non comederet: quarebat autem Elcana, cur steret, non quidem tanquam nesciret, quia immediatè patet ex verbis eius, qd sciret: sed est modus loquendi, quo sape quærimus ab alijs ea, de quibus certi sumus, vt eos ad rindendū de eo, qd volumus inducamus. Et quamobrem affligitur cor tuum? Videbat enim, qd lachrymæ Annæ non erant mendaces, sicut interdum lachrymæ femineæ sunt, cum nullo dolore: promptissimi enim. n. est femineæ cuiunque plorare: etiam si nulla causa subsit: hic autem erat verus fletus, quòd videbat Elcana, qd affligebatur cor Annæ. præ tristitia læguebat & desiccabatur, & hoc erat affligi cor. Nam ex cordis lætitia, vel afflictione provenit quæcunque bona, aut mala habitudo exterius in corpore: sic ait Salomon Prouer. cap. 17. animus gaudens floridam facit ætatem: spiritus tristis desiccatur ossa.

Nunquid non ego melior sum tibi quam decem filij? Quasi dicat scio quare doles: pro filijs enim lachrymaris, sed non deberes: nunquid ego non sum melior tibi, iad gaudiū tuum, & consolationem quam decem filij? q. d. amor, quo te intensè diligo melior tibi est, qd si decem filios haberes. Aliqui intelligunt hoc de filijs Phenennæ. f. ego sum melior tibi, quàm 10. filij. q. d. ego diligo te magis nō habentem filios, quam Phenennam, etiam si haberet decem filios. Aliter potest intelligi melior, ego sum tibi, quam decem filij. i. preualeo ego, cum te diligam quam si haberes decem filios, sed ista cōparatio non videtur esse conueniens: quia si Anna haberet decem filios, vel saltem vnum non minus diligeretur ab Elcana, quam nunc diligebatur, immo magis, & tamen dicitur, qd ipse erat melior illi, quam decem filij, ideo teneatur alius sensus, scilicet præcedens.

Surrexit autem Anna postquam comederat, & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi Domini, cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter, & votum vouit dicens: Domine exercituum; si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus m. fueris, nec oblitus ancillæ tuæ dederisque seruæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius. Factū est autem, cum illa multiplicaret preces coram domino, vt Heli obseruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia eius mouebantur, & vox penitus non

audiebatur. Aestimauit ergo eam Heli temulentam, dixitq; ei. Usquequo ebria eris? Digere paulisper vinum, quo mades. Respondens Anna, nequaquã, inquit, domine: mi: nam mulier infelix nimis ego sum, vinumque & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini. Ne reputes ancillam tuam, quasi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris & meroris mei locuta sum usque in presens. Tunc Heli ait ei: Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quã rogasti eum. At illa dixit: Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suam, & comedit: vultusque illius non fuit amplius in diuersa mutati. Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram Domino: reuersisque sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha.

Surrexit autem Anna. Hic ponitur sm. f. ipsa petitio Annæ: nam cum non hñet aliquod solatiū ab hoibz, & affligeretur nimis pp sterilitatem, petiuit a Deo filiū, vt patet j. & dñ surrexit Anna postq comederat, & biberat in Silo. i. afflictā nimis gustato paululū de cibo surrexit, vt iret ad orandū dñm: est autē intelligendum, qd qd Anna modicum de cibo, & potu præ tristitia iumeret aliquid tñ sumebat, & sic cum dñ supra, qd Anna flebat, & non sumebat cibū intelligendum est, qd non sumebat ad abundantia, sicut si iocūda foret, qd aut modicum est tanq nihil reputatur, quia nihil & inutile æquiparantur. Et Heli sacerdote sedente super sellam. i. qñ introiuit Anna ad orandū in tēplū dñi, sedebat Heli, qui erat summus sacerdos super sellam positam circa fores templi: dicunt autē Iudæi quidā, qd illa die fuerat factus pontifex, & iudex ipse Heli, & ob hoc sedebat tanq ad iudicandū causas. Sed hoc nihil est: verum est. n. qd Heli erat iudex Israel, vt patet j. 4. c. Nam iudicauit populum quadraginta annis.

Non poterat tñ dici, qd hac die factus fuisset iudex, quia Heli mortuus est, cum Samuel esset satis parue ætatis, vt colligitur ex sequentibus vsque ad c. 4. Hoc tamen, qd hic dicitur, fuit in eodem anno, in quo conceptus, & natus est Samuel, ergo iam a multis diebus ante erat iudex. Item patet, quia si propter hoc diceretur iudex effectus nouiter, quia sedebat super sedē, ita diceretur, qd illa die qua mortuus est, fuit factus iudex, quia dicitur infra. 4. cap. qd tunc sedebat super sedem; & corruens de ea expirauit. Sed falsum est hoc, quia quadraginta annis iudicauit, ergo nec fuit factus iudex hac die, qua orauit Anna, sed dicebatur sedere super sellam, quia ipse erat sacerdos magnus & iudex, & ob hoc honorabilissimus in toto populo: erat autem sedens in magna sella apud ostium templi forte ad recreationem, & gaudium: sic dicitur infra cap. 4. quòd Heli sedebat super sellā contra viam expectās.

Ante postes templi Domini. Id est sella sua erat posita ante postes templi, quia forte in ostio templi erant postes pulchri, vel forte in porticu, & apud illos sedebat Heli expectans introeuntes sanctuarium, & sic potuit videre Annam, quādo orabat, nec. n. procul ipse erat ab ea, & ab ostio templi alioquin nō potuisset videre quō Anna mouebat labia. Cum esset Anna animo amaro, i. tunc habet Anna amaritudinē cordis, qñ introiuit

Brutus ex Aeneas pgenie, a quo Britannia, seu Anglia dicta est.

Infra 20.

Expositio Ra. Sal.

Opinio Hebræorum.

Opinio Innocētij.

Deus an recordet.

introiuit ad orandum: afflixerat enim nimis illā emula eius obijciens sterilitatem.

Orauit dominum flens largiter. Id est effudit lachrymas multas in oratione: istud enim patet ex præcedenti. Nam cum haberet amaritudinē animi, poterat plorare abundantius, quia ira mouet ad lachrymas.

Et uotum vouit domino dicens. Desiderabat enim nimis prolem, vt erueretur ab isto opprobrio sterilitatis: ideo vouit, qd si Deus daret ei filium masculum, offerret ei illam ad seruandum coram ipso.

Domine exercituum si respiciens videris afflictionem famule tue. Dicebat se Annam afflictam, quia nimis infestabat eam, atque prouocabat eam emula sua Phenenna: Deus autem respicere diceretur istam afflictionē si liberaret ipsam ab ea, quasi ante hoc non respiceret sicut illi, qui vident mala aliorū & dissimulantes non eripiunt, dicuntur non respicere: si autem adiuuerint respiciunt. Ra. Sal. dicit si respiciens videris. i. etiam si nolueris respicere respicies, quia si nolueris respicere votum meum, ego simulabo amorē cum aliquo viro, ita qd vir meus hæc sciens concipiat spiritum zelotipiæ atque coget me subire purgationē aquæ amarissime, & tunc quia innocens ero dabis mihi necessarium filios, præmisisti enim qd mulier hoc sciens si esset innocua faceret prolem, & gigneret multos liberos, de quo Num. 5. sed hoc nihil est, quia non intendebat hoc Anna, & etiam si intenderet non proficeret, quia Deus per fraudem ad nihil cogitur.

An Anna potuerit nouere sub conditione. Quæst. XIII.

Quæret aliquis, an poterat Anna licitè emittere tale votum cum conditione. f. si dederis mihi filium, dabo eum tibi.

Respondendum est non esse dubium, quin vota conditionalia interdum licita sint: sed quæ sint condiciones, quæ stant cum voto, & quæ non, apud multos dubium est, de quo satis diximus Num. 30. c.

Aliqui enim dixerūt, vt Innocentius & similes, qd quædam vota erant symoniaca facta cum conditione ad Deum, vt si quis dicat voueo pallium meum pro tali, vel tali Ecclesia si Deus sanauerit filium meum ab ægritudine: hoc tamen probatum est non esse symonicum præ alleg. c. quia cum Deo nulla symonia est possibilis contrahi. De hoc tñ voto minus dubitabitur, quia Anna non vouebat dare aliquid pro filio, sed ipsummet filium si ei daretur.

Ratio autem quare quidam dicebant esse quædam vota symoniaca: est, quia ibi tpale pro spiritali dat. f. pallium pro sanitate filij: hic autem non datur vnum pro alio, sed ipsummet quod accipitur datur, & integraliter quidem. Item istud votum non poterat fieri aliter, etiam si Anna veller, quia si Samuel esset iam genitus poterat Anna sine conditione illum vouere dño, quia tñ nondum erat cōceptus, nec certum erat qd conciperetur, non potuit sine conditione fieri votum: licitum ergo fuit istud votum, etiam Deo valde acceptum cum ad petitionem istam Deus concesserit filium. Et recordatus mei fueris. Deus nullius rei recordatur, quia nullius rei obliuiscitur, cum oia semper cognoscat, & semper & indefinenter illa conspiciat: Prou. c. 1. 5. In omni loco oculi dñi contemplantur bonos, & malos, & si Deus aliquid interdum obliuisceretur nunq posset illud recordari, quia non hñet quod cum duceret in memoriam obliuiscitur, sed accipitur hic ex modo loquendi vulgari, nō videbatur Anna qd in omnibus tpijs præteritis Deus non recordabatur illius, cum permitteret illam in angustia sua vexari ab emula. Si autem daret ei prolem, recorderetur ipsius. Nec oblitus ancillæ tuæ. Id est non oblitus

Alph. Tost. in Primum Regum.

fueris mei, quæ sum ancilla tuæ: eadem enim sententia est cum superiori, quia idem est recordari, qd nō obliuisci, quamquam si accipiat proprie non obliuisci dicitur de illo, qui actualiter retinet aliqua, & non sit mutatio circa illa, & sic proprie dicitur, qd Deus non obliuiscitur alicuius rei, quia omnia semper cognoscit: non tamen dicitur, qd proprie recordatur.

Dederisque famulæ tuæ sexum virilem. Ista litera ex tenore verborum poterat dupliciter intelligi: vno modo, qd daret sexum virilem. i. daret ei, qd esset vir. istud autē non erat licitum. f. qd femina veller, sexu mutato, effici vir, nec hoc petebat Anna. Alio modo intelligitur, qd daret ei sexum virilem. i. filium masculum, & hoc intelligebat Anna, quod patet, quia dixit, dabo eum domino, & Deus sic concessit.

Quare Anna petit a domino filium masculum, cum eum non magis desideraret quam feminam. Quæst. XIII.

Quæret aliquis, quare Anna dixit, si daret ei Deus sexum virilem, quia non solum desiderabat habere filium masculum, sed etiam filiam, vel quodcunq; ita vt auferretur opprobrium sterilitatis.

Respondendum est, qd Anna prolem cupiebat quæcunque enim. f. vel masculum, vel feminam grante recepisset, vt auferretur sterilitas: petiuit tñ masculum, quia vouit eum dare dño ad ministrandum coram eo: ad hoc tamen filia inepta erat, quia nulla femina poterat ministrare coram dño, siue illa esset de gñe sacerdotali, siue non: sed tota ministratio semp pertinebat ad viros. Dicit tñ aliquis, qd non solum ad istud uotum fuisset cōueniens masculus, sed & femina, quia hic vouit mater Samuelis facere eum Nazareum, vt patet cum dicitur: Et nouacula non ascendet super caput eius. Iste enim erat ritus Nazareorum, vt patet Nu. 6. c. Viri tñ, & femina poterant istud uotū facere & obseruare, vt patet eod. c. cū dñ: vir siue mulier cum fecerit uotum, vt sanctificetur &c.

Rñdendum est, qd uotum Annæ erat hic duplex. primum erat qd filius ex ea gignendus ministraret semper coram dño oibus diebus vitæ suæ: fm erat, qd obseruaret ritum Nazareorū, & utruq; patet in litera: fm, cum dñ nouacula non ascendet super caput eius: primum, cum dñ dabo eum dño oibus diebus vitæ eius. Erant autē ista uota multum distincta: nam primum eorum pertinebat ad officium Levitarum, & sacerdotum, fm uerò ad religionē Nazareorū, qd poterat esse quorūcunq; populariū, siue masculorū, siue feminarū. Secundū autē horū poterat cōplere filia Annæ si quā peperisset. Primum tñ non poterat, nisi masculus, ideo petiuit masculū. Sed aliquis adhuc dicit, qd hic solū erat unum uotū. f. de obseruatione Nazareorū, & cum litera dicit dabo eum dño oibus diebus vitæ suæ, & nouacula non ascendet sup caput ei, qd intelligatur totū de uoto Nazareorū: nam cum dixit, qd nouacula nō ascendet super caput eius intelligitur, qd uouebat uotum Nazareorū. Cum uerò dñ, dabo eum dño oibus diebus vitæ suæ, intelligit qd uotum istud esset perpetuū, qd aliqui tpale erat, & aliqui perpetuū, & sic erit vnicū uotū ad qd sufficere tñ filia.

Rñdendum est, qd ista uota necessario erant duo, quia cum dñ, qd daret eum dño cunctis diebus vitæ suæ: intelligitur de ministerio, quod fiebat coram domino, quod pertinebat ad sacerdotes, vel ad Leuitas, qd apparet, quia si solū uouisset mater Samuelis consecrare filium suum in Nazareum: non dedisset eum Heli sacerdoti in tabernaculo domini, vt maneret ibi ad ministrandū a puritia sua, quia uotum Nazareorum non exigebat, quod obseruans illum maneret in

D 2 sanctua.

In. 1. 13.

sanctuario, & tamen Samuel immediatè vt abla-
tus est datus fuit Heli sacerdoti, vt maneret semp
coram dño, vt patet infra in litera, & seq. c. ergo non so-
lum vouit votum Nazareorum, sed etiam qd maneret
semper ad ministrandum coram dño, & in foemina
non poterat hoc facere. ergo ad completionem voti
huius oportebat, quod ille, qui nascereur esset vir, &
sic petiuit Anna, vt daret sibi Deus sexum virilem.

An Anna possit vouere filium suum domino. Quæst. XV.

QUÆRETUR vterius an possit Anna vouere
filium suum coram dño ad ministrandum ibi
semper. Aliquis rñdebit, qd non, quia nō per-
tinet, hoc nisi ad sacerdotes: Samuel autem
non erat de genere sacerdotum, ideo non poterat ad
hoc voueri.

Respondendum est, quod ad sciendum qui pote-
rant voueri dño præsupponendum est, qd apud Iudeos
non erat sicut nunc: nam nunc quilibet potest ordina-
ri ad ordines sacros, & ministrare in eis coram dño;
vel applicare se strictiori vitæ in religione, in qua De-
us abundantius colitur, nec fit aliqua distinctio primoge-
nitorum. In ueteri autem testamento non poterant
omnes ministrare, sed solum illi, qui erant a Deo spe-
cialiter electi ad hoc: primogeniti autem inter Israeli-
tas erant obligati Deo specialiter ad ministrandū co-
ram eo, quia ipse liberauerat eos de Aegypto: vnde ex
tunc dicit eos specialiter esse suos Num. c. 3. & 8. re-
pult tamen Deos primogenitos omnium tribuum
a sacerdotio, & ministracione coram illo, eo quod in
fabricacione, & adoracione vituli omnes tribus pecca-
uerant præter Leuitas, vt colligitur Exo. 32. cap. ex ibi
dictis. Accepit igitur Deus tribum Leuitarum loco
oium primogenitorum Israel Num. c. 3. & 8. Distin-
xit aut istos Leuitas in duo genera ministracionū ge-
neraliter, qm quosdam fecit sacerdotes. scos, qui erāt
de genere Aaron, omnes aut alios fecit minores Le-
uitas ministrātes in alijs officijs minoribus: distinctio
autem officiorum istorum apparet Num. ca. 3. & 18.

ubi assignantur quædam sacerdotibus, & alia minori-
bus Leuitis. Dicitur etiam qd si aliquis de popularib-
us accederet ad ministeria istorum moreretur Num. c.
3. Pater ergo ex hoc, quod in lege veteri soli Leuitæ
domino ministrabant, scilicet sacerdotes, quam mino-
res Leuitæ: ideo sicut non liceret alicui de populari-
bus immiscere se officijs Leuitarū, vel sacerdotum,
ita non liceret ei vouere facere hoc, quia quod non li-
cebat fieri, non licebat voueri, cum votum sit propter
executionem. Si igitur Samuel non erat de Leuitis,
vel sacerdotibus, non poterat voueri ad ministrandū
coram dño. Vterius considerandum est, quod mul-
tum differt, qd aliquis voueret se, vel voueret ab alio
ad manendum coram dño, & ministrandum, vel qd
voueret se Deo totaliter, nihil aliud exprimendo.

Cum. n. aliquis voueret se ad ministrandū, vel ma-
nendum semper coram Deo, necessario intelligebat
votum illud de ministracione, quæ fiebat a Leuitis,
vel sacerdotibus, quia non contingebat alio mō corā
dño ministrari, & sic non poterat se aliquis vouere, ni-
si esset de genere Leuitarum, aut sacerdotum: si. n. ef-
set de istis tenebat votū, & ministrabat iste, qui se vo-
uerat in illo gñe ministracionis, qd conueniebat ei: si
autē esset de popularibus, & se voueret ad ministran-
dum non tenebat votum, quia sic se vouens non po-
terat exequi quod vouebat, immo peccabat in vouen-
do, sicut si quis voueret, quod occideret alium, vel
fornicaretur. Si autem aliquis voueret se domino to-
taliter non exprimendo aliquid vltra. scilicet dicendo, ego
voueo me Deo, conueniebat hoc, quia aut ille, qui sic

Quo uotū
est ualidū.

F vouebat, erat Leuita, vel sacerdos, aut erat popularis.
Si autem esset Leuita, vel sacerdos tenebat votum, &
habebat seipsum exhibere ad ministrandum semper
in genere ministerij sui. Si vero esset de popularibus
tenebat votum, non tamen debebat se vouens exhi-
bere ad ministrandum coram dño, quia hoc nō erat
ei licitū, sed dabat pro se precium tanq̄ esset Deo obli-
gatus, & tunc se redimeret: precium autem istud nō
erat idem pro omnibus, sed aliter dabatur pro femi-
nis, & aliter pro uiris, quia masculus ab vno mense vs-
que ad quintum annum dabat pro se quinque siclos.
f. parentes eius si vouerent eum, & a quinto anno vs-
que ad 20. dabat 20. siclos, a 20. autem anno vsque ad
60. dabat 50. siclos: ab anno autem 60. & vltra dabat.
15. siclos: femina verò ab vno mense usque ad annū
5. dabat tres siclos, a 5. vsque ad 20. dabat. 10. a 20. vsq;
ad 60. dabat 30. a 60. & vltra dabat 10. quod verum est
regulariter, secus autē de illo, qui se vouebat, & erat
pauper: nam secundum quod sacerdos videbat eum
posse soluere, sic iudicabatur esse soluendum: Leu. 27.

An Samuel debuit redimi, vel applicari ad cultum Dei.
Quæstio. XVI.

NUNC autem dubium manet de Samuele,
an deberet pro ipso dari redemptio siclo-
rum, vel deberet applicari ad cultum Dei.
Respondetur ex prædictis, qd cum Samuel
esset de genere Leuitarum, vt sup. q. i. declaratū est,
votum in eo tenebat, siue vouerēt simpliciter Deo,
siue voueretur ad ministrandum coram illo: qm ipsi
competebat aliquod ministerium Leuiticum, in quo
poterat coram domino ministrare, & in hoc quidem
non est dubium, cum mater sua non vouit eum sim-
pliciter, dicēs: ego voueo filium meum domino: sed
vouit eum ad ministrandum, & standum semper co-
ram domino, ergo oportebat, vel qd votum non tene-
ret, vel qd iste applicaretur ad ministrandum corā do-
mino: uotum autē tenere poterat cum ei compereret
aliquod ministerium Leuiticū, ergo necesse erat, qd
applicaretur Samuel ad ministrandū, & non daretur
p̄ eo precium. Sed manet dubium sit mater Samue-
lis dixisset voueo filium meum dño, nihil addens, an
tēneretur Samuel applicari coram dño ad ministran-
dum, vel posset pro eo solui precium. Rñdendum est, qd
debebat applicari ad ministrandum, quia quicumq; ali-
quis vouet seipsum dño dicens, ego uoueo me dño,
uel alius uouet eū sub hac forma: persona vouet, &
non res eius, nec aliquod precium pro illa, ideo dum
uotū obseruari potest, necesse est, vt sic teneatur, si-
cut emissum est, sed uouit iste personam, ergo appli-
cabat illam ad cultum Dei, & non precium pro illa,
qd autem data est redemptio quædam pro illis, qui se
uouebant Deo, non fuit rāquam quilibet uouens se-
ipsum deberet, vel posset istud precium soluere pro
seipso, sed factum est pro illis, qui non poterant dire-
ctè applicari Deo in personis suis, scilicet pro popu-
laribus, ut uota eorum non sint simpliciter inutilia,
de sacerdotibus autem, & Leuitis non est sic, quia
isti possunt applicari Deo in personis suis, ergo debe-
bant seipso Deo applicare, & non soluere precium:
Samuel autem erat huiusmodi, quia erat Leuita, iō
non debebat pro eo dari precium, sed mansurus erat
semper in Sanctuario ad ministrandum, sic enim fe-
cit mater sua, quia immediatè, vt ablaclatus est dedit
eum Heli sacerdoti summo, vt maneret semper in
Sanctuario, ut patet infra in litera, & sequenti ca-
pitulo.

An votum

An votum Anna fuerit de vouendo Samuelem ad aliquod mi-
nisterium sacerdotale. Quæstio. XVII.

SED adhuc dicit aliquis qd istud votum non te-
nuit, quia sicut non poterat aliquis de popula-
ribus vouere se dño ad ministrandū in aliquo
genere ministerij Leuitici, vel sacerdotalis, ita
non licebat alicui Leuitæ vouere se ad aliquod mini-
sterium sacerdotale, quia si se immisceret actibus sa-
cerdotalibus moreretur, quia dicitur Num. c. 3. qd sa-
cerdotium Aaron, & filijs suis solum cōcederetur, &
quicumque extraneus. i. de non sacerdotibus se immi-
sceret actibus sacerdotibus moreretur, quod patet
in Core, qui erat de Leuitis, & tamen quia uoluit sibi
vsurpare sacerdotium mortuus est tam ipse q̄ compli-
ces sui Num. 16. cap. sed ministerium istud. scilicet manere
semper coram dño ad ministrandum est sacerdotale,
quia non ministrant Leuitæ in sanctuario, vt decla-
ratum est Num. 18. cap. & Samuel erat de Leuitis, er-
go non poterat voueri a matre sua ad ministrandū, &
standum coram domino.

Respondendum est, qd non vouit Anna Samuelem
ad ministrandum coram dño in aliquo ministerio
sacerdotali. scilicet ad faciendū sacrificia, vel ad offerendū
panes propositionis, vel ad incendendum lucernas,
vel ponendum thymiam in altari, vel ad introeun-
dum in sancta sanctorum, quæ sunt ministeria sacer-
dotalia, sed vouit illum ad ministrandum coram dño
in aliquo ministerio Leuitico: erant namq; aliqua mi-
nisteria Leuitica, quæ possent fieri in sanctuario. scilicet
essent Leuitæ in sanctuario expectantes præceptum
summi sacerdotis, vt facerēt quicquid ille imperaret,
sic patet Num. 18. c. cum dicitur qd Leuitæ excubant ad
p̄cepta Aaron, & per hoc intelligitur de oibus alijs
summis sacerdotibus, & hoc satis apparet de Samue-
le infra in litera, cum dicitur qd Samuel erat puer accinctus
ephod lineo, & ministrabat coram Heli sacerdote. i.
ministrabat ad oia, quæ iubebat ei Heli summus sa-
cerdos. Sed adhuc arguetur, qd Samuel non solū fue-
rit deuotus a matre ad ministrandū in opere Leuiti-
co, sed et in ministerio sacerdotali, quod patet, quia
sacrificare est de principalibus ministerijs sacerdotū,
Samuel tñ faciebat sacrificia, vt patet infra c. 7. & 16.

Respondendum est, qd mater Samuelis non vouit
eum ad hoc, qd ministraret in faciendū sacrificia, sed vt
ministraret in operibus Leuiticis: postea autem con-
tigit ipsum facere sacrificia, non quidem ex necessi-
tate voti, vel ex officio suo, sed quia ex diuina dispen-
sacione datum est ei specialiter. Nam aliquando le-
gitur, qd Deus iussit ei facere sacrificia, vt patet in-
fra 16. cap. ideo quamquam non esset sacerdos, im-
mo nec Leuita, sed purè laicus tenebatur obedire sa-
crificando. De alijs autem vicibus, quibus sacrificauit
quamquam specialiter nō legatur, qd Deus ei hoc ius-
serit, tamen est intelligendum, qd Deus ei iussisset, qd
propheta erat, & a Deo reuelacionē accipiebat, ideo
omnis populus sic intelligebat, & quamquam scirent
eum nō esse sacerdotem, tamen permittebant sacri-
ficia facere, apparet igitur ex prædictis, qd tenuerit vo-
tum factum de Samuele a matre sua, & ad quod o-
pus eum vouerit.

Quæ opera competebant Samuelli ex voto matris,
Quæstio. XVIII.

QUÆRETUR vterius cum Samuelem vouis-
set mater sua ad ministrandum coram dño in
opere Leuitico, quæ opera ei competeabant.
Respondendum est, qd non sunt eadē opera
oium Leuitarū, sed sicut sunt tres familiae Leuitarū,
Alph. Toft. In Primum Regum.

A ita erāt eis datæ ministraciones triplices, vel saltē mul-
tiplices inter se non conuenientes, sed istæ ministra-
ciones non sunt similes pro omni tempore. Nam eo
tpe, quo Israelitæ fuerunt in deserto erat quædam mi-
nistratio Leuitarum in custodiendo sanctuarium. scilicet
excubando in circuitu illius, ne accederent alicui de
popularibus: Nu. c. 1. & 2. & in hac ministracione non
differebant Leuita, nisi quantum ad situm, quia oēs
excubabant in circuitu sanctuarij, sed sacerdotes qui-
dem in latere orientali, Gersonitæ verò ad latus occi-
dentale, Caathitæ aut in latere meridiano, Merarite ve-
rò in latere aquilonari: Num. cap. 3. Erant aut præter
hanc tres ministraciones, scilicet deponere tabernaculū &
erigere atq; portare in via. Nā per desertū Leuitæ ha-
bebant curā istorum, & in his erat distinctio: qm alię
partes sanctuarij p̄tinebant ad Gersonitas, aliæ ad Me-
raritas, aliæ ad Caathitas: vasa nāque sanctuarij, q̄ non
erāt partes eius, sicut arca fœderis, altare holocausto-
rum, altare thymiamatis, candelabrū aureū, & mensa
ppositionis, & labrū gneum cum vasculis suis p̄tine-
bant ad Caathitas, vt patet Nu. c. 3. & 4. Gersonitæ ve-
rò portabant oia, q̄ p̄tinebant ad pelles, & vestes. scilicet oia
operimenta, & vela, atq; tentoria sanctuarij cū adhe-
rentibus sibi: Merarite aut portabāt oēs columnas tā
lineas, q̄ æreas cū capitibus suis, & vasibus, & oēs tabu-
las totius tabernaculi: de his Nu. c. 3. & 4. Si ergo fuis-
set m̄ Samuelis qm manebant Israelitæ in deserto, &
vouisset filium suum ad opera Leuitica, ipse h̄ret offi-
cium excubandi in circuitu sanctuarij, & portandi va-
sa cū Caathitis, quæ erat de stirpe Caathitarū, vt patet
1. Paral. c. 6. Fuerūt aut alia officia Leuitarū postq̄ in-
gressi sunt in terrā Chanaā vsq; ad tpa David: iam. n.
non manebant in prioribus officijs, cū nō portaretur
sanctuariū dñi de loco ad locū, sicut prius portari cō-
sueuerat, nec oportebat, qd excubarent Leuitæ in cir-
cuitu sanctuarij, sicut prius faciebant, sed erāt eis alia
officia, sicut claudere ianuas sanctuarij, & attētos esse
ad iussa sacerdotū si quid eis facere imperaret: pro
hoc aut tpe non videbat esse aliqua distinctio mini-
stracionis in Gersonitis Meraritis Caathitis: sed oēs
erant attentī ad præcepta sacerdotū, quotquot eis iu-
berēt, nec pro tpe isto legit aliquid aliud fuisse distin-
ctū: in hoc aut tpe fuit Samuel: iō videtur qd nō esset
aliqui sp̄ale ministeriū inter Leuitas, ad qd ipse appli-
cari deberet, sed quodcūq; ei iuberēt sacerdotes, hoc
faceret. Tertiū sp̄s ministracionis Leuitarū fuit post
David: ipse. n. statuit Leuitas distinctos quosdā faciēs
janitores, alios cantores, alios thesaurarios, & sic de
alijs officijs, de quibus 1. Paral. 25. & 26. c. Et si pro illo
tpe fuisset Samuel sacerdos, oporteret, qd ipse accipe-
ret illam ministracionem, quæ pertinebat ad Caathi-
tas: sed quia fuit in priori tempore, non erat ei aliqua
distincta ministratio.

An Samuel potuerit voueri ad ministrandum domino, cum
esset ad hoc obligatus. Quæst. XIX.

QUÆRETUR vterius, an Samuel potuisset vo-
ueri ad ministrandū dño. Dicit aut aliquis, qd
non: quia per votū incipiebat res p̄tinere ad
Deū, quæ ante nō p̄tinebat, sicut per oblatio-
nē uel donationē, sed illud qd iam p̄tinet totaliter ad
aliquē non pot̄ effici iterū, qd p̄tineat ad eū: qm quod
meū est ex vna cā, ex altera meū effici non pot̄, nisi
desierit esse meū: ext. de fide instr. c. inter dilectos: sed
sic erat de Samuele, qd ipse erat Leuita de Caathitis.
1. Paral. c. 6. ergo ex hoc pertinebat ad ministracionē
Dei, ergo non poterat effici per votū, qd ipse p̄tineret
ad Dei ministracionem. Item Deus vetuit primoge-
nita voueri, eo qd iam erant Deo obligata: Leu. c. 17.
scilicet primogenita, q̄ ad Deū pertinet, nemo sanctificare
poterit

Ministra-
ciones Le-
uitarum.

poterit & vouere: sed sic erat de Leuitis, qd ipsi erant loco primogenitoru Israelis: Num. 3. & 7. ergo sicut primogenita voueri non poterant, ita & Leuita.

Respondendum est, qd Samuel, vel aliquis alius Leuita non poterat voueri ad ministrandum dno soli, sed oportebat poni aliqua determinatione, per qua superadderetur aliquid ad obligationem ministracionis Leuiticae. s. qd nunc, vel tunc, aut tali die, vel tali ministraret, vel omni tempore. Si aut solum aliquis Leuita voueret se ad ministrandu coram dno, ita qd per quamcunq; ministracionem impleretur, istud votum non tenebat, quia nihil votum faciebat, cum Leuita ante hoc teneretur ad aliquam ministracionem.

Qualis erat obligatio Leuitarum in ministerio Dei, Quaesitio. XX.

PRO quo sciendum, qd omni tempore, quo mansit status Iudaicus Leuita & sacerdotes non ministrabat omnes simul toto tpe, sed per vices. s. aliqui nunc, & alij post, & postq; aliquis expleffet tps ministracionis suae, redirebatur in urbem suam, manebatq; ibi vsque ad aliam ministracionem, quod patet Deuter. c. 18. vbi dicit, qd si alius Leuita vellent manere in domo dñi ad ministrandu, ibi posset manere, & daretur ei portio, sicut alijs Leuitis, quia eo tpe ministrabant coram dno, ergo ministratio per tpa erat, quia alias non diceretur: Qui eo tpe ministrant coram dno, Nec et qd aliquis Leuita posset ascendere in sanctuarium, sed quod obligaret ibi semper esse: ideo cum per votum aliquis se obliget Deo, qm non fuerit Deo obligatus, quantum ad id, in quo non fuerit obligatus, potest iterum obligari; de Leuitis aut sic est, quod ipsi non erant obligati ad manendu semper, & ministrandu coram dno; sed solum tempora, ergo posset aliquis se vouere ad semp manendum & ministrandum, & additur hic aliquid, qd causet votum: tale aut fuit votum Annae: quia non solum vouit filium suum dno, sed et vouit dno, qd maneret oibus diebus vitae suae coram dno, vt patet in littera, ergo aliquid proficiebat obligatio.

Sed adhuc aliquis dicet, quod Samuel non poterat voueri ad semper manendum vel ministrandu coram dno, quia Nu. c. 30. declaratum est, qd non poterat aliqs de sacerdotibus veteris testamenti vouere seipsum ad quotidie facere sacrificia, vel quotidie accendere lucernas, aut cremare thymiam, vel ponere panes p-positionis in mensa, quia hoc erat in iudicium aliorum sacerdotum, qui facere debebant hoc, cum ipsi perciperunt ea quaedam iura ex his ministracionibus: ita ergo de Leuitis erit, qd non poterit vnus semper ministrare coram dno in praedictum aliorum, quia accipere tunc iura, quae alij accepturi essent pro ministracione.

Respondendum est, qd non erat simile de sacerdotibus & Leuitis, quia sacerdotes habebant officia determinata. s. incendere lucernas, facere sacrificium, & similia, & istis ministracionibus erant annexa iura, vt patet de facientibus sacrificia, qm habituri erant certam partem ipsorum. s. de holocausto pell. Leui. c. 6. de hostia pacifica pectusculum & armum dextru: Leui. 7. c. de hostia aut pro peccato habebat totam hostiam, praeter adipem, qm non crematur extra castra: Leui. c. 6. Et cum sacerdos aliquis faceret quodcunq; de istis sacrificijs, ei soli cedebant ista iura: si aut aliquis alius facere vellet, illa, vsurpabat sibi iura, & qa in hoc grauaentur multi, Deus ordinauit, vt aequaliter diuideretur ministratio, & iura per sacerdotes: Leui. cap. 6. f. aequa mensura per singulos diuidetur. De Leuitis aut non erat sic, quia postq; exierunt de deserto, non ha-

Fuerunt officia determinata vsq; ad tpa Salomonis, vt sup. q. 18. declaratum est, & quamq; ministraret in aliquibus officijs, quae eis iuberet sacerdos, non erant annexa aliqua iura illis ministracionibus sacerdotu, ideo non grauaent vnus Leuita alium, dato qd pluries ministraret qd ipse: solum aut erat hoc qd oibus Leuitis existentibus in loco sanctuarij, dabatur quaedam portio ad sustentatione, & ista comiter dabatur, nec poterat aliquis grauari quantum ad illam. Cum oes illi, qd essent in loco sanctuarij percepturi erant eam, & si aliquis vellet dicere nimis improprie se esse grauatu non poterat, quia ex iure hoc fiebat: statuerat. n. Deus qd quicumque Leuita veniret in locum sanctuarij ad ministrandu coram dno, perciperet eadem portione, qua percepturi erant oes, qui in eodem loco manent ministrantes tpe illo: Deuter. c. 18. patet igitur, qd poterat Samuel voueri ad ministrandu, & manendu semper coram dno, nec in hoc praedictum alicui, quia qd potest aliquis facere sine voto, potest facere cum voto, sed sine voto quilibet Leuita poterat ire ad locum sanctuarij, & manere semper ibi, atque recipere portionem: Deuter. c. 18. ergo poterat quilibet se ad hoc vouere: vnde fuit conueniens votum Annae.

An Samuel, & Anna, & vniuersaliter patres possint vouere filios domino, & an teneretur filius complere votum. Quaesitio. XXI.

QVAERETVR vterius an patres, & matres Samuelis potuerunt vouere ipsum dno, quia vouere aliquem Deo est obligare ipsum: sed non potest pater tres simpliciter obligare filios ad quaecunq; voluerint, quia non sunt eorum dñi: sed hoc in voto Samuelis erat obligatio ad oes tps, & in oibus alijs votis poterat esse obligatio totalis: ideo non possent patres vouere filios.

Respondendum est, qd patres vouere potest filios: sed an possent eo modo, quo Anna vouit filium suum non patet: nam Leui. 27. c. ponitur de illis, qui sanctificant dno per votum, & quantum quilibet eorum debet soluere pro redemptione voti: ibiq; ponitur de puero, cui est ab uno mense vsq; ad quinq; annos, & de puella eiusdem aetatis quantum soluere debent, & tñ constat de istis, qd ipsi non potest seipsos vouere pp defectu aetatis, cum uix loqui possint: oportet ergo qd ab alijs noueant. s. a parentibus. Dicendum aut qd quantum ad hoc non est simile de voto populariu & sacerdotu, & Leuitarum, quia cu populares nouebant seipsos Deo, uotum erat comutabile in pecunias: Leui. 27. c. cum aut sacerdotes, & Leuita uouebant seipsos non dabantur pecunia, sed ipse personae ad ministrandu, ut patet ex supra declaratis. Gñaliter ergo dicendu, qd laici inter Iudaeos poterant vouere filios suos dno, siue essent illi filii paruuli, siue magni, quia uouendo illos nihil uolebant de illis, sed de rebus suis, cum pater uouens filium daturus esset certam pecuniam pro illo, & quia liberu erat ipsis paratibus dare de suo quidquid uoluissent, liberu erat uouere filios suos. In Leuitis autē & sacerdotib; uidebat eē dñi, qa si ipsi uouerent non uouerent res parentu, sed ipsimet filij, nec debent fieri in eis aliqua redemptio, uel comutatio, ut sup. q. 15. declaratu est, & quia parentes non habent omne ius filiorum, cum sint hōes liberi: multu dissimile est a pcedenti casu. Pro quo sciendum, qd cum uotū cōstat in spontanea promissione facta Deo de rebus nostris, quilibet poterit tñ uouere de re, quantum ad eum pertinet: filius aut ex aliqua parte pertinet ad patres, & ex aliqua est sui iuris: in quantum enim filij sunt paruuli pertinent ad iura parentu, cum sint quaedam partes ipsoru iuxta Arist. Ethic. lib. 6. f. filius est quaedam pars patris, donec

Qua parentes potest uouere filios & quomodo non.

In q. 16.

donec sit pellicon. i. emancipatus, vel magnus. Cu autem filij efficiuntur magni perueniunt ad iura sua, id patres non possunt de ipsis quiddam disponere, sed ipsimet filij: de voto autem Samuelis sic erat. s. quod si parentes uouerent eum domino ad ministrandum pro eo tempore, quo erat sub potestate ipsorum, tenebat votum, & ipsi cogebantur implere. s. ponentes eum in loco sanctuarij ad ministrandu: si autem esset magnus effectus, non potuissent eum vouere, nisi ipse consentiret voto eorū per uoluntate sua se obligas: nunc tñ non fuit sic, quia Samuel quado deuouit eum mater sua nondum erat, & deuouit eum pro oibus diebus vitae suae, ergo votum istud non tenebat simpliciter, quia uolebat id quod non erat in potestate sua, sed tenebat quantum ad aliquid. s. pro toto tempore pueritiae: tunc enim cogere debent parentes eius illum, vt maneret in sanctuario, sed postquam effectus esset iuuenis poterat recedere a voto, vel manere, nec erat in hoc ipse fractum voti, quia non fuerat obligatus ad maiora, nec etiam parates, quia non potuerit eum pro illo tempore obligare: Samuel tamē obseruauit semper votum factum a parentibus manens semper in cultu domini.

An mater sola possit uouere filium. Quaesitio. XXI.

QVAERETVR vterius an mater Samuelis potuit eum aliquo modo vouere domino. Na dato, qd uterque parens simul, vel ipse pater p se possit vouere filium pro aliquo tempore: tñ de matre non videtur sic. Causa est, quia filij nunq dicuntur esse sub potestate materna, sed sub paterna: etiam nunquam dicuntur eximi a materna potestate, sicut a paterna, quia patribus concessa est tam potestas super filios, quam administratio super bona: sed uouere est actus cuiusdam potestatis ipsius uouentis super id, quod uouet: ideo mater cum nihil posset super filium, non poterit eum vouere. Et sic dicendu de matre Samuelis, qd ipsa non poterat uouere illum ad manendum coram dno paruo aut magno tempore, nec valebat uoti ex eo quod ipsa faciebat, nisi adesset consensus uiri. Habuit tamen causam rationabilem Anna ad uouendum, quia ipsa nondum habebat filium, & naturaliter videbatur sibi impossibile: si autem daretur illi hoc esset per preces eius: ideo tunc magis pertineret filius ad eam quam ad patrem suu: ideo rationale erat, vt ipsa posset vouere illum. Nec tamē hoc solum fuit, sed etiam Elcana pater Samuelis consensit voto Annae, & ipse nouiter uouit, id qd Anna: tunc autem, quia ambo parentes potestatem habebant super paruulum poterant eum vouere domino: sic patet infra cum dicitur: ascendit autem uir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret hostiam solemnem, & votum suum, ergo videtur qd ipse aliquid uouerit de Samuele filio suo, qd autem ipse consenserit voto uxoris, patet infra in littera. s. Anna autem non ascendit: dixit. n. viro suo, non vadam donec ablaſtetur infans, & ducam eum, & appareat in conspectu domini, & maneat ibi iugiter, & ait ei Elcana fac, quod tibi uidetur bonum: apparet igitur qd Elcana confirmauit votum Annae, & sic tenuit: si aut sola fuisset in voto non tenuisset. *Dabo eum domino omnibus diebus vitae eius.* Idest offeram eum ad hoc, qd maneat tota uita sua in ministerio dñi. qd Samuel ex eo, qd erat filius Leuitarum, tenebatur ad ministrandum coram dno aliquo tpe, sicut ceteri Leuita: ex voto aut obligatus fuit ad maiora. s. vt semper maneret coram dno: intelligedo quidem, vt supra diximus. q. 21. f. qd parentes non poterant eum obligare ad tñ tps: poterat tñ ipse se obligare, si se uouisset. *Et nouacq;*

Alph. Toft. In Primum Regum.

Ala non ascendet super caput eius. Idest nunq iste puer non debetur, vel abscinditur aliqui capilli eius: istud erat aliud votum, quod dicitur Nazaeorum, qui in lege veteri erant segregati a caeteris.

Erat aut aliquod opus laudabile obseruare talia, & obseruantes laudantur, sicut patet c. 4. f. Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebor antique, saphiro pulchriores: denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhastit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum: posuerat autem Deus in lege veteri caeremonias Nazaeorum tanq aliquid speciale, & ob hoc illi qui uolebant Deo cōplacere specialiter obseruabant istud votum, sicut nunc, qui profitentur aliquam religionem, in qua est strictior modus viuendi qd in saeculo: mater aut Samuelis cum sciret se non posse habere filium, nisi Deus ei specialiter daret, uoluit eum totaliter Deo applicare, & sic non solum applicauit eum ad ministracionem Leuiticam uouens illum pro omni tpe vitae suae, sed etiam uouit eum ad ritum Nazaeorum, nec reueriebantur alij modi specialiores viuendi inter Iudaeos ad quos Anna vouere posset Samuelem: dixit aut qd nunq ascenderet nouacula super caput eius, non quidem solum intelligens obligare eum ad hoc, sed etiam ad totum uotum Nazaeoru: expressit tñ de capillis nunq tondendis, quia principalis caeremonia Nazaeorum consistebat in capillis: ideo quando votum Nazaeorum infringebatur, dicebatur qd polluebantur capilli Num. cap. 6. & ibi declaratum est.

Nazaeorum votum, in quo consistebat. Quaesitio. XXI.

QVAERETVR de voto Nazaeorum, in quo consistat, & quid obseruabant Nazarei.

Respondendum est, qd votum Nazaeorum erat duplex, quoddam erat perpetuum, aliud aut temporale: de perpetuo patet hic in Samuele, qui omni tpe ministraturus erat corā dno, & futurus Nazaeus: patet et de Samſone Iud. c. 13. de quo dicit, qd non tangeret nouacula caput eius, & erit Nazaeus ab infanzia sua ex utero matris. Aliqñ aut votum istud erat tēporale, vt patet Num. c. 6. ubi ponitur de caeremonijs, quae fiebat in fine uoti Nazaeorum: si tñ esset perpetuum nunquā finiretur, nisi morte obseruantium, & sic non fieret aliquae caeremoniae pro expletione uoti. Considerandum aut circa Nazaeos, qd tam tēpales qd perpetui cōueniebant quantum ad ritus, quos obseruabant tpe uoti: sed discōueniebant quantum ad illos, qui obseruabantur in cōpletione uoti. Primi ritus erant qd Nazarei non biberent uinū, nec acetum, aut sicerā, vel aliqd quod, inebriare potest, & qd non comederent uuas uirides, aut siccās, nec quiddquid ex uua exprimitur: et qd nunquā tonderent nouacula, nec abscinderent capilli eorum aliquo modo: et qd nunquā irent ad plantatum, vel funera mortuorū, etiā si esset pater vel mater aut fratres: Num. c. 6. Secundi ritus erant qui pertinebant ad Nazaeos tēpales solum. s. qd qñ contingeret eos incurrere in immundicia, vt pote aliquo moriente coram eis, uel si ipsi tangerent cadauera, aut sepulchra, vel familia emūdarent abscindedo oes capillos suos: quia illi immūdi erant, & offerendo sacrificia uotūq; a principio repetendo: et qd qñ isti finirent tps consecrationis suae in uoto Nazaeorū raderentur capilli eorum, & cremarentur super altare: facerentq; sacrificia ois generis pro solēnitare completionis, de quibus habetur Num. cap. 6. In uoto autem perpetuo Nazaeorum considerandum est, qd non obseruabantur caeremoniae, quas obseruabant Nazarei tēporales, quia istae solēnitates sunt expleto uoto, sed in perpe-

Nazarei erant sicut Religiosi.

Votū Nazaeorum duplex: perpetuum & tēpale, & de caeremonijs istorum uotuum.

Ead Nazaeos tēpales solum. s. qd qñ contingeret eos incurrere in immundicia, vt pote aliquo moriente coram eis, uel si ipsi tangerent cadauera, aut sepulchra, vel familia emūdarent abscindedo oes capillos suos: quia illi immūdi erant, & offerendo sacrificia uotūq; a principio repetendo: et qd qñ isti finirent tps consecrationis suae in uoto Nazaeorū raderentur capilli eorum, & cremarentur super altare: facerentq; sacrificia ois generis pro solēnitare completionis, de quibus habetur Num. cap. 6. In uoto autem perpetuo Nazaeorum considerandum est, qd non obseruabantur caeremoniae, quas obseruabant Nazarei tēporales, quia istae solēnitates sunt expleto uoto, sed in perpe-

D 4 tuis

ruis nunquam expletur votum: dubium autem manet de alijs caeremonijs, quae fiebant, quando Nazareus incurtebat immunditiam an seruarentur in Nazareis perpetuis. Nam hoc non tollit perpetuitatem voti, sicut tollunt caeremoniae factae in completionem. Dicendum tamen, quod etiam istae caeremoniae factae propter pollutionem Nazarei non obseruabantur in perpetuis Nazareis, quia iste sunt in Nazareis: temporales ad hoc quod dies praecedentes voti habeantur tanquam irriti, & incipiat nouiter obseruatio emundato Nazareo. In Nazareis autem perpetuis siue dies praecedentes ad pollutionem efficiantur irriti, siue non, nihil differt: quoniam non potest decurtari, aut dilari terminus voti cum semper sit perpetuum, ideo nihil magis differt fieri caeremonias illas ad purgationem quam non fieri, in temporalibus autem erant necessariae, ut supra dictum est: Samuel autem erat de Nazareis perpetuis, ideo non debebat seruare aliquam istarum seruandarum caeremoniarum, sed solas primas.

Considerandum ulterius de isto voto Nazareorum circa Samuelem, quod parentes eius poterant eum obligare ad illud, non tamen pro omni tempore, sed solum quoniam erat sub iure eorum. In parua aetate, cum autem factus est iuuenis, & sui iuris, non obligabatur obseruare, nisi ipse voluntate sua parentum confirmaret votum: creditur tamen quod ipse obseruaret omnia, quae mater sua uouerat, quia ipse non poterat nasci naturaliter, cum mater sua esset sterilis, nisi Deus cooperaretur supra vires naturae, quia ergo Deus sibi tantum bonum specialiter contulit. Quod esset & hoc per preces, & vota matris, debuit ipse obseruare quidquid mater uouerat tanquam propter istud esse ceperit. Dicendum etiam de isto voto Nazareorum, quod Samuel non tenebatur illud obseruare aliquo tempore, dum esset puer, vel iuuenis ex solo voto matris, sed quia accessit consensus paternus habuit firmitudinem: quod apparet per ea, quae diximus supra. Quod de voto ministrantis semper coram domino. *Factum est autem cum illa multiplicaret preces.* Hic ponitur quomodo locutus fuerit Heli sacerdos ad Annam matrem Samuelis, & hoc cum videret eam orantem, & nihil loquentem, putauit esse ebriam, ut patet infra. Et dicitur, quod illa multiplicabat preces coram domino. I. multa uerba effundebat, quae autem illa essent dicitur supra, quod fuit istud votum. I. dicitur exercituum si respiciens uideris &c. sed ista pauca uerba sunt: ideo non poterat dici, quod multiplicaret preces: nisi forte dicitur, quod saepe ista uerba dicebat: magis tamen uideretur dicendum, quod ipsa addebat multa alia uerba exprimentia amaritudinem cordis sui. I. quomodo affligeret eam emula sua. Nam infra dicitur ex multitudine doloris, & meroris mei locuta sum usque in praesens. I. quod omnia uerba, quae ipsa locuta fuerit exprimebant amaritudinem suam: sed in istis uerbis solis non multum exprimeret doloris sui: etiam satis uideretur, quod Anna uouerat aliquid alterum: quoniam postquam puer ablatuatus est duxit eum Anna coram domino, cum magnis numeribus, ut patet infra: satis autem est rationabile, quod illa essent ex voto. Nam etiam de uiro suo Elcana dicitur, quod obtulit votum pro Samuele, ut patet infra. I. ascendit uir eius Elcana, & omnis domus eius, ut immolaret domino hostiam solennem, & votum suum: scriptura tamen non curat omnia enarrare, sed ea, quae sunt magis necessaria, & quia Samuel ministravit postea semper coram domino, & hoc fuit, quia mater eius sic uouit eum, ponit scriptura, quod fuerit istud votum. *Coram Domino.* Scilicet quod Anna erat intra templum coram domino fundendo preces.

Quomodo licuit Anna intrare in templum ad orandum. Quaesitio. XVIIII.

QUAE R ET aliquis quomodo licuit Anna introire in templum, quia Israelitae populares nunquam ingrediebantur in atrium tabernaculi, quod erat prima pars eius, nisi quoniam faciebant sacrificia, ut ibi sacrificarent & epularentur, quia tunc offerens portabat animal suum intra atrium usque ad ostium tabernaculi, & ibi offerebat sacerdoti, ut patet ex processu Leuitici multoties: etiam cum facta essent sacrificia pacifica populares offerentes comedere debebant partes sibi prouenientes, & illa comedebant intra atrium tabernaculi, ut patet Deuteronomio. c. 12. & 16. cum dicitur, quod offerentes epulabantur coram domino. In sanctuario in atrio illius: alias autem non in qua licebat popularibus introire in sanctuarium, imo nec tangere illud: nam propter hoc excubabant Leuitae in circuitu sanctuarii per quatuor latera eius Num. cap. 3. ut non accederent populares: & si quisquam accederet, moreretur. cap. 1. Num. Anna igitur non poterat introire in sanctuarium, nisi ad offerendum, vel comedendum ibi de cibis oblati: neutrum tamen horum faciebat tunc Anna, sed orabat: ideo uideretur quod non poterat intrare.

Respondendum est, quod tempore, quo fuit tabernaculum in deserto, Israelitae populares nunquam poterant introire in aliquam partem sanctuarii, nisi offerrent sacrificia, vel comederent de sanctificationis, ut dictum est: postquam tamen fuit sanctuarium fixum in terra Chanaan secus erat, quia ibi totum sanctuarium. I. tabernaculum, & atrium eius erat intra unam magnam domum, sicut patet in templo Salomonis, & intra illam domum licebat cuiusque; Iudaeo uolenti orare introire quocumque; ueller, quia ibi non erat aliqua pars sanctuarii, sed intra atrium, vel tabernaculum iam nullus introibat ad orandum, vel sumendum cibum, nisi sacerdotes pro ministracionibus suis: tota autem ista magna domus uocabatur templum, vel locus sanctus, quia sanctior erat omnibus habitaculis Israelitarum: non tamen erat tantae sanctitatis, quanta erat atrium tabernaculi tempore, quo Israelitae erant in deserto: ideo nunquam licebat Israelitis introire in illud, nisi ad sacrificandum, vel ad comedendum de sanctificationis. In templo autem licebat introire omnibus Israelitis non immundis quandoocumque uellent, siue ad adorandum, siue ad audiendum uerbum Dei, vel ad quaecumque alia honesta negocia: sola autem illa, quae erant aliquantulum in honesta prohibebantur, sic enim patet Matth. 2. 1. cap. & Ioan. 2. cum Christus intrans in templum eiecit omnes ementes, & vendentes, & mensas nummulariorum, & cathedras uenditium columbas euerit dicens: Domus mea domus orationis uocatur.

Ad istam autem partem templi introiuit Anna ad orandum non accedens ad sanctuarium, quod intra erat, quod patet, quia ipsa stetit apud portam illius sanctuarii, quod apparet, cum dicitur supra, quod erat Heli sedens in sella apud postes templi domini, & tamen ipse ex loco suo respiciebat ad os Annae, ut uideret quid loqueretur, & non audiebat uerba: dixitque, ad eam quousque ebria eris? Ergo uideretur quod ipsa erat propinqua Heli: alioquin non loqueretur ei sic, nec conareret audire quid illa dicebat: erat tamen Heli apud portam exterius, ut dictum est, ergo ipsa erat apud portam, & non accessit ad sanctuarium. I. tabernaculum, vel atrium illius, & tamen dicebatur esse coram domino, quia tota illa domus erat specialiter Deo dedicata, & ibi Deus habitabat. *Ut Heli obseruaret os eius.* Idest accidit, quod Heli sacerdos attenderet ad os illius, ut audiret quid loquebatur: hoc autem faciebat forte, quia uidit eam

eam intrantem uultu turbato ex amaritudine cordis, & desiderauit scire quid illa diceret, vel quia morabatur nimis in oratione, & uidebat semper labia illius moueri: ideo existimabat quod aliquid uile ualde uel speciale diceret, & ob hoc scire uolebat. Istud autem uerius est ut patet ex litera, cum dicitur, quod cum Anna multiplicaret preces Heli obseruabat os eius, i. quia uidit Heli quod multiplicabat Anna preces, multiplicando nimis in oratione, uolebat attendere quid diceret.

Porro Anna loquebatur in corde suo. Idest quamquam Heli diligenter attenderet, ut audiret quid Anna dicebat: tamen non audiebat, quia loquebatur in corde suo, i. idest intra se: non est autem sensus quod aliquis propriè loquatur in corde, quia locutio ad uoces pertinet: & istae sunt prolatae realiter, & non in corde: quae autem sunt in corde, sunt conceptus: non intendit tamen scriptura dicere, quod ipsa loquebatur in corde suo, i. idest solum formabat conceptus in corde: quia dicitur hic quod labia illius mouebantur, quia labia nunquam mouentur, nisi cum est aliqua realis uocum formatio: idest dicitur quod Anna loquebatur in corde suo, i. idest uoce submissa, ita quod nullus audiret uerba illius: & sic Heli non audiebat. Aliqua tamen uerba fiebant extra cor.

Tantum labia illius mouebantur, & uox illius penitus non audiebatur. Idest Anna nihil habebat de figura loquentis, nisi quod mouebantur labia illius quod realem facit locutionem: tamen uox penitus non audiebatur, idest etiam si quis prope accessisset, non audiret: ex hoc autem apparet quod Anna erat apud Heli satis propinqua ei, alioquin quamquam Heli non audiret uocem illius, sed uidisset labia moueri, non aestimasset aliquid malum de ipsa, sicut infra sequitur, quia putaret, quod quamquam ipse non audiret uoces propter distantiam, tamen illa aliquid realiter loquebatur.

Aestimauit ergo eam Heli temulentam. Idest & propter praedicta Heli putauit quod Anna erat ebria. Cum enim ille esset propinquus illi, & uideret labia eius moueri, nihilque audiret, putauit quod nihil loquebatur, sed quod erat ebria, & ex ebrietate mouebat labia nihil loquens: solent enim homines ebrii, uel stulti interdum inordinate labia, uel alia corporis membra mouere, existimauit etiam hoc, quia Anna nimis morabatur in orando, & hoc iam non putabat Heli esse orationem, sed ebrietatem, uel insaniam, quia oratio breuiter fit.

Dixitque ei usquequo ebria eris? Idest quamdiu durabit ista tua ebrietas? quasi dicat iam multum durat, cum moueris labia a multo tempore nihil loquens; cessata igitur ab hac ebrietate: existimauit enim Heli non esse conueniens quod mulier illa maneret ibi, si ebria erat, quoniam uilipenditur sic sanctuarium, quod recipiantur in eo ebrii, uel insanientes: cum habeant isti inordinatos motus corporis.

Digere paulisper uinum, quo mades. Idest non maneat hic mouendo labia frustra quousque euaporauerit ebrietas, sed uade & digere paulisper uinum, quod bibisti. Dicitur autem paulisper, idest successiue, uel leuiter sine tali motu corporis, in quo suadebat ei, quod iret ad dormiendum: & sic paulisper digeretur uinum: nullus enim melior modus ad tollendam ebrietatem est, quam somnus. Cuius causa est, quia ebrietas causatur propter multitudinem uini emittentis multos fumos grossos ad cerebrum, & impediens phantasiam, ita ut erret ebrius ab omni operatione humana: in somno autem digeritur ista fumorum pluralitas in cerebro, & humor uinaticus in stomacho, postquam de ebrietate nihil manet, nisi solus ardor, & desiderium bibendi propter desiccationem magnam ex forti di-

Medicina ad tollendam ebrietatem.

gestione: & tunc homo sobrius est. Breuius autem ebrietas tollitur in somno quam in uigilia: quia digestio uelocior & fortior fit animalibus dormientibus quam uigilantibus. Nam tunc omnes uires naturales fortius operantur: uires autem animales & rationales nihil omnino, aut ualde parum: cuius causa est, quia uirtus animae in uigilia dispergitur ad operationes rationales animales naturales: in somno autem solum intendit operationibus naturalibus: ideo necesse est quod fortius, & uelocius expedit illas, quia uirtus unica fortior est ipsa diuisa: & quanto aliquid in plura diuiditur ad singula minus fit. Istud autem erat sanum consilium Annae si ebria fuisset, quia citius tolleretur ebrietas, & magis sine labore, & honestius quam quod cunctis ex motu corporis ebria appareret.

Dixit autem illam uino madere: quod signat superabundantiam. Nam si quis uinum sumpsit sobrie ad mollificandum cibum, requiritur & ad conferendam interiorum temperiem. Cum uero quis super modum supressit, dicitur madere, quia uino uidetur esse perfusus tam intra quam extra: sicut res, quae multum humida est.

Respondens Anna (nequaquam inquit Dominus mi.) Anna sobria erat, imo nimis sobria: quia praeter amaritudinem cordis, nec cibum, nec potum capere uolebat, ut patet supra, ideo cum uideret ex uerbis Heli se reputari ebriam, respondit nihil esse huiusmodi: Heli autem ualde ebriam eam putabat, unde dixit illam esse temulentam, i. plenam forti uino: dicitur enim temulentus de temetum, & lentos quod est plenum. Nolebat autem reputari Anna ebria, nec dicebat, sed magis uoluit significare sacerdoti causam orationis suae: ut sic forte adiuuaret eam, quod & factum est: Heli tamen non nimis errabat, quoniam in talibus festiuitatibus solebant aliqui Israelitae nimis inebriari, eo quod offerebant uictimas magnas, & cum haberent cibos multos atque gaudium incubebant uino: Deus enim dixerat eis, quod in talibus festiuitatibus comederent abundanter, & letarentur. De hoc Deut. cap. 12. I. lataberis atque reficieris coram Domino Deo tuo in cunctis, ad quae extenderis manum.

Nam mulier infelix nimis ego sum. Excusat se Anna quod non sit ebria dans causam, quare mouerit labia magno tempore orando, sicut mulier infelix ego sum, scilicet non feci ex ebrietate mouente, sed quia eram nimis amaro corde tam diu orauit: si enim fuisset causa leuis breuiter potuisset causa proponi: sed ad tantam amaritudinem exprimentam necesse fuit diu in uerbis morari. Vocat autem se Anna infelicem propter duo; primo propter defectum prolis: nam si mulieres propter abundantiam prolis uocabantur felices, ita est contrario uocabuntur infelices propter defectum prolis. De felicitate patet, quod aestimata sit in abundantia prolis, ut patet de Lia Gen. cap. 30. quae cum peperisset duos filios, & haberet alios duos ex ancilla sua, dixit se esse felicem, sicut beatam quippe me dicent omnes generationes: & ex hoc appellauit nomen filij sui Aser, quod interpretatur in Hebraeo felicitas. Pater etiam hoc ex uerbis cognatorum Rebeccae, Gen. 24. cap. nam dicitur quod imprecabantur prospera suae sorori, dicentes: soror nostra es, crescas in mille millia: ergo uideretur quod prosperitas secundum illos erat in abundantia prolis, unde ex hac parte nimis erat infelix Anna. Secundum uocatur infelix quia infligebatur nimis ab emula sua: & vitam ducebat amaram, ita ut tederet eam uiuere, si sic uiuendum foret.

Vinumque, & omne quod inebriare potest, non bibi. Idest quamquam me estimes temulentam, tamen non bibi uinum,

Quare Anna se uocat infelicem.

vinum, aut aliquid aliud quo inebriaret. Fortè hoc erat quia Anna erat totaliter abstinentia a vino, secundum quòd multè de feminis propter honestatem faciunt, vel forte, quia illa die nihil de vino sumpserat, quia vinum est ad lætificandū iuxta illud in Psal. 102. Vinum lætificat cor hominis: & Prouer. 31. cap. dicitur, date vinum meretricibus, & ficerā his, qui amaro sunt animo: & hoc vult fieri, vt obliuiscantur angustia suę: Anna autem erat in amaritudine, & consolari nolebat, ideo nō erat bibitura vinum, nec solum abstinerat a vino, sed etiam a cibo. Modicum sumpserat præ dolore: sic enim supra dicitur: Porro illa flebat, & non capiebat cibum. Et vir suus dixit: Anna cur fles? & quare non comedis? Dicitur enim de omni, quòd inebriare potest, quia alia sunt præter vinum, quæ inebriant: nihil enim differt, quòd alijs biberit vinum, vel aliquid aliud, dum tamen inebrietur: nam in quibusdam alijs consuevit ebrietas diuturnior esse, quàm in vino: quamquam tardius apprehendat.

Sed effudi animam meam in conspectu Domini. Idest motus laborum, quem faciebam non erat ex ebrietate, sed quia effundebam animam meam, idest exprimebam omnem amaritudinem, & conceptum cordis mei, sed amaritudo mea magna erat, ideo oportuit, vt nimis morarer in exprimendo: est enim istud interdum quoddam gaudium iratis, vt amaritudinem suam verbis exprimant: quia tunc lenitur dolor minuendo partem irę per emissionem.

Potest autem intelligi effusio animæ dupliciter. Vno modo quòd accipiatur anima pro parte rationali. alio modo quòd accipiatur pro ira. Primo modo dicitur quis effundere animam, idest exprimere omnia secreta, quæ habet in corde suo, vel pponere omnes conceptus suos: & ita fecit Anna, quia omne, quòd affligebat eam proposuit coram Domino petens pro illo remedium, & pro hoc requirebatur tēporis magnitudo: nam licet ipsa in breui potuisset proponere votum suum, tamen id quòd eam amaricabat, non poterat sine extensione temporis proponere. De hoc autem an conueniens sit, & an oratio nostra debeat esse longa, vel breuis: satis declaratum est Deu. cap. 9.

Secundo modo dicitur effundere animam, idest iram: anima enim & spiritus idem sunt: sed spiritus interdum pro ira accipitur, sic pater Isā. cap. 2. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, idest recedite ab homine, qui habet iram in naribus, q. d. illam promptam habet, quia alioquin non haberet in naribus. Ita ergo dicitur quòd aliquis habet animam in naribus, idest iram: & tunc effundere animam est idem quòd effundere iram: Anna autem effudit animam suam coram Domino, idest iram: & hoc dupliciter. Vno modo quia effudit verba opprobriosa, quæ sibi dicta fuerant ab æmula sua, per quæ ad iram concitata est: ista autem proponebat ad hoc quòd Deus miseretur eius. Alio modo effudit iram suam coram Domino, i. e. euacuauit: sicut dicimus quòd aliquis effundit aquam de vase, & hoc quia proponendo verba ista minuebatur dolor, & ira illius, cum proponendo verba euaporer materia incensa, quæ est materia irę: & quia Anna locuta fuerat omnia, quæ affligebant eam: ira sua erat diminuta, & effusa.

Ne repites ancillam tuam, quasi vnam de filiabus Heli. Orat Anna ne Heli conciperet de ea malam opinionem, s. quòd esset ebria, quia hoc pertinet ad filias Heli: dicuntur autem homines Heliæ homines indomiti, vel sine iugo: sic pater Iudic. cap. 19. s. venerunt viri ciuitatis illius filij Heliæ, idest absque iugo: Ad

homines autem non habentes iugum pertinet inebriari, s. quia non subiungunt se regulæ rationis, sed sequuntur omnia desideria sua: aliquando enim inebriantur, & crapulantur, & faciunt alia enormia: sic autem erat si Anna ebria existens iret ad templum ad mouendum labia.

Quia ex multitudine doloris & meroris mei locuta sum vsque in presens. Quasi dicat non feci aliquid istorum ex ebrietate, sed ex multitudine doloris, quia illa impellebat me ad faciendū: & si forte fecissem aliquos motus faciei non minus honestos, non est imputandum ebrietati, sed dolori: solent enim interdum homines irati efferatū vultum habere, & membra mouere inhonestè. Dicit etiam quòd locuta est vsque ad presens, idest toto illo tempore, quo mouebat labia. Non solum mouebat ea, vt videbatur Heli, sed etiā loquebatur, licet tacita & hoc vsque in presens, i. vsque ad tempus, quo incepit loqui cum Heli: erant autem ista ex magnitudine doloris, i. tanta erat doloris multitudo, quòd vsque nunc explicare non valui, nec potuisssem sub paucis verbis illum exprimere, si voluisssem, ideo ex abundantia cordis locuta sum, s. quia magnitudo doloris non sinebat me tacere: ex abundantia enim cordis os loquitur: Lucæ cap. 6. Dicitur ex multitudine doloris & meroris, nō quòd accipiatur hic dolor propriè pro quadam passione consequente ex diuisione continui in rebus sentientibus, quia nihil tale erat in Anna, sed dolor pro quadam amaritudine cordis, vel anxietate: meror aut accipit pro quadam tristitia, vel dispositione ad plorandum. Differunt enim esse merentem, & lugentem: quia merere signat tristitiam vultus sine lachrymis; lugere autem est ipsa lachrymarum effusio: sic autem erat hic Anna. quamquam etiam non accipitur hic proprie meror, cum pertineat ad tristes, & non plorantes: quia Anna plorauit, vt patet supra, s. Oravit Dominū flens largiter: & ex illo acceperat quandam præsumptionem Heli quòd esset ebria: quia ebrii possunt abundantiores fundere lachrymas quàm ceteri: quia vapores illi, qui in lachrymas conuertuntur & defluunt per oculos, sunt ex vaporibus ascendentibus de stomacho: & isti abundant in ebrijs propter multitudinem humoris vinatici qui resoluitur: & ob hoc isti ex pauca amaritudine flere possunt: immo interdū coactis ipsis distillant lachrymæ, sed frigida sunt. Cū igitur vidisset Heli Annam abundantem lachrymantem, & nimis mutantem vultum: putauit esse temulentam.

Tunc Heli ait ei. Quia vidit Heli se fuisse deceptum circa Annam & illam instissimam habuisse causam meroris, & longę orationis: locutus fuit ei blande & consolatoriè, vt sequitur, s. *Vade in pace.* Idest cum tranquillitate magna cessans a dolore: pax enim significat quandam quietem, quę est in adeptione desideratarum rerum. Nam sicut in motu corporali quousque accedatur ad terminum, nunquam est quies, & postea ibi quiescitur: ita in desiderijs cum desiderium sit ad aliquid est quasi motus, cuius nulla datur quies quousque perueniatur ad optatum: sic autem imprecabatur nūc Heli vade in pace, idest vade nūc & Deus det tibi pacem, s. quietem in completionem desideriorum tuorum: quod patet esse sequenti litera, scilicet. *Et Deus Israhel det tibi petitionem, quam rogasti eum.* Idest det tibi petitam rem. Non exprimit hic Heli petitionem Annæ: quia forte non expressit Anna, quid peteret, sed solum dixit se infelicem nimis, quòd aliquantulum apparet infra.

Nam cū postea concepisset Anna, & ablaçtato Samuele duceret eum coram Heli, ait: obsecro mi Domine ego sum mulier illa, quę steti coram te hic orās Dominum

Mereri & lugere differunt.

Effundere animam dupliciter intelligit.

Consuetudo Christianorum laudabilis.

Ciuitas Ramatha, seu Ramathaim tpe Christi vocabatur Arimathia, de qua erat Ioseph.

mo vacent orationi quàm incipiunt negocia sua tractare, vel quòd primo missam audiant: hoc enim ceteros actus dirigit: sed adhuc potius erat istud inter Iudæos quàm inter nos, quia inter eos erat maius desiderium eundi ad sanctuarium, & orandi ibi quàm inter nos eundi ad ecclesiastica ministeria: quia illi solum ter in anno veniebant ad locum sanctuarij, & vacabant ibi orationi atque videbant fieri sacrificia. Nos autè hęc quotidie in Ecclesia videre possumus, ideo ea, quę magis assueta sunt minori desiderio capiuntur: habebant tamen Iudæi per loca, in quibus erant habitantes synagogas quasdam, quæ non erant aliqua sanctuaria, ita quòd in eis fieri possent sacrificia, & alia ministeria sacerdotalia vel leuitica, sed solum conueniebant homines in loco ipso ad orandū, & ad audiendum verbum Dei: nam saltem in sabbathis legisperiti Iudæorum prædicabant in synagogis & conuenientes homines rudes audiebāt verbū: sic enim de Christo dicitur, quòd per sabbatha introibat in synagogas, & prædicabat: sic patet Lucæ cap. 4. de Hoc etiam actuum cap. 13.

Reuersique sunt & venerunt in domum suam in Ramatha. Idest de vrbe Silo, in qua erat sanctuarium, redierunt ad ciuitatem Ramatha, in qua erat domus sua. Est autem ista ciuitas Ramatha, quæ supra vocatur Ramathain: & ista nūc & tempore Christi vocabatur Arimathia: iste enim est locus, de quo erat ille vir nobilis Ioseph, qui Christum sepeliuit, & erat discipulus eius: vocaturque Ioseph ab Arimathia ciuitate, idest de vrbe Arimathia: aliqui autè scriptores nostri hoc corruerunt scribentes Abarimathiam tāquam vnā dictionem: sed error est.

Cognouit autè Helchana Annam vxorem suam: & recordatus est eius Dominus. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna & peperit filiū: vocauitq; nomē eius Samuel: eo quòd a Domino postulasset eum. Ascendit autem vir eius Helchana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hostiam solennem & votum suum: & Anna non ascendit. Dixit enim viro suo: non vadam donec ablaçtetur infans: & ducam eum vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. Et ait ei Helchana vir suus. Fac quod bonum tibi videtur: & mane donec ablaçtes eum: precorque vt impleat Dominus verbum suum. Mansit ergo mulier: & lactauit filium suū donec amoueret eum a lacte. Et adduxit eum secum postquam ablaçtauerat in vitulis tribus, & tribus modijs farinae, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infans. Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. Et ait Anna. Obsecro mi Domine, viuat anima tua. Ego sum illa mulier, quæ steti coram te hic orans Dominum pro puero isto. Oravi & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulaui

Dominum pro puero isto, oravi & dedit mihi Dominus petitionem meam. Si tamen a principio Anna declarauerat Heli petitionem suam, non exprimeret nunc quasi exponens causam, quare offerret Samuelem Domino.

Et illa dixit, vti inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Aliqui exponunt hoc quòd intelligatur: vtiā Deus exaudiat te: sic enim consueuimus dicere: cū enim quis imprecatur bona alteri, consuevit ille, cui fit imprecatio dicere, vtiā Deus exaudiat verbum tuum. Sed non stat ista sententia, quia tunc deberet dici vtiā famula tua inueniat gratiam corā Dño, s. quòd compleat petitiones eius, sicut tu dicis: & non diceretur vtiā inueniat famula tua gratiam in oculis tuis: ideo dicendū quòd intelligatur quòd Anna petebat ab Heli sacerdote, vt oraret pro illa ad habendum petitionem suam, s. vtiā famula tua, idest ego, quę sum famula tua, inueniam gratiam in oculis tuis, scilicet, quòd tantam gratiam mihi facias, vt ores pro me: dicebat hoc Anna, quia cum esset Heli summus sacerdos, & magnæ auctoritatis, putabat quòd oratio eius plurimum valeret apud Dominum.

Et abiit mulier in viam suam. Idest recessit Anna in terram suam, vel recessit in viam suam, idest ad virum suum, s. quia ipsa surrexerat de loco, in quo erat vir suus & æmula sua Phenenna & venit in templum ad orandum. Nunc autem finita oratione & locutione cum Heli, abiit in viam suam, s. rediens ad virum suum in eadem vrbe Silo manentem: & ista est melior sententia quàm prima, quia infra dicitur quòd surrexit mane Anna, & adorauit corā Domino: dein de reuersi sunt in Ramatha: si tamen iuisset in viam suam, non potuisset sequenti die reuerti ad adorādū.

Et comedit, & bibit. Scilicet postquam cōsolata redijt de templo: dicitur hoc quia ante istud præ nimia amaritudine cordis Anna non sumebat cibum, vt patet supra, s. Porro illa flebat, & non capiebat cibum. Nunc autem post orationē accepta bona spe per verba Heli sacerdotis incepit sumere cibum & potum.

Vultusque eius non sunt amplius in diuersa mutati. Idest post hoc non fuit Anna tristis sicut a principio: ante enim hoc mutabatur vultus eius, quia interdum leta erat, s. quando non recordabatur, vel non cogitabat sterilitatem suam: interdum autè erat amara nimis, scilicet quando affligebat eam æmula sua obijciēs ei sterilitatem, vel aliā cum ea pugnabat: post hoc vero, quia conceperat bonam spem, quòd Deus daret ei filium per verba Heli gaudebat, & quāquam æmula sua conaretur eam affligere obijciens sterilitatem, vel quomodo cunque obiurgans, non curabat nec affligebat cor suum: nec vultus mutabatur in merorē sicut prius.

Et surrexit mane. Scilicet sequenti die: nam dies in qua orauit Anna & locuta est ad Heli, erat dies festus, in quo manendū erat in loco sanctuarij: sequenti autem die licebat itinerare: & reuersi sunt in regionem suam.

Et adorauerunt coram Domino. Scilicet Anna, & vir suus, & tota familia, scilicet cum die eadem recessuri essent de loco sanctuarij ad terram suam. Primo iuerunt diluculo ad sanctuarium, vt adorarent ibi Dominum, & tunc pergerunt in viam suam: qui est modus religiosus, scilicet, vt primo homines curent de eis, quæ Dei sunt. deinde ad negocia sua deuoluant: & tunc prosperiora veniunt cuncta quæ tractauerint: iuxta illud Matth. 7. cap. Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius; deinde cetera adjicientur vobis.

Ex hoc autem inter viros Christianos affectuosos ad legem Dei inoleuit consuetudo, vt quotidie pri-

1. q. 2. §. 1. 20. q. 1. c. 9. cū que. 26. q. 5. c. nec mirum.

laurum. Idcirco & ego commodatum cum Domino cunctis diebus quibus fuerit accommodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait.

Cognouit autem Elcana uxorem suam. Quamquam Elcana nunquam potuisset suscipere prolem ab uxore sua Anna, quia tamē diligebat eam semper conabatur, ut posset habere prolem: potissime, quia nunc forte Deus mouebat eum, cum uellet dare Annæ filium, quem poposcerat: & iste per cōmixtionē gignendus erat. Et recordatus est Dominus eius. Idest recordatus est Annæ: ante hoc enim uidebatur oblitus esse illius, vel non respicere illam, quia cum esset in aduersitate propter defectum prolis non dabat ei filium: nunc autem quia dedit dicitur fuisse recordatus. Et factum est post circulum dierum concepit & peperit filium. Idest Anna non cōcepit immediatē, ut redijt de Silo, sed aliquanto tempore post: hoc autem fuit quia quā Deus exaudiuerit orationem eius, non assignauit ei tempus, in quo daret filium: ideo dedit quā uoluit: in quibusdam autem alijs assignatum est tempus, & in ipso facta est conceptio atque partus: sic patet Gen. 18. cap. cum Angelus dixit ad Abraham iuxta conditum reuertat hoc eodem tempore, uita comite, ad te: & habebit filium Sara: sic etiam fuit de muliere illa apud quam cōsueuerat hospitari Elifeus, cui determinauit tempus, in quo habitura esset filium: & in hoc ipso habuit infra 4. lib. cap. 4. hic autem non fuit assignatum tempus. Dicitur etiam quod post circulum dierum concepit Anna, quia non immediatē concepit, ut cognita est post aduentum de Silo, sed post aliquot dies: in quibusdam tamen dicitur quod ad primum concubitus conceperunt, sicut patet de Thamar nuru Iudæ, quæ cum fraudulenter ab ipso cognita fuisset exiitēs in meretricis habitu ad unū concubitus concepit gemellos: Gen. 38. c. Dicitur autem hic, quod Anna concepit & peperit, quia Dominus recordatus est eius: in quo uidetur, quod ista conceptio fuerit miraculosa, quia opere Dei facta est.

De quatuor modis, quibus Deus adiuuat miraculosè in conceptione. Et quomodo aliquando uir, & femina non sunt steriles, & tamen non gignunt sine miraculo. Quest. XXV.

QVAERITUR autem circa hoc de differentia miraculi in concipiēdo: nam multæ in sacra scriptura leguntur, quæ miraculosè conceperunt an omnes pertineant ad eundem modū miraculosè conceptionis. Dicendum autem quod conceptio miraculosa dicitur quando cūque Deus specialiter operatur in ea, ita quod nullo mō causetur, nisi Deus in ea aliquid speciale faceret super vires nature, vel quod natura saltem non faciebat, & istud distinguit in quatuor modos, quibus Deus cooperatur, & sunt inter se inæquales.

Primus modus est quando aliqua femina non est sterilis, nec uir suus: & tamen non contingit eos totaliter conuenire, ut conceptio fiat, sed quod in talibus temporibus coitus celebratur, in quibus semen alterius eorum, vel utriusque est ita indispotum quod inde conceptio non sequatur: vel si forte quodlibet sit ita dispositū, quod ex illo cum aliquo alio sequeretur conceptio: inter se tamen non conueniunt ad cauendam conceptionem. Isti autem qui talia habent semina non sunt steriles, quia quamquam tunc non gignant, uenit quod aliquando generent: si ta-

men penitus steriles forent impossibile esset eos gignere, nisi Deus ad hoc specialiter operaretur: sine miraculo tamen uideamus aliquos post multa tempora gignere, qui prius cum semper vacauissent generationi nunquā genuerunt. Circa tales autem potest interdum accidere miraculum, si qui potentes ad gignendum nunquā in tali tempore coeunt, in quo conceptio sequatur, nec ipsi tale tempus scire possunt: si forte Deus exoratus ab eis tempus indicet, in quo possint gignere & gignant, est conceptio illa aliquammodo miraculosa, in quantum principia effectiua generationis immediatē dirigitur a Deo ad tale tempus, sine quo non posset fieri conceptio: & si non dirigerentur ad illud tempus, nunquā conuentura erant. De hoc patet in muliere illa, quæ erat hospes Elifei, quæ nunquam habuerat filium: non tamen dicitur de ea quod esset sterilis, dixit autem ei Elifeus in tali tempore habebis filium, & pro illo tempore habuit infra quatuor lib. c. 4. in quo nihil uidetur aliud fuisse, nisi quia Deus fecit illos tali tempore coire, in quo semina eorū sic ipsis ad conceptionem conuenirent. Secundus modus, quo Deus operatur aliquid in conceptione: est quādo uir & uxor sunt uerè steriles, vel aliquis eorum: nam tunc in quocumque tempore fieret cōmixtio impossibilis est generatio, & nō solum quantum ad illos duos inter se, sed etiam quicunque eorū fuerit si conueniat cum aliquo alio nunquam inde proles sequitur: est autem modus iste cooperandi in generatione excellētior precedenti, quā in precedenti nihil Deus agebat disponendo ipsa principia generationis, sed solum dirigendo ad certū tempus: hic autem operatur aliquid intrinsecè in seminibus, immutando qualitates femininā ad talem dispositionem, ut conueniant ad generationem, & iste modus reperitur sepe in sacra scriptura: sic enim patet de Samsone, de cuius matre dicitur, quod erat sterilis: angelus tñ nunciavit ei quod conciperet, & concepit, sic patet Iudic. c. 13. Idem fuit in Elisabeth matre B. Ioannis, erat quippe sterilis, & per multa tempora non potuerat cōcipere, sed angelus prædixit Zachariæ quod haberet filiū, & sic factum est. Quod autem Elisabeth esset sterilis, patet Lucæ cap. 1. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ uocatur sterilis, i. Elisabeth, quæ est sterilis hēt istū mēsem sextum post conceptionem suam, sic etiam fuit hic de matre Samuelis, nam dicitur quod conuenerat Dñs uulua eius: hoc autem est esse sterilem, quā aliquā accipiat ista conclusio pro quodam impedimento tpali ad concipiendum, quod idē operatur quod sterilitas, & istud est datum in penā, sic patet de ancillis regis Abimelech: Gen. 20. cap. f. conuenerat n. Deus oēm uulua domus Abimelech pp Sarā uxore Abrahæ: istud autē impedimentū, vel conclusio non semper mansit, quia orante Abraham sanauit Deus Abimelech, & uxorem & ancillas eius, & pepererunt, ut patet eo. cap. Hic tñ non accipit eodem mō conclusio, quia Anna nō accepit nouiter in penam, quod non posset concipere, sed a principio erat sterilis, ut supra declaratum est.

Tertius modus cooperationis diuinę in cōceptione est, quando non solum operatur disponendo principium conceptionis effectiuum, sed etiam apponit illud, cum deficiat. Pro quo sciendum quod principium materiale, & effectiuū generationis est semen: ideo si illud sit indispotum nō proficit ad generandum, quia ibi deficit quātum ad esse causam efficientem, licet non quantum ad esse causam materiale. Si autem semē nullum sit, siue ex parte femine siue ex parte uiri deficit, tam principiu materiale, quod effectiuū, ideo miraculosior conceptio est, quod non existente femine

Quo semē tam maris quod femina concurrat ad generationem plus.

Cōceptio Christi quo fuit facta.

Samuel quo interpretatur.

femine aliquid causetur, per quod fiat generatio, quod existere illo indispotio sit, ideo iste terrius modus excedit ad precedentes. Sic fuit in Sara uxore Abraham: nam ipsa erat sterilis, quia etiam in iuuentute sua parere nunquam potuerat: erat enim uetusta nimis, & quod difficilius omnibus est, iam non habebat materiam feminalem: sunt enim in feminis menstrua loco feminis in uiris. Cum uero illa defecerint generationem sequi impossibile est: etiam antequam illa sint generatio nulla est, & ob hoc puellę, quando paruulæ sunt, etiam si a multis cognoscantur impossibile est eas concipere. Concipiunt autem post 12. 13. aut 14. annū, quia his temporibus incipiunt, ut communiter menstrua fluere: & ob hoc assignata sunt in feminis ista tempora pubertatis. Cum uero perueniūt ad magnam senectutem, ut ad annum 60. & amplius desinunt eis fieri mēstrua: & post hoc etiam impossibile est, ut cōcipiant: Sara autem omnia hæc patiebatur incommoda. De sterilitate patet Gen. c. 1. f. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. De senectute eius, & amentia menstruorum, patet Gen. 18. cap. f. Erant enim ambo senes proeclēque ætatis, & desiderat Saræ fieri muliebria, i. desiderat ei fluere humor menstrualis: nam tunc, quando concepit 90. erat annorum: Gen. 17. c. Quartus modus, quo Deus operatur in conceptione, est, quā deficit dispositio feminis, & ipsum semen dispositiuum, & formatiuum, nec causatur a Deo, ut ex illo possit generatio compleri, sed sine illo consummatur. Pro quo sciendum, quod ex semine feminino totaliter formatur corpus animalis, semen autem masculinum solum proficit in genere causæ efficientis ad disponendum, formandum, & organizandum mēstruum muliebri per uirtutem formatiuam, quæ in eo est, sed non est tanquā pars materialis ipsius fetus gignendi: solum autē habet quod cum organizauerit mēstruum muliebri calore, & subtilitate sua exhalat manente solum humore menstruali, iuxta Arist. in lib. de animalibus. quod medici dicant quod utrunque semen est ut principiu materiale, sed solum masculinum est principium effectiuum habens uirtutem formatiuam, sed qualitercunque sit constat, quod impossibile est digeri & organizari semen femininum sine masculino. Cum igitur sola femina per se conceperit miraculum magnum est, eo quod non sit ibi semen uirile formatiuum: excedit autem iste modus omnes alios: quia in cæteris semper est semen, & quādo a principio nō fuerit postea producitur sicut fuit in Sara, quæ cum ante non habuisset menstrua, Deus dedit illi menstrua, ut posset concipere, & sic iam nihil ibi deerat ad perfectam conceptionem. In hoc tamen modo semen nequaquam est, ideo omnes prædicti modi cōcederentur ab aliquo fortassis esse possibiles, utpote quod sterilitas interdum naturaliter curetur, & quod illa femina, quæ ex aliqua causa desijt habere menstrua incipiat illa habere, quod tamen sine uirili femine fiat conceptio prorsus quilibet de natura loquens reputabit esse impossibile, & hoc est uerissimum miraculum. Talis autem modus fuit in Domina nostra, quæ sine femine & uiro incognita peperit Saluatorem: Math. 1. & Lucæ cap. 1. Patet igitur qui sunt modi, quibus Deus miraculosè operari consueuit, aut reperit operatus in conceptionibus. Iste autem modus, de quo hic, non est maximus, sed medijs inter eos. Vocauitque nomen eius Samuel. Idest Anna uocauit nomen filij sui Samuel in signum quod pertinerat illi a Deo, & Deus exaudiuerat eam. Nam Samuel in Hebræo interpretatur exauditio mea: sic etiam Ismahel, nam idem signant, sed Ismahel exauditio, vel exauditus interpretatur: Gen. 16. cap. f. uocabique nomen eius

Ismahel, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam: & subditur hic causa nominis Samuel, eo quod a Domino postuisset eum, i. quia postulauit, & exaudita est, uocauit eū Samuel ab exauditione. Sed aliquis dicit, quod Samuel interpretatur postulatio mea, vel postulatus, cum dicatur hic, quod ideo uocatus est Samuel, quia postuisset eum a Deo. Sed dicendum quod non interpretatur postulatio, sed exauditio: dicitur tamen de postulatione, quia ipsa postulans exaudita est, sed quidquid isti dicant, tu dicas quod Samuel interpretatur petitio, vel petitus, ut patet in Hebræo: & hoc sequitur litera nostra. Ascendit autem uir eius Elcana. Hic potest poni tertium, i. pro exauditione gratiarum actio, vel potest incipere in principio cap. sequentis. Cum enim accepit filium Anna, letatus nimis Elcana uir eius fecit solennitatem magnam, de qua hic. Et omnis domus eius. Idest omnes famuli sui, i. uerunt cum eo in Silo ad offerendum Domino sollemniter pro puero nato: mater tamen non ascendit, ut patet immediate. Ut immolaret Domino hostiam sollemnem. Idest ad faciendum magnam sollemnitatem in sacrificijs: desiderauerat enim nimis Elcana accipere filium ex Anna: & quia nunc habuit maximè quia miraculosè a Deo concessus erat letatus est uolenter: & fecit sollemnitatem magnam in sacrificijs, signat enim sollemnitas excellentiam in re, quæ sollemnizatur: sic. n. dicitur aliquis actus sollemnis & alius non sollemnis: tanquam isti multum differant in excellentia, honore, & apparatu.

Elcana quam sollemnem hostiam obtulit. Quest. XXVI.

QVAERET aliquis, quæ esset ista hostia sollemnis, quam offerebat Elcana. Respondebit aliquis, quod erat illa, quæ secundū legem offerebatur pro puero nouiter nato. Nam post quadraginta dies debebat puer offerri in templum & offerebatur agnus anniculus in holocaustum, & unus turtur pro peccato, vel si non esset agnus, offerebantur duo turtures aut duo pulli columbarum, de hoc Leuitici cap. 12. Sed dicendum quod nō stat, quia solennitas, ut dictum est, signat quandam excellentiam in actu: ergo cum dicatur, quod fit aliqua hostia, vel sacrificium solenne, oportebat, quod esset de multis animalibus, & de multis generibus animalium: sed hostia, quæ offerebatur pro puero nato erat de minimis, i. unus agnus anniculus, & unus turtur vel solum duo turtures: ergo necesse est quod hic esset alia hostia. Itē si forte secundū legem pro Samuele illa hostia offerri debebat iam determinatum erat: nec erat opus, ut hic fieret mentio de illa cum scriptura solum ponat ea, quæ aliter intelligi non possunt nisi scriberentur. Erat igitur ista hostia sollemnis oblatio multorum animalium, & forte omnium generum sacrificiorum, sicut principes Israel in dedicatione sanctuarij obtulerunt sacrificia solennia, & quilibet eorum obtulit omnia tria genera sacrificiorum, i. sacrificium pacificum, & holocaustum, & hostia pro peccato, & in quolibet istorum generum obtulerunt multa animalia, ut patet Num. cap. 7. Elcana autem, qui erat uir diues sic faceret. In Hebræo dicitur hostiam dierum, i. hostiam dierum statutorum a lege, sicut tubus festiuitatum supra declaratis. Et ista uocatur secundum litteram nostram hostia sollemnis quia erat pro solennitatibus legis: & tunc erit sensus, quod cum ascendit esset Elcana ad offerendum uotum pro filio, obseruauit tempus illud, quo teneret aliās ire, i. dies solennes, ut non cogere toties ire, & tunc obtulit uotum tuum, & sacrificaret pro die illo solenni. Vel potest uocari hostia sollemnis, ut supra declaratum est, sed ad rigorem nominis est

Instantia.

Solutio.

Prima opinio.

Responsio auctoris.

Cōceptio miraculosa quæ dicitur.

est melior sensus iste secundus, quia solenne non vocatur celeberrimum & honorabile, sicut vulgariter accipitur, sed solitum, vel anniuersarium: quia dicitur solenne quasi solitum annum, id est quod consuetum est singulis annis fieri: quod vocauit litera Hebraea hostiam dierum, statutorum: & hoc modo dicendum quod ista erat hostia solennis, id est talis, qualem consueuerat quolibet anno in his festiuitatibus offerre: & si aliquid maius aut excellentius erat, hic non designatur ex ratione nominis huius, ideo nec est asserendum, nec negandum, si quis asserat, sed adhuc sensus iste maxime apparet, quia dicitur in litera, quod obtulit hostiam solennem, & votum suum: ergo hostia solennis erat aliquid ordinarium: votum autem erat hic nouum, & speciale. Et votum suum. Id est prater hostiam solennem adhuc obtulit id, quod uouerat: in quo innuitur quod Anna quoniam de Silo nunciavit viro suo Elcane, quod uouerat Domino filium ad ministrandum si daret ei conceptum, & quomodo orauerit, & locuta fuerit ad Heli sacerdotem. Vir autem suus quia diligebat eam, consensit voto illius, & super hoc ipse uouit Domino offerre aliqua magna dona, si daret ei filium, quo nato ascendit in Silo, ut offerret Domino id, quod uouerat: & propter hoc propter gaudium pueri nati prater vota, quae emiserat adhuc obtulit hostias solennes spontaneas, quae erant anniuersariae, vel ordinariae, ut dictum est.

Et Anna non ascendit. Scilicet quamquam ascendit Elcana cum tota domo sua ad implerionem voti, tamen non ascendit Anna ad quam principaliter pertinebat ascendere, cum puer eius causa fuisset genitus: quare autem non ascendit causa immediate patet. Sciendum autem secundum quosdam quod Elcana non ascendit hic ad sanctuarium ex eadem causa, ex qua supra ascenderat, quia supra dicebatur, quod ascendebat in domum Domini statutis diebus, sicut festiuitatibus ordinatis a lege: nunc autem ascendit, ut offerret sacrificium pro filio nato. interdum uero ascendebat ad ministrandum in tempore suo secundum officium suum Leuiticum, ut supra dictum est. Sed est dicendum quod uere ascendit ex eadem causa, quia erat nunc dies statutus ascendendi, ut ostensum est.

Dixit enim viro suo non vadam, donec ablaetetur infans. Scilicet quod Elcana dixit Annae quod ascenderet cum eo in sanctuarium: ipsa autem noluit dicens; non vadam &c. intendebat enim portare puerum ad manendum coram Domino, ut uouerat: & quia si nunc portaretur, non poterat ibi semper manere, quia erat paruulus, noluit eum portare quousque ascenderet, & portaret eum relinquendum totaliter in sanctuarium.

An ratio, quam allegabat Anna, quod nondum ablaetauerat puerum, esset sufficiens ad non ascendendum in templum. Quae. XXVII.

Quaeritur aliquis an ista occasio, quam allegabat Anna esset sufficiens ad hoc, quod non ascenderet nunc in sanctuarium. Respondendum est quod satis erat rationabilis, sed non erat necessaria, quia non obligabatur ipsa relinquere in sanctuario puerum immediate, ut illic duceret illum ex voto quod emiserat: nam quamquam ipsa dixerit, quod uouerat puerum ad hoc quod semper maneret coram Domino: intelligitur illud semper ciuilitate, sicut pro illo tempore, in quo posset manere conuenienter in sanctuario: sed puer nondum ablaetatus sine nutrice remanere nequibat, sed hoc non poterat esse in sanctuario, in quo nulla mulier continue morari debebat, ergo oportet quod prius ablaetaretur, &

daretur ad manendum coram Domino, ideo quamquam Anna ascendisset in Silo cum puero, & non relinqueret eum ibi non agebat contra votum: & sic non habuit causam necessitatem. Fuit tamen satis congrua, sicut puer ille, qui specialiter Deo traditus erat, non esset sicut ceteri pueri, qui postquam praesentantur coram Domino, & incipiunt pertinere ad eum redeunt ad popularia: iste autem postquam semel praesentatus esset Deo, uolebat mater sua quod maneret semper coram Domino, ideo noluit eum ducere in Silo quousque esset ablaetatus.

An peccauerit Anna non ascendendo in Silo quousque ablaetaretur puer. Quae. XXVII.

Quaeritur ulterius an Anna peccauerit non ascendendo in Silo quousque ablaetaretur Samuel. Respondet aliquis quod sic, quia lege cautum erat, quod Israelitae ascenderent in anno coram Domino in locum sanctuarii, sed Anna manens ad ablaetandum puerum non ascendebat temporibus statutis: ideo peccabat. Sed ad hoc respondebitur, quod nunc Anna non debebat ascendere, quia non erat aliqua festiuitas, nec ascendebat Elcana ad solennitates statutas, sicut consueuerat, sed solum ad offerendum hostiam solennem pro filio suo, & soluendum vota, ut patet in litera, sed falsum praesupponitur, ut est probatum. Sed adhuc arguetur, quod quamquam ista vice, qua ascendit Elcana, & non Anna, non esset festiuitas: tamen si ipsa mansura erat usquequo ablaetaretur puer, necesse erat, ut transiret plures festiuitates, in quibus ipsa non ascenderet ad sanctuarium. Nam puer non ablaetaretur usquequo ad annum, & dimidium vel amplius, sed quolibet anno erant tres festiuitates, in quibus Iudei debebant ascendere in locum sanctuarii: Exo. 23. & 34. cap. ergo saltem quatuor, vel quinque solennitates transirent, in quibus Anna non ascenderet ad sanctuarium. Respondendum est quod sic accidit; tamen Anna non peccabat ex hoc, quia hac lege soli viri tenebantur, ut patet prealle. capitulis, sicut in anno apparebit omne masculinum tuum coram me, ergo etiam si nunquam ascendit Anna in sanctuarium non peccabat: ascendebat tamen aliquoties cum viro suo, & hoc ex deuotione, ut patet supra: sic enim consuetum erat apud omnes Israelitas. Nam & Domina nostra sic faciebat: quia quamquam non esset obligata ascendere ad festiuitates, tamen ascendebat ipsa, & Ioseph vir eius: Lucae cap. 2. Sed adhuc arguetur, quod quamquam Anna non peccaret ex hoc, peccabat ex alio; quia secundum legem femina quae pareret, debebat purificari, sicut si pareret filium quadraginta diebus in purgatione sanguinis sui, postea uero ascenderet in sanctuarium, & offerret agnum anniculum, & turturam, vel saltem duos turtures, aut duos pullos columbarum, ut patet Leuit. cap. 12. in feminis autem erat idem sacrificium, sed erat tempus purificationis duplum, sicut octuaginta dierum cum filio suo. sed non ascendit, ergo peccauit. Aliquis respondebit quod ista lex de ascendendo in sanctuarium tempore purificationis solum obseruabatur in mulieribus, quae manebant in loco sanctuarii, quae uero morabantur in alijs locis, non obligabantur ascendere, sed sufficiebat quod mitteret oblationem illam, & sic poterat Elcana portare oblationem illam, cum ascendit in sanctuarium manente Anna in domo sua. Sed contra hoc arguetur, quia Domina nostra nato Christo, & expletis quadraginta diebus purificationis ascendit cum illo in Ierusalem ad offerendum ea, quae iubebantur in lege, ut patet Lucae cap. 2. Postquam autem impleri sunt dies pur-

De purificatione Mariae.

Responsio.

Qui pueri essent offerendi in sanctuario & quare.

gationis Mariae secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Ierusalem, ut starent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino uocabitur: & ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini par turturam, aut duos pullos columbarum: habitabat tamen mater Christi extra Ierusalem satis distans ab ipsa urbe, sicut in terra Galilee, quae est in extremitate orientali terrae Chanaan, quod patet, quia Galilea est habes in se mare Genezareth, vel Cenereth, quod etiam uocatur mare Galilee Matth. cap. 4. & tamen istud mare est in extremitate orientali terrae Chanaan Num. 34. cap. ad hanc autem terram uersa est Domina nostra oblato Christo in Ierusalem, ut patet Lucae cap. 2. ergo Anna quamquam esset in extremitate terrae Chanaan, obligabatur venire expleta purificatione in sanctuario.

Respondendum est quod circa hoc considerantur duo, oblatio pueri in sanctuario, & praesentatio matris expleta purificatione. Primum non erat generale; sed solum intelligebatur de primogenitis. Cum enim primogenitus nasceretur, si masculus esset debebat solui redemptio pro illo, sicut quinque sicli: & istud fiebat vno mense post natiuitatem pueri: Num. c. 18. Praesentabatur autem tunc puer in sanctuario coram Domino sacerdotibus, qui suscipientes eum de manibus cognatorum suorum offerebant coram Domino, & prius recipiebant parentibus precium quinquaginta siclorum pro puero quam illis redderet: quamquam autem ista oblatio pueri debebat fieri post dies triginta, quia tamen mater debebat se praesentare coram Domino die quadagesimo fiebant haec simul: & sic factum est de Christo quoniam simul ipse praesentatus est in templum, & iuit mater sua ad offerendum sacrificium pro purificatione sua: Lucae cap. 2.

Circa primum, sicut de oblatione pueri dicendum est, quod cessabat in Samuele, quia non tenebatur mater sua, vel aliquis alius praesentare eum coram Domino ad soluendum precium quinquaginta siclorum: quia istud debebat solui pro primogenitis Israelitarum, quia tenebantur primogeniti Domino, quia non poterat ipsi primogeniti popularium applicari Deo in seipsis, sed Leuitae dabantur pro eis, ideo uoluit Deus quod darentur sicli quinque pro quolibet primogenito Israelitarum in redemptionem, & isti proueniebant Leuitis, ut patet Num. cap. 3. & 18. cum computentur ibi inter iura eorum, apparuit enim hoc ex prima commutatione, & redemptione primogenitorum, quae facta est. Nam in deserto Sinai fecit Deus dari sibi omnes Leuitas pro primogenitis Israel computato vnum Leuitam pro vno primogenito, & quia de numero primogenitorum fuerint 273. super numerum Leuitarum, pro illis datum est precium, sicut pro quolibet eorum quinque sicli, ut patet Num. c. 3. Samuel autem erat de Leuitis Caathitis, ut patet 1. Paralip. cap. 6. ergo non debebat pro eo solui precium quinque siclorum, & consequenter non debebat praesentari coram Domino in sanctuario, quia ista praesentatio non fiebat, nisi ad redemptionem ipsorum primogenitorum, quod apparet Lucae cap. 2. cum dicitur de Christo, quod postquam impleti sunt dies purgationis Mariae secundum legem Moysi tulerunt illum in Ierusalem, ut starent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino uocabitur, id est sanctificabitur, vel applicabitur Deo, sed ista sanctificatio primogenitorum popularium ad nihil aliud erat, nisi ut tollerentur quinque sicli pro quolibet eorum, cum Christus esset de tribu Iuda, de qua nullus poterat applicari Deo ad ministrandum sibi coram altari, vel in

aliquo alio ministerio, ut patet ad Hebr. cap. 7. sicut quoniam haec dicuntur de alia tribu est de qua nullus altari praesto fuit: manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est: apparet igitur quod primogeniti ad nihil aliud praesentabantur coram Domino, nisi ad soluendum quinque siclos, quoniam si praesentarentur ad ministrandum, hoc non conuenisset Christo, sed quia dicitur de eo, quod praesentatus est secundum legem Moysi: ergo lex Moysi non iubeat ad aliud praesentari primogenitos, nisi soluere tur pro eis quinque sicli: Samuel autem erat de Leuitis, & non erant pro eo soluendi aliqui sicli, quia ipse sanctificatus erat Domino ad ministrandum, eo quod erat Leuita, & praeter hoc erat sanctificatus a matre sua, quae uouit illum ad ministrandum omnibus diebus vitae suae coram Domino: ergo non debebat praesentari post unum mensem, vel post dies quadraginta, quando praesentabatur mater ad purificationem, vel cum saltem finiebatur tempus purificationis, sed sufficiebat quod praesentaretur quando fuisset ablaetatus, ut postea semper maneret coram Domino, sicut dixit mater sua, & hoc propter votum: aliam autem inquam Leuita erat quamquam esset primogenitus, non oportebat ut aliquando praesentaretur coram Deo, nisi cum iam esset magnus & ueniret ad ministrandum.

An qualibet mulier quadagesimo die post partum debebat praesentari in templo, & purificari. Quae. XXIX.

Circa secundum, scilicet de praesentatione matris dubium manet, nam dato quod non deberet Samuel praesentari in templo, quia erat Leuita; tamen de matre sua an deberet post quadagesimum diem purificari, sicut purificabantur omnes aliae foeminae, & ad hoc ascendere ad sanctuarium, dubium manet. Et videtur quod sic, quia Leuit. cap. 12. dicitur quod foemina, quae peperisset filium post quadraginta dies debebat purificari, & offerre sacerdoti agnum anniculum & turturam, & tamen ista oblatio fiebat in loco sanctuarii, quia alibi non fiebat sacrificium, ergo necesse est quod femina ascenderet ad sanctuarium post quadraginta dies.

Aliquis respondebit quod non requirebatur, quod ipsa femina accederet ad locum illum, & offerret, sed satis erat, quod aliquis alius offerret pro ea, & ita Elcana, qui ascendit ad offerendum hostiam solennem, poterat pro vxore sua portare ista sacrificia.

Respondendum est non posse stare, quia in litera dicitur Leuit. 12. cap. quod ipsa deferret agnum anniculum in holocaustum, & quod tradet sacerdoti: & quamquam litera nostra non tantum declarat, tamen litera Hebraica determinat quod ad ipsam pertinet: ergo ipsa debebat esse in loco sanctuarii: potissimum cum istae caeremoniae fiant ad purificationem ipsius: ergo ipsa debebat esse praesens.

Si autem aliquis velit proteruire, dicens quod non dicatur, quod ipsa faceret sufficiebat, quod faceret per alterum: quia qui per alterum facit, per seipsum facere videtur. Respondendum est, quod non potest stare: nam ipsa femina ideo cogebatur, ut patet Lucae c. 2. de Domina nostra, quae ab urbe Nazareth de terra Galilee iuit ad offerendum sacrificium purificationis suae in Ierusalem: & hoc non quidem quasi ex sola deuotione, sed quia uidebantur omnes feminae Hebraeorum ad faciendum hoc teneri, cum dicitur; Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturam, aut duos pullos columbarum: in quo manifeste patet quod intendimus: nam

oratio autem Anne continebat magnas laudes Dei, & habebat modum prophetie: & creditur quod ipsa a Deo illuminata specialiter hoc oravit. Descripta fuerunt verba sua hic: habentur autem in ca. sequenti.

C A P. I I.

D X V L T A V I T cor meum in domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatum est os meum super inimicos meos, quia letata sum in salutari tuo. Non est sanctus, vt est Dominus: neque enim est alius extra te.

E xultauit. In superioribus positum est de Samuelis natiuitate & oblatione. Hic incipit agere scriptura de eius exaltatione, & diuidit in duas partes, primò agitur de matris Samuelis oratione, secundo de filiorum Heli deiectione. Procedit autem sic, quia tempore natiuitatis Samuelis Heli erat summus sacerdos, & filij eius successuri essent in honore illo, nisi fuissent eorum magna peccata: eorum autem graues iniquitates promeruerunt, vt deicerentur. & quia deiectionis eis a potestate, & auctoritate iudicandi Israel successit Samuel, agitur de eorum deiectione, vt postea agatur de Samuelis exaltatione. Secunda ibi. Porro filij Heli. Ista secunda in duas, quia primo, agitur de filiorum Heli iniquitate, secundo de pronuntiatione pena eis comminatæ. Secunda ibi. Heli autem erat senex. Prima in duas, quia primo agitur, quod dicitur, secundò incipitur agi de bonis exordij Samuelis, secundum quæ postea promeruit magnum honorem ibi. Samuel autem ministrabat. Circa primum ponitur oratio Annæ, s. Exultauit cor meum in domino.

Verba exultationis quæ protulit Anna, quomodo intelligantur. Quest. I.

R E F E R T V R hoc ad lætitiã, quam habuit Anna cõcepto Samuele. Nam antequam cõcepisset affligebat eam nimis emula sua obijciens illi infecunditatem, & quod Deus maledixisset illi concludendo vuluam eius, nunc aut nato filio immunis erat ab hoc opprobrio, nam cum aliqua, quæ ante fuisset sterilis, pariebat, auferebatur ei opprobrium, sic dixit Rachel Gen. 30. Quæ cõcepit, & peperit filium dicens: abstulit mihi Deus opprobrium meum. Nunc autem cum concepisset letatum est cor suum. Et dicitur, quod letatur in Deo, idest istam lætitiã, vel gaudium habet a Deo, vel letatur in eo, i. in beneficio eius, & non in aliquo alio bono, qui autem delectantur in vitijs, quamquam exultent, tamen nõ exultant in Deo: & non dicitur letari, sed exultare, quia exultare significat maiorem abundantiam gaudij, nam letari significat concipere quoddam gaudium intrinsecum, quod extra nõ prodijt: exultare autem est quoddam gaudium extrinsecum, quod cum intra concipitur, in exteriora prorumpit, & manifestatur in motibus corporis, & sic dicitur exultare quasi extra saltare. Et exaltatum est cor meum in Deo meo. Ista aliquo modo est repetitio sententiæ superioris, quæ cõsuevit fieri in carminibus, & ita ista oratio est per modum carminis. Aliter potest dici, quod sit diuersa sententia, quoniam cor exultare pertinet ad lætitiã. Cor exaltari pertinet ad magnitudinem, & est sensus exaltatum est cor meum, idest eleuatum est ad magnam altitudinem, quia ante hoc erat depressum scilicet, quia ego reputabam me infimam in mulieribus, & hoc quia dixit mulier infelix nimis ego sum, nunc autem reputabam se valde toli-

Letari exultareque quod differunt.

F cem, quia Deus dederat ei filium, cum esset ablatum opprobrium illius de sterilitate, & potissime, quia filius ille erat datus a Deo, de quo magis gaudendum erat, ideo eleuabatur cor Annæ ad magnam excellentiam: nec tamen erat ista eleuatio in superbiam, ita quod propter filium natum superbiret alicui contumeliam inferre volens, vel in seipsa se iactaret, quasi a se hoc bonum habens, sed exaltatio sua erat in Deo, ideo subditur in Deo meo, s. propter bona collata mihi a Deo ego extimo me maiorem, vel propter spem bonam de ipso. Et non est istud gaudium in aliqua re temporalis, quia Anna vellet frui, sed in Deo, & a Deo.

Dilatatum est os meum super inimicos meos. Idest apertum est os meum ad loquendum magna de inimicis meis non habens quid responderem, nunc autem dilatatum est os meum, idest data sunt mihi multa, in quibus ego possem dilatare, vel extedere os meum. Refertur hoc ad Annam respectu Phenennæ, quæ dicitur inimica sua, cum litera vocet eam emulam, & ipsa affligebat atque contristabat nimis Annam tanquam hostis, & tunc tacebat Anna non habens quid responderet, quia obijciebat sibi infecunditatem, quæ vera erat, vnde non habebat aliud remedium, nisi quod ferret, & nõ caperet cibum, vt patet precedenti cap. Nunc autem dilatatum est os suum super inimicos suos, idest data sunt ei multa, quæ loqui posset contra inimicos suos, siue obijciendo, siue respondendo, nam iam non poterat Phenenna obijcere Annæ infecunditatem, cum ipsa posset dicere, iã se peperisse, & gloriosius erat quod filium istum specialiter a Deo acceperat, vel poterat obijcere contra Phenennam principaliter increpando, quasi reddendo vindictam, quod ipsa iniuste locuta fuisset ante, dicens Annam esse infelicem, quia concluderat dominus vuluam eius, cum intenderet eam exaltare dando ei filium miraculose: non est tamen intelligendum, quod Anna suscepto filio quasi habita victoria insultauerit contra Phenennam, quia hoc non erat virtuosè Anne, cui Deus largitus fuerat tantum beneficium, vt vindictam sumeret, sed dicit os suum dilatatum, idest, quia posset ipsa dilatare iam illud loquens multa contra Phenennam data sibi oportunitate, sed nihil horum fecit.

Quia letata sum in salutari tuo. Idest in salute a te data. Est sensus, quod quia Deus dedit Annæ salutem, idest saluationem ab improperio suo de sterilitate, dilatatum est os suum super inimicos suos, aliter semper oportuisset eam subtricare & flere, quia non haberet quid posset respondere emulae suæ. Nunc autem letata fuit in salutari Dei, idest in salute a Deo data. Aliter potest intelligi, quod non accipiat hic letari proprie, sed pro confidere, & tunc est propria causalitas, s. quia Anna cõfidit in domino, quod daret ei petitionem suam: & propter hoc dilatatum est os suum: si autem non confidisset, quod Deus daret sibi petitionem, Deus nõ dedisset, quia non pcedit petita homini diffidenti de bonitate eius: sic pater Iacobi. cap. 1. de illis, qui dubitant in petitis a Deo dicens postulet autem in fide nihil hesitans: qui enim hesitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur & circumfertur, non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid a domino: Anna autem letata est in salutari Dei, idest, cum letitia, & certitudine sperauit salutem esse dandam sibi a Deo, s. remedium circa opprobria sua, ideo dilatatum est os suum. Non est sanctus vt est Dominus. Postquam Anna descripsit bonum suum, & gaudium sibi collatum, conuertitur ad describendum laudes quasdam Dei. Nam pro susceptis bonis a Deo tenemur respondere, quod possibile nobis est. Istud autem in solo honore consistit: quoniam Deus boni nostri non eget: ideo cum cetera bona nostra ei non conueniant, honorem ei impendimus, nõ quidem

Horror Deo tribuendus est.

Quo dicimur aliquos homines esse sanctos & et Deum.

Virtus hęc quatuor gradus secundum Macrobium.

quidem tanquam necessarium, sed tanquam expressum magnitudinis reuerentiæ eius: iste enim solus est, quem Deo tribuendum dicit esse Aristoteles. Ethic. lib. 4. & 8. & hoc, quia maximum boni est inter omnia humana exteriora: laus autem proprie non est honor, aliquo modo tamē pertinet ad illum. Nam sicut honor attestatur in honorato magnitudinem reuerentiæ & dignitatis, cum sit aliquid exhibitum propter virtutem, ita laus significat quoddam bonum in laudato, quia laus est sermo explicans magnitudinem. Anna ergo incepit hic explicare magnitudinem Dei laudando eum quantum ad quædam, & primo dicit, quod nullus est sanctus, vt Deus noster, idest nullus est tantæ excellentiæ in bonitate. Sanctus enim significat incontaminationem, s. quod Deus non sit pollutus aliqua labe peccati, aut terrenæ contagionis, sed immunis ab omni macula: ceteri autem in cõspectu eius mundi non sunt. Nam & in Angelis suis reperit iniquitatem, & celi non sunt mundi coram eo: sicut Iob dixit. Hoc autem est, quia Deus nullum malum vult, sed cum nullum illorum faciat iniquitatem, & iniquos viros exolos habet, iuxta illud Psalm. 5. quoniam Deus noster iniquitatem tuas, odisti omnes quæ operantur iniquitatem. Isto modo per quendam similitudinem dicimus aliquo modo quosdam homines esse sanctos, idest incontaminatos, & non est sanctitas in illis aliqua specialis virtus vna, vel plures, sed significat quendam gradum excellentiæ in virtutibus, s. quod quilibet virtus est in eo excellentiori modo quam in alijs hominibus: similis enim dicit Philosophus de magnanimitate Ethic. lib. 4. de magnanimitate, s. quod magnanimitas dicit quendam excellentiam, & magnitudinem in qualibet virtute, s. quod non solum magnanimus habet omnes virtutes, sed etiam quamlibet earum habet in quadam magnitudine.

Pro quo sciendum est, quod secundum Macrobium in libro de Somno Scipionis virtus habet quatuor gradus, s. quod quædam sunt politicae, & aliæ purgatiõis, & aliæ purgati animi, siue heroicæ, & aliæ sunt exemplares. Isti autem quatuor gradus non faciunt differre virtutes generaliter secundum speciem, sed solum secundum quantitatem, & gradualement excellentiam, quia quæcunque virtutes sunt in vno membro etiam sunt in alio. Primæ harum sunt politicae, idest pertinentes ad homines cõmunicantes politicæ: isti enim sunt de viris bonis, eo quod per virtutem viuunt: sunt tamen in minimo gradu bonorum, quia politici virtutes ordinant ad honorem, & felicitatem politicam, quæ est aliquid minus quam ipsa virtus, & isti sunt imperfecti, quia non est eis cura ostendere magnam virtutum perfectionem, sed solum communicare qualitercunque rationabiliter inter se in vita politica. Secundus gradus est virtutum purgatoriarum, & dicuntur purgatoriæ a purgando, quia nos actualiter purgant: & istæ sunt quæcunque aliquis excedens vitam politicam, non solum vult rectè viuere, sed etiam passiones habere subiectas: & in quantum conatur illas sibi subijcere, & diminuere per virtutis magnitudinem dicitur habere virtutes purgatorias, idest proficientes ad purgandum hominem: non quidem a vitijs, sed a passionibus. Tertius gradus est virtutum purgati animi: & isti sunt quando aliquis per magnam assuetudinem, & vigilantiam in opere virtutis cõfregit omnes passionum tumultus atque expulit de anima sua, & tunc manet animus liber sequestratus ab omni impulsu, ita vt penitus sibi liberum sit, quod voluerit, & istæ vocantur virtutes purgati animi, quia non sunt nisi in animo, aquo iam expulsi sunt omnis passionis tumultus, qui autem hominibus dicuntur habere virtutem heroicam, idest, quasi diuinam, & ipsi vocantur Alph. Tost. in Primum Regum.

A viri heroici, i. diuini, vel aerei, quia iam magis Deo quam hominibus similes sunt: distinguit autem Philosophus istam virtutem heroicam a virtute cõi Ethic. lib. 7. in principio: sicut distinguitur malitia a bestialitate. Nam virtus est boni hominis, & malitia est proprie malum hominis, quorum vtrunque est æquale homini. Bestialitas verò est malitia maior quam humana, ita virtus heroica est virtus maior quam humana. In isto tertio gradu vocamus hominem sanctum, quia non solum habet virtutes, sed etiam quamcunque virtutem habet in tali gradu quali nõ reperitur alius maior inter homines. Quartæ virtutes sunt exemplares, & istæ sunt aliquo modo similes virtutibus nostris, sed sunt virtutes diuine, ideo necesse est eas esse perfectiores virtutibus nostris. Vocantur autem exemplares, vel ideales secundum modum loquendi Platonicum, quia ea, quæ in Deo sunt, sunt exemplaria, vel formæ omnium, quæ in nobis reperuntur. Quam ergo ad istum modum dicimus esse sanctum, idest maioris excellentiæ quam sint omnes alij, & differunt ista a nostris virtutibus secundum speciem.

Et non est alius extra te. Conuertitur hic locutio, quia cum primo fiat locutio in tertia persona, hic fit in secunda: dicitur autem quod non est alius extra te, idest nullus est præter te, s. sanctus, & tunc ista litera exponit superiorem, quia supra dicebatur, quod nullus est sanctus, vt Deus, idest æqualiter sanctus illi: hic autem dicitur, quod non solum nullus est sibi æqualis, sed etiam nullus est sanctus præter ipsum.

Alio modo intelligitur, nec est alius extra te, idest nullus est Deus præter te, quia quamquam Gentiles plures Deos appellent, illi tamen demonia sunt, & Deus noster est verus Deus in celo, & in terra, sed primus sensus est melior, s. quod nullus est sanctus præter Deum: sicut dicitur, quod nullus est bonus præter ipsum iuxta illud, quod Christus dixit, quid me vocas bonum? vnus est bonus Deus: Matth. 19. ca. & verum est, quia nemo est omnino incontaminatus, scilicet, actu, & potentia, nisi Deus, quia licet aliquæ creature fuerint immunes ab omni contagione, siue angelicæ, siue humanæ potuerant contaminari, nisi præseruaretur a Deo, sicut dicitur Exodi ca. 34. Deus apud quem nemo per se innocens est, quasi dicat, si aliquis est innocens apud Deum non habuit hoc per se. Deus ergo solus sic sanctus est, quia nec pollutur, nec pollui potest.

Et non est fortis, sicut Deus noster. Idest nemo est tantæ potentiae, vt Deus noster, & quamquam viri potentes in sæculo videantur esse alicuius fortitudinis, & et diuigentium: tamen nõ sunt fortes, sicut Deus noster, quia ipse super vtroque facit quicquid vult.

Sciendum autem, quod fortis accipitur hic large, nam fortitudo secundum Aristotel. 3. Ethic. est quædam virtus regulatiua circa timores, scilicet, vt bene se habeat homo circa vltimum terribilium, & etiam circa audacias, sed hoc ad Deum non pertinet, nam ipsi nihil est terribile tolerabile, nec est aliquid arduum ausibile. Non enim esset magna laus talia de Deo prædicari, immo secundum Aristotelem Ethicorum lib. primo, circa finem, derisibiles viderentur dii, si quis eos laudaret tanquam temperatos, vel fortes, sed honoramus eos dicentes esse beatos. Alio modo accipitur fortitudo, idest robor corporis, & isto modo accipitur a vulgaribus, sic etiam locutus est Aristoteles. Ethicorum, libro secundo, scilicet. Ex multum cibum sumere, & magnos labores sustinere efficitur quis fortis, sed nõ potest hoc intelligi de virtute animi, quia ad illam nihil agit cibus, nec labores duri, sed animi conatus, & sollicitudo. Alio modo accipitur fortitudo pro potetia, & isto modo accipitur hic. Nam quamquam

Laudes Dei.

Fortitudo quod, & quod de Deo prædicetur.

Deus non sit robustus, quia non est corporeus, habet tamen potentiam ad efficiendum quodcumque vult, quia non est virtus corporis.

Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Increpat hic eos, qui in seipsis gloriantur, & de se magna presunt: applicatur autem hoc ad præcedentem literam dupliciter. Vno modo referendo ad Deum, scilicet nullus est fortis, sicut Deus noster: ideo non debet aliquis multiplicare loqui sublimia, id est loqui de se multa verba sublimia, quasi dicat, omnia hæc poterunt esse irrita, cum nullus sit fortis, sicut Deus noster, qui tamen de se sublimia loquitur, detrahit diuinam fortitudinem: ideo non est multiplicandum in sublimibus verbis, maxime quando homines faciunt hoc gloriantes, id est de seipsis habentes gloriam referendo magnitudinem ad se.

Alio modo intelligitur referendo hoc ad Annam, etiam increpando Phenennam, scilicet, quod non loquatur aliquis sublimia gloriando de seipso, id est in bono suo: & hoc quia Deus fortis est super omnes alios, ideo potest imitare illa, in quibus homines gaudent, & tristantur, quasi dicat Phenenna potuisset contra Annam loqui sublimia gloriando de fecunditate sua, & deprimendo Annam, quia sterilis erat: si existimaret, quod non esset aliquis potens super homines, scilicet ad mutandum statum eorum qui posset tollere fecunditatem Phenennæ faciundo eam sterilem, & auferre opprobrium Annæ dando ei proli multitudine: quia tamen non est aliquis fortis, sicut Deus noster, scilicet qui potest immutare statum rerum faciundo de sterili fecundam, & è contrario, non debet Phenenna gloriari in fecunditate sua exprobrando Annæ, quod esset sterilis.

Recedant vetera de ore vestro. Hoc potest referri ad Annam, & Phenennam, & exponetur sic: Recedant vetera, id est recedant de ore vestro, scilicet, iam non poteritis dicere ea, quæ antiquitus dicebatis, scilicet prius inferebatis opprobrium, mihi vocando me sterilem: nunc autem non poteritis, ideo recedat ista verba de ore vestro.

Quia Deus scientiarum dominus est. Id est dominus noster est Deus scientiarum, id est est Deus, qui omnia cognoscit, scilicet ipse cognouit cor meum, quod in rectitudine ambulauerim coram illo, & quod in amaritudine mea petierim ab eo filium. Cognouit etiam cor Phenennæ, scilicet, quia iniquo animo me affligebat opprobrijs: ideo dedit mihi fecunditatem, faciens recedere de ore illius antiqua dicta.

Et ipsi preparantur cogitationes. Id est cogitationes nostræ sunt paratæ, vel ordinatæ coram ipso, scilicet, quod valde de late eas cognoscere possit, & hoc redit ad præcedentem sententiam, scilicet, quod Deus cognouit cogitationes Annæ, & Phenennæ, & reddidit utriusque secundum quod merebatur. Aliter potest exponi ista litera in laudem Dei, scilicet recedant vetera de ore vestro, id est laudes veteres. Consueuerant enim homines ab antiquo laudare Deos, quos sibi cõsueuerant, & de istis dicit Anna, quod vetera, id est laudes istorum recedant de ore humano, quia postquam Deus Israel cognouit est, ut Deus verus, ipse apparet dignus omni laude. Alij autem dij nequaquam.

Quia Deus scientiarum dominus est. Dat causam quare debeant cessare laudes Deorum antiquorum, scilicet quia dij gentiles non sunt tantæ perfectionis, sicut Deus Israel, cum iste sit Deus scientiarum, id est Deus omnia sciens, quem nihil latere potest: dij autem gentium non cognoscunt omnia hæc.

Et ipsi preparantur cogitationes. Id est non solum Deus cognoscit res omnes vniuersi, & omnes actus humanos, sed etiam cognoscit cogitationes secretas in cor-

de hominis, & hoc videtur esse mirabilis.

Arcus fortium superatus est. Hic ponit Anna Metaphoram inter se, & Phenennam per trãsumptionem ad arma, scilicet, quomodo Deus exaltauerit Annam dando ei miraculose filium, & quomodo deprefferit emulam suam Phenennam gloriantem in fecunditate sua. Et dicit, quod arcus fortium superatus est, id est victus est. Vocantur fortes, qui in se confidunt, & se aliquid magnum habere existimant: sic enim erat in Phenenna, quæ in sua fecunditate gloriabatur: arcus autem suus dicitur esse fecunditas, per quam ipsa vulnerabat Annam: & est cõueniens transumptio, quia arcus est genus armaturæ ad feriendum: sic enim fecunditas erat Phenennæ occasio affligendi Annam. Nam cum ipsa nimis fecunda esset, & Anna sterilis exprobrabat nimis Annæ in fecunditate ex hac parte eã feriens. Nunc vero arcus fortium superatus est, id est fecunditas Phenennæ fuit deuicta cum conceperit Anna, quoniam non habuit iam potestatem feriendi eam.

Et infirmi accincli sunt robore. Id est illi qui prius erant infirmi roborati sunt: hoc dicit Anna, quia ipsa primo fuerat infirma, id est totaliter sterilis; postea vero Deus dedit ei abundantem fecunditatem, in qua roborata esse videtur.

Repleti prius pro panibus se locauerunt. Facit hic aliam Metaphoram Anna de famelico, & de abundante panibus: quoniam Phenenna a principio erat tanquam repleta panibus: Anna vero tanquam famelica, quia nullum habebat filium: sed postea è contrario factus est, quia Anna multos filios habuit.

Aliqui enim dicunt, quod Deus videns malitiam Phenennæ occidit omnes filios eius, & non simul, sed cum nascebatur vnus filius Annæ moriebatur vnus filius Phenennæ, & sic successiue vsquequo morentur omnes: Anna autem fuit postea satis fecunda, quoniam sex filios peperit, scilicet Samuelem, & alios tres filios, & duas filias, ut patet infra. hoc autem prophætabat Anna, scilicet, quod ipsa multiplicanda erat in prole, & Phenenna diminuenda. Videtur dicitur hic repleti prius pro panibus se locauerunt, id est illi, qui a principio erant ditissimi, & repleti omnibus bonis ad tantam venerunt inopiam, ut se locarent pro panibus: id est darent operas suas, vel laboraret tota die solum, ut darerent eis panes ad cibum. Debet autem istud aduerbium prius legi cum isto participio repleti, & non cum illo verbo locauerunt: & est sensus, quod repleti prius, id est qui a principio erant repleti, locauerunt se postea pro panibus, scilicet Phenenna, quæ a principio fuerat abundantissima in prole, locauit se postea pro panibus, id est ita caruit filijs; quod saltem vnum filium desiderasset, sicut ille, qui nihil habet pro laboribus suis, vellet sibi saltem cibos dari.

Et famelici saturati sunt. Intelligitur de Anna, quæ a principio erat tanquam famelica nullam habens prolem; postea autem saturata est habens multos filios; quoniam sex peperit, ut patet infra.

Donc sterilis peperit plurimos. Hic applicat Anna metaphoram suam ad propositum inter se, & Phenennam, scilicet, quod ditati prius locauerunt se pro panibus, & famelici sunt saturati, & hæc donec sterilis peperit plurimos, id est in tantum peruenit, quod sterilis pareret multos filios, quod dicit de seipsa, quæ a principio erat sterilis, postea autem plurimos peperit, scilicet sex, ut patet infra. in quo patet, quod Anna locuta fuit ista prophetice, quia quando ista dixit erat in Silo offerens filium suum Samuelem dño, & tunc nullum alium adhuc pepererat, nec poterat ipsa scire, an plures paritura foret, nisi Deus ei reuelaret, & tamen cognouit, ut hic apparet, ergo, prophetice ista dicebat, & hoc fuit, quare

quare sacra Scriptura istam orationem suscepit. Alioquin, ita fuisset descripta oratio viri sui Elchana, & aliorum.

Et quæ multos habebat filios infirmata est. Id est non habuit ultra firmitatem fecunditatis ad pariendum. In quo satis innuitur id, quod supra dicebant quidam, scilicet, quod postquam peperit Anna, nunquam peperit Phenenna: sed magis moriebantur filij eius, scilicet, quod tot morerentur Phenennæ quot nascebantur Annæ, & istud proprie est infirmari. Nam non est infirmari non crescere in firmitudine, sed deficere à firmitudine, quæ præexistebat: firmitudo Annæ erat pluralitas filiorum; ergo eam infirmari erat deficere omnes filios suos, vel aliquos de eis.

Dominus mortificat, & viuificat. Hic redit Anna ad laudem Dei pro beneficio collato, scilicet, quia de sterili fecit eam fecundam: & dicit quod potentia Dei est magna super potentiam hominum, & naturæ: quoniam ipse mortificat, & postea viuificat: homines autem, vel natura si aliquem mortificauerint, non possunt illud postea viuificare: Deus autem quamquam aliquem mortificet, postea viuificat, cum vult: & quæquam mortificare a morte dicitur, tamen non accipitur mortificare, id est occidere, sed mortificare, id est deducere, quasi vsque ad terminos mortis, quantum ad Dei potentiam tamen nihil differt, an mortificatum, vel penitus mortuum viuificet. Applicatur hoc ad Annam, quia ipsa erat tanquam mortua cum concipere non posset: postea autem viuificata est, quia Deus ei conceptum dedit.

Deducit ad inferos, & reducit. Istud est aliud signum potentie diuinæ, scilicet, quod Deus facit hominem descendere vsque ad sepulchrum, & inde postea eum liberat. Accipitur autem hic inferos non pro gehennalibus locis, sed pro sepulchro, quia in Hebræo eadē dictio significat infernum, & sepulchrum, & de hoc verum est, quia Deus ducit hominem ad inferos, id est vsque ad sepulchrum quasi mortuus sit: & postea reducit, scilicet eum viuificando. Vel ducit ad inferos scilicet verè occidendo, & faciundo, quod homo ducatur ad sepulchrum: reducere autem est, quando facit eum de sepulchro resurgere. Nam tempore legis veteris aliqui surrexerunt a mortuis, ut patet de illo, quem suscitauit Elias, scilicet filium mulieris Sareptæ infra tertio libro, capitulo. 17. & de illo puero, quem suscitauit Eliseus, scilicet filium hospitis suæ infra 4. libro, cap. quarto, etiam cum mortuus esset Eliseus, & sepultus, & in sepulchro eius sepeliretur quidam homo, quem non potuerunt præ instantia citius sepelire, reuixit homo, & stetit super pedes suos: dum tetigit ossa Elisei, infra quarto libro decimo tertio capitulo. Iste autem est modus accipiendi inferos, vel infernum communiter in sacra Scriptura pro sepulchro, sic patet Gene. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum: & Gene. 34. dicitur: Deducet serui tui canos eius cum dolore ad inferos: & idem quadragesimo secundo. Potest autem accipi inferos pro loco gehennali, quia etiam Deus ad locum illum hominem ducit, & inde reducit: omnes enim, qui descendunt ad inferos, scilicet ad purgatorias sedes, vel ad Limbū sanctorum, reducuntur inde: quia in Limbo sanctorum patrum solum steterunt animæ vsque ad Christi passionem, & postea inde redactæ sunt cum Christo resurgente: in purgatorijs etiam sedibus in æternū non manent, sed finitis supplicijs, quæ animarum quælibet pro inexplata satisfactione sublatura est, ad vitam æternam reducitur. Anna tamen magis intelligebat hic de inferis, id est sepulchro, quam de locis gehennalibus.

Dominus pauperem facit, & ditat. Istud est alterum si-

gnum potentie diuinæ: & est quantum ad bona fortuna: diuitiæ enim, honores, & principatus atque familia in bonis fortuna computantur, quia nec nobis natura insunt, nec ex arbitrio veniunt, aut recedunt, sed cum acquisitio sit fortuita, conseruatio est incertissima.

In his enim Deus potestatem habet, quia licet vulgares ad pauca respicientes pure ex fortuna ista euenire contendant, & nulla dicta lege temere fluitante, quia nullum vniuersalem rectorem, aut moderatorem prouidentiam esse credunt: Deus tamen omnia hæc dirigit, ita ut nec obolus quidem nobis, aut accedat, aut recedat, sine eius iudicio. Nam si duo passeresset, qui ferè nullius valoris sunt, non possunt cadere sine consilio, & determinatione Dei, quantum magis actus humani, & infortunatum aduersitates, atque quæcumque prosperitates sine Deo regulante euenire poterunt? nullatenus inquam.

Dicendum namque est, quod nec etiam minimus capillus corporis nostri sine altissimo Dei consilio perire potest, sed omnia sub certissima Dei prouidentia collocata sunt. De hoc patet Matth. capitulo. 10. scilicet. Nonne duo passeresset asse uenient, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro: vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. homines igitur diuites, vel pauperes fieri, quod aliquantam mutationem, & magnitudinem in actibus humanis facit, sine Dei prouidentia non dispensatur: ipse ergo hominem diuitem facit, & ponit primo pauperatē, & postea diuitias applicando ad seipsam, scilicet, quod ipsa erat pauper primo non habens filios: deinde multiplicata est in prole, quod est ditari.

Humiliat, & subleuat. Id est Deus deprimat hominem aliquando, & postea eum exaltat: humiliare enim accipitur dupliciter. Vno modo, id est humilem facere, scilicet dare ei habitum humilitatis, & istud est nobis gratissimum atque magnum donum cum humilitas sit clarissima virtus.

Alio modo accipitur humiliare, id est, deprimere, scilicet facere hominem despicibilem auferendo ei aliquid, per quod erat excellens, vel nihil conferendo illi per quod mereatur honorem, & ista non est virtus, sed poena, de qua intelligitur hic: opponitur enim huic subleuatio, ut cum aliquis eleuatur ad magnum honorem, vel prosperitatem diuitiarum, aut nominis cõlebritatem: sic enim fuit in Anna, quoniam Deus humiliavit eam a principio, scilicet fecit despicibilem, & opprobriosam apud emulam suam Phenennam concludendo vltimum eius, sed postea subleuauit illam dando illi multitudinem filiorum miraculose.

Suscitans de puluere egenum. Ista sententia pertinet ad superiorem, scilicet, quod Deus homines infimos eleuat interdum ad honores, cum prius fuissent despicibiles nimis, & quasi sedentes in puluere, scilicet quod omnes calcabant eos quasi lutum, vel puluerem propter paupertatem.

Et de stercore eleuat pauperem. Replicatio est eiusdem sententiæ. Pauper namque & egenus idem sunt, quam pauper non significet tantam diminutionem, sicut egenus, quia pauper est qui partem habet, tamen aliquid habet: egenus autem, qui omnibus eget. eleuare autem egenum de stercore idem est, quod eleuare pauperem de puluere, scilicet, quod fuerit iste in loco valde humili & deiecto, & Deus inde eleuat ad regnandum, vel ad magnum honorem, sed adhuc sicur pauper non est ita abiectus, sicut egenus: ita eleuare de stercore abiectus est, quam eleuare de puluere, ita ut significetur, quod de quocumque loco, siue multum humili, siue non, Deus potest eleuare hominem ad honores.

Inferi, inferna, & sepulchrum idem sæpe in scripturis.

Inferus pro loco Gehennæ.

Causa Dei prouidentia disponitur.

Et sedeat cum principibus. Id est, ut sedeat inter principes. ista est magna mutatio, quia sicut nihil est abie-

Et solium gloria teneat. Id est, facit, quod sedeat in Cathedra honorabili. Solium enim proprie pertinet ad reges, & sic Deus interdum pauperibus dat solium, sicut Deus tulit David de pascuis ovium, & fecit ascendere ad regale solium.

Domini enim sunt cardines terrae. Hic laudat Deum Anna de potestate, & vniuersali dispositione rerum, scilicet, quod ipse omnia facit atque disponit, sicut, quod posuerit cardines terrae: dicitur enim cardo id super quo mouetur porta, & ipsum est immobile, ita ergo cardines terrae sunt aliqua, quae assignantur immobilibus. Possunt autem multipliciter accipi cardines terrae: vno modo pro punctis quibusdam, assignatis in ea: & sic dicunt quidam punctum Orientis, & punctum Occidentis, Meridiet, atque Aquilonis esse cardines terrae, quasi totus orbis sit fundatus super ista quatuor puncta, ut pote, quod terra sit fundamentum mundi, & super quatuor eius extrema puncta sint fundata omnia alia, quae sunt in natura rerum, & ista sunt quatuor puncta praedicta. Sed adhuc si accipiamus proprie cardinem magis proprie dicitur de duobus punctis istorum quam de alijs, quia cardo significat quandam immobilitatem, totus autem orbis habet immobilitatem super partem Septentrionalem, & Meridianam, cum axis mundi veniens a polo in polum, & transiens per centrum terrae veniat de puncto Aquilonari ad Meridianum, & super partes istas non sit aliquis motus mundi, sed super Orientem & Occidentem, ideo erunt ista duo cardines.

Alio modo possunt accipi cardines terrae pro ipso, quod est penitus immobile in terra, & in toto orbe. Istud autem est centrum terrae, vel centrum mundi, quoniam istud est in loco totius immobilitatis, & ad istud cuncta tendunt quae volunt esse immobilia. Dicitur autem centrum esse cardo terrae, quia terra & totus orbis super ipsum est.

Alio modo accipitur cardo pro ipsa terra, scilicet Deus posuit cardines terrae, id est ipsam terram, quae est cardo totius mundi, eo quod ipsa est immobilis: cetera autem mobilia, & mobile fundatur super immobile. Dicitur autem, quod Deus posuit cardines terrae, id est terram pro cardinibus, scilicet, ut ipsa esse cardo mundi.

Et posuit super eos orbem. Id est, locauit, vel fixit totum orbem super cardines suos, scilicet, faciendo, quod non recedat a terra in diuersas partes.

Pro quo considerandum, quod mundus ita locatus est, ut terra sit omnium fundamentum, & ipsa sit super centrum suum posita: super terram autem fundatur sphaera aquae, & super aquam aer, & sic de igne, quae sunt quatuor sphaerae elementales: quarum vna est in circuitu alterius, & sic per ordinem consequentem: deinde super corpora elementalia fundantur corpora coelestia, quae diuiduntur per sphaeras suas, quarum vna est in circuitu alterius: & sic consequenter usque ad vltimam.

In istis corporibus talis ordo est, quod omnia habeant respectum ad centrum terrae, siue centrum mundi, & quamquam ipsa sint mobilia omnia praeter terram respectu centri non mouentur, quia non distant inaequaliter respectu illius diuersis temporibus, sed est diuersitas motus, quantum ad aliqua puncta assignata in ipsis sphaeris, secundum quod est Orientalis, & Occidentalis, Meridianus & Aquilonaris, quia per distantiam & accessum ad haec puncta interdum ma-

gis appropinquant, & interdum minus, & sic mouentur. Respectu autem centri omnia sunt immobilia, & hoc sufficit ad hoc, quod totus orbis sit aliquid continuum, vel vnum quasi continuatum, eo quod nulla pars eius magis recedat a centro vno tempore quam alio, & consequenter nunquam ipse recedunt a se ipsi ad hoc, quod fiat diuisio: & tamen si aliqua earum recederet a centro magis vno tempore quam alio oportebat, quod vna res subintraret aliam, vel quod ipsa in se diuideretur: alioquin omnes permanebant simul in aequalitate distantiae semper ad centrum.

Terra cum non sustentetur ab aliquo, quare non cadit ad aliam partem mundi. Et quomodo fundata est, ne moueatur huc, & illuc. Quaest. II.

Quaerunt autem aliqui de isto situ terrae, & praecipue de terra cum ipsa sit grauis, quomodo non cadat ad aliquam partem mundi cum non videatur ab aliquo sustineri. In quo quidam opinantur valde irrationabiliter existimantes terram esse fundatam super lapides: alij autem super aquam.

Sed ista nihil sunt, & multum contra naturam: est enim terra fundata super seipsam, sicut dicitur in Psalmis: Qui fundauit terram super stabilitatem suam, id est super seipsam, quae est stabilis, vel super stabilitatem suam, id est super illam partem, a qua est stabilis, & ista est centrum. Posuit enim Deus in fundatione orbis, id quod sit infimum omnium esse centrum terrae, & cum graua secundum conditionem suam semper debeant descendere ad inferius, & non sit aliquid inferius centro non poterit terra ire ultra centrum: nam quocumque iret iam ascenderet recedendo a centro ad circumferentiam, sed istud non potest conuenire alicui rei graui. Terra igitur quamquam sit grauissima desiderans semper venire ad infimum, nunquam mouetur, quia est actualiter super centrum posita, & quamquam partes extremae superficiei eius desiderant centrum: tamen non possunt illuc moueri, quia tota terra est sic disposita, quod equaliter distet a centro ex omnibus partibus non mouebitur ex aliqua earum: si tamen terra posset educi a centro, ita quod tota moueretur a loco in quo est ad aliam partem non relicta aliqua parte eius, vbi nunc est: moueretur ipsa naturaliter ad occupandum centrum vbi est, & non solum si tota terra expelleretur de loco, in quo nunc est, sed etiam si moueretur aliquo loco suo versus aliquam partem circumferentiae caeli adhuc tamen manente centro mundi intra terram moueretur ipsa terra versus centrum ex ea parte, qua erat extra, & cum peruenisset centrum terrae ad centrum mundi, quiesceret terra, quasi in centro mundi posita. Ideo quando quaeritur quomodo terra tenetur, vel a quone cadat a loco, in quo est irrationabilis quaestio est: quoniam magis quaeri deberet, quomodo terra ire posset ad alium locum quam ad eum, in quo est: istud enim esset contra rerum naturam, & terrae appetitum. Nunc autem secundum naturam est in loco suo, ideo non potest moueri descendendo deorsum, quia nihil infra eam est, nec ascendendo sursum, quia contra naturam illius est.

Quomodo aer, aqua, ignis manent in locis suis, & an possint moueri infra, vel supra. Quaest. III.

Quaeritur vltius, de situ aliorum corporum elementalium.

Respon-

Qui vocatur cardines orbis, seu terrae, & quo accipiuntur.

Terra esse fundamentum orbis, & oia ordinari per respectum ad ipsam.

De aqua.

Respondendum est, quod illa acquirunt sibi loca secundum pondera, & leuitates, quae naturaliter in eis sunt, & per ista continentur, ne vnum ab altero discedere possit, & ita continentur totum orbis. Cum vero ista elementa contiguerent, vnum est locus alterius iuxta Aristotel. scilicet, quod elementa inuicem se locant.

Conseruatur autem ista localitas, & contiguitas semper per hoc, quod nec vnum eorum ascendere potest plusquam ascendit, nec plus descendere, quam descendit, terra autem, ut iam dictum est, est omnium cardo, & est grauissima super quam aqua est, quae minoris grauitatis est quam terra, quamquam sit elementum graue, ista autem continentur terrae propter grauitatem suam, scilicet, quod nec descendere potest, nec ascendere. Nam ipsa non potest descendere infra locum suum, quia impeditur a terra, quae est immediate super centrum posita, non potest etiam ascendere ad locum aliorum elementorum, scilicet ad locum aeris, vel ignis: quoniam ipsa grauis est, & loca istorum elementorum sunt loca requirunt leuitatem, ideo etiam si permetteretur sibi ab ipsis elementis, quod illuc ascenderet, ipsa non posset, quia repugnat ei conditio sua. De descensu autem versus centrum dicendum est, quod non solum aqua non descendit infra locum suum, quia impeditur a terra: sed etiam quia ipsa non desiderat illuc descendere etiam si permittatur: nam quamquam sit aqua grauis, tamen non est maxime grauitatis: locus autem centri terrae, vel locus, quem terra occupat est maxime grauius, ideo non potest, nec appetit illuc descendere aqua: vnde si contingeret totum locum, quem terra occupat, vacuum relinqui, aqua non desideraret manere in loco illo circumfusa centro mundi, nec deflueret illuc sua grauitate, sed solum ad replendum locum. Et istud non est ex conditione propria elementi, sed ex desiderio vniuersali naturae ad replendum locum, ne discontinuetur vniuersum, & quantum ad hunc modum nihil magis aqua desiderat descendere ad centrum terrae quam ascendere ad sphaeram ignis, quod patet, quia interdum ex desiderio implendi locum aqua ascendit, sicut patet cum in aliquibus strictis organis in quorum parte inferiori stat aqua, si atrahamus aerem totum inspirando, manebit locus ille vacuus, nisi aqua ascendat: ideo aqua immediate ascendit. Et sic est de omnibus alijs elementis, quia quodlibet eorum mouebitur a propria sphaera secundum partem, ut repleat vacuum. Si tamen, ut aliqui existimant aqua desiderat descendere ad centrum mundi per suam grauitatem, & solum teneretur a terra, esset aliquo modo aqua violenta, quod non est concedendum in naturalibus, quia nullum violentum perpetuum esse potest: etiam si diceretur, quod aqua esset magne grauitatis, & desideraret descendere ad centrum mundi, necesse esset, quod vel comprimeret partes terrae in seipsas, & efficeretur locus sphaerae terrae minor, vel diuideretur partes terrae cedentes partibus aquae, & cogere terra supernatare penetrante aqua ad centrum mundi: sicut nunc sit si posuerimus terram super aquam, quia ibi aqua diuiditur cedens terrae, & cogitur ipsa superenatare, sed non cogit aqua terram ad hoc, sed e contrario, ideo non desiderat descendere ad inferiorem locum non exigente sua grauitate, non potest autem ascendere sursum, ut dictum est, ideo manebit aqua naturaliter in loco suo non desiderans ascendere aut descendere.

De aere.

De aere autem eodem modo dicendum est, quod est in loco proprio, & non desiderat aliquem alium: ideo non oportet, quod ab aliquo teneatur, quia res indiget tenente cum extra suum locum est, cum ibi

Alph. Toftin Primum Regum.

non se possit tenere. Cum vero est in loco suo non tenetur ab aliquo, sed natura sua eam ibi conseruat. Aer autem non est sicut aqua & terra, scilicet habens aliquam grauitatem: est enim de corporibus leuibus: non tamen est tantae leuitatis sicut ignis: ideo correspondet sibi locus minoris leuitatis, quo pacto aer non desiderat ascendere superius, quia ille locus est maioris leuitatis, quam sit corpus aeris. Non desiderat etiam descendere inferius, quia non est grauis sicut terra, aut aqua, ita ut desideret loca ipsorum: manet igitur naturaliter in sua sphaera nolens alium locum. Ignis quoque, qui est vltimum elementarium corporum, non desiderat ascendere, aut descendere respectu loci sui, quia elementum ignis est in elementalibus corporibus vltimum: ideo est leuissimum, propter quod data est sibi sphaera maxime leuitatis, vltra quam ascendere non desiderat, quia ibi est locus coelestium corporum, quae leuiores sunt, licet proprie nec sint graua, nec leuia, sed non sunt illius gradus leuitatis cuius ignis: ideo ignis non desiderat ascendere ad locum illorum, qui est superior. Ignis quoque non desiderat etiam descendere ad sphaeram aeris, vel infra illam: quoniam omnia ista sunt loca minoris leuitatis, ideo est sibi contra naturam tendere in illa, & si aliquando iret ad ea non posset ibi, nisi per violentiam, conseruari: manet igitur locus suus naturalis sibi, & in nullo alio esse potest. Iste modus procedendi in locis elementorum est ex conditione qualitatum motuarum, quae sunt grauitas & leuitas. Alius autem modus equaliter solidus haberi potest, & ita naturalis procedendo ex qualitibus alteratiuis elementorum, scilicet caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, propter quas necesse est, ut elementa in diuersis locis sint, & vnum non possit esse in loco alterius: iste modus secundus procedendi satis declaratus est super decimum capit. Iosue & in libro nostro de quinque Metaphoris Paradoxis in parte quarta.

Considerandum autem, quod non solum ista elementa propter diuersas qualitates motiuas, & alteratiuas acceperunt diuersa loca, sed etiam propter proportionalitatem repertam in istis qualitibus acceperunt loca coniuncta: non enim requirebatur solum, quod aqua non esset in loco terrae, nec ignis in loco aeris, vel e conuerso, aut quod non desideraret vnum elementum moueri ad locum alterius, sed etiam quod loca istorum elementorum essent coniuncta, ut non discontinuaretur orbis, ad quod requirebatur proportio alitas praedictarum qualitatum. Nam si ignis esset leuior quam est, & aer maneret in sua conditione, eleuaretur ignis vltra locum in quo est, & sic maneret discontinuitas in vniuerso, vel si ignis existeret in sua leuitate, & aer esset grauior, vel non tam leuis, ut est ignis, maneret in suo loco, & aer deprimeretur magis scilicet veniendo ad locum terrae, vel aquae, & sic maneret discontinuitas inter aereni, & ignem.

Simili modo arguendum est de grauitate terrae, & aquae: oportuit igitur, quod se haberent proportionaliter elementa in qualitibus suis motiuis proportionalitate continua, scilicet, sicut se habet terra ad aquam, ita se habet aer ad ignem, vel aliter sicut terra ad aquam ita aqua ad aerem, & aer ad ignem. Nec solum debuit hoc esse in qualitibus motiuis, sed etiam in alteratiuis, quia quamquam istae non faciant directe ad locum, tamen per accidens multum iuuant, quia si ignis esset calidior nimis quam est, oporteret, quod distaret ab aere: alioquin ignis totum aerem combureret propter impropotionalitatem qualitatum, nunc autem quia habent proportionem quandam, vnum non potest alterum corrumpere. Similiter etiam si aqua esset humidior, quam est, consumeret totam terram.

E 4 siccita.

De isto di-
cto Boetij
vide nota-
biliter per
do. Abulē.
Iofue. 10.
cap.

ficcitatem, vel si ficcitas terræ esset maior duplo vel triplo, quam est, totam absorberet aquam: ideo oportebat, ut vel essent elementa ista seiuncta locis, vel tota periret regio elementalibus quorum utrinque incōueniens est: ideo debuit esse proportio in illis, sicut in numeris. Et de hoc Boetius, de consolatio. libr. 3. Metro. 9. ait.

*In numeris elementa ligas, ut frigora flammis
Arida conueniant liquidis, ne purior ignis
Euolet, aut merfas deducant pondera terras.*

Ex eisdem etiam causis sequitur, quod non potest stare aqua apud ignem: nec locus aeris apud terram, sed quod intercendant alia elementa, de quibus magis declaratum est Iofue. cap. 10. apparet igitur ex prædictis, quare elementa sic sint collocata, & super quos cardines.

De loco calorū, & an celi, qui sunt superius possint esse inferius, & è contra, & de ordine ipsorum. Quæst. IIII.

QUARE TERN vterius de loco cælorū, quare sic collocati sunt. In quo præsupponendum est cælos esse decem, septem cælos planeticos, & octauum cælum fixarum stellarum, & nonum cælum chrystallinū, quod vocatur a philosophis primum mobile. & decimum cælum, quod empyreum dicitur, ubi est requies beatorum. De isto decimo cælo soli catholici loquuntur: naturales autem aut astrologi nihil vnquam tale esse intellexerunt, eo quod cognouissent non haberi aliquod astrum per quod coeloscatur: nec aliquem motum, per quem illum a cæteris distingamus. Alij autem cæli naturaliter cogniti sunt propter motus eorum. De istis omnibus dicendum est, quod nō possunt esse inferius quā sunt, nec superius. Non quidem inferius, quia corpora cælestia sunt leuiora corporibus elementalibus, intelligendo, ut diximus, ergo non desiderabunt esse in loco ipsorum. Non possunt etiam esse superius quā sunt, quia vltra cælum nec est locus, nec corpus, nec motus: ergo corpora cælestia non poterunt desiderare esse supra. Hoc quidem est quantum ad cælos in comparatione aliarum rerum: secus tamē aliquis dicit quantum ad cælos in comparatione eorum inter se, scilicet, quare cælum Martis non est supra cælum Iouis, vel Saturni, & cælum Lunę quare nō est super cælum Solis.

Cæli recte
ordinati
sunt inter
se.

Aliquis respondebit, quod hoc fit propter magnitudinem, & paruitatem circulorum: nam circulus magnus non potest capi in paruo, sed omnes circuli planetici, & aliarum stellarum sunt inter se inæquales: ergo illi, qui maiores sunt, non poterunt capi intra minores, sed nunc est ordo, ut omnes minores sint intra maiores tanquam magis accedentes ad centrum: ergo non poterūt aliquem alium ordinem habere, sed erunt semper infra qui nunc sunt inferiores, & semper supra, qui nunc superiores sunt.

Sed diceret aliquis, quod adhuc istud nō satisficit, quia posset aliquis dicere, quod cælum quod est nūc maioris quantitatis posset cōdensari, & omne sub cælo quod est minoris quantitatis, & cælum quod est minus posset rare fieri, & accipiendo maiorem quantitatem includere sub se cælum, quod erat quoddam maioris quantitatis. Item poterat aliter fieri, si dato quod non includeretur cælum maioris quantitatis, si essent cæli inferiores de natura leuiori quam cæli superiores: ascenderent partes quædam cælorum inferiorum ad locum, in quo sunt cæli superiores.

Respondendum est, quod hoc non stat, quoniam corpora cælestia, siue ponantur contigua, siue continua non poterunt habere istam mutationem situs. Dico

F autem hoc, quia quidam volunt omnia corpora cælestia esse vnum corpus per cōtinitatem, solas autem stellas esse inter se distinctas. Alij autem volūt esse cælum diuersa corpora, tamen contigua. Primo modo accipiendo quæstio non stat, quia sicut in eodem elemento aqua, vel ignis partes inferiores magis coniuncte centro non mutant situm ascendendo ad locum superiorem suæ sphaeræ, nec è contrario, ita & in cælis fiet cum sint omnes vnum corpus numero loquendo de orbibus, & non de astris non ascendent cæli inferiores ad partem superiorem, nec è contrario. Et tunc non stant duę rationes in contrarium, prima cũ dicebatur, quod rarefieret vnus orbis, & p rarefactionem acquireret maiorem extensionem: nam in cælis non fit rarefactio, nec condensatio: causa est, quia istę sunt qualitates, vel conditiones elementorum, quæ causantur in illis propter contrarietatem qualitatum primarum. In corporibus autem cælestibus non est aliqua contrarietas, ideo non fiet ibi rarefactio, nec condensatio.

Secunda ratio nō stat, cum dicebatur, quod aliquę partes vnus cæli inferiores ascenderent ad locum superioris cæli: nam si ponatur cæli vnum corpus cōtinuum, erunt eiusdem nature, & etiam quamquam haberent conditionem elementalem in grauitate, & leuitate non ascenderent, aut descenderent mutantes situm, ut supra dicebatur: si autem sint diuersa corpora, sed contigua, dicendum quod sunt eiusdem conditionis, sicut quodlibet elementum in omnibus partibus suis, ideo non erit ibi mutatio situs.

Alio modo & magis in radice dicendum est, quod acquisitio loci quantum ad superius, & inferius est, ex qualitatibus motiuis, scilicet ex leuitate, & grauitate: ista vero in elementis sunt, in corporibus autem cælestibus nihil tale est: ideo nec vna pars propter grauitatem poterit descendere, nec alia propter leuitatem poterit ascendere, sed singule manebunt in locis suis, in quibus conditę sunt. Et ob hoc non solum ipse pars orbium, sed etiam corpora astrarum, quę maiorē habent distinctionem non poterunt eleuari, aut depri-mi: sed conditio omnium istorum corporum est motu ueri circa centrum terrę, vel epicicli; istud autem est, ut si accipiatur linea recta ducta a quacunque parte cæli ad centrum mundi, illa mouebitur in circuitu illius centri: ita ut semper distet a centro per longitudinem illius lineę, & sic qualibet pars cæli facit circulum regulatissimum. Non fuit autem conueniens in cælo dari grauitatem, vel leuitatem sicut in elementis, quia ista propter generationem, & corruptionem acquirunt locum, & perdunt: & interdum res, quę perdit locum, semper maneret extra locum suum, si forte non haberet grauitatem, vel leuitatem, secundum quā requirit locum conuenientem sibi. In corporibus, autem cælestibus, quia nunquam est generatio, nec corruptio, nūquam acquirunt locum, nec deperditur: ideo non erat cōueniens poni ibi qualitates motiuis, scilicet leuitatem, & grauitatem, quę solum sunt ad acquisitionem loci.

Patet ergo ex superioribus circa locationem omnium rerum, tam elementalium quā non elementalium totius vniuersi, & quomodo totus orbis sit positus super cardines terrę: non est autem intelligendum, quod omnia elementa, & corpora cælestia sint super cardines terrę, id est fundata super terram ad hoc, quod non cadant, sed sunt super cardines terrę quantum ad hoc, quod omnia elementa, & corpora cælestia habent ordinem immediatum, & non sunt in aliqua distātia ab alijs, sed totus orbis est vnum ens continuum: terra tamen nil sustentat de pondere elementorum, vel cælorum. Nam etiam si corpora ele-

In qđ. præceden.

qđ. pcedē.

mentalia annihilarentur, & maneret vacuum totum A spaciū, in quo nunc sunt quattuor sphaerę elementales, corpora cælestia non laberentur in illam horrendam concauitatem, sed manerent vbi sunt.

De elementis etiam idem est, nam dato quod terra, & aqua de medio tollerentur, non propter hoc caderent alia duo elementa in cōcauum illud, quod maneret apud centrum relinquendo sphaeras suas, nisi aliquo modo fieret iste descensus, ut repletur vacuū, ut supra dictum est. Qui autem de istis querunt, si quo modo se possit aliqua res in tali, vel tali loco tenere, habent occasionem querendi ex quodam errore, si quia nesciunt, quis sit locus proprius alicuius rei, vel quis extraneus: ipsi autem omnia, quę collocant, ponunt extra loca sua, sicut patet in edificijs, quia partes edificiolorum eleuantur in sublimem etiam cum ille sint partes terrę desiderant descendere ad centrum: unde non possunt teneri, nisi per laborem, & artificia: sic etiam de hominibus est, qui conantur ascendere aliquando in loca excelsa in regione aerea, vel super sphaeram aquę, qui cum sint de natura terrę non se possunt tenere in sphaeris illis, ideo corruūt, nisi ponatur aliquid a quo teneantur. Sic autem existimant de cælis, & omnibus corporibus elementalibus, scilicet, quod indigeant aliquo, quo teneantur, sed non egēt: quoniam ista in locis naturalibus sunt, & nulla res desiderat ire extra naturam suam, quia res in tantum definit esse, in quantum exiit naturam suam.

Pedes sanctorum suorum seruat. Hic Anna conuertit se ad enunciandum aliqua beneficia, quę Deus facturus erat populo Iudęorum, & quomodo aduersaretur hostibus ipsorum, si quod Deus seruat pedes sanctorum suorum, id est habebit de eis valde magnam curam, ita etiam, ut non permittat pedes eorum contingi, vel lædi aliqua aduersitate. In quo innuit magna Dei cura circa Iudęos, quoniam nulla pars est in toto corpore humano, quę magis lædi posset quam pedes: eo quod coniuncti sunt semper rebus duris, & super eos tota corporis moles teneatur, & tamē Deus facit, quod etiam pedes Iudęorum non læderentur, quia de eis valde magnam habebat curam, quanto magis igitur de cæteris partibus corporis? sic patet Psalm. 36. vbi ponit de cura super iustos, scilicet, apud dominum gressus hominis dirigitur, & viam eius voluet: cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Sic etiam patet Psalm. 90. Quoniam Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Hoc autem fuit in Iudęis, quia quandiu ipsi erant viri boni, nemo poterat nocere eis, nec permittebat Deus saltem pedes eorum lædi.

Et impij in tenebris conticescent. Id est mali tacebunt in tenebris. Hic vocantur mali hostes Iudęorum: eo quod quando Iudęi erant boni, reputabantur hostes eorum tanquam iniqui. Quod autem non possit intelligi de Iudęis patet; nam ipsi vocantur sancti Numeri cap. 16. cum dixit Core ad Moysem, & Aaron, sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus, id est tota multitudo Iudęorum est de sanctis, & vocantur sancti, non prout sanctus dicit quendam statum, vel excellentiam in virtutibus, ut supra declaratum est, sed ut sanctus dicit applicationem ad Deum: omnes autem Iudęi erant specialiter applicati ad Deum per legem, & ceremonias, quę non erant in alijs gentibus, ut patet Deuterono: capit. 4. ideo respectu aliarum gentium omnes Iudęi erant sancti.

Inimicos Iudęorum tacere in tenebris dupliciter intelligi. Quæst. V.

INIMICI autem Iudęorum conticescunt, id est tacent in tenebris, quod dupliciter intelligitur. Vno modo de tenebris mentalibus, scilicet quod homines nesciunt dirigere operationes suas, & ob hoc errant, & incidunt in magna detrimenta, & hoc modo patiebatur hostes Iudęorum tenebras, quia interdum Deus excecabat eos, ut facerent bellū, & inciderēt in manus Iudęorum, vel dato, quod Deus non excecaret eos spiritualiter, tamē ipsi nesciebant, quid facturum esset eis in bellis. Iudęi autem, quando congregari debebant cum hostibus, inquirebant a sacerdotibus, vel Prophetis, & annunciabatur ipsis: sic patet de Dauid infra 23. & 30. ca. sic enim dicitur Numeri cap. 23. non est augurium in Iacob, nec diuinitio in Israel: temporibus suis dicitur Iacob, & Israeli quid operatus sit dominus.

Alio modo potest intelligi de tenebris corporalibus, in quas Deus faciebat interdū incidere hostes Iudęorum: & istę sunt duplices, quędam sunt reales corporales factę in aere, sicut fuerunt ille, quas Deus misit in Aegypto per triduum, & erant tenebrę ille, ita grosse, quod palpari possent, & nemo per triduum vidit ibi fratrem suum. Exodi cap. 10. & magnum lumē solis per diem, & astra per noctem non poterant illustrare terram Aegypti, sed manebant in illa horrenda tenebra Sapi. 17.

Alię sunt tenebrę corporales, id est ex parte corporis, quę non sunt aliquid existens in aere, sed quędam passio in oculis nostris, quę apud Gręcos vocatur auris, & ista est cum aliquis videns omnes res sibi præsentatas vnā, quę inter eas est videre non potest, quęquam diligēter conetur, ut illam videat, sic enim fuit in viris Sodomitis, quos percussit dominus cęcitate, ita ut ambulātes apud portam domus Lorth tota nocte, domum quidem viderent, sed portam nunquam inuenirent. Simile etiam accidit postea hostibus Iudęorum, si Syris seruis regis Benadab, quos percussit Deus cęcitate ad preces Elisęi, & cum ipsi inquirerēt Elisęum stantes apud urbem, in qua ipse manebat, exiuit eis obuiam Elisęus, & ipsi non videntes urbem, querebant ab Elisęo vbi esset urbs, in qua erat Elisęus, qui præcedens, duxit illos in Samariam, quę erat ciuitas hostilis, de quo infra 4. lib. cap. 6.

Quia non in fortitudine sua roborabitur vir. Id est ita fuit, quia homo non dependet ex potestate sua, sed ex potestate Dei: ideo seruat quos vult, & quos vult perdit.

Aliter potest exponi ista litera applicando eam ad Annam, & Phenennam, si quod Deus seruat pedes sanctorum suorum, id est pedes virorum iustorum, qui eum sequuntur toto corde, & sic erat Anna: ideo nec pedes eorum lædi permittit, sed prosperos facit actus eorum, sicut Annę dedit miraculosam in filijs fecunditatem, & hoc, quia non roboratur vir in fortitudine sua, id est bonum, vel malum non prouenit ei a seipso, sed a Deo. impij autem conticescunt in tenebris, id est incidunt in calamitates, sic fuit Phenenna, quę, quia erat impia persequēs Annam, infirmata est in prole, ut supra declaratum est.

Dominum formidabunt aduersarij eius. Istud intelligitur de bellis, quę faciebant Iudęi contra Philistinos, & Dei virtute superabant. Hoc autem, quia aduersarij Dei formidabant eum, id est hostes Iudęorum, qui erāt aduersarij Dei, timebant Deum in pugna contra Iudęos. Vocantur autem inimici Iudęorum aduersarij Dei, quia quando Iudęi colebant Deum, ipse accipiebat hostes Iudęorum tanquam hostes suos: Exodi ca. 23. si quod si audieris vocem eius, & feceris omnia, quę

Iudęis
Dei colē-
tibus, erat
Deus eorū
inimicus
inimicus.

quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Quod vero hostes Iudæorum timēt Deū in bellis, patet de Philisthijm inf. 4. c. f. Et cognouerūt, quōd arca domini venisset in castra, timueruntq; Philisthijm dicentes: Venit Deus in castra, & ingemuerunt, dicētes: v̄ nobis, quis nos saluabit de manu Deorum sublimium istorum? Sic etiam patet Iudith cap. 5. vbi Achior, qui erat de Ammonitis dixit ad Holofernē principem exercitus Nabuchodonosor: quōd quando Iudæi habebant Deum suum propitium nulla gens poterat pugnare contra eos: cum autem erat iratus, ab omnibus superabatur.

Et super ipsos incalis tonabit. Idest Deus emittet tonitrua de celo super illos ad terrendum eos, in quo prophetat Anna quandam euentum bellicum, quem habuerunt Iudæi, & contra Philisthijm, & fuit pauco tēpore post hoc, s̄ in ducatu Samuelis filij huius Annę: nam cum semel Iudæi conuenissent ad faciendum sacrificium in Masphat, Philisthijm irruerūt super eos nondum consummato sacrificio: cumq; timerent nimis Iudæi, precati sunt Samuelem, quōd oraret pro eis, & tūc intonuit dominus fragore magno de celo super Philisthijm, & exterruit eos atque cęsi sunt a filiis Israel: infra capit. 8. Simile etiam accidit tempore Iosue; cum ipse persequeretur quinque reges Amorrhęos, & essent in descensu vr̄bis Bethoron, misit dominus super eos lapides magnos de celo, & multos plures mortui sunt lapidibus grandinis, quam quos percusserant filij Israel: Iosue cap. 10.

Dominus iudicabit fines terrę. Hic describit Anna potestatem vniuersalem Dei, & tempora Messię. Primū signat, cum dicit, quōd Deus iudicabit fines terrę, s̄ quōd super omnes gentes exercebit iudicium suum disponens in illis quicquid voluerit, & dicitur de finibus terrę, quia quicquid in terminis terrę clauditur, Dei est.

Et dabit imperium regi suo. Scilicet Messię, quia tradet sibi omnes gentes, s̄ quōd sicut Deus iudicat omnes fines terrę, ita imperium iudicandi super omnes fines dedit Messię: quia pater non iudicat quemquā, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificēt filium, sicut honorificant patrem. Io. 5. ca. fuit autem potestas Messię vniuersalis, quoniam ipse dixit post resurrectionem suam data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Hoc autem fuit tradi imperium Christo, quoniam illud incepit in Christi resurrectione. De hoc Matth. 28. capit. ante resurrectionem autem nondum inceperat regnum Messię, nec lex Evangelica, sed tunc quando Christo ascendente in celos Apostoli missi sunt ad prædicandum per totum orbem.

Et sublimabit cornu Christi sui. Cornu significat partē, vel excellentiam: de primo patet cum dicimus in dextro cornu, vel in sinistro cornu altaris, sicut dicitur de Iob, quōd apprehendit cornu altaris infra 3. lib. ca. 2. Sic etiam dicitur in bellis esse cornu dextrum, vel sinistrum, sicut patet primo Macha. cap. 9. De secundo habetur hic exemplum, & multoties in scriptura, vt cum dicitur: Exaltabuntur cornua iusti, & illud Exaltabit cornu salutis in nobis Luc. ca. 1. Peruenit autē iste modus transumendi in sacra Scriptura ex conuentione faciei Moysi. Nam cum venisset de mōte receptus tabulis, apparuit facies eius emittens radios magnę lucis ad modum cornuum, quōd Moysen fecit valde reuerendum, ita vt non auderent ad eum accedere filij Israel, nisi cum velaret faciem suam: Exodi capitu. 34. Ab hoc autem inoleuit, vt omnis excellentia, vel exaltatio cornu appelletur. Deus autē sublimabit cornu Christi sui, idest faciet excellentiam Messię esse valde magnam, quia præposuit eum omnibus gentibus, & populis: vocatur autē Messias Christus, idest vnctus;

omnes enim reges apud Iudæos vocabantur vncti, vel Christi, quia efficiebantur reges per vnctionem, s̄ fundendo oleum cōsecratum super capita eorum, sicut super capita sacerdotum, sicut patet de Saule infra capi. 10. & de Dauid infra 16. capi. & de Salomone infra lib. 3. Messias autē rex erat, ideo vocabatur Christus: sic enim ipse confessus est regnum meum non est de hoc mundo: Ioan. 18. cap. hic finitur canticum Annę, quod aliqui totaliter exprimunt de Ecclesia, & Synagoga, sicut nos exposuimus de Anna, & Phenenna, sed ista expositio non est literalis, sed allegorica: ad hoc autem, quōd sit tota expositio pure literalis aliquid debet exponi de Anna, & Phenenna, & aliquid de hostibus Iudæorum, & aliquid de Messia, sicut expositum est.

Et abiit Elcana. Supra describebatur oratio, quam fecit Anna cum obtulit filium suum, hic ponitur recessus, s̄ quia venit Anna cum viro suo Elcana in domum suam, & reliquerunt filium suum in Sanctuario. In Ramatha in domum suam. Idest venerunt in domum suam, quę erat in Ramatha: ista est ciuitas, de qua erat oriundus Elcana, & in qua habitauit postea Samuel.

Puer autem Samuel erat minister in conspectu domini. Vouerunt enim puerum istum mater sua ad ministrandum semper coram domino, & ita reliquit eum ibi ministrantem. Dicitur autem, quōd ministrabat in conspectu domini, idest in templo. Et quia Deus ibi specialiter habitare dicebatur, quidquid ibi fiebat erat coram domino. Non est tamen intelligendum, quod ministraret Samuel faciens sacrificium, vel aliquid sacerdotale, sed in opere Leuitico, cum ipse esset de stirpe Leuitarum, quod autem erat ministerium, quod faciebat Samuel in templo, declaratum est præcedenti cap. præcipue enim vigilabat in custodia Sanctuarij dormiens in templo qualibet nocte circa locum, in quo erat arca, vt sequenti cap. Ministrabat quoque in omnibus alijs, quę iubebat ei Heli sacerdos: ille tamē nunquam iubebat, nisi quōd pertineret ad opus Leuiticum, vel cuiuscunque secularis viri.

Ante faciem Heli sacerdotis. Idest coram Heli, s̄ quōd ministrabat ad omnia, quę ille iubebat. quicunque autem ad mandatum alterius aliquid agit, dicitur agere ante faciem eius. Porro filij Heli. Hic ponitur secundum, s̄ deiectio filiorū Heli, & primo agitur de eorū iniquitate, quę consistebat in duobus, s̄ in præuaricatione sacerdotij, & in fornicatione cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, de quorum primo agitur hic, erant autem isti filij Heli duo, s̄ Ophni, & Phinees, vt patet præcedenti cap. quorum maior erat Phinees, & iam exercebat actus summi sacerdotij pro patre suo præcipiente illo: cum ipse hoc non posset explere præ senectute, vt ait Iosephus 5. lib. antiquitatum in fine. Filij Belial. Idest filij inobedientię. Belial dicitur inobediens, vel discordans, aut sine iugo, & ita omnes homines, qui non obediunt rationi, nec subduntur legi, dicuntur filij Belial: sic patet Iudicum cap. 19. vbi hoc exponitur, s̄ Venerunt viri ciuitatis illius filij Belial, idest absque iugo. Dicitur autem hoc de filijs Heli, quia non obediabant legi Dei quantum ad sacerdotium, nec quantum ad continentiam, cum fornicarentur cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, vt patet infra, nec obediunt præcepto patris, & increpationi infra in litera.

Nescientes dominum nec officium sacerdotum ad populum. Idest isti non cognoscebant Deum ad colendum esse: quamquam bene cognoscerēt eum ex lege, & ex miraculis, quę sepe fecerat propter Hebręos: etiam non cognoscebant officium sacerdotum, non quidem, quę ignorarent qualiter ministrare deberent, sed quia non

lebant agere, vt lex iusserat. Et isto modo sciendi, & A ignorandi loquitur scriptura, dicens, aliquem scire, vel recordari præcepta Dei, quando illa facit, & nescire quando non operatur: sic patet Psal. 102. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.

Quomodo filij Heli ignorabant legem sacerdotalem, & an ista ignorantia excusaret eos. Quæst. VI.

ANGVNTVR autem hic duæ ignorantie filiorum Heli, secundum quod dupliciter peccabāt in lege Dei vnum peccatum erat specialiter in actibus sacerdotibus, s̄ quod nō obseruabāt modum cęremoniariū in officijs suis, & quantum ad hoc dicitur, quod nesciebant officium sacerdotale ad populum, & quia istud erat magnum peccatum per se descriptum est. Aliud erat in multis enormitatibus, quas faciebant contra cętera præcepta Dei, quę non erant de officio sacerdotali: vt quod fornicarentur cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, & sic in similibus actibus. Et quantum ad hoc dicitur, quod nesciebant Deum, idest nesciebant leges Dei, & præcepta quęcunque de regulatione vitę ad obseruanda illa, sed sequebantur desideria sua: dicitur autem quod nesciebant officium sacerdotum ad populum, idest quantum ad illam partem, in qua communicant sacerdotes ministrantes tamen popularibus: alique enim sunt ministraciones, in quibus inter se nihil comunicāt, sicut in oblatione thymiamatis, & panis propositionis, & incensatione lucernarum, & ingressu in sancta Sanctorum. Alia autē sunt ministraciones, in quibus communicabant sacerdotes cum popularibus, sicut in sacrificijs, sed in istis adhuc nō totaliter, sed solum in hostia pacifica, in qua male se habebāt filij Heli ad populum, quia cum deberent ab eis accipere certam partem de hostia illa accipiebant, quod volebant: vt patet infra: in alijs autem ministracionibus, quas faciebant filij Heli, quę non pertinebant ad populum, scriptura nihil tangit, & satis videtur, quod non se habebant male in illis cum scriptura dicat specialiter, quod se habebant male in officio sacerdotali in quantum pertinebat ad populum, si autem voluisset etiam intelligi de officio sacerdotali quantum ad Deum, vel de vtroque expressisset, vel de nullo: sed dixisset vniuersaliter, quod filij Heli nesciebant officium sacerdotale. Circa ignorantiam autem filiorum Heli satis patet, quod non esset in scire, sed in operari, sicut in moralibus omnis malus est ignorans Eth. lib. 3. tamen quamquam errarēt ex ignorantia in opere sacerdotali non excusarentur alicualiter. Primo ex conditione generali: nam sacerdotes debebant scire legem, & respondere ad omnes quæstiones legis Mala. c. 2. f. Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est, & Aggę cap. 2. dicitur: Interroga sacerdotes legem, vnde si aliquis sacerdos esset ignorans ea, quę pertinent ad legem debebat eijci de sacerdotio, Osee c. 4. f. quia tu scientiam repulisti repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Secundo non excusabantur alicualiter filij Heli propter ignorantia ex cōditione speciali, s̄ quia istud quod ignorabant pertinebat ad eorum ministerium, nemo autem ignorare debet ea, quę ad officium suū pertinent, & si ignorat non excusatur, potissime quia isti erant sacerdotes a multis diebus: duo autem filij Aaron Nadab, & Abiu prima die, qua ministrauerunt errantes ex ignorantia, in sacerdotali ministerio mortui sunt: Leui. c. 10. iustus ergo isti pēnam merebantur. Sed quicunque immolasset victimam. Idest nesciebant isti officium sacerdotale quantum ad populum ad obseruandum illud, sed potius quando veniebant aliqui

Filij Heli non essent excusati et si ignoratiam peccassent.

Belial qd significat.

Quilibet venetur scire ea, quę ad suū officium pertinent sub pena peccati mortalis.

ad offerendum præuaricabantur cum eis, vt infra patet. Dicitur autem de offerente victimam, quia in istis ipsi delinquebant cum in hoc communicarent cum popularibus, est autem victima generaliter omne sacrificium, & dicitur ab hac proprietate, quia ferro occiditur sic ait Ebrardus:

Victima, quę cecidit ferro victrice vocatur Hostibus a domitis hostia nomen habet.

Victima esse quam præuaricabantur filij Heli quomodo accipiatur. Quæst. VII.

Hic tamen nō potest accipi victima pro qua libet re immolata, in quocunque genere sacrificij, quod primo patet de holocausto: nam de eo nihil proueniebat popularibus, nec sacerdotibus, sed totum cōburebatur: Leui. c. 1. non potest etiam intelligi de hostia pro peccato: nam illa erat duplex, s̄ quaedam, de cuius sanguine inferebatur intra tabernaculum, de ista nullus quicquā comedebat, sed tota cremabatur extra castra, alia erat hostia pro peccato, de cuius sanguine non inferebatur intra Sanctuarium, & istam accipiebant sacerdotes in partem suam præter adipem, quos domino cremabant Leui. c. 4. & 6. Hic autem nō fit sic, quoniam aliquid proueniebat sacerdotibus, & popularibus, cū dicatur, quod puer sacerdotis ibat ad offerentem, & accipiebat ab eo aliquam partem carnis, & alię manebāt apud offerentem: ergo nec etiam erat pro peccato, quia in holocausto nihil sacerdotibus, nec popularibus proueniebat, in sacrificio autem pro peccato nihil popularibus, sed sacerdotibus dabatur: ideo oportet, quod esset hostia pacifica. Item patet, quia in hostia pacifica nihil proueniebat Deo, nisi adipem, vt colligitur Leui. c. 3. carnes autem partim popularibus, & partim sacerdotibus proueniebāt, hic autem solus adeps offerebatur domino, vt patet infra cum dicitur incēdatur ex more adeps, & tolle tibi quantumcunque desiderat anima tua, & sic mittebant offerentes puero sacerdotis tollere quantumcunque partem sacrificij præter adipem, ergo sacrificium istud erat pacificum. Veniebat puer sacerdotis. Scilicet pro iuribus sacerdotibus, quia habituri erant sacerdotes de hostia pacifica partes quādam, vt patet Leui. c. 7. pro his autē veniebat puer, licet in hoc excederet, vt patet hic.

Quis puer esset, qui veniebat pro iuribus sacerdotibus. Quæst. VIII.

DE isto puero dubitat, cuius sacerdotis puer sit. Dicit aliquis, quod sit puer sacerdotis magni, quia hic ponitur sacerdos nihil determinando, ergo intelligitur de magno. Sed dicendum est, quōd nō, quia iste puer sacerdotis erat illius sacerdotis, qui percepturus erat iura sacerdotalia, iste autem non erat semper vnus, sed aliquando vnus sacerdos, & aliquando alius offerebat secundum tempora sua, offerenti autem proueniebant omnia iura illius sacrificij, quod faciebat: vnde sacerdos immolās hostiam pacificam habebat omnia iura illius: Leui. c. 7. summus tamen sacerdos non semper offerebat sacrificium, ideo non pertinebat ad ipsum accipere iura ista quotidie, satis tamē dici posset, quod quamquam non semper puer summi sacerdotis perciperet ista iura pro summo sacerdote, tamen quod constitutus erat aliquis puer a summo sacerdote, vel a duobus filijs Heli, qui perciperet ista iura pro sacerdote immolante. huius fundamentum est, quia d̄ supra, quod duo filij Heli faciebant oē malum istud in sacerdotio, ergo ab ipsis destinabatur puer ad accipiendū ista iura.

Dum

Cornu significat partem, vel excellentiam.

Vnde habuit ortū scripturę transumptio de exaltatione cornu.

Messias quare vocetur Christus.

Dum coquerentur carnes. Cum enim fuisset victima immolata, antequam cremaretur adeps, populares accipiebant sibi omnes carnes hostie, & incipiebant eas coquere. & post sacerdotes accipiebant iura sua, isti autem filij Heli praeuaricabantur, quia prius quam coquerentur carnes, volebat accipere illas sibi, vt patet infra, & accipiebant quas partes vellent, hic tamen solum tangitur delictum, quod incurrebant, quia sumebant iura sua, antequam cocta esset, quod erat contra statutum sacerdotale. Et habebat fuscinulam tridentem in manu sua. Idest iste puer sacerdotis portabat semper fuscinulam secum ad extrahendum carnes de locis, in quibus coquerentur, vt duceret sacerdoti. Est autem fuscinula instrumentum pertinens ad ollam, & dicitur fuscinula de fuscus, fusca, fuscum, idest niger, quia fuscinula nigredinem contrahit propter fumum, erat autem ista fuscinula de vasis Sanctuarii pertinentibus ad altare holocaustorum: fecerat enim Moyses Lebetes, & forcipes, & ignium receptacula, & fuscinulas in altari illo: Exodi 27. Seruebant autem iste fuscinulae, vt sacerdotes extraherent iura sua iam cocta de olla. Considerandum autem, qd offerentes coquebant carnes sacrificiorum, quae proueniebant eis, & sacerdotibus intra templum, vel Sanctuarium, & non super altare holocaustorum, nec accipiebant de igne illo sacro ad ministraciones suas istas, sed erat quidam alius ignis prophanus, in quadam parte Sanctuarii seruatus ad hoc. De isto autem nunquam accipiebant sacerdotes ad aliquam ministracionem suam, quoniam morerentur, cum non esset iste ignis sacer. Sic factum est de duobus filijs Aarō. Nadab, & Abiu, qui mortui sunt coram domino offerentes ignem alienum, Leui. c. 10. Erat autem ignis iste alienus prophanus, in quo coquebantur carnes sacrificiorum pertinentes ad offerentes. Et mittebat eam in Lebetem. Lebes est instrumentum creum in Sanctuario, quod prinebat ad vasa altaris holocaustorum. Nam inter quattuor genera vasorum eius continentur Lebetes, Exo. 27. cap. sed accipitur dupliciter Lebes, vno modo pro quodam vase amplo, & capaci disposito ad suscipiendum cineres. Alio modo pro quodam vase aliter facto pertinente ad carniū decoctionem. Primo modo accipitur Exodi 27. cum dicitur faciesque in vso eius Lebetes ad suscipiendos cineres, & illo modo sunt Lebetes vasa altaris, vel offerentes ducerent vasa, in quibus coquerent carnes sacrificiorum. Constat autem, quod Moyses non fecit aliqua talia vasa, nec habentur in descriptione eius, potuit tamē esse, quod postea Israelitae ex deuotione facerent talia vasa, quae essent in Sanctuario ad istos vsus determinata: sic patet enim de quibusdam alijs, quae ipsi propter Dei iussa faciebant, sicut tubis argentis, nam misit Moyses fieri duas: Numeri 10. Postea tamen Israelitae fecerunt multas, quia cum essent apud Iericho clangebant septem tubis argentis: Iosue cap. 6. sic autem Salomon fecit in templo, qd domino edificauit vasa multa pro huius ministracionibus, vt ait Iosephus 8. lib. Antiquitatum, sed de hoc nihil refert, an vasa illa ad Sanctuarium pertinerent, vel ab offerentibus victimas ducerentur. Vel in caldarium, sive cacabum, aut in olla. Omnia ista sunt vasa seruientia ad decoctionem carniū: differunt autem in materia, & figura: olle enim interdum fictiles sunt: cacabus, autem caldarium, vel Lebes generi sunt. Etiam non est eadem figura, nec quantitas. In quolibet autem mittebat puer sacerdotis fuscinulam, vt abstraheret carnes pro se, & ob hoc fuscinula erat tridēs, idest trium dentium, vt leniter arripere posset. Et omne, quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. Idest puer mittebat eam in incertum non inquirens specialiter, quae pars ad eum pertineret, sed quodcunque

Quid sit fuscinula.

Lebes in sacra Scriptura dupliciter accipitur.

potuisset arripere portabat in fuscinula pro sacerdote, pro illo, qui faciebat illa die victimam, ad quem iura pertinebant. Erat autem in hoc secundum delictum sacerdot. scilicet quia accipiebant aliquid ultra iura sua. Nam de hostia pacifica proueniebat sacerdotibus pectusculum, & armus dexter, vt patet Leui. cap. 7. cum autem sic puer sacerdotis acciperet quodcunque portaret fuscinula, accipiebat plura quam sibi debita erat. & sic grauabantur offerentes, & distrahebantur a sacrificijs, vt patet supra in litera.

Sic faciebant vniuerso Israeli venienti in Silo. Idest filij Heli non solum faciebant hoc ad quosdam offerentes, sed ad omnes Israelitas, in quo erat peccatum graue, cum semper esset. & dicitur, qd faciebant hoc venientibus in Silo, quia isti duo filij Heli ministrabant in Silo, cum ibi esset Sanctuarium eo tempore. Offerentes autem quamquam scirent se grauari accipiendo ab eis talia iura, potius tamē volebant grauari quam contendere cum sacerdotibus. Etiam antequam adoleverent adipem. Istud est tertium delictum sacerdotale, scilicet quante cremationem adipis sumebant sibi partes suas sacerdotes. Intellegitur autem hoc semper de hostia pacifica, de qua nihil dabatur Deo, nisi adeps, vt supra dictum est. Erat autem consuetum, vt quando offerretur hostia pacifica educerentur adipes, & diuideretur animal in frusta, quae portabat offerens, post hoc autem cremabatur adeps super altare, deinde offerentes coquebant omnes carnes animalis partim pro se, & partim pro sacerdotibus, quo finito accepturi erant sacerdotes iura sua iam cocta, hic tamen sacerdotes mutabant ordinem, quia antequam incenderetur adeps, ipsi volebant accipere partes suas nondum coctas, in quo magnam diligentiam adhibebant circa iura sua, quia priusquam Deo offerretur quod suum erat, ipsi volebant accipere partes suas.

Veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti. Iste puer est, de quo supra dicebatur, qui erat institutus a sacerdotibus, vt procuraret iura eorum, & nunc non mittebat fuscinulam in Lebetem ad extrahendum quidquid occurrisset, sicut prius, sed petebat ab immolante, vt daret eis carnes. Causa huius est, quia supra veniebat puer ad offerentem, cum carnes coquebantur, & non expectans, qd coctae essent, & qd offerens daret ei partes, quae ei proueniebant, ipse per se accipiebat. Nunc autem non erant carnes adhuc positae in Lebetem, sed crudae retinebantur apud offerentē, ideo puer sacerdotis petebat ab eo, vt daret sibi carnem, quae ei proueniebat. Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti. Idest da mihi partem carniū, quae prouenit sacerdoti, scilicet facientium immolationem, vt ego coquam illi.

Non enim accipiam a te carnem coctam, sed crudam. Hoc dicebat puer sacerdotis, quia immolantes ex more suo soliti erant dare carnem coctam sacerdotibus: idē eam coctam dare volebant nunc, sed puer sacerdotis nollens eam, sic dicebat, nō accipiam carnem coctā. Hoc autem erat, quia volebant sacerdotes deliciosius epulari, ideo accipiebant carnem crudam, vt possent eam aliter, vt vellent, apparare, quod in iam cocta facere non poterant. Dicebatque illi immolans. Vocatur hic immolans offerens sacrificiū, proprie autem immolans est ipse sacerdos, qui animal occidit. Ponitur vnum pro altero. Incendatur primum iuxta morem hodie adeps. Volebat offerentes, qd obseruaretur ordo in ceremonijs, & et si grauarentur ipsi, non multum curabant, dicebant ergo incendatur adeps ex more, idest sicut consuetum est offerri adipem, & cremari ante oīa alia, ita & nūc fiat, & postea accipias, quod volueris. In quo erant offerentes deuoti, nam ipsi ex deuotione offerebant, & ob hoc volebant obseruari omnes ceremonias, sacerdotes autem solum seruiebant desidero

Filij Heli faciebant alia peccata maiora, quae erant in lege sacerdotali, & tūc Deo magis puniunt errorem in ceremonijs sacerdotilibus.

desiderio suo non curantes, an aliquid peruerteretur in ceremonijs. Et tolle tibi quamcumque desiderat anima tua. Idest quamquam nos grauamur nihil curamus: tolle enim non solum iura tibi prouenientia, sed etiam quicquid volueris de carnibus, dum tamen permittas, qd primo incendatur adeps. Qui respondens aiebat ei, nequaquam. Idest puer sacerdotis dicebat non faciam: nam si permitteret prius incēdi adipem quam ipse acciperet iura sua, interim coquerentur carnes, & iam non posset accipere eas crudas, sed coctas, quod erat contra intentionem suam, cum veller illas multipliciter apparare. Nunc enim dabis, alioquin tollam vi. Idest non permittam, qd incendatur primo adeps, sed nunc dabis, idest immediate nulla alia facta ceremonia: alioquin tollam violentem: quod dicebat, quia sacerdotes erant domini in Sanctuario, & viri magnae potestatis, credebantque posse inferre violentiam quibuscumque.

Erat enim peccatum puerorum grande nimis coram domino. Idest peccatum istud, quod erat in acceptione carniū ante cremationem adipum, & alijs duobus supra positis, erat nimis graue, quoniam erat peccatum directe contra Deum, sicut prouaricando ceremonias cultus ipsius, potissimum quia per hoc distrahebant totum Israel a cultu Dei: nullus enim volebat immolare, cū viderent, sic prouaricationes fieri in sacrificijs. Et quamquam filij Heli alia enormia valde committerent contra totam honestatem, sicut dormiebant cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, vt patet infra: tamen principaliter expressit scriptura errorem, qui fiebat circa sacrificia, eo qd illa directius pertineret ad ceremonias cultus eius, sic enim Deus semper obseruabat in veteri testamento. Nam quamquam aliqui errassent in praeceptis, quae erant contra ius naturae, vt in occisione, furto, & adulterio, non tam cito: nec ita frequenter Deus puniebat illos, sicut delinquentes in aliquibus ceremonijs cultus eius: sic patet de Nadab, & Abiu, qui solum errauerant in quadam ceremonia cultus diuini, scilicet quia obtulerant ignem alienum, & mortui sunt: Leui. cap. 10. multi tamen delinquebant in occisione, & adulterio, & alijs fraudibus, & non puniebantur sic a Deo, secundum veritatem tamen maiora erant delicta contra praecepta moralia commissa, quam contra ceremonialia: Deus tamen principaliter puniebat delinquentes contra ceremonialia, eo qd lex Hebraeorum magis consiltebat in ceremonijs, quam in praeceptis moralibus, vt patet ex toto Petateacho. Dicitur autem, qd erat peccatum puerorum grande nimis, scilicet duorum filiorum Heli, qui vocantur pueri illi, quos mittebant sacerdotes ad procurandū iura sua, de quibus supra dicitur, qd puer sacerdotis habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & qd isti coquebant offerentes dare carnem crudam. Isti enim distrahebant homines a sacrificio, ideo peccatum ipsorum erat graue. Hic tamen magis vocatur pueri duo filij Heli, scilicet Ophni, & Pninee, & hoc, quia istis duobus imponitur tota culpa cum dicatur supra, qd erant filij Belial, & si intelligeretur hic de peccato puerorum, non inferretur tota culpa filijs Heli.

Quia distrahebant homines a sacrificio domini. Idest peccatum graue istorum consistebat occasionaliter in dāno, quod inde sequebatur, scilicet quia distrahebant homines a sacrificio. Hoc autem erat propter duo, primo propter deordinationes ceremoniarum, quae fiebant in ipsis sacrificijs, quia cum deberet adeps ante omnia cremari, sacerdotes accipiebant iura sua etiam violentem ante illius cremationem, vt patet supra.

Secunda causa, quare distrahebant, erat graua mentem, quod eis inferebatur: nam cum sacerdotibus secundum legem proueniret partes determinate de sacri-

ficijs, volebant vsurpare sibi plura de his, quae pertinebant ad populares, & actualiter vsurpabant, vt patet supra. Distrahi autem a sacrificio Dei erat magnū inconueniens, cum potissimum obsequiū, quod Deo praestabatur in veteri testamento, esset sacrificium.

Samuel autem. Hic ponit de bonis exordijs Samuelis, scilicet quomodo a pueritia sua semper fuerit exercitatus in Dei timore, & ministerio, & vsque ad extremū vitae suae semper ad maiora ascendens in hoc permanfit. Ministrabat ante faciem domini. Ministerium Samuelis erat custodiendo Sanctuarium, claudendo arque aperiendo portas, & dormiendo per noctem apud arcem in custodia Sanctuarii, vt patet sequenti cap. Ministrabat etiam in omnibus alijs, quae iubebat Heli sacerdos, quae pertinerent ad Leuiticum officium. Et dicebatur ministrare ante faciem domini, idest in Sanctuario, vbi Deus erat, & quicquid ibi fiebat dicebatur fieri ante faciem domini. Puer accinctus Ephod lineo. Idest Samuel erat puer, & erat indutus Ephod, scilicet aliqua veste paruula de lino facta, quae vocatur Ephod.

Samuel quali Ephod esset accinctus. Quasi. I. X.

Sciendum autem, qd nō accipitur hic Ephod proprie, quia nō poterat illud portare Samuel, ipse enim erat Leuita: Ephod autem pertinebat ad sacerdotes, & non ad omnes, sed ad solum summum sacerdotem, vt patet Exo. 28. c. vbi ponitur inter propria indumenta pontificum, & litera satis significauit, qd non intelligebatur de illo Ephod sacerdotali, cum dicatur de Ephod lineo, illud tamen quod pertinebat ad summum sacerdotem, non erat lineū, sed de multis colorib⁹, scilicet de auro, & hyacintho, & purpura, coecoque bis tincto, & bysso teictora, erat igitur istud Ephod Samuel quaedam vestis tōra alba, qua induebatur Samuel super ceteras vestes suas communes, vt ministraret coram domino, sicut nunc clerici simplices vtuntur vestibus albis ministrando in Ecclesia, qui autem celebrant sacra, vel celebranti assistant vtuntur alijs vestibus, scilicet presbyter, diaconus, & subdiaconus: ita enim erat in veteri testamento differentia inter Leuitas, & sacerdotes, quoniam vestes Leuitarum erant simplicissimae, scilicet lineae, vestes autem sacerdotū multiplices, quod patet, nam sacerdos magnus habebat nouem genera ornamentorum de diuersis filis, & varia pulchritudine contextorum, vt patet Exo. 28. c. sacerdotes autem minores, quamquam haberent simpliciora ornamenta, quam sacerdos magnus, tamē illa multa erant, scilicet quinque: habebat enim feminalia lineae, & tunicam lineam strictam, & cidarim, & baltheum, de quibus Exodi 28. cap. omnia autem haec erant alba, & solum de lino: Leuitae autem habebant simpliciora ornamenta, scilicet quilibet Leuita vnam stolam. Sunt autem stolae vestes albae de lino, sicut illae, quibus clerici simplices vtuntur, vel alij clerici cum ad altare non accedant. De istis stolis Leuitarum dicit Iosephus libro octauo capit. Antiquitatum, quod Salomon fecit ducenta millia stolarum pro Leuitis, quibus induerentur ad canendum hymnos. De istis stolis Leuitarum nihil tetigit Moyses: nam Exodi capit. 28. cum egisset de vestibus, dixit de vestibus summi sacerdotis, & de vestibus sacerdotum minorum. Nunquam autem de Leuitis dixit, an vestiti esse deberent aliquibus sacris vestibus pro ministerijs suis, etiam cum egisset de eorum consecratione, & purificatione, nihil tetigit de vestibus: Numeri capit. 8. Habuerunt tamen postea vestes, scilicet tempore Salomonis, & ante illud, quibus ministrarent canendo coram domino, vel in alijs officijs.

Quo sacerdotis, & Leuitae diuersa genera ornamentorum habebant.

An Leuita tempore Moyfi habuerunt aliquas vestes speciales, & quare postea habuerunt. Quæst. X.

Q VÆRET aliquis, an tempore Moyfi Leuitæ habuerunt aliquas vestes, & quare postea habuerunt. Respondendum est, quod Moyles non fecit, aut iussit fieri aliquas vestes pro Leuitis, nec vnquam tale legitur, sed post tempora Moyfi fuerunt: si enim Moyles pro Leuitis aliquid fieri iussisset de ornatu vestium, scriptum foret: quia cum omnia ista sint ceteroniam pure non habentia aliquid ex naturali ratione, oportet quod ex precepto habeantur, quia ratio nostra in illis sine precepto nihil concluderet, sicut facit in præceptis moralibus, quæ habent ortum ex ipsa natura, & tamen nunquam in actibus Moyfi, & libris eius saltem leuifime reperietur aliquid scriptum de vestibus Leuitarum. Quod autem post tempora Moyfi, post ingressum Israelitarum in terram Chanaan Leuitæ habuerunt vestes, patet: quia duplex fuit tempus, vel status Iudeorum post ingressum in terram Chanaan quam ad ministeria Dei. Primum fuit ab introitu in terram illam vsque ad tempora Dauid, & Salomonis: Secundum fuit a tempore istorum duorum regum vsque ad finem status Iudaici post mortem Christi. sunt autem ista duo tempora distincta, quia Dauid ante mortem suam congregato toto populo, & sacerdotibus, & Leuitis fecit ordinem in ministerijs Leuitarum, & sacerdotum complendo omnia, quæ omiserat Moyles, & tollendo aliqua de illis, quæ ipse dixerat cum iam non possent conuenire tempori Salomonis, & sequentibus. De isto ordine habetur. 1. Paralipom. 23. & vsque ad 26. cap.

In his autem duobus temporibus fuerunt Leuitæ aliter ordinati quam tempore Moyfi in deserto, quãquam in eo tempore, quod fuit ab introitu in terram Chanaan vsque ad tempus Salomonis non fuit completa ordinatio Leuitarum, & sacerdotum, tamen postea Salomon omnia compleuit, habuerunt tamẽ Leuitæ vestes hoc tempore, vt patet de Samuele, qui cū esset Leuita, & staret coram domino, vtebatur lineo Ephod, & mater sua faciebat ei vestem paruulam lineam, quam afferebat ei singulis annis ad ministrandum, vt patet infra; de alijs autem Leuitis eiusdem tẽporis idem videtur dicendum, cum ista vestis esset, ppter ministracionem. Quod autem tempore Salomonis fuerint vestes Leuitarum, apparet ex eo, quod dictum est, s. quia fecit ducenta millia stolarum pro Leuitis.

Ratio autẽ diuersitatis, quare tempore Moyfi non habebant Leuitæ vestes, & quare postea habuerunt est ex ipsa ministracione. Nam tempore Moyfi Leuitæ habebant tales ministraciones, ad quas non erant necessariæ vestes sacræ, nec conuenientes. Nam vestis sacra est ad ministracionem, quæ fit coram domino intra Sanctuarium, sed tempore Moyfi non ministrabant Leuitæ taliter, quia ministratio sua solum erat excubando in circuitu Sanctuarij non ingrediendo in illud, & quantum ad istam ministracionem non erat aliqua necessaria de sacræ: etiam ministrabant Leuitæ deponendo, & erigendo Sanctuarium, & portando illud in via, sed in hoc non ministrabant coram domino introeuntes in Sanctuarium, ideo nec egebant vestibus sacræ, nec conuenientes eis erant, & quia tempore Moyfi solum erant habituri ista officia Leuitæ, nunquam fecit illis Moyles vestes, post autem tempore Moyfi, post ingressum in terram Chanaan fuerunt vestes multum conuenientes Leuitis, & quasi necessariæ quantum ab honestatem ministrantium, nam tunc incepit esse ministratio eorum introeundo in San-

ctuarium, & astando ibi sacerdotibus atque faciendo quacunque iuberent, siue in canendo hymnos, vel quodcunque alterum. Qui autem intra Sanctuarium ministrant etiam si ministratio eorum minima sit, nõ videntur honeste in vestibus communibus, sed debent apparere in aliquibus vestibus specialiter pertinentibus ad illam ministracionem, & quoniam tempore Salomonis potiores adhuc erant Leuitarum ministraciones, cum completus fuerit ibi ordo ipsorum, ideo ille fecit eis vestes, s. ducenta millia stolarum, & iste modus semper mansit vsque ad destructionem Iudeorum per Romanos: semper enim prouidebatur Leuitis de vestibus, sicut prouidebatur sacerdotibus de vestibus suis. Ista autem vestis Leuitica, quam portabat hic Samuel erat lineæ solum, sicut vestes aliorum Leuitarum. Cum etiam omnes vestes sacerdotum minorum essent solum lineæ Exo. c. 28. & vocatur hic Ephod, quod est nomen ornamentum pontificalis, sed non accipitur hic pro tali ornamento, vt supra dictum est, & propter hoc litera determinauit hoc dicens accinctus Ephod lineo distinguens ab Ephod summi sacerdotis, quod non erat lineum. Et tunicam paruam faciebat ei mater sua. Erat enim Samuel paruulus ministrans coram domino, ideo cum mater sua vellet ei quolibet anno dare vestem, in qua ministraret faciebat paruulam tunicam, sicut puero decebat, ista autem est, quæ vocatur stola Leuitarum, quoniam ornamenta eorum simplicia erant, & ista videtur esse, quæ vocatur Ephod lineum. Quam offerebat statutis diebus. Hoc non refertur ad Samuelem, sed ad matrem suam, quia dicitur immediate ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam, & illis temporibus dabat mater Samuelem ei vestem, s. Leuiticam, & dicitur statutis diebus, quia solum faciebat hoc mater Samuelem quibusdam determinatis: non enim ascendebant quotidie, vel multoties ad templum domini in Silo, sed illis diebus, quibus ex lege, vel ex voto obligabantur. Ex lege autem ter in anno obligabantur viri, ex voto solum obligabantur qui vouerant, mater autem, & pater Samuelem videbatur vouisse quolibet anno ascendere ad Sanctuarium, vt faceret aliqua sacrificia.

Ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam solemnem, votum suum. In hoc apparet, quod isti dies statuti, quibus Anna ascendebat cum viro suo in Sanctuarium, non erant dies statuti a lege, s. tres festiuitates in anno, de quibus Exo. 23. & 34. c. sed erant quædam alia solennitates celebrandæ non ex lege, sed ex voto, s. quia vouerant aliquo tpe anni ascendere ad Sanctuarium, & offerre aliqua sacrificia, hoc autem faciebant Anna, & vir eius propter Samuelem, quem Deus illis miraculose dederat, ideo præter hoc, quod ipsam domino ad totã vitam vouerunt, adhuc quolibet anno faciebant vota in aliquibus sacrificijs pro illo, & dicitur, quod immolabant hostiam solemnem, & votum, quia hostia solennis erat aliqua hostia pacifica, quam ipsi spontaneè offerebant, votum autem erat sacrificium, quod offerebatur quolibet anno, quia vouerant illud offerre die, qua ascendebant in Silo. Sed adhuc melius videtur dicendum, quod dies statuti sint illi dies, qui secundum legem ordinati erant, id est ter in anno, vt dictum est. hoc apparet cum dicuntur dies statuti, ergo ab aliquo erant positi sub precepto illi dies qui in eis ascendere in Sanctuarium statuerant. Scdo quia dicitur, quod ascendebant ad immolandum hostiam solemnem, sed solenne vocatur anniuersarium, id est, quod per singulos annos fit redeunte die. vnde dicitur solenne quasi solitum annum, id est, quod fieri solet singulis annis, sed iste erant festiuitates, quæ singulis annis fiebant ter redeunte anno, & in illis solitus erat Elcana pater Samuelem offerre hostias, & ille vocantur solennes, id est solite fieri, siue ordinariæ.

Anna quibus tpeibus cum viro suo ascendebat in Sanctuarium.

Anna ascendebat cum viro suo in Sanctuarium, non erant dies statuti a lege, s. tres festiuitates in anno, de quibus Exo. 23. & 34. c. sed erant quædam alia solennitates celebrandæ non ex lege, sed ex voto, s. quia vouerant aliquo tpe anni ascendere ad Sanctuarium, & offerre aliqua sacrificia, hoc autem faciebant Anna, & vir eius propter Samuelem, quem Deus illis miraculose dederat, ideo præter hoc, quod ipsam domino ad totã vitam vouerunt, adhuc quolibet anno faciebant vota in aliquibus sacrificijs pro illo, & dicitur, quod immolabant hostiam solemnem, & votum, quia hostia solennis erat aliqua hostia pacifica, quam ipsi spontaneè offerebant, votum autem erat sacrificium, quod offerebatur quolibet anno, quia vouerant illud offerre die, qua ascendebant in Silo. Sed adhuc melius videtur dicendum, quod dies statuti sint illi dies, qui secundum legem ordinati erant, id est ter in anno, vt dictum est. hoc apparet cum dicuntur dies statuti, ergo ab aliquo erant positi sub precepto illi dies qui in eis ascendere in Sanctuarium statuerant. Scdo quia dicitur, quod ascendebant ad immolandum hostiam solemnem, sed solenne vocatur anniuersarium, id est, quod per singulos annos fit redeunte die. vnde dicitur solenne quasi solitum annum, id est, quod fieri solet singulis annis, sed iste erant festiuitates, quæ singulis annis fiebant ter redeunte anno, & in illis solitus erat Elcana pater Samuelem offerre hostias, & ille vocantur solennes, id est solite fieri, siue ordinariæ.

Ter.

Tertium patet in quantum dicitur, & votum, in quo apparet, quod differt ab hostia alia, & tñ votum est aliquid voluntarium non inductum a lege, ergo hostia solennis erat aliquid, quod ex lege, vel consuetudine debebatur, & quando Elcana, & Anna mater Samuelem ascenderant in Sanctuarium, simul offerebant vtranque victimam, sciam, quam ex lege, vel consuetudine tenebantur, quæ vocatur solennis, & illam quam ipsi promiserant, quæ vocatur votum. Et benedixit Heli Elcana, & vxori eius. Istud ponitur hic per recapitulationem. Nam supra dictum fuit, quod Anna, & vir eius orauerunt in Sanctuario, & abierunt in urbem suam, postea autem interpositis quibusdam de filijs Heli peccatibus, & de pueritia Samuelem redditur ad recessum Annæ, & Elcanæ de Silo: est enim intelligendum, quod istud fuerit factum illa vice, qua ascendunt isti in Silo offerentes ibi Samuelem domino, & tunc benedixit Heli Elcanæ, & vxori sue, quia ambo bene egerant offerendo Samuelem domino ad semper. Anna quippe primo illum vouit, sancteque nasceretur, deinde cum Elcana vir suus hoc cognosceret, confirmauit votum vxoris pariter ipse vouens, quod daret filium dño omnibus diebus vite suæ, vt declaratum est præced. c. Reddat tibi dominus semen de muliere hac. Id est det tibi Deus habere filios multos de vxore ista: sciebat enim Heli, quod Elcana haberet aliam vxorem, de qua multos filios susceperat, quia tamen de illa nullum filium natum dño vouerat non precatur, vt suscipiat filios ex Phenenna, sed ex Anna. Pro fenore, quod commoda st̃i domino. Id est pro filio isto, quem dedisti dño accommodatũ, s. ad cultum Dei applicitum tora vita sua, & dñi fœnus, id est vsura: dedit. n. Anna filium suum Deo in fœnus, s. in vsuram, vt semper esset ad vsum Dei, id est ad ministrandum illi. Et abierunt in locum suum. i. redierunt in urbem Ramathã, vbi erat domus eorũ, vt patet supra. & hoc intelligitur de prima vice, quia redierunt post oblatum Samuelem, quod supra ponatur, quod mater sua dabat ei quolibet anno statutis diebus tunicam, cum ascenderet in locum Sanctuarij, nam ista per recapitulationem dicuntur. Visitauit autem dominus Annam. Deus dñi visitare, id est venire ad videndum, sicut nos visitationem accipimus, & quia qui visitat alterum, aliquid nouũ circa ipsum gerit, Deus dñi visitare quẽpiam, quando in eo aliquid operatur, quod ante non operabatur, sic factum est in Anna, quia ante hoc non concipiebat, & Deus postea fecit, vt conciperet, & pareret. Et concepit, & peperit tres filios, & duas filias. Isti omnes intelliguntur præter Samuelem, quia iam ministrabat Samuel coram domino, & sic erant sex filij Annæ, s. quatuor filij, & duas filias, hoc autem erat multiplicari eam in prole, sicut ipsa propheticè prænuñciauit, s. donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est.

An Deus miraculose fecerit Annam concipere 5 filios post Samuelem. Quæst. XI.

Q VÆRET aliquis de istis quinq; filijs, quos conciperit Anna post Samuelem, an supernaturaliter Deus fuerit operatus in conceptu eorum, sicut in conceptu Samuelem. De Samuele autem non est dubium, quin in eius conceptione fuerit aliquid supernaturaliter factum, cum mater eius ante hoc sterilis esset, vt dicitur præced. c. quod cluserat dñs vuluam eius, non potest autem, quæ huiusmodi est, concipere, nisi miraculose adiunetur. de alijs autem filijs non tantum apparet. Aliquis vero dicit, quod fuit aliquid supernaturale in conceptu eorum, sicut in conceptu Samuelem, quia dñs hic visitauit dñs. Sed non fuit in conceptione istorum quinq; fi-

liorum Annæ plusquam solet esse in quibuscunque alijs communiter conceptis. In Samuele autem secus fuit. Nam ante eum mater sua erat sterilis, ideo impossibile erat illam concipere, nisi interueniente miraculo, postea autem ablata est eius sterilitas, s. antequam conciperet Samuelem, vel in ipso conceptu, & tunc manebat Anna disposita ad concipiendum, sicut quæ liber alia femina, ad hoc ergo, quod conciperentur alij filij, qui fuerunt post Samuelem, non requirebatur aliqua operatio supernaturalis, cum iam esset mater naturaliter disposita ad istud. Sic autem est in multis alijs, quæ a principio habent aliquid supernaturaliter, & tamen postea pure naturalia sunt, sicut anima nostra a Deo creatur, quod est pure supernaturaliter, postquam tñ ipsa creata est pure naturaliter habet operationes suas: ita ergo quod Anna nullum de filijs potuisset concipere, nisi supernaturaliter fuisset ei a principio ablata sterilitas, postquam tñ semel ablata est in conceptione Samuelem ex sola virtute nature ipsa poterat concipere omnes alios nullo intercedente miraculo. Et magnificatus est puer Samuel ante dominũ. Id est accepit Samuel magnitudinem, vel excellentiam honoris antedñm, id est ab ipso dño, s. quia ministrabat temper ante eũ. fuit autem ista magnificatio Samuelem in acceptione spiritus prophetici. Nã in tpe suo erat sermo dñi preciosus, & non erat in diebus illis visio manifesta, ideo tãto magis prophetia sua erat laudabilior, s. quia in tpe illo, in quo nullus alius propheta erat, & aliquã tpe ante hoc nullus fuerat, vt patet seq. ca. etiã erat laus magna, quia Samuel, quoniam accepit spiritum propheticum erat adhuc puer, vt patet seq. c. Nam, vt ait Iosephus quinto libro Antiquitatũ, cepit Samuel prophetare anno 12. suo. Magnificatus est etiam Samuel in ministracione, quam habebat coram Deo, quoniam assidue erat coram domino, explebatque ministracionem suam diligenter valde in nullo deujs a ceteroniam legis, vel a precepto Heli: refugebat autem magna gloria Samuelem, quanta enormitas, & irreuerentia in ministracione filiorum Heli apparebat, quia oppositorum natura ista est iuxta Aristot. 2. Elencho. ministrabat autem eodem tpe filij Heli, quo ministrabat Samuel, sed illi pessime, iste autem optime. Fuit autem potissima magnificatio Samuelem in prophetia veritate, quia per hoc innotuit apud totũ Israel, vt patet seq. c. l. & cognouit vnuerfus Israel a Dan vsq; Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Dñi. Heli autem erat senex valde. Hic ponitur admonitio Heli ad filios suos: erant enim illi pessimi, Heli autem voluit eos dulciter increpare reducere ad restitucionem operationis, sed non potuit, quia iniquitas eorum erat magna nimis, & fortiori correctione indigebat. Dicitur autem, quod Heli erat senex valde, in quo significatur occasio peccati filiorum suorum: erat enim grauatus senectute, quoniam accidit istud paulo ante mortem eius, sed ipse vixit annis nonaginta octo infra c. 4. ideo non poterat iam ipse ministrare, sed filijs suis reliquerat ministracionem: fungebatur enim summo sacerdotio pro eo filius eius Phinees, vt ait Iosephus quinto Antiquitatum. Commissa igitur tota ministracione sibi habuerunt magnam occasionem filij Heli ad prauaricandum in sacerdotio, quod non accidisset, si pater eorum adhuc ministraret. Itẽ senectus paterna tribuebat occasionem ad hæc, quoniam filij non timebant patrem iam senio grauatum, nec ipse erat potens corrigere eos, nisi per blanditias quasdam: amplius autem, quoniam nimis nocebat erat Heli caligans oculis, vt patet seq. ca. ideo non poterat videre ea, quæ faciebant filij sui, sed solum audiebat aliqua per famam, & licet omnia audiret, non tantum moueretur auditu quantum si ipse vidisset, ideo minus mouebatur ad corrigendũ filios.

Et

Samuel anno 12. suæ ætatis propheta cepit.

Filij Heli peccauerunt cum pater esset senex valde.

Et audiebat omnia. Scilicet, quia ista erant mala, ita manifesta, quod nequaquam celari poterant: potissime, quia erant in praedictum multorum Israel. Quae faciebant filij sui uniuerso Israeli. Istud est delictum in sacerdotio quantum ad ea, in quibus communicabant cum populo sacerdotes, sicut in hostijs pacificis: nam in his delinquebant, ut patet s. in accipiendo carnem crudam ab offerentibus, & antequam incenderetur adeps. Etiam quia accipiebant partes quascunque volebant, & hoc faciebant uniuerso Israeli, id est omnibus Israelitis venientibus ad sacrificia offerenda, sic patet s. in litera, s. sic faciebant uniuerso Israeli venienti in Silo. Et quomodo dormiebant cum mulieribus, quae excubabant ad ostium tabernaculi. Istud erat aliud delictum magnae infamiae, & scandalum in populo sacerdotum, s. quod sacerdotes dormirent cum mulieribus euntibus ad templum domini ad orandum: sequebatur quoque magna diminutio cultus domini, s. quod mulieres non irent ad orandum in Sanctuario, cum infamarentur, quod dormiebant cum eis sacerdotes.

Mulieres excubasse ad ostium tabernaculi dupliciter intelligitur. Quae. XII.

DEI TVR autem de mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, id est ad ostium templi: non enim permittebatur accedere mulieribus ad ostium tabernaculi, & dicitur quod ibi excubabant, quod potest dupliciter intelligi, uno modo pro orare, alio modo pro vigilare. Primo modo est sensus, quod multae mulieres deuote frequentabant Sanctuarium venientes sepius ad ostium templi, & ibi orabant, hoc autem excubare dicitur. Nam quicumque ad aliquid diligenter est attentus, excubare dicitur, sic patet Num. 18. cum dicitur, quod Leuitae excubabant ad praecipua Aaron, id est erunt diligenter attentae ad faciendum quidquid Aaron iusserit. Alio modo accipitur pro vigilare, & tunc est sensus, quod aliquae mulieres excubabant ad ostium tabernaculi, id est vigilabant vacantes ibi orationibus, & manentes per noctem: sicut enim aliqui nunc in Ecclesijs ex deuotione vigilas obseruant: fuit autem istud sicut in veteri testamento apud aliquas mulieres multum religiosas, & deuotas, sicut manebant die, & nocte in templo in ieiunijs, & orationibus, & vigilijs nunquam inde recedentes, sic patet de Anna prophetissa filia Samuel de tribu Aser, quae cum esset vidua, non discedebat de templo in ieiunijs, & oblationibus seruans die ac nocte: Luc. 1. ita ergo credendum est, quod fuerit de multis alijs apud Iudaeos. Vtroque ergo modo intelligi potest, quod mulieres istae excubabant ad ostium tabernaculi, magis tamen conuenit, quod intelligatur in secundo modo, quoniam maiorem opportunitatem habebant sic sacerdotes ad dormiendum cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi quam alia. Simile habet Exo. c. 38. s. Fecit Moyses labrum aeneum, in quo lauarentur sacerdotes de speculis mulierum, quae excubabant ad ostium tabernaculi: de quo, qualiter accipiat ibi dictum est. Et dixit quare facitis res huiusmodi, quas ego audio. Retulit eis duo principalia, in quibus ipsi delinquebant, sicut dormiebant cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, & quod praueuicabantur in sacerdotio, ut dictum est, quorum fama peruenerat ad ipsum Heli. Res pessimas ab omni populo. Istud debet adiungi cum praecedenti verbo, sicut, quas ego audio ab omni populo: erat enim factum eorum notorium, ideo non erant pauci testes huius, sed totus populus illud cognouerat, & referebat: potissime autem, quia in utroque eorum erat magnum grauamen populi, ideo totus populus acclamabat coram Heli, vocauit autem Heli ista duo res pessimas, quia erant magni nocumēti.

fi, & magne infamiae, ut patet de utroque. Sed adhuc magis Deus conuerebatur de delicto, quod fiebat in sacrificio, ut patet infra, s. Quare calce abiicisti viciniam meam, & munera mea, quae praecipui, ut offerrentur in templo, & pro hoc subditur ibi sententia contra Heli, & totam domum suam. Nolite filij mei. Id est nolite facere ea, quae de vobis referuntur, quoniam ista indigna nimis sunt auditui. Ecce qualiter corrigebat Heli filios suos, sed leuissima erat talis correctio collata ad magnitudinem peccatorum, quod faciebat Heli propter duo. Primo quia tenax erat, & filij sui non audiebant eum equo animo contemnentibus eum propter senilem impotentiam. voluit ergo magis blanditijs quam duris increpationibus castigare. Secundum erat, quia Heli diligebat nimis filios suos, & noluit eos verbis duris affligere, propter quod Deus nimis culpauit Heli transferens sacerdotium a domo eius, quia si soli filij sui mali fuissent, & ipse increpauisset eos, quantum in talibus celeribus iustum erat, si ipsi in correcti manerent, super eos venisset solum poena, & non super ipsum Heli, qui etiam acerba morte raptus est, & super totam domum eius, quae postea sacerdotio priuata est, ut infra declarabitur. De hoc patet infra in litera, cum dicitur, & magis honorasti filios tuos, quam me, ut comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei. Non est enim bona fama, quam ego audio. Id est illicitum est, quod maneat in vjs nostris, quia id, quod ego de vobis audio, non est bonum. Audiuerat enim duo supra dicta, quae erant valde mala. Ut transgredi facias populum domini. Ponitur hic ut, dicens contumeliam, & non habitudinem causae finalis: non est enim sensus, quod filij Heli facerent ista, ut inducerent totum populum ad peccandum, quia ipsi non intendebant hoc cum magis intenderent detractionem suam, & vitilitatem in istis vitijs, sed debet legi, quod ut importet quandam contumeliam, sicut filij Heli faciebant haec, & consequeretur ad peccatum eorum, quod cogere totum Israel, vel inducerent ad transgrediendum, id est ad delinquendum in aliquo: eo quod propter peccata istorum populum distraheretur ab illis, ad quae tenebatur, & in hoc peccaret. Quod patet, quia supra dicitur, quod detrahebant homines a sacrificio Dei, sicut per grauamina, quae inferebant eis in sacrificijs, faciebant quod haberent exosa omnia sacrificia, ita quod nunquam vellent sacrificare, sed aliquando tenebantur sacrificare, sicut in multis purificationibus eorum, & peccatis, & festiuitatibus, ut patet ex discursu Leuitici, & tunc si non sacrificarent delinquerent in lege, ergo isti inducerent Israelitas ad peccandum. Idem patet quantum ad aliud crimē, quod ipsi faciebant, sicut coibant cum mulieribus, quae excubabant in ostio tabernaculi, quoniam per hoc distrahebant illas ab orationibus, & ut nullo modo vellent venire in Sanctuarium, ut ad purificationes suas post partum: Leui. c. 12. & in similibus: ergo inducerent Israel ad peccandum, essent autem ipsi rei omnium peccatorum, quae faceret populus propter eos. Nam, si populus propter negligentiam praelati peccauerit, tenetur praelatus de peccato ipsius populi, quanto magis cum ipse praelatus inducit populum ad peccandum: sic autem erat de filijs Heli, quoniam ipsi erant pastores populi, cum Phinees, qui erat vnus ex eisungeret summo sacerdotio loco patris, quod autem peccata populi ex negligentia pastoris petatur ab eo, patet quia Eze. c. 3. & 33. vbi dicitur, quod Deus requirit sanguinem peccatorum de manu pastoris, si non annūciauerit eis veritatem ex parte Dei: erant igitur adhuc magis culpabiles filij Heli, quia non solum non annūciauerunt populo id, quod bonum erat, sed etiam inducebant populum ad peccandum. Si peccauerit vir in virum placari ei potest Deus. Hic inducit Heli quo.

Heli quare leuiter corripiebat filios suos.

Peccata populi ex negligentia pastoris ab eo petuntur.

quomodo filij sui peccabant nimis, quia peccatum eorum erat directe contra Deum, & dicitur, quod si peccauerit vir contra virum placari poterit Deus illi, & tamen si peccauerit contra Deum non sic cito placabitur, quia non est qui oret pro eo, sic autem erat de filijs Heli, quoniam ipsi peccabant directe contra Deum, ideo peccatum eorum erat nimis difficile ad remittendum.

Peccatum in proximum, an sit contra Deum. Quae. XIII.

IN hoc autem innuit, quod aliqua peccata sunt directe contra proximum, & non videntur esse contra Deum, ideo facilius remittuntur. Alia autem sunt directe contra Deum, & ista non remittuntur, vel saltem difficulter, sed in hoc satis videtur dubium, si ista accipiantur simpliciter, quoniam nemo potest peccare in proximum, quin peccet in Deum, quamquam potest peccare in Deum non peccando in proximum, ideo non stabit comparatio: patet hoc, quia quicumque aliquis peccat in proximum agit iniuste contra illum, sed quicumque iniustus est in Deum peccat, quoniam Deus indidit rationi nostrae, quod omnia iuste agamus. Cum ergo egerimus iniuste agimus contra Deum a Deo inducitur, ideo peccamus: quoniam qui agit contra conscientiam, peccat, cum agit contra fidem. id quod credit ad Rom. c. 14. & sic tenendum est. Accipit tamen hic Heli esse aliquod peccatum contra Deum, id quia directe est contra Deum, & aliquod esse contra proximum, id quia directe est contra proximum: et si per accidens, vel secundario sit contra Deum.

Quaedam peccata sunt solum contra Deum, & proximum: quaedam sunt uno modo contra Deum solum, & quaedam duobus modis. Quae. XIII.

PRO quo considerandum, quod omne peccatum est contra Deum, sed quaedam sunt dupliciter contra Deum, alia autem vnico modo. Patet exemplum huius in legibus humanis: si n. aliquis legislator iusserit non esse occidendū, vel furandū sub tali poena: si quis occiderit aliquē de populo, qui non pertineat ad illum legislatorē, vel furatus fuerit bona alicuius viri non pertinentis ad illum: iste non peccat directe in legislatorē, quia damnū ex ista offensa non fuit sibi illatum, sed illi, qui occisus est, & cognatis, & illi cui bona furto ablata sunt: est tamen istud delictū contra legislatorē inquantū spernit lex eius, quae cauebat furtū, & homicidium fieri imponens poenam. Si tamen aliquis furatus fuerit de bonis ipsius legislatoris, vel occiderit aliquē pertinentem ad legislatorē, ut cognatū vel familiarē eius: delictū istud dupliciter pertinet ad legislatorē. Primo ad eum tanquam ad priuatā personā inquantū tota iniuria, & damnū quod sequitur ipsi infertur. Secundo peccat contra ipsum inquantū est legislator. s. quia premitur lex eius, prohibens furari & occidere. Conformiter autem est quantum ad Deū, quia interdū peccatum est contra ipsum dupliciter. Interdū vero vnico modo: Deus enim posuit leges circa omnes operationes, & quaedam dedit scriptas, sicut per Moysen, & prophetas: & nouissimē per Christū & apostolos. Alias autem infixit cordibus nostris, quod vocantur leges naturae, de quibus Apost. ad Rom. cap. 2. nulla autem operatio humana est, quae sub altera istarū duarū legū non comprehendatur, ideo necesse est, quod quicumque aliquis errat in operatione, quicumque illa sit peccet contra aliquā legem, & quia Deus legislator est omnium harū, necesse est, ut in quocumque delicto aliquo modo erretur contra Deum, sed ista delicta sunt interdū totaliter contra Deū, s. quando non solum peccatur contra eum, ut contra legislatorē, sed etiam offensa, vel iniuria ex operatione ad solum Deum pertinet, vel ad ipsum dicitur. Alph. Tost. in Primum Regum.

Nota, quod Deus dedit nobis quaedam leges scriptas alias infixit cordibus nostris.

rectius quod ad omnes alios: in omnibus autem alijs modis peccandi est peccatum contra Deum, ut contra Legislatorem. Exemplum ut si quis cognouit uxorem alterius, vel contra falsē testificatus: quoniam tunc offensus, vel iniuria directē est contra istū, cuius vxor cognita est, & contra quem est testimonium falsum. Deo autem non est hic iniuria aliqua iniuria, vel damnū, nisi inquantū contra iurē eius, qua vetuit falsum testimonium, & adulterium: si tamen quis colat deos alienos, vel sumat nomen Domini in vanum, delinquit dupliciter contra Deū. Primo delinquit contra Deum tanquam contra priuatam personam, quia tota iniuria, vel offensus, quae sequitur ex isto actu prouenit Deo, ipse namque solus colendus est, si ergo aliquis alius colat praeter ipsum, irrogatur ei offensus, quia adimitur ei honor ipsi soli debitus: est etiam ei offensus tanquam legislatori, cum ipse vetuerit coli deos alienos, & sumi nomen Domini in vanum, & sic talia delicta dicitur esse proprie contra Deum, cum tota offensus ex opere sit contra Deum, & quantum ad istum modum distinguebat Heli quaedam peccata esse vnus viri contra alterū, s. quod iniuria, vel damnū, quod sequitur ex opere directē est contra virum licet ibi aliquo modo delinquatur contra Deū solum, inquantum est Legislator: de his autem dicitur quod facilius dimittuntur, sunt autem alia peccata contra Deum, s. quado tota offensus ex opere consequens est contra ipsum Deum, s. tanquam contra priuatam personam, & tanquam contra Legislatorem: & de istis dicit Heli, quod difficulter remittuntur, vel quod nullus est, qui in talibus possit pro nobis orare.

Peccata quomodo cognoscuntur quae sunt contra Deum directe & quae contra proximum. Quae. XV.

CIRCA ista dari potest regula, sicut omnia peccata, quae sunt contra tria prima praecipua, quae sunt in prima tabula, dicuntur directe contra Deum, s. tanquam priuatam personam & tanquam contra Legislatorem, & omnia peccata contra septem praecipua secundae tabulae sunt directe contra proximum, & sunt solum contra Deum, ut contra Legislatorem: patet hoc inducendo. Nam in omnibus praecipuis primis tota iniuria, vel offensus delinquentis est contra Deum, ut contra priuatam personam: in omnibus autem praecipuis secundae tabulae est offensus contra proximum, ut contra priuatam personam, ut patet per singula: ad omnia autem generale est, quod offensus in illis pertineat ad Deum tanquam ad Legislatorem: secunda regula sit, quod in omnibus praecipuis caeremonialibus offensus directē pertinet ad Deum, ut ad priuatam personam, & ut ad Legislatorem: in omnibus autem praecipuis iudicialibus offensus pertinet ad proximum, ut ad priuatam personam, & ad Deum pertinet solum, ut ad Legislatorem: quod patet quia praecipua caeremonialia sunt determinationes quaedam diuini cultus, & sunt tanquam expositiones quaedam, vel additiones factae ad praecipua primae tabulae, quae sunt de cultu Dei. In talibus autem si bene fiant honor Deo soli prouenit saltem directē & principaliter, si autem malē ipsi sit offensus, sed omnia praecipua caeremonialia sunt huiusmodi, cum per nullū eorum dirigatur homo in comparatione ad hominem, sed in comparatione ad Deum: ideo error in istis pertinebit ad Deum. Iudicialia autem praecipua habent se esse contra Deum, quia ipsa sunt tanquam quaedam expeditiones praecipuorum secundae tabulae: sicut ergo ista directē pertinet ad proximum ita, & ipsa praecipua iudicialia: maxime autem patet hoc quoniam praecipua iudicialia sunt foralia, id est pertinentia ad causas forales iudicandas, sed causa foralis semper est aliquid, quod vertitur inter hominem, & proximum suū: ergo bona habitudo, vel mala circa ista praecipua

præcepta pertinet directe ad proximum, & non ad Deum. Nunc autem ista applicantur ad propositum.

Peccatum filiorum Heli quale fuerit. Quest. XVI.

IN peccato filiorum Heli cum diceret eis pater, q̄ qui peccat in hominē habet qui oret pro eo, sed non qui peccat in Deum. In quo innuebat, q̄ peccatum filiorum suorum erat directe contra Deum, scilicet tanquam contra personam priuatam, & tanquam cōtra legislatorem, quod patet, quia ipsi deliquerant in duobus principaliter, scilicet in sacerdotio suo circa hostias pacificas, & dormiendo cū mulieribus ad ostium tabernaculi. Istud autem secundum erat directe contra proximum, solum autē erat contra Deum, vt contra legislatorem, sed primū erat totaliter contra Deum, scilicet, quia delinquebant in sacerdotio: nam ministrations sacerdotales sunt ceremoniales, sed quicunq; peccat contra præcepta ceremonialia peccat contra Deum, vt tanquam contra priuatam personam, & tanquam contra legislatorem, ideo peccatum istud dicitur directius esse contra Deum, & sic quamquam vtinque peccatum filiorum Heli esset graue, tamē Heli solum tetigit de peccato in sacerdotio, & infra quando Deus prædixit mala futura propter peccatum filiorum Heli, solum fuit tactum de peccatis circa victimas, & istud est peccare in sacerdotio.

Deus facilius placatur pro peccato in proximum quam in eum. Quest. XVII.

DEI autem Heli, quod si homo peccauerit in vitum, Deus potest ei placari, id est facilius placabitur, & hoc propter duo. Primo quia offensa illa non est facta directe q̄ Deū, sed contra proximum, & solent homines acrius punire pro iniurijs illatis sibi quam illatis alteri.

Secundo, quia iniurię factę directe Deo videntur esse maiores saltem ex hac parte: iniurię autem factę proximo minores sunt, sed Deus in maioribus magis punit. Dicendum autem, quod istud non est vniuersaliter verum: nam quamquā ceteris paribus offensa facta Deo sit maior quantum ad delictum offensionis facta proximo, tamen quantum ad omnem modum non est verum: multoties enim peccata facta contra proximos directe sunt maiora peccatis directe factis contra Deum, sicut maius est, quod aliquis occidat hominem quam, quod infringat diem sabbati, & maius est dicere falsum testimonialia, vel adulterium facere quam errare in aliqua cęremonia parua cultus diuini: ex obiecto tamē, scilicet circa, quod sunt peccata dicitur maiora ea, quę sunt circa Deum, sed secundum veritatem non est semper sic.

An quęcumque peccata contra Deum sint maiora quibuscumq; contra proximum. Quest. XVIII.

SEd dicit aliquis, quod etiam realiter sunt maiora peccata ea, quę sunt contra Deum, etiam si sint in quibusdam paruis cęremonijs, sicut illa, quę sunt q̄ proximum, quia quicunq; recte distribuuntur penę, oportet quod secundum magnitudinem equalitatem, vel inæqualitatem peccatorū sit magnitudo, & equalitas, vel inæqualitas penarū, & sic arguendo ē contrario, scilicet quandoquē viderimus aliquas penas duorum peccatorum esse inæquales, iudicemus peccata esse inæqualia, sed in veteri testō pro peccato directe q̄ Deum ē in paruis cęremonijs infligebatur maiore penę, q̄ pro peccato q̄ proximos, ē

si illud magnum esset, ideo videtur maiora esse peccata contra Deum quęcumque illa sint, quā quę sunt contra proximum: patet hoc quoniam peccati duorum filiorum Aaron, scilicet Nadab, & Abiu solum erat in hoc, quod deliquerunt in quadam cęremonia diuini cultus, scilicet obtulerunt ignem, quem non debent offerre, & tamen dure mortui sunt: Leui. cap. 10. Sic quoq; isti filii Heli præuaricati sunt in sacerdotio, & propter hoc mortui sunt ambo vna die in bello, & pater eorum parum post: deinde pauco tēpore post hoc regnante Saule occisi sunt omnes sacerdotes de domo Heli, scilicet viri 85. induti vestibus sacerdotialibus p̄ter multos alios de genere illo, qui nō erant sic induti. Eua sit autē vnica de stirpe illa, scilicet Abiathar, de hoc j. 22. c. sed adhuc iste Abiathar postea priuatus est summo sacerdotio, & nullus mansit de domo eius in summo sacerdotio, sed semper fuerūt vltierius sacerdotes de domo Sadoch, vt patet infra 3. lib. c. 2. f. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos domini, vt impleretur sermo, quem locutus est super domū Heli in Silo, quod autem essent aliqua magna peccata cōtra proximos, pro quibus non darentur tantę punitio nes: patet, quia Dauid peccauit grauitur in adulterio, & durius adhuc, quia fecit occidi virum eius Vriā Hethem, vt patet infra 3. lib. c. 11. & tamen pro hoc non fuit inflicta magna poena Dauid in comparatione supradictarum poenarum, quoniam solum ad tempus persecutus fuit eum filius suus Absolon, & cōcubuit cum cōcubinis patris sui astante toto populo. De hoc infra 2. lib. c. 12. & 17. similia autem sunt alia exempla de poenis peccatorum contra Deum, & contra proximum. Respondendum est, non est negandum maiores inflictas fuisse punitiones in veteri testamento pro peccatis, quę sunt contra Deum, quam pro peccatis, quę sunt contra aliquos viros: ex hoc tamen nō sunt semper, aut generaliter maiora peccata, quę sunt cōtra Deum quam quę cōtra proximum: infligebantur tamen sic istę poenę, quoniam Deus, qui fuit auctor veteris testamēti voluit, q̄ illud obseruaretur in magno honore pro tempore suo, consistebat autem vetus testamentum præcipuē in cęremonijs, quę Deo impendebantur, qm̄ per præcepta moralia non differebant ab alijs gentibus, cum omnes gentes essent obligatę ad hæc, per iudicialia autem quamquā aliquantulum differrent, nō tñ tantum, sicut per cęremonialia, quia aliquę gentes habebant aliquas de legibus iudicialibus Hebręorum, sed non de cęremonialibus, et quia per cęremoniales leges dirigebantur in Deum, q̄ erat auctor illius veteris testamenti, p̄ iudicialia autē leges in proximos, iō voluit Deus, vt cęremonialia in veteri testamento sub magna diligentia obseruarent, nec p̄tēneretur tota ipsa lex & status, & quia Iudei erant indomiti iugo legis, oportuit, vt per penalem timorem ad hoc inducerentur, sed ista erant præcepta principalia in veteri testamento, in quibus magis q̄ consistebat status ille, ergo oportuit pro his poni maiores poenas.

Non semper poenę sunt æquales, etiam si peccata sint æqualia, nisi quo ad homines, & in futuro seculo. Quest. XIX.

ALITER autē rñderi pōt negādo illam regulā, scilicet quicunq; aliqua duo peccata sunt equalia, dēt p̄ eis dari equalis penę, & quicunq; sunt inæqualia dēt dari penę inæqualia, & ē q̄rio, scilicet ex poenis inæqualibus, vel equalibus, dēt dari equalitas, vel inæqualitas in peccatis: dicendū enim, q̄ ista r̄ta est vltis quantum ad iudices, qui sunt hoies: si enim recte iudicent sp̄ hoc stabit. In Deo autē non sp̄ tenet hoc, q̄ sit iustissimus: tenet tñ q̄ tū ad statū futuri seculi, scilicet si i inferno aliq duo sunt, q̄ equaliter peccauerūt, oportet eorū penas esse equalis, & ē q̄rio.

Quare peccati cōtra cęremonias maxime puniebant.

Si

in ipso, sed interdū reseruat vsq; ad tertiam, & quartā generationem: Exo. 34 & Deut. c. 5. ita in eodem homine interdum penam, quam pro vno scelere meretur non infert Deus immediate, sed expectat correctionem: & si non corrigatur, infligit in alio tempore pro illo peccato, & pro reliquis: ita etiam interdū Deus alicui peccanti infligit cum peccat partem penę tanquā admonitionē recedendi a peccato, postea autem complet reliquum.

Admonitio Dei quo quantū fiat.

Aliter etiam hoc accidere potest, quoniam quamquam duo equaliter peccauerint non sint penę eorū equalis, licet quilibet earum immediate totaliter infligatur: & hoc quia forte aliquis eorū doluit pro peccato suo, & ex hoc meretur iam magnam partem penę sibi adimi: alius autem non doluit, ideo nihil adimetur, & sic quamquam isti priori infligatur tota penę, quā meretur, non erit tanta, quanta penę alterius equaliter peccantis: & sic quamquam peccata equalia sint, poenę non videntur equalis. In iudicibus autem non est sic, quia non possunt ipsi partem penę alicuius dare ipsi delinquenti, & reliquum reseruare vsque in tertiam, vel quartam generationē, sicut Deus. Etiam si aliquis conteratur de peccato suo nō possunt iudices aliquid adimere de penę: unde lex equaliter punit reos cōritos, & nō contritos.

Penitētia multū cōfert.

Ex prædictis igit, & multis similibus apparet, quāliter Deus nō det semper in isto seculo equalitatem penarum pro equalitate delictorum: & consequenter non poterit cognosci ex penis, quę Deus dat alicui, quis magis peccauit, vel quis minus. Cognoscit tamen in penis illatis a iudicibus, & sic non tenet argumentum istud, scilicet maiores penę infligebantur in lege veteri pro peccatis, quę erant contra Deum, q̄ pro peccatis, quę erant contra proximum, ergo maiora erant peccata contra Deum: & tamen quantum ad intentionem Heli sacerdotis nihil refert, quę essent maiora, vel minora; quia ipse solum volebat inducere irremissibilitatem peccati contra Deum in presenti, q̄ si aliquis cōtra Deum peccaret in cęremonijs: & si illud peccatum non esset valde magnum, Deus non remitteret penę illius in presenti; etiam si oraretur: cum tamen aliquis peccabat contra proximum suum, Deus nō infligebat immediate penam nisi raro: & si aliquis oraret pro remissione illius exaudiretur, sic patet in Saule, & in Dauid: nā Saul fuit inobediens Deo in destructione Amalecitarum, scilicet quia reseruauit viuentem regem ipsorum infra 15. c. Dauid autem peccauit contra Vriam Hethem infra 3. lib. cap. 11. ideo q̄ orauerit Samuel pro Saule, & luxerit nimis ne auferretur regnum ab illo, Deus tamē non exaudiuit; immo iussit Samueli, ne amplius super hoc oraret infra 16. cap. Dauid autem orauit pro peccato suo vt dimitteretur, & Deus transtulit ab eo mortem infra 2. lib. 12. cap. Hoc autem sufficiebat ad intentionem Heli sacerdotis dicentis, q̄ cum filij sui peccarent contra Deū, scilicet delinquendo in cęremonijs sacerdotij quod erat directe cōtra Deum, nullus posset pro eis sufficienter orare, vt remitteretur peccati eorū, sed Deus puniret eos immediate: si autē fuisset peccati directe q̄ proximum fuisset Deū placabilis per orationē. Si autem peccauerit in Deum, scilicet directe, vel in eū solū, qd̄ est qm̄ p̄t̄m est q̄ Deum, vt q̄ singularē personā, & tanq̄ q̄ legislatorē, vt supra declarātū est. Quis orabit pro eo. Quasi dicat nullus poterit orare sufficienter: qm̄ ē si orauerit, Deus nō remitteret. Et non audierunt vocem patris sui, non obediērūt ei admonēt, nec deseruerunt peccata sua, facientes semper vt prius. Quia Deus voluit occidere eos. Id est si isti filij Heli obediuerunt sermonibus patris, cōuersi fuissent ab iniquitatibus suis prioribus, & tūc Deus nō occideret eos.

F 2 nec

Si aliqui duo sunt in inferno, quorum penę sunt inæquales, necesse est, vt arguamus eorum peccata esse inæqualia, & ē contrario. In seculo autem isto non est vniuersaliter verum, quia interdum pro peccatis equalibus dantur poenę equalis, & interdū pro inæqualibus dantur equalis, vel pro equalibus dantur inæquales. Causa huius est, quia cum Deus punit hic aliquem, licet non det ei quantum meretur pro scelere suo: manet adhuc ei locus penalis ad hoc soluendum. scilicet gehenna, & si ibi non soluerit, saltem in purgatorio soluet: ideo interdum Deus dabit alicui hic pro peccato suo totam penam, quam meretur, vel quāsi totam: alteri autem dabit modicum de illa relinquens cetera futuro tempore: ideo in istis quamq; penę sint nimis inæquales, tamen peccata potuerunt esse equalia. In gehenna autem non est istud, quia post penalitatem illius loci non restat alia penalitas ideo cum Deus iustus sit, oportet q̄ ibi det cuiuslibet tantum quantum meretur, ergo qui equaliter peccauerunt equalis habebunt ibi penam, & quorum penę ibi inæquales sunt, necesse est fuisse inæqualia peccata.

Nunquam Deus punit supra id, quod meretur immo semper citra, & remunerat ultra. Quest. XX.

CONSIDERANDVM autem circa hoc, quāquam Deus in hoc seculo equaliter peccantibus non det semper penarum equalitatem, nec ē contrario, nemini tamen dat supra id, quod meretur, sed ista inæqualitas penarum præter inæqualitatem peccatorum prouenit ex hoc, quia interdum Deus infligit minores penas homini, quā meretur, ideo vt communiter sic accidit, relinquit autem aliquid postea infligendum: iste modus non repugnat diuinę iustitię, nec aliquantulum eā diminuit. Nam quamquam non det simul alicui omnia, quę pro peccato meretur, cum postea inflicturus sit accedit ad equalitatem iustitię, quia tamen alicui Deus infligeret maiores penas, quā meretur, nullo modo est reducibile ad iustitiam, quia iustitia semper equalitatem exigit, iuxta Aristot. 5. Ethic. In iudicibus autē, qui sunt homines, tenet ista regula. scilicet q̄ pro equalitate, vel inæqualitate delictorum tribuunt equalitatem, vel inæqualitatem penalitatum, & ē q̄rio: si aliqua penę ab eis iuste irrogetur, necesse est, q̄ qm̄ fuerint equalis penę arguantur fuisse delicta equalia, vel ē q̄rio. Causa huius est, quia isti non possunt reseruare penam pro alio tpe in aliquo delicto, cum semel hoies punierint, Deus autem licet hic non inferat omnē penam pro peccato, habet tñ locum infligendi postea in futurum, vel dat homini spacium, vt id quod tunc relinquitur ipse postea in se gratis suscipiat penitentiam agens, & sic poterat esse, q̄ peccata, quę fecit Dauid, scilicet homicidium, & adulterium essent maiora, quā peccata Nadab, & Abiu: tñ non fuit penę equalis, scilicet quia fuit maior in Nadab, & Abiu, quā in Dauid, & hoc quia tantum forte puniti sunt Nadab, & Abiu, quantum meruerunt: Dauid autem solum pro parte, reliquum autem ad alia tempora translatum est, vel saltem relictum est, vt ipse postea in se gratis puniret, quod Deus non punierat.

Alia responsio ad quest. præcedentem. Quest. XXI.

ALITER adhuc responderi potest ad istam regulam, q̄ nō teneat verum, quia quamq; Deus pro aliquo peccato det totā penam hoibus, viuētib; tñ nō dat simul, sed interdū dat particulā relinquēs ceteras pro alijs t̄pibus, qd̄ patet. Nā sicut Deus nō immediate punit p̄tā hois Alph. Toft. In Primum Regum.

nec infligisset penam pro peccatis ipsorum, sed Deus voluit occidere eos, quia peccauerunt, ideo noluit, quod obediunt verbis patris. Iste sensus videtur nimis durus, sed Deus desideret aliquem occidere, & propter hoc eum a peccatis non liberet, vel magis peccare faciat, litera tamen hoc vult significare. Intelligendum hoc mitius, scilicet isti merebantur mortem, quia nimis peccauerant, etiam merebantur non apponi sibi gratiam Dei, ita nec Deus apposuit dando eis cor docile ad obediendum salutaribus monitis patris, & quia ex hoc ipsi magis mortem promeruerunt, & Deus illis inflixit, dicitur quod voluit occidere eos, & ob hoc non audierunt; multi enim similes modi loquendi sunt in sacra Scriptura nimis duris, sic patet Iosue c. 11. s. Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnant in Israel, atque caderent: sed omnes isti modi reducendi sunt ad sensum mitiorem, ut ibi declaratum est.

Puer autem Samuel proficiebat atque crescebat. Fuit enim casus filiorum Heli, & totius domus eius occasio magnificationis Samuelis, ideo simul ponitur ista duo. Dicitur autem, quod Samuel proficiebat, s. veniens quotidie de bono in melius, & crescebat, s. perueniens ad magnam excellentiam, totum autem hoc de honore, & non de etate intelligitur. *Et placebat tam Deo quam hominibus.* Scilicet opera Samuelis erant recta, ideo omnibus erat placens. Nam Deus acceptabat eum, quia non deniabat a ceremoniis illius, sicut filij Heli, populus enim diligebat illum, quia non grauebat aliquem, nec faciebat abominationem in ceremoniis Dei, sicut filij Heli. Non habebat igitur Samuel aliquid, propter quod apud quemquam odio dignus esset, & istud est donum quoddam Dei, s. ut ipsi, qui Deum diligunt, etiam ab omnibus diligantur.

Venit autem vir Dei ad Heli. Hic ponitur denunciatio prophetica de malis, quae ventura erant super Heli, & domum suam.

Et primo ponitur denunciatio, secundo denunciationis impletio infra 4. cap. Prima in duas, quia primo fit denunciatio per hominem Heli non cognitum, secundo per hominem ei subditum, s. per Samuelem seq. ca. dicitur hic primo de viro Dei veniente ad Heli, ut nunciaret ei mala domus suae, quod erat dum adhuc esset Samuel paruulus valde, nec esset conueniens eum habere spiritum propheticum, postea autem perueniente Samuele ad etatem discretionis quamquam adhuc puer esset, fuit iterum per eum reuelatus iste casus.

Quis fuerit iste vir Dei, qui venit ad Heli, & an fuerit Phinees, vel Elias, Quaes. XXII.

QVAERITUR de isto viro Dei quis fuerit. Quidam Hebraei dicunt, quod fuit Phinees filius Eleazari. Motium horum est, quia ille erat vir Dei cum zelo eius commotus occiderit principem tribus Simeon, & Madianitidem coeuntes simul, Deus autem reddit ibidem testimonium, quod Phinees placuerit eum, & ob hoc fecit eum eo patrum de sacerdotio sempiterno, Numeri cap. 25. Sed istud non stat, quia Phinees non erat tunc viuens, quod patet, quia ipse erat summus sacerdos succedens patri suo Eleazaro, & deinde omnes posterij eius fuerunt sacerdotes. Si autem ipse tunc viuens esset gereret summum sacerdotium, sed manifestum est, quod nunc non erat sacerdos magnus ipse, sed Heli, & multi sacerdotes magni intercederant inter eum, & Heli, ergo non vivebat tunc, ut aliquid nunciaret Heli. Item non potuit tanto tempore vivere Phinees filius Eleazari: nam secundum Iosephum lib. 5. Antiquitatum oportebat, quod esset Phinees plurium,

quam quingentorum annorum, quando ista facta sunt: nam ipse ponit ab ingressu Israelitarum in terram Chanaan sub Iosue usque quo arca capta est, quod fuit tempore Heli fuisse annos quadringentos 76. in ingressu tamen in terram Chanaan esset Phinees plurimum, quam viginti quatuor annorum, cum ipse occiderit principem tribus Simeon coeuntem cum Madianitide: Numeri 25. capit. Etiam ipse fuit princeps in bello contra Madian: Num. ca. 31. & istud fuit paulo ante quam ingrederentur Israelitae in terram Chanaan, non per dimidium annum ante cum fuerit sine anni 44. ab exitu de Aegypto, quia ista opera erant cordis virilis, necesse erat, ut ipse, cum haec faciebat, esset vir perfectus s. viginti quinque annorum, aut amplius, ita ut effician- tur quingenti anni, tanto tamen tempore nemo vivere post diluuium. Alius autem modus inducendi hoc est per numeros positos in sacra Scriptura: ipsa enim pauciores annos ponit quam Iosephus, colligitur tamen saltem plures quam anni 330. vitae Phinees, quod apparet inducendo per tempora omnium iudicum.

De ipso enim Phinees dicendum, quod ipse esset triginta annorum, aut amplius, quando ingressus est in terram Chanaan, ut patet ex dictis: deinde accipiatur quadraginta anni quibus dicitur rexisse populum Iosue, & sunt septuaginta, accipiatur post hoc 40. anni quibus iudicauit Hothoniel Israel: Iudic. ca. 3. & sunt 110. accipiatur etiam octoginta anni, quibus fuit Aod iudex Israel Iudic. c. 3. & sunt 190. deinde accipiatur 40. anni sub iudice Barac, & sub Debhora Iudic. c. 5. & sunt 230. deinde accipiatur 40. anni sub Gedeone iudice, & erunt 270. deinde tres anni sub Abimelech rege: Iudic. c. 9. & 23. anni sub Thola iudice. eod. ca. eruntque 296. deinde omnibus diligentur. Hic ponitur denunciatio, secundo denunciationis impletio infra 4. cap. Prima in duas, quia primo fit denunciatio per hominem Heli non cognitum, secundo per hominem ei subditum, s. per Samuelem seq. ca. dicitur hic primo de viro Dei veniente ad Heli, ut nunciaret ei mala domus suae, quod erat dum adhuc esset Samuel paruulus valde, nec esset conueniens eum habere spiritum propheticum, postea autem perueniente Samuele ad etatem discretionis quamquam adhuc puer esset, fuit iterum per eum reuelatus iste casus.

Sed dubium est solum hic de decem octo annis, de quibus Iudicum cap. 10. & de quadraginta, de quibus Iudicum cap. 12. an computentur isti sub tempore iudicum, vel non: si autem computentur, ita quod non differant ab annis iudicum, qui ibi enarrantur deficient de supra posita enumeratione quinquaginta octo anni, & manebunt anni 460. si autem non computentur manebunt illi, quos ante enumerauimus, & sic qualitercunque enumeremus erunt plures quam 400. anni vitae Phinees si ipse superuixisset usque ad tempus Heli sacerdotis, quando ista dicta sunt illi circa mortem suam, sed hoc nullus concedet, ut tanto tempore vivere potuerit, ergo non fuit Phinees sacerdos vir Dei, de quo hic dicitur.

Alij autem de Iudaeis dicunt, quod iste vir Dei fuit Elias: fundamentum eorum est, quia ipse vocatur homo Dei inf. 4. lib. c. 1. ubi quinquagenarij regis Ochozic vocabatur eum hominem Dei, & hic dicitur, quod venit vir Dei ad Heli,

Sed

Sed dicendum est, quod non potest stare, quia de Elia solum legitur sub rege Israel, qui dicitur Achab, & sub Ioram rege Iuda: tempore. n. horum raptus est ipse in celum, & tempore horum praedixit, ut colligitur. In fine tertij libri, & principio quarti vsque ad ca. 3. si tamen Elias viveret tpe Heli fesset in celum ad quartorum annorum esset, quoniam raptus sacerdotis valde multam aetatem ad quam nemo poterat illis temporibus peruenire, nec in saeculis praecedentibus post diluuium, quod patet, quia si Elias hoc praedixisset, esset ad minus annorum. 20. vel quasi, quoniam ista diceret, & quia non immediate completa sunt, cum postea iterum ea praedixit Samuel, forte transirent anni 10. aut amplius a tempore, quo praedixit ista vir Dei vsque ad consummationem eorum & mortem Heli: ita ut tunc esset iste Elias ad minus 30. annorum: accipiatur postea anni 40. qui computantur sub Samuele, & sub Saule accipiendo tempus vtriusque siue illud, in quo simul ambo dominabantur, siue illud, in quo Samuel sine Saule, & Saul sine Samuele praesuerunt, & erunt anni 70. deinde accipiatur anni 40. quibus regnavit Dauid. j. 3. lib. cap. 2. & erunt 110. post hoc accipiatur 40. anni regni Salomonis. j. 3. lib. ca. 12. & erunt 150. postea accipiatur 17. anni, quibus regnavit Roboam filius Salomonis. 2. Paralip. cap. 11. & 12. & erunt anni 167. deinde accipiatur anni tres, quibus regnavit Abias. 2. Paralip. cap. 13. & erunt anni 170. postea accipiatur anni 41. regni Asa. 2. Paralip. 16. cap. & erunt anni 211. postea accipiatur anni 25. regni Iosaphat. 2. Paralip. 17. cap. & sunt anni 236. postea accipiatur anni octo regis Ioram. 1. Paralip. c. 21. & sunt anni 244. tempore autem huius Ioram raptus est in celum Elias, ut dictum est. Si igitur fuisset Elias vir Dei, qui praedixit ista Heli sacerdoti, esset plurimum quam 240. annorum, quando raptus est: sed nullus hominum ad tantam, tunc accedebat aetatem, nec ad medietatem illius: erat tamen adhuc Elias vir fortis paulo tempore antequam raperetur, quia ipse iugulavit 400. prophetas Baal, infra 3. lib. cap. 18. ideo non erat magnae aetatis, & sic non potuit esse Elias iste vir Dei. Dicendum igitur, quod iste vir Dei fuerit aliquis propheta in sacra scriptura incognitus: eo quod pauca prophetauit, & non habetur de eo aliqua historia. Vel magis dicendum est, quod iste fuerit aliquis angelus veniens in effigie viri ad Heli, vocatur autem vir Dei, quia a Deo missus erat, & quia in figura viri apparuit, dicitur vir: sic patet de angelo, qui apparuit uxori Manue, & matri Samsonis, & illa dixit vir Dei venit ad me, & iterum dicitur obsecro domine, vir Dei, quem misisti veniat iterum: Iudi. 13. c. sic etiam apparuit Gedeoni angelus domini in figura viri: Iudic. cap. 6. & hoc est verisimilius, quia in tempore illo non erant prophetae, cum dicitur sequenti ca. quod in diebus illis sermo domini erat preciosus, & visio non erat manifesta.

Quare Deus iterum per Samuelem nunciavit Heli mala, quae prius per Angelum nunciaverat. Quaes. XXIII.

QVAERITUR aliquis cum Deus miserit hic angelum, seu virum ad Heli, qui ei nunciaret mala, quae futura erant super domum suam, quare postea reuelatum est hoc iterum per Samuelem?

Aliquis poterit respondere, quod hoc fuit ad confirmationem prophetiae Samuelis: prophetauit enim Samuel, cum adhuc esset paruulus, ut patet sequenti capitulo. & quia dubitaretur ab aliquibus de prophetia sua, praeposuit Deus quoddam confirmatum, scilicet quod ea, quae reuelatus erat Deus per Samuelem reuelauit primo per angelum suum, & quia ista Alph. T. off. In Primum Regum.

incognita erant, scilicet cum soli Heli reuelata essent per angelum, & postea illa declaravit Samuel non audiens ab aliquo viro: manifestum est, quod intelligeretur Samuelem verum dicere ex spiritu prophetico, quod aliquo modo rationabile videtur: forte autem dici poterit conuenientius, quod vir Dei cum praedixit ista, quae habentur hic Heli dixit ea comminatorie: ita quod si filij Heli conuersi fuissent ab iniquitate sua, non fuisset eis inflicta pena, quae habetur hic. Cum autem permanerint post hoc magno tempore in vitijs suis, promeruerunt ut totaliter deleerentur: & tunc certissime praenunciavit Samuel destructionem domus Heli.

Aliter adhuc dici potest, scilicet, quod Deus sepe commonebat Heli, & filios eius, ut a malo recederet penarum comminatione, & ob hoc misit prius virum Dei, de quo hic: & deinde Samuelem, & vtriusque praenunciatio fuit comminatio, ita quod non infligeretur pena filijs Heli si immediate ut Samuel ista praedixit, ipsi fuissent conuersi, sed quia non fuerunt moti per haec, completa sunt in eis verba vtriusque prophetiae: & iste modus vltimus videtur conuenientior, quia sepe Deus mittebat prophetas ad populum Israel praenunciantes penales futuras, non quidem determinate, sed comminatorie, ita ut si conuerterentur nihil horum fuisset inflictum, sed quia non conuersi sunt, implete sunt poenae denunciate. De hoc infra 4. lib. 17. cap. *Hec dicit Dominus nunquid non aperte reuelatus sum?* Cum Deus intendat hic praenunciare Heli destructionem domus suae praeposit beneficia collata toti progeniei Aaron, & Leui: & hoc ad duo. Primum est ad improprium impena beneficia, quia cum Deus eis specialiter benefecerit, debebant eum specialiter colere, sed ipsi magis illum ad iracundiam prouocabant, ideo indigni erant beneficijs impenfis. Secundum erat ad excusandum promissionem suam antiquam: dixerat enim quod isti ministrarent in aeternum, qui nunc ministrabant, & semper in tribu illa, & familia maneret officium sacerdotale: nunc autem dicit quod non sic erit, sed si omnes de tribu ista peccauerint, & non honorificauerint Dominum, ipse quoque non honorabit eos auferendo ab illis dignitatem sacerdotalem. Ideo dicit nunquid non aperte reuelatus sum, id est nunquid non manifestavi me huic tribui, & familiae sacerdotum reuelando ei secreta mea, & dando eis maiora beneficia? pertinet enim reuelatio ad duo. Primo ad intellectum, & quantum ad hoc dicitur Deus se reuelare alicui quando ipse representat secreta sua, & hoc pertinet ad prophetas, sic fuerunt quidam de tribu Leui sicut Moyles fuit maximus propheta: Aaron quoque propheta fuit, quia Deus sepe locutus est illi, ut patet Leuit. cap. 10. & 11. & Num. 18.

Alio modo accipitur reuelari quantum ad collationem bonorum, & dicitur quod Deus alicui se reuelat in quantum ei bona confert, & cui maiora bona confert magis se reuelat: sic etiam factum fuit in sacerdotibus: Deus enim maiora bona eis contulit reliquo populo, scilicet, quia eis tribuit dignitatem sacerdotalem, & leuiticam, ad quam consequuntur multa iura percepta a populo, quae non sunt in alijs tribubus, aut familijs: & hoc est aperte reuelari, id est multum. *Domui patris tui.* Id est domui Aaron: non enim potest accipi hic pro domo patris Heli, quia non fuit ipse in Aegypto, sed domus sacerdotalis accipitur hic tanquam una domus, nec etiam accipitur hic domus patris pro tota tribu leuitica, quia tunc Leui erat pater huius domus, sed non intelligitur de eo, cum dicitur hic elegi eum mihi in sacerdotem, sed manifestum est quod Leui non fuit assumptus in sacerdotem, sed Aaron

F 3 ante

Vir Dei venit ad Heli prophetizans mala quae ventura erant.

Ratio auctoritatis.

Reuelatio pertinet ad duo.

Reuelatio- nes seu be- neficia a Deo facta domui Le- ui.

ante quem nemo fuit sacerdos, ideo intelligitur solū de domo sacerdotali cuius pater est Aaron. Cum esset in Aegypto in domo Pharaonis. Prima reuelatio facta ad domum Leui fuit in Aegypto, quia ante hoc nō fuerat aliqua distinctio in tribubus, & familijs quantum ad hoc, quōd aliqua magis pertineret ad Deum quā alia, & fuit hoc in extremo tēpore, cum Israelitę exierunt de Aegypto, quia tunc reuelauit se Deus Moyfi in monte Sina iubēs, quōd iret coram Pharaone ad liberationem Iudaeorum Exo. ca. 3. reuelauit se etiam ipsi Aaron dicens ei, quōd iret in occursum Moyfi, & iubens, quōd ambo loquerētur coram filijs Israel, & coram Pharaone: Exodi cap. 4. Aaron tamen erat pater sacerdotum, ideo reuelatus est Deus ei in Aegypto. In domo Pharaonis. Non est sensus, quōd esset Aaron, siue domus sacerdotum in domo Pharaonis accipiendū domum proprie, quia habitabant omnes Israelitę extra atium Pharaonis, sed accipitur domus large pro tota Aegypto, quæ quia pertinebat ad Pharaonem, dicebatur domus eius: ideo idem est dicere, quōd esset in Aegypto, vel in domo Pharaonis.

Et elegi eum ex omnibus tribubus filiorum Israel. Istud refertur ad patrem, & non ad domum, quia nō poterat eligi domus in sacerdotem, sed pater domus, s. Aaron cum ministratio pertineat ad personam, & non ad cōmunitatem, nō fuit autem ista electio in sacerdotem in Aegypto, sed in deserto, cum Deus iussit Moyfi, vt assumeret Aaron, & filios eius in sacerdotes Exo. 29. & Leuitici 8. ca. est autem sensus, quōd Deus fecit plura beneficia sacerdotibus. Primum fuit, quōd reuelatus est patribus eorum, s. Aaron, & Moyfi, & noluit reuelari alijs tribubus ad procurandū educationem Israelitarum de Aegypto per eas, sicut per Moysem, & Aaron, in quo erat magnum beneficium, & magnum honor. Secundum fuit, quia elegit patrem istorum in sacerdotem.

Vt ascenderet ad altare meum. Scilicet, vt iret ad ministrandum. Ponuntur hic officia sacerdotalia, ad quæ eligitur aliquis, vt sacerdos: & ponitur primo de ministracione altaris, quia quamquam sint plures ministraciones sacerdotalis, præcipue inter eas est i altari, quæ autem sint ministraciones sacerdotalis in veteri testamento declaratum est Numeri 8. Et dicitur de ascensione ad altare, quia altare semper erat sic dispositum vt versus illud esset ascensus, non tamen ascendebatur illuc per gradus: Exodi capit. 20. scilicet. Non ascendes ad altare meū per gradus, ne reueletur turpitudō tua. Sed erat quidam alius ascensus continuus sine gradibus, de quo ibi dictum est. Intelligitur autem in hoc de altari holocaustorum, quia quamquam essent duo altaria, s. holocaustorum, & thymiamatarum: tamen quādocunque scriptura loquitur de altari absolute semper intelligitur de altari holocaustorū, quia illud erat præcipuum.

Vt adoleret tibi incensum. Istud potest legi subintelligendo copulam, vel sine copula, si intelligatur copula est sensus, quōd Deus elegit Aaron, vt ascenderet ad altare, & vt adoleret incensum, & tūc est sensus, quōd adolere incensum sit ponere thymiamā, & pertinet ad aliud ministerium sacerdotale: si intelligatur sine copula est sensus, quōd acceptus est Aaron in sacerdotem, vt ascenderet ad altare, vt adoleret incensum, idest ad adolendum incensum, scilicet, quōd ad nihil aliud erat ascendere ad altare, nisi ad faciendum sacrificia, & illa vocantur incensum, idest res combusta, quæ incenduntur, & non incensum, idest thus, quia in isto altari holocaustorum nunquam offerebatur thus, sed solæ carnes cum libaminibus suis: & sic sacra Scriptura sepe dicit, quōd aliqua carnes cremantur in incensum domino, idest incenduntur coram domino: sic

patet Leui. ca. 4. vterque autem sensus potest esse hic. Et portaret Ephod coram me. Idest dedi patri tuo Aarō, quōd portaret Ephod: hic accipitur proprie Ephod pro superhumerali, & est sensus, quod Deus dedit Aarō, quōd esset summus sacerdos, nam vestes summorū sacerdotum, & minorum sunt distinctę: Exo. cap. 28. inter vestes autem summi sacerdotis potissima est vestis, quæ dicitur superhumeralis, ideo ad signandū summum sacerdotem fuit expressa ista vestis, nec accipitur hic Ephod pro solo superhumerali, sed pro super humerali, & rationali, ponitur tamen vnicum nomē, quia Ephod, & rationale erant cōiuncta, ita vt a se nullo modo separari possent: Exodi capit. 28. Aliquando autem accipitur Ephod magis large, s. pro omni veste sacerdotali, & pro omni leuitica. De prima patet infra 22. c. cum dicitur, quōd Doeg, Idumæus trucidauit sacerdotes 85, vestitos lineo Ephod, sed manifestū est, quōd sacerdotes omnes non poterant indui super humerali summi sacerdotis, cū vnicus esset summus sacerdos. Quōd accipitur Ephod pro veste leuitica, apparet supra in litera, cum dicitur, quōd Samuel erat puer accinctus Ephod lineo, sed Samuel erat Leuita simplex, vt supra declaratum est, ergo non poterat indui veste sacerdotali: accipit ergo necessario Ephod pro veste leuitica. Et dedi domui patris tui. Idest omnibus sacerdotibus. Omnia de sacrificijs Israel. Idest omnia, quæ proueniebant de sacrificijs.

Iura sacrificiorum ad quos spectabant. Quest. XXIII.

Dicitur autem de domo sacerdotum, quia ista sacrificia non pertinebant specialiter ad vnum sacerdotem sed ad omnes, quia siue pusilli, siue magni suscipiebant de iuribus sacrificiorum immaculati etiam, & habentes maculas. Solum enim prohibebantur habentes maculam accedere ad ministrandum in aliquo iure sacerdotali, omnia tamen proueniētia sacerdotibus integre percipiebant, vt patet Leuitici cap. 20. Et non solum erat hoc in masculis, sed etiam filia sacerdotum comedebat de sanctificatis proueniētibus de sacrificijs, vt patet Leuitici cap. 10. & Num. cap. 18. s. primitias, quas vouerint, & obtulerint filij Israel tibi dedi & filijs, ac filiabus tuis iure perpetuo: nec solum filij, & filia, sed etiam omnes, qui erant de familia sacerdotum poterant sumere de sanctificatis: dum tamen essent mundi: Leuiti. cap. 22. principaliter tamen pertinebant ista iura ad filios, quoniam debebantur propter ministracionem, ministratio tamen in solis filijs masculis erat. Alii autem percipiebant de iuribus sacerdotibus non tanquam eis debita, sed quia eis licita erant in cibum.

Quæ erant hæc sacrificia. Quest. XXV.

Dicitur autem hic omnia de sacrificijs filiorum Israel, idest, quōd dederit Deus omnia, quæ proueniebant de sacrificijs ipsis sacerdotibus, non est tamē intelligendum, quōd ipsi perciperent integraliter sacrificia, quia tūc nihil cremaretur coram Deo, sed percipiebant omnia iura quæcūque debebantur aliquibus hominibus de sacrificijs.

Pro quo sciendum, quōd sacrificia diuidebantur in tres partes, licet non semper, quia quantum ad aliquid pertinebant ad Deum, & quantum ad aliquid ad sacerdotes, & quantum ad aliquid ad offerentes. In holocaustis enim, quæ sunt prima sacrificia totum Deo cremabatur, quōd erat in carnibus animalis, & adipe, sola pellis proueniebat sacerdoti immo-

Sacrificia diuidebantur in tres partes.

immolanti: popularibus autem offerentibus nihil proueniebat: de hoc Leu. cap. 1. & 6. De sacrificio autem pro peccato interdum proueniebat aliquid sacerdotibus, & interdum non, scilicet quia cum offerebantur animalia, & de sanguine eorum introducebatur intra tabernaculum, nihil proueniebat ad sacerdotes, sed totaliter cremabantur illa animalia extra castra: Leuit. capitu. 4. Si autem de sanguine sacrificij pro peccato nō introduceretur intra tabernaculum, pertinebat totum ipsum animal ad sacerdotes præter adipem, qui cremabantur in altari: popularibus autem offerentibus nihil dabatur Leuit. capitulo sexto. Si vero esset hostia pacifica adipem pertinebat ad Deū, & pectusculum, & armus dexter ad sacerdotem facientem sacrificium, & reliquæ carnes ad offerentes: Leuit. 3. & 7. cap. & hoc modo distribuiebantur semper iura.

Cum verò dicitur, quōd omnia de sacrificijs data sunt sacerdotibus, intelligitur de iuribus, quæ assignata sunt pertinere ad aliquem hominem, scilicet quōd nulli alteri proueniebant aliqua iura de sacrificijs, nisi sacerdotibus.

Quare calce abiicisti victimam meam? Conqueritur hic Deus de Heli tanquam ipse fecisset iniquitatem istā: ipse tamen non peccabat, sed filij sui, quia tamen ipse permisit filijs suis istud, dicitur ipse fecisse, & cum filij Heli peccarent principaliter in duobus, scilicet in officio sacerdotali, & quia dormiebat cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi: Deus tamē solum increpuit eum de præuacacione in officio sacerdotali, quia istud peccatum erat directe contra Deum, vt supra declaratum est: aliud autem erat magis contra proximum, & propter istud principaliter fuerunt data omnes pene, quæ infra habentur. Dicitur autem Heli calce abiicisse, i. cōculasse victimam Dei, scilicet quia despiciebat eam tanquam inter pedes conculcarer, & ista despectio erat, quia non obseruabat in illa cæremonias a Deo iussas accipiendo a popularibus partes sacrificij, quas ipse uellet, & comedendo quando uellet, vt patet supra. Et quoniam ea, quæ erant in veteri testamento consistebant in quibusdam exterioribus cæremonijs, quia quantum ad veritatem in seipsis paucam habebant utilitatem, illi qui despicerent cæremonias despiciebant omne, quod erat in veteri testamento, & dicitur hic de victima, i. de hostia pacifica, quia filij Heli non præuacabatur in alio, nisi in hostia pacifica, in qua accipiebant partem a popularibus, vt supra declaratum est. Et munera mea. Idest abiicisti munera mea. Ista est repetitio eiusdem sententiæ, quoniam sacrificia sunt munera Deo oblata, & potest intelligi solum de hostia pacifica, vt supra dicebatur, vel si uoluerimus extendere ad omnia alia sacrificia, & oblationes, quæ uocantur munera, poterimus, sed oportet tunc, quod non solum dicamus filios Heli deliquisse circa hostiam pacificam, sed etiam circa alia sacrificia & oblationes, supra tamen solum habetur de hostia pacifica, quod in ea delinquerent.

Quæ præcepi, vt offerrentur in templo. Idest ego præcepi, quōd munera offerrentur mihi in templo, scilicet ad honorem meum: locus enim immolationis, & oblationis alicuius sacrificij determinatus erat, scilicet in sanctuario, & si quis extra uellet offerre reus erat sanguinis: Leui. cap. 17. & ponitur ista particula ad aggauadum delictum, scilicet ego præcepi, quōd offerrentur sacrificia in templo determinando eis illum locum, quasi specialiter pertineret ad honorem meum: tu autem abiicisti illa, & conculcasti præuacacione cæremonias: ideo magnum est delictum tuum. Et magis honorasti filios tuos quàm me.

Alph. Tost. in Primum Regum.

In hoc consistit propriè delictum Heli: ipse enim nō delinquebat in officio sacerdotali, quia iam non ministrabat, cum senex esset, & caligassent oculi eius, vt patet sequen. cap. sed duo filij eius fungebantur: Phinees autē pro patre fungebatur summus sacerdotio, vt ait Iosephus 5. lib. Antiquitatum: sed fuit peccatū Heli, quia cum debuisset filios suos corrigere efficaciter, non correxit, dicitur autem honorasse magis filios quàm Deū, quia illum plus honoramus, pro quo plura agimus, sed Heli pro filijs suis fuit aduersus Deū, & non fuit aduersus filios suos pro Deo: magis honorauit filios: patet hoc quia præuacacatio cæremoniarum per filios Heli erat contra Deum: ergo debuisset fortiter Heli increpare filios suos, sed cum leuiter eis proposuisset mala, quæ faciebant, ulterius non curauit, & hoc quia videbatur sibi graui tædio afficere filios suos: & hoc erat honorare eos plus quàm Deum.

Vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei. Accipitur & hic vt, dicens consecutionem: & non causam finalem, s. quia Heli non honorauit filios ad hoc, vt comederent primitias sacrificij, quia tunc intētio Heli esset nequissima, & ipse peccasset grauius quàm filij sui, sed est sensus, vt comederetis primitias, idest vt comedistis primitias sacrificij. Refertur etiā hoc ad Heli, quia quamquam ipse non ministraret, comedebat tamē de iuribus sacerdotibus, quæ proueniebant filijs suis: etiam de illis, quæ illicitè acquisita erant præuacacatis cæremonijs. Dicitur autem quod comedebant primitias quod intelligitur dupliciter, quia primitiæ duo signant. Primo modo primitiæ dicuntur secundum prioritatem temporis. Alio modo secundum prioritatem dignitatis: quantum ad primum dicebatur isti accipere primitias, quia antequam daretur Deo aliqua pars animalis cremando adipem isti accipiebant partes suas, vt patet supra: vnde in hoc nimis conquerebantur Israelitę de sacerdotibus: nā cum peteret puer sacerdotis carnem crudam pro sacerdote, dicebat immolans, incendatur primū iuxta morē hodie adeps, & tolle tibi quantumcūque desiderat anima tua: qui respondebat, nequaquam: nunc enim dabis mihi, alioquin tollam vi. Erat igitur magna præuacacatio, quia prius sacerdotes accipiebant pro seipsis, quàm daret aliquid Deo, & ista sunt primitiæ.

Alio modo dicuntur primitiæ, vt important prioritatem dignitatis, scilicet, quōd sacerdotes comedebant primitias sacrificij, idest id quod melius erat in toto sacrificio: hoc patet supra quoniam puer sacerdotis ueniebat ad offerentem portās fuscinulam tridentem in manu, quam mittebat in caldariam, vel ollam, & quodcūque leuaret fuscinula tollebat sibi puer: & sic poterat eligere quidquid uellet, quæ autem electa sunt, dicuntur primitiæ sicut aurum, & argentum quādo eliguntur uocantur primitiæ: Exo. cap. 25. ubi iussit Deus separari sibi primitias: dicitur etiam quōd comedebant primitias omnis sacrificij, idest de omni sacrificio pacifico: nam in alijs non legitur: etiam declaratur hoc, quia dicitur istud sacrificium populi. In omnia autem tria nullum erat, quod uocaretur propriè sacrificium populi nisi pacificum, quia de isto maxima pars pertinebat ad populum, scilicet ad offerentes: de alijs autem nihil pertinebat ad eos, vt supra declaratum est.

Propterea ait Dominus Deus Israel. Supra ponebatur iniquitas filiorum Heli. Hic ponitur pœnalitas, scilicet, quia fecisti ista supradicta permittendo filios tuos peccare, ego delebo domum tuam. Quia enim peccauit Heli & filij sui, tota domus perijt. Si uerò peccassent filij solum, forte super eos uenisset tribulatio,

Quo filij Heli comedebant omnes primitias.

bulatio, & non petisset domus Heli tota, ipse tamen peccauit, licet non tantum quantum filij, vnde & ipse perijt morte acerbissima infra capitu. 4. Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo. Id est ego determinaueram, quod omnes posterij tui, & patris tui ministrarent semper coram me in sacerdotio, sed nunc non erit sic, vt patet j.

Quomodo intelligitur, quod promissum est domui Heli, & domui patris eius, vt ministrarent in aeternum. Quast. XXVI.

ISTA litera a quibusdam dupliciter exponitur, quia dicitur ibi domus patris tui. Potest enim accipi pater Heli, p. vero, & immediato patre eius, vel potest accipi pro Aaron, qui fuit pater omnium sacerdotum, & Heli potest vocari filius eius. Primo modo est sensus, quod Deus promiserit, quod filij patris Heli, & filij ipsius Heli ministrarent coram Deo semper. Secundo modo est sensus, quod Deus promiserit, quod domus Heli, & domus Aaron, quae erat domus patris Heli ministraret semper. Istum secundum sensum dicunt quidam esse veriore, quia dicitur hic, quod Deus locutus fuerit, id est promiserat, vel determinauerat, quod domus patris Heli ministraret, & tamen si non intelligatur de Aaron, non reperietur, quod Deus hoc determinauerit, de Aaron etiam, & filijs suis patet, quod Deus dederit eis sacerdotium, & iura sacerdotij in aeternum. Numeri cap. 17. Similiter fuit promissum hoc nepoti eius Phinees, quia occidit principem tribus Simeon cum Madianitide: Numeri capitu. 25. non erat tamen Heli de stirpe Phinees, sed de stirpe Ithamar, vt infra declarabitur, ideo non reperietur domus alicuius patris sui, vel progenitoris, cui facta fuerit ista promissio vsque ad Aaron, & sic dicitur intelligi de Aaron.

Sed non stat iste sensus, quia hic dicitur, quod Deus determinauerat, quod domus Heli, & domus patris sui ministraret coram eo, sed nunc non erit sic, si ergo intelligeretur domus patris Heli, id est domus Aaron, necesse esset, vta domo Aaron transiret sacerdotij, sed falsum est, quia nunquam transiit. Item patet hoc quia infra dicitur ecce dies veniunt, & praecidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit fenex in domo tua. Ergo praecisa fuit domus patris Heli, sed non fuit hoc in domo Aaron, quia semper mansit, ergo non vocatur ipse hic pater. Item non stat ratio istorum, scilicet quia non legitur facta promissio alicui progenitori Heli, nisi Aaron, nam etiam si non legatur alibi legitur hic, & satis nobis est, quod hic dicitur. Etiam necesse est, quod non reperiat de omnibus istis scripturis alibi, quia non solum dicitur hic, quod Deus determinauit de domo patris Heli, quod ministraret, sed etiam de domo Heli, quamquam ergo reperiat de domo Aaron, qui vocaretur pater Heli, tamen de domo Heli non reperietur alibi, quod fuerit facta promissio, ideo non oportet, quod exponatur litera ista de domo Aaron, sed necesse est exponi de patre Heli immediato, & vocari domus patris Heli ipse Heli cum patribus suis, vocatur etiam domus Heli oēs posterij Heli, & his promissit Deus, quod daret ministracionem, quia ante ipsos Heli sacerdotis sacerdotes magni erant de stirpe Phinees filij Eleazari, quia Deus promiserat summum sacerdotium Phinees, & filijs eius in aeternum: tpe autem Heli, cum iam essent aliquot sacerdotes magni de stirpe Phinees fecit Deus transire sacerdotium magnum ad domum Ithamar, & hoc fuit in Heli ipse. n. primo ministravit de genere Ithamar: postea autem ministraverunt filij sui in summo sacerdotio vsque ad tempus Salomonis, cum erat sacerdos

Abiatar de stirpe Heli, & amouit eum Salomon faciens sacerdotem Sadoc de genere Phinees filij Eleazari. De hoc infra 3. libro cap. 2. Quod autem primus de sacerdotibus summis de stirpe Ithamar fuerit Heli declarat Iosephus. 8. libro Antiquitatum; & hoc significat litera ista, scilicet, quod Deus promissit domui patris Heli, vt ministraret: pater autem Heli non computatur in ista domo, sed filij ipsius, ideo in Heli, vel in fratribus suis incepit ista promissio, & sic stat ista litera, scilicet, quod Deus promiserat de domo Heli, & patris sui, quod ministraret coram eo: & tñ iam non manebit, sed transibit ad aliam domum, scilicet ad Sadoc.

Ministraret in conspectu meo in sempiternum. Ista ministratio intelligitur de summo sacerdotio, nam quantum ad sacerdotium minoris gradus non fuit facta aliqua promissio, nec mutatio, quia ante Heli omnes de stirpe Ithamar, de qua ipse erat, ministrabant in sacerdotio minoris gradus, & postea semper ministraverunt: sed sacerdotium magnum nunquam fuit in stirpe Ithamar vsque ad Heli, & non permanit in ea, nisi vsque ad Abiathar tempore Salomonis, & de isto sacerdotio fuit facta promissio, & in isto est mutatio.

Promissiones Dei in aeternum quomodo intelliguntur. Quast. XXVII.

DICTUR autem, quod ministraret in aeternum domus Heli: sed postea non ministravit, eo quod iste promissiones Dei quamquam absolute fiant, tamen semper intelliguntur cum conditione, scilicet, si permanserint in eodem statu illi, quibus fit promissio, & sicut est de bonis promissis, ita est de malis: sic patet Iere. c. 18. f. Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt destruam & perdam illud. Si penitentia egerit gens illa a malo suo, agam & ego penitentiam super malo, quod cogitavi facere ei, & iterum subito loquar de gente, & regno, vt edificem, & plantem illud: si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam penitentiam agam super bono, quod locutus sum, vt facerem ei: sic enim fuit circa domum Heli, quia si filij eius fuissent recti corde coram Deo permansissent sacerdotium magnum semper in illis, quia tamen aduersi sunt perijt sacerdotium de domo ipsorum. Nunc autem dicit dominus, absit hoc a me, id est nullo modo seruabo hoc. dimittendo sacerdotium in domo Heli propter promissionem factam; hoc verum est, quia ista promissio intelligebatur secundum conditionem, si tamen Deus promississet simpliciter intendens sic obseruare, nunquam perijisset sacerdotium de domo Heli quamquam filij sui multum delinquerent, sicut fuit in multis alijs promissionibus, quae propter peccata non impeditae sunt. De mutatione autem promissionum, & quando fiant secundam certam Dei sententiam, & quando cum conditione intellecta vel fm statum rerum, declaratum est satis Nu. c. 23. Sed quicumque glorificauerit me, glorificabo eum. Quasi dicat pp. promissionem factam non ero alligatus ad semp. bene faciendum vni domui, sed mutabo sicut videro, s. vbi cumque; inuenero glorificantes me, glorificabo illos, & si illi rursus non glorificauerint me, ego non honorabo eos, sed queram alios me honorantes. Intelligitur autem ista glorificatio de summo sacerdotio; Deus enim glorificabatur ab Israelitis, in quantum ipsi ministrabant ei in corde per seculo fm ceremonias legis, ipse autem glorificabat eos, scilicet dando eis magnam honorem, huiusmodi erat summum sacerdotium, nullus erat enim maior honor, & redditum abundantia in toto Israel, quod esse summum sacerdotem, vt satis declaratum est Num. cap. 25. Postea autem fuit principatus regalis institutus, qui erat maior prin-

Summum sacerdotium erat maximum honor inter duos.

principatu sacerdotali: & tamen tunc erant sacerdotes magni, quasi pares regibus, cum acciperent filias Regum in vxores: sicut patet de sacerdote magno Io iada, qui accepit Iosabam filiam regis Ioram in vxorem. j. lib. 4. capitu. 11. Est igitur sensus ego promissum summum sacerdotium esse in domo tua: sed nunc quia non honorasti me, ego dabo illud alteri honoranti me, & ipse erit honoratus habendo summum sacerdotium. Qui autem contempnunt me, erunt ignobiles.

Id est, qui non honorant me erunt abiecti scilicet priuati honore summum sacerdotij, & sic fuit domus Heli: quoniam postea deuenit ad magnam abiectiorem, cum nullus de illa esset princeps sacerdotum: sed erant sacerdotes simplices.

Ecce dies veniunt. Id est tempus in quo ego completo ista, quae dico non esse longe, sed iam venit: modico enim tempore post duo filij Heli iuerunt ad bellum & mortui sunt simul, & Heli corruens de sella expirauit. j. 4. cap. Et ibi cepit destructio domus Heli: postea autem consummata est tempore Saulis, & maxime tempore Salomonis.

Et praecidam brachium tuum, & brachium domus patris tui. Id est destrua domum tuam, vt non maneat: erat enim ista praecisio quantum ad duo.

Praecisum esse brachium Heli quo ad secundum. Quast. XXVIII.

PRIMO quantum ad ablationem sacerdotij. Secundo quantum ad occisionem posteriorum Heli. De primo patet, quoniam non mansit sacerdotium in domo Heli semper, sed post mortem filiorum suorum. s. Ophni, & Phinees successit Achitob: uiuente enim Heli sacerdotem in senectute ministrabat filius eius Phinees, vt ait Iosephus. 5. libro Antiquitatum. Post hunc fuit sacerdos Achitob pater Achimelech. j. 22. c. deinde successit Achimelech: hunc autem cum tota domo sua. s. cum. 85. viris sacerdotibus vestitis Ephod occidit Saul, propter Dauid. j. capitu. 22. Iosephus autem dicit eos fuisse plures. s. 305. viros. lib. 6. Antiquitatum, & accidisse destructionem illam propter peccata Ophni, & Phinees: relictus est autem vnicus de hac stirpe. s. Abiathar, qui confugit ad Dauid. j. 22. capitu. qui fuit cum Dauid omni tempore: sed postea cum appropinquaret Dauid morti, & Adonias filius eius voluisset accipere regnum, fuit de complicibus eius Abiathar: Salomon, autem, qui tunc rex a patre institutus est, uolebat occidere Abiathar: sed dixit ei vade in Anathoth ad agrum tuum: es quidem uir mortis: sed hodie non te interficiam, quia portasti arcam domini coram Dauid patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus sustinuit pater meus: tunc autem summum sacerdotium datum est totaliter Sadoc sacerdoti, ipse enim erat de stirpe Phinees, & Eleazari, ut primo Paralip. capitu. 24. & iam ultra non fuit sacerdos de stirpe Ithamar, atque completa fuit praenunciatio, quae habetur hic. sic patet. j. 3. lib. cap. 2. scilicet eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos Dei, vt impleretur sermo domini quem locutus est super domum Heli in Silo. Secundum est quantum ad occisionem posteriorum. s. quod omnes de genere Heli occisi sunt: non enim mansit, nisi Abiathar, quando occidit illos Saul. j. capitu. 22. & hoc significatur. j. s. magna pars domus tuae morietur cum ad virilem aetatem venerit.

Considerandum ulterius, quod Heli non erat de genere Phinees, & Eleazari, i qua domo Deus dixerat, quod maneret sacerdotium in aeternum, sed erat de stirpe Ithamar, ad quam non pertinebat summum sacerdotium: nam istud manere debebat in linea primo-

genitorum, sed primogenitus Aaron de duobus, qui relictus fuerunt erat Eleazarus: potissimum, quia filio eius Phinees promissum fuit summum sacerdotium vsque in aeternum. Num. 25. capitu. transiit tamen ad stirpem Ithamar aliquanto tempore, & hoc fuit, quia do habuit illud Heli: quod autem esset Heli de stirpe Ithamar, patet quia Abiathar erat de stirpe illius, ut patet j. tertio libro capitulo secundo.

Cum dicitur, quod eiecit Abiathar de summo sacerdotio completus est sermo domini, qui fuerat factus super domum Heli: si tamen non fuisset Abiathar de filiis Heli non esset completus sermo domini propter abiectiorem eius de summo sacerdotio, quod vero Abiathar esset de stirpe Ithamar, apparet primo Paralipom. 24. ca. ubi Dauid instituit duos principes sacerdotum. s. Sadoc de stirpe Eleazari, & Abiathar de stirpe Ithamar,

Heli erat de stirpe Ithamar.

Quomodo pactum Dei cum Phinees seruatum est de dando ei sacerdotium in aeternum, cum transierit ad domum Heli. Quast. XXIX.

QUAERITUR circa hoc quomodo pactum, quod Deus fecit cum Phinees de dando ei sacerdotium sempiternum potest stare cum transierit ad domum Heli.

Aliqui enim instabant ad hoc dicentes, quod transierit summum sacerdotium ad Samuelem, qui non erat de stirpe Eleazari, & Phinees: sed ad hoc respondit est Numeri capitulo 25. quod non fuit summum sacerdos Samuel, ideo nec fuit de minoribus sacerdotibus. Restat autem maius dubium de Heli, qui summus sacerdos erat, & filij eius post eum: tamen non erat de hac stirpe, vt probatum est. In quo aliqui errauerunt existimantes Heli esse de progenie Phinees: id solum arguebant de Samuele.

Sed dicendum est, quod Deus promissit summum sacerdotium in domo Phinees in aeternum, & sic obseruatum est: nam vsque ad tempora Machabeorum, quod fuerunt non multo tempore ante Christi natiuitatem fuerunt semper sacerdotes de stirpe Phinees: sic. n. dixit Mathathias pater Machabeorum, quod Phinees pater eorum propter zelum legis accepit sacerdotium aeternum primo Machabeorum capitulo, secundo. Postea etiam vsque ad destructionem Ierusalem, in qua consummatus est status iudaicus manserunt semper sacerdotes de eadem stirpe, ut patet ex processu librorum Iosephi in antiquitatibus. Solum autem fuit paruum tempus, in quo cessauit summum sacerdotium de domo Phinees, & transiit ad domum Ithamar: fuit enim principium huius in Heli sacerdotem, & durauit vsque ad Abiathar, in quo tempore videntur fuisse quinque summum sacerdotem de stirpe Ithamar. Primus fuit Heli; deinde Phinees filius eius, qui in senectute patris accepit summum sacerdotium, vt ait Iosephus, postea Achitob filius Phinees: deinde Achimelech, postea uero Abiathar filius eius, quem amouit Salomon a sacerdotio. j. lib. 3. capitu, secundo. Causa autem quare fuerit mutatum summum sacerdotium de domo Phinees a domo Ithamar non apparet in sacra scriptura, vel in historiis Iosephi, vel aliorum chronographorum, satis tamen videtur, quod fuerit propter aliquod peccatum sacerdotum de domo Phinees, nam istae mutationes nunquam fiebant sine meritis: & sicut nunc postquam semel sacerdotium datum est domui Heli non fuisset facta mutatio sine meritis, sic. n. dicit Deus hic, quod pp. filios Heli transierit ad alteram domum, ita ergo credendum est, quod fuerit in translatione de domo Phinees ad domum Ithamar.

Quis

Quis ordo fuit in successione summorum pontificum. Quasi. XXX.

QV AER ET VR ulterius de ordine sacerdotum sumorum. I. qno sibi successerint ta de domo Phinees, quam de domo Ithamar. Respondendum est, q primus summorum sacerdotum fuit Aaron, quem cosecrauit Moses Exod. capitulo 29. L. euit. 8. Hoc autem mortuo i deserto anno. 40. de Aegypro. f. quasi annis. 39. post consecrationem suam: Numeri capitul. 33. successit ei filius suus Eleazarus, qui consecratus est in monte Hor circa terram Edom: Num. ca. 20.

Iste autem introiit in terram Chanaan cum Iosue, & vixit ibi magno tpe, cui successit filius eius Phinees, Iosue capitulo vlti. Nam promissum fuerat summum sacerdotium illi: Num. cap. 25.

Post hunc fuit sacerdos Abisue filius eius, deinde Bocci, deinde Ozi, deinde Zacharias, postea Meraioth. Alio aut nomine vocatur Ioseph. De nomine horum sacerdotum patet primo Paralipomeno capitulo 6.

In hoc vero mutatum fuit sacerdotium ad domum Ithamar, & accepit illud Heli, cui successerunt posteri sui vsque ad Abiathar, scilicet Phinees, Achitob, Achimelech, Abiathar. Tempore autem quo fuerunt isti quinque sacerdotes de domo Ithamar, caruerunt sacerdotio alii quinque de stirpe Phinees. I. Vocar filius Ioseph summi sacerdotis postea Ioatham, deinde Meraioth, postea Afophi, deinde Achitob, q fuit pater Sadoc. De hoc Iosephus lib. 8. antiquitatum. Sadoc autem factus est sacerdos magnus tempore Dauid, sed fuerunt tunc duo summi sacerdotes scilicet Sadoc de domo Eleazar, & Abiathar de domo Ithamar: primo Paralipom. c. 24.

Sic autem instituerat Dauid, vt semper maneret, sed Salomon filius eius priuauit Abiathar sacerdotio post mortem Dauid. j. tertio lib. cap. 2.

Etiam ulterius semper erat sacerdos magnus vnicus, & ille erat de domo Sadoc de stirpe Phinees. fuerunt autem isti per ordinem suum vsque ad transmigrationem Babylonis, quorum nomina habentur primo Paralipom. capitulo 6.

Et ponuntur ibi. 13. sacerdotes, quorum vltimus fuit Iosedech, qui translatus est in Babylonem: Iosephus tamen lib. decimo antiquitatum ponit 16.

Et forte hoc fuit, quia sacra scriptura reliquit aliquos non numeratos: nomina autem illorum, quos ponit Iosephus non sunt totaliter eadem eis, quae habentur primo Paralipom. cap. 6.

Sunt autem hec Sadoc, Achimaas, Zacharias, Iorā Axioram, Phidea, Subdeas, Hillus, Ioatham, Vrias Verias, Odeas, Salomi, Helchias, Sarath, Iosedech: ista nomina ex aliqua parte concordant cum eis, quae habentur primo Paralip. cap. 6.

Iosephus tamen minus curauit obseruare formam hebraeam, quam Hieronymus in translatione nostra ideo in quibusdam nominibus quaedam literae mutatae sunt.

Alia autem totaliter sunt diuersa, q accidit, quoniam in sacra scriptura eadem res saepe multis nominibus appellatur. Iste est ordo sacerdotum magnorum a principio veteris testamenti vsque ad captiuitatem Babylonicam, de ordine autem sacerdotum vsque ad destructionem Iudeorum per Romanos, a reditu de captiuitate Babylonica non habetur ita manifeste in sacra scriptura: sed inf. 22. declarabitur partim ex sacra scriptura, & partim ex libris Iosephi: & magis de hoc 1. Paral. 6. c. dicitur.

Sciendum, q cum dicitur hic, q scindetur brachiu

F Heli, & brachium domus patris eius idē significat uir nā Heli erat domus patris sui, quia ipse, & alii fratres faciebant domum paternam.

Cum vero ablatum est summum sacerdotium de filiis Heli, brachium eius idest potestas, & honor ablati sunt, tam de domo eius, quam de domo patris sui.

Vt non sit senex in domo tua. Idest ego faciam, q nō maneat aliquis senex in omnibus posteris tuis, quod intelligitur dupliciter: vno modo, q senex accipiatur secundum etatem, & tunc est sensus, q posteritas Heli saltem in magno tempore scilicet vsquequo fuit consummata ista pēnalitas in Abiathar moreretur in etate iuuenili, sic patet de duobus filiis Heli, qui mortui sunt in bello. infra quarto capitulo. Et ramen illi erant iuuenes. Etiam patet, quoniam Saul occidit omnes de cognatione Achimelech sacerdotis magni, qui erat de posteritate Heli: de quo, infra capit. 22.

G Illi enim iuuenes erant, & hoc significatur infra cum dicitur: & pars magna domus tuę morietur, cū ad virilem etatem venerit. Alio modo potest sumi senex secundum dignitatem, & sic dicuntur seniores illi, qui sunt maioris prudentiae, & honoris in populo, & tunc est sensus, q non erit senex in domo Heli, idest non manebit aliquis summus sacerdos de stirpe illius: sic enim factum est. Nam post Abiathar in quo ista consummata sunt, non fuit aliquis sacerdos summus de stirpe Heli, sed omnes de domo Sadoc, quia erat de filiis Phinees. Hic tamen accipitur primo modo scilicet, q morerentur posteri Heli in iuuentute.

Et uidebis emulum tuum in templo. Aemulus dicitur esse inuidus ab emulando idest inuidendo: accipitur autem hic pro illo, qui contendit super rem illam, q alius habere vult: & isti proprie vocantur competitores.

Conuenit autem emulatio, vel inuidia competitoribus, quia ipsi in alterutrum inuident. Aemulus autē Heli erat Sadoc, sacerdos. Vocantur autem isti emuli, quia ambo contendeabant ad eandem rem.

Nam Abiathar, q erat de stirpe Heli, erat summus sacerdos simul cum Sadoc, vtrunque enim ordinauerat Dauid simul principē, unum de domo Ithamar, & alium de domo Eleazar. Primo Paral. c. 24.

Erat autem pena magna Heli, & posteritati suę, q prius habuissent ipsi summum sacerdotium, & deinde viderent translatum ad alios. Cum autem dicit, q videret emulam suum non intelligitur de ipso Heli in persona sua, quia nunquam fuit ei aliquis emulus vsque ad tempus Sadoc, ad quem primo rediit sacerdotium in domo Eleazar, sed inter mortem Heli, & constitutionem Sadoc in summum sacerdotem transierunt. 80. anni. Nam post mortem Heli Samuel, & Saul presuerunt quadraginta annis, ut cōmuniter computatur, postea autem Dauid regnavit aliis quadraginta, de annis Saul, & Samuelis, patet Actuum capitulo decimo tertio: de annis Dauid patet infra tertio libro capitulo secundo, sed sacerdotium datum est Sadoc per Salomonem mortuo Dauid, ut patet praallega. capitulo, quamquam ante mortem Dauid Sadoc erat sacerdos summus, sed non solus, quia erat cum eo Abiathar, primo Paralipomeno capitulo 24. non uidit igitur hoc Heli, sed vidit posteritatem suam, qua uidente dicitur uidere Heli. Nam patet manet in filiis iuxta illud ecclesiastici capitulo 30. Scilicet mortuus est pater eius, & non est mortuus, reliquit enim filium similem sibi.

In iuuentute prosperis Israel. Idest emulus tuus Sadoc erit in tēplo in summo sacerdotio, & habebit omnia

nia prospera Israel scilicet maximos honores, & maximos redditus in toto populo, qui sunt prosperitates temporales. Non enim erat in toto Israel aliquis honor maior, vel redditus, quā esse summum sacerdotem praeter honorem regalem, vt declaratum est Num. c. 25.

Et non erit senex in domo tua omnibus diebus. Idest nunquam erit senex in tota posteritate tua.

Nicolaus exponit hoc de senectute secundum etatem, sed non consonat veritati: supra enim cum dicebatur, ut non sit senex in domo tua, poterat exponi de hoc, quia antequam compleretur totaliter ista prophetia tempore Abiathar sacerdotis moriebantur filii, & nepotes Heli in iuuenili etate, consummata tamen ista prophetia non manebat aliqua pena corporalis domui Heli, sed solum in priuatione summi sacerdotii, ideo litera superior, quae poterat intelligi a tempore huius pronuntiationis vsque ad tempus completionis eius in Abiathar, potest exponi de senectute secundum etatem, quia ante illam moriebantur posteri Heli, ut patet in filiis eius. infra capitulo quarto. Et in nepotibus, & pronepotibus eius infra capitulo vigesimo secundo. Ista tamen litera non solum est exponenda vsque ad tempus illud, sed etiam pro omni tempore post, cum dicatur, q non erit senex in domo tua omnibus diebus. accipiendum est ergo hoc de senectute, vt importat honorem, & dignitatem scilicet non erit senex in domo tua omnibus diebus idest iam nunquam erit aliquis summus sacerdos de stirpe tua, qui uocat senex idest honorabilis, & hoc verum est, quia semper fuerunt sacerdotes postea de stirpe Sadoc, vt declaratum fuit praecedenti quaestione supra vsque ad Babylonicam captiuitatem, & etiā nunquam fuerunt ex eo tempore vsque ad mortem Christi, vt declarabitur infra 22. capitulo, & primo Paralipomenon sexto. Sic ergo debet exponi ista litera, & propter hoc fuit hic bis positum de senectute vt supra intelligeretur de senectute secundum etatem, & hic de senectute secundum dignitatem.

Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo. Idest quamquam auferatur summum sacerdotium de domo tua, non auferetur penitus omne officium sacerdotale eo, q manerunt ibi sacerdotes minores: cuncti enim, qui fuerunt de stirpe Heli fuerunt postea minores sacerdotes: istud enim non tollebatur propter peccata, quia non erat aliqua magna dignitas, sicut summum sacerdotium. Fuit autē dictū istud, ut non crederet Heli, q omnes de stirpe sua perituri essent, ita vt nec vnus maneret. Aliter enim nō videtur quomodo sibi tolleretur, q essent minores sacerdotes.

Sed vt deficiat oculi tui. Idest, q ego relinquam aliquos de filiis tuis ministrantes in altari, non est ad alleuiationem pēne, sed ad augmentum. Nam cum quis fuit in magna prosperitate, & incidens in aduersam calamitatem uidet alium in honoris excellentia, quem prius ipse possederat: durius hoc, quam mortem tolerat: angustia igitur est sibi uiuere: sic enim queritur interdum Ieremias dicens, quare derelictus fuerit, ut uideret dolorem. sic enim fuit de filiis Heli tempore Sadoc, & aliorum successorum suorum, nam uidentes eos in summo sacerdotio, q olim progenitores sui tenuerant, angustiabatur nimis: & hoc erat deficere oculos eorum scilicet pra amaritudine videndo ea, quae nimis displicebant.

Et tabescat anima tua. Tabescere est deficere putre fieri, vel deficere, s. q non poterat filii Heli sustinere tantam amaritudinem, vt uiderent emulos suos in honore: ideo astringebantur nimis, & deficiebat anima eorum pra dolore tolerare non potens.

Nicolaus refellit.

nia prospera Israel scilicet maximos honores, & maximos redditus in toto populo, qui sunt prosperitates temporales. Non enim erat in toto Israel aliquis honor maior, vel redditus, quā esse summum sacerdotem praeter honorem regalem, vt declaratum est Num. c. 25.

Et non erit senex in domo tua omnibus diebus. Idest nunquam erit senex in tota posteritate tua.

Nicolaus exponit hoc de senectute secundum etatem, sed non consonat veritati: supra enim cum dicebatur, ut non sit senex in domo tua, poterat exponi de hoc, quia antequam compleretur totaliter ista prophetia tempore Abiathar sacerdotis moriebantur filii, & nepotes Heli in iuuenili etate, consummata tamen ista prophetia non manebat aliqua pena corporalis domui Heli, sed solum in priuatione summi sacerdotii, ideo litera superior, quae poterat intelligi a tempore huius pronuntiationis vsque ad tempus completionis eius in Abiathar, potest exponi de senectute secundum etatem, quia ante illam moriebantur posteri Heli, ut patet in filiis eius. infra capitulo quarto. Et in nepotibus, & pronepotibus eius infra capitulo vigesimo secundo. Ista tamen litera non solum est exponenda vsque ad tempus illud, sed etiam pro omni tempore post, cum dicatur, q non erit senex in domo tua omnibus diebus. accipiendum est ergo hoc de senectute, vt importat honorem, & dignitatem scilicet non erit senex in domo tua omnibus diebus idest iam nunquam erit aliquis summus sacerdos de stirpe tua, qui uocat senex idest honorabilis, & hoc verum est, quia semper fuerunt sacerdotes postea de stirpe Sadoc, vt declaratum fuit praecedenti quaestione supra vsque ad Babylonicam captiuitatem, & etiā nunquam fuerunt ex eo tempore vsque ad mortem Christi, vt declarabitur infra 22. capitulo, & primo Paralipomenon sexto. Sic ergo debet exponi ista litera, & propter hoc fuit hic bis positum de senectute vt supra intelligeretur de senectute secundum etatem, & hic de senectute secundum dignitatem.

Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo. Idest quamquam auferatur summum sacerdotium de domo tua, non auferetur penitus omne officium sacerdotale eo, q manerunt ibi sacerdotes minores: cuncti enim, qui fuerunt de stirpe Heli fuerunt postea minores sacerdotes: istud enim non tollebatur propter peccata, quia non erat aliqua magna dignitas, sicut summum sacerdotium. Fuit autē dictū istud, ut non crederet Heli, q omnes de stirpe sua perituri essent, ita vt nec vnus maneret. Aliter enim nō videtur quomodo sibi tolleretur, q essent minores sacerdotes.

Sed vt deficiant oculi tui. Idest, q ego relinquam aliquos de filiis tuis ministrantes in altari, non est ad alleuiationem pēne, sed ad augmentum. Nam cum quis fuit in magna prosperitate, & incidens in aduersam calamitatem uidet alium in honoris excellentia, quem prius ipse possederat: durius hoc, quam mortem tolerat: angustia igitur est sibi uiuere: sic enim queritur interdum Ieremias dicens, quare derelictus fuerit, ut uideret dolorem. sic enim fuit de filiis Heli tempore Sadoc, & aliorum successorum suorum, nam uidentes eos in summo sacerdotio, q olim progenitores sui tenuerant, angustiabatur nimis: & hoc erat deficere oculos eorum scilicet pra amaritudine videndo ea, quae nimis displicebant.

Et tabescat anima tua. Tabescere est deficere putre fieri, vel deficere, s. q non poterat filii Heli sustinere tantam amaritudinem, vt uiderent emulos suos in honore: ideo astringebantur nimis, & deficiebat anima eorum pra dolore tolerare non potens.

A Et pars magna domus tua morietur cum ad virilem etatem venerit. In hebreo habetur tota domus tua: sed Hieronymus translulit aliter, vt explanaret magis literam hebraicam, quia illa non intendebat, q tota domus Heli periret, cum non periret, sed pars eius maxima, quod potest intelligi dupliciter. Vno modo pro domo Heli accipiendo stricte scilicet pro filiis immediatis, & tunc fuit istud consummatum cum iuerunt duo filii sui in bellum, infra. 4.

Alio modo intelligitur domus Heli largius scilicet pro sua posteritate, & tunc est uerum, q periret magna pars scilicet fere tota domus, quādo occidit Saul octoginta sacerdotes de stirpe Heli relicto vno scilicet Abiathar infra uigesimo capitulo, & iste secundus est sensus literae: fuerunt autem illi mortui in iuuenili etate, quia ferro occiderunt, & non permitti sunt accedere ad senectutem.

Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est. Istud potest intelligi dupliciter. Vno modo, q accipiatur signum pro re signata, vel magis pro re magna, sicut dicimus Deum facere signum, cum facit aliquod miraculum, etiam si illud non sit signatum alicuius rei, & isto modo mors duorum filiorum fuit Heli signum idest res signata, vel miraculum, aut pena a Deo inflicta.

Alio modo potest accipi signum proprie, & est sensus, q mors filiorum Heli, quae praenunciatur hic, est signum, q omnia alia, quae praedixit Deus de stirpe sua complerentur, & tunc potest accipi ista litera scilicet.

Quod venturum est. Dupliciter. Vno modo, ut ibi sit q relatiuum, & est sensus, q istud est signum, q venturum est: idest ista mors duorum filiorum est signum, q venturum est, scilicet ad significationem eorum, quae postea complerentur.

Alio modo potest accipi, q ut coniunctio scilicet istud est signum, idest ista mors filiorum tuorum est signum, q venturum est, idest quod ea, quae praedicta sunt uenient: scilicet per istam mortem duorum filiorum tuorum poteris intelligere, q omnia alia, quae annunciantur tibi futura sint.

Quare mors duorum filiorum Heli fuit posita hic tanquam signum, cum non esset certior re signata. Quasi. XXXI.

QV AER ET aliquis quare mors duorum filiorum Heli posita fuit hic tanquam signum, quia signum est notius ipsa re signata, & ponitur ad notificationem illius, sed hic tam mors filiorum duorum Heli, quam cetera, quae annunciantur aequaliter incerta erant: ergo non erat conuenienter vnum signum alterius, quod patet, quia aut certitudo istorum debebat esse ex fide scilicet, quia a Deo praenunciabantur per aliquem prophetam, aut ex aliquo, q nobis notum esset. Primo modo equaliter erant certa haec, quoniam omnia a propheta praenunciabantur.

Si secundo modo, omnia erant equaliter incerta, quia nullum eorum praesens erat, nec erat aliqua ratio, quare magis vnum, quam alterum venire deberet.

Respondendum est, q fuit datum istud ad notificationem, vt esset certus Heli de totali destructione domus eius, quia Heli non erat uisurus illud, scilicet quomodo auferretur sacerdotium de domo sua, & institueretur Sadoc de domo Phinees: dubitaret forte, an ista uentura essent: ideo posuit Deus aliquid, q uideret Heli scilicet mortem filiorum suorum: ipse enim uidit eam, ut patet infra quarto capitulo. Poterat

terat igitur certificari ex hoc, quod cetera euentura erant nam cum ista prænunciata sunt Heli erant æqualiter incerta: sed quia ipse vidit vnam partem prænunciatorum completi, existimare debuit, quod cetera complenda forent: & isto modo loquendi vtitur Christus in verbum ad discipulos, dicens scilicet. Hęc dixi vobis prinſquam fiat, vt cum facta fuerint credatis. Io. 14. capitulo. Fuit etiam conuenienter data ista mors in signum, quia ipsa nimis attinebat ad reliqua, quæ futura erant: prænunciauerat enim Deus totalem destructionem domus Heli, cuius principium erat occidi duos filios eius in bello, ideo fuit conuenienter positum hoc in signum reliquæ destructionis scilicet, quod morituri erant plurimi de domo Heli, cū venient ad artem vitalem, & quæ auferendum erat summum sacerdotium.

Duo filij sui Ophni, & Phinees in die uno morientur ambo.

Isti erant, propter quos venerunt omnia mala hæc quæ prænunciata sunt, ideo in eis cepit completio prophetiæ: fuit autem hoc post paucum tempus cum ipsi portarent arcam domini ad bellum infra capitulo quarto, & factum est hoc satis paucis temporibus postquam prænunciatum est, quod parer, quia quando facta est prænunciatio, erat senex Heli, & caligauerant oculi eius sequenti capitulo, ideo non multum distaret inde tempus, quo facta est completio.

Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem. Id est non manebit sacerdotium in domo tua, sed ego suscitabo mihi id est pro me sacerdotem: intelligitur de summo sacerdotio, quia sacerdotium minoris gradus nunquam fuit ablatum de domo Heli. Dicitur autem suscitabo id est nouiter faciam scilicet, quia eum, qui ante non erat sacerdos, fecit sacerdotem: & iste est Sadoc de stirpe Phinees, & Eleazari. Non est autem sensus, quod immediate, ut morerentur duo filii Heli, mutaretur sacerdotium, & suscitaretur sacerdos fidelis: nam adhuc mansit sacerdotium in domo Heli in aliis tribus sacerdotibus scilicet i Achitob, & Achimelech filio eius, & in Abiathar nepote illius, De Achitob, & Achimelech pater infra capitulo uigesimo secundo. De Abiathar patet primo Paralipomenon capitulo uigesimo quarto, sed tempore huius sacerdotium ablatum est de domo Heli, & factus est Sadoc sacerdos, qui erat de domo Eleazari, & completus est sermo domini super domum Heli infra tertio libro capitulo. 2.

Vocatur autem iste sacerdos fidelis, quod intelligi potest propter fidem, vel fidelitatem aut firmitatem aliquando enim fidelis dicitur a fide, & tunc fidelem vocamus hominem, qui de Deo recte sentit credendo: & non est iste sensus, quia filii Heli, non fuerunt, quantum ad hoc infideles: recte enim de Deo sentiebant, sed errabant in operationibus.

Alio modo dicitur fidelis a fidelitate, & ille est fidelis, qui ueritatem obseruat in promissis: sic autem Sadoc obseruauit, cum coluerit Deum iuxta omnes ceremonias legis: filii autem Heli non erant fideles in hoc: quia non obseruabant ceremonias: dicitur enim supra, quod erant filii Belial nescientes Deum nec officium sacerdotale scilicet, quia non obseruabant illud, ut patet ibidem. Alio modo dicitur fidelis a firmitate, & sic appellamus fideles eos, qui non mutantur, & iste est sensus literæ. Nam Heli, & filii sui non fuerunt sacerdotes fideles, cum sacerdotium non permanerit in domo eorum, nisi paucis temporibus, postea autem in domo Sadoc sacerdotium semper mansit: nam omnes sacerdotes, qui fuerunt post ipsum usque ad captiuitatem Babylonicam erant de stirpe eius: etiam post captiuitatem fuerunt de eadem stirpe sacerdotes. Nam primus sacerdos magnus post

captiuitatem fuit Iesus Iosedech: Zacha. capitulo tertio, & primo Esdræ quarto, & ipse est filius Iosedech. Nam ob hoc vocatur Iesus Iosedech. Fuit tamen Iosedech ultimus sacerdos magnus ante captiuitatem, qui, & ductus est in captiuitatem, ut patet primo Paralipomenon capitulo sexto, postea autem semper continuata est linea sacerdotalis per stirpem istius usque ad destructionem Iudæorum per Romanos: ut declarabitur. J. ca. 22. fuit igitur iste fidelis sacerdos i. immobilis.

Qui iuxta cor meum, & animam meam faciat. Propter hoc enim sacerdos iste erat futurus fidelis, quia obseruaret Dei voluntatem iuxta omnes ceremonias, quas prauaricati fuerant filii Heli, & iuste, quidem puniri sunt scilicet, ut qui in sacerdotio peccauerant ipso sacerdotio priuarentur: faciebat autem Sadoc iuxta cor, & animam Dei, id est iuxta voluntatem Dei. In Deo enim nec cor, nec anima est, quia vtrunque est ipsius animalis, sed Deus non est animal, scriptura tamen loquitur modo suo ad instructionem rudium.

Et edificabo ei domum fidelem. Id est faciam, quod domus eius sit firma. Nihil autem aliud est domum eius esse fidelem, nisi progeniem eius nunquam priuari summo sacerdotio, quod factum est: domus autem nunquam accipitur hic pro aliqua re edificata, sed semper pro familia, vel progenie.

Et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. Id est ministrabit coram rege a me instituto omnibus diebus vitæ suæ. Hoc potest intelligi de solo Sadoc scilicet, quod ipse ambulabit cunctis diebus, id est quandiu vixerit coram Christo id est coram rege: Christus. n. secundum Græcos vnctus dicitur: & sic erant omnes reges: omnes enim vngebantur oleo sancto: & iste Christus tunc fuit Salomon, quia tempore eius fuit sacerdotium totaliter translatum in domum Sadoc, cum ante hoc Abiathar, & Sadoc essent simul sacerdotes tempore Dauid primo Paralipomenon capitulo uigesimo quarto. Etiam patet, quia quando Dauid egressus est de urbe Ierusalem fugiens Absolonem Abiathar, & Sadoc portabant arcam domini coram eo, infra secundo libro capitulo decimo quinto, & ibi vocantur ambo sacerdotes scilicet sacerdotes magni, sed postea Salomon totaliter abtulit sacerdotium Abiathar tradens illud Sadoc infra tertio libro capitulo secundo, & postea ministravit Sadoc coram Salomone omnibus diebus suis scilicet quibus vixit Sadoc.

Alio modo intelligitur non solum de Sadoc: sed de omnibus posteris eius scilicet, quod ambulauerunt semper in summo sacerdotio coram Christo id est coram omnibus regibus: dicitur tamen ambulabit, quia ministrantibus omnibus posteris Sadoc dicebatur ministrare ipse Sadoc, quia illa erat domus eius, sicut dicebatur supra de Heli, quod uideret ampulum suum in templo: ipse tamen nunquam vidit: sed posteri eius, ut ibi declaratum est: tunc euam accipietur Christus non pro vnico rege, sed pro omnibus scilicet, quod illi, qui essent sacerdotes de stirpe Sadoc ambularent coram Christo id est coram regibus, quia quicumque rex Christus erat, & hoc erit cunctis diebus id est quandocumque fuerint reges: immo etiam maiori tempore, quia non fuerunt semper reges, usque ad destructionem Iudæorum per Romanos: & tamen semper usque ad illud tempus fuerunt summi sacerdotes, & iste est sensus literæ, quia ista litera dicitur tanquam expositiuum superioris, scilicet suscitabo mihi sacerdotem fidelē, sed non vocaretur sacerdos fidelis, aut domus eius propter hoc, quod ipse solus ambularet cunctis diebus

bus suis coram Christo: sed quia omnes posteri sui ambularent: etiam quia dicitur hic cunctis diebus, in quo significatur totum tempus durationis status Iudæici, sed non ambulauit toto illo tempore Sadoc in sacerdotio.

Futurum est autem. Id est istud, quod prædicitur hic non erit immediate, sed futurum est scilicet post aliquanta tempora, quia istud pertinet ad tempus illud, in quo non est summus sacerdos in domo Heli, & istud nunquam erat futurum, usque ad tempus Abiathar, qui fuit in quinta generatione ab Heli.

Vt quicumque remanserit in domo tua. Scilicet in progenie tua: quasi dicat pauci manebunt, quia omnes perierunt gladio simul per Saulem præter Abiathar: postea autem non fuit ista domus multum augmentata.

Veniat, vt oretur pro eo. In hoc significatur depresso domus Heli scilicet quia iam non erant futuri in ea summi sacerdotes, sicut prius fuerant, & ob hoc illi, qui manebant in domo illa, quamquam essent sacerdotes veniebant supplicantes, ut oraretur pro eis.

Hoc enim, est quia summus sacerdos orabat prominoribus sacerdotibus, quando peccabant: & quia isti filii Heli non haberent iam de stirpe sua aliquem summum sacerdotem, oportebat, quod veniret ad illos, qui erant de stirpe Sadoc: erat enim inter iudæos lex, quod quandocumque peccarent populares in quibusdam delictis determinatis a lege quicumque sacerdotes facerēt pro eis sacrificium: de quo Leuitico capitulo quarto, & quinto, & Numeri quinto, & in multis aliis locis: hoc autem erat præterquam in peccato totius populi, pro quo summus sacerdos facere debebat sacrificia, & non aliquis de minoribus. Leuitico capitulo quarto. Cum verò peccabant sacerdotes minores faciebat pro eis sacerdos magnus sacrificia: sic colligitur Leuitico decimo sexto capitulo ubi summus sacerdos offerebat sacrificium, pro se, & pro domo sua, i. pro se, & omnibus aliis sacerdotibus.

Et offerat nummum argenteum, & tortam panis. In hoc significatur deiectio eorum, quia offerebant ipsi, sicut populares: non est tamen penitus differentia in hoc inter eos, & alios sacerdotes, quia quandocumque aliquis de aliis sacerdotibus peccabat offerebat pro se sacrificium: & non immolabat ipse, sed alius sacerdos, sed alii habebant in stirpe sua summum sacerdotem, qui pro eis immolaret: isti autem non.

In hebræo habetur aliter. I.

Quicumque remanserit de domo tua veniat ad inclinandum pro se in obolo argenteo, & torta panis. Quod sic exponit Hebræi, quod sacerdotes remanentes de stirpe Heli post ablatum summum sacerdotium de stirpe eorum, venirent, & humiliarent se coram sacerdote magno orantes, ut seruirent in templo quotidie pro precio vnus nummi argentei, & tortæ panis: sed litera Hebraica non significat hoc, nam, cum dicitur veniant ad inclinandum pro se, est sensus, quod veniebat ad alium sacerdotem, ut ille inclinaretur pro se id est oraret pro eo coram domino, etiam hoc in obolo argenteo, ita habetur præcedenti capitulo scilicet, quod venit Anna in Silo ducens secum Samuelem in vitulis tribus, & tribus modis farinae, id est cum tribus vitulis, & iste est sensus literæ nostræ scilicet, quod veniret quilibet de stirpe Heli portans tortam, & nummum argenteum, ut pro eo oretur.

Etiam non stat sensus ille, quia istud esset si sacerdotes de domo Heli priuati fuissent in minori sacerdotio, sed non fuerunt: quoniam ipsi erant de stirpe sacerdotum, & solum fuit ablatum summum sacer-

dotium de domo eorum: ergo manserunt in minori sacerdotio, sed omnes huiusmodi sacerdotes habebant iura sua determinata tam in sacrificiis, quam in ceteris iuribus, cum dicitur Leuitico capitulo sexto, quod æqualiter diuidentur illa per omnes filios Aaron, ergo filii Heli haberent iura sacerdotalia, sicut ceteri sacerdotes: & non orarent, ut daretur eis torta panis, & vnus denarius pro ministerio quotidiano: sed ponuntur ista duo, quia erat quoddam genus oblationis.

Interdum enim, qui peccabant, si pauperes erant, non offerebant animalia, sed modicum de simila, Leuitico capitulo quinto: ita etiam offerre tortam, & denarium erat genus oblationis.

Dicatque dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem vt comedam buccellam panis. Id est isti sacerdotes de domo Heli, quando offerrent pro peccato suo summo sacerdoti precabuntur, ut non haberent eos tanquam laicos, quibus non licebat comedere de his, quæ offerebant pro peccato suo: sed daret eis saltem vnam partem sacerdotalem, id est vnum, quid modicum de eo, quod offerebant, & pertinebat, ad sacerdotes: & hoc erat, ut comederent buccellam panis id est saltem, ut daretur eis minima pars de oblatione pertinebat ad sacerdotes, & hoc erat, ut comederent buccellam panis, cum tamen isti filii Heli non erant tanquam offerentes, sed tanquam sacerdotes perciperent iura sua integra, sicut ceteri, & non dicebant, dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem.

Alia secunda expositio cantici Anna in gratiarum actione. Quæst. XXXII.

SEQVITUR alia expositio huius cantici Anna, in quo ponitur gratiarum actio pro beneficio recepto, & diuiditur in tria.

Primo gratiarum actio redditur.

Secundo Anna contra superbam ingratitudinem inuehitur. Tertiò Dei magnificatio tubditur. Secunda ibi. *Nolite multiplicare.* Tertia ibi. *Domini sunt cardines.* Circa primum dicitur, quod orauit Anna non dicitur hic, quod cecinit; licet enim ista oratio Annæ sit metrica non tamen vocatur carmen, sed oratio. Ideo apud hebræos aliter legitur ista quam legantur ea, quæ uocantur carmina scilicet canticum Moyſi Exodi capitulo decimo quinto, & canticum Deborah Iudicum capitulo quinto. Nam ibi dicitur cecinit: ideo Hebræi legunt ista canendo: oratio autem ista legitur uoce depressa, & continua, sicut cetera pure prosaica.

Exultauit cor meum. Gaudium proprie loquendo est delectatio uoluntatis in bono acquisito, vel presenti, & hoc est quando solum est in uoluntate.

Cum autem extra procedit per redundantiam uocatur exultatio, quasi extra saltatio scilicet, quia ab anima in corpus exiit, sic enim dicitur vtrunq; gaudere iuxta illud Psalmi, Cor meum, & caro mea, exultauerunt in Deum vnium id est ex gaudio cordis prodiit exultatio carnis, & erat in Anna pro Samuele, quia non solum gaudebat in corde, sed etiam exteriori monstrabatur in corpore.

In domino. Id est gaudium istud non est nisi de Deo scilicet non gaudeo de aliquo bono, quod habuerim quasi ex me ipsa, sed gaudeo de fecunditate, quæ a Deo miraculose accipi, ideo in Deo gaudeo.

Et exaltatum est cor meum. Alique Bibliæ habent hic cor meum, sed propria litera est cornu. Vocatur enim cornu in sacra scriptura quidam motus cordis tendentis ad arduum, & est quod nos confiteminus voca-

vocare spem: quoniam spes semper est ad ardua, si autem iste motus careat ratione, & regula legis diuinae, dicitur cornu superbia: & isto modo sepe dicitur quod Deus confringet cornua peccatorum id est frangat motus eorum, ita quod non possint venire ad magnitudinem, quam intendunt. Si vero motus iste subiciat se legi Dei, & rationi, dicitur cornu magnanimitatis, quando animus ex Dei beneficio eleuatus ad maiora erigitur spem habens propter Dei liberalitatem, & sic dicit Anna exaltatum est cornu meum, & desiderium meum, & motus ad magna amplificatus est: quia, cum nunc susceperim Samuelem ex Dei beneficio, adhuc maiora expecto scilicet, quod dentur mihi plures filii, vel quod magnificet Deus Samuelem faciendo magna propter eum.

Dilatatum est os meum super inimicos meos. Potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod os Anne fuit dilatatum super inimicos suos id est contra eos quasi dicit ante hoc habebat os clausum, quia quamquam Phenenna a mula sua affligeret eam dicens, quod concluderet dominus uulnam illius, ipsa non audebat respondere non habens quid: sed flebat, & non capiebat cibum, ut patet precedenti capitulo.

Nunc autem erat dilatatum os eius, quia poterat contra Phenennam obicere, & respondere.

Alio modo potest intelligi, quod erat dilatatum os eius scilicet ad Deum laudandum, quia quamquam ante hoc laudare posset Deum pro beneficiis, quae quotidie conferuntur scilicet saltem, quia uitam, & victum tribuebat: tamen nunc magis poterat, & debebat Deum laudare, quia susceperat speciale beneficium: & hoc erat super inimicos suos, id est propter inimicos, quia illud beneficium erat maius propter inimicos. Nam non solum Deus benefecerat Annam dando ei filium, quia filium dabat, sed etiam, quia ab opprobriis hostium suorum eam liberabat. Affligebat namque nimis eam ex mula sua Phenenna, & filii sui pro sterilitate, ita ut conuerterent eam ad planctum, & non caperet cibum. Et uocantur inimici Phenenna, & filii sui, quia forte omnes eam affligebant, & non uocantur isti inimici Annæ, quasi ipsa illos exosos haberet, sed quia ipsi illam affligebant, vel quia Anna habebat exosam eorum malitiam, licet non personas eorum, & ista notitia haberi potest secundum ordinem charitatis.

Quia letata sum in salutari tuo. Id est, quia accepi letitiam in salute a te cautata scilicet tu sanasti me dando mihi filium, & propter gaudium de filio dilatatum est os meum siue ad magnificandum te, siue ad respondendum hostibus.

Non est sanctus, ut est dominus. Hic laudat Deum scilicet, quod Deus, qui benefecit ei est sanctus scilicet habens exosam malitiam, & non est aliquis, qui tantum eam exosam habeat: ideo uidens malitiam Phenennæ, & filiorum eius contra Annam dedit Annæ filium. Vel dicitur non est sanctus, ut est dominus id est nullus est tam perfectus: sanctitas enim non dicit aliquam uirtutem specialem, sed dicit maximum statum omnium uirtutum, ut supra declaratum est: & hoc conuenit Deo, qui habet omnem perfectionem in summo.

Nec est alius extra te. Potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod non est alius id est alius Deus, vel dominus præter Deum nostrum, quoniam diuinitium non sunt dii, sed dæmonia, ut patet Psalmo 95. Aliter intelligitur, quod non est alius præter dominum. In nullus alius est sanctus.

Et non est fortis sicut Deus noster. Scilicet, quamquam aliqua fortitudo reperitur in hominibus: nullus tamen est fortis sicut Deus, & accipitur fortitudo pro

potestate, ut supra declaratum est.

Nolite multiplicare. Hic ponitur secundum, in quo inuehitur contra ingratiam superbiæ, quia Phenenna de data sibi prole abundanti superbiat: de qua tamen magis debebat humiliari, quia beneficium istud a Deo erat. Et dicitur nolite loqui sublimia, scilicet demonstrando excellentiam uestram proferendo de uobis magna, & contemnendo alios, sicut faciebat Phenenna contra Annam: quia non solum contemnebat eam, sed etiam affligebat uerbis duris precedenti capitulo.

Gloriantes. Id est accipientes gloriam in uobis ipsis scilicet non debetis proferre magnifica gloriantes de uobis, sed saliquando proferatis magna non gloriemini de illis in uobis ipsis, sed in Deo. Sic enim Apostolus ait secundo ad Corinthios capitulo decimo, scilicet. Qui gloriatur, in domino gloriatur, non enim, qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Ita faciebat Anna: nam quando Deus sibi dedit filium, quod pertinebat ad gloriam suam, non gloriabatur, vel exultabat in seipsa, sed in Deo dicens, exultauit cor meum in domino.

Recedant uetera de ore uestro. In Hebræo est nomen æquiocum ad pinguedinem, & ad uetustatem hic, & sic potest intelligi recedant de ore uestro uetera, vel pingua. Vocantur enim pingua uerba illa, quæ pertinent ad magnam delectationem: & sic erant uerba Phenennæ, quæ gloriabatur in seipsa: uel dicantur uetera uerba, quæ consueuerat dicere Phenenna Annæ, in quibus improperebat ei: & illa iam erant inueterata, cum multoties illa dixisset: istum sentium secuta est hic litera nostra dicens, recedant uetera de ore uestro id est uerba pungitua, quæ erant iam inueterata in ore Phenennæ, & filiorum eius recederent: quia iam non poterant uti illis uerbis contra ipsam, quia non erat sterilis, ut prius.

Quia Deus scientiarum dominus est. Id est dominus non ster est Deus scientiarum id est Deus sciens omnia, ideo abstinete ab istis uerbis ueteribus, quia ipse scit iniquitatem cordis uestri. Et per hoc uos puniet.

Et ipsi preparantur cogitationes. Ad eandem sententiam pertinet scilicet, quod Deus omnia cognoscit. Nam etiam cogitationes nostræ sunt preparatæ coram ipso id est dispositæ ad hoc, quod eas uideat, & cognoscat. Nam omnia nuda sunt oculis Dei ad Hebræos capitulo quinto, & in omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos Prouerbioum decimo quinto capitulo.

Arcus fortium superatus est. Fortes uocantur hic, qui in seipis confidunt, & isti erant Phenenna, & filii eius, qui reputabant se gloriosos, & Annam esse miseriam: arcus ipsorum uocantur uerba dura, & pungitua, quibus lagittabant Annam ducentes uitam eius in amaritudinem.

Et infirmi accincti sunt robore. Ista est Anna, quæ prius erat infirma, id est opprobriosa propter sterilitatem & nunc roborata est: quia accepit fecunditatem, ut pareret multos filios.

Repleti prius pro panibus se locauerunt. Id est, qui prius erant abundantes locauerunt operas suas solum, ut daretur eis panis. Ista est metaphora, scilicet quod illi, qui prius erant abundantes in prole, postea defecerunt, sicut Phenenna, de qua dicitur Hebræi, quod moriebantur filii eius, cum nascerentur filii Annæ.

Et famelici saturati sunt. Scilicet Anna, quæ prius erat famelica nullum habens filium, postea autem saturata est, quia habuit sex filios, ut patet 7.

Donec sterilis peperit plurimos. Sterilis est Anna, quæ postea peperit plurimos id est sex, scilicet, quod sterilis

sterilis saturata est intantum, quod peperit plurimos. 6. sex. In hebræo habetur hic. *Sterilis peperit septem.*

Istud prouenit ex æquiocatione, quia in Hebræo ponitur hic nomen, quod significat septem, uel saturitatem. *f. Seuo.* Hebræi autem exponunt, quod significet septem. Hieronymus autem accepit pro facieate: ideo dixit, plurimos: nam filii Annæ non fuerunt septem sed sex scilicet quinque, qui habentur infra, & Samuel, uel ut alii computant fuerunt solum quinque, quia Samuel computatur inter illos. Hebræi autem ad hoc, quod accipiant hic Seuo pro septem dicitur, quod ponitur numerus certus pro incerto, sicut sæpe reperitur in scriptura, ut Leuitico capitulo uigesimo sexto ubi sepe dicitur adda correctiones uestras septuagulum, uel, percutiam uos septies: sed manifestum est, quod ubi non accipitur pro septem plagis, quia non ponuntur ibi tot, sed dicuntur ibi septem id est multæ.

Reijciuntur aliorum opiniones de numero filiorum Anna.
Quest. XXXIII.

RABBI Salomon, & quidam alii Iudæi dicunt, quod habuit Phenenna filios decem, & duo illorum computantur inter filios Annæ, qui cum quinque filiis Annæ faciunt septem: dant autem modum scilicet, quia Phenenna fuerat infesta nimis Annæ, ideo cum Anna pariebat unum filium Deus occidebat duos filios Phenennæ, & sic factum est usque ad filium quartum Annæ in cuius natiuitate iam Phenenna sepelierat octo filios de suis. Cum uero uidit Annam concessisse quintum filium timens, quod duo, qui relictæ erant morentur, procubuit ante pedes eius orans pro uita duorum filiorum manentium, & sic est factum, quod illi uiuerent: ideo illi de cetero uocati sunt filii Annæ, quia precibus eius superuixerunt: ista positio non habet ex aliquo fulcimentum: nec est uerisimilis: Hebræi tamen illa sicut multa alia confingunt. Alii autem dicunt, quod computantur hic septem filii Annæ, quia ipsa peperit quinque, & filius eius Samuel genuit duos, ut patet infra capitulo octauo, & illi computantur cum filiis Annæ, quia Samuel habuit cõs mediantem Anna, sed etiam hoc nihil est, quia eadem ratione nepotes Samuelis computarentur hic inter filios Annæ, ideo melius transtulit Hieronymus etiam si non semper accepit uerbum ex uerbo, sed sensum ex sensu: quia hoc pertinet ad optimum genus interpretandi, ut ait Hieronymus in epistola ad Pammachium de optimo genere interpretandi.

Et quæ multos habebat filios infirmata est. Scilicet Phenenna, quæ a principio habuerat multos filios postea infirmata est, id est non fuit confortata in illa uirtute concipiendi, sicut in Anna, uel secundum Hebræos infirmata est scilicet in filiis, quia cum nascerentur aliqui filii Annæ, moriebantur filii Phenennæ, ut dictum fuit.

Dominus mortificat. Scilicet pueros Phenennæ.

Et uiuificat. Id est uiuere facit filios Annæ scilicet, quia nascentibus filiis Annæ moriebantur filii Phenennæ, ut dicunt Hebræi. Aliter, & melius exponi debet scilicet, quod Anna laudet hic magnitudinẽ potestatis diuinæ: Deus enim potest ea, quæ multum sunt separata scilicet ipse potest hominem occidere, & uiuificare, quod non possunt homines: quia cum aliquem occiderint non possunt eum amplius uiuificare: dicebat hoc Anna pro seipsa, quia fuerat a principi sterilis, & quasi mortua: postea uiuificata est da-

ris ei multis filiis: & hinc consonat sententia sequens scilicet.

Deducit ad inferos, & reducit. Id est Deus potest aliquem ducere ad sepulchrum, & postea uiuificare deducendo eum inde: nomen enim Hebræum, quod hic ponitur commune est ad inferos, & ad sepulchrum, & est sensus: Deus interdum alicui tantum languorem infligit, quod uideatur coniunctus sepulchro, & postea ei uiuere aufert reducendo illum inde, sic fuit de Ezechia rege, ut habetur infra quarto libro c. 20.

Dominus pauperem facit, & ditat. Id est Deus habet potestatem super diuitias, & paupertatem, & potest quando uoluerit mutare hominem de uno statu in alterum.

Humiliat, & subleuat. Id est deicit aliquem de potestate sua propter superbiam, uel alia uitia, & alios deiectos interdum subleuat miseratus eorum.

Suscitans de puluere egenum. Ad idem pertinet scilicet, quod eos, qui sunt in paruo statu eleuat, & ante uidebantur esse in puluere.

Et de stercore eleuat pauperem. Id est eos, qui erant nimis pauperes, & iacebant in loco uilissimo sicut in stercore: eleuat Deus interdum ad dignitatem.

Ut sedeat cum principibus. Id est facit pauperrimos, qui prius erant nimis deiecti, esse equales principibus, quod est transire de extremo in extremum.

Et solum glorie teneant. Id est, ut habeant cathedrã magni honoris.

Dominum enim sunt cardines terræ. Hic ponitur tertium Dei magnificatio. Et primum apparet quantum ad creationem, quod dicitur, quod domini sunt cardines terræ id est ipse creauit cardines terræ, uocantur cardines terræ fundamenta sæculi, Deus autem illa creauit.

Et posuit super eos orbem. Id est totus orbis locatus est super cardines suos, sicut ianua super cardinem suum uoluitur, qui autem sunt isti cardines. 3. declaratum est.

Pedes sanctorum suorum seruabit. Hic magnificatur Deus quantum ad sapientiam in actu gubernationis scilicet, quia seruat sanctos non permittendo eos, quod patiantur ab iniquis, nec saltem pedes eorum parum ledantur.

Et impij in tenebris conticescent. Ista est magnitudo Dei in punitione malorum, & dicitur, quod mali conticescent id est tacent in tenebris scilicet in aduersitatibus tenebrosis, & dicuntur tacere non quidem, quod ore taceant, sed quia nihil agere possunt. Est autem modus loquendi communis, quod dicamus aliquem tacere, quando nihil agit: sic etiam accipitur sæpe in scriptura Exodi capitulo decimo quarto scilicet Dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis id est nihil ageris contra hostes: sic enim fuit tibi, quia Deus subuertit currus Aegyptiorum in mari, & Iudæi nihil egerunt, sed solum respiciebant, quid Deus ageret.

Quia non in fortitudine sua roborabitur uir. Id est ista accidunt de conseruatione bonorum, & penalitate malorum, quia homo non habet robur a seipso ad se conseruandum, sed ex Deo: ideo quem uoluerit deprimat, & quem uoluerit eleuat.

Dominum formidabunt aduersarij eius. Scilicet, quia non est fortitudo hominis a seipso, mali timebunt Deum quia ab illo possunt deprimi, & isti uocantur inimici eius.

Et super ipsos in calis tonabit. Id est Deus mittit punitionem suam super eos de celo, non enim Deus solum punit homines instrumentaliter per alios homines

mines, vel per feras, sed interdum de celo mittit puniti-

Domini iudicabit fines terre. Scilicet ipse habet in potestate sua totam terram ab extremo usque in extremum.

Et dabit imperium regi suo. Scilicet Messiae, qui est rex, & de genere regum iude: hoc autem est regnum quia ipse iudicat omnes, & pater non iudicat quemquam: Io. c. 5.

Et sublimabit cornu Christi sui. Vocatur Christus Messias, qui est vnctus oleo spiritali, cornu eius uocatur desiderium illius tendens ad ardua, & Deus sublimabit istud faciens opera eius esse mirabilia, & maxime sublimatus est post resurrectionem.

Tertia expositio cantici Anna secundum translationem Chaldaicam. Quasi. XXXIII.

SCIENTIUM autem, quod Ionathan filius Ozziel in translatione Chaldaica aliter exponit istam orationem Anne: ideo etiam secundum intentionem illius exponenda est: dicit enim quod Anna spiritu prophetico cognouit statum Iudaeorum futurum tempore filii sui Samuelis, & aliquibus temporibus post: ideo prophetice in ista oratione, vel cantico protulit per modum laudis diuinae.

Primum autem, quod cognouit fuit, quod Samuel filius suus futurus erat propheta magnus, & faceret signa in Israel: ipso namque offerente sacrificium pro filiis Israel Philisthiim inierunt praelium contra Israel dominus autem intonuit de celo fragore magno super Philisthiim, & exterruit eos: ut patet infra capitulo septimo. Deus etiam propter Samuelem dedit victoriam Israelitis eodem capitulo, etiam ad orationem Samuelis dedit tonitrua, & pluias magnas in tempore, in quo alias dari non consueuerant infra capitulo undecimo. Cognouit etiam Anna, quod tempore Samuelis liberandi erant Israelitae de seruitute Philisthinorum, ideo pro omnibus his concepto magno gaudio dixit.

Exultauit cor meum in domino. Idest habui letitiam tam intus, quam extra in Deo, qui dedit haec.

Secundo dicit Ionathan, quod cognouit Anna posteros Samuelis scilicet Hemam cum filiis suis quatuor decim futurum esse cantorem diuinae laudis in templo: sic enim per Dauid statum fuit primo Paralipomenon uigesimo quinto capitulo, ideo dixit exaltatum.

Et cornu meum in Deo meo. Idest desiderium meum & intentio ad magna amplificata sunt, & exaltata, quia non solum cognoui bona breuiter euentura de filio meo, sed etiam bona posteriorum suorum.

Tertio cognouit Anna prophetice, quod Philisthiim propter captiuationem arce, & deductionem in terram suam percutiendi erant a domino intantum, quod compelleretur remittere super plaustrum novum honoratam muneribus suis: infra sexto capitulo.

Pro quo nimis gauisa est, & dixit dilatatum est os meum ad narrandum vindictam Dei.

Super inimicos meos. Idest super Philisthiim, qui erant inimici populi Israel.

Quia letata sum in salutari tuo. Idest quia gauisa sum nimis in salute, quam fecisti cogendo redire arcam, nam putabant se Israelitae esse infirmos, & inglorios tempore, quo non habebant arcam: sic patet infra c. 4. cum uxor Phinees sacerdotis magni dixit translata est gloria Dei ab Israel, eo quod capta esset arca. Quarto cognouit Anna prophetice, quod Sennacherib rex Assyriorum dicturus erat blasphemias contra Deum, uolens destruere Ierusalem, & templum, sed ab angelo domini per unam noctem occisa sunt de exercitu suo, 185. millia uirorum, rediitque in terram suam quasi solus, & ibi occisus est a filiis suis. j. 4. lib. c. 19. & propter hoc dixit Anna.

Non est sanctus, ut est dominus. i. nullus de diis gentium, vel de hominibus est tam sanctus, sicut Deus noster. Nec est alius extra te. i. nullus est Deus praeter te.

Et non est fortis, sicut Deus noster. Idest nullus de diis gentium habet tantam fortitudinem, ut potuisset subito occidere tot millia uirorum, sicut occidit Deus noster.

Quinto cognouit Anna prophetice, quod Nabuchodonosor rex Babylonis destructurus erat ciuitatem Ierusalem, & templum, & captiuaturus Iudeos: de quo maxime gloriabatur putans, quod omnia ueniebant propter magnam fortitudinem suam, ut patet Abacuc. c. 1. de quo redarguit eum hic Anna, dicens.

Nolite loqui sublimia gloriantes. i. nolite gloriari de magnitudine istarum rerum sublimium, quas fecistis, quia non uenerunt propter fortitudinem uestram.

Recedant uetera de ore uestro. s. uerba superbiae, quae sunt antiqua: eo quod istud uerbum ab initio fuit in hominibus, & in daemone. s. iam nolite loqui magnalia de uobis in superbia, sicut antiquatum est. Quia Deus scientiarum dominus est. Idest dominus est cognoscens omnia: ideo nolite gloriari. Quasi dicat uos nescitis mala, quae uentura sunt super uos, ideo gloriamini: si tamen sciretis ea, sicut Deus noster, qui est Deus scientiarum non gauderetis. Fuit autem hoc, quia quamquam Nabuchodonosor tunc prosperatus fuerit: tamen postea filii eius perdidit regnum Babylonis tempore Balthasar, & transiit ad Medos, & Persas, ideo non debuisset Nabuchodonosor gloriari iuxta illud ne gloriaris in crastinum, quia nescis, quid dies futura pariet.

Et ipsi praeparantur cogitationes. Scilicet homines solum cognoscunt ea, quae exteriora sunt: Deus autem etiam cogitationes nostras speculatur infra capitulo decimo sexto.

Cognouit Anna sexto prophetice, quod Graeci afflicti erant filios Israel tempore Antiochi Epiphanis qui posuit idolum abominabile in Ierusalem, & coegit Iudaeos ad non obseruandum legem, ut patet primo Machab. capitulo primo. De his cognouit Anna, quod per Mathathiam, & filios eius Machabej destruedi erant: omnes enim illi reges, qui tunc affixerunt Iudaeos erant de stirpe Graecorum. De his patet in libris Macha. ideo dixit Anna.

Arcus fortium superatus est. Idest debellati sunt Graeci, qui confidebant in fortitudine sua.

Et infirmi accincti sunt robore. Scilicet Iudei, qui tunc erant infirmi confortati sunt diuino adiutorio, ut colligitur ex processu librorum Machabaeorum.

Septimo uidit Anna prophetice tribulationem futuram Iudaeis tempore Aman Agagite, & filios Israel liberandos ab illa per Mardocheum, & Esther, ut patet in processu libri Esther: & pro hoc dixit Anna: Repleti prius, i. Aman, & filii eius, & tota progenies, qui prius fuerant repleti i. est abundantissimi in pecuniis, & in honore.

Pro

potentia temporali. Dicunt etiam, quod iste ueniet circa cessationem Romani Imperii, sed nullus talis uenturus est, nisi Antichristus, ille namque in magna potestate temporali ueniet, & circa cessationem Romani Imperii, iuxta Apostolum 2. ad Thess. c. 2. ubi signum praecedens aduentum Antichristi dicit esse cessationem Romani Imperii. s. Nisi uenerit discessio primu, i. est discessio a subiectione Romani Imperii, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. s. Antichristus, qui tunc reuelabitur. Circa praedicta igitur ex loco, ubi Iudaei inceperunt exponere orationem istam de Romanis, & Messia suo: manifestum est, quod falsa sit expositio, quia Messias eorum iam uenit. expositio autem Ionathan in litera Chaldaica de illis septem, quae dicit hic uidisse Annam prophetice, quamquam non sit falsa, tamen non est multum uerisimilis. magis igitur tenende sunt duae primae expositiones, quae accedunt ad intentionem Annae loquentis de eo, quod sibi acciderat, & illae inter se in pluribus concordant, quasi ad idem pertinentes.

CAP. III.

VERUM autem Samuel ministrabat domino coram Heli, & sermo domini erat preciosus. In diebus illis non erat visio manifesta. Factum est ergo in die quadam Heli iacebat in lectulo suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat uidere lucernam Dei, antequam extingueretur.

VERUM autem. In superioribus describebatur denunciatio facta Heli per hominem non sibi subiectum: hic ponitur denunciatio per Samuelem sibi subiectum, nam Samuel ministrabat coram Heli. Et diuiditur in tres partes. Primo describitur reuelatio facta Samueli. Secundo futura sibi reuelationis denunciatio ipsi Heli. Tertio huius manifestatio toti Israeli. Secunda ibi. Et Samuel timebat. Tertia ibi. Creuit autem Samuel. Prima in duas, quia primo Samuel a domino uocatur. Secundo futura sibi reuelantur ibi. Et dixit dominus. Circa primum. Puer autem Samuel. i. quando fuit facta ista reuelatio Samuel erat puer: erat enim annorum 12. ut ait Iosephus Antiquitatum. lib. 5. Ministrabat domino coram Heli. i. erat in ministerio domus Dei. s. claudendo, & aperiendo portas, ut patet infra, & faciendo quaecumque imperata: ex hoc erat coram Heli, i. est ad mandatum Heli, quia quidquid ille imperasset in cultu domus Dei faciebat Samuel: praemittitur autem hoc propter duo. Primo ad designandum locum, in quo facta est reuelatio. s. in sanctuario apud arcam ubi dormiebat Samuel ad mandatum Heli. Secundo ad designandum quomodo fuerit notificata ista reuelatio prophetica Heli. s. quia denunciatauit ei Samuel, cum esset minister eius faciens quidquid iuberet Heli. Et sermo domini erat preciosus. i. inuitatus. Nam, ut quidam dicunt, cessauerant responsiones diuinae, & prophetationes in illo tempore propter malitiam duorum filiorum Heli, & negligentiam patris in corrigendo eos. In hebreo dicitur.

Sermo domini erat obturatus. Idest absconditus, quod ad eandem sententiam pertinet, quia omne rarum preciosum est. Et ponitur istud ad reddendum causam, quare Samuel non cognouit Deum loquentem ad se ter, sed putabat se uocari ab Heli. s. quia erat sermo domini preciosus, i. est

Expositio Iudeorum.

Pro panibus se locauerunt. Idest fuerunt, tanquam locati pro sola sustentatione, scilicet, quod ipsi libenter se subiecissent seruituti, vel cuiuscunque labori pro seruanda uita, unde Aman coactus est supplicare reginae Esther pro uita sua, ut patet Esther. c. 7.

Et famelici saturati sunt. Idest Iudei, qui tunc erant pauperes, & impotentes liberati sunt a morte per Mardocheum, & Esther. Donec sterilis peperit plurimos. Hic praenunciatur secundum Iudeos quosdam habitudine eorum ad regnum Romanorum, & uocatur sterilis gens Iudeorum nunc, quia nihil fructificat, scilicet, quia per totum orbem diffusa est, & dispersa per bella Romanorum, sed dicunt, quod pariet plurimos. i. abundabit in prole tempore Messiae, qui congregabit Iudeos de omnibus partibus mundi ad terram promissionis, & faciet sibi omnes nationes esse subiectas.

Et quae multos habebat filios infirmata est. Istud intelligunt de regno Romanorum, quod nunc habet plurimos filios. s. quia est in abundantissima potestate, sed tempore Messiae infirmabitur, & quasi ad nihil deducetur per Messiam, sed ista nihil sunt, quia praesupponunt falsum. s. Messiam esse futurum.

Dominus mortificat. Hic ponitur secundum Ionatham (cuius est praecedens expositio) unde praedicta, quae praenunciatauit Anna prouenient, & dicitur, quod a Deo, quia dominus mortificat, & uiuificat. i. potest deducere ad mortem, & deinde reducere ad uitam populum Iudeorum, sicut factum est in praecedentibus, & isto modo exponitur tota litera.

Dominus pauperem facit, & ditat. Scilicet aliqui Deus dat paupertatem regno Iudeorum, & aliquando diuitias, & sicut de aliis regnis, etiam interdum eleuat, & interdum deprimit, & suscitatur pauperes de puluere, ac stercore, ut sedeant cum principibus, sicut factum est de Mardocheo, qui prius erat abiectissimus, postea autem factus est princeps in domo regis Assueri, ut apparet ex processu libri Esther.

Domini enim sunt cardines terre. Idest Deus habet potestatem super omnia etiam super cardines terrae.

Et posuit super eos orbem. Scilicet fundando secula in eis. Pedes sanctorum suorum seruiabit. Exponunt Iudaei de seipsis, qui sunt sancti, scilicet specialiter pertinentes ad Deum, & dominus seruabit pedes eorum faciendo, ne etiam in minimis ledantur.

Et impij in tenebris conuiescent. Exponunt de omnibus Gentilibus, & principaliter de Romanis, quos uocant impios, & istos dicunt in tenebris ambulaturos, scilicet tempore Messiae, quia deducuntur ad magnam calamitatem.

Quia non in fortitudine sua roborabitur uir. Idest gentiles non poterunt habere roborem contra Iudeos propter magnam fortitudinem suam, eo quod homines non habent firmitudinem ex seipsis, sed Deus dat, vel aufert.

Dominum formidabunt aduersarij eius. Scilicet Romani, & alij gentiles secundum Iudeos, qui timebunt Deum cum uiderint Messiam in magna potestate pugnantem pro Iudeis.

Et super ipsos in caelis tonabit. Scilicet ad faciendum signa pro Iudeis ad destructionem Romanorum.

Dominus iudicabit fines terra. Idest ista fiet pro Iudeis, quia Deus est iudex totius terrae, & ipse iudicabit, id est puniet fines terrae, id est omnes peccatores qui habitant etiam usque ad fines terrae.

Et dabit imperium regi suo. Scilicet Messiae, quando destruxerit regnum Romanorum secundum Iudeos.

Et sublimabit cornu Christi sui. Idest magnificabit honorem, vel desiderium Messiae, qui est Christus, id est vnctus: nam erit rex, & reges erant vncti tempore Iudeorum. Hunc autem Messiam adhuc Iudei expectant dominaturum totius orbis, & uenturum in magna Alph. Toft. In Primum Regum.

ideft inuifitatus, ita vt fortè tempore Samuel ipfe non audiiffet de aliquo quomodo loqueretur ei Deus. In diebus illis non erat uifio manifefta. Ad eandem fententia pertinet, fcilicet quòd uifio Dei in reuelatione prophetica non manifeftabatur alicui. Factum eft ergo in die quadam. Hoc accidit anno 12. Samuelis cum ipfe continuè miniftraret in templo: ficut dixit Iofephus. Heli iacebat in domo fua. Non eft fenfus, quòd effet in aliqua domo extra fanctuarium, vbi morabatur familia fua, fed erat intra fanctuarium in aliquo loco deter minato fibi, quod patet, quia fi fuiffet extra non putauiffet fe vocatum effe ter ab Heli, nec toties ad eum cucurriffet, fed immediatè, vt vocabatur currebat ad Heli, ergo erat Heli intra oftia templi, fed dicebatur effe in domo fua, quia erat ibi aliqua domus fpecialiter feparata pro ipfo, Samuel autem dormiebat vbi- cunque iuffiffet Heli.

Et oculi eius caligauerant. f. qd Heli erat iam fenex. (Et non poterat videre.) Nam fere annorum 98. erat, & ponitur iftud ad fignificandum etatem Heli, in qua facta eft ifta reuelatio: nec poterat videre, fcilicet, quia nimis caligauerat.

Lucernam Dei antequam extingueretur. i. tantum caligauerat, qd non poterat videre lucernam incèlam, ideo quamquam effet in fanctuario, & effent lucernę dñi, ideft lucernę candelabri non extingēt ipfe videre non poterat, & fecundum iftum fenfum a fignatur ratio, in hoc, quare Samuel erat apud arcam custodiendo, & Heli erat in domo fua. f. quia quamquam Heli eo, qd erat fummus facerdos debebat magis custodire arcam manens apud eam, quam Samuel, qui erat Leuita, quia tñ Heli penitus caligauerat, ita vt non videret etiam lucernam ardentem nihil proficiebat custodia illius, ideo custodiebat Samuel. In hebręo aliter eft ifta litera pñctuata, & eft alia fignificatio. f. oculi eius caligauerant, nec poterat videre, & ibi eft punctus: deinde incipit alius verfus. f. lucerna Dei, antequam extingueretur Samuel dormiebat in templo, & tunc ifta litera defignat tempus in quo facta eft ifta reuelatio. f. per noctem, antequam extingueretur lucerna. f. qd nondum extingta, vel antequam extingueret lucerna, Samuel dormiebat, & Deus fibi apparuit.

De fenfu verborum, & non poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur. Quæft. I.

In quo confiderandum, qd in tabernaculo erat candelabrum aureum, in quo erant feptem lucernę. Exod. cap. 27. & iftę ardebant iugiter. f. die, & nocte coram domino, fed non omnes, nam feptē per noctem ardebant, per diem autem quatuor: Sic vñ dicere Iofephus tertio libro Antiquitatum. Extinguebantur autem tres iftarum lucernarum ante aurorã, antequam facta eft ifta reuelatio, ideo dicitur, quòd lucerna nondum erat extingta, & Samuel dormiebat. Quòd autem iftę lucernę in aurora extinguerentur manentibus aliquibus earum, patet Exod. c. 30. Cum dicitur, quòd Aaron componet lucernas fuper candelabrum in mane, & ad vefperum. Hoc tamen non eft nifi aliqua lucernę incenderentur per diem, & aliqua per noctem, nam aliás, extingtis omnibus in mane, nõ diceretur collocari in mane, fed folum ad vefperum, quia collocari fignificat difpofitionem, & ifta erat in lucernis, vt fic difpofuerentur, quòd arderent. Iftū fenfum, qui apparere in cortice literę hebraicę, fequitur Nicolaus dicens, quòd litera noftra eft vituata per imperitiam fcriptorum, qui duos verfus pofuerunt in vno, ficut eft in alijs locis Scripturę, & ob hoc pofuerunt lucernam in accufatiuo referentes ad Heli, fcilicet, quòd ipfe non poterat videre lucernam Dei, ta-

men debebat effe in nominatiuo, ita vt inciperet ibi verfus, fcilicet, & lucerna Dei, antequam extingueretur Samuel dormiebat. Arbitror tamen, quòd litera noftra non fit corrupta, quamquam verum fit, qd nũc alia punctuatio habetur apud hebręos, fed Hieronymus ex industria fic fcripfit transferens fenfum ex fenfu, & non verbum ex verbo, quod eft optimum genº interpretandi, vt ipfemet Hieronymus ait in epiftola ad Pammachium, & caufa mutationis huius fuit, quia fi ifta litera punctuatur, ficut habetur nunc in hebręo, nequaquam videtur continuari fuperiori, cum dicitur fupra, quòd Heli iacebat in domo fua, & oculi eiº caligauerant, & videre non poterat: accipiēdo autem in fenfu literę noftrę, fcilicet, quòd oculi Heli caligauerant, & videre non poterat lucernam Dei, antequam extingueretur, confonat tota litera, quamquã in hoc non nego effe conuenientem expofitionem fecundũ literam hebraicam.

Samuel autem dormiebat in templo domini. Quia dixit fupra, qd Heli dormiebat in domo fua, non eft tamẽ fenfus ex hoc, quòd Heli dormiret extra templum, & Samuel in templo, vt fupra declaratum eft, fed Heli iacebat intra templum in aliqua domo feparata a loco, in quo erat arca, cum ipfe nihil proficeret ad custodia, quia caligauerant oculi eius, Samuel autem erat in quodam loco magis coniuncto arçę ad hoc, quòd diligenter custodiret eã, quæ erat in fanctuario, & quantum ad hoc dicebatur effe in templo, ideft magis intra templum, quam Heli, vbi erat arca Dei, nõ eft fenfus, quòd Samuel dormiret intra fancta fanctorum, vbi erat arca, quia non folum non licebat ei dormire ibi, fed etiam nec manere aliquo tempore, aut ingredi illuc, quia foli fummi facerdoes ingrediebantur illuc femel in anno in die propitiationis Leuitic. decimo fexto, & ad Hebręos capitul. 9. Nemo tamen ibi, vnquam dormiebat, nec etiam fummus facerdos, quanto magis Samuel, qui erat Leuita fimplex? Nec valet, quòd aliqui dicunt, fcilicet, quòd Samuel erat adhuc puer, & fine peccato, & ob hoc poterat ibi dormire. Nam etiam fi effet ita immunis a peccato, vt angelus, inhonestum videbatur valde, & nimis contra Dei reuerentiam, quòd aliquis haberet lectũ, & dormiret in loco illo, vbi apparebat gloria domini. Dicebatur igitur Samuel effe, vbi erat arca. i. in aliqua cellula propinqua illi loco, vbi erat arca, quæ autem propinqua funt non iudicantur diftare.

Et vocauit dominus Samuel. Hic ponitur reuelatio facta ad Samuelem, & dicitur quomodo Deus illum vocauerit: nam ifta propheta facta eft in reali locutione fine aliqua figura apparente, & non per reuelationem intellectus, vel motum phantafię, nec etiam apparuit Samueli aliqua figura loquens, ficut apparebat interdum alijs prophetis, vt patet de Iofue, cui apparuit angelus domini euaginato gladio in agro Iericho: Iofue quinto. Et fic apparuit Gedeoni loquens. Iudic. cap. 6. Sic matri Samfonis. Iudic. ca. 13. Samueli autem nulla figura apparuit, quia tunc quando vocatus eft non cucurriffet ad alium, nifi ad vocantem: cucurrit tamẽ ad Heli ter, vt patet infra. fimilis autem locutio in fola voce facta eft populo Hebręorum in deferto, cum data eft lex, fic patet Deuter. c. 4. Vocem verborum audiuiſtis, & formam penitus non vidiffis. De iftis differentijs reuelationum propheticarum declaratũ eft Nu. c. 12. Qui reſpondens ait, ecce ego. Ideft immediatè, vt audiuit reſpondit, dicens: ecce ego, ideft ecce ego præſtũ sum ad ea, quæ iubet. Putabat tamen Samuel, qd vocabat eum Heli, & ob hoc fic reſpondebat, fed angelus domini erat, qui vocabat, quamquam hic dicitur Deus, quia ifte eft modus ſcripturę potiffimè in veteri teſtamento. Et cucurrit ad Heli. Putauerat enim fe vocari

Reuelatio facta ad Samuelem.

vocari ab eo, ideo ad ipſum cucurrit, & hoc quia intra templum erat locus, in quo manebat Heli: potuit ad eũ cito venire de lecto ſuo: faciebat aut hoc Samuel, quia non exiſtimabat ſe potuiſſe vocari ab alio, niſi ab Heli, quia nullus propinquior erat, cuius vox ad ipſum peruenire potuiſſet, & hoc quia nõdum locutus fuerat ei Deus, alioquin magis exiſtimafſet effe vocẽ domini, fic patet infra. Porro Samuel, necdum ſciebat dñm, nec reuelatus fuerat ei ſermo domini.

Quare angelus non ſe ſtatim manifeſtauit Samueli. Quæſt. II.

Quare angelus non ſe ſtatim manifeſtauit Samueli. Quæſt. II. Quare angelus non ſe ſtatim manifeſtauit Samueli loquens non ſe reuelauit immediatè Samueli, ita vt non cogereſſet ire ad Heli putans ſe ab eo vocari. Aliquis reſpondebit, qd hoc factum eſt, vt Samuel non videret aliquam figuram, p quam moueretur ad idolatriam putans eam eẽ Deũ, & poſtea aſſueſceret ad colendum idola, fic fuit de toto Iſrael, nam cum Deus dedit eis legem in mōte Sinai ſolum vox audiebatur, & non videbatur aliquis loquens, ne ipſi facerent aliquas ſimilitudines loquentis, & errarent, fic patet Deuter. c. 4. f. Locutus eſt dñs ad vos de medio ignis, vocem verborum eius audiuiſtis, & formam penitus non vidiffis, & poſtea ſubdiẽ cauſa. f. Custodite ſollicitè animas veſtras, non vidiffis aliquam ſimilitudinem in die, qua locutus eſt dñs vobis in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem. Dicendum eſt hoc nõ ſtare, quia ante hoc angelus domini ſepe apparuerat in corpore aſſumpto, & locutus fuerat, vt patet de Iofue, & Gedeone, & matre Samfonis, vt fupra dictum eſt, Samuel autem non erat minoris virtutis, quã mater Samfonis, vt deciperetur ex viſione angeli, & idolatraret, potiffimè autem, quia ſi apparuiſſet angelus ei in figura aſſumpta, non vocauiſſet ſe Deum, ſed virum Dei, vel angelum, ſicut factum eſt in alijs locis de Iofue, Gedeone, & matre Samfonis. Sed dicendum, qd non apparuit ei angelus domini in figura, vt cogereſſet ire ad Heli, ſi enim apparuiſſet in aliqua figura vidiffet eum Samuel, & ſteſiſſet corã illo. Fuit tñ conueniens, qd iret ad Heli: nam ſi Deus reuelafſet ei aliquid, aut poſtea ipſe diceret Heli ſponte, aut non: ſi. n. ipſe non dixiſſet, non queſuiſſet Heli ab eo, quia non exiſtimabat aliquid eſſe ſibi reuelatum: ſi autem ipſe ſponte dixiſſet, non credidiſſet Heli putans eſſe aliquẽ errorem ſomniorum accidentem ex defectu puerilis ætatis. Et appareat hoc, quia cum prima vice iuit Samuel ad Heli putans ſe ab eo vocatum dixit, qd nõ vocauerat iubens redire ad dormiendum, ſic etiam in ſecunda vice. In tertia autem dicitur, qd Heli intellexit, qd loqueretur Deus ad Samuelem, & tunc inſtruxit eum, vt patet infra: ſi igitur in ſecunda vice adhuc non intelligebat eum a Deo vocatum fuiſſe, quanto minus intellexiſſet, ſi neſciuiſſet eum fuiſſe aliquãdo vocatum, ſed ſolum diceret Samuel, qd Deus ei aliqd reuelauerat, & ex ifta cauſa fuit opportunum, qd Deus vocaret ſepe Samuelem faciendum eum ſepe ire ad Heli, quia in prima vice nihil fuit motus Heli putãtis hoc accidere ex defectu ſomniorum.

Idem etiam de ſecunda, ſed cum iam toties vocaretur puer non putauit hoc accidere ex errore ſomniũ, ſed ex alia cauſa, ideo tunc inſtruxit eum de reſpõſione, & in aurora queſiuit ab eo quid Deus reuelafſet, & quia Deus volebat notum fieri hoc Heli per Samuelem, fecit taliter, vt Heli crederet, quòd nõ accidiſſet, niſi Samuel ſepe veniſſet ad Heli. Oportuit igit, quòd non appareret aliqua figura Samueli, & fic cogereſſet venire ad Heli, & dixit ei. f. Samuel ad Heli. Ecce ego. i. Alph. Toſt. In Primum Regum.

ecce ego adſum tibi. Vocauit enim me. i. hoc quia vidi, qd vocares me, iftud ponebat Samuel ad notãdũ quare veniſſet ad Heli. Qui dixit: non vocauit te reuertere, & dormi: ifta enim reuelatio facta eſt per noctem. Sic namque vt cõis fiebat apparitio prophetis, & tunc dixit Heli ad Samuelem, qd rediret ad dormiendum: putauit enim hoc fuiſſe ex aliquibus accidentibus ſomniorum, non tamen increpuit Heli Samuelem, quia non erat ex hoc increpabilis, dato qd eſſet error ſomniũ, quia ifta non funt in poteſtate noſtra: potiffimè, quia Samuel adhuc erat puer, & neſciebat ex qua cauſa hoc adueniſſet. Et abiit, & dormiuit. Scilicet, quia Samuel nõ putauit hoc ſibi accidiſſe ex vocatione Dei, ſed magis ex ſomnio, vel forte non attẽdit aliquid ad hoc, qd erat puer, & non curant pueri aliquid de his diſtinguere cum ad tanta non ſint. Et adiecit dominus vocare rurſum Samuel. Ideſt iterum vocatus eſt poſt primam vicem. Conſurgensque Samuel abiit ad Heli, erat enim Samuel valde obediens, ad quem pertinet executionem mandatorum non differre, ideo immediatè ſurrexit, vt ſciuit ſe vocatum.

Quare Samuel ſecundo venit ad Heli, cum tamen in prima vocatione fuerit deceptus. Quæſt. III.

Quare Samuel ſecundo venit ad Heli, cum tamen in prima vocatione fuerit deceptus. Quæſt. III. Quare Samuel ſecundo venit ad Heli iterum, cum ſciuiſſet ſe fuiſſe deceptũ in priori vocatione. Reſpondendum eſt, qd Samuel audiebat vocem, & vere audiebat, ita vt nequaquam poſſet dubitare, qd eam audiuiſſet, ideo quamquam fuiſſet primo deceptus, venit ad ſecundam vocationem, ſicut nos nequaquam dubitamus proferre ea, que nos certiffimè ſcire cognoſcimus. Sic enim eſt in prophetis: nam propheta multoties in ſomnis recipiebant, tanquam veriſſima, ac ſi ea verè vidiffent, ita de Samuele factum eſt, quia nõ erat illa immutatio, tanquam facta in ſomnijs, ſed magis, vt in vigilia, venit ergo ſciens certiffime ſe eſſe vocatum, quamquam neſciret a quo vocatus fuiſſet. Ecce ego, quia vocaſti me. Hoc dixit in ſecunda vice ad repræſentandum cauſam ſui aduentus putans ſe vocatum. Qui reſpondit. f. Heli. Non vocauit te fili mi reuertere, & dormi. Etiam ifta ſecunda vice exiſtimauit Heli, quòd Samuel errore ſomniorum deciperetur, ideo remiſit eũ ad dormiendum, ſed adhuc non increpuit eum, quia ex conditione nature, & non ex arbitrio noſtro accidere poterat, qd aliquis ſepe falleretur putans ſe audire voces, vel ab aliquo vocari.

Porro Samuel, necdum ſciebat dominum. Hic datur cauſa, quare Samuel toties recurrebat ad Heli audiẽs voces aliquas cum non vocaretur ab eo putans ſe vocatum. f. quia nondum cognoſcebat dñm, nec putabat ſe ab eo vocari. Intelligitur aut ifta cognitio quantum ad communicationem, que eſt in reuelatione pphetica, quia eo modo non cognoſcebat dñm, quia nunq̃ ſibi quicquam fuerat reuelatum, cognoſcebat tñ eũ per fidem veram, & per amorem, quia diligebat eum, & explebat ea, quæ iuſſa erãt propter ipſum. Dicit hic Nicolaus, qd erat proceſſus in Samuelis cognitione, ſicut in operatione nature, & artis, que ſemper procedunt ab imperfectis ad perfectã, ita eſt in omnibus prophetis, quia poſteriores pphetę magis appropinquant ad tps Chriſti habuerunt cognitionem clariorẽ, qd prophete priores, ita eſt interdum in eodem propheta accidit, qd cognitiones eius de Deo a principio erant minus clare, quam poſteriores, ita in Samuele factũ eſt, quia a principio audiens vocẽ domini, putauit eſſe vocem hominis, quouſque perueniret ad cognitionẽ manifeſtam vocis diuine: ſed non intendit litera iftud hic, nec Deus faciebat ob hoc, ſed vt cogereſſet venire

G a venire

venire sæpe Samuel ad Heli, vt sic crederet ei, quòd a Deo acceperat reuelationem: nunc n. in cepit esse, ppheta. *Et aliecit dominus. & vocauit Samuelem tertio.* i. non cessauit in prima, & in secunda vocatione, sed adiecit tertiam: hoc autem erat ad maiorem certificatione, vt sic verè crederet Heli, q̄ vocabatur Samuel a Deo, *Et confurgens abiit ad Heli.* Hoc fuit, quia semper intelligebat Samuel se esse vocatum ab Heli, quod erat propter duo: primo, quia nondum acceperat a Deo reuelationem, vt posset existimare istam esse diuinam vocationem. Secundo, quia erat Samuel puer, & nō poterat iudicare, an ei ista a Deo dicerentur, sed existimabat se ab illo vocari, a quo consueuerat semper vocari. *Intellexit igitur Heli, quia dominus vocaret puerum.* Hoc fuit, quia sæpe surrexerat, quasi vocatus, quòd non existimabat Heli posse fieri ex somnii errore, sed quòd aliquis eum vere vocaret: non existimauit autem aliū esse, nisi Deum. *Et ait ad Samuelem uade, & dormi.* Scilicet, quia non vocauerat eum ipse, sed Deus: instruxit tamen qualiter respondere deberet si Deus eum vltterius vocaret. *Et si deinceps vocauerit te.* Existimauit Heli, quòd Deus vocaturus esset vltterius Samuelem ad aliquid ei significandum: nō enim frustra eum ter vocasset, ideo instruit illum qualiter deberet respondere ad hoc, q̄ se haberet reuerenter ad Deum, erat enim Samuel inexpertus, ideo nesciret loqui reuerenter ad Deum, & hoc quia adhuc erat puer, erat autē Heli senex sciens qualiter ad Deum loqui deberent cum reuerentia magna, sicut ad dominos temporales. *Dicens loquere domine, quia audit seruus tuus.* Ista sunt verba hominis significantis se esse attentū ad ea, quæ dicebantur, & orantis, vt aliquid sibi dicatur. *Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco suo.* Scilicet in cellula, in qua consueuerat dormire circa sancta Sanctorum.

Et uenit dominus. Scilicet angelus, quia non loquebatur Deus, loqui enim non potest, vt declaratum est. Exod. c. 23. & 25. sed angeli vocantur nomine Dei in veteri testamento. *Et stetit.* Scilicet circa Samuelem ad hoc, q̄ sciret Samuel distinctè se vocari ab aliquo qui esset sibi propinquus loco. *Et vocauit sicut uocauerat primo, & secundo.* Ista litera potest dupliciter intelligi: vno modo q̄ referatur ista determinatio, primo, & secundo ad istud verbum vocauit: aliter q̄ referatur ad quoddam verbum. l. vocauerat. i. q̄ vocauit dominus in ista vice Samuelem, sicut vocauerat primo, & secundo. i. sicut vocauerat in prima, & secunda vice.

Primus sensus est verus. l. q̄ vocauit Deus Samuelem: primo, & secundo. i. bis nominando nomē eius, & sic patet in litera, quia dicitur Samuel, Samuel. Simile etiam h̄r Gen. c. 22. vbi Deus locutus est ad Abraham secundo. i. duabus vicibus. l. nominans nomen illius bis, cum d̄r Abraham, Abraham, & tunc d̄r, q̄ vocauit eum bis, sicut consueuerat vocare in aliis vicibus, quia in qualibet aliarum vocabat eum, dicēs Samuel, Samuel. Secundus sensus non est verus, vel saltem cōueniens literę. l. q̄ Deus vocauit Samuelem, sicut vocauerat primo, & secundo. i. prima, & secunda vice: nā non solum vocauit eum bis, sed etiam ter, vt patet. 3. ideo teneatur primus sensus. *Et ait Samuel loquere domine, quia audit seruus tuus.* In ista quarta vice non cucurrit Samuel ad Heli, quia iam fuerat edoctus, quomodo responderet. In Hebręo non habetur hic nomen domini, sed dicitur loquere, quia audit seruus tuus. Dicit autem Rab. Sal. q̄ hoc fuit, quia Samuel ignorauit an ille, qui loquebatur esset Deus, vel demō: ideo noluit eum vocare dominum: sed istud nihil est, quia cum dicitur audit seruus tuus, intelligebatur, q̄ vocabat eū dominum, quia non est aliquis seruus, nisi dominum habeat, & consequenter cum quis vocat se seruum alterius, dicit eum esse dominum, quamquam expresse

non vocarit eum dominum. Litera tamen hebraica in quibusdam non curauit multum exprimere, & ob hoc illi, qui in talibus volumt ponderare literā nimis, errant. *Et dixit dominus ad Samuelem.* Angelus Dei qui hęc in persona Dei significabat. *Ecce ego faciam verbum in Israel.* i. ego faciam rem aliquam in populo Israelitarum, verbum enim accipitur hic pro re: sic etiam sepe accipitur in aliis locis, sicut cum quæsiuit Dauid, quod est verbum, quod factum est in castris. i. quid est quod accidit in castris, infra lib. 2. ca. 1. *Quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius.* i. ita erit terribile istud, quod ego faciam, q̄ omnes audientes erunt attoniti. Et est hic metaphora, quando enim aliquis audit verbum nimis forte, aures eius tinniunt, & interdum homo cadit attonitus: ita res illa, quam Deus facere debebat, erat fortis, q̄ quicumque audiret eam, timeret nimis. Intelligitur autem istud secundum Nicolaum de captione arcę: nam fuit terribile in Israel, q̄ arca capta esset, quia eo audito Heli corruit de sella, & fractis ceruicibus expirauit, vt patet sequen. c. Et nurus eius hoc audito irruentibus super eam doloribus partus mortua est. eod. cap. & hoc erat tinnire aures, scilicet, q̄ veniret arca de tanta reuerentia ad rātam ignominiam: Prius enim Leuitis non licebat eā videre discooperatam, alioquin morerentur, Nume. cap. 4. nunc autem hostes eam ferebāt pro libito, & discooperatam habebant. Sed magis est hoc intelligendum de morte posteritatis Heli, scilicet quando occidit Saul. 85. viros vestitos Ephod de domo Achimelech, & pertinebāt isti ad domū Heli. Et patet, quòd intelligatur de hoc, quia quamquam captio arcę fuerit aliquid terribile, tamen non erat hoc penale soli domui Heli, sed toti Israeli. Si enim capta arca superstitēs fuissent filii Heli, & nunquam fuisset mutatum sacerdotium magnū de domo ipsorum, non videbatur ex hoc eis aliqua specialis afflictio. Hic tamen Deus intendebat p̄nunciare afflictionem pertinētem ad domum Heli, vt patet ex tota litera, ideo referendum est ad mortem simultaneam omnium de familia Heli: fuerunt enim omnes simul pereuntes præter Abiathar, infra ca. 22.

In die illo suscitabo aduersum Heli omnia, quæ locutus sum super domum eius. Id est tunc faciam omnia, quæ dixi contra Heli. Non est autem intelligendum, quòd in aliqua vna die hæc fierent, sed accipitur dies pro omni tempore, in quo aliquid completeretur de his, quæ prænunciata sunt super domum Heli. Et dicitur hic, quæ locutus sum, quia non prædixerat nunc nouiter Deus mala super domum Heli, sed etiam ante hoc, quia vir Dei veniens ad Heli prænunciauerat ei multa, vt patet præcedenti capitulo. potest autem aliquam litera ex ista accipi sententia Nicolai, scilicet, q̄ verbum, de quo supra dicebatur, quòd faceret tinnire aures erat captio arcę, & in ipsa die inciperet Deus complere, quæ dixit contra domum Heli, scilicet, q̄ eodem die, quo capta est arca mortui sunt duo filii Heli, & in hoc incepit penalitas domus Heli, vt patet præcedenti cap. scilicet, quòd hoc est signum, q̄ futurum est duo filii tui vna die morientur ambo. dicitur etiam. *Incipiam & complebo.* Si referatur ad diem, in quo capta est arca, non est sensus, quòd in ea die, qua cepit penalitas contra domum Heli finiret, quia multo post finita est, scilicet tempore Abiathar, quando expulsus est de summo sacerdotio, infra tertio libro, cap. 2. scilicet. Eiecit Salomon, Abiathar, vt non esset sacerdos domini, vt impleretur sermo, quem locutus est super domum Heli in Silo, sed est sensus incipiā, & complebo, id est quamquam non in eadem die finiam, in qua incipio: tamen ego finiam. *Predixi enim, quòd iudicaturus essem domū eius.* Accipitur hic iudicare. i. penas infligere. Nam si accipiatur pro sententiā iudicis non

non erat Deus iudicaturus, quasi non iudicasset, iā. i. iudicauerat, & ab æterno erat iudicium, sed pena non inflicta fuit, nisi in tpe determinato, & post hoc, & de hoc d̄r, q̄ Deus iudicaturus erat, & istud prædixerat. l. p̄ virum Dei, de quò præc. c. ipsi. n. latius significatum est, quam Samuelem. *In æternum.* i. q̄ istud iudicium, vel pena durare deberet in æternum.

Pena domus Heli an durauerit in æternum. Quæst. 1111.

Sed dicit aliquis 3, quia hoc tempore Abiathar sacerdotis in principio regni Salomonis finitū est, ergo non durauit in æternum. Rōdendum est, q̄ pena domus Heli fuit duplex, quedā in positioe, & alia i priuatione: pena. n. positioa fuit, q̄ oēs de genere Heli perirēt præter paucissimos, & ista solum durauit vsq; ad tempus Saulis. Nam ante hoc perierant duo filii Heli in bello. l. Ophni, & Phinees: seq. c. Et post eos incepit continuari in reliqua stirpe, quousque Saul occidit. 85. viros de stirpe Achimelech, qui vestiti erant Ephod, & oēs isti erant sacerdotes relicto solo Abiathar, vt infra c. 22. Pena aut priuatiua erat i priuatione summi sacerdotii, & ista durauit in æternum, qm̄ priuata est stirps Heli summo sacerdotio tpe Abiathar, & nūquā postea rediit ad ipsū, nec ad alios posteros suos, sed man sit in stirpe Sadoc, qui erat de filiis Phinees, de quo declaratum est præc. den. c. Et de ista pena priuatiua intelligitur hic, q̄ De⁹ iudicabit in æternum. i. puniet domum Heli. *Propter iniquitatem, eo quòd nouerat indigne agere filios suos.* Ista poena inducetur p̄ iniquitatem Heli, quæ iniquitas non erat in aliqua commissione, quia ipse nihil commiserat, sed in omissione. l. quia nouerat filios suos agere indigne, & nō corripuit eos, ista indignitas erat, quia errabant in opere sacerdotali, & dormiebant cū mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi.

Sciendum tamen, q̄ principaliter induta fuit ista plaga p̄ peccata filiorum Heli, quam patris eorum, sed quia scriptura dixit de domo Heli, voluit tangere de iniquitatibus eius, & ista nulla erat, nisi quia corrigere omiserat: iniquitas aut filiorum Heli manifesta erat. *Et non corripuit eos.* Aliquis dicit, q̄ corripuit, quia increpuit illos præc. c. dicens, non esse rem bonam quam faciebant filii sui.

Respondendum est, q̄ correptio Heli fuit remissa nimis, quia solum dixit, quare facitis res huiusmodi: nolite facere filii mei, q̄ autem inutile, vel parum est, nihil esse v̄. Debeuerat autem Heli pro tam enormibus sceleribus nimis increpuisse filios suos, ideo d̄r, q̄ nō correxit. *Idcirco iuravi domui Heli.* i. ego promisi proposito iuramento, q̄ punirem domum Heli, ponit istud ad certificandum, q̄ ista denunciatio non est secundum continuationem, sed secundum certitudinem diuine scientiæ, ideo nunquā mutabitur, etiam si posterius Heli boni essent, & quia illa, quæ homo sub iuramento asserit firmiora esse debent, quam ea, quæ sine iuramento promittuntur, dixit Deus se iurasse. In Deo tamen, siue iuret, siue non iuret semper est certitudo, quid igitur proficiat iuramentum in promissis diuinis declaratum est Gene. c. 22. *Quòd non expietur iniquitas domus eius.* i. progeniei illius, hoc solum intelligitur quantum ad penam a Deo determinatam, sed non ad culpam. Nam quacunque hora ingemuerit peccator Deus non recordatur vltterius peccatorum ipsius. Ezech. 18. ca. sed de poena nihil impedit, quòd aliquis sit in magna charitate, & sit subiectus magnis penalitatibus, potissimè cum istæ penalitates sint satisfactoriæ, & peccator punitus magis satisfacit hic, quam in futuro seculo. Gratia ergo quedā est, q̄ ho-

Alph. Tost. In Primum Regum,

mini peccatori non remittatur hic poena: l. q̄ non differatur pro futuro seculo, cum leuius, & velocius hic ab ea liberetur, quam in futuro, & sic in domo Heli, nunquam fuit expiata iniquitas. in nunquam fuit ablata poena, quia semper manserunt privati posteri eius summo sacerdotio. *Vltimis & muneribus.* i. nunquam expiabitur ista poena etiam si offerat multas victimas, & munera: vocatur victima sacrificia facta de animalibus: munera vocantur oblationes facte de rebus nō viuentibus, & per vtrunque impendebatur Deo cultus. Ponitur autem hoc ad instruendum Heli, & posteros eius, quia ipsi erant sacerdotes, & diuites: ideo putantes Deum placandum esse per sacrificia laborarent, vt impenderent multa sacrificia, sed quia illa essent frustratoria, & nō essent accepta Deo ex hac parte prænunciavit instruens illos, q̄ non aboleretur peccatum per sacrificia, & ne isti laborent circa inutilia Deus arceat eos ab his, sic etiam est factum cum Deus prænunciasset malum futurum contra Iudeos, p̄pter eorum iniquitates, & si niterentur tollere hoc per sacrificia, dixit ne frustra laboraret in sacrificiis. l. ca. 1. f. Ne afferatis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi: Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram: iniqui sunt cætus vestri: calendæ vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea, & cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. sic est multoties qm̄ Deus non vult aliquid audire, denunciat, vt non oretur pro illo, sic patet Ierem. c. 15. l. si steterit Moyses, & Samuel coram me nō est voluntas mea ad populum istum. Dicebatur autē de victimis, & muneribus, quia in lege determinata erāt specialiter aliqua sacrificia, quæ vocantur pro peccato, & illa proficiebant aliquo modo ad remissionem peccatorum, ideo de illis putarent isti, q̄ per ea liberarentur ab ista poena, sed Deus prænunciat, q̄ nō liberabuntur. qm̄o autem sacrificia pro peccato proficiat ad remissionem peccatorum, & an sint pro remissionem poenę, vel culpę, & si pro poena, pro quo genere poenę declaratum est. Leui. c. 1. & 4. *Dormiuit autem Samuel vsque mane.* Scilicet postquam facta est sibi reuelatio iacenti in lecto dormiuit, vsque ad auroram, scilicet non iuit amplius ad Heli, sicut prius iuerat: fuit enim facta ista reuelatio per noctem iacente Samuele in lecto, vnde non surrexit, qm̄ facta est propter præsentia angeli reuelantis, nec postea vsque ad aurorā, sed dormiuit. Si acuit in loco suo vsque mane, siue dormierit, siue non. *Aperuitque ostia domus Dei.* In aurora, postquam consurrexit, aperuit ostia templi, q̄ vocatur domus Dei: istud enim erat officium Samuelem, ipse namq; semper erat in tabernaculo nocte, & die, ideo poterat conuenientius aperire portas illius, quam ceteri. Et iā erat hoc conueniens gradui suo, scilicet ordini Leuitico: nam Leuitæ non habebant officia sacerdotalia, sed alia minora sicut aperire, & claudere portas, & canere in voce, & organis in solennitatibus, & quando fierent sacrificia, vnde diuisi sunt Leuitæ in ianitores, & cantores. 1. Paralip. c. 6. ideo ei conueniebat. Ex hoc autem apparet, q̄ supra dicebatur, scilicet, q̄ Heli dormiebat intra templum, quia ista reuelatio fuit facta p̄ noctem, & ter concurrat Samuel ad Heli putans se ab eo vocari, nunquam tamen aperuit ostia templi, nisi vsque mane, oportebat igitur, quòd Heli dormiret intra templum.

Et Samuel timebat visionem indicare Heli. Hic ponitur reuelationis diuulgatio facta ipsi Heli, fuerat enim ista prophetica reuelatio solum contra domum Heli, vt patet. 3. ideo debebat sibi denunciari: ad hoc. n. facta est, vt scirentur ea, quæ prænunciabatur: Samuel tamē timebat ista nunciare Heli. Erat autem iste timor

G 3 reuc-

reuerentie, quia Samuel nutritus erat ab Heli, & ministrabat coram eo. In reuelatione autem ista denunciata fuerant maxima mala, scilicet perditio honoris, & mors: ideo timebat talia nunciare Heli, & ob hoc proponebat tacere, nisi Heli eum incitasset ad dicendum, & quasi coegisset. Vocauit ergo Heli Samuelem. scilicet in aurora ad sciendum, quid sibi reuelatum esset a domino. Et dixit Samuel sibi mi. Vocabat ergo filium Heli per amorem, quoniam ministrabat diligenter nimis, & proficiebat in omnibus, & quia in custodia illius erat, habebat illum tanquam filium, quamquam non esset. Qui respondens ait praesidio sum. Id est ecce adsum, iube quid vis. Et interrogauit eum, quis est sermo, quem locutus est ad te dominus. Ad hoc enim vocauit eum Heli, ut ista sciret ab eo.

Quomodo sciret Heli, quod Deus locutus esset Samueli. Quasi. V.

Quaeret aliquis quomodo Heli quaesivit quis erat sermo, quem locutus Deus fuerat, cum nesciret Deum esse locutum: nam non poterat scire, an locutus esset. Forte tamen aliquis dicit, quod audiuerat Heli voces domini ad Samuelem, cum essent ambo in eodem templo. Sed istud non stat, quia tunc sciuisset Heli quid Deus reuelauerat, & non inquireret illud a Samuele. Item si audisset voces Dei, quando facta est reuelatio: etiam potuisset eas audire, & audisset quando vocabatur Samuel ab angelo, cum fuerit ter vocatus, ut patet supra, sed Heli non audiuit: nam quando ibat Samuel ad eum nesciebat quid hoc esset: nec intellexit, quod Deus vocaret eum usque ad tertiam vicem: si tamen ipse audisset voces uocationis, cognouisset, quod a Deo vocaretur scilicet, quod nullus alius ibi erat, qui illas voces formare posset: sciens etiam, quod Deus prophetis per somnium reuelare secreta solitus erat. Item non stat, quia si Heli audisset reuelationem, quae fiebat ad Samuelem, quando ei fiebat, non magis esset Samuel propheta, quam Heli, cum utriusque Deus reuelaretur, sed Samuel erat propheta solum, Heli autem non, ideo non audiuit ipse voces. Dicendum igitur, quod non cognoscebat per certitudinem, an Deus apparuisset Samueli, credebat tamen, quod apparuisset, quia cum eum ter ante hoc vocasset, illa uocatio ad aliquid ordinabatur, cum Deus nihil agat frustra. Creditur ergo, quod post illas uocationes iterum uocauerit, & locutus fuerit: uolebat autem Heli cognoscere quid Deus reuelasset Samueli, quia licet nesciret, quod reuelatio contra ipsum erat: tamen forte suspicabatur illud, quia iterum contra eum fuerat facta reuelatio per hominem Dei praecedenti: & quia nunc reuelabatur Deus in templo puero illi satis erat suspicabile, quod contra ipsum esset reuelatio. Sed adhuc dato, quod non crediderit contra se esse reuelationem, quaesivit quid Deus dixisset, quia erat desiderans scire reuelata, quilibet enim sic desideraret, & hoc propter duo. Primo quia illa, quae reuelabantur erant futura, & homines afficiuntur nimis ad sciendum ea, quae futura sunt cum ista sola eis incerta maneat: nam praesentia, & praeterita ab eis facillime cognoscuntur, futura autem sola ignorant. Tertio desideraret hoc nimis, quia a Deo fiebat ista reuelatio, ideo esset aliquid certissimum, & valde excellens, propter quod, & desiderabile erat, sicut cupimus audire sententias magnorum virorum, & sapientum attenti eis, quae dixerint, tanquam aliquid excellens dictum sint, sed adhuc forte Deus incitabat Heli, ut ipse inquireret a Samuele, ne cogere Samuel cum rubore, & timore ista ei denunciare: nam timebat ei dicere, ut patet hic. Orote ne celaueris a me,

Prima opinio.

Alia opinio.

Quare uoluit Heli scire, quid reuelatum esset Samueli.

Hic rogat Heli Samuelem: nam quamquam esset famulus eius noluit imperare, & hoc propter duo. Primo, quia Heli erat maior Samuele in quantum erat summus sacerdos, Samuel simplex Leuita, & in quantum erat senior, & habens illum in potestate sua: poterat enim secundum haec iubere illi: non erat tamen Heli maior Samuele in quantum propheta, quia Samuel erat propheta Heli autem non: & dato, quod esset, tamen quantum ad hoc non fuit, ideo in opere prophetico nihil poterat iubere, sed orauit, ut sic flecteret eum. Secundo fuit hoc, quia dato, quod Samuel esset simpliciter subditus Heli quantum ad omnia, tamen in hoc non decebat iubere, sed orare, quia iubere importat necessitatem, & uolentiam, orare autem importat libertatem, sed cum dominus uult aliquid a seruo, in quo totaliter potest eum cogere iubere conueniens est, sed circa ea, quae occulta sunt iubere nihil prodest, quia seruus fallit dominum, si uoluerit, nisi inducatur persuasione ad non fallendum, & sic tunc magis orandum, quam iubendum est, ita autem erat in Samuele, quia ea, quae periebat Heli erant futura, & reuelatio fuit facta abscondite: unde poterat Samuel dicere Heli aliquid, quod Deus ei non reuelasset, vel de eis, quae reuelasset multa occultare, decuit ergo, ut oraret, nimis enim flectuntur, qui in minori gradu sunt, cum viros magnos sibi supplices, & ad aliquid orantes cerant. Haec faciat tibi dominus, & haec addat. Iste est modus iurandi antiquus, vel magis imprecandi: nam Heli imprecabatur hic mala super Samuelem si aliquid celaret: dixit autem haec faciat tibi dominus: per particulam haec demonstrat aliquid Heli, quod hic non habetur. Deus faciat super te talia mala, & talia nominans illa. Et haec addat. Id est non solum sit contentus his, sed etiam addat alia mala, scilicet talia, & talia, & ipse nominauit illa. Si absconditis a me sermonem ex omnibus uerbis, quae dicta sunt tibi. Satis credebat Heli, quod Samuel reuelaret ei aliquid de his, quae Deus dixerat: etiam si solum iuberet illi, ut reuelaret, sed timebat, quod aliquid absconderet, & propter hoc inducebat super eum imprecationes. In quo aliquantulum patet, quod Heli credebat istam reuelationem fuisse factam contra eum, & quia aliqua alia praenunciata essent, credidit, quod illa, vel plurima illorum occultaret Samuel, ne eum contristeret. Indicanit, itaque ei Samuel uniuersos sermones domini. Fecerat enim adiuratus, ut hoc faceret, etiam iusserat sibi dominus suus, cui peccatum erat mentiri, ideo respondit nihil celando. Et non abscondit ab eo. Eadem sententia est cum praecedenti, nam si omnes sermones domini denunciauit Samuel Heli, necesse erat, quod nihil absconderet ab eo, sed ista dicuntur per superabundantiam, sicut interdum est mos sacrae Scripturae, & etiam est hoc in modo loquendi. Et ille respondit. Scilicet Heli auditis duris denunciationibus contra se, & domum suam. Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. Id est Deus, qui ista denunciauit est dominus omnium potens facere de nobis quidquid uoluerit, ideo faciat, quod bonum uidetur in oculis suis. Quod si bonum uiderit ei, quod ista, quae praenunciata sunt eueniant super me, & domum meam, eueniant. Ex hoc apparet, quod Heli erat vir bonus, & quod ipse peccasset, quia, cum poruit, non corripuit filios suos, quantum debuit, tamen nunc patienter sustinebat, quod Deus talia mala de eo praenunciasset esse futura, ideo ex ista pena sibi praenunciata nemo arguere potest, quod eternaliter condemnatus sit, sed magis est contrario dicitur, quod penituerit de peccato suo, cum patienter penam sustulerit. Erat autem quaedam pars penae audire mala, quae praenunciabantur, & credere, quod euentura essent. Cum igitur audiret quis ista patienter quandam partem penae patienter tolerabat.

Credidit autem Samuel. Hic ponit reuelatio facta Israel toti,

Deum esse cum alio quo intelligitur.

roti, scilicet, quod postea totus Israel cognouit, quomodo ista uerba reuelata fuerant Samueli super domum Heli, & dicitur creuit Samuel. scilicet, sapientia, & fama, & quantum ad omnem probitatem, sicut dicitur de Christo. Luc. c. 2. quod puer crescebat, & confortabatur plenus sapientia, & gratia, & iterum ibidem. scilicet, & Iesus proficiebat aetate, & sapientia, & gratia apud Deum, & homines. Et Deus erat cum eo. Deus enim dicitur esse cum aliquo, quando specialiter cum eo est faciens per illum aliquid, quod per alios homines nequaquam facit. Si enim large accipitur esse Deum cum homine, cum omni homine est, quia Deus est, in quo sumus, uiuimus, & mouemur, & Act. 17. c. nam etiam secundum modum loquendi naturalem causa prima plus in se in se causata, quam causa secunda, ut patet in prima propositione lib. de causis, & quia Deus est prima causa necesse est eum concurrere ad omnem operationem causarum causarum: nam omnes philosophi in causis concatenationem ponunt. scilicet, non operetur quilibet causa per se, sed omnes causae uniuersales subordinatae sunt inter se concatenatae, & confluunt cum quolibet agenti particulari, & sic necesse est cum omni homine, & asino, & lapide, & quacunque re naturali Deum esse, cum ipse concurrat cum omnibus istis ad quamlibet operationem, necesse tamen est, quod magis sit cum hominibus, quam cum aliis naturalibus entibus: cum ad plures actus, & perfectiores cum eis concurrat, sed non accipitur hic iste modus, quia tunc nihil magis est Deus cum Samuele, quam quocunque alio homine, & sic frustra dixisset scriptura, quod Deus erat cum Samuele: ideo accipitur specialiter. scilicet, quod Deus faciebat, vel demonstrabat aliquid in Samuele, & sic dicitur Deus esse cum aliquo homine quocunque prosperat eum specialiter in aliquo ad quod alii homines non attingunt, unde si Deus alicui det augmentum bonorum temporalium taliter, qualiter non dat aliis hominibus, & quasi sine humana cura, Deus dicitur esse cum eo. Idem si faciat, quod omnia negocia, quae aliquis inchoat per manus eius prospere expediuntur. Ita est si alicui detur eminentis sapientia qualem non habent alii, vel quocunque operatio in eo sit mirabilis. De primo horum patet Gen. 26. c. ubi cum rex Gerar uidit, quod Isaac subito ditissimus factus est, & quasi sine labore, dixit Deum esse cum illo. scilicet, uidimus tecum esse dominum, idcirco diximus sit iuramentum inter nos, de secundo apparet Gen. 39. c. de Ioseph manente in domo Putipharis Aegyptii: nam, cum fecisset eum praepositum domus suae, omnia prospere eueniebant per manus Ioseph, & ob hoc credebat dominus suus, Deum esse cum illo. scilicet, quod dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens, habitauitque in domo domini sui, qui optime nouerat dominum esse cum eo, & omnia quae gereret ab eo dirigi in manibus illius. De tertio patet, ut in Samuele, de quo hic, quia cum esset puer accepit spiritum propheticum, per quem cognoscebat, quae alii homines ignorabant, ideo Deus erat cum eo, sic etiam cum Christo dicebatur esse. Luc. ca. 2. quia cum esset annorum 12. disputauit cum doctoribus legis cunctis admirantibus super prudentiam, & responsis eius. Et non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram. Locutio metaphorica est. Nam uerba non cadunt in terram, cum uerbum non sit aliquid graue, cui competat cadere, sed dominus uerba cadere in terram quae inania sunt, & non cadere quae habent firmitatem ueritatis: uerba enim sunt solum ad significandum, habent firmitudinem, vel uacuarat ex rebus signatis, quae si res signatae sic se habeant, ut uerba enunciant firmum est uerbum: si autem secus se habeant uerba sunt inania, & cadunt in terram: est autem sensus, quod de uerbis Samuelis nihil fuit in uano, sed omnia opere comprobata sunt, quae sic euenit domui Heli, ut ipse praedixerat. Et cognouit uniuersus Israel. Hic ponit divulgatio uocis Samuelis per totum.

tum Israel per prophetiam: nam in illo tempore forte nulli alii erant prophetae, quia sermo domini erat preciosus, ut patet in Ieremia, & cum auditum esset, quod Samuel prophetauerat, fama eius, & laus fuit magna per totum Israel. Dan usque Bersabee. Dan, & Bersabee sunt nomina propria locorum, quae sunt in extremitatibus terrae Chanaan, & ponuntur ista nomina ad signandum, quod ab una extremitate terrae usque ad aliam maxime distantem innotuit fama Samuelis. Est enim Dan in extremitate terrae Chanaan ad plagam aquilonis: Bersabee uero in extremitate eiusdem terrae ad plagam meridianam, & quia magis distant in terra Chanaan latus meridianum, & aquilonare, quam orientale, & occidentale, posita sunt loca, quae erant ad meridiem, & aquilonem. De Bersabee dicendum est, quod sit locus in extremitate meridiana, quod patet ex duobus: primo, quia Isaac habitauit in Bersabee, & ibi proprie est Gerara, ut colligitur Gen. 26. c. quia Isaac morabatur in Gerara, & quia odiosus erat Geraritis paululum inde declinans uenit in Bersabee, & postea ad eum uenit ibidem rex Gerar. Est tamen Gerara in extremitate terrae Chanaan, & ponitur tanquam limes eius. Gen. c. 10. facti sunt termini Chanaan uenientibus a Sidone Geraram, usque ad Gazam: sed Bersabee est apud Geraram, ergo est in extremitate terrae Chanaan, & ista est extremitas meridiana. Secundo patet, quia Bersabee est in sorte Iuda, Iosue cap. 15. & tamen fors Iudae est in extremitate lateris meridiani terrae Chanaan, cum ponantur iudei termini terrae Chanaan, & termini foris Iudae a parte meridiana, ut patet Nu. 34. c. iuncto 15. c. Iosue. Item adhuc patet magis, quia licet tota fors Iudae sit meridiana respectu aliarum sortium, tamen quaedam ciuitates sunt in sorte illa magis meridiana, quam aliae, & inter istas maxime meridiana posita est Bersabee, scilicet apud latus terrae Edom Iosue c. 15. est autem locus iste antiquissimus, quoniam ibi habitauit Abraham, & plantauit nemus. Gen. c. 20. ibi quoque habitauit Isaac. Gen. 26. c. Ciuitas tamen uocata est Bersabee ab ipso Isaac per euentum, quem habuit cum Abimelech rege Gerar. Gene. 26. c. Dan est alia ciuitas magna, & opulentissima, quae est in extremitate terrae Chanaan in parte aquilonari uersus Tyrum, & Sidonem, apud ipsam orientur Iordanis fluuius cum ibi sint duo fontes. Iosue, & Dan, qui postea in unum confluentes procul inde Iordanem fluuium efficiunt, de quo declaratum est Iosue c. 3. & 11. Ista ciuitas prius uocabatur Lefen. Iosue c. 19. uel Lais: Iud. c. 18. fuit autem postea uocata Lefendan per compositionem, quae obtinuerunt eam filii Dan. Iosue c. 19. notantes ex nomine patris sui: deinde procedente tempore uocata est solum Dan, ut patet hic, & 7. lib. c. 13. Acquisierunt autem locum istum filii Dan multo tempore post ingressum Israelitarum in terram Chanaan Iud. c. 18. est autem locus iste in extremitate aquilonari terrae Chanaan. Nam est in regione Roob, ut patet per alleg. c. sed Roob, & Emath sunt in parte aquilonari in extremo, ut patet Nu. c. 13. & ibi declaratum est. De Emath magis patet Nu. c. 34. quia ibi ponitur, tanquam terminus aquilonaris. Ob hoc etiam Ieroboam cum uoluit ponere duos vitulos in duabus extremitatibus regni sui, ut colerent eos illi qui erant de toto regno, posuit unum in Bethel, & alterum in Dan. 7. lib. c. 12. est autem ista ciuitas, quae nunc appellatur Cesarea Philippi, apud quam Christus ambulans cum discipulis suis quaesivit ab eis, quae dicerent eum homines. Matt. 16. c. De quo declaratum est Iosue 19. c. Quod fidelis Samuel propheta esset domini. I. istud innotuit per totum Israel. scilicet, quod esset Samuel propheta domini, quia audierat ea, quae reuelauerat ei Deus. Etiam quod esset fidelis. I. quod omnia, quae diceret essent uera. Hoc autem innotuit ex completionem eorum, quae praedicebat, & ponuntur hic ista per anticipationem, quae prius completa fuerunt ea, quae praenunciabat Samuel, vel saltem aliqua

Dan Bersabee & Gerara nomina ciuitatum.

Alph. Tost. In Primum Regum.

G 4 qua

qua eorum, quam ipse cognosceretur propheta fidelis. Et addidit dominus, ut apparet in Silo. i. non solum apparuit dominus nunc Samueli, quando annunciauit ea, quae futura erant super domum Heli, sed et addidit, ut apparet. i. aliis vicibus postea apparuit. Quid autem in aliis vicibus Deus revelauerit Samueli non apparet: non enim curauit scriptura illa describere, quia non pertinebant ad exaltationem Samuelis, & depreffionem domus Heli, sicut ista, de qua depreffione, & eleuatione hic principaliter intenditur, ut post eam continetur historia Regum, & dicitur, quod apparuit in Silo, quia Samuel semper manebat in Silo ministrando, dum vixit Heli sacerdos, postea autem ipse assumpsit principatum Israel, quia fuit factus iudex, ideo procedebat per diuersas partes Israel, secundum quod patet infra 7. c. Quoniam reuelatus fuerat dominus Samueli in Silo. Id est innotuit Israeli, quod reuelatus fuerat dominus in Silo Samueli, & hoc erat, quod cognosceret totus Israel Samuelem esse prophetam. Iuxta verbum domini. Id est ista, quae reuelata sunt in Silo acciderunt, iuxta verbum domini, scilicet secundum quod Deus praedixerat, quod facit prophetam esse fidelem. Aliter est sensus istius literae, quod Deus praedixerat, quod apparet in Sylo, & sicut dixit, ita compleuit, sed quod hoc dixerit, non apparet, ideo melior est sensus prior.

C A P. III.

Factum est in diebus illis, conuenerunt Philisthim in pugnam. Egressus est namque Israel obuiam Philisthim in praelium, & castrametatus est iuxta lapidem adiutorij.

Factum est. Postquam in precedentibus descripta est Heli, & filiorum suorum prauariatio. Hic consequenter subiicitur eorum punitione, & diuiditur in duo, quia primo describitur populi depreffio propter Heli, & filiorum eius peccata: secundo eius liberatio propter Samuelis merita, infra c. 7. Prima in tres, quia primo debellato populo Israel arca Dei capitur. Secundo arca capta per ciuitates Philistinorum circunducitur. Tercio ad terram Israel reducitur. Secunda infra sequenti capitulo. Tertia infra 6. Prima in quatuor, quia primo describitur populi Israel debellatio, secundo arcae apportatio, tertio ipsius per Philistinos captiuatio, quarto pro arca capta lamentatio. Secunda ibi. Dixeruntque maiores, Tertia ibi. Pugnaverunt ergo. Quarta ibi. Currens autem.

An ista sequantur prophetiam Samuelis. Quaesitio. I.

Circa primum aliquis queret an ista bella, quae habentur in hoc c. habeant se ordine consequenti ad ea, quae supra dicta sunt de prophetia Samuelis, vel sit anticipatio, aut recapitulatio. Respondet aliquis, quod litera ad hoc respondet cum dicat, quod in diebus illis conuenerunt Philisthim in pugnam aduersus Israel. Sed dicendum, quod adhuc non patet sufficienter ex hoc: nam cum dicat hic, quod in diebus illis conuenerunt Philisthim, significatur, quod non fuit magna distantia temporis inter prophetiam Samuelis, & ista bella, & tamen antecesserit prophetia, vel bellum nihil patet. Aliquis ergo indebit aliter, quod hic sunt duo bella. scilicet unum, quod accidit antequam

portaretur arca in bello, & caperetur a Philisthim, & aliud in quo arca capta est, & mortui sunt duo filii Heli. De secundo bello istorum dicit, quod manifestum est, quod fuerit post prophetiam Samuelis supra positam, quia ibi denunciat de duobus filiis Heli, quod non corrigebat eos Heli cum eos cognosceret indigne agere, & sic non erant mortui filii Heli, sed in illo secundo bello mortui sunt, ut patet infra in ista, ergo praecessit prophetia Samuelis adhuc secundum bellum. De primo bello, quod fuerit ante captionem arcae dicit, quod non constat, an fuerit ante, vel post prophetiam. utrunque eorum satis esse poterat. Nos autem respondebimus, quod ista duo bella fuerunt necessariò post prophetiam Samuelis, quae habet praec. c. De secundo eorum supra probatum est. De primo autem satis patet, quia ista non fuerunt, tanquam bella duorum temporum, sed fuit unum bellum continuatum: modus tamen fuit, quod Israelitae iuerunt contra Philisthim, & in prima die belli perierunt de Israelitis, quatuor millia virorum, & tunc non habebant arcam domini secum in castris, putantes autem, quod accidisset ista mors, eo quod non erat arca domini cum eis miserunt pro ea, & sic non fuerunt dissoluta castra, cum missum est pro arca. Nam immediatè post illam diem missum est pro illa, & patet hoc, quia dicitur infra afferamus ad nos de Silo arcam federis: ergo non ibant ipsi cum illa, sed ipsi erant in castris, & faciebant arcam ad se venire. Item patet infra cum dicitur, cumque venisset arca federis Dei in castra vociferatus est Israel, ergo castra erant posita, antequam veniret arca, scilicet ex prima die, qua pugnaverant, & non praecesserat, nisi una dies, aut duae de bello, quando venit arca. Quod patet infra cum dixerunt Philisthim non fuit tanta exultatio heri, & nondum diuertius, id est non gauisi sunt Iudaei tantum in duobus diebus praecedentibus, sicut in illa: ergo solum praecesserant isti duo dies, in quibus perierant de Israelitis, quatuor millia virorum. Non igitur fuerunt ista duo bella in duobus temporibus, sed in eodem tempore continuato, sed secundum fuit post prophetiam Samuelis, ergo utrunque eorum, sed fuit istud bellum paucis temporibus post prophetiam, ideo dicitur in diebus illis. Et factum est in diebus illis. I. paucis temporibus, postquam Samuel prophetauit supra posita. Sciendum autem, quod in isto bello, quod describitur in isto c. de captione arcae finitur quatuor liber Antiquitatum Iosephi, qui incipit a tempore, quo Iosue post mortem Moyse transiit Iordanem. Contra net autem totam historiam libri Iosue, & Iudicium, & Ruth, & istorum quatuor capitulorum. sunt autem tempora harum historiarum anni 476. ut ipse dicit in principio ipsius libri. Conuenerunt Philisthim in pugnam aduersus Israel. Erant. n. Israelitae, & Philisthim magni hostes, & erat bellum quasi continuum inter eos.

Quare Israelitae, & Philisthim fuerunt magni hostes. Quaesitio. II.

Queret aliquis quare Israelitae, & Philisthim erant hostes. Dicendum quod causa huius est, quia erant Philisthim in terra Chanaan, quam Deus promiserat totaliter filiis Israel: erat autem tota terra Philisthim intra sortem datam Iudae: nam in terra Philisthim solum erant quinque ciuitates principales, scilicet Acharon, Geth, Azoron, Gaza, Ascalon, ut patet infra c. 6. sed istae urbes ponuntur omnes in sorte Iudae Iosue c. 15. & ibi magis declaratum est, ergo tota terra Philisthim erat in sorte Iudae. Est autem ista terra tota ferè apud mare mediterraneum, & apud flumen Aegypti, ut patet Iosue capitulo 15. & sic est in confinio lateris meridiani, & occidentalis terrae Chanaan, scilicet in angulo Iudae, aut expugnabant terram Philisthim, ut expellerent inde Philistinos & ha-

& habitarent ipsi terram: Philisthim autem fortiter se defendebant, & inuadebant filios Israel, & quamquam Israelitae vellent pacifice vivere cum Philisthim, non permittebantur, quia cum Philisthim cognosceret Israelitas esse hostes suos, inquieti erant quousque eradicaerent eos de terra semper scientes sibi propinquum esse periculum: potissime autem incepit pugna ista ante tempus Samsonis. Nam tempore aliorum iudicum habebant Israelitae pugnam contra alias gentes, ut contra Moabitas, & Ammonitas, & reges Syriae, contra Philistinos tamen incepit ante tempus Samsonis: tempore enim Iair Galaditis, cum vixisset Israelitae in pace, mortuo eo, peccauerunt Israelitae contra Deum, & tradidit eos in manu Philisthim 18. annis: deinde liberati sunt Israelitae de manu eorum, & transferunt aliqui iudices, in quorum temporibus non fuit bellum contra Philisthim, scilicet tempore Iethe, & Ebesan, & Chialon, & Abdon, de quo patet Iudic. c. 11. & 12. post mortem autem Abdon incepit Israelitae colere Deos alienos, & tradidit eos Deus in manu Philisthim annis 40. Iudic. c. 12. Ex eo autem tempore semper bellum fuit inter Philisthim, & Israel: nam finitis illis 40. annis incepit Samson iudicare Israel, & pugna contra Philisthim: omnia enim quae faciebat erant contra illos, & imperabant illo tempore Israelitis Philisthi Iudic. 15. c. iudicauit autem Samson Israel annis 20. Iudic. c. 16. in quibus bellum, & inimicitiae Philistinorum contra Israelitas erant: post mortem autem Samsonis successit Heli sacerdos, qui fuit iudex Israel, nec fuerunt alia tempora media, quamquam ex ordine libri Iudicium aliter, apparet hoc patet 5. li. Antiquitatum Iosephi, cum dicit post mortem verò Samson presuit Israelitis sacerdos Heli: hic autem indicauit Israel annis 40. ut patet infra in litera: huius etiam tempore dominabantur Philisthim Israelitis, quamquam non erat pacificum dominium, cum Israelitae pugnant aduersus Philisthim, ut patet hic, quod tamen feruere aliquid Israelitae Philisthis apparet ex verbis Philistinorum hortantium se ad bellum in litera, scilicet confortamini, & state viri Philisthim ne seruiatis Hebraeis, sicut & illi seruierunt vobis, & non solum fuerat ista seruitus ante hoc, sed etiam tempore Saulis, quod fuit paulo post hoc habebat Israelitae seruilitatem, quia cauebant Philisthim ne forte faceret Hebraei gladium, aut lanceam: unde faber ferrarius non inueniebatur in toto Israel, sed descendebat omnis Israel ad Philisthim, ut excuceret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum, ut patet infra c. 13. Ergo adhuc tempore isto erat seruitus quaedam Israelitarum sub Philisthim: durauit etiam bellum post tempora Heli temporibus Samuelis, ut patet infra c. 7. postea etiam tempore Saulis fuit bellum contra Philisthim: tota enim vita eius fuit bellum durum, ut patet infra c. 14. scilicet. Et erat bellum potens aduersus Philisthim omnibus diebus Saul: exigebant tamen semper aliqua tributa ab Israelitis Philisthai, quod durauit vsque ad tempora Dauid, cum factus est rex super totum Israel: tunc enim abstulit potestatem eorum faciens, quod non pererent Philisthim tributum ab Israel, sed e contrario Israelitae accipiebant tributum a Philisthim: de hoc infra 2. lib. c. 8. scilicet. Factum est autem post hoc percussit Dauid Philisthos, & humiliavit eos, & tenuit Dauid frenum tributi de manu Philisthim: ab illo autem tempore cessauit bellum inter Israel, & Philisthim, nec leguntur ultra pugnasse. Nunc autem, quod Philisthim dominabantur Israeli, & exigebant aliqua tributa: tunc conuenerunt in pugnam contra Israel, quia forte non respondebant eis Israelitae integre cum tributis impositis, vel quia volebant eos magis subijcere seruilitati, ut imponerent maiora tributa,

Egressus est namque Israel obuiam Philisthim in praelium. scilicet, quod cum senferunt Israelitae contra se venire ipsi quoque collectis agminibus suis exierunt eis obuiam prope terram Philisthim: hoc autem erat ne permitterent eos vagari per terram suam, quia sic omnia vastarent: etiam fecerunt hoc ad excusandum timorem eorum, qui erant in terra, & non erant exiuri ad bellum, quia si femine, & paruuli vidissent agmina Philistinorum timentis nimis: propter hoc etiam cum pugnant Amalechitae contra Israelitas iussit Moyses Iosue, quod collecto exercitu exiret extra castra obuiam Amalech: immo inter pugnaturos quidam inspicunt hoc tanquam bonum augurium. I. quod procedant in aggrediendo: sic patet de pugna Timothei contra Iudam Machabeum 1. Machab. c. 5. cum dicitur cum appropinquauerit Iudas, & exercitus eius ad torrentem aque: si transferit ad nos prior, vel poterimus sustinere eum, quia potes poterit aduersus nos: si vero timuerit transire, & posuerit castra extra flumem transiretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. Isti quoque modum secutus fuit Ionathas filius Saul, qui iuit cum armigero suo contra Philistinos. I. ait Ionathas: Ecce nos transibimus ad viros istos, cum que apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec transeamus ad vos: si tamen in loco nostro, nec ascendamus ad eos: si autem dixerint ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris.

Bellum Philistinorum, quod hic ponitur, an sit illud idem, de quo infra c. 7. Quaesitio. III.

Quaeret aliquis circa istud bellum, de quo habetur hic, an sit illud, de quo habetur 7. c. nec aliquis dicat, quod ideo non est idem, quia illud scribitur post istud, quia multoties in sacra Scriptura idem reperitur: sicut patet in libris Paralipomenon. In quibus multa repetuntur, quae dicta fuerant in libris Regum. In libro quoque 2. Machab. multa repetuntur, quae habentur in 1. lib. Dicit autem aliquis, quod istud bellum, & illud sit idem, quia hic dicitur de castrametatione apud lapidem Adiutorij, & ibi eodem modo dicitur de lapide Adiutorij. Respondendum est, quod ista bella non fuerunt eadem. Primum quia in isto bello viderunt Israelitae & 7. c. 7. vicerunt, & hic mortui sunt duo filii Heli, atque capta est arca. 7. aut. c. 7. nequaquam: Item tempore huius belli Heli erat iudex Israel: nam indicauit Israel 40. annis, sed non fuit mortuus vsque ad finem istius belli, ut patet 7. in litera: ergo ipse tunc dominabatur, & iudicabat in Israel, sed tempore belli, quod habet 7. c. 7. erat iudex Samuel, cum ipse vicerit bellum, & iam transferant anni 20. sub eius iudicatura, de quibus eo. c. ergo non est idem bellum. Item non est idem locus castrorum, quia in isto bello castrametati fuerant Israelitae apud lapidem Adiutorij. In bello autem, quod habet 7. c. 7. erant in Masphat, sed persecuti sunt Philisthos vsque ad lapidem Adiutorij, ut patet 7. c. 7. ergo fuerunt diuersa bella. Et castrametatus est iuxta lapidem Adiutorij. I. Israelitae posuerunt ibi castra sua expectantes aduentum Philisthim, & ex hoc patet ratio ad argumentum, quod supra fiebat. I. quod non est idem bellum, quod habet hic, & 7. c. 7. ubi vtrouique dicitur de lapide Adiutorij, quia hic ponitur tanquam locus castrametationis, ibi autem tanquam locus, vsque ad quem durauit persecutio hostium, & vocatur locus iste lapis Adiutorij, quia Samuel posuit lapidem vnum erectum in loco illo, & vocatus est lapis Adiutorij. Sciendum autem, quod hic ponitur istud per anticipationem: nam quod factum est istud bellum, non vocabatur lapis iste lapis Adiutorij, sed postea pluribus, quod 20. annis cum Israelitae essent in Masphat, & pugnant contra Philisthim persecuti sunt eos

eos occidentes plurimos de Masphat vsque ad vrbē, que dicitur Bethacar, & apud ipsam cessante pugna exiit Samuel in signum victorie, & laudis diuine lapidem magnum dicens, hucuique auxiliatus est nobis dominus: de quo infra ca. 7. Porro Philisthijm veniunt in Aphec. Ista est quedam ciuitas, que tunc erat in terra Philisthijm: pertinebat tamen ad sortem Iude, & vocatur Aphec, vel A pheca: de hoc Iosue ca. 15. Alia etiam ciuitas erat in terra Chanaan, que vocabatur Aphec, ceciditque in sortem Aser, de qua Iosue cap. 19. sed hic intelligitur de Aphec, que erat in sorte Iuda, vt supra dictum est: apud istam ciuitatē Aphec iterum castrametati sunt Philisthijm, quando occisus est in bello Saul, & Ionathas filius eius. De hoc J. 29. c. Et instruxerunt aciem contra Israel. Ordinauerunt ibi pugnatores. Inito autem certamine terga vertit Israel Philisthijm. Exierunt Israelite de locis castrorum, & Philisthijm de locis suis: commissa pugna in campo fugerunt Israelite.

Quare Israelita verterunt terga Philisthais. Quæst. IIII.

Hoc autem dicitur fuisse propter peccata filiorum Heli, & totius populi, nam cum filij Heli abuterentur sacerdotali officio, distrahebant homines a ministerio Dei, scilicet vt nō offerrent sacrificia, nec veniret in sanctuarium supra ca. 2. in quo, quamquam filij Heli essent occasio, tamen peccatum populi erat graue, ideo tam sacerdotes, quam populus puniti sunt. nam sacerdotes isti occisi sunt in bello, vt patet infra, & de populo perierunt in prima die belli quatuor millia virorum. In secunda autem congressione perierunt 30. millia, vt patet infra. In isto autem primo bello non multum restiterunt Israelite Philisthais, sed immediatē dederunt terga, & dispersi sunt per agros, hoc autem erat, quia dominus inducebat istam plagam propter peccatum, & sicut cum Iudei erant in cultu Dei, cū paruo eorū labore, aut quasi nullo Deus conuertebat hostes eorum in fugam, & occidebat eos, ita cum Iudei peccarent, Deus incutebat timorem cordibus eorum, ita vt non possent sustinere vultum hostilem: sic enim promissit eis. De primo horum patet Exo. 23. c. i. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidā omnem populum, ad quem introieris cunctorūque inimicorū tuorum cotā te terga vertam: sic enim accidit in mari rubro Exo. c. 14. sic etiam Iosue pugnatē contra quinque reges Amorrhæorum: nam descēderunt lapides grandinis de celo, qui occiderunt plures de Amorrhæis, quam Israelite occiderant gladio, & quia nox festinabat, ne cōfugerēt hostes ad refugia fecit Deus stare solē quousque Iosue vltus est de hostibus suis: de quo Iosue c. 10. Ita quoque paulo post hoc tempore Samuelis dū Philisthijm insidiarentur Iudeis in Masphat: intonuit Deus de celo super Philisthijm fragore magno, & fugati sunt atque percussi a facie Israel. De secundo patet. l. de timore, quem Deus daret in cordibus Israelitarum qñ peccarent: nā tunc ita timerent, vt etiam folia arborum incuterent eis timorem. De hoc Leu. cap. 26. scilicet. Et qui remanserint de vobis dabo pauorem in cordibus eorū in regionibus hostium, terrebit eos tonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugietes: nemo vestrum audebit inimicis resistere: peribitis inter gentes, & hostilis vos terra cōsumet. De hoc etiā multa Deute. c. 18. Sic satis verisimile est fuisse in ista vice, q̄ Deus incussit eis timorē, & immediatē fu-

gerint: hoc autem apparet ex verbis Hebræorum: nā ipsi nō crediderunt se superatos fortitudine Philisthinorum, sed q̄ Deus incussit eis illam magnam plagam cum dicitur: dixerūtque maiores natu de Israel, quare percussit nos Deus hodie corā Philisthijm. quasi dicat non fecerunt hoc Philisthijm robore suo, sed Deus. Et caesa sunt in ipso certamine. l. in bello ipsius diei, quod dicitur ad differentiam alterius pugne, que immediatē secuta est: nam in ista prima perierunt 4. millia, & in sequenti 30. millia. Passim per agros. Idest ista cæsis, vel mors fuit Passim, idest differenter, vel sine ordine per agros. q. dicit non perierunt Israelite in acie consistentes, sed in toto certamine mox terga verterunt, & in ipsa fuga occisi sunt. In fuga autem non feruabatur aliquis ordo aciei, sed quidam fugiebant: ad vnā partem, & alij ad alteram sine aliquo ordine dispersi per agros. Quasi quatuor millia virorum. Non occiderūt Philisthijm illa die plures, quia immediatē fugit Israel de acie rediens in castra: Philisthijm autē per agros in fuga occiderunt 4. millia: ad castra autem non accesserunt, quia forte timuerunt illuc introire, vel forte tempus erat importunum ad prosecutionē. Et reuersus est populus ad castra. l. Israelite redierunt ad castra sua. Non enim erant castra apud locum belli, sed procul inde in initum est certamen: fugientes autē reuersi sunt ad locum, in quo fixerunt castra, scilicet apud Bethachar, vbi erat lapis Adiatorij: ibi autē miserunt dum miserūt pro arca ad templum, & rursum in initum est prælium. Dixeruntque maiores natu de Israel. Hic ponitur secundū. l. arce in castra apportatio, quia propter eius absentiam credebant se superatos a Philisthinis: ideo ea præsepte putabant, quod vincerent, quia cuius absentia est causa destructionis, eius præsentia est causa cōseruationis, vt patet 2. Physicorum. vbi ponitur exemplum de nauta, & naue. Dicitur autē hic, q̄ maiores natu de Israel dixerūt hoc, scilicet seniores, q̄ natiuitate maiores, idest antiquiores sunt: isti enim prudentiores sunt iuuenibus: ideo inceperunt inquirere cur hoc malum euenisset eis, iudicaueruntque hoc fuisse propter absentiam arce: ideo diffiniunt eam ducendam esse in castra. Quare percussit nos Deus hodie coram Philisthijm. Idest nūquid est aliqua iniquitas in nobis quare hoc acciderit? sciebat enim, q̄ quando ipsi peccabant Deus tradebat eos in manū hostium, vt patet ex processu libri Iudicum, sed nunc nō putabāt aliquod peccatū se habere, propter quod traderentur in manus Philisthijm, ideo scribebāt hoc absentie arce: dixeruntque etiam quare percussit nos Deus coram Philisthijm, scilicet nō percusserunt nos Philisthijm, sed Deus, qui augmentauit vigorem eorum, & animositatem, vt cito nos percuterent, vel diminuit vires nostras, & incussit nobis timorem, vt fugeremus a facie eorum. Afferamus ad nos de Silo arcā federis domini. Sciebāt enim Israelite, quod Deus suus vbiq̄ue potens est, & vbiq̄ue est: nec. n. solum in arca erat intra sancta sanctorum, credebāt tñ, q̄ Deus erat specialius in arca fæderis, q̄ in alio loco inter homines eo, q̄ ibi manifestabatur gloria sua inter duo cherubin opinati sunt, igitur q̄ præsentia Dei specialis in arca aliquid eis conferret, & sic verē futurum erat, nisi Israelite offendifsent Deum, & demeruisissent istud auxilium: fuit igitur eis infelicioꝝ casus. Nam si iterum pugnaissent contra Philisthijm non habentes inter se arcam, fugissent a facie eorum cito, sicut in priori bello, & caderent pauci vulnerati: nunc autem adducta arca consili, quod Deus propter arcam liberaret eos diutius resisterent Philisthais, & mortui sunt plures, nam priori bello perierunt quasi quatuor millia, & adueniente arca perierunt 30. millia, vt patet infra. Exceperat enim Deus Israelitas, vt traderentur in manus

Philisthijm. Nam cum ipsi percuterentur propter peccata eorum, scilicet deserarum, & præuicacitatis cæremioniarum attribuebant hoc absentie arce, vt sic durius caderent. Dicitur autem, quod ista arca erat in Silo, quia ibi erat tabernaculum domini, & semper erat arca intra tabernaculum, sicut iusserat Moyses. Patet etiam hoc præcedenti c. quia dicitur, quod Samuel dormiebat in loco, vbi erat arca, postquam autē arca venit in bellum cepit esse disiecta a tabernaculo. Nam capta est a Philisthijm, & mansit in terra eorū mensibus 7. deinde cum reducta est in terram Israel nō fuit posita in loco sanctuarij, sed fuit in Cariathiarim in domo Aminadab in Gabaa: deinde fuit mutata per alia loca, nec reducta est ad sanctuarium quousque Salomō edificato templo reduxit eam. De hoc patet infra c. 6. & 7. & infra l. secundo c. 6. & 2. Paralip. c. 1. Vocatur ista arca fæderis, quia in ea continebatur fædus, scilicet due tabule legis, in quibus erat scriptū fædus, scilicet præcepta decalogi, super que principaliter in initum est fædus. Et veniat in medium nostrum. Idest veniat ad castra, vt sit inter nos, putabant enim, quod ex hoc magis Deus liberaret eos saltē ppter ipsam arcā, quia vt non periret arca, faceret Deus, quod ipsi non perirent, sed neutrum saluatum est, nam arca ducta est in terrā Philisthijm, ipsi vero ex magna parte corruerunt vulnerati, reliqui autem fugerunt. Vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Idest assistentia specialis Dei in arca liberabit nos ab hostibus ne possint nocere. In quo patet magna confidentia Iudeorum circa sanctitatem arce, nam cum fuissent victi priori bello nequaquā ausi fuissent iam congregari, nisi propter arcā.

An Israelite deberent tantum confidere in arca, & an semper in Deo sic confidendum. Quæst. V.

Rō negatiua.

Exempli.

QVAERET aliquis an Iudei recte agebant tantum confidentes de aduentu arce, scilicet quod ea adueniente, superarent hostes, etiā si alias ab eis superaretur. Respondebit aliquis, quod stulta spes erat ista, sicut demonstraui euentus rei, nam ipsi perierunt, & arca capta est. Item dato, quod aliquater confidendum esset re bona habituros in aduentu arce, hoc quidem foret, si ipsi non demererentur, tamen ipsi peccauerant, ideo frustra expectabant se liberandos per arcam. Sicut dicimus esse vanam spem eorum, qui semper peccant, & tamen putant, quod Deus miserebitur eorum dando illis post mortem vitam æternam. Respondendum est, q̄ Iudei rectē faciebant confidentes, quod in aduentu arce superarentur hostes eorum: Deus enim habitabat inter Iudeos speciali habitatione, scilicet super arcam, & volebat locum istum esse sanctissimum, ita vt Moyses præponeret arcam in via propter defensionē ab hostibus, vt patet Nu. c. 10. vbi arca præcedebat Israelitas mouentes castra, & dicebat Moyses quando mouebatur arca: surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie tua: cum autem deponeretur dicebat reuertere domine ad multitudinem exercitus Israel, & sic Moyses demonstrabat virtutem Dei ad liberandum ab hostibus esse in præsentia arce, alij ergo Israelite sic existimare debāt, immo nihil erat, q̄ ita esset Deo gratum, sicut q̄ Israelite nimis confiderent Deo, quia in hoc existimabant eum esse aliquid magnum, si de eo aliqua magna speraret, & sicut confidere ipsi Deo est de eo asserere potentia ad faciendum, & bonitatem ad facere volendum, ita & confidere, quod præsepte arca liberarentur Israelite ab hostibus, erat adhuc magis meritorium. Nam arca, & cetera, que erant in veteri testamento, si quis illa secundum se consideraret nihil esse videbatur, q̄

igitur propter auctoritatē Dei aliquis illa honoraret credens aliquid esse bonum, erat magis de Deo confidere, & hoc Deo gratum est: nihil namque est, quod magis facit nos indignos beneficiorum eius, quam si de illo magna non confidimus: sic patet Iacobi c. 1. postulet autem in fide nihil hēsitans, qui enim hēsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur, non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid a domino. Deus igitur semper vult, quod cōfidamus illi, quod dabit nobis ea, que petimus, etiā si ipse determinauerit non dare. Causa est, quia vel aliquando Confidendum est, vel nunquam, quod autē nunquam confidatur absurdum est, si autē aliquādo ergo semper, valet consequentia, quia nos non cognoscimus voluntatē Dei, nisi per operationes, ideo quousque operetur incerta est, & sic dato, quod non operetur nō constat quid faciat, ideo semper nobis cōfidendum est, quod bona faciet, cum semper incertū sit quid faciet: alioquin nunquam confidendum est, quando aliquid a Deo petimus, quia nunquam determinare scimus quid Deus facturus est: ponatur enim quicunque status noster, non potest ex illo concludi qualiter Deus petitionibus nostris respondeat, nam etiam si valde boni simus, forte quod petimus nō est nobis expediens, ideo non dabit, si autem mali aliquando fuerimus, & postea ad Deum redeamus, non est ex hoc arguendum, quod Deus tanquam in vindictam præteritorū peccatorū petitionibus nostris non faueat, nam nimis diuine est bonitati detrudere, quod existimetur nos ad Deum conuersos quantumcunque de præteritis gementes non posse obtinere, quod petimus: quasi semper velit Deus penam peccatorum nostrorum, quia quanto maior est bonitas tanto plura remittere potest: Deus etiam sic vult semper, quod speretur de eo, quod faciet, quod petimus, quamquam facturus non sit: nam cum ipse sciat nos ignorare quid ipse velit, vult quod de eo meliora presumamus, que maximē bonitati sue cōueniunt, si aut inter dum non eueniunt que nos expectamus, ad bonitatem Dei pertinet, qui concedere non vult ea, que nobis nociua sunt, nos autem nescimus quid nobis vtile, aut nociuum sit: vnde si aliquando Deus nō cōcessit, que petimus, & non subuenerit nobis sperantibus in se, non propter hoc minus iterum sperandum est, sed quotiescunque nobis eueniret petere debemus, & confidere, quod recipiemus: nam quod prius Deus nobis non fauerit nō fuit tanquam nō potuisset complere, que petebamus: nec etiā quasi non fuerit tanta clementia sua, vt nobis non concederet, sed fuit ex immensa bonitate, quia nos imprudentes, que nobis noxia erant, petebamus. Confidendum igitur est, quod si iterum petierimus, que nobis conueniant, fauebit, & si iterum frustemur petitis, adhuc semper vltterius confidendum est ex ratione prædicta. Accidit igitur ex hoc, quod non debeamus Deum existimare minoris bonitatis, cum ea que petimus, nobis non cōferret, quam si contulisset: nam quod nō contulerit non est ex defectu potestatis, aut bonitatis, sed ex superabundanti benignitate, qua nobis cōferre nō vult, que nocent: nos tamen illa ignorantes petiuimus. De Iudeis igitur conformiter dicendum est, quod meruerunt cōfidentes, quod præsepte arca liberarentur, & hoc quomodocunque se haberet status eorum. l. siue tunc boni essent, & non offendifsent Deum ante hoc: siue nunc incipientes boni esse ante hoc fuissent in prauitibus: si primo modo inconueniens erat, q̄ non confiderent, quia tunc non existimabant magnā esse sanctitatem arce ex speciali præsentia Dei, quod Moyses credendum admonuit. Si secundo modo nimis diffidebant bonitati Dei existimantes, q̄ Deus eis sub-

Semper in Deo est cōfidendū.

Deus semper vult, q̄ cōfidamus illi, & quare.

sub.

subuenire nollet, quia olim peccauissent. Quamquam igitur Deus non a diuinitate liberando eos propter arcam, tamen recte fecerunt confidentes: Deus autem non liberauit illos, quia iudicauit melius esse non liberare, quam liberare. Ad argumentum primum respondet: cum dicebatur, quod non erat recta spes, cum aduentus rei hoc demonstrauerit. Dicendum, quod non erat spes eorum recta, vel non recta, quia id, quod sperabatur euenit, vel non euenit, sed quia sperabatur ab illo a quo rationabile erat sperari, scilicet quia potes erat, & quia bonus, ut facere uellet, quod autem non fecerit ex occulto Dei iudicio prouenit, & non ex habitudine spei nostrae. Ad secundum cum dicebatur, quod Iudaei demerentur liberari, ideo non recte sperabant se liberandos, dicendum non tenere, & hoc propter duo. Primo quia Iudaei non uidebantur sibi conscii, quod propter aliquam iniquitatem eorum euenisset plaga, sed propter absentiam arce, ideo rationabile erat, quod presente arca considerent se liberandos. Secundo quia dato, quod Iudaei scirent se peccauisse contra Deum, non debebant desperare de liberatione. Nam Deus tantae bonitatis est, ut penas nobis quantumcunque debitas remittat, si petimus, vel saltem ad alterum tempus differat: potissime cum etiam si non petamus interdum nos liberet: etiam si peccauerimus: quanto magis si deuote petierimus. Non enim est conditio Dei, ut semper pro peccatis immediate puniat. Exemplum autem, quod adducebatur non est simile, scilicet de illo, qui semper peccat, & tamen expectat, quod per Dei misericordiam habeat vitam aeternam. Nam hoc determinatum est, quod quicumque decedat in mortali necessitate mancipatur gehennae. Contrarium ergo sperare temeritatis est, & infidelitatis magne, cum non assensuum determinationibus fidei. De temporalibus autem euentibus secus est, quia non est determinatum, quando nos petentes Deus exaudiat, vel quando non: semper igitur confidendum est, quod exaudiet. Iudaei ergo meruerunt confidentes ex aduentu arce futuram liberationem: licet eis ex Dei iudicio eueniret aduersa calamitas. *Misit ergo populus in Silo.* Scilicet populus Israel, qui erat in castris: diffinito, quod uenisset plaga propter absentiam arce: misit pro illa in Silo, quia erat cum tabernaculo: pugnatore tamen non recesserunt de castris, sed expectauerunt futuram arcam, ut iterum pugnaret. *Et tulerunt arcam foederis domini.* Id est in qua erat sedes domini, scilicet duae tabulae legis, isti autem qui tulerunt sacerdotes erant. Nam laici non auderent introire ad locum, in quo erat arca, scilicet in sancta sanctorum: immo nec Leuite, nec sacerdotes minores, sed sacerdos magnus solus introibat in sancta sanctorum: populares namque non solum si tangerent, sed etiam si uiderent uasa Dei discooperata moreretur, ut patet infra capi. 6. quando Bethsamitae mortui sunt, quia uiderunt arcam: Leuite autem si tangerent, vel si ex aliqua curiositate uellent uidere uasa sanctuarij, morerentur: Nume. c. 4. Solus autem summus sacerdos hoc impune faciebat. Educta est igitur arca domini de loco suo per sacerdotes, & ipsi duxerunt eam in castra, ut patet hic, cum dicatur, quod duo filij Heli, scilicet Ophni, & Phinees erant cum arca.

Quomodo arca potuit educi de sanctuario, & an peccauerint educendo ad bellum. Quast. VI.

QVAERET aliquis quomodo arca potuit educi de loco sanctuarij ad ducendum in castra nam ipsa erat intra sancta sanctorum, ad quod locum nunquam licebat intrare sacerdotibus minoribus, sed solum sacerdoti magno, & huic non semper, sed solum semel in anno, scilicet in die propi-

tionis, ut patet ad Heb. c. 9. idem patet Leu. c. 16. cfi dicitur, quod Aaron, qui erat summus sacerdos non ingrederetur in sancta sanctorum omni tempore, quo uellet, sed solum quando faceret caeremonias, quae habentur ibi, & illud erat semel in anno in die propitiationis, ergo non poterat introire in sancta sanctorum ad educendum arcam. Respondet aliquis, quod poterat ingredi summus sacerdos, quia forte tunc erat dies propitiationis, in qua licebat ei ingredi illuc. Sed dicendum est, quod istud non stat, quia dies propitiationis erat una festiuitas maxima de quinque festiuitatibus Hebraeorum, & in illa abstinebant Iudaei ab omni opere: Leu. c. 23. ideo non portarent sacerdotes illa die arcam in castra. Item non iussit Hebraei ad pugnam in tali festiuitate, quia ab omnibus operibus vacare debebant. Nec obstat, si dicas, quod licebat eis pugnare in sabbathis, sicut fecerunt Macha. ut patet. i. Macha. c. 2. quia hoc erat in defensione, sed non in expugnatione, ita enim apparet ex uerbis ipsorum ibidem, & tam stricte obseruabant Iudaei, quod si forte essent in congressu, & in diebus sabbathorum hostes faceret contra eos aliquas machinas, quibus uideret Iudaei destruedos, etiam si possent illas in diebus sabbathorum infringere, vel exurere non exurebant, nec quidquam mouebant: unde dicit Iosephus. i. 4. lib. antiquitatum, quod pugnante Pompeio contra Aristobolum regem Iudaeorum, & eos, qui erant in templo, construebant Romani munitiones in sabbatho ad introeundum in urbem, & templum, & si licuisset Iudaeis illa die exurere munitiones Romanorum potuissent quidem, & nequaquam introissent Romani in templum, ut tamen obseruarent legem, passi sunt fieri munitionem, qua ipsi deleri sunt: dicit enim, quod licet eis in sabbathis defendere se ab hostibus, sed non inuadere eos, nec oppugnare munitiones, sic ergo fuisse de istis Iudaeis, si tunc esset dies propitiationis, quod non iniret ipsi ad bellum, nec congrederentur contra Philisthim. Itaque quod maius est dato, quod esset tunc dies propitiationis, & posset summus sacerdos introire in sancta sanctorum coram arca, tamen non poterat inde educere arcam, nunc autem eduxit. Respondendum est, quod hic sunt duo dubia. Primum est an possent sacerdotes ducere arcam de loco sanctuarij ad bellum. Secundum an summus sacerdos pro illa posset ingredi in sancta sanctorum. Quantum ad primum dicendum, quod Deus iusserat arcam esse in loco sacratissimo totius sanctuarij, ad quem nullus ingrederetur, nisi summus sacerdos, & non apparet aliqua causa expressa in lege, propter quam manente sanctuario arca posset inde educi, ut portaretur in alium locum, ideo non uidebatur, quod deberet educi: motu autem tabernaculo, necesse erat arcam moueri, & tunc ferebatur ipsa per uiam, sicut aliae partes sanctuarij, sic enim factum est in deserto, quod nescunquam mouebantur castra: sic quoque in terra promissionis etiam contigit, ut cum arca portata est de Bethlames in Cariathiarim infra c. 6. & 7. & cum postea inde portata est in domum Obethedon Gethai, & postea inde in domum Dauid infra 2. lib. c. 6. consistente autem tabernaculo non apparebat causa ex aliqua determinatione legis, quod liceret educi arcam de sanctuario: Israelitae tamen, quia superati fuerant a Philisthim credentes, quod in nullo esset sibi auxiliu, nisi in arca Dei, putauerunt licitum esse illam duci in castra: habebant autem ad hoc exempla primo. Nam tempore Iosue Deus dixit, quod duceretur arca in bellum contra Iericho: septem quippe diebus, quibus Israelitae lustrauerunt Iericho portabant secum arcam, & tabas sacras, & sic capta est urbs. Crediderunt ergo Israelitae sibi hoc nunc licere, & uere licebat, quia egerunt illud non ex aliqua curiositate, sed ex necessitate.

An

An licuit summo sacerdoti ingredi sancta sanctorum pro arca. Quast. VII.

QVAERETVM ad secundum de summo sacerdote an liceret ei intrare pro arca in sancta sanctorum. Respondendum est, quod regulariter non licebat ei intrare illud sub pena mortis, nisi in die propitiationis. Leu. c. 16. nunc tamen erat casus specialis, scilicet quia arca ducenda erat pro necessitate belli, ideo licet cum timore, & prius suis precibus tamen introire licebat: timendum autem erat nunc magis, quam cum sacerdos introibat regulariter in die propitiationis, quia nunc non erat data lex de isto ingressu, & dubium erat, an Deus hoc acceptaret. Cum autem arguebatur, quod non erat dies propitiationis, ita ut introire posset, concedendum est: nec istud obstat. Nam ingressus diei propitiationis non erat ad educendum arcam de loco suo, sed ad aspergendum sanguinem coram propitiatorio: Leu. 16. & ad Heb. c. 9. Nunc autem ingrediebatur sacerdos ad educendum arcam, ideo non erat opus, quod esset dies propitiationis. Cum autem dicitur, quod etiam in die propitiationis non licuisset summo sacerdoti educere arcam de loco suo, concedendum est, quod regulariter non debebat educi, nunc tamen in tali casu, & ex determinatione totius populi educi licuit.

An summus sacerdos ingrediendo sancta sanctorum fecerit caeremonias legis. Quast. VIII.

QVAERETVR ulterius, cum summus sacerdos ingressus fuerit in sancta sanctorum pro arca, an fecerit caeremonias, quae habentur Leu. 16. & ad Heb. c. 9. dicit enim Apostolus, ubi supra, quod summus sacerdos introibat semel in anno in sancta sanctorum, non sine sanguine, quem offerebat pro sui, & populi ignorantia. Et Leu. 16. ponuntur multae caeremoniae tam in uestibus, quas tunc debebat habere summus sacerdos, quam in sacrificijs, quae primo immolabat, quam in thymiama, quae introducebat secum illuc, & si aliquid istorum non obseruaret, moreretur, ut patet ibidem. Respondendum est, quod non obseruauit tunc ista summus sacerdos, quia ista non fiebant eo, quod summus sacerdos ingressurus erat in sancta sanctorum, sed quia tunc fiebat expiatio populi, pro qua debebant offerri illa sacrificia: cum autem introiit nunc sacerdos magnus pro arca, non erat dies expiationis, ideo nullum istorum sacrificiorum fieri necesse erat: immo nec debebat, quia Deus solum uolebat semel in anno fieri festum propitiationis: peccarent autem Iudaei, si uellent illud pluries facere. Dicendum igitur, quod sicut in motu castrorum quando sacerdos magnus introibat in sancta sanctorum ad operiendum arcam, non faciebat aliquam illarum caeremoniarum sicut declaratum est Leu. c. 16. & Nu. 4. ita nunc cum egrederetur ad educendum eam inde, non oportebat aliquod fieri.

An sacerdos portauit thymiama quando introiit ante arcam. Quast. IX.

QVAERETVR specialiter, an quamquam non oporteret, quod sacerdos magnus faceret sacrificia nunc, quae faciebat in die propitiationis, quando introibat ante arcam: an deberet saltem secum apportare thymiama, quod apportabat in die propitiationis. Causa diuersitatis est in his, quia sacrificia, quae faciebat sacerdos in die propitiationis antequam introiret coram arca pertinebant ad expiationem populi, ut patet Leu. 16. & ad Heb. c. 9. Nunc autem non introibat ad

expian dum, ideo manifestum erat, quod non debebat illa offerre: de thymiama autem, quod secum ferebat secus erat, quia illud offerebatur, ut nebula confurgens ex aromatibus operiret propitiatorium, ne posset ibi aliquid uidere summus sacerdos, alioquin moreretur: Leu. c. 16. sed nunc uidebatur consistere idem periculum, ideo debebat ferre secum thymiama sacerdos. Respondendum est, quod non erat necesse introduci thymiama: nam istud fiebat, quia super propitiatorium inter alas duorum Cherubin, erat quidam Angelus in corpore assumpto respondens in persona Dei ad ea, quae quaereret summus sacerdos, & quia Deus iudicabat summum sacerdotem indignum esse illa uisione, iubebat, ut ferret secum thymiama grossum: ex quo exhalans vapor operiret propitiatorium, & totum quicquid erat ante faciem summi sacerdotis, ut sic nihil uidere posset, ut patet Leu. ca. 16. Cum autem mouebantur castra sacerdos introiens in sancta sanctorum non ferebat secum thymiama, ut declaratum est Nume. c. 4. eo, quod non erat tunc aliquid super propitiatorium, quod uideri illicitum esset: nam Angelus, qui ibi erat recesserat ad mouendum nubem, quae erat super tabernaculum. In die autem propitiationis cum introibat sacerdos, erat Angelus super propitiatorium ad respondendum summo sacerdoti, vel ad aliquid ei dicendum, & ad hoc necesse erat poni thymiama, ut non uideretur. Nunc autem cum ingressus esset summus sacerdos ad educendum arcam, quia non erat Angelus ei aliquid locuturus: nec ipse quicquam quaesiturus non erat ibi, ideo non oportebat poni thymiama in ingressu, nec fieri aliquam caeremoniam.

An solus summus sacerdos eduxerit arcam de loco suo. Quast. X.

QVAERETVR ulterius quomodo summus sacerdos poterat educere arcam de loco suo: nam arca erat magni ponderis, & ferebatur per uerbes, ut patet Exod. cap. 25. ideo erant ad minus quatuor uiri necessarii ad mouendum eam, sed intra sancta sanctorum non licebat alicui stare, nisi summo sacerdoti, ideo difficile uideatur quomodo fuerit deducta. Respondendum est, quod non solum introiuit summus sacerdos in sancta sanctorum ad educationem arce, sed etiam cum eo aliqui de sacerdotibus minoribus. Cum autem dicitur, quod soli summo sacerdoti licebat introire, uerum est in die propitiationis, eo quod erat ibi Angelus loquens ad sacerdotem, & non solum non licebat minoribus sacerdotibus introire in sancta sanctorum, sed etiam non licebat eis manere in prima parte tabernaculi, eo tempore quo summus sacerdos ingrediebatur in sancta sanctorum, ut patet Leu. c. 16. scilicet nullus hominum sit in sanctuario, quando pontifex ingreditur, ut roget pro se, & domo sua: hoc autem esse uidebatur, quia loquebatur Angelus cum summo sacerdote, & illi qui essent in prima parte tabernaculi audirent: nunc autem non esset Angelus in sanctuario super arcam ad loquendum, quia non ingrediebatur illuc sacerdos summus ad orandum, nec interrogandum aliquid, sed solum ad educendum arcam: cum igitur nihil appareret tunc super arcam, non solum summo sacerdoti, sed etiam minoribus ingredi licebat. Simile autem erat in motu castrorum per desertum: nam quandoque mouerentur Aaron, & filij sui ingrediebantur ex mandato Dei in sancta sanctorum, & operiebant arcam apparantes eam, ut portaretur a Caathitis: Nume. capitu. 4. ita igitur hic, quia sicut ibi non manebat Angelus super arcam, cum recessisset ad mouendum nubem in motu castrorum, ita & nunc non erat aliquis Angelus ibi, quia summus sacerdos nihil loqui

loqui debebat, & ingressi sunt cum eo minores educentes arcam: de istis introitibus in sancta sanctorum, scilicet quomodo interdum ingrederetur solus summus sacerdos interdum cum eo minores: diuersitatis ratio declarata est Leui. 16. & Nu. c. 4.

Quomodo portata fuit arca ante Hebraeos, cum videndo eam morituri essent. Quæst. XI.

Quæretur vterius quomodo poterat duci arca in castra: nam videtur, quod omnes Hebraei sic morerentur, quia tota multitudo Israelitarum viderent arcam, sed qui viderent, morerentur, vt patet infra de Bethsamitis qui mortui sunt, quia viderunt. ca. 6.

Respondendum est, quod non morerentur omnes Israelite, ideo non oportebat, quod aliquis moreretur, ex eo, quod duceretur arca in castra: nam multoties Israelite videbant arcam extra sancta sanctorum: tamen nemo moriebatur, sicut erat in itinere per desertum, quando arca per se portabatur: aliquando enim per se ibat portata a Leuitis precedens castra, vt patet Nu. c. 10. aliquando etiam coram toto populo ad bella portabatur Iosue c. 6. sicut fuit ibi in destructione Iericho sic etiam David illam fecit portari de Cariathiarim in domum suam infra lib. 2. c. 6. & affabat totus populus: nemo tamen mortuus est, nisi Oza, qui tetigit arcam, vt patet ibidem. Cum autem arguitur de Bethsamitis mortuus, quia viderunt arcam, dicendum quod hoc fuit, quia viderunt eam nudam: deposuerunt enim illam de plaustris suis ponentes eam super lapidem, & discooperientes eam, de quo infra c. 6. ideo perierunt illi, qui non erant digni videre arcam discooperitam, de quo magis dicitur prealle. c. Nunc autem arca ducenda erat in castra operata palliis suis, & quandoque portabatur sic ibat, ideo nulli erat periculum in videndo arcam: solum enim fuerit prohibitum videre illam discooperitam: Nu. c. 4. vel tangi aliqua curiositate.

Domini exercituum. Vocatur isti arca domini exercituum, quia Deus Hebræorum, cuius erat ista arca, erat habens exercitus multos, scilicet angelorum iuxta illud Iob. c. 23. scilicet nunc quid est numerus militum eius? Et vocantur milites Angeli. Vel dicitur Deus exercituum, id est Deus potens in bellis, & exercitibus: ipse enim dat victoria in quibus vult, & vertit in fugam, quos vult: dicitur autem istud nomen hic de Deo, quia in presenti maxime sibi conueniebat eo, quod ducatur arca illius, vt adiuuaret in bellum. Sedentis super Cherubin. Id est Deus Israel sedet super Cherubin, quod intelligitur de duobus Cherubin positus super arcam, & velantibus propitiatorium: nam in medio alarum illorum duorum Cherubin, dicitur Deus sedere, quia ex ipso loco audiebatur vox quedam: de qua Exo. 25. & Nume. c. 7. Erat autem illa vox cuiusdam Angeli in corpore formato de aere, & incluso inter alas Cherubin, vt non videretur: ille autem Deus vocatur, quasi Deus loqueretur. Nicolaus dicit, quod ex hoc apparere esse veram illam opinionem, quæ dicebat, quod propitiatorium non sit opertorium arcæ, sed quedam tabula aurea eleuata super arcam, & sustentatam in manibus Cherubin, in qua Deus sedebat, & tunc dicebatur sedere super Cherubin. Dicendum est istam positionem esse falsam, nam propitiatorium opertorium arcæ est, vt colligitur. Exo. 25. & 36. c. & ibi responsum est ab obiecta: dicitur tamen Deus sedere super Cherubin, quia inter eos sedebat, & eminebat.

Erantque duo filii Heli cum arca fedoris Ophni, & Phinees. De illis duobus mentio agitur ad signandum, quod isti duxerunt arcam in castra, vel erant principes in ducendo, eo, quod erant filii summi sacerdotis, &

vnus eorum, scilicet Phinees iam fungebatur summo sacerdotio pro patre, qui non poterat explere ritum ceremoniale pre senectute, & quia caligauerunt oculi eius. Sic ait Iosephus. 5. Antiquitatum. Fit etiam principaliter mentio de his, quia isti duo mortui sunt in bello: propter peccata enim istorum venerunt omnia mala super domum Heli, & mors ipsorum iam pre-nunciata erat patri, scilicet quod vna die morerentur ambo supra cap. 2. & sciendum de istis duobus, quod non venerunt a pugnandum, sed solum ad comitandum, & custodiendum arcam, cum dicitur, quod erant cum arca fedoris duo filii, scilicet quod quando populus erat in castris, ipsi manebant in Silo cum arca domini, & administrationes sacerdotales: postea autem venerunt in castra, quia misit populus pro arca, & habuerunt ipsi occasionem veniendi ad bellum: poterant tamen etiam sine hoc ire ad bellum: nam semper necesse erat, quod quando Iudei pugnarent contra alias gentes haberent sacerdotes in bello ad premonendum exercitum secundum ea, quæ habentur Deutero. c. 20. Poterant etiam ire ad pugnandum: nam non erat irregularitas eis occidere quempiam sicut sacerdotibus nostris, & sic omnes sacerdotes de genere Machabeorum erant bellatores: Iudas enim, & fratres sui Machabej fortissimi bellatores erant, & tamen ipsi tenuerunt successiuè sacerdotium summum, vt patet ex processu primi libri Machabeorum. Isti tamen non venerunt ad bellum ad pugnandum nec ad exhortandum, sed ad portandum arcam, & tamen ibi mortui sunt, querebat enim dominus occasionem, vt occideret eos. Cumque venisset arca fedoris Dei in castra. Id est Israelite erant in suis castris, & miserunt pro arca in Silo, quæ non multum distabat inde, & ipsi expectauerunt in castris vsque ad aduentum arcæ. Vociferatus est Israel omnis clamore grandi. Scilicet adueniente arca omnes: qui erant in castris clamauerunt magnis vocibus, quod erat ad duo. Primum ad inuocationem Dei sui: omnes enim Israelite vno animo inuocauerunt Deum, vt eriperet eos de manu hostium, sed non eripuit, quia peccata eorum demeruerunt. Secundo clamauerunt ad magnam exultationem confidentes, quod in aduentu arcæ vincerent Philistinios: de ista voce letitiae dicitur infra, quod audierunt eam Philistinij, & dixerunt: non fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius. Et personuit terra. Id est tota terra sonuit a clamore magno Israelitarum, cum omnia castra clamarent: dicitur autem terra personare, quia fiebat id, quod communiter patitur, scilicet quod cum nos clamauerimus audiamus extremas partes vocum nostrarum a quodam alio referri, & illud secundum Philosophum. 2. de Anima, & secundum poetam vocatur Echo: fieret autem hoc maxime, quando totus populus clamaret, Et audierunt Philistinij vocem clamoris. Procul enim distabant castra Philistinorum a castris Israelitarum, quod patet, quia in precedenti bello vtrique de castris suis exierunt ad pugnandum in loco medio, & tamen fugiente postea Israel antequam perueniret Israelite in castra sua perierunt de eis quasi quatuor millia in fuga, quod esse non poterat si castra fuissent coniuncta loco, in quo pugnauerunt. Hic tamen potuerunt Philistinij, qui erant in castris audire vocem Israelitarum clamantium, quia clamor eorum fuit terribilis, & oia castra simul clamauerunt, cum dicitur, quod vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra. poterat igitur ad satis magnam distantiam hoc audiri, vel potest dici aliter, quod non audierunt clamorem istum illi, qui erant in castris Philistinorum, sed qui erant in custodia: mitteret enim Philistinij aliquos de suis in castra Hebræorum ad videndum, quid fiebat, & vt scirent an ipsos pararentur aliquæ insidiæ, ne subito in-

ruerent contra eos Hebræi. Ipsi quoque Hebræi sic facerent mittentes aliquos de suis contra castra Philistinij, ita enim confueuerunt facere exercitus hostiles, quando in campo manent, & isti de Philistinij, qui venirent contra castra Israel poterant audire vocem, quæ fiebat in castris. Dixeruntque, quæ nam est haec vox clamoris magni in castris Hebræorum? Si dicamus, quod illi qui erant in castris Philistinij audierunt vocem clamoris huius, dicitur, quod ipsi quesierunt hoc: nam non poterant scire ipsi cur accidisset, quia non viderunt arcam venisse. Et cognouerunt, quia arca Dei venisset in castris. Quod enim Philistinij possent cognoscere Hebræos habere arcam, quæ vocaretur arca Dei, scilicet in qua esset tota sanctificatio ipsorum, non est dubium, nec admirabile: nam Iudei, & Philistinij erant coniuncti locis, & poterant de se inuicem cognoscere ceremoniales ritus, sicut nos cognoscimus ritus gentium a nobis non nimis distantium: potissimè quia id, quod sanctissimum erat inter omnia, quæ habebant Hebræi erat arca. Sed quomodo cognouerunt Philistinij, quod venerit arca in castra? dicendum quod hoc cognouerunt illi, qui erant in insidijs, quos posuerat Philistinij. Nam erant discurretes vndique circa castra Iudeorum, vt viderent si quid moueretur contra Philistinij. Timueruntque Philistinij. Sciebant enim, quod maxima sanctificatio Dei apud Israelitas erat, ideo timuerunt ibi esse aliquam virtutem, quæ posset eos superare, potissimè cum audissent magnalia de Deo Hebræorum, vt infra patet. Dicentes venit Deus in castra. In hoc errauerunt Philistinij, secundum quod errabat alie gentes: putauerunt enim, quod arca quam habebant Hebræi erat Deus eorum, vel aliqua virtus inclusa in illa arca, ideo an tequam venisset arca putabant Deum non esse in castris. Cum autem illa veniret, dixerunt, quod veniebat Deus in castra.

In aduentu arcæ quare crediderunt Philistinij ibi esse Deum. Quæst. XII.

Causa huius erroris est ex eo, quod opinabantur gentes circa Deos suos: alique enim existimabant, quod ipsa idola lapidea, vel lignea erant dii eorum, preter aliquam aliam virtutem, & ista erat opinio vulgaris, sic enim inter viros Azoti Dagon, qui erat ligneus, credebatur esse Deus eorum, & colebatur, & quando repertus est Dagon pronus ante arcam fractis manibus, dixerunt Philistinij, quod Deus Hebræorum aggrauerat manum suam super Deos ipsorum, quod necesse est intelligi de dijs, vt sunt simulachra lapidea, lignea, vel metallina. Alio modo accipiebant quidam inter gentes ipsos Deos, & dicebant Deos ipsorum non esse illa simulachra lapidea, vel metallina, sed quasdam virtutes spirituales latentes in eis, & ista erat opinio sapientissimorum inter Gentiles. Colebant tamen Deos suos facientes eis illa simulachra, quia non poterant illos super seipos cernere, ideo volebant saltem in quibusdam simulachris representare illos facientes simulachra in figura, & magnitudine secundum habitudinem ad illud, quod representare volebant, & ob hoc quando erant aliqui dii, quos colebant Gentiles, & non poterant proprie habere imaginem, quæ faceret eis templum: tamen non faciebant eis imagines: sicut patet de dea Vesta, per quam intelligebant purum ignem Gentiles, sicut ait Ouid. 2. Fastorum.

Cum dico Vestam, purum intellige ignem. Ideo huic non faciebant imaginem, sed templum, & in penetralibus illius ponebant ignem, qui semper ardebat atque per puellas virgines nutrebat. Quocirca aut horum modorum intelligerent Philistinij:

putabant, quod Deus Israelitarum veniret in castra. Nam si ipsa arca esset Deus, illa nouiter veniebat: si autem aliqua virtus latens in arca, illa quoque similiter a deesse non poterat, quousque arca veniret: non enim putabant Philistinij, quod Deus Hebræorum esset quedam virtus spiritualis infinita, quæ vbi que sit, & a nullo loco comprehensa, omnia quoque potens, & pro voluntate disponens. Nam etiam Philosophi, qui circa hoc acutissimi fuerant non putauerunt Deum, qui secundum eos erat prima causa esse infinite perfectum, sed solum dixerunt illum esse infinitum in duratione. Attribuerunt autem illi aliquam operationem maiorem omnibus, quæ in habitu rerum omnium sunt, & ab hoc Gentiles trahebant originem circa positionem suam de dijs, limitantes potentiam deorum ad singulas res. Quosdam enim dixerunt presidere campis, alios vallibus, alios montibus, & sic in ceteris, introducentes deorum pluralitatem secundum numerum rerum. Et sic putauerunt Syri, qui habitabant prope Iudæam, quod Deus Iudeorum erat Deus mortuum, & non vallium, nec camporum. Vnde quando Benadab rex Syriæ victus fuisset a rege Acab rege Israel, dixerunt ei serui sui, quod dii Israelitarum erant dii mortui, ideo preualuerant contra eum in montibus, sed instauraretur bellum in vallibus, & ibi non preualerent dii Israelitarum. De hoc infra 3. lib. c. 20. Serui regis Syriæ dixerunt ei: dii montium sunt dii eorum, ideo superauerunt nos, sed melius est, vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos: hoc igitur modo Philistinij putantes Deum Israel esse specialiter in aliquo loco, dixerunt, quod veniente arca, veniebat Deus in castra. Et ingemuerunt, dicentes vae nobis. i. valde gemuerunt Philistinij scientes venisse arcam, & dixerunt: vae nobis. i. malum venit super nos. s. quia Deus Israel veniebat super eos in pugnam: hoc autem dixerunt Philistinij pro duo. Primum quia ipsi audierant magnalia de Deo Hebræorum, vt patet immediate, scilicet hi sunt dii, qui percusserunt Aegyptum omni plaga. Timebant igitur, quod sic faceret Deus Hebræorum super eos, quia ipsi erant hostes Israel, sicut Aegyptij. Secundo timebant Philistinij propter magnum gaudium, quod fecerunt Hebræi in aduentu arcæ: nam credebant ex hoc aliquod bonum eis euenisse: Philistinij autem putabant non sine causa gaudios fuisse Hebræos, scilicet propter fortitudinem Dei sui, quantum autem boni accedebat Hebræis, tantum mali superueniebat Philistinij, & dato, quod secundum veritatem aduentus arcæ nihil profecturus esset Hebræis, secundum quod factum est, & tamen, quod tantum gauderent Israelite in aduentu eius erat durum Philistinij, quia fortius pugnarent Hebræi confidentes se preualituros propter Deum suum, & ob hoc siue Philistinij vincerent siue vincerentur, durius cum eis agendum erat: est enim iste modus fortitudinis propter spem: cum aliquid sperantes de adiutorio, vel de experientia armorum confidunt in bello, & fortiter pugnant: sic patet per Ari. 3. Ethi. vbi ponit plures species fortitudinis. Non fuit enim tanta exultatio heri, & nudius tertius. Id est Israelite non tantum exultauerunt in diebus precedentibus belli, sicut in illo, cum venit arca: ex quo arguebant Philistinij, quod aliquod magnum adiutorium eis fuerat collatum in aduentu arcæ, & quantum illi adiuuabantur tantum Philistinij deprimebantur, ideo tristabantur de aduentu arcæ.

Vae nobis, quis nos saluabit de manu deorum sublimium istorum? Dolebant Philistinij timentes potentiam Dei Hebræorum, & existimabant, quod nullo modo possent liberari in bello, quia non putabant aliquem ex parte ipsorum, siue Deum, siue hominem esse potentiorē Deo Hebræorum. Nam si dii ipsorum essent eque potentēs

Dij plures quare possent a Gentilibus.

Lyrani op. de propitiatorio re iicitur.

Deos inuicem pugnantem opinati sunt aniq.

rentes, non formidarent: putabāt enim Gentiles, quōd dii sui inuicem pugnant, habebāt enim singulę gentes singulos Deos, & de his dicebant, q̄ sicut gens pugnantem p̄ gentē, ita & dii inter se pro cultoribus suis pugnant, sic inducit Virg. 10. Aeneidos pugnantem quosdam Deos pro Troianis, & alios pro Grecis. Idē Homerus in Iliade dicens, q̄ Venus pugnat pro Troianis percussa est in bello a quodā Greco: sic quoque inducit Aug. 3. de Ciui. Dei, q̄ autem dii Philisthinorum congrederentur cum Deo Israel, putabant nihil proficere, quia Deus Israel erat potentior, & sic clamabant, q̄ nullus posset eos liberare de manu Dei Hebręorum. Dixerunt aut de manu deorum istorū, quia putauerunt apud Hebręos esse Deos multos, sicut erāt apud Gentiles, sic enim dixerūt Syri dii multum sunt dii eorum, & loquebantur de Deo Israel. 7. 3. lib. c. 20. Vel potest dici, q̄ Philisthim existimauerunt Deum Israel esse vnum Deū, sed ex modo scripturę ponitur hic in plurali. Nam tam insipientes, q̄ sapientes apud Philisthinos vocabant Deum Israel, quasi vnum Deum, de sapientibus patet. 7. c. 6. vbi sacerdotēs, & diuini dixerunt Philisthēis: dabitis Deo Israel gloriam, si forte releuet manum suam a vobis. Populares quoque Philisthinorum dicebant Deum Israel tanq̄ vnum Deum, vt patet sequenti c. vbi sepe dicit de arca Dei Israel. Dixerunt ēt Philisthim Deos Israel esse sublimes, i. magnę potestatis. i. quia erant potentes super aliarum gentium Deos. *Et sunt dii, qui percussissent Aegyptum omni plaga.* Hic inducunt confirmationem, s. q̄ Deus Israel erat fortis. Nā ipse destruxit Aegyptios, & Deos eorū, sic igitur poterat destruire Philisthinos, & Deos ipsorum: non solum enim Deus Israel puniuit Aegyptios, sed ēt Deos ipsorum, quia comminuit omnia idola Aegyptiorum. De hoc Nu. c. 33. l. Nam & in dijs eorum exercuerat vltionē. Fuerat aut ista percussio cognita apud multas gētes, quoniam fuit magna nimis, & sic Philisthim potuerunt cognoscere potissimē, quia Aegyptus est apud terrā Philisthim, sic enim patet Exo. c. 13. vbi dicitur, q̄ Deus noluit educere Israelitas de Aegypto per viā terrę Philisthim, quę vicina est, in quo inuuit, q̄ medium inter terrā Chanaan, & Aegyptum sit ipsa terra Philisthim: dicitur hic, q̄ percussissent omni plaga. i. inferendo multas plagas: intulit enim Deus decem plagas Aegyptijs, vt patet Exo. c. 7. vsque ad 12. Et multum vocatur quasi totū, vel omne. Sicut enim Deus dixit ad Pharaonem. Hac vice mittam super te omnes plagas meas. i. mittam multas. *In deserto.* Non est intelligendū, q̄ plagę factę super Aegyptios fuissent in deserto, quia fiebant in ipsa terra Aegypti, quę non est desertum, sed vocatur desertū terra, quę est extra Aegyptum versus mare rubrum. Nam ibi maxima plagarum insicta est. s. q̄ Pharao, & omnes, qui ibant cum eo, persequentes Hebręos, perierunt in mari rubro: istud autē non computatur inter plagas, sed durius fuit qualibet plagarum. *Confortamini, & estote viri Philisthim.* Hic ponuntur verba hortatoria ad bellū ipsorum Philisthim inter se dicentū, q̄ confortarent, s. ad pugnantem fortiter, ne caperentur viuentes ab Israelitis, & cogerentur seruire illis: existimabant. n. q̄ Deus Hebręorum faceret eos succūbere, iō magis volebant mori viriliter pugnando, q̄ viuere Hebręis turpiter seruiendo. Credebant tñ necessarium esse alterū istorum fieri, & hoc sonant verba sequentia. s. ne seruiatis Hebręis: sunt aut ista verba exhortatoria, velut cū quis ex desperatione fortiter pugnat p̄eligēs, q̄ moriendū est magis viriliter, q̄ turpiter viuere. *Ne seruiatis Hebręis.* Hoc dicebāt, quia ex virtute Dei Hebręorum caperent facilliter Philisthim, quasi sine bello, & cogerentur seruire, ideo exhortant se inuicem, q̄ ēt si

F Deus Israel subiecerit eos Hebręis nō permittant se capi, vt seruiant, vel q̄ nō tradant se sub aliquo pacto, sed magis moriantur omnes viriliter, & quia hoc videbāt eis esse sub potestate eorū, hortabant se ad hoc. *Sicut, & illi seruiert vobis.* Reputabant. n. Philisthim pessimā conditionē viti esse seruītū: nec aliquid peius fortunam inducere posse, & cū infelicissima fors ista sit, adhuc infeliciores est, cū quis efficitur seruus eius, cuius añ erat dñs, & hoc propter duo. Primo quia grauior seruitus est, cū illi qui serui fuerunt, & sunt dñi recordati malorū, q̄ ptulerūt grauius affligāt afflictiores suos. Secundo quia ista seruitus est turpior: tanto enim aliquis vilior est, quāto magis descendit, sed nemo videtur magis descendere, q̄ q̄ efficitur eius seruus cui⁹ dominus erat: Hebręi autē seruiert Philisthinis tempore p̄terito, & adhuc seruebant, ideo grauius videbāt eis, q̄ subderent seruituti Hebręorū.

Effici seruus cuius erat dominus pessimum est.

Pessima Iudęorum conditio. Quęst. XIII.

In hoc autem apparet melior conditio Philisthinorum, q̄ Hebręorum egredientium de Aegypto: sepe enim dixerunt, q̄ voluissent magis viuere in seruitute Aegyptiorū, q̄ illa esset grauissima, q̄ venire in terram Chanaan subijciendo se periculis: sic patet Exo. c. 14. cū viderunt Pharaonē super se venientem, & dixerunt: Nunquid non erant sepulchra in Aegypto, & c. & Exo. c. 16. dixerunt: Vtinam mortui essemus in Aegypto, q̄ sedebamus super ollas carniū: simile Nu. 11. & 20. c. nec solum hoc, sed ēt cum audiissent, q̄ Chanañi erat gens dura dissonabant, vt redirent in Aegyptum iterum ad seruitutē: Nu. c. 14. & dixerūt ibi vtiā mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine: valde igitur erant animi degeneris, & seruilis: Philisthim autem erant viriles corde, vt patet ex verbis eorum: p̄eligerūt. n. mortem gloriosā pugnano p̄ Hebręos cōtra Dei voluntatem, & potestatem etiam si crederent se superandos, q̄ vitam miseriam sub hebraica seruitute, q̄ autem Hebręi seruirent Philisthinis satis manifestū est. Nam a multis temporibus ante hoc seruiert, & nunc quoque seruebant. Nam 18. annis seruiert post mortē Iair iudicis Israel, de quo Iud. c. 10. postea autem erepti de manu eorum per quosdam iudices inciderunt iterū in seruitutem ipsorum per 40. annos, de quo Iud. c. 12. quo expleto Samson index incepit aliquāter liberare Israelitas de manu Philisthinorū, sed non valuit penitus, nam & Israelitę propter mandatum Philisthinorum comprehenderunt Samsonē, & tradiderunt Philisthēis: Iud. c. 15. & ibi dicitur, q̄ illo tēpore Philisthim dominabantur Israeli, post mortem etiā illius 40. annis, quibus fuit iudex illi nō cessauit seruitus, nec etiam tempore Samuelis, & Saulis, vt declaratum fuit. s. in prin. c. q̄ Samuel tempore suo diminuerit istam seruitutem quantum ad aliquid accipiendo quędam loca de terra Philisthim, vt patet. 7. c. 7. *Confortamini, & bellate.* Replicatio sententię est semper exhortando se ad fortiter moriendum, & non turpiter seruiendum.

Expositio Nicolai in literam refellitur. Quęst. XIII.

NICOLAUS non videtur totaliter sequi istā expositionem dicens, q̄ non concordat ista litera, s. confortamini & c. quia hoc non videtur pertinere ad exprimendū timorē Philisthinorū propter Deū Israel, sed magis cōfidebant, q̄ Deus nō posset eis nocere, ideo dicit, q̄ secundū Hebręos non exponit sic ista litera, sed dicit, q̄ quidā de exercitu Philisthinorū habebant reuerentiā ad arcā domini

Domini, & timebāt q̄ aliqua mala eis infligi possent: erant enim deuoti circa arcam: & de istis exponunt primam partem literę superioris dicentes: & ingenerūt Philisthim vsque ibi: Quis nos liberabit de manu deorum istorum: inclusiue: alij autē de Philisthinis nullam habebant reuerentiā, nec timorem ad arcam, & isti contemendo dixerunt: hi sunt dii, qui percusserunt Aegyptum omni plaga, id est omni plaga possibili induci ab eis, q. d. tunc dii Israelitarum induxerūt super Aegyptios omnes plagas, quas inducere poterant, sed non potuerunt eos delere, ergo q̄ pugnent contra nos isti dii non poterunt nos subijcere Hebręis, & sequitur immediate verbum exhortatorium, s. confortamini & c. q. d. isti dii nō sunt potentes, ideo non timeatis de eis, sed habete spem bonam pugnando viriliter. Sed ista expositio non stat, quia diuidit in duos sensus istam literam, quę manifeste pertinet ad vnum sensum: potissimē cum non sit aliqua causa diuidendi eam, & cum dicit Nicolaus q̄ si exponatur ista litera de timore Philisthinorum non concordabit illa, s. confortamini & c. dicendum quōd immo multum cōcordat, quia Philisthim gemebāt, & erant quasi desperantes propter fortitudinem Dei Hebręorum, ideo dixerunt quōd confortarentur, vt viriliter pugnarēt, quia etiam si succumbere necesse esset, melius erat hoc viriliter moriendo quā seruituti se subijciendo: & hoc demonstrat litera, quę dicit ne seruiatis Hebręis sicut illi seruiert nobis, quę non potest exponi aliter conuenienter, nisi dicatur q̄ Philisthini credebāt se seruituti subijciendos, vel morituros: ideo p̄eligerunt viriliter pugnare, & mori magis q̄ subijci seruituti Hebręorum: & tamē si exponatur quōd Philisthini cōfidebant se non superandos, ista litera non agit ad propositum eorum: ideo redeundum ad primam expositionem.

Pugnauerunt ergo Philisthim. Hic ponitur secundū, scilicet arcę captiuatio: nam succubuerunt Israelitę, & fugiētibus eis in tabernacula sua relicta est arca in castris, quam acceperunt Philisthim: & dicitur pugnauerunt ergo Philisthim, id est quia propter desperationem exhortati sunt se inuicē, vt fortiter pugnant: pugnauerunt, etiam si putarent se morituros p̄ potentiam Dei Israel: erat tamen potius ē contrario: quia Deus Israel mouebat eos, vt fortiter pugnant: & sic occiderunt multos de Israelitis, alioquin si egissent remisse Philisthim, & confortarentur cōtra eos Hebręi vincerent illos: Deus tamen volebat contrarium propter peccata populi, & filiorum Heli.

Et casus est Israel. Id est multum vulneratus a Philisthim, & hoc non fuit extra aciem per agros, sicut in priori bello, sed in acie, quia confidebant Israelitę propter aduentum arcę se p̄ualituros esse, contra Philisthinos, ideo tam diu restiterunt, quousque viderunt Philisthinos multum superiores esse, & tunc fugerunt dimissis castris & arca. *Et fugit vnusquisque in tabernaculum suum.* Scilicet postquam multi perierunt de Israelitis videntes iam se non posse p̄ualere.

Quare Hebręi nō redierunt in castra, vt iterū pugnant contra Philisthinos sicut in p̄cedenti bello. Quęst. XV.

QUARE ET aliquis, quare Israelitę post quā cęsi sunt hic a Philisthinis non redierunt in castra, vt iterum pugnant contra eos, sicut fecerunt p̄cedenti bello: nam occisis quatuor millibus viroꝝ ceteri redierūt in castra. Respondendum est quōd in priori bello Israelitę modicum affligi fuerant, quia mox, vt bellum initum est fugerūt, paucique occisi sunt in acie, sed passim per agrū in fuga, vt patet supra in litera. Nunc aut plurimi perierant, i. triginta millia, vt patet infra, ideo Alph. Toft. In Primum Regum,

A erant nunc desperata res Hebręorum ad restaurādū bellum: redire autem ad castra est redire ad restaurandum iterum aciem meliori modo. Item p̄cedenti vice redierūt Israelitę in castra, quia cum multi essent putauerūt, q̄ ibi se possent tueri a Philisthim. Nunc aut bis superati nō confidebant se posse tueri. Item in primo bello redierūt in castra proponentes restaurare bellum, quia credebant q̄ adueniente arca esset eis firmissimum auxilium contra hostes: nunc vero cum p̄senti arca corruissent coram hostibus suis, & durius vulnerati essent q̄ prima vice, de reliquo nullum sperantes subsidium, fugerunt vnusquisque in domum suam. Item satis rationabiliter dici potest, q̄ hoc fuerit ex quodam motu Dei, qui maxime operatur circa ista magna: ipse enim volebat q̄ multi de Israelitis perirent propter peccata sua: & q̄ in priori bello perierant solum quatuor millia, mouit eos, vt redirent in castra ad hoc quōd iterum instaurato bello perirent multi, sicut & factū est: postq̄ vero in secundo bello perierunt triginta millia, de quibus in litera cum satisfactum esset Deo, noluit vt plures perirent: ideo mouit eos, vt redirent in tabernacula sua: nam si redissent in castra, iterum instauraretur bellum: & sic perirent adhuc plures de eis, cū Philisthim nimis confortati essent contra eos.

Et facta est plaga magnanimis. Dicitur hoc in comparatione p̄cedentis belli, quia in alio perierūt quasi quatuor millia: & in hoc triginta millia: alia tamē maiora bella fuerunt inter Hebręos, in quibus plures corruerunt de ipsis sicut cum pugnat Abias rex Iudę, & corruerūt de Israel, cōtra quos pugnat, quinquaginta millia virorum fortium, vt patet lib. 2. Paralipo. cap. 13. *Et ceciderunt de Israel triginta millia peditum.* Id est mortui sunt: nam cadere idem est quōd mori. Et non dicitur de peditibus, quasi de istis solis ceciderint triginta millia: & de equitibus ceciderūt aliqui alij, q̄ nō sunt numerati, vel q̄ nulli ceciderint de eis.

An in Hebręorum exercitu aliquid aliud esset p̄ter pedites. Quęst. XV.

SED vocantur pedites, quia omnes Israelitę tūc erant pedites: non enim erat vsus eorum, in equis, & curribus pugnare, quāquā alię gentes vterentur isto genere pugandi, sicut patet de Pharaone rege Aegypti, q̄ insecutus est Hebręos cum equis, & curribus contra mare Exo. cap. 14. Hebręi tamen non vtebantur isto genere pugne: ideo cum tempore Iosue acciperēt equos multos, & currus de spolijs populorum, quos debellabant, iubebat Deus, vt succenderent currus, & subneruaret equos, vt patet Iosue cap. 11. quod videtur esse propter duo, scilicet, quia Israelitę, si vterentur illo modo pugandi, q̄ fortissimus erat crederēt sibi victorias prouenire robore suo, & armorū strenuitate: vnde alienaretur a Deo. Voluit igitur q̄ taliter pugnant, q̄ victoria, nō possit attribui robori eorū, nec apparatusi bellico, sed bonitati Dei. Secundo dici pōt q̄ hoc faciebat, quia Israelitę erant inexperti circa ista, ideo non possent pugnare in curribus, & equis, sed pedites, vel forte quia erant pauperes, & nō possent habere equos: erant. n. magni precij, eo q̄ non erāt in terra illa, sed emebant a negociatoribus aliarum terrarum, sicut patet de Salomone infra 3. lib. c. 10. cum dicitur, & adducebantur equi Salomoni de Aegypto, & Choa: negociatores enim regis emebant de Choa, & statuto precio perducebant: emebatur autem quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti, & equus 150. Hebręi autem ante Salomonem erant pauperes p̄ter Dauid, qui cōgregauit diuitias magnas ex multis victorijs, iō q̄ vellēt nō possēt habere equos & currus ad opationē belli.

bellicam: & satis hoc rationale est. Nam ante Salomonem non legitur fuisse curus, & equi inter Iudaeos, Salomon autem congregavit numerum magnum equorum tam ad curus quam ad solam equitationem: sic patet infra 3. lib. cap. 4. & habebat Salomon 40. millia praesepia equorum curulium, & 12. millia equestrium. Et eo. lib. c. 10. congregavit Salomon curus & equites, & facti sunt ei mille curus & 12. millia equitum: Saul autem qui fuit primus rex Israel non legitur habuisse curus, & equites, nec habebat quin potius in principio regni sui ipse sequebatur boues in agro, ut patet infra c. 11. & postea procedente regno suo tam pauper erat ipse & ministri eius quam in toto Israel non reperiebatur gladius, aut lancea ad bellum: praeterquam arma ipsiusmet Saulis, & filius eius Ionathae, ut patet infra c. 13. De David autem quod dives fuit circa ienectutem suam propter multitudinem bellosu, in quibus acquisivit spolia copiosa, tamen non legitur pugnavisse in curribus & equitibus, sed pugna pedestri, Salomon autem ad augmentandum gloriam regni Iudaeorum assumpsit sibi equos multos, & curus, ut supra dictum est. Vocantur igitur hic triginta millia pedum, quia in exercitu non fuerunt nisi pedes sicut exequuntibus Israelitis de Aegypto dicitur fuisse numerus eorum quasi sexcentorum millium pedum: Exo. cap. 12. & tunc manifestum est, quod nulli equites ibi erant: sic etiam factum est hic. *Et arca Dei capta est.* Quia omnes fugiebant in tabernaculo suo virgine bello magno Philistinorum, ideo nec potuerunt reducere arcam nec curaverunt advertentes solum quomodo salventur per fugam. *Duo quoque filii Heli mortui sunt Ophni, & Phinees.* Isti duo erant in custodia arcae, quia erant sacerdotes Domini, & portaverant eam de Silo, ut patet supra. Nunc autem cum forte ipsi vellent custodire eam, corruerunt simul: sic enim praedixerat vir Dei, quod ipsi morentur una die supra cap. 2.

An duo filii Heli damnati vel salvi sint. Quae. XVII.

QVAERET aliquis de statu istorum duorum, scilicet an rationabiliter dici possit quod isti aeternaliter perirent, vel salvi sint: Aliquis respondit quod perierint aeternaliter, quoniam isti erant pessimi viri, ut patet supra cap. 2. cum delinquerent in caeremoniis Dei, & facerent peccare totum Israel. Item propter istos inducta est maledictio super totam domum Heli usque in sempiternum. Etiam de his praenunciatum est, quod una die morentur ambo & sic factum est: ideo videtur quod isti nimis delinquentes aeternaliter perierint. Respondendum est non esse negandum, quin isti nimis peccaverint, sed non inferuntur ex hoc, nec apparet rationabiliter dictum quod propter hoc perierint: quia postquam peccaverunt habuerunt tempora multa, in quibus de peccatis dolerent, & non perirent: potissimum quia isti viri mortui in actu virtuoso, scilicet in custodia arcae, & non fugerunt de bello relinquentes arcam, cum fortassis a principio potuissent fugere, & euadere, in quo ipsi merebantur morietes in gloria Dei sui, & honore populi Israel. Item quando arguitur quod isti mortui sunt, sicut de eis praenunciatum est non sequitur, quod aeternaliter perierint, vel quod usque ad tempus illud manserint in peccatis: multoties enim poena inest homini nullam habenti culpam, sed habuit alias: nec est inconueniens aliquod existentibus in magna charitate magnas inesse poenas, quia poena, & charitas non repugnant, sed malitia, & charitas: quod ergo isti habuerunt tunc poenam pro praeteritis sceleribus suis non arguit eos tunc habuisse scelera, nec aeternaliter perisse. *Currens autem vir.* Hic ponitur quartum, scilicet pro arca capta lamentatio: nam quod pro ruina magna facta in populo

Non est inconueniens existenti in charitate magnas inesse poenas, quia charitas & poena non repugnant.

F pulo nimis planxerint Israelites, acrius tamen fleuerunt pro captiuata arca, quia tunc crediderunt omne bonum recessisse ab eis: sic dicitur infra: Translata est gloria de Israel, eo quod capta esset arca Domini. *Currens vir quidam de Benjamin.* Iste vir fugit de acie, cum dicitur supra, quod fugit totus Israel singuli in tabernacula sua: ita & iste vir fugit: non tamen fugit iste in tabernaculum suum: quia iste erat de Benjamin, id est de tribu, & sorte Benjamin: & tamen venit in Silo, quae non erat in sorte Benjamin, sed in sorte Ephraim: hoc autem fecit, quia in urbe illa erat templum Domini, & sacerdotes, ut annunciarer eis si quid forte facere vellent, aut possent pro arca.

Fabulam de Saul, quod acceperit tabulas de manu Goliath refellit. Quae. XVII.

DE isto viro dicunt quidam Iudaei quod erat Saul, & addunt quod in bello iste vidit Goliath Philistinum eduxisse tabulas testimonij de arca, & rapuit eas de manu illius adduxitque in Silo, sed istud valde est fictitium: non enim videtur quod Saul tunc fuerit talis vir, ut posset in bello esse: quia adhuc esset paruus aetate: potissime, quia non auferet ipse, nec aliquis de Israel occurrere giganti viro, scilicet Goliath. Nam ipse temporibus David exprobrauit omnibus Israelitis quadraginta diebus clamans si quis auferet congregari cum eo singulariter, & nemo audebat in toto Israel, sed ipse rex Saul timebat eum nimis, & dicitur, quod omnes Israelitae cum vidissent virum fugerunt a facie eius timentes eum valde. De hoc infra cap. 17. quomodo igitur Saul auferet congregari cum viro ita potenti? Item quia quod auferet congregari non videtur quomodo ipse potuisset eripere de manu illius tabulas: magni enim roboris erat vir ille Philistaeus. Itaque quia non posset fugere vir iste de bello, si portaret secum tabulas, quia ille erat lapideus, & aliquanti ponderis. Item non videtur verisimile, quod immediate in bello aliquis aperiret arcam de Philistinum: nam ipsi cum magno honore tractauerunt eam ponentes illam in templo Dei sui, & adhuc tunc percutiebant, quanto magis hoc accidisset si eam inhoneste tractassent aperientes eam? nihil igitur horum est verisimile, sed Hebraica fictio est. *Ex acie.* Id est iste vir cucurrit fugiens de acie, sicut ceteri currebant fugientes de bello.

Venit in Silo in die illa. Scilicet die, qua percussus est Israel a Philistinum: hoc autem quia modicum distabat ciuitas Silo a loco belli.

Scissa veste, & conspersus puluere caput. Id est cum introiit in urbem annunciaturus calamitatem Israel, scidit vestimenta sua, & sparsit puluerem super caput suum. Hoc autem faciebat ad signandum magnum dolorem. Erat enim consuetudo antiquis, ut quando audirent aliquid durum, scinderent vestimenta sua significantes maximum dolorem: sic enim patet sepe in his libris Regum, & Paralipomenon, aliisque hitoricis veteris testamenti: legitur etiam mansisse ista consuetudo usque ad tempus Saluatoris. Nam cum duceretur Saluator noster coram Caypha principe sacerdotum, & ille dixisset, quod viderent filium hominis in nubibus caeli, sacerdos magnus demonstrans se nimis dolere tanquam pro blasphemia, scidit vestimenta sua: Matthaei cap. 26. nec solum faciebant hoc Iudaei in signum doloris magni pro rebus temporalibus, & quae ad ipsos attinebant, sed etiam si quando dolerent nimis de peccato, quod in Deum egerant, scindebant vestimenta sua, & induebant se sacco. Propheta tamen Iohel admonuit, ut scinderent corda sua, & non vestimenta sua quando

Mos Indaeorum fuit scindere sibi vestimenta pro magno dolore.

quando lugerent pro peccatis, ut patet Iohel. cap. 2. erat autem aliquid speciale, quando denunciabatur destructio bellica: quia non solum scindebant vestimenta: sed etiam conspergebant capita puluere: & hoc quod significabat adhuc durior dolor: sic niteretur factum est, quod venit nuncius de bello ad David nuncians quod perisset Israel in bello, ut patet infra 2. lib. c. 1. *Cumque ille venisset Heli sedebat super sellam contra viam spectans.* Postquam enim arca Domini ducta est de Silo in bellum Heli erat semper sollicitus pro arca, ne caperetur ab hostibus, ut dicitur immediate, scilicet erat enim cor eius pauens pro arca Dei, ideo sedebat semper expectans viam, qua veniebat de bello, ut audiret quid fieret de arca, & de populo. *Erat enim cor eius pauens pro arca Dei.* Heli cognouerat iniquitates filiorum suorum, & peccata populi: ideo timebat, ne ipsis peregrinibus in bello caperetur arca: unde contra eius voluntatem educta est de Silo, sed praualuit sententia populi, quia omnes iudicauerant esse arcam ducendam in castra, erat igitur pauens Heli pro arca, quia magis suspicabatur malum quam bonum: timebat enim pro filiis, de quorum periculo adhuc certior erat: quia praenunciatum fuerat sibi, quod una die morentur ambo supra c. 2. nunc autem credit hoc maxime posse fieri in bello, sed non tamen pro eis timebat, quia sciebat mortem filiorum suorum esse inuitabilem, vel tunc, vel postea, nec quidem communem mortem, sed violentam, quia alias non praenunciaretur, ut in poena: de arca autem Dei nihil praenunciatum fuerat, ideo timebat, ne forte peccata populi demerentur eam capi: potissime quia etiam si vtrique constaret sibi, ipse magis doleret pro arca, quam pro filiis: eo quod in arca erat corpus salus, & gloria totius populi. In duobus autem filiis suis nullum bonum Israelitarum erat, sed potius ipsi induxerant Israel ad peccandum, & meritis eorum prouenerat magna pars calamitatis huius. Apparet autem istud, quia cum per nuncium certissime cognouit occubuisse filios, & captam esse arcam, audita morte filiorum nihil dixit, nec mutatus est, mox tamen ut de arca dictum est totus tremefactus corruens de sella expirauit, ut patet infra. *Vir autem ille.* Scilicet ille, qui fugerat de bello, & venerat in Silo, postquam ingressus est nunciavit urbi. Scilicet antequam veniret ad Heli mox, ut introiit in urbem clamauit fugatum esse Israel, & captam arcam eiulatur magno dolens pro coram sibi, & alijs calamitate. *Et vlulauit omnis ciuitas.* Erat enim istud malum vniuersalis calamitas, ideo omnes vlulauerunt in caelum putantes se penitus fuisse confumptos. *Et audiuit Heli sonitum clamoris.* Erat enim Heli suspectus de negocijs belli certior ad mala sperandum quam salutem, ideo erat attentus si quid nunciaret, mox igitur, ut ciuitas clamauit ipse commotus est. *Dixitque quis est hic sonitus tumultus huius.* Audiebat enim Heli tumultum esse magnum, & lugubrem: tota enim plangebat urbs, & statim credidit esse sonitum pro aliquo malo magis pertinente ad bellum, quam ad aliquid aliud, distincte tamen nesciebat: ideo quaesuit. *At ille festinauit, & venit, & annunciauit Heli.* Ille, qui venerat de bello, venit ad Heli nunciaturus ista tanquam principi Israel: prius tamen quam ad eum venisset nuncius, tota ciuitas vlulabat: quia mox ut ille ingressus est urbem, clamauit bellicum infortunium, & ad vocem eius tota ciuitas vlulauit. *Heli autem erat annorum 98.* Istud ponitur ad designandum conditionem Heli morientis, & audientis nuncium, scilicet, quod ipse erat iam nimis antiquus ferè centum annorum, & non poterat videre, ideo cum venit nuncius ante ipsum, non vidit eum, nec dixit ei Heli, quis es, & unde venis? sed ipse nuncius cognoscens ceccitatem Heli praenuenit eum in verbis, ut sic sciret quis aderat, dicens: ego sum, qui fugi hodie de acie. *Et caligauerunt oculi eius.* Ista caligatio non erat ex egritudine. Alph. Toft. In Primum Regum.

A tudine, sed ex defectu aetatis, quoniam visus per temporis longitudinem hebetatur: quia fit mutatio magna in humoribus contentis intra pupillos oculi, in quibus est visus. *Et videre non poterat.* Scilicet, quod iam fere nihil videbat, ita ut non distingueret quid ante ipsum esset: nec enim aduenerat sibi ista caligatio nouiter, sed ex aliquantis temporibus. Nam quando Samuel puer existens praenunciavit malum istud futurum in domo Heli, iam Heli videre non poterat lucernam, ut patet praeced. cap. Quotidie tamen magis caligabat: ut ipse non posset praecoccupare in sermone eos, qui ad ipsum veniebant tanquam non cognoscens, sed illi praenuebant eum, ut cognoscerentur: & ita factum est hic de isto veniente de bello.

Et dixit ad Heli ego sum qui veni de praelio. Id est si aliquid vis inquirere de bello, inquire: quia ego sum certissimus nuncius calamitatis huius. *Et ego, qui de acie fugi hodie.* Id est ego sum, qui nouiter recessi de acie, quoniam hodie inde recessi: ideo possum scire quid euenerit: duplicantur autem ista verba hic ad placitum. In lamentationibus enim ad exprimentum misericordiam abundantius, & ad permouendum passionatius fit talis repetitio per synonyma. *Cui ille ait: quid actum est fili mi?* Caprat benevolentiam eius: ut enarrer sibi omnem veritatem. *Respondens autem qui nunciabat: fugi, inquit, Israel.* Id est ille vir, qui venerat de bello: inquit, id est, dixit fugi Israel. *Covam Philistinum.* Id est a facie Philistinum: scilicet quod non potuerunt Israelites sustinere faciem Philistinorum, & fugerunt ab eis vertentes terga. *Et ruina magna facta est in populo.* Scilicet corruerunt multi vulnerati, triginta millia, ut patet supra: non nunciavit autem iste de bello priori, in quo ceciderant quatuor millia virorum, quia de illo iam cognoscebat Heli cum ventum fuisset pro arca in Silo.

Insuper & duo filii tui Ophni, & Phinees mortui sunt. Isti perierunt custodiendo arcam, & fuerat mors istorum supra praenunciata, c. 2. *Et arca Dei capta est.* Hoc enim restabat, ut fugientibus Israelitis arca Dei caperetur. Nam a principio belli non fuit reducta de castris cum ad hoc ipsa ducta fuerit in castra, ut assisteret bello: fugientibus autem Israelitis nemo eam ducere potuit, nec curavit, quia erat impedita fuga. *Cumque ille nominasset arcam Dei.* Scilicet, quod immediate, ut audiuit Heli de arca, corruit: non immediate ut audiuit arcam nominari, sed ut audiuit quod capta esset: nam nominatio arcae, si nihil aliud adderetur, non erat sibi grauis. In quo apparet probitas viri huius Heli, qui vere erat vir bonus atque laudabilis: nam quamquam a principio ipse fuisset aliquantulum remissus circa filiorum correctionem, quia diligebat eos, & quia erat senex non potens eos corrigere, erat tamen desiderium illius sanctissimum circa Dei religionem: nam cum audiisset filios suos occubuisse, quasi nihil motus est: expectans quid diceretur de arca. Cum vero audiuit arcam captam fuisse elanguit cor eius, & non remansit in eo spiritus: atque totus velut palpitans, defecit: praelegisset enim vir iste sibi mortem, etiam si in aetate iuuenili fuisset, quam arcam captam fore: ideo nemini dubitandum est circa statum Heli, sicut de filiis suis, vel de quibusdam alijs. Nam istud desiderium & zelus maximus religionis, qui cum charitate erat, eo quod propter Deum erat, liberare poterat illum ab omni crimine: quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Cecidit de sella retrorsum. Consueverat enim Heli sedere in loco isto, scilicet apud ostium templi. Nam etiam quando Anna mater Samuelis introiit ad adorandum coram Domino pro filio, sedebat Heli iuxta portam templi, sicut nunc, ut patet supra c. 1. Corruit autem Heli de sella retrorsum, eo quod ipse sedes esset male fabricata: H 2 crant

erant enim altae, & post tergum nihil habentes, super quod sedes acclinare posset caput, aut aequaliter incubere: ideo cum Heli expansisset nimis, audita captione arce, desitutus viribus corruit per partem posteriorem sedis, cum nullum haberet retinaculum. Si vero sedes fuisset aliter fabricata, non potuisset corruere Heli, vel saltem corruisset per partem anteriorem sedis, quod non erat ita facile: hic tamen cecidit rorrorsum, id est per partem posteriorem sedis: & hoc fuit iuxta ostium, id est templi: quia apud portam templi sedere consuetus erat. Et fractis cervicibus mortuus est. Corruit enim Heli totus super caput suum, & fracte sunt ceruices, atque ruptum est caput, quod fuit quia sedes erat alta, alioquin non cecidisset totus super caput: etiam fuit hoc quia erat senex, & ponderosus paucas etiam vires habens: ideo suo pondere pressus occubuit. Et hic quidem fuit exitus Heli viri clarissimi sacerdotis magni, & iudicis Israel: non quidem tanquam ipse aliquid iniquum egisset, propter quod tam amara morte mulctandus foret, sed quia cum esset summus sacerdos, filiorum suorum in sacerdotio delinquentium nequitiam non correxit: quia ex officio sibi attinebat: Sic patet extra de Simonia, c. licet Heli. in quo satis apparet ex Dei vindicta, quod negligentia in prelati non est de minimis criminibus, sed sicut quis reus mortis est, si ipse aliquid morte dignum egerit, ita & si cum prelatus fuerit male agentes non correxerit, eadem morte mulctandus est. Senex enim erat vir & grandaeuus. Ista ponunt hic ad designandum modum mortis Heli, & causam propinquam, scilicet quod corruisset de sede, non sic cito mortuus fuisset, vel forte non periisset, si iuuenis fuisset, vel paruulus: erat tamen senex vir, & ponderosus atque viribus carens: ideo ipse a seipso occubuit. Dicitur autem grandaeuus quasi grandis aevi, id est magne etatis: erat. n. annorum 98. ut patet in litera: & ipse iudicauit Israel quadraginta annis, id est Heli fuerat iudex in Israel per annos quadraginta. De hoc, quia tempore Heli adhuc durabant iudices,

Iudices quo tempore caperunt. Quest. XIX.

INCIPIT enim tempus Iudicum post Iosue: nam tunc non erant reges in Israel, sed iudices, quos non habebant tamen potestatem, sicut reges: & isti non erant de aliqua certa tribu, vel familia, sed interdum de vna tribu, & interdum de alia ut apparet ex processu libri Iudicum. Fuit autem Heli de istis iudicibus erat enim summus sacerdos, & iudex: & ex hoc erat honorabilior, quam pertinebat ad ipsum totum regnum Israel tam in spiritualibus, quam in temporalibus: fuit autem factus iudex Heli post Samsonem sicut dicit Iosephus 5. lib. Antiquitatum. Et in diebus suis accidit id, quod enarratur de Ruth Moabitide: unde quoniam aliquis voluerit computare tempora post viginti annos, quibus iudicauit Samson, de quibus patet Iud. cap. 16. debet apponere annos, quadraginta quibus iudicauit Heli. Alioquin si vellet computare aliqua tempora post Samsonem pro his, quae enarrantur accidisse a c. 16. libri Iud. vbi que ad finem excedet in computatione temporum, quod patet si aliquis computauerit annos 480. qui dicuntur transisse ab exitu de Aegypto vsque quo Salomon incepit construere templum Domini infra 3. li. cap. 6. de quo ibi magis declarabitur. Fuit autem vir satis clarus Heli inter Israelitas & ab ipsis satis honoratus: nam ipse erat de familia Ithamar filij Aaron, ut declaratum est supra c. 2. q. 27. & 30. ad quam non pertinebat summum sacerdotium, sed ad familiam Eleazari: Israelitae tamen tribuerunt ei summum sacerdotium, & ipse fuit primus de domo Ithamar, qui suscepit sacerdotium summum, ut ait Iosephus lib. 8. Antiquitatum: nec solum hoc, sed etiam cum ante

Obitus Heli.

Heli qualis vir fuerit.

populi Israel videbantur esse quasi nulla pars, sed intolerabiliter doluit pro captione arce, quia illa capta non solum videbatur ei perisse omnes, qui in bello corruerant, sed etiam omnes, qui manebant, quia bonum eorum erat in protectione Dei, quae videbatur eis inesse ex presentia arce, & quamquam alia duo, quae hic dicuntur nimis afflixerint istam mulierem, magis tamen afflixit captio arce: nam pro illa imposuit nomen filio suo Icabod dicens translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei: & ab hoc nominauit filium suum: inglorium, in cuius effusione Icabod. Dicitur etiam de morte viri sui, quia pro hoc procul dubio flet: dicitur etiam de morte soceri, quia ista nimis eam contristauit, sicut mors viri sui. Nam viuente socero ipsa erat gloriosa, eo quod fignificat Icabod, & iudex in Israel: eo autem mortuo non manebat illi, in quo gloriaretur.

Inclinavit se ad partum, scilicet quia tunc nimis eam dolores tennerant. Irruerant enim in eam dolores subiti. Hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo quod antequam ista femina aliquod audisset occupata fuerat a doloribus partus, quia ut dicitur supra erat vicina partui, & licet illi dolores partui forent, ut ex ipsis ei periclitandum non esset: tamen increuerunt nimis auditis his, quae dicuntur hic, ita ut intolerabiles facti eam coegerint expirare. Alio modo intelligitur, quod ista femina non habebat aliquos dolores partus, quando audiuit ea, quae habentur hic quamquam esset vicina partui, quia tamen ista erant sibi auditu durissima supra quam dici potest nimio dolore commota est: & tunc quia ipsa erat vicina partui, ex illo nimio motu dolores partus insurrexerunt: qui aliam ita cito venturi non fuissent, & hoc est quod dicitur litera, scilicet, quod irruerunt in eam dolores subiti, quasi dicat quod aliam venturi non fuissent: & ob hoc erat subiti, id est insperati: & alij dolores coegerunt eam emittere partum, licet forte non maturum, & iste est sensus melior.

In ipso autem momento mortis eius. Id est dum ipsa expirare vellet non quidem tunc moriebatur, quia adhuc post hoc locuta fuit aliqua verba, quae habentur immediate; sed quia tunc erat morti propinquissima dicebatur esse in momento mortis.

Dixerunt ei, qui stabant circa eam. Scilicet, quia irruerant in eam dolores partus, aderant sibi aliqui exhibentes ministerium obstetricum, & illi locuti sunt, quae habentur hic.

Ne timeas, quia filium peperisti. Ista dicebant assistentes huic mulieri, ut consolarentur eam. Nimis gaudent feminae cum pepererint filios, ideo quaquam a principio dum periclitantur in partu nimis doleant, tamen postquam pepererint non recordantur amaritudinis suae: sic dixit Christus Ioan. 16. cap. scilicet, Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius, cum autem peperit puerum, non meminit pressuram propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Ista est igitur consolatio feminarum parientium, sic enim cum Rachel partens Benjamin periclitaretur: dixit ei obstetrix, noli timere, quia & hunc habebis filium: Gen. 35. Quae non respondit eis, nec animaduertit. Id est quamquam intellexisset illa, quo astantes conabantur eam consolari, tamen non respondit eis, nec aduerte re voluit consolari renuens, cum audierit tantam calamitatem Israel: erat enim iam sibi amara vita ducenda: ideo quae ei viuere daret, non elegisset superuiuere. Et vocabit puerum Icabod. Interpretatur Icabod inglorius, id est sine honore, quia tota gloria transferat ab Israel, ut patet immediate: & ipsa expressit hic causam nominis huius. De isto puero Icabod non legitur an superuixerit: fit autem mentio de ipso infra c. 14. cum dicitur Alph. Tost. in Primum Regum.

Icabod quare sic nominatus sit.

IPSUM nemo fuisset iudex in Israel de tribu Levi, ut patet ex processu libri Iudicum. vbi de quolibet iudice dicitur, de qua tribu fuerit; Heli fuit factus iudex, ut sic tota gloria Israel transfret in eum; sed quantum ipse fuit gloriosus, tantum filij eius fuerunt inglorij: quia non mansit eis summum sacerdotium, nec principatus iudicatiuus. De summo enim sacerdotio pronuntiatum fuerat quod non maneret in domo eius, sed Deus suscitaret sibi sacerdotem fidelem. De principatu autem iudicatio nihil dictum est: & tamen adhuc minori tpe mansit, quam summum sacerdotium in domo Heli. Nam post ipsam de tribu sua, & stirpe fuerunt alij sacerdotes, scilicet Achitob, Achimelech, & Abiathar, ut declaratum est supra cap. 2. Et tamen nemo fuit de stirpe sua iudex post eum, quia immediate Samuel fuit factus iudex, ut patet ex continuatione huius libri. Nam infra 7. c. agitur de principatu eius, non fuit tamen expressum tanquam in pena, quod filij Heli, & posteritas eius priuaretur principatu iudicatio, sicut fuit expressum de summo sacerdotio, cuius causa est, quia principatus iudicatio nunquam perueniebat propter genus, quia non erat determinatus ad aliquam familiam, vel tribum, sed quem volebant Israelitae facere super se iudicem, ille erat iudex, ut patet ex processu libri iudicum, ita ut nunquam reperiat inter omnes iudices Israel, siue boni, siue mali essent, quod aliquis filius succederet patri in principatu isto: praeterquam in Gedeone, cuius filius Abimelech per tyrannidem tribus annis datus est super aliqua loca Israel: de quo Iud. c. 9. ideo quod non peruenit principatus iudicatiuus ad filios Heli non erat eis aliqua pena, quia non priuabantur aliquo iure debito patri suo, vel familiae suae, quod autem non transfret ad filios principatus sacerdotialis erat pena, quia quod stirps Ithamar non pertineret summum sacerdotium, Deus tamen transfulerat in illam tribum Heli, & filij eius, & si illi nunquam peccauissent, mansurum erat sacerdotium in aeternum in domo ipsorum: sed ablatum est propter peccata, ut patet supra cap. 2. Nurus autem eius vxor Phinees praegrans erat. Hic ponitur mors nurus Heli, postquam descripta fuit mors Heli, vtriusque enim mors ex eadem causa accidit, scilicet, quia nunciata est calamitas Israelitarum, & captio arce: erat autem ista vxor Phinees: habuit autem Heli duos filios, & vterque habebat vxorem: sed vxor Phinees mortua est: erat autem iste Phinees summus sacerdos loco patris, & mortuo patre ad ipsum peruenire debebat & ad posteros eius, quod patet quia mortuo Heli & ipso Phinees ad filios Phinees peruenit summum sacerdotium: nam Achimelech fuit summus sacerdos infra c. 22. & Abiathar filius Achimelech, 1. Paralip. cap. 24. sed Achimelech erat filius Achitob infra c. 22. & Achitob erat filius Phinees, ut patet infra c. 24. ergo ad filios huius Phinees peruenit summum sacerdotium eo tempore, quo mansit in domo Heli. Vicinaque partui. Ponitur causa mortis huius mulieris, scilicet quia erat propinqua partui: & dolores irruentes in eam simul cum ipsa amaritudine ex aduersitate fortunae eam nunciata fecerunt eam occubere: si autem fuisset sola amaritudo ex eis, quae audierat non potuisset mori: sed illa fuit causa minus propinqua: dolores autem partus qui irruerunt in eam subito fuerunt causa immediata mortis eius. Audito nuncio quod capta esset arca Dei. I. postquam audiuit, sicut audierat tota ciuitas, quae vlulabat ad aduentum viri de Benjamin. Et mortuus esset socer eius, & vir suus. Ista enim omnia quasi simul nunciata sunt ipsi nurui Heli: ideo eam nimis permouerunt. Ponuntur autem hic tria, quae principaliter eam mouerunt, quia quodlibet ad ipsam nimis attinebat: non enim ponitur hic de ruina magna populi, sed quod periissent triginta millia: quia aliam bella acciderant, & mortui fuerant multi de Israel. Etiam quia illi respectu totius populi

Mors vxoris Phinees.

ACHIAS filius Achitob fratris Icabod filij Phinees portabat ephod: sed ex hoc non apparet an ipse superuixerit, forte dicitur quod non superuixit: quia erat partus immaturus: non enim tunc partitura erat mater eius, sed praerangustia narratorum irruerant in eam dolores subiti, ut patet hic: Tales autem non solent superuiuere: nec quidem arguitur istud, eo quod mater in partu mortua est, quia aliam femina interdum maturum emittentes fetum periclitari solent: & tunc periclitatio matris ad filium nihil pertinet, sicut patet de Benjamin, in cuius effusione propter difficultatem partus Rachel mortua est, ipse tamen superuixit, ut patet Gen. cap. 35. Icabod tamen erat partus immaturus: ideo ex hoc verisimile est, quod perierit. Dicens translata est gloria de Israel. Hic ponitur ratio huius nominis: ipsa enim cum vocauerit puerum nomine insolito, scilicet Icabod, id est inglorius assignauit causam, quia translata est gloria Dei ab Israel in alias gentes: ideo iam iste puer erat inglorius, quae nascebatur eo tempore quo recesserat gloria, & fuit ista notatio ex accidentibus temporalibus: sic. n. Phaleg filius Heber vocatus est Phaleg, id est diuisio, quia in diebus eius diuisa est terra, scilicet diuisa est lingua hominum, quae vnica erat per multas: sic patet Gen. cap. 10. cum dicitur quod Heber vocauit filium suum Phaleg: quia in diebus eius diuisa est terra, & vocauit ista mulier filium suum ex eo quod sibi praesens erat, scilicet recessu gloria: sic enim Rachel moriens vocauit nomen filij sui Benoni, id est filius doloris mei, quod postea a patre vocatus est Benjamin, id est filius dextrae. Quia capta est arca Domini. Ista est causa quare transfret gloria Dei ab Israel in alias gentes: erat. n. tota gloria & honor Israelitarum super alias gentes, quod Deum suum habebant inter se praesentem, & respondentem ad oia, quae ipsi quaererent. Quod autem ista esset gloria eorum, patet Deuter. c. 4. v. Ut audientes vniuersi, dicant: eu populus sapiens, & intelligens. gens magna: nec est alia natio tam grandis, quae habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Praesentia autem ista Dei maxime manifestabat in arca, quia quae sacerdos magnus in rationali, quod portabat in pectore suo acciperet a Deo responsione omnium, quae inquirebat, ut declaratum est cap. 28. & patet infra 23. & 30. tamen istud non fiebat in voce, nec erat ipsi aliqua specialis Dei assistentia. In arca autem erat specialis Dei assistentia, quam super propitiatorium arcae inter duos Cherubin erat angelus Domini in assumpto corpore de aere: & respondebat ad omnia, quae inquirebat summus sacerdos ingrediens in sancta sanctorum, ut declaratum est Exo. c. 25. & Leuit. 16. Ideo inter Hebraeos in maximo honore erat arca Dei, quia erat in loco secretiori sanctuarij, scilicet in sancta sanctorum, & non introibat illuc quisquam, nisi summus sacerdos: & iste non semper, sed sola semel in anno alioquin moreretur: & tunc quando ingrediebatur faciebat multas caeremonias, de quo Leuit. 16. & ad Hebr. c. 9. Etiam nemo de toto populo debebat videre illam arcam nudam, quam produceretur extra sanctuarium, alioquin moreretur: ut patet de Bethlamitibus infra cap. 6. Etiam Leuitae non poterant eam tangere, nec videre, quam erat nuda alioquin morerentur: Nu. c. 4. Nunc autem quia transferat arca ad Philistinios dicebatur transfret gloria Dei de Israel. Et istud nomen Icabod siue inglorius maxime conueniebat huic puero, quia ipse erat de genere sacerdotum magnorum. Nam pater suus Phinees erat sacerdos magnus pro patre, ut dictum est: & respectu istorum erat maxime arca gloria Israel: quia ipsi erant, qui ingrediebantur soli ad arcam in sancta sanctorum, & ibi a Deo inquirebant quod volebant, & recipiebant responsum. Iste autem puer quamquam esset summus sacerdos, quia tamen iam non erat arca Dei in populo, fuit.

H 3 rus

rus erat inglorius, ideo vocatus est Icabod. Et pro so- gero suo, & pro viro suo ait translata est gloria Dei ab Israel. Aliqui exponunt istam literam dicentes quod ista mu- lier dixit translata esse gloria ab Israel propter duo, scilicet propter arcam & propter focerum & virum suum: & hoc patet quia bis dicitur hic translata est gloria Dei ab Israel, & primo dicitur quod capta est arca, & secundo dicitur quod pro focero suo, & pro viro dixit translata est gloria Dei ab Israel.

Quare bis dixit translata est gloria Dei ab Israel, Quæst. XX.

Sed ista expositio non stat: primò quia im- mediatè subditur causa huius, cum dicitur, eo quod capta esset arca Dei, & sicut bis dicitur transla- ta est gloria Domini: ita bis dicitur, eo quod capta esset arca: ergo non pro morte foceri, & viri dixit trā- lata esse gloriam. Item si pro his intellexisset, non di- xisset translata est gloria Dei ab Israel, sed perijt gloria Dei in Israel: nam focer suus in Silo mortuus est ad ostium templi, vt patet supra: vir autem eius mortuus fuit in bello: & hoc fuit in terra Israel, quod tamen trā- latum est de vno loco ad alterum mutatum est, ergo non intelligitur pro his. Item quicunque aliquid trā- fertur, illud manet, quod non in eodem loco, vbi prius erat, sed focer huius feminae, & vir illius non manebat, quia mortui sunt, ergo non intelligitur de ipsis. Item quia, licet ista non flarent, adhuc non posset dici quod trāserit gloria Dei ab Israel propter mortē Phinees: de Heli enim aliquo modo posset dici, eo quod ipse fuit vir gloriosus in Israel iudex & summus sacerdos, & sine crimine: de Phinees tamē filio eius non dicitur, quin potius ipse erat dedecus Israel: peruerterat enim cæ- remonias sacerdotalis officij ipse cum fratre suo Ophi- ni, & dormiebant ambo cum mulieribus excubanti- bus ad ostium tabernaculi, vt patet supra cap. 2. vnde propter eos omnia mala hæc venerunt. Exponitur igitur de arca Dei, scilicet translata est gloria Dei ab Israel: quia translata est ad Philistinos. Cum autem di- citur pro focero suo, & pro viro, dixit translata est glo- ria Domini. Non est sensus quod isti essent gloria Do- mini & isti trāssissent, sed quod respectu istorum dicebat trāssisse gloriam: non enim erat æqualiter arca Dei glo- ria Israelitarum respectu omnium, sed magis erat re- spectu illorum qui habebat maiorem propinquitatē ad ipsam, & qui propter eam erant gloriosi. Istud au- tem conueniebat solis summis sacerdotibus, quoniam alij sine sacerdotibus, siue non sacerdotes, non introibant in sancta sanctorum ad loquendum Deo sedenti su- per arcam. Etiam summi sacerdotes habebant ma- ximam gloriam in toto populo, & abundantissimos redditus, vt declaratum est Exodi 25. cap. hoc autem solum erat propter arcam, quia in hoc differebant sa- cerdotes summi a minoribus, quia summus sacerdos poterat introire in sancta sanctorum, & facere cæ- remonias sacrificiorum diei illius, in quo ingrediebatur in sancta sanctorum. Cæteræ autem ministraciones communes erant summo sacerdoti, & minoribus: de hoc Leuit. cap. 16. & satis latè declaratum fuit Num. 18. cap. Et sic erat gloria sacerdotum magnorum in arca. Nunc autem quia translata erat arca ab Israel non manebat aliquid, in quo summi sacerdotes differerēt a minoribus quantum ad ministraciones sacerdoti- lem, ideo respectu ipsorum transferat gloria Dei ab Israel: ita vt intelligatur translata est gloria Dei ab Israel, id est a summis sacerdotibus, & quia focer hu- ius feminae, scilicet Heli, & vir eius Phinees erant summi sa- cerdotes, pro eis dixit quod translata erat gloria Dñi ab Israel, id est ab eis. Et etiam puer ille, qui natus est vocatus

Fest Icabod, i. inglorius, quia licet susciperet summum sacerdotium post patrem suum, tamē inglorius erat, quia iam translata erat arca ab Israel, respectu cuius iste habiturus esset honorē. *Et quod capta esset arca Dei.* Ista mulier loquebatur tanquam arca nunquam reditura esset ad terram Israel, ideo propter captiuitatē eius dicebat omnes sacerdotes magnos iam futuros inglorios: sed pauco tempore mansit arca in terra Philisthij: quia coacti sunt eam reddere Philisthini cum fieret in eis plaga magna, vt patet seq. cap. Fuit autem ibi septem mensibus, vt patet infra cap. 6.

CAP. V.

HILISTHIIM autem tulerunt arcam Dei, & asportauerunt eam a lapide Adiuutorij in Azotū. Tuleruntque Philisthij arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon.

Philisthij autem. Cum descripta fuerit supra arce captiuitio, hic subditur eius per omnes vrbes Philisthinorum deportatio: fiebat autem ista deportatio propter plagā magnā, quæ erat super vrbes, in quas introibat arca. Desiderabant enim nimis Philisthij tenere apud se arcam Dei: non quidem tanquam ipsi adorare cuperent Deum Hebræorum, sed quia audierant magna- lia, quæ fecerat Deus Hebræorum super Aegyptios, & sciebant quod in fortitudine Dei huius conhidebāt nimis Israelitæ contra alias gentes, & quia Philisthini erant hostes Iudæorum si derinerent apud se arcam Dei credebant quod auferrēt Iudæis occasiōē con- fidendi contra ipsos, & sic subicerentur eis: ideo retinere arcam penes se erat Philisthinis aliquid precio- sum: non potuerunt tamen, quia Deus aggrauauit super eos manum suam, & coacti sunt remittere illā, sicut patet hic: & secundum hoc diuiditur istud capitulum in tres partes. Primo describitur percussio Azoti, secundo totius populi, tertio super hoc congregatio consilij. Secunda ibi. *Videntes autem.* Tertia ibi. *Miserunt itaque.* Circa primum dicitur. *Philisthij autem tulerunt arcam Dei.* Scilicet acceperunt eā de loco castrorum Israelitarum, & portauerunt in terram suā. Cum enim fugisset vnuersus Israel singuli in tabernacula sua, vt patet præc. cap. miserunt castra eorum vacua, & cum inquirerent Philisthij spolia inuentā arcam inter illa portauerunt in terrā suam: repu- tabant eā esse spoliū preciosissimū, quod patet ex ho- nore, quæ impenderunt ei. Nam non posuerunt eam in aliquo loco profano, sed in templo maximi Dei eorū, scilicet Dagon, & apud ipsum Deū constituerunt eā, vt patet infra. *Et asportauerunt eam a lapide Adiuutorij in Azotum.* Lapis adiuutorij erat quidam locus in terra Israel, in quo erant castra Israelitarū, vt patet præc. c. Et vocatur etiā iste locus hic lapis Adiuutorij participationē sicut ibi: quia non fuit locus sic vocatus vsque ad tpa Samuelis, vt patet infra cap. 7. quia tamē ista scripta sunt multo tpe postq̄ gesta fuerunt potuit fieri anticipatio, vel recapitulatio. Dicitur quod portata est arca in Azotū, quia ista est vna de ciuitatib⁹ nobilissimis totius terræ Phi- listhinorū: sunt enim quique ciuitates principales in terra Philisthij, quæ hñr seq. c. de quibus est vna Azotum: erant enim istæ ciuitates regales, quoniam terra Phi- listhij diuisa est in quinque regulos, vt patet Iosue c. 13. & ponunt ibi iste quinque ciuitates hñtes singulos reges.

Lapis ad iutorij.

Quo-

Quomodo Philisthij accipiendo arcam non sunt mortui, cum nemini liceret eam tangere. Quæst. I.

Quæret aliquis quomodo Philisthij non mortui sunt cum acceperunt arcam Dei: nam nemini licebat eam tangere, nisi his, qui ordinati erant a Deo ad eam tangendum, & si illi aliter tangerēt quàm constitutum erat, morerentur, sicut ceteri, vt patet Num. cap. 4. & appa- ret maxime, quia quando venit arca Dei de terra Phi- listhij, & viderūt eam Bethsamitæ mortui sunt plu- rimi, vt patet seq. c. ergo pariter mori debebant Phi- listhij cum eam acceperunt. Respondet aliquis quod non perierunt: quia ipsi non discooperierunt arcam, sed sicut inuenierunt eam velatam, ita portauerunt in terram suam: Bethsamitæ autem discooperierunt eā, & viderunt nudam: ideo mortui sunt. Sed dicitur quod adhuc non stat istud: nam non solum si quis videret arcam nudam moreretur, sed etiam si tange- ret eam velatam portado illam, vel aliās, dum tamen non pertineret ad eam portatio: erant autem in po- pulo Israelitico distincti Leuitæ ad portandum res sanctuarij, & specialiter Chaatitæ erant determinati ad portandum arcam: Num. cap. 4. si quis autem de extraneis, scilicet de non Leuitis vellet portare arcam Dei, vel quocunq̄ facere alia ministeria Leuitica morie- batur: sic patet Nu. cap. 1. si quisquis externorū accesserit, occidetur: sed Philisthij non erant de ge- nere Leuitarum, ideo ipsi morerēt si tangerent ar- cam, etiam si esset velata: simile patet de Oza, qui te- nuit arcam Domini, ne caderet, quado portabatur de Cariathiarim in domum Dauid, & percussit eum Do- minus infra 2. lib. cap. 7. & primo Paralip. 13. de isto autem Oza dicit Iosephus lib. 7. Antiquitatum, quod non erat de genere eorum quibus licebat tangere ar- cam, ideo mortuus est. Philisthij autem erant hu- iusmodi: ideo mori debebant. Respondendum est quod Philisthij non percussi sunt quando tulerunt ar- cam, siue dicamus quod eam nudam tulerint, siue oper- tam: & loquendo rationabiliter non debebant ipsi puniri a Deo quomodocūque portauissent arcam in terram suam, quia quod moreretur aliquis tangens nu- dam, vel operatam arcam, vel videns eam nudam, solū erat ex lege Dei. Si enim non fuisset posita lex de cu- stodia, & honore arce, licuisset omnibus videre illam: & nemo moreretur tangendo, vel videndo, sed quia lex posita fuit non licuerunt ista: lex tamen posita non obligat ad bonum, vel ad malum, nisi eos, super quos ponitur: sicut ait Apost. ad Roma. cap. 3. scimus autē quoniam quæcunq̄ lex loquitur ijs, qui in lege sunt, loquitur, sed non fuerat data lex ista de custodia, & ho- nore arce Philisthinis: ergo qualitercunq̄ ipsi teti- gissent, aut vidissent illam eis non erat obligatio ad pu- nitionem. Item ex alia ratione non debuerūt puniri, quia dato quod ista lex obligasset Philisthinos, & oēs gē- tes, non agerent ipsi iniquum aliquid, & dignū pena portando arcam, quia quoniam aliquis agit quantum in se est, vt sciat si peccat, & non potest stare, etiam si agat id, quod in se est malum, non est ei ille actus imputabilis. Philisthini autem erant huiusmodi, quia ipsi nescie- bant leges Hebræorum de reuerentia, & custodia ar- ce; ideo quod tractaret ab eis aliter quàm debebat, non erant puniendi. Item Philisthini non erant digni pe- na, quia erant nimis deuoti circa venerationem arce; quod patet quia impenderunt ei maximum honorē, quem impendere poterant, scilicet, quia posuerunt eam in loco sacratissimo totius terræ suæ, scilicet, in templo Dei magni Dagon: nec solum hoc, sed etiam constituerunt eam æqualem Dagon, vt patet infra in litera: vnde non poterant ipsi Israelitæ magis

Risio ali- quorum.

Risio au- storis.

Alph. Tost. in Primum Regum.

A honorare arcam, quod honorauerunt Philisthij: non fue- runt igitur punibiles pro hoc. Item Deus ad hoc fe- cerat deduci arcam in castra quæ Israelitæ non intelle- xerant, vt traderetur in manibus Philisthinorū, & ex hoc sequeretur postea gloria Dei, sed hoc non poterat esse, nisi Philisthij arcam impune tractarent portan- tes in terram suam, ergo non debuit Deus eos punire pro contactu arce. Ad rationes autem in trium ridentur: & ad primam cum dicitur quod Philisthij non erant de Le- uitis, quibus solis licebat tangere arcam: dicendum quod ista lex data fuerat Iudæis; ideo solū obligabat inter Iudæos, vt patet ad Roma. c. 3. & sic Philisthij quo- modocunq̄ tractarent arcam non peccabant. Ad secundam rationem, cum dicitur quod debuerant puniri, si- cut Bethsamitæ: & fuit risum quod Bethsamitæ viderūt arcam nudam, & Philisthij viderunt eā cooper- tam solum: dicendum quod hoc nihil refert: siue enim vidissent illam nudam siue operatam non peccabant ex omnibus rationibus supra datis: Bethsamitæ autem peccabant, quoniam ipsis data fuerat lex, cum essent de Iudæis, & ligabat illos: ideo non debebant videre arcam, nec tangere eam, nisi sicut lex determinasset. Item peccauerunt Bethsamitæ: quia tractauerunt ar- cam irreuerenter, scilicet discooperiendo eā, vt colligitur sequen. cap. vbi dicitur quod puniti sunt, quia viderunt arcam, sed si vidissent eam operatam nemo percuteretur: quia hoc licebat cuilibet de populo, sicut patet quod duce- batur per desertum in itinere: etiam postea in terra promissionis quando portata fuit septem diebus in circuitu vrbs Iericho Iosue cap. 6. & quoniam fuit ducta de domo Aminadab de Gabaa in ciuitatē Dauid: quia ibi totus populus erat, sed nemo mortuus est nisi quidam, qui eam detegit infra seq. lib. cap. 6.

Ad rōnes primæ opti- nionis.

Ad secun- dam.

Quare Deus percussit Philisthij plaga propter arcam cum ipse permisit accipi eam. Quæst. II.

Quæretur vterius cum Deus permisit arcam capi in bello a Philisthinis, & portari in terrā ipsorū, quare postq̄ fuit inter ipsos percute- bat eos plaga magna, vt patet in litera: potuis- set enim Deus aliter facere quod arca dimitteretur a Phi- listhinis. Respondendum est quod Deus voluit seipsum demonstrare Iudæis, & Philisthinis vtriusque reddendo quod merebantur. Iudæi enim, qui colebant Deum Israel, & tamen nimis offenderant eum, merebant, quod traderentur in manus hostium, & non liberarentur propter presentiam arce: alioquin eorum iniquitas semper esset impunita, & non arbitrarētur se esse pec- catores, cum vero presente arca ipsi percussi sunt, & arca capta est, & ipsi sciebant quod potuisset Deus presen- te arca liberare eos, cognouerunt manifeste, quod fiebat propter eorū iniquitates, ideo quantum ad hoc neces- saria fuit captio arce & destructio, vel percussio magna Iudæorū. Rursus autē fuit conueniens, vt Philisthij percuterentur existente arca in terra eorū, & hoc per duo. Primo ne ipsi asciberent victoriam contra Iu- dæos, & arcam Dñi fortitudini suæ, & deorum suorum, & quod tenebant eam captam: nam putabant illam arcam esse Deum Israel, vel aliquid latēs intra illam cum di- xerint præc. cap. venit Deus in castra, & iterum quis nos liberabit de manu deorum istorum sublimium: erat autē ista magna ignominia Dei Israel, scilicet quod Phi- listhini crederent quod habuerāt victoriam contra illum: decuit igitur nimis, vt cum ipsa esset in terra eorū mon- straret potētiam suā super eos, & super deos ipsorū: sic. n. fecit; nam primo humiliavit corā se Dagon deū Azoti, & ad vltimū confregit caput, & manus illius: postea in- durauit manū suā super viros Azoti percussit eos plaga magna, ita vt egerent remittere arcam ad alias vrbes,

H 4 & con-

& confitebantur, quod Deus Israel aggrauabat manum suam super eos, & super Deum suum. Secunda causa fuit, & potissima, vt Philisthini remitterent arcam Domini ad terram Israel. Nam licet Deus ad tempus deseruisset Israelitas non adiuuans eos, tamen nolebat deserere in aeternum, & quia sanctificatio sua inter Israelitas erat arca, voluit quod reduceretur in terram Israel, sed Philisthini nullo modo dimitterent arcam, nisi mors omnibus instaret, quia desiderabant eam nimis tenere, vt supra fuit declaratum: ideo dicitur quod punirentur a Deo ad hoc quod cogere-
rent remittere arcam in terram suam; aliam enim nunquam remississent: sic autem factum est, quia cum omnibus Philisthinis mors instaret vulneratis singulis ciuitatibus consilio inuito miserunt arcam in terram suam, sicut patet sequen. cap. aliter autem non potuissent eam habere Hebraei, quia non erant potentes destruere bello omnem terram Philistinorum ad accipiendum inde arcam Dei sui. Sed adhuc dato quod Deus vellet dare Iudaeis totam fortitudinem, vt ipsi recuperarent arcam de terra Philistinum per bellum: non conueniebat, vt infra declarabitur: ergo debuit punire Philisthinos cogendo illos ad reductionem arcae.

Quare Deus permisit arcam portari in terram Philistinorum Iudaeis in bello superatis. Quaes. III.

Quare Deus permisit arcam portari in terram Philistinorum destructis Iudaeis in bello: nam praeter hoc potuisset Deus ostendere praedicta duo, quae ostendit, scilicet potuisset punire Hebraeos immeritos saluari praesente arca, scilicet, quod quamquam Hebraei deduxissent illam in castra, cederentur a Philisthinis in praesentia illius magis quam cum ipsa non erat in castris, & quod omnibus Hebraeis partim occisis, & partim fugientibus ipsa maneret nullo custodiente eam in castris: ibi autem poterat rursus demonstrare magnitudinem suam Philisthinis, scilicet, quod cum accederent aliqui Philisthini ad capiendum arcam, morerentur coram ea, ita vt cogere-ntur illam relinquere in castris. Respondendum est, quod non fuit iste modus conueniens ad demonstrandum duo praedicta, scilicet peccatum Iudeorum, & potestatem contra Philisthinos. Nam licet primum conuenienter monstraretur, tamen secundum non conueniebat. Si enim sic morerentur Philisthini, & cogere-ntur dimittere arcam in castris, non paruisset magnitudo Dei contra Philisthinos respectu Iudaeorum, nec respectu Philistinorum. Patet primo respectu Iudaeorum, quia licet morerentur multi de Philisthinis volendo capere arcam, & ad vltimum dimitterent: & Hebraei postea venientes inuenirent eam in loco castrorum non putauissent hoc accidisse, quasi non potuerint Philisthini eam portare, cum non viderent ad hoc sufficientem probationem: & dato quod reperirent aliqui de Philisthinis mortui coram arca non arguerentur sufficienter quod illi perisissent, quia voluissent tangere arcam, sed ex alijs causis, & dato quod Hebraei possent habere aliqualem praesumptionem; de hoc tamen sufficientem certitudinem non haberent. Itaque dato quod Hebraei credidissent quod arca Dei sui hoc fecisset: tamen non constaret Philisthinis, quia aut omnes Philisthini morerentur volentes accipere arcam, aut aliqui eorum solum. Si autem oes caeteri, qui manerent in terra Philistinorum, qui non venissent ad bellum putauissent, quod oes gladio Hebraeorum corruerant, & non accipissent hoc fortitudini Dei Israel.

Si vero quidam ipsorum solum morerentur volentes capere arcam, alij autem recederent in terram suam relicta

arca, adhuc non esset manifestum inter Philisthijm, quod Deus Hebraeorum occidisset illos, sed vt non darent gloriam Deo Hebraeorum fingere illos perisisse bellice. Itaque qualitercumque aliquis de omnibus his aestimare velit, tamen adhuc manet quod Deus non demonstrasset fortitudinem suam ita abundanter super Philisthinos, sicut monstrauit, si non fuisset ducta arca in terram eorum: Nam solum occidisset eos, qui erant in bello. Nunc autem non solum eos, qui ad bellum inierunt, sed etiam eos, qui manserant in singulis ciuitatibus: nam fuit plaga vniuersalis in tota terra Philistinorum, vt patet seq. c. Item licet Deus monstrasset modum praedictum fortitudinis suam super Philisthinos, tamen non haberet occasionem ad monstrandum super Deos eorum. Nunc autem etiam super Deos ipsorum fecit magnalia, vt patet de Dagon, qui iacuit pronus coram arca, & postea manus cum capite abscissae sunt, ideo fuit conuenientior iste modus ad demonstrandum duo praedicta, quam aliquis alius.

Quare Iudaei non acceperunt arcam de terra Philistinum pugnando. Quaes. IIII.

Quare Iudaei non acceperunt arcam de terra Philistinum pugnando, sed sicut Philistinum pugnando de terra Israel, ita Israelitae pugnando reducerent eam in terram suam. Respondendum est quod Hebraei non erant tanti roboris, vt possent expugnare totam terram Philistinum ad recipiendum inde arcam, nec solum hoc, immo nec erant potentes ad defendendum se ipsos in terra sua, vt patet in duobus bellis in cap. praeced. Sed dicitur, quod sicut Deus miraculose coegit Philisthinos reducere arcam in terram Israel, ita daret miraculose vires Iudaeis ad expugnandos Philisthinos & capiendum arcam. Respondendum est, quod non conueniebat per bella, vel quasi: alioquin nullo modo illi eis daret, sed Deus nolebat quod periret oes Philisthijm: illos enim relinquebat ad hoc, quod si aliqui peccarent Israelitae illi ingrauerent manum suam super eos: etiam relictis sunt ad exercitationem, vt Iudaei haberent hostes, cum quibus pugnarent, ne penitus in eis bellica virtus languesceret: iste n. cau. habentur in libro Iudic. De prima patet Iud. c. 2. f. Quomodo nolui delere eos a facie vestra, vt habeatis hostes, & dii eorum sint vobis in ruinam. Et iterum ibidem: Ego non delebo gentes, quas dimisit Iosue, & mortuus est, vt in ipsis experiat Israel: vtrum custodiatur via mea, & ambulat in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non. Secunda causa patet Iudic. ca. 3. f. Haec sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israel, & oes, qui non nouerunt bella Chananaeorum: & postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem praedictam. Et subditur quinquaginta paras Philistinorum &c. Patet igitur quod debuerunt dimittere Philistinum ad exercitationem Iudaeorum. Alia causa fuit, quia non erat conueniens, quod Israelitae eriperent Deum suum de manu hostium, sed magis ipse liberaret eos, reputabat enim oes gentes quod arca Dei erat Deus Israel, & sic cum erat apud Philistinum putabant Deum Hebraeorum esse captiuum: si autem Hebraei liberauissent eum bello, putauissent gentes, quod Hebraei liberauerant Deum suum de manu hostium, in quo quantum ad estimationem gentium appareret quod non erat maioris virtutis Deus Hebraeorum, quam dii aliarum gentium, sicut dii gentium egebant cultorum suorum ope, vt ab oibus in eodem modo liberarentur, ita egeret Deus Hebraeorum. Fuit igitur conueniens, quod liberaret seipsum Deus Hebraeorum de manu hostium, premendo illos, nec recipiendo ope cultorum suorum ad hoc, vt manifeste cognosceret gentes istum Deum differre, a caeteris in potestate: & ista est potissima ratio.

Quare

Quare Philistini tantum desiderabant tenere arcam Dei. Quaes. V.

Quare Philistini tantum desiderabant tenere arcam Dei apud se, vt propter eam exponerent se amarum morti, fieretque in regione eorum plaga magna.

Respondenti poterit, quod hoc faciebant, vt nimis dominarentur Iudaeis: erant enim Philistinum hostes Iudeorum ab antiquo, ideo desiderabant delere totum genus eorum, vel subijcere illos in seruitutem, & quia Iudaei confidebant nimis in Deo suo, quem Philistinum putabant esse in arca, & verissime, licet Iudaei scirent arcam non esse Deum suum, tamen ex praesentia illius magnam habebant fiduciam, quod probauerunt Philistinum in praecedenti bello, quando adueniente arca vociferatus est, totus exercitus hebraeorum, & ingenuerunt Philistinum dicentes, non fuit enim tanta exultatio heri & nudius tertius, va nobis. Credebant igitur Philistinum, quod tenent arcam Dei apud se, tollere Iudaeis duo bona. scilicet adiutorium, quod Deus Hebraeis praestare possit, & confidentiam, quam ex praesentia arcae possent habere Hebraei: existimabant enim Philistinum, quod Deus Hebraeorum adiuuabat eos in bello, & hoc verum erat, & quia putabant Deum Hebraeorum esse illam arcam, vel virtutem quandam latentem intra illam arcam, vt declaratum est praecedenti ca. g. 12. existimauerunt, quod cum arca Dei esset apud eos, non posset adiuuare Hebraeos Deus suus.

Res naturales non agunt, nisi in determinata distantia.

Et in hoc quidem recte arguebat secundum principia naturae, si fundamentum eorum fuisset verum. Nam res naturales determinat sibi certa loca, in quibus operentur, & non possunt ubique operari, quia potentia earum non est infinita. Et hoc siue sint res corporales, siue spirituales: nam corporales causa operantur in locis illis, in quibus sunt, & in toto spacio quod continetur potest deriuari virtus earum, vt patet de rebus calidis, & frigidis, humidis, & siccis, quae sunt principia immutandi secundum naturam. Patet etiam hoc de corporibus celestibus, quorum virtus per totum medium continuatur: nullus tamen istarum rerum est operatio ubique. Nam etiam corpora celestia, quorum est maxima causalitas in natura, non possunt operari ubique, quia eorum virtus non potest penetrare in terra, nisi vsque ad illum locum, in quo sunt venae minerales, & atramentales: vterius autem versus centrum non est aliqua operatio, ideo nec reperitur ibi generatio, nec corruptio. De substantijs autem spiritualibus, siue vnitae sunt ut anima, siue non vnitae, vt angeli, satis apparet, quod operatio ipsarum non fit in omni loco, sed in paruo. De animabus patet, quia illae non habent influentiam, nisi in corporibus quibus sunt vnitae.

Angeli autem solum habent influentiam in aliquo paruum quod eis est coniunctum, quia illud possunt mouere. Caetera autem, quae sunt in magna distantia non possunt mouere. Etiam non possunt portare, vel mouere corpus cuiuscunque ponderis, sed in determinata quantitate: sic enim vult philosophus. 12. Meta. ubi assignat intelligentias motrices orbium, & vult quod quilibet sit proportionata orbi a se moto, ita quod si esset maioris quantitatis non posset illum mouere, vel saltem non posset in eadem velocitate, & per hunc modum facit regularitatem in motibus celestibus. si quia intelligentiae mouentes non possunt maiora, nec velocius mouere. Et rursus in mouendo nunquam fatigantur, quia non sunt potentiae corporeae organicae, ideo manebit semper regularitas motus, & sic patet, quod res naturales non habent operationem suam ubique, sed in determinatis locis, ideo cum Philistinum

putarent Deum Hebraeorum esse arcam, vel aliquam virtutem latentem in arca credebant, quod quando esset arca in terra eorum, non posset adiuuare Hebraeos, quia distabat ab eis, & non solum hoc, ideo etiam si esset arca in terra Hebraeorum, & tamen non esset in castris, putabat Philistinum, quod modicum, vel nihil posset adiuuare Hebraeos. Cum autem esset praesens eis in bello, credebant quod nimis posset eos adiuuare, quod patet ex verbis ipsorum Philistinorum praecedenti c. Nam antequam venisset arca in castra insurgentibus Philistinum contra Israelitas nihil timentes. Cum autem venisset arca in castra, timuerunt Philistinum dicentes, venit Deus in castra, & ingenuerunt dicentes, ve nobis, non fuit enim tanta exultatio heri & nudius tertius, ve nobis.

Secundo Philistinum tollebat Iudaeis confidentiam. Nam dato, quod arca nihil adiuuaret Hebraeos, tamen confidebant nimis, quod in praesentia eius vincere possent, & sic pugnabant confidenter contra Philistinum ea praesente. ista tamen confidentia non poterat esse sine magno damno Philistinorum, siue vincerent, siue vincerentur. Nunc autem manente arca in terra Philistinum credebant ipsi, quod Iudaei non confiderent pugnare iam contra ipsos, & hoc modo faciliter subijcerent Israelitas in seruitutem durissimam. Adhuc autem erat magna utilitas in hoc Philistinum, quod erat eis ablati timor: credebant enim quod existente arca in terra ipsorum, dato quod Israelitae pugnarent contra eos, non possent nocere illis, si tamen esset arca inter Iudaeos, quod patet praecedenti cap. Nam antequam venisset arca in castra non putabant aliquod esse periculum in pugna. Cognito tamen, quod venisset, dixerunt: Ve nobis quis nos liberabit de manu deorum sublimium istorum? hi enim sunt dii, qui percusserunt Aegyptum cum plaga: desiderabant igitur Philistinum tenere apud se arcam Dei.

An philisthai debuissent amittere fidem virtutis arcae ex eo, quod ipsa praesente Iudaei superati fuerant. Quaes. VI.

Sed dicit aliquis, quod iam ablata erat Philisthaeis occasio desiderandi tenere apud se arcam Dei, quia hoc erat, quia ipsi credebant, quod arca esset magnae virtutis potens eripere cultores suos de manu hostium, & delere hostes. Nunc autem ipsi viderent, quod Hebraei nimis confidentes in arca non liberati sunt, etiam ipsa arca non potuit se eripere, sed ipsi eam hostiliter ceperunt, ideo videtur, quod iam nullus esset potentiae, nec appreciabilis, vt ipsi desiderarent eam.

Respondendum est, quod Philistinum desiderabant tenere arcam apud se ex causis dictis, & iste casus non fecit eos existimare arcam esse minoris valoris: nam non crediderunt hoc euenisse ex impotentia Dei hebraeorum, quia sciebant ipsi, quod Deus hebraeorum fecisset maiora his, vt quod percussisset omnes Aegyptios, & aperuerit mare rubrum: diuisitque Iordanem ad transitum hebraeorum, & subiecit eis feram totam terram Chanaan. Primam autem horum ipsi Philistinum confessi sunt, vt patet praecedenti cap. Ibi sunt dii &c. De secundis non potuerunt ignorare, quia si per eos venerunt ista mala, cum ab ingressu Iosue in terram Chanaan fuerunt bella Iudaeorum tam contra Philistinum, quam contra omnes alios Chanaanos.

Crediderunt igitur Philistinum, quod hoc accidisset Iudaeis, quia Deus eorum erat iratus eis, quia forte non colebatur, vt iusserat, & istud est conuenienter dictum, quoniam gentiles credebant, quod aliqui Deus Hebraeo-

Hebræorum irasceretur hebræis, ut patet de rege Senacherib, qui mouebat Iudæos, ne considerent in Deo suo annunciando, quod esset iratus eis, qui abstulerant altaria illius. De hoc infra 4. lib. cap. 18. si dixeris mihi in domino Deo nostro habemus fiduciam, nonne iste est, cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & praecepit Iudæ, & Ierusalem dicens ante altare hoc adorabitis in Ierusalem. Crediderunt igitur, quod hoc acciderat, quia Deus erat iratus Hebræis: posset tamen eis iterum reconciliari, & si maneret arca apud eos adiuuaret illos, & redirent omnia inconuenientia, quae supra dicebantur contra Philisthijm, ideo quamquam accidisset iste casus, Philisthijm semper desiderabant apud se tenere arcam. Alia autem causa huius esse potuit. si Philisthijm hoc faciebant ad demonstrandum magnam gloriam suam inter gentes, si quia bello superauerant Israelitas, & captiuauerant Deum Israel: erat autem ista magna gloria, quia Deus Israel habebatur tanquam potentissimus inter Deos gentium. Cum ipse percussisset Aegyptum, & Deos Aegyptiorum: etiam percussisset omnes alias gentes, contra quas Hebraei pugnauerant: erat igitur eis gloriosum nimis captiuum tenere illum Deum.

An tempore, quo arca fuit in terra Philistinorum, Iudæi fecerint aliquod ministerium coram arca loco. *Quaestio. VII.*

QVAERETUR ulterius an tempore, quo steterit arca in terra Philistinorum debuerint Iudæi facere in terra sua aliquod ministerium coram arca, & an cessauerint ab eo propter absentiam arcae.

Respondendum est, quod quando arca erat in terra Iudæorum erat in tabernaculo intra sancta sanctorum, & illud nunquam ingrediebatur aliquis, nisi summus sacerdos, & hoc solum semel in anno. si in die propitiationis, alioquin moreretur: Leui. 16. cap. Hoc autem fiebat, quia in die festo iusserat lex, quod sacerdos magnus faceret expiationem pro se, & pro toto populo, & introibat in sancta sanctorum ferens secum sanguinem vituli, & hirci, aspergebatque septies intra sancta sanctorum coram propitiatorio: de hoc patet praeter alleg. ca. Si autem non esset arca intra sancta sanctorum, non poterat aspergi contra propitiatorium. Alijs autem temporibus nihil differebat, quod arca esset in terra Iudæorum, vel non. Nunc autem manet dubium, an aliquod tempus fuerit, in quo Israelitae debuerint facere ministracionem coram arca, & illa non esset in terra eorum.

Respondendum est, quod cum solum esset necessarium fieri ministracionem coram arca die propitiationis, erit dubium, an transfuit aliqua dies propitiationis, in qua non fuerit arca in terra Israelitarum. Respondetur quod non, quia arca solum fuit in terra Philistinorum. 7. mensibus, ut patet sequenti c. sed in his septem mensibus non fuit aliqua dies propitiationis, ergo non transfuit tempus, in quo arca necessaria esset in terra Israelitarum, & non esset inter eos.

Sed aliquis dicet, quod forte in aliquo istorum septem mensium fuit dies propitiationis. Sed dicendum, quod non, pro quo considerandum est, quod dies propitiationis semper celebratur die decimo mensis septimi, quod apud nos vocatur September, ut patet Leu. 23. & Nume. 29. cap. isti tamen septem menses fuerunt praeter Septembrem, quod patet quia arca mansit in terra Philistinorum septem mensibus, & tamen illa venit in terra Israelitarum tempore quo colligebatur triticum, ut patet sequenti cap. Porro Bethsamitae metebant triticum in valle, & eleuantes oculos viderunt arcam Dei,

sed messis triticea non fiebat in terra Israelitarum ante principium tertij mensis, qui est Maius, incipiendo ut ipsi incipiunt a Martio menses suos: nam principium messis ordeaceae in terra Israel erat post medietatem mensis primi. si Martij: nam putum erat, quod ne quis numeret spicas aliquas ad comedendum grana, vel facerent pulces, aut polentam, vel panes ex legete vltis; ad secundum diem festiuitatis azymorum, qui est dies. 16. mensis primi, ut patet Leui. 23. & Nume. 28. cap. Erant autem tunc spicae ordeae adhuc virentes, ut patet Leui. cap. 23. ergo quando esset messis triticea, iam esset finis secundi mensis, & in tertio mense offerrebant Iudæi primitias de panibus triticeis nouis: Leui. cap. 23.

Computentur ergo septem menses cum ipso Maio, ante Maium reperiretur, quia arca capta fuerit in principio Nouembris, qui est nonus mensis apud hebræos, dies tamen propitiationis est in Septembri, vel si velimus non computare Maium. si quod tempus, quo venit arca erat tempus messis triticeae, tamen erat in fine Aprilis, vel in principio Maij: dicitur, quod arca fuerit capta in principio Octobris, & sic quomodocumque ponatur, necesse est, quod semper dicamus fuisse captam arcam post festum propitiationis, & rediisse ante aliud festum propitiationis, cum solum manserit septem mensibus in terra Philistinorum, & sic non fuit aliquod tempus, in quo Israelitae egerent arca, & ipsa esset in terra Philistinorum.

Si accidisset aliqua dies propitiationis, dum Iudæi erant sine arca, an celebrassent omnes caeremonias diei illius. *Quaestio. VIII.*

QVAERETUR ulterius quid si accidisset aliqua dies propitiationis, dum erant Israelitae sine arca, an celebrassent omnes caeremonias diei propitiationis.

Respondendum est, quod de quibusdam caeremonijs diei illius non est dubium, sed de alijs. Pro quo sciendum, quod in die propitiationis erant triplices caeremoniae. Primae pertinebant ad vacationem a laboribus, secundae ad ieiunia, tertiae ad sacrificia.

De primis dicebatur, quod illo die abstinerent Iudæi ab omnibus laboribus, & ab omni opere simpliciter: Leui. 23. capit.

De secundis dicitur, quod omnes in die illa affigerent animas suas a uespera in uesperam. si quod non comederent, nec biberent, & cessarent ab alijs delectationibus: quicunque autem non affigeretur die illo: periturus erat de medio Israel, ut patet Leu. 16. & 23.

De tertijs. si de sacrificijs habetur Leui. capitu. 26. & Nume. 29. ubi ponuntur multa sacrificia pertinentia ad diem istum. De primis duobus generibus caeremoniarum dicendum est, quod obseruarentur in die propitiationis, etiam si arca non esset in terra Israelitarum, quod patet, quia nunc Hebraei seruant ista, & tamen, nec habent arcam, nec sanctuarium, nec sunt in terra promissionis, in qua fieri debebat caeremonia: De tertio genere caeremoniarum. si de sacrificijs diei propitiationis dicendum est, quod ista erant duplicia, quia quaedam erant specialiter pertinentia ad illum diem inquantum erat dies expiationis, & ista erant, quae fiebant ad caeremoniam expiationis pro peccato totius populi. Alia autem, erant, quae offerrebantur in die hac in quantum dies ista erat quaedam magna solemnitas, sed non ut pertinebat aliquo modo ad expiationem. De primis sacrificijs habetur Leui. cap. 16. de secundis habet Nume. cap. 29. Erant autem prima, quod offerret summus sacerdos unum vitulum pro seipso, & domo sua, & totus populus offerret duos hircos, quorum vnus mitte-

Triplex caeremonia in die propitiationis.

An arca non existeret in terra Israelitarum sacrificandum esset.

mittebatur in solitudinem, alius autem immolabatur, & tam sanguis ipsius quam vituli ferebantur intra sancta sanctorum ad aspergendum. De his Leui. cap. 16. haec autem sunt, in quibus fit expiatio.

Secunda autem sacrificia diei huius, quae non pertinebant ad expiationem, erant vnus vitulus, & vnus aries, & septem agni anniculi in holocaustum, & vnus hircus pro peccato, ut patet Nume. 29. Nunc autem de his dicendum est, quod quantum ad secunda sacrificia non est dubium, quin offerrentur in die propitiationis, etiam si non esset arca in terra Israelitarum: nam ista non pertinebant ad diem expiationis secundum, quod erat dies expiationis, sed secundum quod erat magna festiuitas, ideo sicut de alijs festiuitatibus non est dubium, quin possent celebrari sacrificia illarum, etiam si non esset arca in terra Israel, ideo nec dubitabitur de his. Quod autem ista sit differentia inter sacrificia diei expiationis, apparet Nume. 29. ca. ubi cum fuerint posita sacrificia illa, quae nos nominauimus supra: Secunda dicitur ibidem, quod illa essent absque his, quae offerri solent pro delicto & expiatione, ergo necesse est distinguere illa, quaedam sacrificia, quae offerantur pro expiatione, & alia non.

Item patet hoc magis, quia arca non erat necessaria in die expiationis plusquam in alijs solennitatibus, nisi quia illa die sacerdos introducebat de sanguine vituli, & hirci intra sancta sanctorum: alijs autem diebus non, sed de sanguine sacrificiorum istorum, quae vocabamus hic secunda, nihil introducebatur intra sancta sanctorum ad aspergendum coram propitiatorio, ergo nihil differebat arcam esse in sanctuario, vel non, quantum ad ista sacrificia.

De primis autem sacrificijs huius diei manet dubium, an possent offerri si non existeret arca in terra Israel intra sanctuarium. Ratio dubitationis est, quia quandocumque aliqua caeremonia de caeremonijs legis veteris dereminabat sibi certum locum, vel instrumenta, si Iudæi non haberent illum locum, vel instrumenta non faciebant huiusmodi caeremonias, sicut patet nunc in caeremonijs, quas obseruant Iudæi: nam aliquas obseruant, alias vero non. Illae enim quae non determinant locum, obseruantur nunc, sicut circuncisio, & obseruatio Sabbathi, & vacatio a laboribus in alijs festiuitatibus & similia. Alia autem determinabant sibi locum sicut ea, quae pertinebant ad sacrificia. Quomodo autem ista inter se differant, & quae obseruentur nunc, & quae non: declaratum est Exo. cap. 19. Ita igitur dies propitiationis determinabat sibi certum instrumentum. si fieri coram propitiatorio asperisionem, ergo quando Iudæi non haberent propitiatorium, non possent facere istam asperisionem.

Respondendum est, quod siue esset arca in sanctuario, siue non, Iudæi poterant facere istam asperisionem, & cogebantur facere quolibet anno, dum essent in terra promissionis, nec requirebatur, quod aspergeret sacerdos sanguinem coram propitiatorio. si quod esset propitiatorium intra sancta sanctorum, sed satis erat, quod aspergerent coram loco illo, in quo erat, vel esse solebat propitiatorium, & sic ingrediebatur sacerdos in sancta sanctorum ferens secum sanguinem, & aspergebat septies coram loco illo, in quo esse consueuerat propitiatorium, quod patet, quia multa tempora transferunt. si 80. anni, vel quasi, in quibus stetit arca in terra Israelitarum, & tamen non erat intra sanctuarium in sancta sanctorum, sed erat in diuersis locis: nam immediatè ut venit arca de terra Philistinorum, posita est in domo Aminadab sacerdotis in Gabaa, siue Carithiarum, & postea in principio regni Dauid, super Irael translata fuit arca de Carithiarum in ciuitatem

A Dauid, de hoc infra cap. 7. & infra 2. lib. cap. 6. deinde mansit arca in domo Dauid vsque ad tempus, quo Salomon transfuit eam in templum, quod edificauit domino, ut patet 2. Paralipom. ca. 1. & fuisse tempus plusquam 80. annorum. 40. annis regni Saulis, de quibus Actuum. 13. cap. & 40. annis regni Dauid, ut patet infra 3. lib. cap. 2. sed manifestum est, quod in omnibus his temporibus Israelitae celebrauerunt omnes festiuitates suas & diem expiationis, quia ista erant praecipua necessitatis, & non habebant Iudæi aliquam causam excusantem, ergo certissime credendum est, quod celebrauerint potissime, quia in his temporibus fuit iudex Samuel infra 7. & 12. ca. qui valde erat zelator legis Dei: fuit etiam postea Dauid rex, qui nimis secutus est legem domini: ideo isti non permitterent aliquam praeteriri aliquam festiuitatem, vel caeremoniam legalem. Constat tamen, quod toto isto tempore arca fuit extra tabernaculum, ergo sacerdos obseruabat caeremonias diei propitiationis ingredientes in sancta sanctorum, & fundentes sanguinem coram loco, in quo solebat esse propitiatorium.

An existente arca extra sanctuarium sacerdos in die propitiationis faceret omnes caeremonias, ac si ibi esset. *Quaestio. IX.*

QVAERETUR ulterius, an cum existeret arca extra locum sanctuarij, & sacerdos obseruans diem propitiationis introiret in sancta sanctorum, obseruaret omnes caeremonias, quae obseruabantur, quando alias introibat sacerdos in sancta sanctorum existente ibi arca.

Respondendum est, quod caeremoniae multae requirebantur, cum sacerdos ingredi debebat in sancta sanctorum, quarum si aliquam ommitteret, peccaret, & occideretur a Deo, ut patet Leui. 16. ubi dicitur, quod non introiret Aaron in sancta sanctorum omni tempore, sed solum quando fecisset ea, quae habentur ibi alioquin moreretur. Erant autem istae caeremoniae triplices. Primae erant quantum ad vestes, quas tunc habebat sacerdos, secundae quantum ad sanguinem, quod aspergebat, tertiae quantum ad thymiamam, quod secum ferebat.

De primis dicendum, quod summus sacerdos, quando introibat in sancta sanctorum accipiebat quatuor ornamenta solum de lino, quae erant minorum sacerdotum, scilicet feminalia linea, & tunicam, & cidarium atque cingulum: Leui. cap. 16.

De secundis caeremonijs dicendum, quod cum sacerdos introiret in sancta sanctorum occidebat vitulum, & hircum, de quorum sanguine introducebat secum ad aspergendum coram propitiatorio: Leu. c. 16.

De tertijs caeremonijs dicendum, quod sacerdos implebat quoddam thuribulum prunis, & thymiamate, ferebatque secum intra sancta sanctorum, ut patet praeter alleg. capitu.

De primis duobus generibus caeremoniarum dicendum, quod in die propitiationis fiebat, siue sacerdos esset intrans ante arcam, siue non esset arca in sanctuario, quia supra declaratum est praecedenti quod et si non esset ibi arca obseruabatur expiatio, sed non poterat hoc fieri, nisi sacerdos introiret in sancta sanctorum, ergo necesse erat, quod haberet vestes illas, quas lex iubebat habere ingredientem. etiam quod ferreret secum de sanguine hirci, & vituli alioquin non haberet quod aspergeret intra sancta sanctorum: expiatio tamen fiebat per asperisionem sanguinis. De tertia caeremonia solum erat dubium. si an introduceret secum sacerdos thymiamam in sancta sanctorum non existente ibi arca. Aliquis dicet, quod sic, quia sicut in ceteris non est differentia,

Caeremoniae quas faciebat sacerdos, quando ingrediebatur sancta sanctorum.

An transfuit in eo tempore aliqua dies propitiationis

rentia, an esset arca in sancta sanctorum, vel non, ita nec erit in hoc, sed dicendum est, qd an istud factum fuerit, vel non, sciri non potest: non tamen obligabitur Iudaei ad faciendum illud, quod patet, quia Leui. cap. 16. dicitur, qd assumpto thuribulo de prunis altaris poneretur supra thymiamam in igne, vt nebula thymiamatis, & vapor operiat oraculum, qd est super testimonium, & non moriatur sacerdos, & sic causa introeundi cum thymiamate erat ipsum oraculum. s. propitiatorium, quia ibi erat aliquid, quod cõtegendum erat, ne videretur a sacerdote. & istud erat, quia angelus erat in corpore assumpto in propitiatorio inter alas duorum Cherubin, & in illo corpore aereo loquebatur, vt declaratum est Leui. 16. & Exo. 25. c. sed non erat propitiatorium intra sancta sanctorum, quando nõ erat ibi arca, cum propitiatorium sit operatorium arcae, vt declaratum est Exodi 25. & 27. ideo non oportebat introduci thymiamam. Tulerunt autem Philisthim arcam Dei. Scilicet accipientes eam de castris, nemine prohibente.

De numero annorum huius historiae primi lib. Reg. ab hoc capite vsque ad finem libri. Quest. X.

SCIENTIUM autem, qd in principio huius incipit sextus liber Antiquitatum Iosephi durans vsque ad principium sequentis secundi libri Regum, & textitur in eo tota historia, quae habetur hic pauca verba addendo, de quibus interdum tangetur in locis suis. Et dicit, qd ista historia continet tempus annorum 32.

Sed sciendum, qd sacra scriptura dicit esse tempus annorum 40. Nam regno Saulis dantur anni 40. vt patet Actuum 13. sed computatur ibi anni pro regno Saulis, & pro tempore, quo iudicauit Samuel. Fuit autem Samuel pluribus quam viginti annis iudex, quibus non praefuit Saul, vt declarabitur infra 7. c. principatus autem iudicatus Samuel incepit a morte Hei summi sacerdotis. Ista autem quae habentur hic fuerunt mensibus septem post illud, sed in hoc modicum differt: multum tamen differt inter positionem Iosephi, & sacrae scripturae, cum Iosephus dicat esse spacium 32. annorum ab isto tempore vsque ad principium regni Dauid: sacra autem scriptura dicit fuisse spacium annorum quadraginta, in quo non est dubium cui credi debeat, quia auctoritas sacrae scripturae omnium scripturarum humanarum auctoritate excedit.

Et intulerunt eam in templum Dagon. Scilicet non posuerunt in aliqua domo prophana, sed in sanctuario suo. Erat autem Dagon Deus Azoti, & ad hanc ciuitatem fuit arca ducta. Dicunt autem Iudaei, qd istud idolum Dagon habebat figuram piscis, vel saltem caput eius erat, sicut caput piscis. Quod autem totus esset ad figuram piscis non stat, quia dicitur infra, quod caput, & manus Dagon abscissa sunt: si tamẽ esset ad formam piscis non haberet palmas, qd autem caput illius esset ad formam piscis, & caetera membra essent modo humano lineata satis stat, qm alia idola pingebantur cum tota humana effigie, & cornibus arietis, sicut Ammon libycus, & multa alia signa similia fuerunt. Iudaei autem solum dicunt hoc, quia Dagon videtur deriuari a quodam nomine hebreo significante piscem Dag: sed hoc non est motiuum conueniens: esset. n. verum si ambo essent in eadem lingua, sed sũt in diuersis, quia Dag est idiomatis hebraei, Dagon autem est idiomatis Philistinorum, iõ satis stat, qd significet diuersa, sicut ista dictio Leuau in latino significat eleuare, vel extollere. In hebreo autem significat cor meum.

Et statuerunt eam iuxta Dagon. Id est posuerunt Philistini arcam apud Dagon Deum suum, in quo videbantur eam satis honorare dupliciter: primo quia nõ posuerunt eam in loco prophano, sed in maximo sanctuario suo. In templo Dagon: secundo quia posuerunt eam apud Dagon, quasi facientes eam aequalem Deo suo Dagon.

Quare Philistini posuerunt arcam in templo Dagon. Quest. XI.

QUAERET aliquis circa hoc quare posuerunt Philistini arcam in templo Dagon, & apud ipsum Dagon. Rõndendum est, qd hoc poterat fieri ex duplici intentione. Primo quidem ad honorandum arcam Dei: nam sicut supra dictum est Philistini credebant Deum hebreorum esse magnae potentiae, quia destruxerat Aegyptios, & Deos eorum, & sic fecit in multis alijs gentibus, ideo timebant ne sic ita crederetur eis, & deleteret illos, quam obrem honorabant ipsum. Et quia si ponerent arcam Dei in aliquo loco prophano, erat dedecus, posuerunt eam apud Dagon in templo suo, & ne ita crederetur Deus hebreorum, qd praeponebatur ei Dagon, locauerunt arcam iuxta Dagon. In loco aequaliter honorato. Istud autem quantum ad Philistinos si ipsi exhiberent cum intentione honorandi, honor erat. Nam nihil melius habebant Philistini, qd ponerent arcam Dei iuxta maximum deorum suorum. Apud Iudaeos tñ nõ poterat maior offensa Deo fieri, qd si poneretur arca illius in aliquo templo idolorum inter idola. Ratio diuersitatis est disparitas cultus. Iga alias caeremonias habebant Iudaei, qd Philistini: vnde apud Philistinos nihil melius erat qd Dagon, apud Iudaeos autem nihil peius esse poterat, quam quodlibet idolum.

Alia autem causa huius esse potuit. I hebrei superati fuerant a Philistinis, & arca eorum capta quam putabant Philistini esse Deum hebraeorum, & quia Philistini ascribebant gloriam victoriarum suarum dijs suis, posuerunt in templo arcam coram Dagon in signum, qd Dagon superauerat Deum hebraeorum.

Erat enim iste modus apud antiquos tam Iudaeos, qd Gentiles, qd cum haberent aliquem triumphum magnum de hostibus, ponerent aliqua insignia in templo Dei illius, quem colebant: non quidem ad obsterationem gloriae, sed ad laudem ipsius Dei, cuius erat illud templum. De Iudaeis, qd sic facerent apparet, qd Dauid qm pugnavit contra Goliath Philistinum abstulit gladium eius, & posuit in tabernaculo domini, quamquam caetera arma conseruasset pro te. De aramis patet infra cap. 17. c. Assumens autem Dauid caput Philistini artulit illud in Ierusalem: arma eius vero posuit in tabernaculo suo. De gladio, qd esset in templo Domini, patet infra ca. 21. c. Gladius Goliath Philistini, quẽ percussit est inuolutus pallio post ephod, si istum vis tollere tolle. Quod autem hoc facerent Gentiles apparet, quia qm Philistini occiderunt Saulem, & tres filios eius in monte Gelboe praeciderunt caput Saulis, & expoliauerunt eum armis, & miserunt in terram Philistinorum per circuitum, vt annuntiaretur in templis idolorum, & in populis, & posuerunt arma eius in templo Attaroth infra cap. 31. Sic igitur verisimile est, qd posuissent Philistini arcam Domini in templo Dagon in signum victoriae, & laudem Dagon. Cumque surrexissent diluculo Azotij. Hic ponitur pena, quae secuta est inper Deos Philistinorum. Nam posuerant Philistini arcam apud Dagon ad laudem Dagon. Deus autem voluit ostendere Dagon nihil esse, & arcam suam esse gloriosiore Dagon. Et dr hic, qd surrexerunt Azotij, s. sacerdotes Dagon, qui diluculo venerunt ad templum ad faciendam caeremonias

Mos antiquorum in bellis.

Dagon Deus Philistinorum cuius figurae efficit.

nias suas, & tunc inuenerunt Dagon iacentem. Altera die. Id est sequenti die postquam arca posita est in templo Dagon, in quo nimis demonstratum est, qd illud faciebat Deus Hebraeorum, quia si ibi mansisset arca multis diebus, & nihil factum fuisset, quamquam postea accidissent haec non attribuisset Philistini gloriae arcae, sed qd venisset ex alia causa. Cum vero factum fuerit immediatẽ, vt venerunt Philistini cum arca in templum Dagon, apparebat manifeste, quod hoc factum fuisset propter presentiam arcae.

Quare Dagon tantum de nocte deiectus est in terram, & non de die. Et quare potius caput, & manus eius abscisse sunt quam alia membra. Quest. XII.

SEd dicit aliquis quare cum Dagon hic fuerit bis in terra deiectus non fuit factum per diẽ, sed semper per noctem, vt patet in litera.

Respondendũ est, qd hoc fiebat, vt non videret Philistini, quo modo fiebat miraculum, sed postea illud factum tenerent. Si enim per diem fieret oportebat, vt aliqui viderent saltem de sacerdotibus. Deus autem nolebat eis monstrare modum miraculi. Sic apparet factum fuisse etiam inter Iudaeos, quia aliqua miracula Deus faciebat, quae nolebat monstrari hebraeis cum fiebant, sed cum facta erant, sicut patet de manna, quod per noctem descendebat in circuitu castrorum, & nemo hebraeorum videbat: Nume. c. 11. Vnde prima die, qua cecidit manna hebraei non viderunt, quia fuit hoc per noctem, & deinde in aurora viderunt, & mirati sunt: Exo. cap. 16. Sic etiam patet de virgibus frondentibus. s. quando positae fuerunt virgae. 13. in tabernaculo testimonij: Nume. 17. & ibi nullo vidente floruit virga Aaron: vidit autem eam populus cum iam florisset.

Eccc Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Dei. Id est sacerdotes inuenerunt Dagon iacentem in terra. nõ erectum, vel stantem, sed iacentem super pavementum, & extentum toto corpore: dr autem, qd erat pronus, quia nõ solum erat iacens, sed etiam super os suum iacebat, vt poneretur tanq̃ adorans arcam Dei: si tñ fuisset iacens, & non pronus, sed suppinatus ore nõ videretur adorans: hoc autem magis exprimebat dignitatem arcae. Et tulerunt Dagon. s. de pavimento, in quo iacebat ante arcam. Et restituerunt eum in locum suum. Scilicet posuerunt eum in altari, vel in loco eminenti, in quo ante erat. Hoc autem fecerunt sacerdotes diluculo anteq̃ veniret populus, ne videret Deum suum humiliatum coram arca, & crederent maioris potestatis esse Deum hebraeorum, & quia isti sacerdotes occultauerunt gloriam Dei Philistinis, addidit Deus sũm signum, quod occultari non posset. s. abscindens caput, & palmas Dagon, vt patet infra. Rursumque mane die altero surgentes. Scilicet, qd in die sequenti postq̃ iacuit Dagon coram arca inuenerunt id, quod dicitur hic: fuit autem factũ hoc immediate, vt magis crederet Deus hebraeorum fecisse. Inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra. Non potest proprie dici, qd esset Dagon super faciem suam, quia caput eius & manus abscissa erant super limen sanctuarij, sed dr esse super faciem suam. s. super partem illam, versus quam erat facies. s. super ventrem, & hoc erat, vt iterum significaretur iacens ad adorandum arcam Dei.

Caput autem Dagon, & duo palmae manuum eius abscisse erant super limen. Fuit istud factum, vt non possent occultare sacerdotes populo deiectionem Dei sui coram arca: nam etiam si vellent restituere eum in locum suum, vt prius nihil proderat, quia non habebat caput nec manus: ideo cognouerunt hac vice viri Azoti, qd

Deus hebraeorum humiliavit Deum suum, vt patet infra scilicet, videntes autem viri Azoti, dixerunt nõ maneat arca Deiltrael apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrum.

Quare magis caput, & manus Dagon abscisse sunt, quam alia membra. Quest. XIII.

DE manibus autem, & capite quare magis fuerunt abscissa, qd aliae partes non apparet aliqua causa, sed referendum est ad quandam similitudinem operum nostrorum, ac si diceremus, qd Dagon Deus Azoti peccauit male adorando Deum Israel, ideo abscissa sunt illae partes, quae ad adorationem pertinent, s. caput, quia illud nõ bene curauit, & manus, quia illas non bene eleuauit coram domino.

Si autem dicas quare istae partes repertae sunt super limen domus, i. templi Dagon, Dicendum, qd hoc fecit Deus, vt maneret memoria miraculi eius in terra Philistinorum: nam quia repertae sunt istae partes super limen domus, viri Azoti in reuerentiam Dei sui statuerunt, ne quis calcaret pedibus super limen, vbi steterunt partes Dei sui, & sic fuit obseruatio hoc inter Philistinos, vt patet infra, & sic mansit memoria diuini miraculi. Si autem fuissent istae partes in alio loco ipsius domus, non fieret ista obseruatio, nam bis Dagon iacuit ante arcam Dei, tñ non dicitur, qd non calcant sacerdotes super locum, in quo stetit Dagon pronus, sicut dr de manibus, & capite in limine.

Porro Dagon truncus solus remanserat in loco suo. s. non manebat ipsi Dagon figura hominis, vel alicuius animalis, quia manus abscissa fuerant, & caput, sed manebat truncus sine effigie, & cum dicitur, qd mansit in loco suo non est intelligendum de loco suo, in quo prius itabat, vbi constituerant eum Philistini, quia dicitur hic, qd inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam, sed dr, qd erat in loco suo. In quo fuerat deiectus coram arca ad adorandum illam. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius. Ponitur hic id quod secutum est ex illa deiectione. s. quia cũ vidissent omnes viri Azoti, qd manus, & caput Dei sui iacuerunt super limen domus crediderunt iniustum esse & magnae irreuerentiae, si ipsi calcaret post in loco, in quo iacuerat Deus corum, & ob hoc statuerunt, vt nemo ibi calcaret, & sic obseruatum est. Et dicitur, qd sacerdotes non calcant super limen domus, nec alij viri ad signandum, qd sine sacerdotes, qd magnae dignitatis sunt, siue populares, qui erant minoris dignitatis, non poterant calcare super limen domus Dagon. Super limen Dagon in Azoto. Id est istud obseruatur solum in templo Dagon, quia si essent templa aliorum idolorum nõ fiebat aliquid tale in eis, quia nihil acciderat huiusmodi, nisi super Dagon: dicitur etiam qd hoc fit in Azoto, quia in alijs vrbibus, quamquam essent templa Dagon, non obseruabatur in eis aliquid tale, eo quod ista deiectione Dagon coram arca solum accidit in Azoto.

Philistini, an calcauerint ubi iacuit truncus Dagon, uel tantum non calcauerint, nisi super limen. Quest. XIII.

QUAERET aliquis quare solum, vt in templo Dagon in Azoto non calcarent intrante super limen: non etiã debuisset hoc obseruari quantum ad locum illum, in quo iacuit Dagon pronus coram arca: bis enim fuit iacens Dagon coram arca, vt patet supra in litera, & non uidebatur esse minoris

noris dignitatis, immo maioris locus ille, in quo totus Dagon iacuit, & iterum tricus eius quam locus, in quo caput, & manus iacuerunt tantum.

Respondendum est, qd non solum super limen tēpli Dagon non calcant intrantes, sed etiam super partem illam, in qua iacuit Dagon, quia causa eadem est: scriptura tamen expressit solum de limine, eo qd ibi videbatur esse difficilis obseruari: nam locus, in quo iacuit Dagō coram arca, erat talis, ad quem prius fortē nullus de popularibus ascēdebat, eo qd arca erat posita iuxta Dagon, & tamen Dagon erat proiectus ante arcam, ergo satis esset propinquus iste locus illi, in quo Dagō prius stabat, & sic quia iste locus esset multum sacer non accederent etiam ante hoc populares ad illum locum, & sic quamquam postea obseruaretur, ne quis accederet ad illum locum, quia tamē pu? hoc idem quasi videbatur, & non erat aliquid speciale, nec difficile, scriptura nō expressit hic: De limine autē secus est, quia omnes viri de vrbe Azoto introibant in templum Dagon per portam, & super limē, & difficile erat, qd non calcarent limen: ideo qd postea fuerit obseruatum erat aliquid speciale, & sic scriptum est. *Vsq̄ in hodiernum diem.* Istud refert ad tps scriptoris huius libri: scripsit autē Samuel magnam partem libri huius a principio eius, & non scripsit immediate, vt facta sunt, sed magno tpe post, & quia toto tempore medio, s. ex quo istud accidit vsquequo liber iste scriptus est per Samuelem fuit obseruata caremonia ista: dicitur vsque in hodiernum diem, & ita saepe habetur in alijs libris tam Iosue, q̄ Iudicum alijsq; historicis, & semp̄ refertur ad tps scriptorū. Quod autē Samuel istū librum scripserit, vel quis alius, declaratum fuit in prologo primo huius libri.

Aggravata est enim manus Domini super Azotios. Hic ponitur percussio facta super populū: percussit enim Deus primo Deum Azoti, s. Dagon, vt sic vellent Philisthini dimittere arcam: noluerunt tñ, quia indurati erant quousq; percuterentur ipsi nimis. Et dñ hic, qd fuit aggravata manus dñi super Azotios, i. pcussit eos durē: de ista percussione infra habetur: erat autē dura, quia super oēs veniebat siue super magnos, siue super paruos, vt patet infra, & horum plurimi moriebantur, qui autē, non moriebantur cruciabantur nimis, ita vt cogerentur clamare in celum, vt patet infra. *Et demolitus est eos.* Demoliri significat destruere: fuerunt autē demoliti, quia plurimi eorum moriebantur hac plaga: alij autē ita affligebantur nimis, qd mortē sibi eligerent. *Et percussit in secretiori parte natium.* Fuit enim percussio ista turpis, quia erat locus inhonestus, sed omnes erāt in eodem loco percussi.

Qua infirmitate percussi sint Philisthini a Deo propter arcam, quam tenebant. Quest. XV.

DICUNT autem Iudæi secundum literā hebraicam, qd ista infirmitas erat hemorrhoidum, quē solet multus accidere, sed fuit ibi dura nimis, ita vt plurimi morerentur.

Sed magis dicendum est, qd totum quicquid est ante secessum, s. in circuitu illius computrescebat, & intestina per partem illam prominebant. Quidam autē dicunt, qd illis partibus putrescentibus, tacebant vermes, & erat fetor intolerabilis, sed s̄m qd infra patet infirmitas ista erat in natibus, quia partem illam computrescebant intestina, & prominebant.

Causavit autem Deus de terra multos mures ebullientes, & isti ascendebant per crura Philisthinorum, & corrodebant intestina illa putrida ac pendētia, nec se poterant Philisthini defendere ab his muribus, quia isti fuerant dati a Deo in plagam, ideo potentissime

cruciabant intantum, qd Gethai coacti sunt facere sibi sedes pelliceas, ne mures corroderent intestina eorum. Dicitur autem hic in parte secretiori natium, quia nulla pars est secretior, q̄ secessus, per quem prominebant intestina. *Azotum & fines eius.* Idest percussit dñs vr̄bem Azoti, & terram sibi propinquam: fuit enim ista prima ciuitas, in qua stetit arca, & ipsa primo percussa est: deinde autē alia ciuitates, per quas ducebatur arca, s. Acharon, & Geth percussae sunt, sed non percutiebatur solum ipsa ciuitas, in qua poneret arca, sed et omnia loca finitima, ita qd qñ ad vltimum Philisthini remiserūt arcam in terram Israel nō erat aliquis locus, in quo non fuisset, vel tunc nō esset ista percussio in tota terra Philisthij, vt colligitur seq. cap. Hoc autē fuit, vt velocius remitteretur arca, s. qd clamarent oēs Philisthij non solum illi, in quorum vrbibus erat arca, sed et oēs alij: alioquin si solum fuisset plaga in vrbibus illis, ad quas transibat arca, voluissent Philisthij transducere arcam dñi per oia loca terrae suae quousque caperent experientiam, an in oibus locis esset ista plaga, vel si esset aliquis, in quo p̄sente arca nulla fieret plaga, vt ibi posset teneri.

Et ebullierunt villae, & agri in medio regionis illius. Istud non hētur in hebræo, nec videtur posuisse Hieronymus, sed fuit hic tanq̄ glossa quaedam, & alij scriptores nescientes distinguere inter textū, & glossam interlinearē miscuerunt illam literam textui: illa tñ vera est: nam seq. c. habetur de istis muribus erumpentibus de terra, & dicitur, qd ebullierunt agri, & villae, s. fiebant ebullitiones, vel eruptiones in superficie terrae, s. qd de infra terram erumpebāt mures plurimi, vel dicebatur ebullire terra, quia ita erant mures multi super terram, qd videbatur terra ebullire, sicut olla quae do est in fenore suo. Et erat istud in villis & in agris, quia tam in locis habitatis q̄ non habitatis erant mures, ne possent Philisthini confingere ad aliqua, in quibus ageritudinū suarum haberent aliqua lenimenta.

In medio regionis illius. Idest in medio terrae Philisthij, s. in vrbe Azoti, & finibus eius, quia ibi incepit ista plaga. *Et nati sunt mures.* Isti fuerunt supernaturaliter producti, quia licet esset aliquid naturale in terra, ex quo gignerentur, non erat tamen aliqua virtus naturalis, quae tot mures, & ita velociter genuisset, sic enim factum est in locustis, & ranis, & in omni genere multarum Aegypti, qm̄ ista a Deo solo fiebant, licet potuissent opere naturae produci, sed nō fuissent tot, nec ita velociter gignerentur. *Et facta est confusio mortis magna in ciuitate.* Idest moriebantur multi in vrbe Azoto, & isti confusē, s. tam masculi, quam foeminae, tam magni quam paruuli, vel erat confusio mortis, i. plaga, eo qd ibi multi moriebantur, quod accidebat principaliter propter mures corroderentes intestina prominentia Philisthinorum, fuit enim ista plaga dura, & opprobriosa: dura quidem, quia multi moriebantur: opprobriosa verō, quia erat in turpi loco, s. in secretiori parte natium, quod Deus faciebat ad ignominiam Philisthinorum, vt sic saltem cognoscentes potentiam eius, & opprobrium suum cogerentur remittere arcam. De ista plaga habetur Plal. 77. scilicet & percussit inimicos suos in posteriora: & opprobrium sempiternum dedit eis. Dicuntur autem percussi in posterioribus, scilicet in secretiori parte natium, & fuit opprobrium sempiternum, quia mansit memoria huius plagae turpis inter Philisthinos, & alias gentes, & improperebant reliquae gentes Philisthinis hanc plagam, scilicet, quod Deus voluisset facere eos ignominiosos. Aliqui autem intelligunt verbum illud de hebreis modernis, quod sint percussi in posterioribus, idest, quod fluat sanguis per secessum eorum in poenam, quia ipsi dixerunt de Saluatore: Sanguis

Vide inferius in q̄t. 19. circa finem.

Sanguis eius super nos, & super filios nostros, sed an verum sit, qd ista passio accidat hebraeis modernis omitteratur: constat tamen qd versus ille non intelligit, nisi de percussione Philisthinorum, vt patet ex confessione literae per illum Psalmum. *Videntes autem.* Hic ponitur s̄m. percussio totius populi: nam postquam viri Azoti percussi fuerunt, fecerunt transducere arcam per alias ciuitates, & similiter in illis fiebat percussio. *Videntes autem viri Azoti huiusmodi plagam.* Idest videntes, qd incurrerunt istam plagam propter presentiam arcae, quia antequam veniret arca nō tolerabant eam. In alijs quoque vrbibus Philisthinorū non erat ista plaga: voluerunt igitur ea se excludere arcam Dei. *Dixerunt non maneat arca Dei Israel apud nos.* Ista dixerunt viri Azoti inter se inuito consilio: nam ad eos tanquam ad nimis gloriosos in tota terra Philisthinorum translata fuerat arca de terra hebraeorum: ipsi autem nunc volebant renunciare huic privilegio suo concedentes, qd transiret arca ad alias vrbes.

Quoniam dura est manus eius super nos. Hoc refertur ad Deum Israel. s. manus Dei est dura super nos grauitate nos affligens pro praesentia arcae suae. *Et super Dagon Deum nostrum.* Quia nō solum afflixit nos, sed Deū nostrum, qm̄ deiecit eum de loco suo bis, & abiecit caput, & palmas eius.

Credebant autem, qd si maiori tpe apud eos esset, nemo maneret de oibus Philisthinis in terra Azoti, & confinium suorum. *Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum ad se.* Postquam Azoti viri de liberauerant inter se non esse retinendam arcam in regione illa, ad sciendum quid de ea fieri deberet, voluerunt congregare oēs principes Philisthinorū: nolebant enim soli aliquid de arca diffinire, quia illa pertinebant ad totam terram Philisthij.

Fuerunt autē congregati satrapae, i. principes, vel consiliarij, sed magis satrapa significat principem: dicitur enim, satrapa, quasi satis potens: erant autem satrapae Philisthinorum quinque s̄m numerum quinque ciuitatū principalium terrae Philisthij. De hoc patet seq. ca. Et quinque satrapae Philisthinorum viderunt, & reuerſi sunt in Acharon. Vocantur autē isti satrapae aliqui reges: erat enim diuisa terra Philisthij in quinque reges, & quia parui erant, vocantur reguli: sunt autē denominati ab illis quinque ciuitatibus, quae habent seq. cap. sic patet Iosue. c. 13. s. terra Philisthij, quae in quinque regulos diuiditur Gazaeos, Azotios, Ascalonitas, Gethaeos, & Acharonitas: vocatur autē isti aliqui satrapae, vel principes vel reges: sic patet infra cap. 29. f. Et satrapae Philisthij incedebāt in centurijs & milibus. Sic etiam vocantur hic, & seq. cap. sic etiam est de quinque principibus terrae Madian occisis tpe Moyſi, qui aliquando vocantur duces, vel principes, vt patet Num. c. 25. & Iosue. 13. aliquando autem vocatur quinque reges, vt patet Num. 31. cap. Isti autem quinque satrapae Philisthinorum conuenerunt in Azotū: fortē, quia illa erat ciuitas principalis, vel magis, quia ibi acciderat iste casus, propter quem vocandi erāt in consilium. *Et dixerunt quid faciemus de arca Dei Israel?* Istud dixerunt Azotij, & proposuerūt plagam quam sustinebāt, & quomodo propter arcam Dei illam patiebantur, ideo qd prouideretur super ea, quia ipsi iam nolebant eam apud se tenere: scriptura tamen subtrahet haec, quia intelligi possunt ex praecedentibus.

Respondimusque Gethai. Idest respondit satrapa Gethaeorum: erat enim Geth vna de quinque ciuitatibus Philisthinorum, quae erat regalis habens satrapam, & princeps ciuitatis illius respōdit haec. De ista ciuitate Philisthinorum fuit Goliath, contra quem pugnavit Dauid, ideo vocatur Gethaeus infra cap. 17. Mansit quoque Dauid, cum rege huius ciuitatis nomine

A Achis quando erat profugus de Israel propter Saul, & dedit ei quandam ciuitatem parvam ad habitandum s. Siceleg apud Geth infra 27. cap. *Circumducaur arca Dei Israel.* Idest non maneat in vna vrbe tantum arca Dei, sed ducatur per omnes vrbes terrae nostrae, vt videamus quid inde accidat.

Quare Philisthij non remiserunt arcam Hebræis, cum recipe-rent propter eam tot mala. Quest. XVI.

QVAERET aliquis quare cum Philisthij cognouissent, qd Deus Hebraeorum percussisset Deum suum Dagon, & plagam magnam fecerat super Azotum, non remiserunt arcam

in terram Israel.

Respondendum est, qd Philisthini desiderabant nimis tenere arcam Dei apud se, & quanto cernebant eam esse maioris potentiae, tanto magis desiderabant eam apud se tenere, quia si apud hebraeos esset, quanto potentior esset, tanto magis adiuuaret hebraeos, & noceret Philisthinis. quamquam igitur percussio esset viri Azoti non remiserunt immediate arcam in terrā suam, sed decreuerunt qd duceretur per omnes ciuitates ad experiendum, an aliqua esset, in qua nō posset plagam infligere, & in illa teneretur, & quamq̄ postq̄ transtulerunt arcam in vr̄bem Geth fuisset facta immediate plaga, non destiterunt Philisthini ab hac intentione, sed sustinuerunt nimis Gethai istam plagā, quia ipsi dederant consilium, vt arca circumduceretur per vrbes, & non remitteretur in terram suam intantum, qd conabantur inuenire quadam lenimenta contra istam passionem facientes sibi sedes pelliceas, ne mures ascendentes possent mordere intestina prominentia, sed nec sic euadebāt: etiam cum venisset arca in vrbe Acharon, & illa quoque percuteretur, nō immediate remiserunt Philisthini arcam, sed cum fieret ista circumductio per vrbes singulas, misit Deus plagā simul super omnes vrbes, & loca Philisthinorum, & tunc coacti sunt clamare oēs Philisthij, qd arca remitteretur in locum suum. Causa autē quare Philisthij ista faciebant, erat: quia vt supra dictum est, Philisthini non credebant Deum hebraeorum esse omnipotentem, nec aliquis de Gentilibus, aut veteribus philosophis hoc credidit, sed putabant Deum hebraeorū esse aliquod corpus, vel virtutē latentem in corpore, & quia istae virtutes non hnt operationem suam vbique, sed in aliquibus locis, putabant qd Deus hebraeorum non posset ubiq; inferre plagam, nec solum intelligebant hoc Philisthini de loco, in quo non esset de hebraeorum, sed et de loco, in quo esset: nam causae naturales non solum non agunt in loco, vbi non sunt, sed etiā interdum non agunt in loco, in quo sunt, eo qd locus ille est indispōsitus ad suscipiendam casualitatem agentis illius: actio tñ semper causatur iuxta dispōsitionē passi. Sic patet sermo de Aia. f. Actus actiuorum sunt in patiente dispōsiti. i. qd agens agat depēdet ex dispōsitione passi. Putauerunt ergo Philisthij, qd reperirent aliquē locum in terra sua, in quo Deus hebraeorum nihil agere posset, & in illo teneretur arca. Hunc autē non poterant inuenire, nisi per experientiam circumducendo arcam per omnia loca, sed hoc non permisit Deus fieri, ne arca magno tempore esset apud Philisthinos, sed cum perduxissent eam per aliquot ciuitates, incepit Deus simul percutere omnes vrbes Philisthinorum, & tunc coacti sunt mittere arcam in locum suum cognoscentes, quod nullus esset, in quo non posset agere Deus hebraeorum.

Quomodo

Quomodo ista scita sunt a scriptore, cum esset hebraeus. Quæst. XVII.

QVAERETUR ulterius quomodo scriptor, qui ista scripsit cum esset hebraeus potuit scire oia ista, quæ fiebant in terra Philistinorum tam in consilijs eorum, quam in congregationibus publicis, & manifestis plagis: nam Philistini non reuelarent hoc ludæis cum essent hostes eorum, & inter eos non esset communicatio.

Randendum est, quod hoc dupliciter sciri poterat: vno modo per famam, & per reuelationem ipsorum Philistinorum, qui hæc passi fuerant: nam quæ essent hostes ludæorum, tamen interdum aliqui ipsorum concubant cum Israelitis: maxime quia descendebant Israelitæ in terram Philistinorum ad accendendum vomeres suos, & gladios, & quidquid ad fabros pertinet: quia in toto Israel non erat aliquis faber ferrarius, cum Philistini tunc dominantes super hebræos hoc prohibuissent, ut patet 1. cap. 3. & erat hoc tempore Saulis, & Samuelis: ergo tunc habebant concitationem aliquam Israelitæ cum Philistinis, ita ut possent ab eis cognoscere ea, quæ acciderant existente arca in terra Philistinorum. Aliter autem sciri poterat per prophetam: nam iste, qui scribebat hæc, i. Samuel, propheta erat, & poterat prophetice cognoscere res gestas, sic. n. Moyses scripsit ea, quæ gesta fuerant per Balaam, & Balac, cum maledicere voluerunt populo Israel, ut ea quæ gesta sunt in itinere Balaam, & in terra sua, ut patet Num. c. 22. & usque ad finem 24. non tamen potuit Moyses illa scire per concitationem alicuius Moabitæ, vel alterius, qui interfuisset omnibus illis. Scripsit tamen illa spiritu prophético, quia sicut propheta interdum ea, quæ futura sunt pronuntiat & scribit: ita pronuntiare præterita, quæ sciri non possunt, nisi reuelatione diuina prophetice est, sic. n. nemo dubitat, quod cum Moyses scripsit ea, quæ acciderunt circa creationem rerum, propheta fuerit: quoniam illa, quæ ibi scripsit a solo Deo ei reuelata sunt, nec per aliquam historiæ hæc cognoscere poterat: ita dicendum est hic, quod Samuel, qui ista scripsit, spiritu prophético egit: nam quæ potuissent hebrei cognoscere ea, quæ acciderunt circa arcam in terra Philistinorum, tamen non complete cognoscerent, & aliquid falsitatis in cognitione illa admiscerent: vix enim illi, qui res gestas vident veritate de singulis scribere possunt, quæ tamen magis illi, qui ab alio relatas describunt? Et dato quod potuissent hebræi plenam veritatem cognoscere de his per relationem Philistinorum, tamen Samuel, qui hæc scripsit non auderet describere aliquid, quod ad sacram scripturam pertinere deberet, nisi maiorem haberet certitudinem: istud autem est per reuelationem propheticam, quæ certior est, quam quæcumque alia cognitio, & debemus magis assentire prophetiæ quam eis, quæ videntur, ut patet 2. Petri, c. 1. Hoc autem spiritu scripsit Samuel librum istum, & patet hoc, quia vocatur propheta: ponitur enim in secundo ordine scripturarum canonicarum, quæ vocatur prophetica, ut patet in prologo Galeato, qui proponitur huic libro, & vocatur isti prophetae, quia a prophetis, & prophetice scripti sunt. Potuit igitur Samuel describere oia, quæ hic habentur de statu arcæ apud Philistinos, quamquam nullus Philistinorum ei quicquam retulerit.

An arca, cum duceretur per multas ciuitates, in omnibus confringeret simulachra. Quæst. XVIIII.

QVAERETUR ulterius circa prædicta cum arca Dei duceretur per multas ciuitates, an in omnibus illis confringeret simulachra, sicut confragit idolum Dagon in Azoto, vel si factum est, quomodo non exprimitur.

Randendum est, quod Philistini primo quando duxerunt

arcam in terram suam, posuerunt eam in templo Dagon, & ibi Deus non frustra magnitudinem suam infringendo manus, & caput Dagon, ut reduceret arcam in terram suam, & quia non inclinati fuerunt Philistini ex hoc ad mittendum eam percussit Deus ipsos Philistinos. Cum autem vidissent Philistini, quod ex potentia arcæ bis Deus eorum ad terram deiectus est & contractus, noluerunt tenere arcam in templo Dagon, quia iam quotidie faceret sic: quousque comminueret idolum Dagon, & alia idola si qua ibi erant, & hoc patet esse verissimile, quia sicut cum Deus percuteret vnam urbem per potentiam arcæ Philistini deducebant illam ad aliam urbem, ita cum dii in templo, in quo erat arca confringerentur per potentiam arcæ, educerent eam Philistini, & sic credendum est, quod cum multis diebus manserit arca in urbe Azoto, & in duobus diebus primis fuerunt facta circa Dagon ea, quæ supra enarrantur, ut colligitur ex litera: non stetit arca in templo Dagon, nisi illis duobus diebus: postea autem stetit in urbe Azoto in aliqua alia domo, prophana, ita enim cum deduceret arca per alias urbes, cognito quod destruxisset Dagon Deum Azoti, non ponebatur in aliquo templo, sed in prophanis domibus, & sic nunquam postea disperdidit arca aliqua idola in alijs urbibus, & ob hoc non fit mentio de eis: non enim verissimile, quod cum Philistini sciuissent arcam destruxisse Deum Dagon, quod ponerent eam in aliquo alio templo, ne sic destrueret reliqua idola. Sed argues, quod eodem modo non esset verissimile, quod cum arca Dei fecisset plagam magnam super vnam urbem ducerent eam Philistini ad aliam, & tamen ducerent. Randendum est, quod non est simile, quia necesse erat, quod arca Dei poneretur in aliquo loco in terra Philistinorum, cum ipsi nolent dimittere eam ad terram suam, sed magnopere niterentur eam tenere in terra sua. De templo autem secus est, quia cum noceret arca in templo poterat poni in aliquo loco prophano, & tamen dato quod excluderetur de vna urbe, necesse erat eam poni in alia, vel maneret in deserto, quod non intendebant Philistini, cum vellent eam conseruare cum magna diligentia: non igitur fregit Deus aliquod idolum in terra Philistinorum, nisi idolum Dagon, & ob hoc de alijs urbibus nihil dicitur. Sed dicitur quod, quia sequenti c. dicitur dabitur Deo Israel gloriam, si forte releuet manum suam a vobis, & a dijs vestris, & a terra, ergo multi dii Philistinorum percussus fuerant, & quotidie percutiebantur. Randendum, quod solum fuit percussus Dagon Deus Azoti, ut dicitur declaratum est. Dixerunt autem sacerdotes, ut releuet manum suam a dijs vestris, quia licet non noceret dijs Philistinorum postquam nocuit Dagon, quia tamen illum contempsit sciebant, quod poterat ceteros confingere, & quia semper plaga augebatur quousque, arca dimissa fuit, adhuc timebant Philistini, quod Deus Israel percuteret deos eorum, quod autem faceret eos securos de hoc, faciendo penitus cessare plagam populi, per quod intelligeret, quod et postea non percuterent dii, dicebant releuare manus a dijs eorum. Et circumduxerunt arcam Dei Israel, id est ducunt eam Philistini per terram suam in circuitu de vna urbe in aliam. Primo autem post urbem Azoti ducta est arca in urbem Geth, quia Gethi fuerunt, qui responderunt, quod deberet arca circumducere, & quæ hic non dicitur, quod immediate uenerit in urbem Geth: tamen apparet ex eo quod sequitur, quod Gethi patiebantur nimis, & fecerunt sibi sedes pelliceas: fuit autem hoc factum, quia Geth erat alia de quinque ciuitatibus principalibus Philistinorum huius regni, vel satrapæ, ut dicitur est. Illis autem circumducentibus eam, id est ducuntibus de vna ciuitate in aliam, scilicet quod tunc fiebat plaga postquam introducebat arca in aliquam ciuitatem, & manebat ibi. Cum autem duceretur in itinere non percutiebantur, qui eam portabant, quia tunc non faciebant eam stare, sed cum primam inciperet detineri in aliqua urbe. Fiebat manus Domini super singulas ciuitates.

tates. Idest potestas Dei ad vindictam erat in qualibet urbe, cum ibi esset arca, & illa vocatur manus domini: quia per manum significatur operatio. Interfectionis magnæ nimis. Idest manus domini erat ad faciendum magnam interfectionem in populo: multi enim moriebantur eorum, qui sic percutiebantur: alij enim longa ægritudine vexabantur, quamquam non morerentur.

An ita percuterentur aliqui viri in aliqua ciuitate post exitum arcæ, sicut quando erat ibi. Quæst. XIX.

QVAERETUR aliquis circa hoc, an postquam exhibita arca Dei de aliqua ciuitate Philistinorum percuterentur ibi aliqui viri plaga ista, sicut cum ibi existeret: dum enim esset arca Dei in aliqua urbe non percutiebantur confestim omnes de urbe illa, nec omnes, qui percutiendi erant, sed successiue: nam peccabant Philistini detinendo arcam, cuius dominus daret eis signum, quod deberent eam dimittere, & quia quanto aliquis maiori tempore permanet in contumacia delicti, grauius est puniendus, percutiebat Deus semper plures, & grauius quousque percussisset omnes, qui erant in urbe a paruo usque ad maiorem, ut patet infra in litera, & postea si adhuc permanerent in contumacia occidebat Deus multos de illis. Respondendum est, quod postquam arca recederet de aliquo loco, si mansissent aliqui non percussus non percutiebantur ulterius, & si aliqui percussus essent, postea non moriebantur, quamquam antequam educeretur arca de loco illo morerentur plurimi, quæ patet, quia si plaga maneret, & continue infligeretur recedente arca sicut manent illa, non videretur, quod plaga ista esset propter arcam, quia non magis infligeretur ubi esset arca, quam ubi non esset. Item si hoc fuisset, scilicet quod non releuaretur ab occasione illa ciuitas, de qua recesserat arca, non curarent habitatores urbis mittere arcam ad aliam urbem sciens, quod siue maneret ibi, siue recederet quomodo cumque pestis mansura erat, & sic postquam arca Dei ducta fuit de Azoto in urbem Geth videntes Gethi, quod mansisset pestis apud Azotios, sicut a principio erat, non curassent mittere arcam ad Acharonitas, sciens, quod quomodo cumque pestis apud eos futura erat: & tamen postquam mansit aliquanto tempore apud Gerhaos, ipsi miserunt illam in Acharon, ergo videtur quod aliquam reuelationem viderant apud Azotios postquam inde recesserat arca Dei, dicebat etiam, ut sic fieret, alioquin non pateret manifeste, quod ista plaga fiebat propter presentiam arcæ Dei: de eo autem quod dicebatur, scilicet in immediate, ut recessisset arca de aliquo loco omnes, qui percussus fuerant ibi sanarentur: dicendum est hoc non patere, videtur tamen dicendum, quod non sanabantur immediate, nam tunc cognouissent manifeste Philistini, quod arca Dei faciebat istud, & tamen aliqui tamen dubitabant, quod patet quia, quando sacerdotes Philistinorum consulerunt, quod remitteretur arca in locum suum, dixerunt, quod ponerent in plastro eam iungentes duas vaccas fetas, quarum vituli relinquerentur in domo, & nullus dirigeret eas, si autem ipse recte tenderent in terram Hebræorum, dicebant cognouituros, quod arca Dei fecisset malum istud: sin autem dicebant, quod a casu venisset, & non terigisset eos manus Dei, ut patet sequenti capitulo. Ergo nondum cognoscebant plene, an arca Dei fecisset hoc, si tamen mox, ut recessisset arca Dei de aliquo loco, omnes quot quot percussus fuerant, sanarentur: apparuisset manifeste, quod arca Dei faciebat hæc, patet quia nimis differt inter inflictionem huius plage, & sanationem eius: quoniam si infligeretur, ut inflicta est poterat esse a casu naturali, vel a Deo: nam quod generentur

hemorrhoides, vel fluxus sanguinis, & quod promineant testina per secessum, ægritudines naturales sunt, quæ multoties, Deo non percussente, accidunt: ideo dubitabant Philistini, an Deus hoc fecisset, vel euensset a casu. Sanatio autem omnium istarum ægritudinum subitanea, scilicet mox, ut recesserat arca Dei de urbe, erat miraculosa, quia nulla causa naturalis agit subito, cognouissent igitur manifestissime, quod fiebat ab arca Dei, sed dubitauerunt. Satis ergo dicendum est, quod non sanabantur immediate, sed mures paulisper cessabant, qui comedebant intestina Philistinorum, & ipse morbus hemorrhoidum, & prominens intestinorum, atque putridorum paulisper curabatur. Et percutiebat viros vniuscuiusque urbis. Scilicet omnium urbium, ad quas arca transiuit. Nam a principio solum percutiebantur ille ciuitates, ad quas transibat arca, ad extremum tamen cum esset Philistini nimis duri nolentes dimittere arcam, percussit Deus simul omnia loca terræ Philistinorum, & sic omnibus clamentibus coacti sunt Philistini dare arcam. Quod autem omnes percussus fuerint apparet, quoniam infra dicitur, quod fiebat pauor mortis in singulis urbibus, & ascendeat ululatus vniuscuiusque ciuitatis in cœlum: sic etiam patet sequenti capitulo. cum dicitur, quod oblatis sunt mures aurei, & ani pro quinque urbibus Philistinorum, & pro omnibus alijs locis, tamen muratis, quam non muratis: sed non offerretur mus aureus, nec anis pro loco, in quo non fuisset pestis murium, & hemorrhoidum atque prominens intestinorum: ergo in omnibus locis terræ Philistinorum accidit ista plaga.

Dicitur etiam, quod percutiebat Deus viros vniuscuiusque ciuitatis, quod etiam intelligendum est de foeminis. Nam cum ista plaga accidisset propter peccatum totius populi, in omnes de populo redundare debebat.

Nec obstat si quis dicat, quod viri acceperant arcam Dei in bello, & ipsi detinebant eam in terra sua, foeminae autem nihil horum faciebant, ideo non puniebantur, sed non stat, quia si solum punirentur illi, qui specialiter peccauerant in hoc, cum paruuli nihil peccassent in capiendo, aut detinendo, quia ipsi nondum habebant ætatem discretionis capacem non deberent puniri hac plaga, & tamen puniebantur, ut patet immediate, scilicet, quod percutiebat eos a paruo usque ad maiorem: ideo dicendum, quod etiam foeminae percuterentur, sed hic intelligitur nomine virorum.

A paruo usque ad maiorem. Idest ista plaga erat generalis in omnibus, qui erant in quacunque ciuitate, in qua esset arca, ita ut nemo remaneret impunitus, sed differebat, quia non percutiebantur omnes a principio, nec æqualiter, nec moriebantur omnes, sed qui magis peccauerant, & quos Deus nolebat mori ex alijs causis. Non enim Deus inflixit istam poenam solum pro peccato detentionis arcæ, sed cum in hoc peccauissent, & Deus vellet punire illos, puniuit etiam pro alijs veteribus peccatis, quoniam ista est conditio Dei, sicut declaratum est Iosue cap. 7. Paruuli autem aliqui puniebantur hic, qui forte nunquam peccauerant, erat autem punitio ista propter parentes, ut in punitione filiorum parentes magis punirentur. Nam Deus punit saepe peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam generationem: Exod. cap. 24. & Num. 14. Et computrescebant prominentes extales eorum. Ista est plaga, quam patiebantur, scilicet quæ extales, id est intestina prominabant, id est egrediebantur a ventre pendens per secessum: vocantur autem extales quedam magna intestina, vel omasi peruenientia usque ad os ani, per quæ stercora emittuntur, in quibusdam autem interdum existimantur illa intestina prominere, in Philistinis autem

erat generale, q̄ prominebant, & multum dependebant: erat autem præter hoc aliud malum durius, s. q̄ mures plurimi, & magni ebulliebant a terra, & mordebant intestina pendentia Philistinorum, atq; plurimos occidebant: erat etiam aliud malum, s. q̄ intestina istorum Philistinorum pendentia computrescebant, atque mittebatur inde fetor intolerabilis, & sca-tebant vermibus intestina, & multi quos mures non occidebant, putredine intestinorum perierunt. Dicit autem Iosephus de ista plaga, q̄ Philistini moriebantur crudeli passione dyenteria, & antequam velox eis interitus perueniret, antequam animę bona morte resoluerentur a corpore, intestina eorum corporis putredine corrupta ferebantur. Prouinciam eorum multitudo muti deuastrabat, ita vt nec ab arboribus, nec a fructibus abstineret.

Iosephus lib. 6. ca. 1.

De istis muribus, an morderent Philistinos in intestinis pendentibus Iosephus nihil dicit, sed solum, q̄ mures deuastrabant terram, hoc etiam videtur dicere litera seq. c. 1. & multitudines murium, qui demoliti sunt terram, sed etiam præter hoc dicendum, q̄ mures illi affligebant Philistinos mordentes intestina eorum.

Inieruntque Gethai consilium. Erat enim pestis ista in vrbe Geth: quoniam ad illam arca ducta est immediate postquam fuit in Azoto, ideo ipsi inierunt consilium, quomodo possent euadere tanta mala. *Fecerunt sibi sedes pelliceas.* Id est fecerunt sibi Philistini sceminalia de pellibus: hoc autem faciebant propter duo.

Primo, vt intestina eorum non multum dependerent erumpentia de ventre, quia in hoc nimis grauabatur, & tolerabant dolores acerrimos, nunc autem non pederent intestina, sed conseruarentur in pellibus. Secundo faciebant istas sedes pelliceas propter mures, qui erumpentes de terra mordebant intestina pendentia, nunc autem licet ascenderent per cura Philistinorum non poterant extales prominentes corrodere, & hoc modo fuit eis aliquod consilium doloris, nec tamen effugere valuerunt, quia secundum Iosephum, li. 6. Antiquitarum, graui passio dyenteria tenebatur tunc, quia cum sepe sedes pelliceas sibi auferre cogenerent, mures quasi ex industria insidiantes eorum pendentia viscera corrodebant. Præter hoc autem grauis eis in dolore viscerum tortura erat, ita vt cogenerentur vlulare vsque in celum, vt patet j. non valebant ergo vsquequaq; hæc mala effugere, sed cum quedam euadere niterentur alia atrocius cruciabant, ita vt nõ esset alicubi vlla salus. *Miserunt ergo arcam Dei in Acharon.* Ista est tertia ciuitas de principalibus Philistinorum, quæ regem habebat, vt patet Iosue c. 13. & supra declaratum est, ad istam autem urbem arca Dei venit tertio loco. Nam cum mansisset apud Gethos, & illi grauitate afflicti fuissent, petierunt, vt transferretur ad alias vrbes, sicut petierant viri Azoti, & translata est arca ad Acharonitas. Et quamquam durum sibi esset suscipere arcam, quia timebant similem cladem, vt pertrulerant alie vrbes, tamen coacti sunt recipere, sicut

Cumque venisset arca Dei in Acharon. Non ponuntur hic alie vrbes Philistinorum, ad quas peruenerit arca: Iosephus tamen libro 6. Antiquitatum scribit, quod fuerit arca transducta per omnes quinque vrbes Philistinorum, quod satis verisimile est, scriptura tamen propter breuitatem non curauit omnia enarrare: potissimum, quia eadem plagas Gazai, & Ascalonitæ passi sunt, quas alie tres vrbes.

Exclamauerunt Acharonitæ, dicentes. Quamquam isti susceperant arcam Dei, quia coacti erant, eo quod alie vrbes sic susceperant, tamen ingemuerunt veniente arca dolentes pro morte, quam sibi adesse cernebant.

Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos. Clamauerunt Acharonitæ: quasi pro malo regimine, dicentes, quod arca Dei Israel ducebatur ad eos, non quodem quod alij Philistini ducerent arcam hac intentione, vt perirent Acharonitæ, quia magis alij desiderabant salutem eorum, tanquam contribulium suorum, sed est sensus, quod ad presentiam arcæ moreretur Acharonitæ, & sic, quamquam non conquirerentur de mala intentione aliorum Philistinorum ducendum arcam ad eos, tamen conquirebantur de malo regimine regni, quia cum illa arca manifeste tãtas inferret clades, vbicunque esset, non debebat teneri in aliquo loco, sed mitti in terram suam, vel relinqui in aliquo deserto.

Et populum nostrum. Refertur ad præcedentia, scilicet, vt interficiat nos, & populum nostrum, quod totum intelligitur de Acharonitis, quia loquentes intelligitur hic in prima persona, alij autem de eis non loquentes intelliguntur nomine populi. *Miserunt itaque.* Hic ponitur tertium, scilicet super prædicta plaga congregatio consilij. Cum enim vidisset Philistini, quod tam dure affligebantur, conati sunt denuo inire consilium quid faciendum esset de arca Dei.

Et congregauerunt omnes satrapas Philistinorum. Acharonitæ enim, qui nunc patiebantur ista mala, vocauerunt satrapas omnium prouinciarum Philistinorum ad urbem suam, vt ibi decernerent quid factu opus esset. Sic enim viri Azotij cum a principio periclitarentur vocauerunt ad urbem suam omnes satrapas, vt patet supra, & sic iam fuit bis facta congregatio satraparum Philistinorum super statu arcæ. Et primo decreuerunt eam circumducendam per omnes ciuitates. Secundo diffinierunt eam dimittendam esse in terram suam, omnes autem satrapæ, qui hic dicuntur sunt quæ secundum numerum quinque ciuitatum principalium terræ Philistinorum: de quibus sequen. capitu.

Qui dixerunt. Scilicet omnes satrapæ Philistinorum diffinientes concorditer arcam reportandam esse in terram suam.

Dimittite arcam Dei Israel. Quilibet de satrapis Philistinorum loquebatur hoc ad reliquos satrapas, & ad reliquum populum, qui conuenerat, quia in potestate omnium illorum erat dimittere arcam.

Et reuertatur in locum suum. Id est in terram Israel, in qua ipsa esse solebat, & dicitur reuertatur, id est reducatur, quia non intelligebat Philistini, quod ipsa per se reuersura foret. Nam quamquam postea sic accidit, quod ipsa dirigebat vacas eites per viam, nec patiebatur declinare ad dextram, vel ad sinistram, quamquam in domo vaeca fere reliquissent filios suos: Philistini tamen non aduertebant ad hoc, quia non putabant sic esse futurum, sed postea consilio sacerdotum, & diuinorum ad capiendum experientiam, an ea quæ facta sunt a Deo prouenissent, ingeniatum fuit hoc, vt patet sequen. cap.

Et non interficiat nos cum populo nostro. Istud primum pertinet hic ad satrapas qui loquebantur: nomine autem populi intelliguntur omnes Philistini, quia omnes habitantes in terra illa erant populus istorum satraparum, quia isti erant quinque reges, in quos tota terra Philistinorum diuidebatur, vt patet Iosue cap. 13. Dixerunt autem hoc, quia existimabant, quod si recederet arca in terram Israel, cessaret plaga de terra Philistinorum.

Fiebat enim pavor mortis in singulis vrribus. Hic ponitur mors generalis in omnibus terris Philistinorum, quod fuit ad vltimum cum Philistini morarentur in dimittendo arcam. Facta est enim tunc in singulis vrribus magna plaga, & pavor mortis, quia omnes percutiebatur a paruo vsq; ad maiorem,

vt

vt patet s. & horum plurimi moriebantur: omnes tñ mortem timebant. Aliquis vero exponet hoc de singulis vrribus, per quas transibat arca, sed non solum iste vrbes plagam sustinebant, sed etiam omnes vrbes Philistinorum, vt s. declaratum est. *Et grauissima valde manus Dei.* Scilicet, i qualibet vrbe Deus inferebat magnas plagas, & hoc erat esse manum Dei grauem, quæ non dicitur manus hic, nisi propter potentiam puniendi, & actualem punitionem. erat autem dura, vel grauis, quia in qualibet vrbe multi moriebantur, & omnes percutiebantur. *Viri quoque, qui mortui non fuerant.* Hic ponitur vniuersalitas plage quãtum ad homines, sicut ponebatur supra vniuersalitas quantum ad loca, scilicet, quod in loco quolibet, in quo erat plaga moriebantur plurimi. Ceteri autem percutiebantur, vt supra dictum est, & ita nullus manebat sine poena, sic patet s. f. percutiebatur viros vniuscuiusq; vrbes a paruo vsque ad maiorem. *Percutiebantur in secretiori parte natium.* Erat percussio ista in intestinis, quæ sunt in extreme mitate natium, s. ad os ani, quoniam putrescebant illa cum ipso secessu, & erat plaga durissima.

Infirmitas Philistinorum, an fuit plaga hemorroidum.

Hemorroides magis accidunt iudeis, q̄ in ceteris hominibus, & quare.

Hebræi autem dicunt istam fuisse plagã hemorroidum, quod satis videtur signare litera sua, sed nõ erant proprie hemorroides, sed similitudinem quãdam habebant. Nam hemorroides dicuntur esse capita venarum terminatarum ad os ani, ibi quippe multę venę terminantur, & istæ ingrossantur atque replentur sanguine quodam tempore, qui non est verus sanguis, sed humor crassus sanguineus causatus ex aliquibus rebus indigestis. fit enim passio hemorroidum in illis hominibus, qui vt frequenter comedunt carnes insulas, vel male digestibiles, ppter quod magis accidunt hemorroides in Hebræis, quam i ceteris hominibus, ex quo quidam habent occasionem erroris existimantes, q̄ illi emittant sanguinem per secessum in maledictionem, quia petierunt sanguinem Christi super se, & filios suos, sed credo quod isti errent quamquam viri alicuius auctoritatis hoc asserant. De morte autem istorum de quibus hic, non videtur dicendum, q̄ perirent alia plaga, nisi quia percutiebantur in parte secretiori natium, sicut illi, qui non moriebantur: satis autem similitatur passio hemorroidum huic plagæ, quæ ponitur supra, s. q̄ prominebant extales eorum, & putrescebant, quia ita etiã hemorroides, quę sunt capita venarum, sed non poterant esse vere hemorroides. *Et ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in celum.* Id est quilibet ciuitas videns tanta sibi inesse mala, plangebat, & voces eius pertingebant vsque ad coelum. Est autem hic hyperbole, vel hyperbaton, & est iste modus figuratus loquendi, quando transcẽdimus veritatem rerum ex modo loquendi, & cũ dicimus voces istius perueniebant vsque ad celum, id est erant nimis magnæ, & sic aliquando habetur in scriptura, vt patet Deuteronomo. cap. 1. Cum dicitur, quod vrbes terræ Chanaan erant ad coelum vsque muratę, id est habebant muros excellos: poetę quoque vtuntur sæpe isto modo loquendi, quia conuenit valde populari consuetudini. Sic habetur Alexandreidis. lib. 3. cum agitur de captione vrbs Tyri, & feminarum ibi manentium clamore dicitur *Auæa femineus perstringit sydera clamor.* Id est clamor feminarum percutit astra, & sic de multis alijs.

C A P. VI.



V I T ergo arca Domini in regione Philistinorum septem mensibus. Et vocauerunt Philistinij salph. Tost. In Primum Regum.

cerdotes, & diuinos, dicentes: Quid faciemus de arca Dei? Indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum.

Supra 5.

Vit ergo. Supra est descripta circunductio arcæ per terram alienam, hic consequenter describitur eius reportatio in terram suam: & diuiditur in quatuor partes. Primo enim de modo reducendi consilium quaeritur: secundo iuxta formam dati consilij arca reducitur: tertio a Bethsamitis indiscrete suscipitur: quarto propter indiscretã susceptionem populus percutitur. Secunda ibi. *Fecerunt ergo.* Tertia ibi. *Porro Bethsamitæ.* Quarta ibi. *Perussit autem.*

An quę sequuntur se habeant consequenter ad præcedentia.

Quæst. I.

CIRCA primum de continuatione huius ad præcedentia, dubitabit aliquis, an habeant se ista in ordine consequenti, quod satis planũ est, nullam, scilicet mutationem ordinis re-cti hic esse. Nam supra descripta est mansio arcæ in terra Philistinij, & hic portatio eius in terram Israel, quæ quidem habent se secundum ordinem rectum. de tempore etiam, scilicet, an transferint magna tempora inter ea, quæ dicta sunt præcedenti capitu. & ea quæ habentur hic.

Dicendum est, quod paucum tempus fuit: nam totum tempus, quod fuit, ex quo arca Dei portata est de terra Israel in terram Philistinij, & iterum redũcta est: fuit septem mensibus, vt patet hic, in quibus mensibus septem facta sunt omnia, quæ habentur præcedenti capitu. & in fine illorum reducta est: ideo dicendum, quod inter ea, quæ habentur præcedenti capitu. & ea quæ habentur hic nullã fuit temporis distantia, cum poneretur supra consilium de reducenda arca, & hic ponatur executio eius.

Fuit ergo Dei arca in regione Philistinorum. Scilicet nõ fuit in aliquo loco speciali terræ Philistinij toto isto tempore, sed discurrebat per regionem, nam per omnes quinque magnas ciuitates Philistinorum arca ducta est, vt vult Iosephus, & supra declaratum est. *Septem mensibus.* Istud fuit totum tempus, quo arca Dei abiens fuit a terra Israel.

Philistini libenter detinuerunt semper arcam Domini, nisi Deus prouidisset. Et quod Philistinij nunquam aperuerunt arcam. Quæst. II.

SCIENTIUM autem, quod Philistini voluissent eam semper apud se detinere, & semper detinuerunt, nisi Deus percussisset eos, & quãquam percussit, ad huc detinuerunt arcam maiori tempore circuducentes eam per omnia loca Philistinorum ad capiendum experientiam, an aliquis locus esset, in quo Deus Hebræorum non possit percutere, & ad discurrendum omnia loca terræ Philistinij exigebatur magnum tempus, sed Deus prouidit in hoc, quoniam hoc modo mansissent Israelitæ sine arca Dei magno tempore, ideo cum ipsi trãsduxissent arcam per aliquot de ciuitatibus Philistinorum Deus misit simul plagam super omnia loca terræ Philistinij, & sic coacti sunt dimittere arcam, vt supra declaratum est.

Sciendum autem, quod in toto tempore isto, quo arca Dei fuit in terra Philistinij, non fecerunt Philistini circa eam aliquid inhonestum, s. vt caperent ea

I 2 ea

ea tabulas aperientes illam, vel vnam cum manna, vel virgam Aaron, quæ intus posita erant: non enim aperuerunt arcam toto isto tempore, nec audebāt tangere eam, nisi cum magna reuerentia, & necessitate, scilicet, quando mouenda erat de loco ad locum, eo quod timebāt eam nimis, quia manus illius durissima erat super eos, & Deos ipsorum, vt patet præcedenti cap. ob hoc igitur cum arca reducta est in terram Israel nihil inuenerunt Israelitæ circa eam fuisse immutatum nec quicquam defecisse de his, quæ prius in ea fuerāt, nec etiam quisquam Prophetarum meminit aliquid fuisse ablatum, Apostolus quoque noster, qui fuit in fine status Iudaici describit ad Hebræo. cap. 9. omnia, quæ erant in arca, scilicet tabulæ, vna, manna, virga Aaron, in quo vult, quod omnia ista manserint in arca, & sic nihil propter statum arcæ in terra Philistinorum circa hæc mutatum est.

Quibus mensibus arca domini fuit in terra Philistinorum. Quæst. III.

Quæret aliquis qui fuerunt isti septem menses quibus mansit arca domini in terra Philistinum. Aliquis respondebit, quod sciri nequit, quia scriptura de illis nihil exprimit, nec videtur quare magis hoc dicamus de quibusdam mensibus anni quam de alijs, sed respondendum est, quod isti septem menses fuerunt incipiendo ab Octobri nostro, vel Nouembri vsque ad principium Maij, vel in finem eius. Quod patet quoniam infra dicitur, quod arca domini venit in campum Bethsames, vbi erat ager Iosue Bethsamitæ, & tunc erant ibi viri metentes triticum, ergo a tempore messionis tritici sumenda est ratio computandi, scilicet accipiantur septem menses immediate præcedentes ad tempus messis triticæ. Est autem messis triticea in terra Chanaan circa finem Aprilis, & principium Maij: nā principium messis ordeaceæ apud Iudæos in terra Chanaan erat post 16. diem mensis Martij, quia ante hoc nemo de Iudæis audebat tollere saltem vnam spicam, vel granum de segete: Leui. c. 23. duraret autem messis ista ordeacea vsque circa finem Aprilis, potissime cum dicatur, quod adhuc spicæ ordeaceæ erant virentes in 16. die mensis Martij, quando adducebatur manipulus ad offerendum in Sanctuario. esset igitur messis ista triticea circa finem mensis Aprilis, vel per totum Madium. Si autem velimus computare totum Aprilem, scilicet fuisse ista collectio messis triticæ in fine Aprilis, dicitur quod isti 7. menses inceperunt in principio Octobris, scilicet quod tunc fuit magna facta pugna Israelitarum cum Philistinum, & capta est arca. Si autem voluerimus, quod ista messis triticea esset per totum mensem Maium, quia tunc etiam durabat, ita quod fuerit in fine illius, oportebit dicere, quod incipiant octo menses in Nouembri, & vltimus eorum sit Maius, non potest autem dici, quod incipiant in Septembri, vel ante eum, quia tunc necesse esset, quod messis triticea in terra Chanaan esset in principio Aprilis, vel in Martio, quod nunquam est, quia tunc vix incipit messis ordeacea.

An liceret sacerdotibus minoribus introire sancta Sanctorum, non existente ibi arca. Quæst. IIII.

Quæretur vterius de statu sancti Sanctorum eo tempore, quo mansit arca apud Philistinum: dictum enim fuit præced. capi. An manente arca in terra Philistinum celebratum fuisset festum expiationis, quantum ad omnes ceremonias suas si accidisset, & declaratum est, quod sic requirebatur autem ad hoc, quod introiret summus

faceros in sancta Sanctorum ad aspergendum sanguinem, etiam si non esset ibi arca. Nunc autem stat dubium, an isto tempore liceret sacerdotibus minoribus, vel Leuitis ingredi in sancta Sanctorum, cum non esset ibi arca. Respondendum est quantum ad Leuitas, quod siue esset ibi arca, siue non, non licebat eis illuc introire, nam ingressus in sancta Sanctorum erat per primam partem tabernaculi, quæ vocatur sanctum, sed in hanc nunquam poterant introire Leuitæ, ergo nec poterant in sancta Sanctorum, quod patet, quia Num. ca. 4. dicitur, quod cauerent sacerdos ne Leuitæ aliquando viderent vasa Sanctuarij discooperta, alioquin morerentur: si tamen introirent in primam partem Sanctuarij, necessario viderent vasa discooperta, ergo non licebat intrare. Patet hoc, quia in prima parte Sanctuarij erat altare thymiamatum, & mensa propositionis, & candelabrum aureum, quorum aliquod, vel omnia oportebat videre ingredientem, & hæc omnia discooperta erant dum manebant in Sanctuario, sed cum mouendum esset, sacerdotes introibant, & velabant illa: Num. ca. 4. nunquam igitur licebat Leuitis introire in sancta Sanctorum, cum nunquam liceret introire in primam partem Sanctuarij. De sacerdotibus autem magis videtur dubium, nam sacerdotibus minoribus licebat introire in primam partem Sanctuarij, vbi erat candelabrum, mensa, & altare ad complendum quotidie ceremonias requisitas secundum legem, vt patet ad Hebræo. c. 9. ideo non stat eadem ratio, quæ in Leuitis, & cum intra sancta Sanctorum non esset arca, non videtur quare non liceret eis intrare illuc, quod apparet, quia prohibebatur summus sacerdos introire omni tempore in sancta Sanctorum, quia Deus apparebat in nube super oraculum, id est super propitiatorium: Leuit. ca. 16. & quando introiret debebat secum portare thymiamata exhalantia crassum fumum, vt nihil posset videre summus sacerdos de his, quæ erant in propitiatorio, vt patet præalleg. cap. sacerdotes autem minores non solum non poterant tunc introire in sancta Sanctorum, sed etiam non poterant esse in prima parte tabernaculi eo tempore, quo summus sacerdos introibat in sancta Sanctorum, alioquin morerentur: Leui. cap. 16. sed hæc omnia erant, dum esset arca intra sancta Sanctorum, vt præalleg. patet. si igitur non esset ibi arca, & consequenter nec propitiatorium, super quod Deus appareret, videtur quod quando docunque vellet, liceret summo sacerdoti introire etiam in sancta Sanctorum, etiam sacerdotibus minoribus. Respondendum est, quod toto illo tempore, & postea per multos annos, quibus non fuit arca intra Sanctuarium, nunquam licuit sacerdotibus minoribus introire in sancta Sanctorum, & sacerdoti magno nunquam licebat, nisi cum erant dies propitiationis: in quo præsupponendum est, quod quamquam non esset arca in Sanctuario semper erat facta domus, quæ vocatur sancta Sanctorum, quæ distinguebatur velo quodam pendente ante quatuor columnas, & erat ista domus vndique quadrata, scilicet habens 10. cubitos in altitudine, & totidem in longitudine, & in latitudine rotundæ, vt patet Exo. 26. c. & habebat aliquam sanctificationem specialem, quoniam etiam si non esset ibi arca, sacerdos summus ingrediebatur in die propitiationis ad aspergendum ibi sanguinem, vt declaratum est præcedenti cap. quæst. 8. & 9. Si tamen non habuisset aliquam sanctitatem specialem, nihil magis fuisset quare ibi aspergeretur sanguis, quam in prima parte tabernaculi, si autem erat aliqua sanctitas maior in loco illo, quam in prima parte tabernaculi, ergo non licebat sacerdotibus minoribus introire in illam partem. Etiam sacerdoti magno non licebat quotidie introire, quia pro quotidiana ministracione erant sibi licita illa loca, quæ communia erant.

Item

Item patet hoc magis per Apostolum ad Hebræo. cap. 9. vbi volens aliquid differere de ritu veteris testamenti dixit, quod tabernaculum erat diuisum in duas partes, & in primam earum licebat introire quotidie sacerdotibus, in secundam autem ingrediebatur solus pontifex semel in anno: & hoc cum sanguine, sed ibi Apostolus tradidit regulam non solum pro aliquo tempore speciali, sed etiam pro omnibus temporibus, quibus durauit vetus testamentum, & quia magna pars status illius fuit post captiuitatem Babylonicam vsque ad captiuitatem per Romanos, in quo tempore fuit Apostolus, constat etiam, quod de isto tempore locutus fuerit, sed manifestum est, quod in toto tempore, quod fluxit post captiuitatem Babylonicam vsque ad destructionem per Romanos non fuit arca in Sanctuario, quia ante captiuitatem Babylonicam Ieremias educens eam de templo abscondit in sepulchro Moyse, ita vt hominibus ibi maneret incognita, vt patet 2. Machabæo. capit. 2. ergo tempore, quo non erat arca in Sanctuario, obseruabatur hoc, scilicet quod solus summus sacerdos ingrederetur in sancta Sanctorum, & hoc semel in anno.

Item manifestum est in toto tempore, quo durauit status Iudæorum post captiuitatem Babylonicam, quod non fuit arca in Sanctuario, vt patet ex dictis, & sciunt Hebræi, quod nunquam habituri essent iam arcam, fecerunt tamen sancta Sanctorum, ergo videtur quod præter arcam erat aliqua sanctitas in sancta Sanctorum, & sic non liceret introire illuc sacerdotibus minoribus. Quod autem fuerit sancta Sanctorum in tempore, quod fuit post captiuitatem Babylonicam vsque ad captiuitatem per Romanos, apparet quia in passione Christi dicitur: Velum templi scissum est in duas partes a summo vsque ad deorsum: Matth. 27. ca. sed velum templi dicitur, quod pendebat ante sancta Sanctorum, sicut etiam apparet ex fabricatione tabernaculi Moyse: Exodi cap. 26. ergo tunc erat sancta Sanctorum, & consequenter erat vtilis domus illa ad aliquid, hoc autem erat, vt ibi esset quædam specialis sanctificatio, ad quam solus summus sacerdos semel in anno introiret. Nunquam igitur licuit minoribus sacerdotibus introire in sancta Sanctorum, siue esset ibi arca, siue non.

Post hæc vocauerunt Philistinum sacerdotes, & diuinos. Scilicet consummatis 7. mensibus, quibus steterat arca in terra Philistinum vocati fuerunt sacerdotes, & diuini ad iudicandum de arca qualiter remittenda foret in terram suam.

Sciendum autem, quod non vocauerunt Philistinum sacerdotes, & diuinos ad sciendum, vel deliberandum, an arca mittenda foret in terram suam, sed ad sciendum qualiter esset mittenda: iam enim satrapæ Philistinorum conuenerant in urbem Acharon, & ibi cernentes tantis se obsessos malis, quæ non dubitabant euenire propter arcam, iudicauerunt arcam esse remittendam, vt patet præced. c. f. dimittite arcam Dei Israel, & reuertatur in locum suum, vt non interficiat nos cum populo nostro, circa modum tamen missionis satrapæ consuluerunt sacerdotes, & diuinos: nam isti peritiores erant circa ceremonias Deorum, sacerdotes quidem, quia sacra tractabant, diuini autem, quia secreta, quæ ad Deos pertinent magis intelligunt, & isti censuerunt eam esse mittendam cum muneribus, quæ infra habentur.

Philistinum dispuerunt inter se antequam decernerent arcam esse remittendam. Quæst. V.

Sciendum tamen, quod antequam hæc fierent satrapæ Philistinorum inter se disceptabant, qui Alph. Toft. in Primum Regum.

busdam dicentibus, quod arca Dei remittenda esset, quia ipsa in inflixerat omne malum istud, alijs autem dicentibus, quod istæ erant passionibus naturales potentes accidere ex causis naturalibus secundum temporum varietatem, quod arca nihil horum faceret, ideo quod non esset remittenda, de hoc Iosephus 6. Antiquitatum ait: Et primum quidem placuit, vt arca remitteretur ad suos, cum Deus eam proprius vendicaret, & ob hoc pestes illis inferret, vrbesque vastaret. Erant autem, qui dicerent hoc fieri non debere, nec falli, vt arcæ passionum causas ascriberent, cum ei fortitudo, aut potestas huiusmodi non esset, quoniam si habuisset Deus curam eius, nequaquam tradita fuisset hominibus, sed quiescendum, & causam harum passionum dicebant leuiter tolerandam, quod vtiq; non deberent, nisi solummodo reputari naturæ, quæ corporibus, & terræ, & arboribus, & omnibus, quæ ex ea consistunt per temporum cursum huiusmodi passionibus ingenerat. De sacerdotibus autem, & diuinis dicit Iosephus ibidem, quod isti erant viri, qui illis temporibus intellectu, & prudentia ceteros superabant: hi autem neutram prædictarum sententiarum tenuerunt non dicentes arcam esse tenendam, nec remittendam: sed dederunt mediã viam, qua sciri posset, an istæ passionibus venissent propter arcam, vel non, quod si venissent remitteretur arca redire ad suos, sin autem etiam durantiis plagis teneretur, cum ipsa causa non existeret.

Quare vocati sunt sacerdotes ad istud consilium potius, quam alij de populo. Quæst. VI.

Vocati sunt autem hic sacerdotes propter duo. Primum, quia remitti arcam pertinebat per ceremonias Deorum: nā arca illa erat Dei Israel, ideo debebat remitti cum ceremonijs pertinentibus ad Deum. De his autem melius poterat iudicare sacerdotes, quia ipsi magis quam ceteri excitati erant circa ceremonias Dei.

Secundo sacerdotes assumpti sunt, quia ipsi sapientiores ceteris erant: Antiquus enim tam apud Gentiles, quam apud Iudæos sacerdotes erant ceteris peritiores, eo quod ipsi magis vacabant sapientiæ quam reliqui.

Alij enim agriculturæ, aut negocijs militariibus, aut alteri generi exercitationis, quo victus acquiri posset, tradebat, sacerdotibus autem dabatur expensæ a communitatibus, siue quantum ad iura sua, & oblationes, siue quantum ad aliquam pensionem, quæ imponeretur eis de arca publica. Patet hoc apud Aegyptios, nā Gen. c. 47. dicitur, quod omnes Aegyptij coacti sunt vendere terras suas præter terram sacerdotum, quæ a rege tradita fuerat eis, quibus statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. De sacerdotibus autem apud Iudæos idem apparet, nam Deus statuerat eis, & Leuitis certa iura inter Israelitas, quæ sufficerent eis ad sustentationem, & non cogebantur quicquam proprijs manibus laborare, aut vacare agriculturæ, vel alijs laboribus, imo vt ipsi propter cupiditatem forte non laborarent, Deus fecit, vt non daretur eis terra, in qua possent habere agros ad colendum, sed solum loca ad habitandum, vt patet Num. c. 35. & Iosue 14. poterat ergo isti nimis vacare sapientiæ cum nullam aliam occupationem haberent. De Aegyptijs enim sic fuit, nam ibi inceperunt considerationes scientiarum, nam quædam Astrologia, & Arithmetica, & Geometria secundum Iosephum 1. Antiquitatum fuerunt prius apud Chaldæos, deinde apud Aegyptios, tñ quod apud Chaldæos fuit de illis parum erat: postea autem apud Aegyptios nimis clarauerunt, &

Sacerdotibus antiquis dabatur expensæ a communitatibus, tam apud Gentiles, quam Iudæos. Et ipsi fuerunt inuentores scientiarum.

Sacerdotibus antiquis dabatur expensæ a communitatibus, tam apud Gentiles, quam Iudæos. Et ipsi fuerunt inuentores scientiarum.

fic omnes, qui de sapientia huius seculi loquuntur ori- ginem sciendi Aegyptijs tribuunt, quasi ante eos ne- mo in aliqua arte clarus fuit. De sapientia autem apud sacerdotes Hebræorum, quod ipsi vacare deberent il- li pater Osee. cap. 4. cum dicitur, quia tu scientiam re- pulisti repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, quasi dicat, quod non est aliquid, ita sacerdoti conueniens sicut esse scientem, hoc idem habetur Malac. c. 2. scilicet. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exerci- tum est, debebat autem ista scientia, potissimum ef- se circa legem, sic patet Aggæi. capi. 2. scilicet interro- ga sacerdotes legem, ubi Deus iubet, quod de omni- bus quæstionibus grauibus, & occultis in lege quære- rerur a sacerdotibus, apud alias autem gētes similiter sacerdotes sapientiæ vacabāt, ideo apud Philisthinos, tanquam sapiētes sacerdotis vocati sunt, & istam cau- sam magis sequitur Iosephus quam primam.

Diuini qui vocati sint. Quæst. VII.

DE diuinis autem dicendum est, quod voca- uerunt eos Philisthini, quia isti non solum sciunt ea, quæ humanitus sciri possunt, sed etiam quædam quæ pertinent ad modum excellentiorem sciendi: unde dicuntur diuini a Deo, quasi proprietatem Dei habeant, quia sicut Deus ea, quæ futura sunt, & incognita scit, ita & isti abscondita dicere conantur, & ob hoc vocantur dii. Sic patet Isai. 41. cap. scilicet. Priora, quæ fuerunt nunciata, & pone- mus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt iudicate, annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dii estis vos. De his diuinis erant multi inter Philisthinos: sic patet Isai. ca. 2. ubi cum redarguuntur Iudæi de superstitione dicitur augures habuerunt, ut Philisthijm quasi illa gens magis haberet augures, & diuinos quam aliæ gentes: intelliguntur autem omnia genera hominum super- stitiosorum, qui conantur dicere res occultas per au- gures, de quibus erant multi in terra Chanaan. ponit- tur autem species aliquarum horum Deuterono. cap. 18. scilicet, non sit in te, qui iustret filium suum, aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & obser- uet somnia, aut auguria, nec sit maleficus, nec incan- tator, nec fitiones consular, ne diuinos, & quærat a mortuis veritatem. De speciebus autem horum, & an aliquid naturaliter iste artes possint, vel sint pura su- perstitio declaratum est Leui. cap. 19. Dicentes quid fa- ciemus de arca Dei. Non quærebant, an deberent re- mittere arcam, vel apud se retinere, quia iam diffinie- rant quinque Sarrapæ Philisthinorum eam esse mit- tendam, ut patet præceden. ca. sed quærebant quomo- do eam dimitterent, si darēt aliqua munera, vel nō: vel si ierent ipsi cum arca, vel dimitterent eam solam, sicut patet immediatē.

Indicate nobis, quomodo remittamus eam in locum suum. Id est, quæ sunt cæremoniæ quas facere debemus ad hoc, quod mittatur arca: dicebant autem hoc, quia ti- mebant, ne mittendo eam prætermitterent aliquam cæremoniam honoris, propter quam offenderetur Deus Hebræorum, & rursus puniret eos: & quia isti erant sapientiores inquisierunt ab eis de modo cære- moniarum.

Qui dixerunt si remittitis arcam Dei Israel. Ex hoc appa- ret, quod isti diuini & sacerdotes, uon dum cognoscebāt manifestē, quod ista calamitas Philisthinorum prouenisset ex actione arcæ, vel ex naturæ mutationibus, ideo neutram partem contradictionis diffinierunt dicētes eam retinendam, vel dimittendam, sed locuti sunt cō- ditionaliter, dicentes: si uultis eam dimittere non di-

mittatis eam, & hoc tenet Iosephus sexto Antiq- uitate. Patet autem hoc ex experientia, quam ipsi trā- diderunt, ut cognosceretur, an Deus Israel hoc fecisset, vel esset nature conditio. Nolite eam dimittere uacua. Id est non dimittatis eam sine muneribus. Diceretur enim abire uacua si permitteretur ire, sicut uenit ni- hil reportans. volebāt ergo isti, quod darentur ei ali- qua munera, quibus Deus Israel placareretur, ne ultra p- cuteret eos. Sed quod debetis reddite ei. Id est date ei mu- nera, quæ iustum est uos dare.

Quid tenebantur Philisthini reddere arca pro peccato, & uni- uersaliter quæ pæna corresponderet peccato inter Iudæos. Quæst. VII.

QUAERIT aliquis quid debebant Philisthini arca Dei. Respondendum est, quod hic dicitur, quod debebāt ei aliquid reddere pro peccato, ut patet in litera, sed tunc stat du- bium quid tenebantur Philisthini reddere pro peccato. Dicendum est, quod quicumque peccat in Deum agit, & tenetur ei ad aliquid, siue ille de Gētilibus sit, siue de Hebræis, quia omnium hominum Deus vnus est, quamquam ipsi in diuersas sectas ex errore, & ini- quitate diuisi sint: tenetur enim homo ad mortem æ- ternam Deo pro peccato exigente hoc iustitia illius, & si illius ueniam uelit, tenetur dolere, quod peccauit, & ne rursus ei aliqua infligatur pæna, licet non eter- na, tenetur Deo in aliquo satisfacere, quod partim p- tinet ad actiones laboriosas, & satisfactorias, & partim ad cæremonias: sed in alijs differt quantum ad eos, quibus lex posita est, & quantum ad illos, qui nullam præ- ter legem naturæ habent: nam qui legem habent se- cundum legem satisfacere debēt, qui uero nullam se- cundum dictamen conscientie agent: Hebræi autem habebant legem, ideo si peccarent satisfactio secun- dum illam fieri debebat.

Pro quo sciendum, quod peccatum aut est contra proximum directe, aut contra Deum: si contra proxi- mum, aut est in his, quæ requirunt satisfactionem, ut in furto, rapina, detentione, & lesione rerum, & iniu- ria, atque similibus, aut de illis, quæ nullam requirunt restitutionem, sicut in adulterio cum uxore alicuius, vel in concupiscendo res eius, aut uxore & similibus.

Si primo modo, aut ille, qui peccabat condemna- batur iudicialiter, tunc dicendum quod reddebat id, in quo iudex condemnabat interdum quadruplum, interdum quintuplum, vel duplum secundum leges gabanur de furto, quæ habentur Exo. cap. 22. Similiter autem circa alias contentiones contractuum humanorum, in quibus condemnatus aliquid restituere debet de quibus ponuntur leges aliquæ in Exodo, & libro Num- rorum, atque Deuteronomij, & in isto casu ille, qui condemnabatur nihil tenebatur Deo reddere secun- dum legem, sed nullum sacrificium, vel oblationem, aut similia. Si autem qui peccauerat nō condemnabatur iudicialiter, sed latebat delictum, ut quia aliquis rapuisset bona alicuius, vel intulisset damnum negando de- positum, vel aliquid extorquendo, aut calumniam fa- ciendo, vel rem perditam inueniendo, & non reddē- do: si postea iste, qui peccauerat conterebatur de pec- cato uolens satisfacere proximo tenebatur reddere ei quantum abstulit, vel damificauit, & quintam in- super partem: Deo autem tenebatur offerre unum- arietem pro peccato: Leuitici capitu. quinto. Et hoc est si uiueret ille, cui damna illata sunt, vel aliquis hæ- res eius: sin autem dabantur omnia ista Deo, & per- tinebant ad partem sacerdotum, ut patet Numeri ca. 5. scilicet. Confitebuntur peccatum suum, & red- dent ipsum caput quintamq; partē desuper ei, in quæ pecca-

Ad quam pæna, & lu- dei, & Gē- tiles obli- gabanur ex pecca- to.

peccauerint: sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt A domino, & erit sacerdotis.

Si autem essent alia peccata cōtra proximum, quæ non requirebāt satisfactionem, ut dicere falsum testi- monium, vel adulterari cum uxore alterius, & similia, aut sunt talia, quæ in actu exteriori consistunt, ut ea, quæ dicta sunt, aut in sola interiori operatione fiunt.

Si primo modo, aut peccatum cōuinebatur in iudicio, aut non: si primo modo inferebatur pæna statu- ta per legem, si pro adulterio mors, ut patet Leui. c. 20. & 21. & Deuteronom. 22. pro falsa testificatione infli- gebatur pæna talionis, si per contra passum. Deuteron. 19. cap. pro occisione inferebatur mors: Num. 35. ca. pro uulneratione inferebatur uulneratio, si oculum p- oculum, dentem pro dente, percussuram pro percussu- ra quilibet sustinere cogebatur: Exodi 21. & Leui. ca. 24. & hoc nisi ille, qui sustulisset iniuriā, uellet remit- tere pænam, ita quod satisfaceret ei in pecunia, sicut de- claratum est Leui. 24. capitu. Et hoc tenet Iosephus 4. lib. Antiquitatum, dicēs quod sic obseruabatur apud Iudæos, qui autem sic iudicialiter condēnabatur non tenebatur aliquid reddere Deo, sine oblationē, nec sacrificium: erat enim hoc generale in veteri testamē- to, quod in omni causa, quæ ciuilitate ageretur, si iudicialiter, siue esset pure ciuiliis, siue pure criminalis, uel mixta non tenebatur condemnatus ad aliquid Deo, vel sacerdotibus. Quod patet, quia in nulla lege forali iubetur fieri aliquod sacrificium in toto veteri testa- mento. Cum tamen delicta in contractibus humanis non deducerentur in iudicium, aliquando cum satis- factione imponitur sacrificium, ut patet Leui. cap. 5. & Num. 5. Si ista delicta, scilicet homicidij, adulterij, falsa- testificationis, & similia non examinarentur iudiciali- ter ille, qui peccauerat non tenebatur ad aliquid lesio, quia non condemnabatur, & rursus nō tenebatur ad oblationes aliquas, uel sacrificia, quia lex nihil tale iube- bat.

Cap. 6. pa- rui post medium.

Nulla lex punit pro solo actu interiori.

Si autem essent peccata, quæ essent in solo actu interiori, & tamen essent contra proximum, ut concu- piscere res eius, uel uxorem illius, non potest ista de- duci in iudicium, quia dato quod confiteretur aliquis de se ista, nulla lex foralis eum puniret, ideo nō impo- nebatur pæna a iudice, nec etiam Deus iubebat sibi fieri aliquam oblationem, uel sacrificium pro his, sed tam in istis quam in præcedentibus, in quibus lex nō imponebat aliquid Deo reddendum, satisfactio fieri deberet in sola operatione nostra, quia actus nostri laboriosi facti propter Deū sunt satisfactorij, uel si hic non satisfacti, manebit ignis purgatorius.

Si autem essent delicta cōtra Deum, aut ista essent circa cæremonialia: si secundo modo, sicut est colere Deos alienos, uel non obseruare diem sabbathi, uel as- sumere nomen domini in uanum, quæ sunt in prima tabula: si quis in his delinqueret, aut erat delictum eius notorium, uel saltem quomodocumque conuinci po- terat per testes, aut erat occultū. Si primo modo pec- cans occidebatur: de colēte Deos alienos patet Exo. 22. cap. & Deuteron. 17. lapidabatur enim si esset vna persona priuata, uel paucę, si autem esset vna ciuitas, uel populus infligebatur pæna durior: de qua Deute. cap. 13. De non obseruante sabbatum dicendum, quod lapidabatur: Numeri 15. & Exodi 35. Assumens autē nomen domini in uanum, ut frustra iurans, uel quali- tercumque profertens inutiliter non habebat pœnam a lege determinatam, quamquam dicitur, quod De- us non habebit in fontem eū, qui sumpserit nomen eius frustra, id est puniet eum tanquam delinquentē: Exo. ca. 20. Hoc autem uerum est, dum aliquis ex leuitate, uel mala consuetudine, uel alias, dum tamen non ex contemptu hoc ageret.

Alph. T. off. in Primum Regum.

Si autem ageret per contemptum quasi negligens legem Dei, occidendus erat, quia istud erat generale, quod quicumque ageret contra aliquod præceptum legis, etiam si minimum, ex contemptu occideretur: Numeri 15. c. scilicet anima uero, quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. in his autem, quia peccanti infligebatur pœna iudicialiter non exigebatur aliqua oblatio, uel sacrificium, ut supra dictum est, si autem peccata ista essent occulta, non infligebatur iudicialiter aliqua pæ- na, quia lex foralis non condemnat quem, nisi conui- ctum, uel sponte confessum. Deo etiam non erat hu- iusmodi peccans obligatus aliquid reddere, quia nihil lege cauebatur, sed solum debebat dolere, quia pecca- uisset, & satisfacere in aliquibus operibus laboriosis.

Si autem esset peccatum circa cæremonialia, quæ multa erant in veteri testamento, siue hoc esset in omittendo, quod agendum erat, siue aliter agēdo quā agendum foret, aut erat istud peccatum per ignoran- tiam, uel per contemptum, si per ignoratiam, aut pec- cabat populus totus, aut sacerdos magnus, aut prin- ceptus terræ, aut aliqua persona priuata, si populus offe- rebat vitulum pro peccato iuxta legem, quæ habetur Leuitici cap. 4. Si sacerdos magnus offerebat vitulum sicut populus eodem cap. Si princeps offerebat hircū si persona priuata offerebat capram, de his præallega- capit. hoc autem uerum est cum peccans poterat ista offerre. Nam si non posset, offerebat turtures, uel si- miliam, ut patet Leuitici. cap. 5. Hoc autem uerum est, quando in peccato contra cæremonialia precepta nō fiebat iniuria alicui, sed solum Deus offendebatur.

Si uero quis alius damnum acciperet, secus fiebat, ut patet, cum quis non pertinens ad familiam sacer- dotum comedebat de sanctificatis, nā iste peccabat: Leuitici cap. 22. & ibi fiebat Deo offensa, & sacerdoti, ad quem pertinebant ista sanctificata, ideo peccas de- bebat tunc restituere illi sacerdoti tantum quantum comederet, uel uiurparet de sanctificatis, & in super quintam partem. Deo autem offerebat pro peccato suo arietem: Leuit. cap. 5.

Si uero quis peccasset in cæremonialibus per con- temptum negligens legem, tanquam nō bonam, uel non obligantem, aut erat manifestus iste contemptus per rei euidentiā, uel aliā, aut erat occultus. Si primo modo debebat occidi quicumque delinqueret Nu- meri 15. cap. scilicet anima quæ per superbiam quid- quam egerit &c.

Si secundo modo non debebat imponi pæna a iudi- cibus, quia non constabat delictum, nec rursus debe- bat iste offerre aliquid, uel facere sacrificia, quia lex so- lum dicit de illis, qui per ignorantiam egerunt. alia au- tem particularius circa peccata, & satisfactionem se- cundum Hebræos declarata sunt: Leuitici capitu- lo quinto, & Numeri capitulo quinto, & decimo- quinto.

Secundum quam legem Gentiles tenebantur satisfacere pro pec- cato. Quæst. IX.

SI autem qui peccabat erat Gentilis, sicut Philis- thini non habebat aliquam legē daram a Deo, secundum quam deberet pro quolibet pecca- to satisfacere, quia solum dedit Deus legem Iudæis. Psalmus 148. scilicet. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Recur- rendum erat ergo ad legem naturæ secundum quam facimus ea, quæ desunt legi scripta, ut patet ad Rom. c. 2. scilicet. Gētes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ sunt legis, faciunt: ista autem lex est multum

vniuersalis, & non applicatur sic ad agibilia, sicut lex positiua, eo quod positiua in plurimis depēdet ex voluntate, naturalis autem lex ex principijs rationis, & sic Philisthini non habebat distinctionem satisfactionis pro peccatis respectu Dei Hebræorum ex aliqua lege: requirebatur igitur primo, quod dolerent ad hoc, quod remitteretur in eis peccatum. Secundo, quod ipsi facerent aliquid aliud tanquam satisfactorium, siue esset ieiunium, siue elemosina, vel laus diuina, aut quodcunque aliud, & potissimum ista duo, scilicet ieiunium & elemosina: sic enim Daniel dixit regi Nabuchodonosor peccata tua elemosinis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis: Daniel. cap. 4. Quodcunque autem facerent horum gentes ad honorem Dei, vel alia opera laboriosa satisfaciebant pro peccatis suis, si tot opera facerent, ut commensurarentur poenae, quae toleranda erat in purgatorio igne: alioquin quod residuum foret praedicto igne post mortem comburebatur: non igitur erant obligati Philisthini ad offerendum Deo aliquas victimas in terra sua, vel ad mittendum eas, aut pecunias pro illis in terram Israel, ut offerretur pro eis nec etiam ad dandum aliqua munera arce, sicut nunc dederunt quinque mures aureos, & quinque anos.

An Philisthini potuissent offerre aliud, quam quinque mures aureos, & quinque anos aureos. *Quaest. X.*

Sed dicet aliquis videtur, quod Philisthini non erant indeterminati ad offerendum quodcumque voleuissent, sed erant obligati ad reddendum ista, quae dederunt, quod patet, quia dicitur hic nolite dimittere arcam vacua, sed quod debetis reddite ei pro peccato: responderunt Philisthei, quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Dixerunt autem sapientes iuxta numerum quinque prouinciarum Philisthini quinque aureos anos facietis, & quinque mures aureos: ergo videtur, quod diuini, & sacerdotes intelligebant Philisthinos obligatos esse ad reddendum ista, & sic erat determinata obligatio.

Respondendum est, quod esse aliquid debitum dupliciter accipitur. Vno modo pro esse necessarium. Alio modo pro esse iustum, vel rationabile. Cum autem dixerunt hic sapientes, quod debetis reddite ei: non intelligitur pro eo, quod necessarium est vos reddere, vel obligamini, sed pro eo quod iustum est, & rationabile quod reddatis, erat autem rationabile, quod Philisthini darent Deo quinque anos aureos, & quinque mures pro peccato: volebant enim Philisthini dare Deo Israel laudem, & gloriam, ut sic placatus alleuiaret ab eis manum suam, & ad hoc fecerunt quinque anos aureos, & quinque mures mittentes illos cum arca, ut per hoc significarent se confiteri, quod Deus Israel miserat mures in quinque prouincias Philisthinorum demolientes illas: & miserat plagas in anis omnium Philisthinorum habitantium in quinque prouincijs, & quia nihil erat, quod magis conueniret huic plagae inflatae, fecerunt ista, quae autem esset ista intentio Philisthinorum apparet: cum dicitur, facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium, qui demoliti sunt terram, & dabitur Deo Israel gloria: si forte releuet manum suam a vobis, & a dijs vestris, & terra vestra.

Reddite ei pro peccato. Id est peccauistis in Deum Israel: ideo reddite aliquid ei, tanquam in emendationem offensae. *Et tunc curabimini.* Scilicet, quando remisistis arcam cum donis istis: ista erat curatio a plagis, quas Deus inferebat Philisthinis, & fieri debebat dupliciter. Primo cessando ab infliccione plagarum, scilicet Deus vltterius non infligeret plagas illis, sicut semper inflige-

Fbat, dum maneret arca in terra ipsorum. Secundo modo curabat si sanaret a plagis eos, qui iam vulnerati fuerant, & vtrunque eorum factum est post recessum arcae de terra Philisthim, quamquam non exprimitur hic: alioquin putarent Philisthini, quod ille plagae accidebant naturaliter.

Sciendum autem, quod cum dixerunt hic sapientes, quod remissa arca curarentur non intelligebant indistincte, sed cum conditione, scilicet si arca Dei fuisset causa horum malorum, & reuorteretur in terram suam, alioquin nihil sequeretur, ipsi autem dubitabant de vtrouque eorum, ut patet ex verbis suis. 7. & ex experimento, quod dederunt ad cognoscendam veritatem, si autem certissime credidissent, quod arca illa mala egisset, non posuissent illud experimentum, sed misissent eam in terram suam.

Et sciatis quare non recedat manus eius a vobis. Id est, & sciatis tunc, si postquam remisistis arcam, quare nunc non recedit manus Dei a vobis, quasi dicat, dum erat arca in terra Philisthinorum, semper premebatur plaga magna, & nesciebant, an hoc euenerit propter arcam, vel naturaliter: & dicitur, quod postquam mitterent arcam cessaret plaga, & tunc cognoscere manifeste, quare nunc, scilicet quando arca erat in terra Philisthinorum non recederet plaga, quia sic manifestum esset, quod fieret propter arcam cum eius absentia esset causa sanitatis. Nam cuius presentia est causa egritudinis, eius absentia est causa sanitatis, & è contrario, iuxta Aristot. 2. Phys. *Qui dixerunt.* Scilicet Satrape Philisthinorum. *Quid est quod pro delicto reddere debeamus.* Id est quid est rationabile, quod demus arce Dei pro delicto, quod in eam egimus: hoc enim magis scire poterant sapientes, scilicet sacerdotes, & diuini, ideo consuluerunt eos.

Quod est peccatum Philisthinorum pro quo volebant reddere aliquid arcae. Et quod Gentiles quamuis non obligarentur colere omnes Deos, sed solos Deos gentis suae, tamen obligabantur Deorum nemini inferre iniuriam. *Quaest. XI.*

QVAERET aliquis, quod esset peccatum, pro quo Philisthini volebant reddere aliquid arcae Dei, respondendum est, quod istud potest considerari dupliciter, scilicet aut secundum intentionem Philisthinorum id est in quo putabant ipsi se peccasse, aut secundum veritatem. Primo modo dicendum, quod Philisthini existimabant Deum Israel esse sicut vnus de dijs gentium, in hoc tamen differre, quia ipse erat potentior alijs omnibus, vel saltem aliquibus eorum, nec existimabant Deum Israel esse Deum verum, scilicet quod ipse solus esset Deus, & dijs gentium essent figmenta. Nam quamquam scirent ipsum fecisse aliqua magnalia, tamen non ex hoc videbatur eis sufficienter esse inductum, quod ipse solus esset Deus, nam sic ipsi arbitrabantur, quod aliqui inter Deos gentium erant potentissimi, & alij minus potentes, & quod inter eos erant pugnae, & victoriae, ideo Philisthini quamquam reuerentur Deum verum colere relicto simulachris, tamen non tenebantur specialiter colere Deum Hebræorum, quia ipsi non videbant satis manifeste, quomodo ille solus esset verus Deus, quamquam si diligenter attendissent hoc satis constaret: intelligebat igitur Philisthini, quod ipsi poterant offendere Deum Israel, quia ista erat opinio inter Gentiles, scilicet quod nemo dehonore deberet aliquem Deum deonestando ceremonias illius, vel aufertedo aliquid pertinens ad ornamentum eius, & templi sui, & quamquam nullus de Gentilibus secundum eos obligaretur colere omnes Deos, sed solum Deos gentis suae, vel eos, quos vellet, tamen obligabatur Deorum nemini

nemini inferre offensam: sic enim omnes historici Gentiliū, & conscriptores rerum antiquarum dicunt: sic enim patet in historia Polibij Megapolite, qui dixit, quod Antiochus Epiphanes crudeli exitu vitam clausit, quia templum Dianae in Perside spoliare voluit. De isto tñ dicitur 2. Machab. c. 9. quod mortuus est seculo dolore propter mala, quae intulerat Iudaeis Ierosolymis, quamquam Iosephus 12. Antiquitatum improbat Polibiū dicens, quod nihil peccauit Antiochus circa templū Dianae, quia non spoliavit, cum non potuisset, sed solum voluit spoliare, ista tamē increpatio multum insipiens est, quia bonitas, vel malitia operationis humanae magis consistit in actu interiori, quam exteriori, ut patet ex doctrina Christi: Matth. cap. 5. 6. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechanaus est in corde suo. Item patet ex doctrina Arist. & omnium Philosophorum, sic igitur Philisthini quamquam putarent se non obligatos esse ad colendum Deum Hebræorum, putabant tamen se obligari ad non contentendum ceremonias eius, & non inferendum aliquam contumeliam rebus illius, ideo quamquam pugnant contra Hebræos tanquam contra hostes credebant non licere sibi inferre aliquam violentiam templo Dei Hebræorum demoliendo illud, vel aliquid eius auferendo: sic enim & inter gentes illi reges, vel principes, qui aequaliter religiose esse videbantur, quamquam terram hostilem demolierent, Deorum templa minime contingebant: Philisthini autem abstulerant arcam Dei, quae erat potissimum sacrum Dei Hebræorum, & detinebant eam in terra sua, ideo credebant se peccasse, & pro hoc dabant munera.

Si autem secundum veritatem inquiramus de peccato Philisthinorum, dicendum quod aut ipsi putabant Deum Hebræorum esse verum Deum, aut non, si putabant primum peccatum eorum, & maximum erat, quod non conuerterantur ad ritum eius, sed magis aduerbantur cultoribus illius. Si autem non crederent eum esse verum Deum, sed sicut vnum de dijs Gentium, aut putabant se gerere iustum bellum contra Hebræos, aut nequaquam. Si primo modo non peccabant occidendo Hebræos, & spolians eos etiā capiendo arcam, nisi in quantum agebant contra conscientiam, quia putabant esse inhonestum infringere sacra alicuius Dei. Alioquin si Deus Hebræorum non esset verus Deus, nullum honorem mereretur ipse, nec sacra illius, unde contumeliam inferentes rebus eius non peccarent, sicut nos nequaquam delinquimus cum contempnimus ea quae ad idola pertinent, quia illa non sunt dij.

Si autem gererent Philisthini contra Iudaeos iniustum bellum, non solum peccabant auferendo, & detinendo arcam Dei, sed magis spolians omnes Hebræos, & demoliendo terram eorum, maxime autē in occidendo eos. Nunc autē, cum dicitur, quod Philisthini dederunt Deo Israel munera pro peccato suo, non est intelligendum pro eo, quod erat vere peccatum, sed pro eo, quod ipsi opinabantur.

Responderuntque illi. Id est diuini, & sacerdotes. *Iuxta numerum prouinciarum Philisthim.* Volunt dare conuenientem satisfactionem, & dicunt, quod sicut erant quinque prouinciae Philisthinorum, in quibus plaga fuit vniuersalis, ita debuerunt esse quinque mures aurei, & quinque anni aurei, mures quidem ad signandum, quod quinque prouinciae Philisthinorum per mures a Deo missos disperditae sunt, quinque autem anos, ut signetur, quod in omnibus quinque prouincijs erant Philisthini percussus in posterioribus, quoniam in intestina eorum prominebant, & putrescebant. Dicitur autem de quinque prouincijs Philisthinorum, quia tota terra ipsorum diuidebatur in quinque regulos de-

nominatos a quinque ciuitatibus principalibus Iosue ca. 13. & iste vocantur hic prouinciae, nomina autem earum hñc 7. in litera. *Quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos.* Causa autem horum supra dicta est, & ipsi sapientes eam immediate in litera expresserunt. *Quia plaga una fuit omnibus vobis, & Satrapis vestris.* Hic ponitur causa horum munerum quantum ad figurā, & numerum, scilicet quod pro omnibus quinque ciuitatibus dati sunt singuli mures aurei, & singuli anni, nec fuit aliqua diuersitas in plaga, ideo pro omnibus eadem fuerunt manera.

Ex hoc autem apparet, quod supra dicebamus, scilicet non solum fuerunt percussa illa loca, per quae portabatur arca, sed etiam omnia loca terrae Philisthim: nam hic offerunt munera pro quinque prouincijs, & iste erant solum in terra Philisthim. Item dicitur hic, quod eadem plaga fuit omnibus vobis, & Satrapis vestris, id est, quod omnes, scilicet tam Philisthim quam Satrape eorum, id est principes pertulerunt hanc plagā, ita quod nullus esset in terra eorum, qui hanc non ferret. *Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium.* Replicatio est eiusdem sententiae, dicitur autem de similitudinibus anorum, quia non possunt proprie figurari, sed loco istorum faciebant quidam circuli aurei, quia in hoc confirmabantur in figura cum anis, erant autem omnia ista de auro, quod non fiebat propter aliquam significationem, sed solum propter valorem: volebant enim Philisthini honorare Deum Israel dando ei munera, & quia illa erant parua quantitatis, si de alio metallo fuissent, parui et fuissent valoris, fecerunt illa de auro, quod est preciosissimum.

An ista munera Philisthinorum satisfacere pro peccato. *Quaest. XII.*

QVAERETUR nunc cum Philisthini obtulerunt istos anos aureos, & mures pro delicto suo, an satisfacerent per hoc. Respondendum est, quod cum nos querimus de totali satisfactione pro aliquo peccato, oportet quere re de ipso peccato quantum vel quale sit, ut secundum hoc possit fieri commensuratio: de peccato autē Philisthinorum diximus supra, quod poterat dupliciter considerari, scilicet aut secundum veritatem, aut secundum intentionem eorum: si autem accipiatur secundum intentionem Philisthinorum. Dicendum, quod ipsi satisfaciebant, existimabant enim quod Deus Israel non esset Deus verus, ita quod ipse solus esset Deus, sed quod esset sicut vnus de dijs gentium, existimabat autem, quod peccauissent faciendo ei quandam offensam, quia acceperant arcam, quae ad illum pertinebat, & quia ipsi existimabant Deum Israel non esse iudicem vniuersalem delictorum, qui pro singulis delictis debeat infligere punitionem, de iniuria illius iudicabant, sicut de iniuria hominis priuati: fuerat enim Deus aequaliter dehonorus in hoc, quod arcam eius Philisthini abstulerunt, ideo nunc dabant ei honorem scilicet propter reuerentiam eius reducendo illam in terram suam, & preter hoc confitebantur se ab eo fuisse vulneratos, & offerebant ei anos aureos, & mures aureos tñ pro confessione plagae in quo Deus nimis laudabatur quam pro lenimento Dei, scilicet cum Deus videret sibi offerri munera, alleuiaret manum suam ab illis: satisfaciebant enim Philisthini Deo pro offensa inflata, sicut satisfcit magnis viris pro iniurijs irrogatis: non enim exigit vir magnus pecunias multas pro satisfactione iniurie, sed satisfactio sua est, ut peccantes humiliter veniam petant, & confiteantur se deliquisse, quorum vtrunque faciebant Philisthini: nam

nam ipsi confitebatur se a Deo vulneratos, & ob hoc faciebant ei anos aureos, & mures in signum, quod ab eo susceperant plagas has, etiam supplicabant pro remissione offensæ in quantum dicitur, quod fecerunt ista ad gloriam Dei Israel, ut releuaret ab eis manum suam, & a dijs suis. Si autem accipiatur peccatum Philistinorum secundum veritatem, dicendum est, sicut supra dicebatur, quod aut ipsi cognoscebant Deum Israel esse Deum verum, aut non, si primo modo non satisfaciebant in hoc, quia requirebatur, quod ipsi relictis idolis conuerterentur ad cultum unius solius Dei, quamquam non obligarentur colere eum in ritu Iudaico, quia maius peccatum erat in Philistinis vivere in idolatria quam rapuisse, & detinuisse arcam, & per hoc nihil satisfaciebant, quia solum erat conueniens satisfactio sibi redire ad cultum Dei. Dicendum, quod secundum veritatem non satisfaciebant, si autem Philistini non extimarent Deum Israel esse Deum verum, sed sicut vnum ex dijs gentium, aut gerebant bellum iustum contra Iudæos, aut non. Si primo modo, nequaquam peccauerunt faciendo hæc, ideo non requirebat aliqua satisfactio, & si forte dicamus eos peccasse, quia agebant contra conscientiam, & existimantes, quod peccassent sufficiebat pro peccato extimatio satisfactio quam ipsi impendebant.

Si autem Philistini non gererent bellum iustum contra Iudæos, peccatum non solum fuit in rapiendo arcam, & detinendo eam, sed magis in spoliando terram Hebræorum, & maxime in occidendo ipsos, & tunc satisfactio ista nulla erat, quia debuissent redire omnia damna, & siquid Iudæi petuissent pro occisis in bello, sed nihil horum fecerunt Philistini, ideo secundum veritatem non fuit satisfactio.

Quid factum est ab Hebræis de anis, & muribus aureis Philistinorum. Quæst. XIII.

QVAERETUR ulterius cum isti ani aurei, & mures venissent cum arca in terram Israel, quid factum est postea de eis. Respondendum est, quod dupliciter in hoc dici potest. Vno modo, quod ista relicta sunt in Sanctuario domini, & posita sunt in aliquo loco, in quo ab omnibus viderentur ad laudem Dei, & quod per hoc significaretur miraculum de reductione arcæ de terra Philistinorum, etiam significaretur potestas magna Dei percutiendo Philistinos, & quia ista ad laudem magnam Dei pertinebant, debuit relinqui aliquod in signum, per quod ista semper cognoscerentur, & sic nihil fieret de istis muribus aureis, & anis, sed manerent ad perpetuam representationem in oculis posterorum.

Alio modo dici potest, quod cum istud esset aurum mundum, & non impensum in aliquos turpes usus facerent inde Iudæi aliqua vasa pro Sanctuario domini. Sed primum istorum verisimilius est, scilicet quod non deberent ista simulachra anorum, & murium aureorum distrahi, sed manerent pendencia in aliquo loco intra Sanctuarium, ut omnes videntes laudarent Dei magnum beneficium in reducendo arcam, & magnam eius potestatem in percutiendo hostes, & istud erat magnum inductiuum ad cultum Dei, ideo talia non delerentur, alia namque similia demonstratiua iustitiæ Dei, vel potestatis eius iubeat ipse referuari ad memoriam posterorum. Sic patet de 250. viris, qui obrulerunt thymiam in seditione Core contra Moysen, & Aarō. & ante completum ministerium suum combusti sunt a Deo, egresso igne de altari, & manentibus thuribus in pavimento, de quibus iussit Deus Eleazaro sacerdoti, quod produceret illa in laminas, & affigeret in altari holocaustorum ad æternam me-

moniam, ut omnes Israelitæ videntes hæc timerent accedere ad ministrandum in altari, si non essent de genere Aaron, de hoc Numer. ca. 16. simile quoque fuit de serpente enco, quem fabricauit Moyses in deserto, ut percussus a serpentibus respicientes illum sanarentur, quod sic factum est: Numer. 21. Ad memoriam autem huius beneficii Moyses conseruauit serpentem istum in toto deserto, & deinde reliqua posteritas Hebræorum, mansitque in templo Salomonis, ut per illum mouerentur Israelitæ ad magis colendum Deum referendo gratias pro susceptis. sed quia postea incepit esse notius, cum multi de Israelitis illum colerent, Ezechias rex, qui nimis religiosus erat confregit illum in partes minutissimas, ut patet infra 4. lib. cap. 18. mures autem isti aurei, & ani non poterant esse, ita nociui, sicut Israelitæ colerent eos, quia non habebant aliquem colorem ad colendum eos, sicut erat de serpente eneo. Nam serpens fuit ad sanitatem omnium percussorum cum mox, ut viderent illum sanarentur, & quamquam serpens nullatenus conferret istam sanitatem, sed Deus, illi tamen qui rudes erant existimabant hanc sanitatem fuisse collatam a serpente, ideo impendebant ei cultum diuinum, muribus autem, & anis aureis nihil tale erat, quia sciebant Israelitæ, quod non fuerat factum per eos aliquod miraculum, sed solum fuerunt dati a Philistinij Deo in munera, ut alleuiaret ab eis manum suam, poterant igitur manere semper isti mures, & ani sine offendiculo in Sanctuario ad memoriam gestarum rerum, quamquam si uoluerimus dicere, quod ex his facta sunt aliqua vasa pro Sanctuario Domini non erit inconueniens.

An fuisse licitum Iudæis facere vasa aliqua ex anis, & muribus aureis. Quæst. XIII.

QVAERETUR ulterius, an de istis muribus & anis aureis licuisset Iudæis facere aliqua vasa pro ministerio domini. Respondetur quod sic, quia istud erat aurum mundum non applicatum alicui turpitudini, ideo nihil impediebat quin ex eis fierent vasa sacra. Sed dicitur, quod non fiat, quia istud aurum pertinebat ad idolatras, sed de idolatria nihil sumendum erat pro ministerio domini, & non solum pro ministerio, sed etiam ad usus priuatarum personarum non licebat quicquam sumi, ut patet Deuterono. cap. 7. 11. Sculptilia eorum igne combures, & non concupisces aurum, & argentum de quibus facta sunt, nec assumes tibi ex eis quicquam, ne offendas propter ea, quia abominatio est domini Dei tui. Nec interes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est, quasi spurcitiā detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes.

Simile patet ex eo, quod fecit Iacob: Gene. cap. 35. nam ipse cum cognouisset in familia sua esse aliqua idola, & ornamenta ipsorum accipiens liquefecit illa, & abscondit in terra cum dicitur, dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & in aures, quæ erant in auribus eorum, at ille fodit eas subter terebinthum, quæ est post urbem Sichem.

Item non solum non licebat accipere quicquam de idolo ad ministerium Dei, vel usum priuatarum personarum, sed etiam de rebus idolatrarum nihil debebat sumi, sed quod omnia perirent, ut patet Deuterono. cap. 13. ubi iubetur, quod occiderentur omnes idolatras, & quicquid viuens erat in vrbe atque cremarentur omnia simul, & subditur, & non adhibebit de illo anathemate quicquam in manu tua, ut auertatur dominus ab ira furoris sui.

Item si idolatras, vel alienigenas quicunque vellent dare

dare aliqua munera Deo gratis, non reciperentur, & si illi venient ad locum Sanctuarii, & peterent illa offerri, quia Deus veterat, sic patet Leuitici cap. 22. f. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & quicquid aliud dare voluerit, quia corrupta, & maculata sunt omnia, non suscipietis ea. sed Philistini erant alienigenæ, ergo non poterant recipere ista munera eorum ad faciendum inde aliqua vasa domino.

Respondendum est, quod poterant licite inde fieri vasa, quia siue acciperent Iudæi aurum a gentilibus, siue ipsi gentiles tribuerent iam vasa facta poterant illa accipi ad diuinum ministerium. Quod autem de auro Gentilium idolatrarum possent fieri vasa domini, & illa essent sibi grata apparet Numer. c. 3. 1. ubi cum Israelitæ pugnauissent contra Madianitas omne aurum, quod in præda captum est oblatum fuit domino, & repositum in thesauris illius, simile patet Iosue ca. 6. ubi Iosue præcepit omnia, quæ erant in vrbe Iericho destrui, & comburi, præter aurum, & argentum vasa gnea, & ferrum, quæ consecrarentur, & reponerentur in thesauris domini, ex eo autem, quod Deo consecratum erat, & repositum in thesauris illius nullus dubitat licere fieri vasa, ergo de auro, & argento, quod possederunt idolatras poterant fieri vasa domini, nec solum hoc, sed etiam si Gentiles mitterent Deo in munus aliqua vasa aurea, vel argentea talia qualia assuuebantur in ministerio eius sumerentur, & licitum erat ministrari in illis, sic patet in 12. lib. Antiquitatum Iosephi: de Ptolomeo rege Aegypti, qui fecit per 70. interpretes transferri Bibliam de Hebræo in Græcū: iste enim dedit mēsam auream miræ pulchritudinis, ut esset mensa propositionis, & quedam alia vasa, quæ suscepit Eleazarus summus sacerdos, & posuit in ministerio domini, ut patet ibidem. Ad rationes in contrarium respondendum. Ad primam cum dicitur Deuterono. cap. 7. non esse quicquam accipiendum ex idolo. Dicendum est esse verum, quia siue esset aurum, vel argentum pro personis priuatis, siue esset pro Dei ministerio non licebat sumi, & hoc faciebat Deus in quandam detestationem idololorum, scilicet quod non maneret super terram in se, nec in aliquo materiali suo, maxime, quia Deus volebat strictissime vitare idolatriam, & quia si permitteretur Iudæis concupiscere aurum, & argentum idolorum ad faciendum inde aliqua vasa etiam inducerentur ad colendum idola, cū aliquis raperet idolum ad tollendum aurum, & argentum illius, & postea contingeret, quod delectatus in pulchritudine eius coleret illud. Voluit igitur, quod nullo modo idola pertinerent ad Israelitas, sed frangerentur, & cremarentur.

Ad secundam cum dicebatur, quod Iacob fodit sub terra Deos aureos, & in aures eorum. Dicendum, quod hoc fecit ex præalleg. causa. scilicet ad magnam detestationem idolatriæ, unde non voluit consistere Deos illos in massam, & inde fabricare alia vasa, ut signaret idolatriam quantum ad omnia esse exterminanda. Nunc autem non est simile de muribus, & anis aureis, quia non erat istud aurum de aliquo idolo: non enim confringerent Philistini Deos suos, quos colebant, ut facerent hæc, ideo licebat accipere, si tamen cognouissent Iudæi, quod illud aurum erat pars alicuius idoli, quod constatum fuerat, nequaquam recepissent, nec poterant inde vasa fieri domino.

Ad tertiam rationem, cum dicebatur, quod non solum de auro, & argento idolatrarum. Respondendum est, quod illud non est vniuersale: nam de auro Madianitarum positi sunt in thesauris domini, quicquid de præda haberi potuit: Numeri ca. 21. & totum aurum Ierichontinorum in thesauris domini consecratum est Iosue cap. 6.

Sed isti erant magni idolatras, & Deus iubeat illos occidi, quod autem dicitur Deut. 13. c. solum intelligitur de idolatris, qui erant Iudæi: nam in illis erat detestabilior idolatria, quam in gentilibus, ad cuius abominationem iussit Deus omnes huiusmodi occidi, & omnia, quæ ad eos pertinebant comburi, ne quicquam de illis maneret in orbe: ab idolatris tamen, qui erant gentiles, non erat illicitum accipi aliqua munera auri, & argenti, siue pro priuatis personis, siue pro vasis Dei, ut patet ex supradictis.

Ad quartam rationem, cum dicebatur Leuitici ca. 22. quod nihil erat accipiendum de manu alienigenæ, dicendum est, quod hoc intelligitur de illis, quæ pertinebant ad oblationem, scilicet quod non acciperetur aliquod animal de manu ipsorum ad offerendum, nec panes, & aliqua alia, quæ deberent cremari super altaria, & de hoc intelligitur illa litera, scilicet de manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, si tamen vellent gentiles offerre pecuniam, de qua emerentur sacrificia suscipiebant illam Iudæi gratis, ut patet de Seleuco rege Asiæ, qui de redditibus suis præstabat omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes, sic patet 2. Machab. c. 3. Multi etiam de regibus Gentilibus hoc faciebant, ut patet 1. Machab. cap. 10. de his etiam Iosephus 11. & 12. Antiquitatum. Ratio autem diuersitatis, scilicet quare liceret dari pecuniam pro sacrificijs, & non liceret recipere de manu illorum ipsa sacrificia, satis declarata est Leui. c. 22. Sed istud, quod obtulerunt Philistini non erat sacrificium, sed metalli, poterant igitur suscipere illud Iudæi ad faciendum aliqua vasa Domini.

Qui demoliti sunt terram. Scilicet, quod mures destruxerunt terram Philistinorum: erat enim multitudo eorum maxima, quia terra ebulliebat, ut patet præcedenti c. ideo isti ledebant arbores, & fructus omnia consumentes, & hoc vult Iosephus Antiquitatum. lib. 6. ledebant etiam nimis viscera humana: nam cū prominerent extales Philistinorum per posteriora mures ascendentes de terra mordebant eos, atque occidebant plurimos, & quamquam litera de hoc nihil dicat, tamen sic intelligendum est, quia alias frustra fecissent sibi Gethæi fedes pelliceas, & tamen præcedenti ca. dicitur quod in remedium horum malorum fecerunt sibi fedes pelliceas: erat enim de istis muribus, sicut erat in Aegypto de ranis, scilicet quod non poterant Aegyptij abigere eas, sed introibant in furnos eorum, & in vasa ciborum, & in lectos, & omnia supellectilia, ut patet Exodi cap. 8. nihil enim poterat eas prohibere. Ita isti mures erant in tanta multitudine, ut nemo posset ab eis sufficienter cauere.

Et dabitis Deo Israel gloriam. Id est dando istos mures aureos, & anos honorabit Deum Israel, quia confitebantur Philistini potentiam Dei Israel, & quod ab eo fuerant percussus, cum facerent anos aureos, & mures, & mitterent cum arca illius: si enim imputassent istam percussione causis naturalibus, sicut aliqui eorum a principio dixerunt, non fecissent ista propter arcam tanquam non fuisset arca causa istorum malorum.

Si forte releuet manum suam a vobis. Id est forte tunc releuabit, dicitur hoc, quia Deus semper percutiebat Philistinos, & moriebantur plurimi, dum maneret arca in terra ipsorum. Si autem Deus cessaret ab hac percussione, diceretur releuare manum. Dicebant autem isti sapiētes, & diuini, si forte releuet, quia nesciebant secundum certitudinem, an cessaret illa plaga dimissa arca in terram suam, dato quod propter eam secuta fuissent ista mala, quia forte Deus Hebræorum non iudicaret istam esse sufficientem emendationem pro offensâ, quæ ei intulerant, & non cessaret a plaga, quam-

De remissa culpa non sy remittit peccatum.

quamquam Philisthini remitterent arcam. Et in hoc recte dicebant, quia quamuis Deus omnibus ad se conuersis peccata remittat quantum ad culpam, tamen quantum ad penam interdum non remittit etiam si multum orauerimus, vel fecerimus alia opera bona, sicut patet de Moyse, qui peccauit ad quas contradictionis: Numeri 20. & 27. capi. & postea sepe orauit Deum, vt remitteret ei penam peccati huius permittens intrare in terram ultra Iordanem, sed non permittit, quin potius dixit ei, sufficit tibi, nequaquam ultra loquaris ad me de hac re, vt patet Deuteronom. ca. 3. similiter quoque sepe orauit Samuel, vt Deus remitteret peccatum Saulis, & non auferret regnum de domo eius, sed non concessit, immo dixit ei, quid tu luges pro Saul, cum ego abiecerim eum? infra cap. 16. Sic autem poterat esse hic in Philisthinis, quod per nullas preces Deus remitteret eis hanc penam, & sicut est de precibus, ita etiam de muneribus, s. quod propter munera non releuaretur pena, sic patet supra cap. 3. de pena prenuunciata domui Heli, s. l. Circo iurauit domui Heli, quod non expieretur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vsque in eternum, idest, quod quamquam semper offerant munera, ego nunquam remittam penam. Sapienter igitur locuti sunt sacerdotes, & diuini Philisthinorum, Deus tamen mox, vt Philisthini dimiserunt arcam, relaxauit eis penam, & hoc, vt magis manifestaretur, quod ista pena infligebatur propter detentionem arce, si autem non immediate tolleretur, maneret sub dubio.

Et ad dijs vestris, & a terra vestra. Non accipitur hic releuare manum totaliter, sicut supra, quia supra dicebatur releuare, idest cessare a punitione, quae actualiter erat in ipsis Philisthinis, de dijs tamen eorum non erat sic, quia nullus ipsorum fuit punitus, nisi Dagon; vt declaratum est preced. c. q. 18.

Sed quia Philisthini videbant semper continuari plagam in seipsis, & augeri, putauerunt quod sicut etiam continue augetur quousque ipsi omnes, & dii eorum, & terra perirent, si autem faceret eos securos de hac plaga faciendo illos totaliter cessare, diceretur releuare manum a dijs a terra etiam releuaret manum, quia terra quotidiana plaga disperdebatur, s. quia mures corrodabant omnes arbores, & fructus sic, vt perducerentur Philisthini ad magnam egestatem.

Quare aggrauatis corda vestra. Hic ponitur admonitione sacerdotum, & diuini ad hoc, quod satrape Philisthinorum cito facerent ea, quae ipsi hortabantur. In ista littera aliqui erant existimantes, quod sacerdotes, & diuini iudicarent arcam esse remittendam, & cito hoc faciendum esse, sed falsum est, quia ipsi dubitabant, an arca esset causa horum malorum, ideo nolabant arcam simpliciter dimittere, nec ad hoc hortabantur satrapas Philisthinorum, sed solum, vt facerent istam experientiam, quam ipsi dabant per quam cognosceretur, an propter arcam venissent pestes istae, vel naturaliter, & si cognoscerent, quod propter arcam venirent dimitterent eam, sin autem retinerent penes se, etiam si pestes manerent semper, & ad hoc non debebant Philisthini ingrauare cor suum, sed immediate debebant experiri, quia poterat sequi bonum ex hac experientia: malum autem nequaquam, si autem arca immediate esset dimittenda in terram Israel, non faciendo aliquam experientiam, durum esset, quia forte non eminebant mala ista propter arcam, & videretur Philisthini esse decepti. Dicebantur autem aggrauare cor suum, quia videbantur iam pertinaces non inclinantes cor suum ad id, quod rectum erat, a principio namque istam experientiam facere debuissent.

Sicut aggrauatis Aegyptus, & Pharaon cor suum. Inducunt exemplum ex rebus gestis, per quod deberent

Philisthini moueri: Aegyptij enim percussi sunt, quia cum sepe eis Deus diceret, quod dimitterent Hebraeos nunquam dimittere voluerunt, & percutiebatur quousque rota Aegyptus quasi perijt: debuerant enim a principio Aegyptij, antequam ingrauarentur plagae super eos facere aliquam experientiam, per quam cognoscerent, an Deus vellet educere Israelitas de Aegypto, vel an ipsi loquerentur haec ex corde suo, & si appareret, quod Deus hoc faciebat, permitti debebant, quia nemo contra Deum pugnare potest, si autem Israelite loquerentur ex corde suo, detineri debebant. In Aegyptijs autem non oportebat, quod fieret aliqua experientia ad cognoscendum, an a Deo infligerentur illae plagae: nam manifestum erat.

Cum enim diceret Moyses, quod aliqua plaga veniret, mox veniebat, & cum diceret, quod cessaret, confestim cessabat, nulla ergo poterat esse maior certitudo. Quod igitur Aegyptij a principio ista videntes antequam nimis percuterentur non dimitterent Hebraeos, erat ingrauare corda eorum, quod est irrationabile. In Philisthinis autem non erat simile, quia ipsi non habebant aliquid, per quod totaliter cognoscerent, quod ille plagae infligebantur naturaliter, vel propter arcam, quamquam habent conuenientiam motu, quod fieret propter arcam, ideo vt cautius agerent voluerunt experiri vnde hoc esset per modum, quem dederunt sacerdotes, & diuini. Dicitur autem, quod Aegyptus, & Pharaon aggrauauerunt corda sua, quia vtrique erant tenaces ad non dimittendum: Hebraeos, magis tamen erat Pharaon induratus, quia Aegyptij cum vidissent multitudinem plagarum, dixerunt Pharaoni vsquequo patiemur hoc scandalum? dimitte homines, vt sacrificent Deo tuo, nonne vides, quod perierit Aegyptus? Exodi ca. 10. sed adhuc Pharaon induratus fuit, & infligat sunt post hoc aliae plagae, vt patet ibidem, & vsque ad finem 12. cap.

Nunc postquam percussus est tunc dimisit eos, & abierunt. Quasi dicat, non debetis ingrauare corda vestra sustinentes magno tempore penas, vt non dimittatis arcam domini, quia si Deus Israel ista agit, oportet vos ad extremum etiam inuitos dimittere arcam, & tunc eritis nimis puniti: sic enim factum est in Aegyptijs, quia plurimas sustinuerunt plagas, vt non dimitterent Hebraeos, sed ad vltimum coacti sunt dimittere, & iam erant nimis puniti, ita igitur non oportet vos contendere nimis contra Deum, sed facite experimentum istud, & videbitis, an Deus ista infligat, quod si ipse agit relinquenda est, alioquin reducemus eam antequam eat in terram suam.

Nunc ergo arripite. Hic ponitur, quid facere deberent Philisthini ad cognoscendum, an propter arcam ista fierent, vel non, & dicitur arripite, idest velociter facite: arripere enim pertinet ad aliquid, quod velociter, & quasi sine deliberatione fit, sic dicitur Leuitici 10. Arreptisque Nadab, & Abiu filij Aaron thuribus posuerunt ignem, & c. idest illi fecerunt hoc in deliberate, & non respicientes, quod apparet ex opere ipsorum, scilicet, quod obtulerunt ignem alienum forte non respicientes quid agebant.

Et facite plaustrum nouum vnum. Hoc dicitur, quia arca portanda erat in plaustro, & dicitur vnum, quia cum arca esset vnica, non oportebat fieri plura plaustra, dicitur nouum ad reuerentiam arce: intelligebant enim Philisthini se percussos a Deo Israel propter arcam, ideo volebant eam honorabiliter reducere in terram suam, ne Deus eis vltius irasceretur, si autem portaretur arca in aliquo plaustro antiquo, in quo fuissent portata aliqua alia, non esset tanta reuerentia, quia videbatur equari arca alijs rebus humanis. Conuenienter igitur plaustrum nouum factum est.

Quomodo

Quomodo portabant arcam Dei Israelite, & quomodo Philistini. Quae. XV.

CONSIDERANDUM autem, quod Israelite non portabant sic arcam Dei, sicut portauerunt eam Philisthini, quia inter Israelitas portabant eam Leuitae in humeris suis, vel aliquando sacerdotes, in plaustro autem non ferebatur, pro quo sciendum, quod cum Sanctuarium factum fuisset in deserto, & portandum esset per mansiones suas in terram Chanaan, distinxit Deus Leuitas ad portandum diuersas partes illius, erant autem tres familiae principales Leuitarum, scilicet Caathite, Gersonite, Merarite, Caathitis haec cum vasculis suis Sanctuarij, quae non erant partes Sanctuarij, sed suppellectilia eius, scilicet arca, altare thymiamatis, candelabrum, mensa propositionis, altare holocaustorum, labium encaum, & omnia cum vasculis suis: Merarite autem acceperunt de Sanctuario ea, quae pertinebant ad res duras, scilicet columnas Sanctuarij, & bases, tabulas, vectes, & paxillos: Gersonite autem portabant partes molles Sanctuarij, scilicet cortinas, tentoria, & vela, & reliqua operimenta, vt patet Numeri cap. 3. & 4. De his autem Leuitis diffinitum est, quod Merarite, & Gersonite portarent onera sua in plaustris, Caathite autem super humeros suos, vt patet Numeri capit. 7. sed arca pertinebat ad Caathitas: Numeri capit. 3. & 4. ergo portanda erat super humeros, & non in plaustro, & sic fuit portata per totum desertum, Philisthini autem super plaustrum eam portauerunt.

Quare Philisthini non portauerunt arcam super humeros, sicut Israelite. Quae. XVI.

Quare aliquis quare Philisthini non portauerunt arcam super humeros suos in terra Israel, sicut portabant Israelite, quia hoc facile eis erat.

Aliquis respondebit, quod factum est, quia Philisthini ignorabant leges Hebraeorum: ista enim erant ceremonialia, & nimis particularia inter Hebraeos, Philisthini autem non didicerant illa, ideo nec poterant scire, putauerunt autem quod, quia arca magna erat, conuenientius duceretur super plaustrum quam super humeros hominum.

Alij respondebunt, quod hoc factum est propter timorem, erant enim Philisthini hostes Iudaeorum, ideo cum intrarent in terram ipsorum portantes arcam, timebant quod comprehenssi ab Israelitis necarentur, missa autem arca super plaustrum nullum erat periculum. Sed hoc non multum stat: non enim erat verisimile, quod Philisthini, qui portarent arcam in terram Israel, necarentur ab eis, sed magis reciperent ab ipsis multa dona.

Primo quia ipsi erant legati Philisthinorum, & de iure gentium legati inter hostes securi sunt.

Secundo quia Israelite nullum maius bonum habebant quam arca, & hoc sciebant Philisthini, ideo cum aliqui de Philisthinis reducerent arcam, nimis gauderent Israelite, & darent eis dona plurima, non ergo propter hoc recusauerunt eam sic portare.

Item dato, quod Philisthini portantes arcam timerent necari ab Israelitis, si caperentur, tamen poterant eam ducere secure, & non caperentur, scilicet, quod portarent eam vsque ad agrum Bethsames, qui est locus coniunctus terre Philisthinorum quousque viderent aliquos Israelitas, qui venirent pro arca, & tunc relicta ea ibi redirent in terram suam, sic namque fecerunt satrape Philisthinorum, quia quamquam ipsi

non portarent arcam, tamen semper sequebantur eam quousque venit ad agrum Bethsames, & ibi steterunt respicientes quousque viderunt, quomodo Bethsames gaudentes nimis deposuerunt arcam, & immolauerunt vaccas, vt patet infra in littera, ita igitur potuissent portare eam humeris suis nihil formidantes.

Sed dicendum est, quod non portauerunt eam humeris suis, quia ipsi volebant facere experimentum, quo cognoscerent, an Deus Israel fecerat hoc, vel naturaliter prouenerat, quod fieri non potuisset si homines portassent arcam: nam cognosci debebat hoc si vaccae acciperent iter per seipias, & non declinatent ad dextram, nec ad sinistram reducentes arcam ad terram, de qua exierant, vel euntes per aliam viam. Si autem homines portarent humeris suis, nihil de hoc pateret, ideo necesse fuit poni super plaustrum.

Quare Philisthini non sunt puniti portando arcam alio modo quam debet portari. Et quare Philisthini posuerunt vaccas in assuetas ad trabendam arcam. Quae. XVII.

Quare vltius quomodo Philisthini puniti non fuerunt, quia portauerunt arcam Dei aliter quam portanda foret: debet enim in humeris portari.

Respondendum est, quod Philisthini non portauerunt, & conuenienter non fuerunt puniti. Nam aut Philisthini sciebant Deum Israel, cuius erat arca, esse verum Deum, aut sicut vnum de dijs Gentium, si secundo modo non obligabantur portare eam, quia ille non esset Deus, & consequenter leges illius non possent obligare Philisthinos, nec peccarent agendo contra illas. Si autem putarent eum esse verum Deum, etiam non obligarentur ad portandum arcam humeris, quia ista lex fuerat data Israelitis specialiter, ideo nullam aliam gentem obligabat, & sic non peccabat potissime, quia Israelite aliquando portauerunt arcam in plaustro, vt patet quando translata est de Gabaa in domum Obed Edom, vt patet infra 2. libro capitu. 6. & illud licite factum est cum David illud fieri iusserit. Quod autem Iudaeis licebat, magis liceret Philisthinis, & sic non peccauerunt, nec puniendi fuerunt.

Et duas vaccas fetas. Idest, quod iungerentur duae vaccae ad plaustrum illud. Vocantur autem fetae, idest habentes fetus, scilicet quae iam pepererunt. excogitauerunt enim hic sacerdotes, & diuini Philisthinorum aliquid, per quod posset apparere, vnde pestis eorum prouenerat: nam taliter arcam duci faciebant, quod manifeste cognosceretur, an Deus illam moueret, vel ipse vaccae per se mouerentur. Posuerunt ergo vaccas fetas, quia ille nimis diligunt fetus suos, illis igitur manentibus in domo non possent vaccae recte moueri, sed conarentur redire in domum, nisi quis eas violenter duceret, cum igitur viderent eas directe euntes manifeste cognoscerent, quod Deus mouebat eas.

Quibus non est impositum iugum. Hoc poterat esse propter tria. Primo ad honorem arce Dei, s. quod sicut fabricatum fuit ei plaustrum nouum, in quo nihil vniquam ductum fuerat, ita vaccae iungerentur curru, quae nunquam fuissent applicatae alicui ministerio humano.

Secundo poterat hoc fieri, vt non scirent viam: animalia enim bruta per experientiam accipiunt cognitiones viarum, & locorum, in quae tendere deberent, ideo si acciperentur aliqua vaccae assuetae iugo forte ille assuetas fuissent ire per iter Bethsames, & nunc nullo dirigente ascenderent, nec esset aliquid miraculorum, si autem vaccae nunquam assuetae ad viam dire-

cte ten-

ete tenderent, erat mirabilis. Tertio hoc fieri poterat, quia illa vacca, quae assuetae sunt iugo secure portat quodcumque eis imponitur non declinantes a semita, quae autem indomitae sunt recusant iugum, & non tendunt directe per viam, sed exorbitant. ad hoc autem fecerunt Philisthini vaccas non esse assuetas iugo, ut si viderent eas recto itinere tendere, crederet esse Dei miraculum, & propter hoc exprimitur istud infra. Libant autem in directum vaccae per viam, quae ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur pergentes, & mugientes, & non declinabant, nec ad dextram, nec ad sinistram, & sic, quia hoc intendebant Philisthini, scilicet videre, an declinaret a via, vel non, exprimit scriptura, quod non declinaverint.

Et recludite vitulos earum domi. Hoc dicitur quonia si vituli ducebantur coram eis non erat mirabile, quod tenderent in directum: immo e contrario esset miraculum, si non tenderent directe, cum autem reclusi fuerunt in domo isti vituli inclinabantur vaccae ad redeundum ad eos, nec poterant ab eis longe separari, nisi violenter, si igitur viderent Philisthini vaccas directe euntes crederent miraculum esse.

Tolleisque arcam Domini, & ponetis in plaustrum. Scilicet, ut portetur ibi nemine dirigente eam: plaustrum enim accipitur hic pro quocumque vehiculo, sed proprie significat currus, qui in motu suo fonitus reddunt, unde plaustrum a plaudendo dicitur.

Et vasa aurea, quae exsoluistis ei pro delicto. Scilicet quinque mures aureos, & quinque anos, vocantur autem ista vasa multum large. Nam vasa dicuntur a proprietate continendi aliquid in se, scriptura tamen in idiomate Hebraeo vocat vasa omnia supellectilia, & sic ali quando vocantur vasa belli, id est arma, vel vasa Psalmi, id est organa, & sic ista, quae erant quaedam supellectilia vocantur vasa, erant autem pro delicto, quia ista offerrebant, ut Deus remitteret eis offensam, quam fecerant in accipiendo, & tenendo arcam in terra sua.

Ponetis in cappella ad latus eius. Scilicet ista vasa non fuerunt posita intra arcam Dei, quia Philisthini non ausi sunt aperire arcam, ut ponerent intus vasa: forte enim tenuerunt se morituros, cum manus domini esset grauis super eos, propter id, quod egerant, nec posuerunt etiam intus, quia tunc Iudaei nescirent, an aliqua munera obrulissent Philisthini cum Hebraei non essent aperturi arcam: nullienim hominum phas erat vnquam eam aperire, aut saltem ad aperiendum rangere, nisi forte quis spiritu Dei moueretur ad hoc faciendum, ut si esset Propheta, sicut aliqui dicunt fecit se Ieremiam, quod semel eduxit vnam plenam manna ad ostendendum Iudaeis, quo cibo aluerat Deus patres eorum in deserto. Fecerunt igitur Philisthini cappellam, ut ponerent in ea vasa, & ista fuit posita ad latus arcae: nam super arcam poni putabant esse nefas nec etiam ipsa vasa nuda ponerent super arcam.

Et dimittite eam, ut vadat. Id est nullus dirigat vaccas in itinere. Nam si quis dirigeret illas, omnia supraposita nihil proficerent ad cognoscendum, quod volebant Philisthini.

Et aspicietis. Id est ibitis sequentes eas, ut videatis quod faciunt: nam si non irent post eas nescirent euentum rei, posset enim euenire, quod aliqui de Israelitis essent insidiantes circa locum, de quo arca missa est, scilicet circa urbem Acharon: erat enim ista apud terminos Israelitarum, scilicet Acharon ex parte Philisthinorum, & Bethsames ex parte Israel. In confinibus autem hostium, quando illis non est pax, ut communiter vtrinque insidiantes sunt, & sic contingeret aliquos de Israelitis forte esse apud Bethsames, & illi raperent vaccas cum arca, ducebantque in terram suam, ideo si Philisthini non sequerentur arcam, nescirent, an passi fuisset

sent propter arcam, vel naturaliter. Et siquidem per viam finium suorum ascenderint contra Bethsames. Dicit Iosephus 6. Antiquitatum, quod posuerunt Philisthini plaustrum in triuio, ut videret ad quam viarum declinarent vacca, & si nullo dirigente eligerent viam illam, qua tendebatur in terram Israel mirabile esset, & hoc satis significat litera, nam si vnica via esset nihil mirum esset, quod ascenderet arca per illam, & sic dicitur per viam finium suorum, quasi ad differentiam aliarum viarum, quibus non proueniebatur in terram Israel. & dicitur contra Bethsames, quia iste est primus locus terrae Israel ex illa parte Philisthinorum, scilicet vrbem Acharon, est autem duplex ciuitas Bethsames in terra Israel. Prima est in forte Iudae, & ponitur in terminis eius, de qua habetur Iosue 15. c. Alia autem est in forte Isachar, de qua habetur Iosue 19. ca. hic autem accipitur de illa, quae est in forte Iudae, quia fors Iudae erat cointerata terrae Philisthinorum, immo quasi tota terra Philisthinorum cadebat in forte Iudae, ut declaratum est Iosue 15. cap.

Ipsa fecit nobis malum hoc grande. Id est intulit nobis istas plagas, non quidem ipsa, sed Deus Israel propter eam, stat autem probatio, quia si omnia ista existerent, non poterat esse, quin vaccae ducebantur ab aliqua virtute spiritali dirigente, & compellente eas, alioquin redirent in terram suam, vel declinarent ad dextram, vel ad sinistram.

Sin autem minime sciemus, quod manus eius non tetigit nos. Id est si non fuerit factum sic, quod vaccae a nullo directe eant in terram Israel, sciemus quod Deus non percussit nos, ista particula non est necessaria, sicut precedens, quoniam si illae vaccae a nullo directe, existentibus omnibus predictis, ascenderent in terram Israel, erat miraculum, quia necesse esset, quod hoc fieret ab aliqua virtute dirigente, si tamen non tenderent vaccae directe in terram Israel, non sequeretur, quod Deus non percussisset eos, quia poterat esse, quod periret eas ire, quo inclinarentur ire, est tamen rationaliter dictum, quia verisimile est, quod si Deus intulisset plagam istam Philisthinis, quod ad iudicium eius, ut ipsi scirent se ab illo percussos faceret arcam directe redire in terram suam, potissimum cum per arcam deentem in ista fuisset ista percussio. Sed casu accidit nobis. Id est ista plaga venit per accidens, non est sensus, quod plaga venisset totaliter a casu, quia veniret naturaliter, ut isti extimabant, natura tamen non est causa per accidens, sed ab intentione, & inclinatione, dicitur tamen, quod casu accidit, id est non facta fuit ab aliqua substantia intelligente volente nobis hoc infligere, sed a Deo: natura enim quamquam non agit per accidens, tamen non agit libere volens huic, vel illi nocere, Deus autem libere agit, & sic intelligebatur, quod id, quod libere fieret determinando ad eos, non erat a casu.

An Philisthini peccauerunt experiendo, an plaga eorum essent ab arca, & volendo habere signum de Deo. Quaes. XV III.

Quaeret aliquis, an isti sacerdotes, & diuini Philisthinorum peccauerint inquirentes hoc signum a Deo, & videtur, quod sic, quia isti videbantur tentare eum, quia faciebant istud ad experiendum, an Deus dirigeret illas vaccas, vel non, & ista est tentatio proprie, sicut illi, qui volebant, quod Deus eduiceret eis aquam de petra ad cognoscendum, an Deus esset inter eos, vel non, ut patet Exodi cap. 17. scilicet tentauerunt dominum dicentes, est ne Deus in nobis, an non? tentatio autem Dei prohibita est, ut patet Matth. ca. 4. scilicet Non tentabis dominum Deum tuum.

Respon-

Respondetur, quod isti Philisthini non peccauerunt quantum ad hoc, quia isti nesciebant, an Deus Israel esset Deus verus, sed existimabant eum esse, sicut vnus de dijs Gentium, tentare autem tales Deos peccatum nullum est, quoniam illi dii non sunt, ideo nec offendi possunt, quod autem Philisthini non existimarent Deum Israel esse Deum verum, sed esse arcam, vel aliquam virtutem latentem in arca, declaratum est supra cap. 4. q. 12.

Si autem Philisthini cognouissent Deum Israel esse Deum verum, erat ista tentatio, quia licet non inquirent experientiarum de Dei potestate, & bonitate, volebant tamen inquirere de eius actu, san ipse percussisset vel non, & an dirigeret vaccas, vel non.

Fecerunt ergo illi hoc modo. Hic ponitur executio consilij sacerdotum, & diuinorum, & dicitur fecerunt illi, id est satrapae Philisthinorum, quia isti consuluerunt sacerdotes, & diuinos.

Et tollentes duas vaccas, quae laetabant vitulos. Ista autem acceperunt, ut ex desiderio vitulorum nollet tendere directe in terram Israel, quia sic magis elongarentur a fetibus suis, si autem irent monstraretur miraculum. Iunxerunt ad plaustrum. Scilicet ad plaustrum, quod nunc nouiter fecerant ex causa supra assignata, quia non decuit in veteri plaustro portari.

Vitulosque earum recluserunt domi. Id est in domo: est enim grammatica antiqua cum ponatur quatuor nomina appellatiua aduerbialiter. Fuit hoc factum, quia si vituli irent cum matribus nullum esset miraculum, quia illae rectam caperent viam. Et posuerunt arcam Dei super plaustrum. Scilicet disponentes eam, ne caderet colligantes ipsam: facile enim erat ipsam cadere, potissime cum vaccae essent nouiter iugo subiectae, & verisimile esset, quod calcitrarent: sic enim cum conaretur Dauid portare arcam Dei de Gabaa in Ierusalem, atque portare in plaustrum, boues calcitrantes declinauerunt eam, ita ut iugura videretur: Oza autem volens eam tenere applicuit manum, & mortuus est infra 2. lib. c. 6. Maxime autem nunc debebat conuenienter ligari, quia nullus iugum erat cum arca, qui tenere posset eam si iugura videretur, sed satrapae sequebantur eam retro distantes a plaustrum, ut patet in litera infra. Et cappellam, quae habebat mures aureos, & similitudines anorum. Ista posuerunt Philisthini ad latus arcae, ut patet supra: erant autem in ea quinque mures aurei, & quinque similitudines anorum, scilicet circuli de auro.

Ibant autem in directum vaccae. In hoc significatur miraculum, quod Philisthini expectabant ad cognoscendum, an Deus fecisset super eos plagam, vel venisset naturaliter, quod arca ascenderet directe in terram suam, vel non, & hoc dixerunt supra diuini, & sacerdotes, scilicet si quidem per viam finium suorum ascenderet contra Bethsames ipsa fecit nobis malum hoc, & dicitur hic, quod ibant vaccae in directum, id est non acceperant aliud iter, nisi illud, quod ducit in terram Bethsames, fuerunt enim vaccae cum plaustrum posita in triuio, ut ait Iosephus 6. Antiquitatum, ut videretur ad quam partem declinarent, ipse autem tenuerunt viam mediam, quae ducit in Bethsames, & ascende-

bant per eam. Et itinere vno gradiebantur. Hoc dicitur ad significandum, quod quaquam ista vaccae essent indomitae, utpote quae nunquam susceperunt iugum, tamen non recusabant illud, nec tendebant in diuersa, sicut facere solent quaecumque iumenta iugo nouiter assueti. Diceretur autem non ambulare itinere vno, si forte vna vacca declinaret ad vnā partem, & alia aliorum, & tunc non possent mouere currum, cum non esset eis imperus ad eandem partem.

Pergentes, & mugientes. Id est istae vaccae pergebant si-

mul itinere suo, & semper mugiebant, in hoc significatur id, quod expectabant Philisthini, scilicet quod istae vaccae eo, quod erant ferae, & relictis erant vituli eorum in domo inclinarentur ad redeundum ad illos, quod si non facerent videretur esse miraculum, scilicet quod inuita ducebentur ab aliqua virtute diuina, quod significatur hic cum dicitur pergentes, & mugientes, id est vaccae mugiebant significantes se inuita trahi, cum vellent redire ad vitulos suos, tamen pergebant, id est semper procedebant directe, quasi non permitterentur redire ad vitulos.

Et non declinabant ad dextram, nec ad sinistram. Hoc dicitur propter duo, scilicet quod non declinabant ad dextram partem, vel ad sinistram, ut redirent ad vitulos, ad quos erat eis magna inclinatio, declinarent ad aliquam partem viae, scilicet ad dextram, vel ad sinistram, tamen non declinabant. Aliter intelligitur etiam, quod istae vaccae erant non assuetae iugo, ideo difficile erat, quod ipse tenderent itinere recto, sed declinarent ad vnā partem, vel aliam. Dicitur tamen, quod non declinabant ad dextram, nec ad sinistram, & quocumque modo esset mirabile, & significatur, quod inuita ducebantur, & virtute arcae.

Sed, & satrapae Philisthinorum sequebantur usque ad terminos Bethsames. Id est illi quinque satrapae, vel reges Philisthinorum, qui conuenerant ad consilium de remittenda arca Dei in terram suam, sequebantur eam euntes retro, & hoc ad videndum ea, quae dixerant sibi sapientes, & diuini, scilicet semper arca ferretur directe in terram suam itinere Bethsames, vel declinaret vaccae, ut scirent an Deus hoc fecisset, vel aliter euenisset naturali operatione, & dicitur usque ad terminos Bethsames, quia ille erat locus de terra Israel, & noluerunt satrapae Philisthinorum introire in terram illam, sed steterunt in confinibus terrae Philisthinorum, & Israel, maxime quae ex loco illo poterat videre, quomodo iret arca in Bethsames, vel reciperetur a Bethsames, qui erant merentes triticum in agris, & sic infra dicitur, quod viderunt.

Porro Bethsames metebant triticum in valle. Hic ponitur secundum huius cap. scilicet de arcae receptione, & diuiditur in duo, quia primo describitur ista receptio, secundo interponitur cuiusdam dicti explicatio ibi.

Ili sunt autem. Circa primum dicitur, quod Bethsames metebant triticum in valle, scilicet apud terminos Bethsames, & Philisthinorum, & illos viderunt Philisthini, nec voluerunt ultra transire, considerantes quid illi facturi essent de arca, & dicitur, quod metebat triticum, quia erat iam mensis Maius, vel quasi, in quo tempore in terra Chanaan metitur triticum, ut supra declaratum est, quae 3. Et ex hoc patet, qui fuerunt menses, quibus stetit arca in terra Philisthinorum, quia stetit ibi septem mensibus, & isti finiti sunt tempore messis triticeae, ergo oportet, quod fuerint 7. precedentes immediate.

Et eleuantes oculos viderunt arcam Dei. Cum enim esset prope eos cognouerunt, quod illa esset arca Dei: cognouerunt autem per velamenta, quia arca quando ducebatur in itinere semper velabatur tribus velaminibus hyacinthinis, ut patet Numeri cap. 4.

Et gauisi sunt cum eam viderent. Hoc fuit, quia Israelitae desiderabant nimis arcam Dei, cum tota gloria eorum esset in illa, unde nurus Heli quando mortua est, dixit translata est gloria Dei ab Israel, eo quod capta esset arca supra cap. 4. videbant etiam Israelitae, quod erat difficile illud eripi arcam de manu Philisthinorum cum essent Philisthini potentiores Israelitis, nunc autem cum viderent sine bello, & gladio arcam rediisse in terram suam, gaudebant nimis. Dicunt autem Iudaei, quod ista letitia fuit inepta, & procedens ex leuitate

Quare Philisthini non aperuerunt arcam, ut ponerent vasa in ea.

uitate capitis, hoc autem inducunt, quia Bethsamitæ postea a Deo percussii sunt, sed nemo percussus a Deo nisi male agens.

Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitæ. Erant autem in illa valle multi de Bethsamitis colligentes triticum, venit autem arca in agrum vnius eorum, s. Iosue, & hoc forte, quia reputatus est ille a Deo vir iustus ceteris, vel quia ibi erat quidam lapis magnus, vbi posset poni arca, & immolarentur sibi hostiæ.

Et stetit ibi. Scilicet non procefferunt ultra vaccæ sistentes in agro illo, hoc autem erat, quia iā arca erat inter suos, s. Israelitas, & non oportebat, quod ulterius procederet contra Bethsamites: ipsi enim Bethsamitæ eam portarent aliter secundum morem terræ sue, etiā fuit hoc, vt satrapæ Philistinorum viderent finem huius rei, quomodo veniebat arca ad Israelitas, & recipiebatur ab eis, quod ibi viderūt, si tamen iuisset semper vsque Bethsamites non cognoscerent: satrapæ Philistinorum quid fieret de illa, quia iam non possent eam videre, nec sequerentur ipsam.

Erant autem ibi lapis magnus. Hoc ponitur ad designandum vbi arca locata fuerit: nam non decebat eam locari in solo humili cum ceteris rebus, sed posuerunt eam excelsiorem ceteris, s. super lapidem magnum, & forte etiam super partem illius lapidis cremauerunt holocausta: nam non fierent conuenienter sacrificia super pauimentum, sed semper fiebant super altare, idest super aliquid altum, vel eleuatum.

Et considerunt ligna plaustrum. Cum enim accessit arca, Leuitæ, qui ibi erant, de quibus infra dicitur deponerunt arcam, & capsellam, quæ erat cum ea ponentes super lapidem magnum, tunc autem considerunt plaustrum in multas partes ad cremandum, & vaccas occiderunt ad sacrificia, fecerunt autem hoc ex letitia: nam tunc viderant arcam nouiter, ideo volebant eam honorare, & quia honor legalis, qui potissime Deo impendebatur erat in sacrificijs obtulerunt ei sacrificium, & quia nihil aliud sibi promptius occurrit quā plaustrum, & boues ferentes arcam immolauerunt vaccas, & cremauerunt plaustrum, etiam quia putabāt, quod Deus perduxisset vaccas, & plaustrum, ideo volentes conuertere penitus in obsequium eius cum ad nihil ultra Deo possent famulari, immolauerunt vaccas, & considerunt plaustrum.

Vaccasque imposuerunt super ea holocaustum domino. Scilicet primo fecerunt ignem magnum ex lignis plaustrum, & postea posuerunt de super carnes vaccarum obferuantes omnes ceremonias requisitas, s. quod iugulauerunt, & decoriauerunt vaccas scindentes eas in partes, atque lauantes pedes, & intestina, & de super ad cremandum ponentes, vt patet Leui. cap. i.

An Bethsamitæ errauerint faciendo holocaustum Deo de illis vaccis. *Quest. XIX.*

QUÆRIT aliquis, an isti Bethsamitæ errauerint in faciendo holocaustum Deo de vaccis, quæ portauerant arcam.

Et respondetur, quod sic, quia holocaustum nunquam debebat esse, nisi de masculo, siue esset de bobus, siue arietibus, siue capris, vt patet Leui. cap. i. vaccæ, tamen quæ portauerant arcam erant femelle, quia erant foetæ, vt patet supra, peccauerunt igitur.

Aliquis respondebit, quod poterat quilibet ex deuotione immolare domino, quod vellet, quia quamquam animalia illa, quæ immolabantur ex voto, vel alias ex necessitate essent determinata ad certam legem, tamen illa, quæ offerebantur sponte poterant libenter offerri, sic patet Leui. c. 22. vbi quædam anima

recipiuntur sponte oblata, quamquam habeant maculas, quæ non recipiuntur ex voto, vel alias ex necessitate. Respondendum est ad hoc, quod siue holocaustum fieret ex necessitate, siue sponte, nihil mutabitur quantum ad hoc, quod offerretur masculus, erant autem alia ceremonie, in quibus poterat fieri mutatio, s. quantum ad munditiam, vel immunditiam, sed non quantum ad sexum animalis.

Quæ animalia excluderentur a sacrificijs. *Quest. XX.*

PRO quo sciendum, quod animalia excluderentur a sacrificijs, si maculata essent, vt patet Leuitici c. 22. erant autem istæ macule duplices, s. quædam, quæ simpliciter prohibebant ab omni sacrificio. Aliæ autem prohibebant a quibusdā, quod enim animal esset cæcum, vel habens papulas, vel esset claudum, aut habens cicatricem, vel scabiem, aut impetiginem, & similia faciebat, quod nullo modo posset immolari in aliquo genere sacrificij, siue spontanei, siue necessarii, alia autem erant maculæ, vt habere aures amputatas, vel caudam, & istæ maculæ non prohibebant ab omnibus sacrificijs, sed a quibusdā: nam voluntarie offerri poterant talia animalia, sed ad redimendum votum, vel complendum id, quod lege iustum est non suscipiebantur, vt patet præalleg. cap. sexus autem non computatur inter hoc, ideo non poterat fieri mutatio circa illum, sed dicitur Leui. cap. i. quod holocaustum fieret de masculis in quacunque specie fieret, ideo non poterat fieri de femellis, vnde si aliquis voueret Deo facere holocaustum, etiam si non determinasset, quod vellet offerre masculum, tenebatur offerre illum, & si aliquis vellet offerre feminam, non recipere, & si quis voueret offerre holocaustum, & tenuisset votum etiam si expressisset, quod volebat offerre femellam, non recipere, quia obligabat ad masculum ex lege holocausti: ipsum enim holocaustum per se determinabat sibi sexum animalis, etiam si nullus vouens hoc exprimeret, isti autem Bethsamitæ obtulerunt vaccas in holocaustum, ideo peccauerunt, potuissent autem offerre eas in hostias pacificas, sed non obtulerunt.

An Bethsamitæ immolauerint sine sacerdotibus. *Quest. XXI.*

QUÆRITUR ulterius, an Bethsamitæ peccauerint per se immolando victimas, s. an ipsi Bethsamitæ, qui erant laici per se immolauerint, & in hoc peccauerint, in quo non quaeritur, an ipsi peccarent, si per se immolarent, quia hoc manifestum erat, cum ipsi essent populares, & immolare esset officium sacerdotum, vt patet Num. 3. cap. 6. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur, & vocantur ibi externi omnes Hebræi præter Aaron, & filios suos.

Sed quaeritur hic, an isti Bethsamitæ per se immolauerint, in quo credamus eos peccauisse. Respondebit aliquis, quod sic, quia hic non dicitur, quod essent aliqui sacerdotes, sed quod Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas, ergo ipsi per se fecerunt. Item satis patet hoc, quia infra puniuntur isti Bethsamitæ tanquam peccasset coram domino, ideo verisimile est, quod in hoc peccauerint.

In contrarium dicitur, quod Bethsamitæ non obtulerunt per se coram domino victimas, sed hoc fecerunt sacerdotes, qui licite facere poterant, & in hoc non peccauerunt Bethsamitæ, sed in quibusdā alijs de quibus infra dicitur.

Cum autem dicitur, quod hic non fit mentio, quod esset

esset aliquis sacerdos, ergo ipsi per se fecerunt non starratio, quia multa subtrahuntur in scriptura, & cum dicitur, quod Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas: non intelligitur, quod ipsi per se obtulerunt, sed dicitur, quod obtulerunt holocausta, idest dederunt animalia ad offerendum, vel cremandum in holocaustis, & hoc erat offerre. Dicitur autem, quod immolauerunt, idest dederunt ad immolandum: sic enim accipitur.

Ad secundum cum dicitur, quod hoc fecerint Bethsamitæ, quia infra puniuntur, dicitur, quod non fuerunt puniuntur propter hoc, sed quia viderunt arcam, ut patet. j. in litera.

Sed adhuc aliquis dicit, quod argumentum primum non stat, quia hic erant Leuitæ, vt patet infra, & sic non offerrent populares, sed satis erat, quod offerrent Leuitæ.

Respondendum est, quod nihil differebat, quod populares offerrent per se victimas, vel Leuitæ, quoniam istud erat officium pertinens solum ad sacerdotes, ut patet Numeri, capit. tertio, & decimo octauo, ideo si quis præter eos de hoc se introuideret, peccabat: & sic Leuitæ non poterant offerre holocaustum, sicut nec populares, & sic si non fuerunt ibi sacerdotes nihil proficiebat esse Leuitas.

Aliquis dicit, quod Leuitæ possent offerre sacrificia, quia Samuel erat Leuita simplex de Caathitis, ut patet primo Paralipomenon, capitulo sexto, & declaratum fuit, supra capitulo primo, tamen ipse offerebat sacrificia immolans, sicut sacerdotes, ut patet seq. c.

Respondendum est, quod Samuel non solum fuit Leuita, sed etiam propheta domini, ideo aliqua licuerunt sibi, quæ agebat diuina inspiratione, quæ non licuissent alicui alteri: Deus enim aliquando mandauit sibi sacrificare, ut patet infra decimo sexto capitulo, & sic credendum est, quod in alijs vicibus, quibus sacrificabat agebat hoc mandato Dei, quia cognoscebat Deum hoc velle, & populus sic intelligebat: sciebat enim eum esse prophetam Domini: ideo quidquid faciebat, credebatur populus, quod faceret a Deo inspiratus, vnde in nullo eum reprehendebat.

Alii autem, qui non erant propheta, non permitterentur hoc agere, & si facerent punirentur a Deo, & a populo: sic erat de Leuitis istis, qui fuerunt in Bethsamite: nam non apparet, quod essent prophetae: ideo non liceret eis, quicquam de opere sacerdotali.

Sed adhuc dicit aliquis, quod quamquam Leuitæ non offerrent, nec sacerdotes, sed ipsi populares Bethsamitæ, non sequitur, quod peccarent: nam Elias de popularibus erat, & tamen obtulit holocausta in monte Carmelo, ut patet infra, tertio libro, capitulo decimo octauo, quod autem esset popularis apparet, quod erat Thesbes, idest de vrbe, quæ uocatur Thesbes: tamen illa non pertinebat ad Leuitas, vel sacerdotes, vt patet considerando omnia nomina vrbium, quæ datæ sunt Leuitis, & sacerdotibus, de quibus Iosue uigesimo primo capitulo.

Respondendum est, quod licuit Eliæ offerre holocausta, quia ipse erat propheta Domini, & solus relictus fuerat contra prophetas Baalin, ideo vt ipse coram toto populo daret experimentum, an Baalin esset Deus verus, vel Deus Israel, fecit holocaustum, etiam quia ipse erat propheta, & mouebatur instinctu, & mandato Dei, ideo quæ Alph. Toft. In primum Regum.

A cunque ageret, licita erant, quia qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, populares autem Bethsamitæ non erant prophetae, ideo non licebat sibi quicquam horum facere.

Dicendum, ergo quod isti non obtulerunt sacrificia, sed erant ibi cum eis aliqui sacerdotes, & illi obtulerunt.

Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei. Idest tulerunt eam de plastro, & ponitur hic mutatio ordinis, quia manifestum est, quod prius Bethsamitæ deponerent arcam de plastro, quā scinderent ligna plaustrum, & facerent holocaustum, sed scriptura sæpe utitur istis mutationibus. Dicitur autem, quod Leuitæ deposuerunt arcam, quoniam non pertinebat ad populares eam tangere, vel deponere, & si tetigissent quomodocunque hoc facerent, morerentur, quia istud erat officium Leuitarum Numeri tertio, & quarto, capitulo. Leuitæ, autem poterant deponere, & portare de loco in locum, ut patet præallegatis capitulis, sed non poterant eam uidere nudam, ut patet Numeri, capitulo quarto: ideo in peccato Bethsamitarum, quando uiderunt arcam domini non solum poterant perire populares, sed etiam Leuitæ, quia ibi intelligitur de uisione, quæ erat arca existente nuda, sed hoc dabo nulli licebat uidere, nisi sacerdotibus, ut patet Numeri, capitulo quarto, ideo omnes alij morerentur, & secundum, quod dicitur hic de Leuitis, quod erant aliqui ibi ad deponendum arcam, ita intelligendum est, quod erant aliqui Sacerdotes, qui offerrent, & immolarent sacrificia.

Et capsellam, quæ erat iuxta eam. Scilicet hanc deposuerunt Leuitæ, quamquam non erat de ista, sicut de arca domini, quoniam poterant quicunque populares istam portare, vel deponere, quia non erat ibi aliquid sacrum: Leuitæ tamen vtranque deposuerunt. Istam capsellam fecerunt Philistini, ut patet supra ad ponendum ibi mures aureos, & anos.

In qua erant vasa aurea. Scilicet in capsella. Vasa vocantur hic omnia simulachra anorum, & murium, quos miserunt Philistini, qui non sunt proprie uasa, sed largæ, secundum morem idiomatis Hebræi, in quo omnia supellectilia, vel huiusmodi uasa uocantur.

Et posuerunt super lapidem grandem. Scilicet tam arcam, quam capsellam: iste est lapis magnus, de quo supra dicebatur, quod erat in agro Iosue Bethsamitæ: ibi enim arca posita est, quia honestius erat, quam in pauimento, quod ab omnibus conculcabatur, etiam vt esset in loco eminenti, coram quo hebræi possent flectere genua, & adorare dominum, non tamen erat arca intra Sanctuarium in aliquo eminenti, sed super pauimentum eo, quod ibi non erant alij, qui deberent adorare, quoniam nullus introibat intra sancta sanctorum, nisi summus sacerdos semel in anno, ut patet Leuitico decimo sexto, & ad Hebr. c. 9.

Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta. Scilicet illi, qui erant in agro Iosue Bethsamitæ, & alij de Bethsamitis, qui erant in alijs locis: cum enim cogniti essent uenisse arcam domini, confluxerunt omnes, qui erant in agris metentes triticum, & qui erant in loco ad obuiandum arcæ, & honorandum eam, & ibi obtulerunt sacrificia, quia istud erat, in quo magis poterant Deum honorare.

Et immolauerunt victimas in die illa domino. Idest antequam arca introiret in locum Bethsamites die illa, qua uenit de terra Philistinorum, Bethsamitæ obtulerunt sacrificia multa in agro. Et fuerunt duo, genera sacrificiorum scilicet holocaustum, & hostia

hostia pacifica, erat autem holocaustum ad solam Dei laudem, cum Deo soli proueniret. Hostia autem pacifica sunt ad Dei laudem, & ad latitiam ipsorum offerentium, quia maxima pars carniū sacrificii pacifici proueniebat offerentibus, ut patet Levitico capitulo septimo. De hostiis autem pro peccato nihil dicitur, & cum hic dicitur, quod viri Bethfamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt uictimas non est intelligendum, quod ipsi immolauerunt, quia immolare est iugulare, vel occidere, quod non pertinebat, nisi ad sacerdotes, s. dicitur, quod immolauerunt. i. ad immolandum animalia præbuerunt.

Quare Bethfamitæ obtulerunt holocausta, & non sacrificia pro peccato. Quæst. XXII.

Quæret aliquis quare non obtulerunt isti sacrificia pro peccato sicut obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, cum non superesset nisi hostia pro peccato.

Respondendum est, quod Israelitæ obtulerunt hic sacrificia ad solennitatem arce uenientis; ista autem solennitas consistit in duobus.

Primo quantum ad aliquid speciale, quod Deo offerretur.

Secundo quantum ad aliquid speciale, quod est inter homines. De primo pertinebat fieri oblationem holocausti, quia holocaustum solum est ad Dei laudem, quantum ad secundum pertinebat hostia pacifica, quia maxima pars illius pertinebat ad offerentes, & ipsi offerebant istud sacrificium ad Dei honorem, & ut ipsi gauderent epulando solenniter, sic enim dicitur Deuteronomio uigesimo secundo, & decimo sexto capitulo. cum agitur de oblationibus pacificis, quas faciebant populares in festiuitatibus, in quibus ueniebant ad Sanctuarium scilicet, Lætaberis, atque reficietis coram Deo tuo in cunctis ad que extendis manum, & iterum epulaberis coram Deo tuo tu, & filius tuus, & cetera. quia nunc adueniente arca erat magnum gaudium Israel debebant Bethfamitæ ad quos uenerat arca, gaudere totaliter scilicet quantum ad se: & quantum ad Deum, ideo decebat, ut offerrent holocausta pro Deo, & pro se hostias pacificas: de hostia autem pro peccato secus est: quia illa est non ad laudem Dei, nec ad latitiam nostram: sed pro aliquo peccato, ut expiemur, & Deus non puniat nos: ideo ista est hostia meritoris.

Ad solennitatem autem pertinent ea, que iocunda sunt, ideo non conueniebant hic offerri hostiam pro peccato.

Item si offerretur hostia pro peccato, aut illa esset pro peccato totius populi, aut pro peccato Bethfamitarum: si primo modo non poterant isti offerre, quia totus populus debebat petere pro se offerri cum peccatum esset omnium, nec satisfaciebant Israelitæ si Bethfamitæ pro eis offerrent, ergo non erat opportunum offerri pro peccato eorum: si autem esset pro peccato Bethfamitarum, & esset aliquod peccatum speciale non sufficiebat si ibi offerret sacrificium coram arca: sed deberent offerre in loco, in quo erat Sanctuarium, & Sacerdotes, scilicet in Silo ubi tunc erat, vel in Nohe, ubi postea fuit, ut declarabitur sequenti cap.

Non igitur fuit causa ulla, pro qua offerrent hostiam pro peccato: sic enim in omnibus aliis solennitatibus erat cum aliqua solennitas fiebat, que solum esset ad latitiam, sic patet in confirmatione legis in monte Sinai.

Nam illa confirmata obtulerunt Israelitæ holo-

causta, & hostias pacificas solum, ut patet Exodi capitulo uigesimo quarto scilicet misitque iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntque uictimas pacificas uitalos duodecim: sic quoque fuit iterum in solennitate confirmationis legis quando post introitum in terram Chanaan fuit lex confirmata in monte Hebal, & Garizim: nam tunc solum fuerunt oblata holocausta, & hostie pacificæ, ut patet Iosue capitulo octauo scilicet. Oblatit super eo holocausta domino, immolauitque pacificas uictimas. Hic autem solum fiebat solennitas propter aduentum arce: ideo solum conueniebat illi latitiam immolari holocausta, & hostias pacificas.

Et quinque satrapæ Philistinorum uiderunt. Isti erant, qui ueniebant sequentes arcam, ut considerarent finem rei; dixerant namque eis diuini, & sacerdotes eorum, quod ipsi aspicerent post arcam. Erant autem isti quinque satrapæ quinque reges, vel principes quinque ciuitatū metropolitanarū terræ Philistinorum, quoruū nomina habentur infra: isti autem quinque decreuerunt arcam mittendam esse, quoniam conuenerunt in urbe Acharon, ut patet præcedenti capitulo. uenerunt et isti sequentes arcam propter duo. Primo ad honorandum magis arcam, non poterant autem Philistini maiorem honorem impendere arcæ, quam ut quæque principes eorum, qui reges erant sequerentur arcam: ipsi autem uolebant dare honorem Deo Israel, eo quod percusserat eos, & adhuc percutiebat, & precabantur humiliter pro sanitate. Alia causa erat, quia ipsi Philistini, & satrapæ eorum uolebant certificari de euentu arcæ, ut pateret an ab ipsa percussus fuisset vel naturaliter, & quia non poterant plene per aliquem certificari sicut per seipso, iuerunt ipsi.

Causa autem immediata, propter quam isti iuerunt, fuit quia Philistinorum sacerdotes, & diuini hoc dixerunt satrapis, ut patet supra. Causa autem quare diuini illud dixerunt, fuit aliqua de istis duabus. Dicitur autem, quod satrapæ uiderunt scilicet omnia, que faciebant Bethfamitæ cum receperunt arcam deponentes eam de plastro, & offerentes sacrificia: hoc autem uiderunt, quia manserunt in aliquo loco excelso apud terminos Bethsamis, & exinde speculabantur ea, que fiebant in valle, in qua recepta est arca in agro Iosue, ut patet supra.

Et ueneri sunt in Acharon in die illa. Scilicet postquam uiderunt satrapæ Philistinorum ea, que faciebant Hebræi recipientes arcam, cognouerunt uere, quod Deus Israel deduxisset arcam, quia aliter non potuissent sic accidere ea, que facta sunt, & tunc certificati redierunt in terram suam, scientes, quod Deus Israel percusserat eos propter arcam. Et dicitur, quod redierunt in Acharon, quia ista est ciuitas propinquissima terræ iudeorum de urbe Philistinorum. Vnde in eadem die uenerunt de urbe Acharon usque ad terminos Bethsamis, & ibi stantes uiderunt, que faciebant Israelitæ recepta arca, & eadem die iterum uenerunt in Acharon: est autem ista ciuitas, in qua factum est consilium quinque satraparum Philistinorum, ut reduceretur arca in terram Israel, fuit enim ultimata in loco illo, & ibi est factum plastrum, & inde cepit duci arca in terram Israel.

Hi sunt autem. Hic ponitur cuiusdam dicti explicatio, supra dictum fuerat, quod quinque prouincie Philistinorum fecerunt quinque anos aureos, & quinque mures.

Hic autem declaratur istud quantum ad duo.

Primo quantum ad nomina ciuitatum, que essent iste urbes.

Secun-

Secundo quantum ad alia loca particularia, an aliquid fecerint in istis quinque simulachris anorum & totidem murium: dicitur.

Hi sunt anni aurei, quos reddiderunt Philistinæi pro delicto.

Scilicet isti anni aurei, & mures supra nominati, qui in capsella ueniebant apud arcam, sunt quos obtulerunt Philistini pro peccato suo: dicuntur autem obtulisse pro peccato scilicet, quia intelligebant se peccasse contra Deum Israel detinendo arcam illi in terra sua, & accipiendo de castris Israelitarum, & quamquam Philistini non colebant Deum Israel tanquam Deum suum, tamen sciebant, quod ipse percusserat eos, ideo honorabant eum in sacrificiis siue donis, ut placaretur, ne ultra percuteretur.

Azotus unum. Idest urbs Azoti dedit unum annum aureum: ista erat urbs, in quam primo ducta est arca, quia erat de principalissimis terræ Philistinorum, & in ea erat Deus Dagon, qui bis deiectus est coram arca, ut patet præcedenti capitulo: erat autem ista ciuitas apud mare mediterraneum, quod uocatur mare magnum in scriptura, de quo Iosue cap. 15.

Gaza unum. Ista est ciuitas in extremitate terræ Philistinorum, & totius terræ Chanaan versus meridiem: ideo Genesis c. decimo ubi ponuntur termini terræ Chanaan ponitur Gaza in parte meridiana tanquam terminus: & Sidon in parte septentrionali: fuit autem ista ciuitas, in qua cepit Samson mulierem meretricem nomine Dalida, & portas huius urbis super humeros suos portauit, & posuit in vertice montis: postea autem in hac urbe excæcatus Samson tē sit in carcere multo tempore: & ibi deiecit torum templum Dagon super eos, qui intus erant, & occidit simul quasi tria millia hominum utriusque sexus: Iud. cap. 16.

Aschalon unum. Ista erat alia de quinque ciuitatibus principalibus Philistinorum: de hac dicitur infra secundo libro capitulo primo scilicet nolite annum ciare in Geth, nec annuncietis in compitis Aschalomis, ne forte latentur filie Philistinorum, & exultent filie incircuncisorum.

Geth unum. Idest dedit unum annum aureum. De ista urbe erant quidam Gigantes Philistinorum: fuit namque de ea Goliath, cum quo congressus est Dauid infra decimo septimo capitulo: in hac etiam ciuitate postea mansit aliquanto tempore profugus Dauid: a facie Saulis, & fuit cum rege urbis ipsius nomine Achis, sed postea data est ei quedam urbs parua nomine Siceleg: de quo infra uigesimo septimo capitulo.

Ad hanc autem urbem ducta fuit arca secundo loco, Gethæi namque consuluerunt, quod circumdiceretur arca per terram Philistinorum, & ipsi resistentes nimium contra plagas fecerunt sibi sedes pelliceas, ut patet præcedenti. c.

Acharon unum. Ista est ciuitas maxime septentrionalis in terra Philistinorum, ut patet Iosue capitulo decimo tertio, & ista est nunc Philistinorum: sed ante hoc fuerat Hebræorum, postea autem tempore Samuelis reddita est ad terram Hebræorum tam ipsa, quam multæ aliæ urbes, ut patet sequenti capitulo est autem ista ciuitas, in qua erat Deus Beelzebub, quem misit ad consulendum rex Ochozias rex Israel ante egritudine sua conualesceret. j. 4. lib. c. 1. est autem ista ciuitas, in qua postea fuit ordo militum, qui nunc uocatur ordo sancti Ioannis de Acie: murato nomine antiquo. s. Acharon, & durauit ibi militia magna dum Christiani possederunt terram promissionis.

Et mures aureos. Idest etiam iste urbes obtulerunt mures aureos. Causa autem fuit, quia in utroque p. Alph. Toft. In primum Regum.

Acussi fuerant, si ipsi in posterioribus, & terra eorum a muribus dissipata est, ut patet. s.

Secundum numerum urbium quinque prouinciarum. Refertur ad mures, & anos aureos. s. quod fuerunt tot quot erant prouincie terræ Philistinorum, & tamen denominati sunt a quinque urbebus principalibus istarum quinque prouinciarum, sed non est intelligendum, quod iste quinque urbes offererent solæ istos quinque, & anos aureos, & totidem mures, sed quinque prouincie Philistinorum, in quibus erant iste quinque urbes: soluebant autem expensæ pro his muribus, & anis partim ab his ciuitatibus, & partim ab aliis minoribus prouincialibus suis, & hoc significat. j. cum dicitur. Ab urbe murata usque ad uillam, que erat absque muro. i. isti quinque anni, & mures non fuerunt solum dati ab istis quinque urbebus. (supradictis, sed et ab aliis locis terræ Philistinorum incipiendo ab urbe murata usque ad uillam absque muro. i. a magnis usque ad minima, nullus enim fuit locus in terra Philistinorum immunis ab hac desolatione, eo quod non fuit aliquis locus in quo non fuisset plaga: ideo pro plaga communi debuit esse oblatio communis. Vocantur autem hic uillæ absque muro, quia non accipiuntur sic uillæ in sacra scriptura, sicut apud nos uocantur enim ciuitates in scriptura omnia loca murata, siue magna, siue parua sint: uillæ autem dicuntur loca parua non murata: nos autem non uocamus urbes omnia loca murata, sed diuidimus illa in uillas, & urbes, loca autem sine muris uocantur rura, vel uiculi.

Et usque ab Abel magnum, super quem posuerunt arcam domini. Idest omnia loca terræ Philistinorum contribuerunt aliquid ad factionem anorum aureorum, & murium usque ad extremitatem regionis: & ponitur hic magnus Abel pro extremitate terræ Chanaan alias Philistinorum: erat autem hoc quidam lapis magnus super quem posuerunt Lenitæ arcam in agro Iosue Bethfamitis, ut dicitur supra, & patet etiam immmediate. Durabat autem terra Philistinorum ex parte meridiana contra aquilonem usque ad Abel magnum id est usque ad illum lapidem: & est sensus, quod omnia loca terræ Philistinorum usque ad illum lapidem soluerunt pro expensis istorum ualorum aureorum.

Nomen lapidis super quo posuerunt arcam quare uocatur Abel. Quæst. XXIII.

Vocatur autem iste lapis Abel magnus quia forte nomen suum erat Abel, sicut interdum ponuntur alia nomina lapidibus, qui sunt in desertis, vel agris, ut patet Iosue capitulo uigesimo primo scilicet miseruntque nuncios ad filios Beniamin, qui erant in petra Remon, sic etiam uocatur alius lapis magnus Zooleth, qui erat apud Ierusalem, de quo infra tertio libro capitulo primo scilicet immolatis ergo Adonias arietibus, & uitalis iuxta lapidem Zooleth, qui erat uicinus fonti Rogel &c. uocatur etiam iste lapis Abel magnus quia ipse uere erat magnus lapis cum dicitur supra, quod posuerunt arcam Dei, & capsellam super lapidem grandem, & ante hoc dicitur, erat autem ibi lapis magnus.

Alio modo dicit Nicolaus, quod uocat lapis iste Abel quia fuit mutatum nomen: nam lapis in Hebræo dicitur A. ben, ut patet Iosue. ca. 18. cum dicitur usque ad Aben Boen & exponit ibi. i. lapidem Boen filij Ruben: fuit autem facta mutatio aliqualis. s. Nin L. & cū dēret dici usque ad Aben magnum siue lapidem magnū, dicitur usque ad Abel magnū. Ratio autem mutationis est ex accidenti. nam loco illo Bethfamitæ uiderunt arcam, & Deus occidit multos, ceteri autem fleuerunt illos, ut patet j. & ob hoc positū est illi lapidi nomen luctus. s. Abel, quoniam fuit ibi luctus.

K 2 luctus

Iustus magnus, Abel autem significat iustum vanitatem, uel nihil, quod autem termini terræ Philistinorum essent apud lapidem illum apparet, quia dicitur supra, quod uenerunt sarapæ Philistinorum usque ad terminos Bethsames, & inde erant speculantes, quid facerent Bethsames in valle recepta arca, ut patet supra, sed lapis ille erat prope ad locum illi, quo erant sarapæ Philistinorum, ergo erant in ipso lapide termini Israelitarum, & Philistinorum, vel prope ipsum, ita quod possent denominari ab ipso, eo quod lapis insignis erat: dicitur autem, quod ibi posuerunt arcam, quia quando Leuitæ deposuerunt arcam, & capellam de plaustro, posuerunt super lapidem illum magnum, & propter hoc oportet, quod nos uocemus Abel illum lapidem.

Conuenienter autem dictum est, quod sit mutata hic litera, ut dicatur Abel cum in hebræo habeatur Aben: & licet præcedens ratio sit aliquis tamen potest dici, quod hic sunt due differentiæ a litera hebræa. Prima, quia translata cum deberet ponere nomen appellatiuum posuit hebræum uelut proprium.

Secunda est, quia etiam mutatur litera hebraici nominis: nam cum deberet dici Aben dicitur Abel. de prima dicendum, quod translata, uidetur fecisse hoc ex industria: nam licet apud hebræos planum sit quod Aben sit nomen appellatiuum, & significet lapidem, non putauit hic accipi, ut est nomen commune significans lapidem, sed ut est nomen proprium alicuius loci, quia frequenter nomina, quæ alias sunt appellatiua ponuntur, ut propria loci, sicut apud nos est: ut si aliquis locus uocatur capita cæna, & alius locus caput hispidum, & huiusmodi, ita Aben licet lapidem significet, poterat esse hic nomen proprium loci, & hoc dupliciter intelligitur. Vno modo, quod ille locus uocaretur Aben inter hebræos, uel Philistinios, & sit nomen proprium illius loci, & non significet lapidem, licet alias inter hebræos Aben significet lapidem, & hoc modo non debebat Hieronymus transferre lapidem magnum, sed Aben magnum: quia non ponitur ibi Aben, ut nomen commune, sed ut proprium, & sic facit Hieronymus alibi scilicet Iosue decimo octauo capitulo ubi ponuntur termini fortis Bethsamin, & dicitur, quod descendit usque ad Aben Boen, & ibi exponitur id est lapidem Boen filii Ruben: quamuis enim Aben lapidem designaret uoluit dicere descendit usque ad lapidem Boen, quia credidit esse nomen proprium loci cum ponatur ibi, ut terminus fortis, & non quod sit nomen lapidis: & tamen ne uideretur ignorasse, quod illud apud hebræos esset nomen proprium adiunxit interpretationem eius dicens id est lapidem Boen: ita poterat esse hic, ideo non posuit nomen commune lapidis, sed reliquit nomen hebræum tanquam proprium, & recte fecit, quia certum est, quod hic non significat lapidem absolute, ut commune nomen: sed nomen proprium loci, nam hic dicitur litera, quod omnia loca terræ Philistinorum contribuerunt expensas ad anos, & mures aureos ab urbe murata usque ad uillam, quæ erat absque muro, & usque ad Abel magnum: ergo non posuit pro lapide simpliciter, sed pro determinato loco, & sic non dixit lapidem, sed Aben, quod erat proprium. Alio modo poterat fieri quod esset locus aliquis, cuius nomen proprium esset aliquod nomen appellatiuum alterius rei, & uocaretur locus ille lapis siue petra, & in hebræo Abel signat petram, ideo ponitur Aben. Hieronymus autem poterat transferre petram, sed ut signaret esse proprium dixit Aben: sic etiam in Arabia præcipua ciuitas uocatur Petrus, ut dicit Iosephus libro Antiquitatum,

Petrus appellatur que dam ciuitas præcipua in Arabia.

Secunda mutatio est, quia si maneret nomen in hebræo deberet dici Aben: & non Abel, & hoc licet quidam putent ex industria mutatum, quia Abel significat iustum ad significandum magnum iustum qui fuit in Bethsames pro morte eorum, qui uiderunt arcam, ut dictum est, uerius, & rationabilius puto, uenisse ex ignorantia librariorum, qui faciliter in transcribendo corrumpunt: potissime in nominibus alienæ lingue sicut hic, & maxime, quia facile erat ista mutationem fieri cum sit solum in una litera scilicet L pro N, & sic credo factum, & quod Hieronymus transfulerit Aben magnum, & librarij deinde corruerint dicentes Abel: superiora uera sunt ad excusationem Hieronymi quare posuerit Aben, & non lapidem, & tamen nihilominus dicendum, quod potuisset si uoluisset, & bene ponere nomen appellatiuum dicendo usque ad lapidem magnum, ubi dixit Aben, uel Abel, & uerum est, quod Aben in hebræo designat hic locum singularem, uel determinatum, & tamen non per modum nominis proprii, sed sub nomine appellatiuo, & patet hoc primo ex adiectione nominis adiectiui cum dicitur Aben magnum, & tamen si Aben esset nomen proprium non adiungeretur ei adiectiuum illud, quia adiectiua talia non determinant nomina propria, sed communia.

Secundo patet hoc ex relatiuo, quia dicitur, super quem posuerunt: quia relatiuum illud non referret nomen proprium sub illa habitudine uerbi. Tertio ex actu scilicet, quia dicitur, quod super illum posuerunt arcam. Dicendum, ergo quod Aben significat lapidem, quia est nomen commune, & non erat Aben nomen proprium illius lapidis, sicut Zoelth nomen unius lapidis libro tertio Regum capitulo primo, & Ezel nomen alterius lapidis, ubi latuit Dauid infra libro secundo capitulo uigesimo, & Remon nomen alterius lapidis, ubi erat filii Beniamin Iudicum uigesimo primo capitulo, sed erat nomen commune, & significabat lapidem magnum, qui erat in agro, & patet, quia dicitur in litera usque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam domini, si autem esset nomen lapidis, non adiungerentur istæ determinationes, maxime, quia significat lapidem illum fuisse mobilem, cum dicitur, qui erat usque in die illa in agro Iosue Bethsaminis, & ideo ibi ponitur poni arca.

Sed dictum fuit sic, quia erat sensus, quod omnes vrbes, & loca, quæ erant in terra Philistinorum contulerunt aliquid ad anos aureos, & mures, qui dati sunt in munera Deo Israel: cum dicitur ab urbe murata usque ad uillam, quæ erat absque muro, & ut intelligatur, quod generaliter fuit hoc in tota terra Philistinorum dicitur usque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam id est omnia loca terræ Philistinorum, quæ erant usque ad illum lapidem contulerunt, ad expensas: nam ille lapis erat limitans tunc terram iudæorum, & Philistinorum, ideo si usque ad illum locum omnia loca contribuebant nullus locus relinquebatur in terra Philistinorum, qui non contulissent ad expensas, & ita potuisset dicere Hieronymus usque ad lapidem magnum, super quem posuerunt arcam domini, qui erat usque in die illa in agro Iosue.

Qui erat usque in die illa in agro Iosue Bethsaminis. Id est lapis ille magnus fuerat semper Iosue Bethsaminis usque ad diem illum, quod etiam postea fuerit, similiter intelligendum est: nisi forte, quis diceret, quod ille lapis magnus ideo postea particulatim diuisus ablatum est propter religionem scilicet, quia ibi fuerat posita arca, sed hoc non est uerisimile, quia eodē modo quia loca,

ca, in quibus sedisset, oportebat propter religionis honorem abradi, & custodiri lapides, uel terram, quæ ibi fuerat, sed istud negocium infinitum esset, & nullius utilitatis: ideo etiam de lapide isto sic intelligendum est, quod ante diem illum semper fuit ibi, & postea etiam semper: sed scriptura non curauit significare, quod ibi fuerit postea, quia non erat necessarium scripturæ. Et ista est consuetudo scripturæ facte: iuxta illud Math. primo. Ioseph non cognoscebat Mariam donec peperit ei filium suum primogenitum: licet autem certum sit, quod nec postea cognouit, non dicit an postea cognouerit, uel non, quia istud non erat necessarium ad intentionem scripturæ, scilicet quod Christus natus esset de spiritu sancto sine femine, quia etiam si postea cognosceretur a Ioseph quod falsum est, nihilominus natus esset iam Christus de spiritu sancto, & sine femine, quod solum intendebat euangelista.

Percussit autem dominus de uiribus Bethsaminibus. Hic ponitur tertium principale huius capituli scilicet percussio populi: uiderunt enim Bethsaminæ arcam, & quia non erant digni uidere, percussi sunt: erant autem isti de Bethsaminibus scilicet de illis, qui habitabant in loco illo, uel qui conuenerant ex aliis locis, & erant tunc ibi coram arca.

Bethsaminæ percussi sunt, quia uiderunt arcam.

An omnes, qui percussi fuerunt, essent populares, uel aliqui essent sacerdotes, & an sacerdotes, & Leuitæ poterant aliquo modo peccare uidendo arcam. Quæst. XXIII.

Quæst. XXIII. Quæritur an aliquis an isti, qui fuerunt percussi, quia uiderunt arcam, essent omnes populares, uel aliqui de eis Leuitæ, uel sacerdotes.

Respondet aliquis, quod solum erant populares, quia dicitur, quod percussit dominus de Bethsaminibus uiribus, sed Bethsames erat ciuitas pertinens ad tribum Iuda, & omnes de illa tribu erant populares, nec aliquis unquam ministravit in rebus sacris de illa tribu, ut patet ad Hebræos. capitulo, septimo, & est ista ciuitas non erat de pertinens ad Leuitas, uel sacerdotes, ut patet ex uerbis eis datis Iosue capitulo uigesimo primo, ergo solum erant populares, qui percussi sunt.

Respondendum est, quod adhuc non stat istud, quia quamquam solum essent Bethsaminæ, qui occisi sunt, tamen poterant ibi esse aliqui sacerdotes, & Leuitæ: quia præter vrbes, quæ datæ fuerant sacerdotibus, & Leuitis ad habitandum, ipsi habitabant adhuc in urbibus Israelitarum, & hoc propter paupertatem: erant enim Leuitæ pauperes, & quia, ut in plurimum eleemofynis Israelitarum erant gubernandi, & istas non poterant habere, nisi manerent dispersi per loca, in quibus habitabant Israelitæ: ideo multi de eis habitabant in his locis: sic patet Deuteronomio capitulo duodecimo, scilicet ibi epulabimini coram Deo uestro uos, & filii, ac filia uestræ, atque Leuites, qui in urbibus uestris commorantur, ergo Leuitæ inter ipsos Israelitas morabantur: alioquin non possent eos ducere ad conuiuia sua: & aliquando dicitur, quod Leuitæ habitabant intra portas Israelitarum id est intra portas urbium, in quibus morabantur Israelitæ. De hoc Deuteronomio decimo sexto capitulo, quod autem liceret sacerdotibus, & Leuitis exire de locis suis, ut irent ad habitandum in ciuitatibus Israelitarum, apparet de illo Leuita, qui exiuit de vrbe sua: & dixit uado, ut habitem, ubi potuero, & utile mihi esse prospexero. Iudicum capitulo decimo septimo, poterant ergo habitare sacerdotes, &

Leuitæ erant pauperes.

Leuitæ erant pauperes. Respondendum est, quod adhuc non stat istud, quia quamquam solum essent Bethsaminæ, qui occisi sunt, tamen poterant ibi esse aliqui sacerdotes, & Leuitæ: quia præter vrbes, quæ datæ fuerant sacerdotibus, & Leuitis ad habitandum, ipsi habitabant adhuc in urbibus Israelitarum, & hoc propter paupertatem: erant enim Leuitæ pauperes, & quia, ut in plurimum eleemofynis Israelitarum erant gubernandi, & istas non poterant habere, nisi manerent dispersi per loca, in quibus habitabant Israelitæ: ideo multi de eis habitabant in his locis: sic patet Deuteronomio capitulo duodecimo, scilicet ibi epulabimini coram Deo uestro uos, & filii, ac filia uestræ, atque Leuites, qui in urbibus uestris commorantur, ergo Leuitæ inter ipsos Israelitas morabantur: alioquin non possent eos ducere ad conuiuia sua: & aliquando dicitur, quod Leuitæ habitabant intra portas Israelitarum id est intra portas urbium, in quibus morabantur Israelitæ. De hoc Deuteronomio decimo sexto capitulo, quod autem liceret sacerdotibus, & Leuitis exire de locis suis, ut irent ad habitandum in ciuitatibus Israelitarum, apparet de illo Leuita, qui exiuit de vrbe sua: & dixit uado, ut habitem, ubi potuero, & utile mihi esse prospexero. Iudicum capitulo decimo septimo, poterant ergo habitare sacerdotes, & Alph. Toft. In primum Regum.

Leuitæ in Bethsames: ideo percutiendo de Bethsaminibus fati poterat intelligi, quod percuterentur aliqui Leuitæ, uel sacerdotes, sed dicendum est, quod hic non apparet, de quibus isti percussi fuerint: satis tamen esse poterat, quod essent de popularibus Leuitis, & sacerdotibus, de popularibus manifestum est, quod ipsi poterant peccare circa arcam dupliciter.

Primo si eam tangerent, siue opertam siue nudam cum hoc pertineat ad officium Leuitarum. Secundo poterant peccare, si uiderent arcam nudam, etiam si eam non tangerent.

De Leuitis etiam dicendum est, quod ipsi potuerunt hic peccare, quia Leuitæ licet possent tangere arcam uelatam, & mouere eam de loco ad locum: tamen non poterant eam uidere nudam, quia morerentur, si uiderent, ut patet Numeri capitulo. 4. peccatum autem fuit hic in uidendo arcam, ut patet in litera, cum dicatur, quod uiderunt arcam: poterant igitur ipsi mori, de sacerdotibus autem erat magis dubium, quoniam ipsi licebat uidere arcam Dei nudam, cum ipsi ingrederentur in sancta sanctorum ad operiendam eam cum portanda erat a Leuitis, ut patet Numeri capitulo quarto, & nemo moriebatur: ergo etiam hic de eis propter hoc nemo mortuus est, hæc positionem uidetur sequi Iosephus sexto Antiquitatum dicens ira uero atque indignatio Dei septuaginta Bethsaminas, eo quod non fuissent digni arcæ Dei, contingere, quia nec sacerdotes erant, qui ad eam accesserunt interemit, & sic uidetur dicere, quod si isti fuissent sacerdotes, non periissent, sed dicendum, quod etiam de sacerdotibus potuerunt tunc aliqui mori. Primo quia quamquam sacerdotibus liceret uidere arcam domini nudam intra sancta sanctorum, quando eam uelabant, tamen non licebat uidere extra. Nunc autem uidebant extra sanctuarium, ideo poterant occidi, potissime autem, quia sacerdotes poterant esse circa arcam irreuerenter scilicet si ipsi discooperirent eam, ueniebat enim operta de terra Philistinum, & ibi discooperuerunt eam, qui autem hoc facerent, grauius quam ceteri peccarent, & ob hoc morerentur, De omnibus igitur potuit esse ista percussio.

Quare mortui sunt Bethsaminæ isti. Et an stent cause quatuor Nicolai in hoc. Quæst. XXV.

Quæritur ulterius, quare mortui sunt isti Bethsaminæ. Nicolaus respondet, quod fuerunt quatuor cause. Prima fuit letitia inepta, quam conceperant adueniente arca. Secunda holocaustum indebite oblatum, quia de femellis. Tertia fuit curiositas, quæ moti fuerunt ad uidendum arcam nudam, quod erat prohibitum sub pena mortis, Numeri capitulo quarto. Ultima causa fuit scilicet, quia dimiserunt arcam domini extra domum aliquam magno tempore sine luminaribus.

De istis causis dicendum est, quod non omnes conferunt ad hoc, de prima enim cum dicitur, quod letitia Bethsaminarum fuit ex leuitate, & non ex reuerentia, nimis dubium est, magis enim rationabile est contrarium, quia Israelitæ desiderabant arcam domini nimis, & quia perdidit eam a septem mensibus, putabantque sibi impossibile esse recuperare illam uiribus suis, quando uiderunt illam letati sunt nimis, & uerisimile est, quod letarentur ex intimis, quia aliquid nimis gaudiosum eis adueniat.

De letitia Bethsaminarum fuit ex leuitate, & non ex reuerentia, nimis dubium est, magis enim rationabile est contrarium, quia Israelitæ desiderabant arcam domini nimis, & quia perdidit eam a septem mensibus, putabantque sibi impossibile esse recuperare illam uiribus suis, quando uiderunt illam letati sunt nimis, & uerisimile est, quod letarentur ex intimis, quia aliquid nimis gaudiosum eis adueniat.

De letitia Bethsaminarum fuit ex leuitate, & non ex reuerentia, nimis dubium est, magis enim rationabile est contrarium, quia Israelitæ desiderabant arcam domini nimis, & quia perdidit eam a septem mensibus, putabantque sibi impossibile esse recuperare illam uiribus suis, quando uiderunt illam letati sunt nimis, & uerisimile est, quod letarentur ex intimis, quia aliquid nimis gaudiosum eis adueniat.

rat: quod apparet, quia immediate relicto opere suo in collectione segetum concurrerunt ad arcam faciētes sacrificia, & dato quod ista letitia esset ex leuitate non propter hoc debebant mori aliqui eorum, nisi forte irrideret arcā: quod non pertineret ad leuitatem, sed ad iniquitatem: maxime, quia non potest dici, quod ista letitia esset leuis, quia tunc aliquis leuiter dicitur letari quando letatur de re, quæ non meretur gaudium eo, quod parua nimis est, vel qui circa omnia letatur: istud autem, de quo hebræi letabatur non erat paruū, sed maximum bonum, quod ipsi pro presenti se habere posse extimabant: letitia igitur eorum esset magna nimis, sed de secunda causa, quam ponebat Nicolaus dicendum, quod verum est, quod illa faciebat aliquem dignum morte, quia prauaricabatur ceteroniam domini: sicut enim Nadab, & Abiu mortui sunt, quia obtulerūt de igne, quem non debebant Leuitico capitulo decimo, ita etiam, qui offerret in holocaustum animal illicitum morte plectendus erat: sed ista non poterat esse aliquo modo, causa huius magnæ cladis, quia solum peccaret hoc ille, qui immolaret istas duas vaccas, quæ portabant plaustrum, & esset vnus iste, vel duo de sacerdotibus: reliqui autem de popularibus nihil ad hoc pertinerent. Quarta etiam causa, quæ assignatur, nihil ad hoc videtur pertinere: quia aut peccabant Bethsamites, quia magno tempore tenebant arcam extra aliquod habitaculum in agro, vel quia eam sine lumine ferebant. De primo non potest dici, quod peccauerint Bethsamites ex hoc, quia maiori tempore tenebatur arca extra Sanctuariū, & aliqua habitacula, cum portabatur per desertum, quam cum ipsi tenuerunt eam ibi, & tamen nullus peccabat portando eam per desertum, ergo nec hic. Similiter etiam portata fuit arca in circuitu Iericho septem diebus, & in septima die septies, ut patet Iosue capi. sexto: etiam portata est de templo domini in Silo in locum castrorū supra capit. quarto: fuit etiam portata de Cariathiarim in Ierusalem infra secūdo libro capitulo sexto: tamē in his temporibus nemo peccabat, licet arca esset extra templum, & omnia habitacula. Si autem dicat quod peccauerunt Bethsamites, quia tenuerunt diu arcam domini sine lumine non stat ratio, quoniam non consueuerat poni lumen ante arcam domini, nam erat ipsa intra sancta sanctorum, & ibi non erat aliquod lumen, ut patet ex dispositione Sanctuarii Exodi a capitulo uigesimo quinto, vsque ad finem, sed solum ponebatur vnum candelabrum cum septem lucernis in prima parte tabernaculi, in qua non erat arca, de hoc patet Exod. 26. c.

Sed dicit aliquis, quod quamquam intra sancta sanctorum arca non deberet habere luminaria coram se, debebat tamen habere cum esset exterius.

Sed etiam hoc non stat, quoniam quando portabatur arca per desertum in itinere, nulla luminaria coram ipsa ferebantur, ideo nec poterant conueniēter ferri: etiam quando arca septem diebus portata est in circuitu Iericho, non ducebantur coram ea luminaria, sed solum clangebant 7. sacerdotes in septem tubis argenteis, ut patet Iosue capitulo sexto, nec ergo erat hic necessarium, aut conueniens, quod arca Dei existente in agro ponerentur luminaria coram ea, & sic iste tres rationes non conferunt ad illam magnam plagam, quæ habetur hic. Quarta autē, quia uiderunt arcam esse pp quam facta fuit ista plaga, & ista solum exprimitur in litera, fuit enim communis omnibus. *Eo quod uiderunt arcam domini.* s. isti Bethsamites, quod percussi sunt uiderunt arcam, & quia non licebat eis uidere, mortui sunt.

F *Viri Bethsamite quomodo uiderunt arcam, & fuerunt percussi Et non omnes, qui fueret arcam percussi fuerunt. Quæst. XXVI.*

CONSIDERANDUM, quod Bethsamites non uiderunt arcam simpliciter, quia ex hoc solo, quod erat uidere arcam, non morerentur: nam licebat eis illam uidere oportam, sicut uiderant omnes, qui erant in bello supra capitulo. 4. & uiderat omnes, qui erant in deserto cum mouebatur per mansiones suas, nemo tamen moriebatur: sed uiderunt Bethsamites arcam nudam, fuit autem hoc, quia cum uenisset arca Dei de terra Philisthim nouiter repleti magno gaudio discooperuerunt eam, ut uiderent: & forte hoc facebant populares, quia nullus vnquam Israelitarum præter sacerdotes uiderat arcam nudam, & quia ipsa erat, quid preciosissimū apud Hebræos desiderabant nimis uidere illam, ideo nūc opportunitate captata discooperuerunt eam, ut uiderent. hebræi autem dicunt, quod non solum uiderunt arcam, sed etiam aperuerunt eam, ut uiderent, quid intra illam erat, & hoc dicunt, quia litera hebraica dicit hic, quod percussit dominus Bethsamitas, quia uiderunt in arca id est intra arcam. s. aperientes eam: litera autem nostra nihil huius expressit, quia intellexit Hieronymus, quod nihil speciale dicebat illa præpositio scilicet uiderunt in arca: quia secundum modū improprium loquendi sermonis hebraici: interdum ponuntur aliqua, quæ nihil efficiunt: si tamen Bethsamites hoc fecissent erat magna audacia, quoniam aperire arcam, & uidere, quæ intus erant, nunquam alicui licuit: etiam nec summo sacerdoti, sed solum cum ingrediebatur summus sacerdos in sancta sanctorum uidebat arcam discooperatā, si quid intra eam esset nequaquam uidebat. poterant tamen Bethsamites hoc inquirere ex magna curiositate, quia desiderabant scire, quid erat arca, & quid intra arcam reconditum erat: uel potuerunt hoc facere forte, quia ueniebat arca de terra Philisthim, & dubitabatur an Philisthini abstulissent aliquid de illa, ob hoc inquirentes uolebant uidere an intus essent ea, quæ Moyses posuerat, & sciebantur posita esse: sed tanta audacia forte non fuit in Bethsamitis: magis autem credendum, quod ex curiositate, uel letitia ipsi discooperuerunt arcam, sed non aperuerunt.

Sciendum ulterius, quod Deus percussit Bethsamites, quia uiderunt arcam, sed non est credendum, quod percussi fuerunt omnes, qui eam uiderunt: nam secundum communem expositionem solum perierunt septuaginta: uerisimile tamen est, quod plures de Bethsamitis essent præsentis arcæ ad honorandū eam in sacrificiis, quando uenit de terra Philisthim, & si arca ab aliquo discooperiretur, omnes qui præsentis erant, uiderent, quia non erat in potestate eorum nequaquam uidere: solum igitur dicendum, quod perierunt illi, qui discooperuerunt: ceteri autem, quia nihil horum uolebant aut sciebant, sed aliis discooperientibus arcam uiderunt, non perierunt, quia nihil isti peccauerunt, poterat enim hoc modo quilibet occidere totum populum Hebræorum, aut ualde multos, ut potest si ipsis stantibus coram arca, ille discooperiret eam ipsis nescientibus, nec iubentibus, solum igitur morerentur huius mali factores cum fautoribus suis.

Considerandum ulterius, quod Deus puniuit multos in Bethsamites, quando uiderunt arcam, & hoc fuit conueniens ad monstrandum gloriam suam: sciebant enim Iudæi, quod arca Dei a principio inter ipsos fuerat aliquid nimis honorabile, quia tamen ducta fuerat a Philisthinis, & man-

ferat in terra ipsorum forte iam non crederetur digna tanto honore, ideo Deus uoluit monstrare gloriam suam æqualem esse apud arcam nunc, & a principio, & ad hoc illos, qui incidenter eam uidere uoluerunt, occidit, ut sic ceteris constaret, quod ad arcam se nimis reuerenter habere deberent.

Et percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis.

Quot fuerunt percussi de uidentibus arcam, & an litera ista posita sit sic stare. Quæst. XXVII.

ISTA litera uidetur esse difficilis propter duo. Primo quantum ad ueritatem. scilicet quomodo esse poterat, quod occidisset Deus de uidentibus arcam. 70. viros: & quinquaginta millia: nam non uerum, quod tot esse poterant ibi præsentis arcæ, quæ ipsa erat in agro: Nam hoc fuit die illa, qua uenit arca de terra Philisthim: si enim ibi aliquot diebus arca fuisset detenta potuissent conuenire multi de Israelitis, & uiderent eam ibi: quia tamen solum fuit ibi die ipsa, & non quidem tota die: sed in quadam parte ipsius diei non poterant conuenire multi, ita ut essent ibi ultra quinquaginta millia virorum de occisis. Item omnes isti, qui mortui sunt erant de Bethsamitis, cum dicat hic, quod percussit dominus de uiris Bethsamitis, sed non poterant esse tot uiri in urbe Bethsamites: nam Bethsamites locus paruus erat: non enim erat insignis in terra Israel, & præ hoc manserunt adhuc multi in loco ipso, qui occisi non fuerunt, cum dicat, quod percussit dominus de populo 70. viros, & quinquaginta millia plebis, & in hebræo hanc adhuc magis indistincte, quæ dicitur percussit dominus de populo 70. viros, et de populo quinquaginta millia: sic dato quod tot fuisset mortui, uidebatur nimis superuacua ista replicatio, sed diceretur percussit dominus de populo quinquaginta millia virorum, & 70. & sic est signum, quod aliquis error latet in litera, uel saltem aliqua magna improprietate loquendi.

Hebræorum sententia de septuaginta Bethsamitis, ob uisum arcam mortuis, improbat. Quæst. XXVIII.

IVDABET autem communiter exponunt, quod solum fuerunt percussi 70. uiri, sed dicunt, quod ponunt quinquaginta millia, quia isti uiri 70. tantum ualebant sicut quinquaginta millia, sic enim dicitur de Dauid. 2. lib. c. 18. tu pro decem millibus computaris. Sed iste sensus non est multum conueniens, nec etiam satis applicatur ueritati: quomodo enim contingeret mori 70. viros solum, qui ualerent pro quinquaginta millibus, & non morerentur aliqui de popularibus, qui solum computabantur pro vno viro. Nicolaus tamen istum sensum tenet dicens, quod isti, qui mortui sunt erant rectores populi, ideo ualebant pro quinquaginta millibus: fuerunt autem ipsi mortui, quia non regulauerunt populum retinentes ne accederet ad arcam discooperientes eam.

Si tamen dici posset melius esset, quod diceremus in litera hebraica fuisse aliquid additum, scilicet per errorem ab antiquo secundum, quod aliqua deficiunt ut patet in uigesimo primo capitulo Iosue, ubi in omnibus libris iudeorum deficiunt duo uersus, ut consententur doctores eorum: sic enim dicit Rabi Dauid Kimhi, ita ergo diceretur, quod quinquaginta. Alph. To st. In primum Regum,

Ata millia esset hic ex supra abundanti, cum solum deberent esse sexaginta, sed ista additio facta est ualde ab antiquo: quoniam tempore Hieronymi iam erat, quia ipse transtulit sicut nunc habetur in Hebræo.

Iosephus tamen, qui adhuc inter Hebræos antiquior fuit, quam Hieronymus inter nos translator existeret: cum fuerit Iosephus tempore, quo est capta Ierusalem a Romanis scripsit sexto libro Antiquitarum solum perisse de Bethsamitis septuaginta viros quasi in hebræo non haberentur plures: uel si dicamus literam semper sic habuisse, dicitur, quod omnes hebræi ab antiquo per numerum hic positum solum intelligebant septuaginta viros, & hoc ex improprietate locutionis hebraicæ, quæ non solum hic sed & alias est: & istud uidetur magis tenendum: si quis tamen tenere uoluerit, quod ponuntur quinquaginta millia eo, quod illi septuaginta tantum ualebant: sicut quinquaginta millia, non prohibeo. Non dicitur tamen rationabiliter, quod fuerint septuaginta uiri, & præter hoc, 50. millia.

Luxitque populus. Scilicet populus Bethsamitarum luxit pro periectione magna, quam Deus fecerat apud eos, & erat iste planctus totius populi, quia cum essent septuaginta uiri mortui isti forte attinerent in consanguinitate, uel affinitate ad totum populum, ita ut rari essent in populo, qui ad aliquem horum non attinerent: & tunc lugeret quilibet mortuum suum, sic, ut nulli manerent in plebe, ad quos non extenderetur planctus.

Eo quod percussisset dominus plebem plaga magna. Plebs & populus pro eodem ponuntur hic tunc pro Bethsamitis: populus enim scilicet Bethsamitarum luxit, quia percussit dominus plebem scilicet ipsorum Bethsamitarum.

Nam cum de aliquo populo occiduntur septuaginta uiri maxime si ille populus non est magnus satis potest dici percussus: dicitur autem plaga magna, quia multi fuerunt percussi, ex quo aliquis dicit literam superiorem sic intelligendam esse, ut iacet scilicet, quod perierunt quinquaginta millia virorum, & septuaginta, sic enim erat plaga magna. Dicendum quod non sequitur ex hoc: nam etiam solum pereuntibus septuaginta uiris simul erat plaga magna: potissime, quia populus ille percussus non erat magnus.

Et dixerunt uiri Bethsamite, quis poterit stare in conspectu Dei sancti huius. Quasi d. iste Deus noster tantum est Sanctus, quod nemo potest coram ipso stare scilicet, quia si steterit coram eo errabit in aliquo paruo, & morietur. Dicebant hoc Bethsamites percussi magno timore, uel quasi desperatione. Nam poterant ipsi tenere arcam Dei apud se, & quod non morerentur, quamquam Deus nimis sanctus esset, sicut tenuerunt uiri de Cariathiarim, sed ex percussione illa facta consternati animo inceperunt magis timere, quam timendum erat, & desiderauerunt arcam a se eici in alium locum: dixerunt autem, quis poterit stare in conspectu Dei sancti huius id est iste Deus noster nimis sanctus est scilicet segregatus a communicatione humana, & non sicut alii dii, quia licet cultores eorum tractent sacra ipsorum, & uideant quæcunque uoluerint, non moriuntur, Deus autem noster uult maiorem sanctitatem id est reuerentiam, & segregationem in sacris suis, ideo quis poterit stare coram ipso scilicet ad ministrandum ei, uel in loco, in quo fuerit arca quod d. nemo, quia si non attenderit nimis diliger, ne offendant, aliquando offendet, & morietur, & est ista querela non ex parte rationabilis, qualiter solent conqueri homines, quibus malum aliquod magnū prouenit ex culpa sua, nam leues colores querelam inquit,

Determinatio auctoritatis.

runt, vt sic per querelas aliquam doloris sui consolationem habeant, vel vt non simpliciter ipsi sibi ipsis malorum suorum causa existant. Sic conque si sunt Israelitae postquam occisis multis de populo: quia contenderant pro sacerdotio contra Aaron, & postea postis fortibus ex virgis arenibus frustrati sunt intentione sua ostenso, qd sacerdotium manere deberet in tribu Leui apud Aaron, & filios suos. Nam tunc dixerunt: Ecce consumpti sumus, omnes perimus, quicunque accedit ad Sanctuarium domini mori: Num vsque ad interuentionem omnes delendi sumus Numeri 17. & tamen ista querela erat, quia Deus repulerat eos a Sanctuario, dando honorem sacerdotii, & totius ministracionis tribui Leui. Vocabant autem Bethsamita Deum suum tanquam existentem in arca, vel saltem habentem ibi specialem modum essendi nam cum arca recederet ab eis non dicebant se esse in conspectu Dei, sed quando habebant arcam presentem.

Et ad quem ascendet a nobis arca Dei testamenti. Idest ad quem populum ibi arca testamenti Dei postquam stetit apud nos: quasi dicat nullus populus illam recipere uolet intelligens, qd & ipsi percutientur, sicut nos percussi fuimus. Intelligebant enim Bethsamite, qd acciderat Israelitis tale malum sicut Philistinis. Nam primo arca cum magno gaudio portata est in Azotum, sed quia ibi fecit plagam magnam, aliae vrbes nolabant recipere arcam nisi inuitate: sic enim Acharonitae adueniente arca, dixerunt exclamantes: adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos, & populum nostrum, ut patet preced. c. ita arca ueniens de terra Philistinum cum magno gaudio recepta est a Bethsamitis: sed postquam ibi facta est plaga magna, putauerunt ipsi qd omnes populi Hebrorum sic timerent, & nullus auderet recipere illam, & sic dicebant ista uerba quasi per modum disperacionis scilicet ad quem ascendet a nobis arca testamenti: quasi dicat nullus est, qui uelit eam recipere confiderata ista plaga. vel potest intelligi, quod hoc dicerent per modum deliberacionis scilicet inter se ingrentes ad quem populum mitterent arcam, & iudicauerunt eam mittendam esse in Cariathiarim.

Miseruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim. Hoc fecerunt, ut scirent, an illi uellent recipere eam, alioquin frustra fuisset arcam illuc mitti.

Item fuit hoc, ut ipsi Bethsamite excusarent se de portacione arcae: sed habitatores Cariathiarim descenderent in Bethsames, & portarent arcam ad se: est autem Cariathiarim quidam ciuitas nobilis, quae non multum distat ab vrbe Bethsames, ut ait Iosephus, 6. Antiquitatum, est autem ista ciuitas in sorte iuda, ut patet Ios. c. 13. & uocatur ibi Cariathiarim. i. vrbs syluarum, uel Cariath Baal. Alia autem est ciuitas, quae uocatur Cariath Sepher, scilicet ciuitas literarum, & est in eadem sorte, ut patet preal. c. habitabant autem Heuei ibi, qui erant vnus de septem populis Chananaeorum: erat autem vna de quatuor ciuitatibus Gabaonitarum, qui in dolo fecerunt pacem cum Israelitis: nomina autem eorum sunt Gabaon, Caphira, Beroth, Cariathiarim ut patet Iosue c. 9. Nunc autem habitabant in hac vrbe uiri de tribu iuda, & receperunt arcam inter se.

Dicentes reduxerunt Philistini arcam domini descendite, et reducite eam ad uos.

Volebant inuere Bethsamite, qd Cariathiarim erat locus nobilior, & dignior ad habendum arcam, quam Bethsames: ideo honorabant illos iuitando ipsos, ut haberent arcam, forte etiam fingebant se suadere hoc, quia securius esset arca in Cariathiarim, qd in Bethsames, eo qd Bethsames erat locus paruus, & magis coniunctus terrae Philistinorum, quam Ca-

riathiarim: unde periculose esset in Bethsames, quia aliqua die possent Philistini subito inuere super vrbem Bethsames, & tollere inde arcam, quod non fieret in Cariathiarim, quia erat locus distantior, & maior, atque fortius munitus. Dicitur hic reduxerunt Philistini arcam: quia Bethsamite satis cognoscebant, qd Philistini duxerunt eam, & qd ipsa uenit super plaustrum, & Satrape Philistinorum secuti sunt eam vsque ad terminos Bethsames: nam ibi constituerunt aspicientes, quid facerent Bethsamite recepta arca, & sicut uiderunt ipsi Bethsamite, ut supra dicitur, ita etiam Bethsamite uiderunt eos, & sic manifeste patebat, qd non rapuisset Deus arcam de terra Philistinorum per turbinem uel alias, sed qd ipsi Philistini eam sponte duxerunt. Dicitur etiam descendite, eo qd morabantur uiri Cariathiarim in loco excellentiori, quam Bethsamite: nam dicitur Cariathiarim vrbs syluarum: erat enim forte in montibus altis, & Bethsames erat in loco humiliori. Dixerunt etiam reducite eam ad uos, quia ipsi Bethsamite uolebant se excusare a labore portandi, & intelligebant satis gratum esse uiris Cariathiarim, qd Bethsamite permitterent eis portare arcam in terram suam propter honorem quem haberent ex arca tenentes eam.

C A P. VII.

Venerunt ergo uiri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa. Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt, ut custodiret arcam Domini.

Venerunt ergo. In superioribus descripta deiectione Israelitarum propter filiorum Heli peccata: hic consequenter describitur reuelatio ipsorum per Samuelis merita. Et diuiditur in duo, quia primo ponitur ad predicta continuatio: Secundo describitur ista reuelatio ibi. *Et factum est.*

De conexione huius textus cum superiori. Qu. est. I.

Circa primum dubitari poterat de habitudine eorum, quae dicitur hic ad precedentia, an sit ordo continuatus, uel sit aliqua permutatio, satis tamen manifestum est hic esse continuatum ordinem, quia supra dicebatur quomodo miserunt Bethsamite ad uiros Cariathiarim, ut reducerent arcam Dei ad se: hic autem immediate subditur quomodo uenerunt, & duxerunt eam.

Venerunt ergo uiri Cariathiarim. Ponitur hic ergo tamquam nota consequentia, uel tanquam aliquid continuatum, scilicet Bethsamite miserunt ad uiros Cariathiarim: sequitur, qd uiri illi uenerunt ad ducendum arcam. Ista consequentia ualeat rationabiliter, quia uerisimile est, qd quilibet recipiat gratiam, quam recipere potest honeste: sed magnam gratiam faciebant Bethsamite uiris Cariathiarim per mittendo illis, qd ducerent ad se arcam, quia erant nimis honorati illi, penes quos arca Dei resideret: ergo uerisimile erat, qd uiri Cariathiarim prompte irent ad suscipiendam gratiam, quam Bethsamite eis faciebant dando illis arcam.

Qu.

Quomodo uiri Cariathiarim susceperunt arcam domini cum tot percussi essent propter eius presentiam. Qu. estio. II.

QVAERET aliquis cum uiri Cariathiarim scirent quanta mala accidissent Bethsamitis ex presentia arcae, & illi propter hoc eam a se reiciebant, quomodo uoluerunt recipere ipsam. Confirmatur hoc quonia in terra Philistinum, quando arca primum recepta est in Azoto in templo Dagon existimauerunt uiri Azoti facta fuisse sibi magnam gratiam, sed postquam ibi ex presentia arcae facta est plaga magna, clamauerunt, ut arca eiiceretur de regione illa, & reduta est per alias ciuitates, & nolabant ille ciuitates recipere eam, nisi cum magna amaritudine, sicut patet de Acharonitis, qui clamauerunt dicentes: adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, ut occideret nos, & populum nostrum, supra capit. 5. sic ergo debuerant esse de uiris Cariathiarim, quia licet a principio uideretur magnus honor fuisse Bethsamitis, & gaudium, quia uenerat ad eos arca Dei, quia tamen secuta fuit postea plaga magna, doluerunt, & conati sunt emittere arcam. dubium igitur uideretur, quomodo uiri Cariathiarim, qui non obligabantur suscipere arcam, uolent suscipere eam.

Aliquis forte respondebit, quod uiri Cariathiarim nesciebant plagam, quae acciderat apud Bethsamite, & quia tenere arcam domini apud se erat aliquid honorabile, & tunc non cognoscebant aliquid inconueniens ex presentia eius, desiderauerunt eam.

Sed dicendum est, qd hoc non est satis rationale: nam plaga apud Bethsamite fuit magna, Cariathiarim autem est apud Bethsames, ergo cognoscerent isti plagam, quae acciderat uicinis suis, praecipue, quia magna erat: est autem Cariathiarim apud Bethsames, ut ait Iosephus 6. Antiquitatum. Item dato, qd uiri Cariathiarim non cognoscerent plagam cum essent in terra sua, saltem tamen cognoscerent eam cum ipsi uenerent in Bethsames pro arca, & tunc reculerent portare eam, quia non obligabantur illam portare, sed portauerunt: ideo non fuit hoc ex ignorantia plage.

Sed dicendum, qd uiri Cariathiarim cognouerunt magnam plagam fuisse inter Bethsamite, tamen ex hoc non reculerunt portare arcam, quia cognouerunt, quod non accidisset ista plaga propter presentiam arcae, sed quia Bethsamite se habuerunt irreuerenter circa arcam uidentem eam qualiter non licebat. si disco opertam, ut declaratum est preceden. cap. hoc autem sciebant lege esse cautum, ideo non mirati sunt de illa percussione, unde gratum habuerunt, quod daretur eis arca, quia intelligebant, quod ipsi poterant apud se eam tenere, ita quod non accideret aliqua plaga, sicut patet ex diligentia, quam circa eam fecerunt ponentes eam in domo Aminadab, quia erat uir ualde iustus, ut ait Iosephus 6. Antiquitatum, sanctificantes Eleazarum filium eius ad custodiam illius. *Et reduxerunt arcam domini. i. duxerunt eam de Bethsames in Cariathiarim, in ista autem ciuitate magno tempore fuit, ut infra declarabitur.*

An quando arca fuerit in Cariathiarim, sacrificia fuerint facta coram arca, uel in sanctuario. Et an arca semper fuerit cum sanctuario, & in quibus locis fuerit, & in quibus sanctuarium. Qu. est. III.

QVAERET aliquis an tempore, quo stetit arca in Cariathiarim, fierent sacrificia in sanctuario, uel coram arca. In quo praesupponendum est, quod toto tempore

elapso a fabricatione sanctuarii in monte Sinai sanctuarium, & arca erant simul, uel pergebant simul si mouerentur per uiam, quod apparet de tempore, quo ambulauerunt Israelitae per desertum: nam tunc quando mouenda forent introibat Aaron, & filii eius in sanctuarium ad operiendum arcam, & omnia uasa, & tunc Leuite ueniebant, & portabant illa, ut apparet Nume. c. 4. ergo semper erat arca intra sanctuarium, quando mouebantur castra, quia alioquin non possent in omni motu castrorum sacerdotes introire ad uelandum arcam. De motu autem castrorum, quod tunc arca praecederet sanctuarium diuisum per partes, uel e contrario modicum differt, aliquando autem legitur, quod arca praecesserit omnia castra, ut patet Numer. cap. 10. an uero semper sic fieret, eodem cap. declaratum est: si autem non fieret semper sic oportebat illam portari in medio castrorum cum aliis partibus sanctuarii, quia illud in medio ibat, ut patet Num. ca. 2. & 10. sed quomodocumque ponatur, nihil refert: de tempore autem quo stetit tabernaculum post introitum in terram Chanaan apparet, quod semper fuerit cum eo arca: nam antequam poneretur in Silo, quod fuit finis bellis fere anno septimo, post transitum Iordanis, ut declaratum est Iosue c. 14. arca, & tabernaculum semper fuerunt in Galgala, ubi prius Israelitae illud uosuerant introeuntes in terram illam, finis autem bellis congregati omnes Israelitae cum Iosue posuerunt tabernaculum in Silo, ut patet Iosue ca. 18. mansit autem ibi vsque ad mortem Heli summi sacerdotis, arca quoque semper ibi fuit, quousque portata est in bellum duobus, uel tribus diebus ante mortem Heli, de quo patet supra cap. 4. post hoc autem nunquam rediit arca in sanctuarium vsquequo Salomon aedificauit templum domini in Ierusalem, & tunc duxit arcam de loco quem preparauerat ei Dauid, & sanctuarium de Gabaon, ut patet 2. Paralipom. c. 1. de sanctuario autem an immediate post mortem Heli traslatum fuerit de Silo in aliam vrbem, uel manserit ibi aliquanto tempore non patet, satis tamen apparet, quod tempore Saulis qui regnauit quasi 20. ann. post mortem Heli erat sanctuarium in Nobe. Nam ipse occidit sacerdotes, qui ibi erant cum sacerdote magno, & omnes uestitos Ephod infra cap. 22. etiam cum uenit Dauid ad ipsum locum dati sunt sibi panes propositionis ad comedendum, & illi erant ante faciem domini, ergo ibi erat sanctuarium, de quo infra cap. 21. stat igitur nunc dubium, quia manifestum est, quod nunc quando reduta est arca de terra Philistinum, non fuit posita in sanctuario, sed in Cariathiarim, ubi non erat sanctuarium: ergo quaeretur, an coram ipsa, uel in sanctuario fierent sacrificia.

Aliquis forte dicit superuacuum esse questionem, quia sanctuarium erat in Cariathiarim, & cum illuc arca est ducta, erat in sanctuario, & sic non stat hic questio an in sanctuario, uel coram arca fierent sacrificia. Dicendum quod non erat locus sanctuarii in Cariathiarim, quod patet ex duobus. Primo, quia si ibi fuisset sanctuarium, non fuisset posita in eadem ciuitate arca in domo alicuius uiri, sed in sanctuario: dicitur tamen, quod intulerunt eam in domum Aminadab. Secundo patet, quia si sanctuarium fuisset in Cariathiarim, & fuisset arca in sanctuario, non preponeretur aliquis ad custodiendum arcam, quia tunc esset ipsa in sancta sanctorum, & ibi nemo eam custodiebat, quia non introibat aliquis illuc, nisi summus sacerdos, & hoc solum semel in anno, hic tamen dicitur, quod sanctificauerunt Eleazarum filium Aminadab ad custodiendum arcam, ergo non erat ipsa in sanctuario, & hoc est necessarium.

Stat ergo tunc questio de loco sacrificiorum, ad quam

Ad qñem rñso pñma.

quam aliquis respondebit, quòd sacrificia fieri debebant coram arca, quòd patet, quia quando venit arca de terra Philistijm, Bethsamin: fecerunt sacrificia coram ipsa, præceden. capitu. & ibi non erat sanctuarium. Item quando portauit Dauid arcam de domo Obededon cum transiret, qui portarent arcam per sex passus, immolabat Dauid bouem, & ouem, & arietem, & saltabat ante dominum totis viribus, vt patet infra secundo libro capitulo sexto, ergo ante eam debebant fieri sacrificia.

Rñso secūda auc.

Sacrificia ordinaria fiebant intra sanctuarium.

Respondendum est, quòd aut quæritur hic de sacrificijs, quæ erant determinata a lege, & erant ordinaria, sicut sacrificia quotidiana, & illa quæ fiebant in festiuitatibus quæ ex nulla causa mutari debebant, aut de illis, quæ fiebant ex alijs casibus. Si primo modo dicendum, quòd omnia ista sacrificia debebant fieri intra sanctuarium, quia lex iubebat, quòd offerrentur in altari holocaustorum coram ostio tabernaculi: sed altare holocaustorum erat in ipso sanctuario, & ostiū tabernaculi similiter, ergo ibi debebat fieri sacrificiū: antecedens patet Leui. 1. & 3. cap. & quasi per totum Leuiticum.

Item non solum sic fieri debebat, sed etiam sic factum est tempore illo, quo sterit arca diuina a sanctuario: nam in vrbe Nobe erat tabernaculum domini tempore, quo regnabat Saul infra capitu. 21. & tunc non erat arca ibi, sed in Cariathiarim, cum postea Dauid fecerit eam inde portari, & tamen in vrbe Nobe fiebant sacrificia, & omnes aliæ ceremoniæ, quòd patet, quia poni panes propositionis erat vna de ceremonijs, quæ fiebant in sanctuario cum deberent esse semper duodecim panes coram domino, vt patet Leui. 24. Quòd isti autem essent in Nobe in templo, patet infra cap. 21. quia Achimelech summus sacerdos dedit de illis Dauid, & pueris suis in cibum, & dixit, quòd illi tunc ablati fuerant a facie domini, sicut ergo fiebat ministratio in mensa propositionis, ita fieret in candelabro, scilicet quotidie lucernas incendiendo: fieret etiam in altari thymiamatum, quia ista tria erant in prima parte tabernaculi, vt declaratum est Exodi 26. & 30. capitulo. si igitur vnum licebat, vel erat necessarium, & reliquum: sed vnum fiebat ergo & reliqua. De sacrificijs autem eodem modo dicendum est, quia sacrificia pertinebant ad ministratiōem quotidianam, cum vocentur quedam sacrificia iugia, & alia non iugia, vt patet Numeri cap. 28. ergo ibi fieret sacrificium, vbi fiebant reliquæ ministratiōes.

Item patet hoc, quia si sacrificia fierent coram arca, & non in sanctuario omnes sacerdotes conuenissent in locum illum, in quo erat arca, vt facerent ibi ministratiōes quotidianas, sicut erat in sanctuario, quando arca, & sanctuarium erant simul, sed non erant aliqui sacerdotes coram arca in Cariathiarim, cum solum fuerit constitutus Eleazarus filius Aminadab ad custodiendum arcam, vt patet in litera, ergo non fiebant ibi ministratiōes quotidianæ sacrificiorum. In loco autem sanctuarij Nobe erant sacerdotes omnes: nam dicitur infra capitulo vigesimo secundo, quòd vocauit Saul Abimelech, & sacerdotes domini de Nobe, & fecit occidere octoginta quinque viros vestitos ephod, & isti erant pertinentes ad domum Heli solum: nam de alijs ponit Iosephus sexto Antiquitatum, quòd fuerint plures, scilicet omnes simul 305. viri: ergo in Nobe erat locus, in quo fiebant omnes ministratiōes quotidianæ sacrificiorum, & aliarum ceremoniarum, & non in Cariathiarim coram arca.

Sacrificia necessitatis debebant fieri in sanctuario. Quest. IIII.

Si autem quæritur de sacrificijs, quæ fiebant ex alijs causis a personis priuatis, aut illa erant sacrificia necessitatis, sicut quedam determinata a lege, vt pro mulieribus parientibus, & pro mundatione leproforum, & pro similibus, & in sacrificijs pro peccato, & de istis dicendum quòd debebāt duci in sanctuarium: quoniam iubetur, quòd offerrentur ad ostium tabernaculi: Leuit. 12. & 14. cap. & in similibus: si autem essent sacrificia necessitatis vt illa, quæ erant ex voto, quamquam non essent determinata a lege debebant offerri in sanctuario, & ob hoc, quia intelligebant Israelitæ, quòd ferè nullum sacrificium fieri deberet coram arca, non posuerunt ibi aliquem ordinem ministratiōum sacerdotum, sed solum fuit positus Eleazarus filius Aminadab ad custodiendum arcam, vt patet in litera.

Si autem esset sacrificium de spontaneis, respondetur quòd non erat illicitum fieri coram arca, sed non erant ibi aliqui sacerdotes, qui facerent: poterāt tamen vocari de locis suis, & quòd ibi immolarent, vt cōmuniter tamen fiebant sacrificia in loco sanctuarij. Solemnitates quoque omnium festiuitatum fiebant in loco ipso, & nulla coram arca: nam oblationes, quæ fiebant in die propitiatiōis, & pertinebant maxime ad arcam, cū introiret summus sacerdos ad aspergendum sanguinem coram propitiatorio, pertinebant ad ipsum sanctuarium & fiebant ibi: vt declaratum est præcedenti cap. Ad rationes in contrarium infra respondebitur.

An licuit fieri aliquod sacrificium coram arca tempore, quo fuit in domo Aminadab. Quest. V.

Quæritur vterius an licuerit coram arca fieri aliquod sacrificium eo tempore, quo fuit in domo Aminadab. Respondebit aliquis quod sic, eo quòd licuit fieri coram ipsa, quando venit de terra Philistijm: etiam faciebat Dauid sacrificia coram illa quando transtulit in domum suam infra 2. lib. cap. 7. In contrarium aliquis arguet: quia in Leuitico cap. 17. semper iubetur quòd sacrificiū offeratur semper coram ostio tabernaculi, & ibi immoletur, sed nunc quādo erat arca separata a sanctuario immolādo coram ipsa non immolabatur coram ostio tabernaculi, ideo non licebat immolari.

Item dicitur Leuit. cap. 17. quòd quicūque immolaret aliquod sacrificium, & nō duceret illud ad ostiū tabernaculi, vt fundatur sanguis eius super altare, erit reus sanguinis, quasi sanguinem fuderit, sed non erat istud altare coram arca, quando ipsa erat separata a sanctuario, ergo non licebat offerri sacrificium ibi. Item Deus voluit in lege veteri, quòd esset vnicum templum, & vnicus locus sacrificiorum, vt Israelitæ non errarent putantes deos suos esse plures, cum in diuersis locis cultum diuinum impenderēt: si tamē in loco sanctuarij liceret offerri sacrificia, & eodem modo in loco arce existētibus his diuinitis, daretur occasio ad intelligendum quòd erant plures dii Iudæorum, ergo non debuit hoc licere.

Ad hoc respondendum est, quòd de loco sanctuarij licet ibi non esset arca, nequaquam est dubitandū, quin ibi possent fieri sacrificia, & omnes aliæ legales ceremoniæ: quòd patet quia lex, quæ determinabat locum sacrificiorum solum tetigit, quòd fierent sacrificia super altare holocaustorum, & quòd fierent ad ostium tabernaculi, vt patet ex discursu totius Leuitici. Quòd autem fierent coram arca, scilicet existente

Primo.

Secundo.

Tertio.

Responsio auctoris.

stante in Sanctuario, scriptura nihil tetigit, ideo nō videtur, quod ipsa esset necessaria ad hoc, quòd fierent sacrificia. Item si necessaria esset, quòd arca esset in Sanctuario ad hoc, quòd fierent ibi sacrificia, non potuissent Iudæi facere aliquod sacrificium toto tempore, quo fuerunt in terra Chanaan post reditum de Babylone, cum illo tempore non habuerint arcam, quia Ieremias abscondit illam ante captiuitatem Babylonicam, vt patet 2. Machab. c. 2. constat tamen fuisse sacrificia multa facta in templo post reditum de captiuitate Babylonica, vt colligitur ex libro Esdræ, & Nehemiæ, & ex libris Machabæ, ergo non requirebatur arca in Sanctuario ad hoc, quòd fieret ibi sacrificium. Item requirebatur arca in loco sacrificiorum, si forte in quolibet sacrificio deberet fieri aliqua ceremonia coram arca: sed nihil horum requirebatur: ergo ad hoc, quòd fierent sacrificia in Sanctuario nihil magis erat necessaria arca quam candelabrum. Nam & in die propitiatiōis cum introibat sacerdos in sancta Sanctorum coram propitiatorio ad aspergendum sanguinem poterat esse iste introitus, etiam si non esset ibi arca, vt declaratum est præceden. c. quæst. 4. ergo poterat a fortiori in omnibus alijs diebus fieri sacrificium, & non esset arca necessaria.

An possit fieri sacrificium coram arca, quando non erat in Sanctuario. Quest. VI.

De arca autem, an possit fieri sacrificium coram ea, quando ipsa erat separata a Sanctuario, secus est: nam omnes leges, quæ loquuntur de sacrificio directè determinant sibi altare holocaustorum, & ostium tabernaculi, & nihil dicunt de arca, & sic videtur quod coram ea solum non possit offerri sacrificium. & quando Israelitæ posuerunt illam in Cariathiarim, non posuerunt ad hoc, quod offerretur ibi aliquod sacrificiū, quòd patet, quia tunc posuissent ibi aliquos ministros: neminem tamen posuerunt, nisi Eleazarum filium Aminadab, & iste erat Leuita, vt ait Iosephus 6. Antiquitatum: & sic non poterat offerre sacrificium, sed adhuc dato, quòd ipse esset sacerdos, constat quòd non fuit positus ad faciendum aliqua sacrificia coram arca, sed solum ad custodiendum illam, nec etiam ipsa arca erat taliter disposita, quod coram ea deberent fieri sacrificia, quia non ponebatur ibi per modum solēnitatis in aliquo ornatu magno, sed in custodia, vt patet in litera, cū dicitur, quòd sanctificauerunt Eleazarum, vt custodiret arcam, & satis est verisimile, quòd toto tempore, quo fuit ibi arca in domo Aminadab, non fuerint coram ea facta aliqua sacrificia, sed semper in Sanctuario in Nobe, vel in alijs vrbibus, in quibus fuit.

An faciens sacrificia coram arca peccaret. Quest. VII.

Si aliquis magis inquirat dicens, quòd dato quòd non fuerit ibi factum aliquod sacrificiū, an licuerit fieri, ita quòd faciens non peccaret. Respondendum est, quòd aut ille, qui faciebat erat vir propheta, de quo nequaquam dubitari possit an propter Deum, vel idolatriæ faceret, sed magis putaretur, quòd ille ex mandato Dei faciebat: aut erat talis vir, de quo dubitaretur: si primo modo dicendum, quòd non solum coram arca, sed etiam vbicunque veller, liceret ei facere sacrificium: sic patet de Samuele qui immolabat in Ramatha, & tamen non erat ibi Sanctuarium, nec aliquis hoc dicit, etiam immolauit in Bethlehem. j. c. 16. sed tunc Sanctuarium non erat ibi, nec fuit vnquam. Similiter autem patet de Elia, qui immolauit in monte Carmelo. j. 3. lib. cap. 18. & tunc

erat Sanctuarium in templo Salomonis. Si autem inquiratur de alijs viris, dicendum quod regulariter licebat eis immolare extra Sanctuarium, liceret tamen in isto casu propter arcam, quia quicunque vellet offerre coram arca, satis apparet, quod non agebat ad cultū alicuius idoli, sed propter Deum, qui specialiter erat in arca: sic enim licuit Bethsaminis offerre coram arca, quando venit de terra Philistijm, non tamen audebant communiter Israelitæ offerre coram arca sacrificia, cum non erat in Sanctuario, ideo non disposuerunt eam ad hoc, quòd possent coram ea fieri sacrificia, sed solum vt custodiretur in domo Aminadab.

Ad opinionē primæ rationis posita superius in quæstio. 3. Quest. VII.

Cum autē arguebatur supra, quòd licuit Bethsaminis offerre coram arca, quando venit de terra Philistijm, dicendum quod hoc fuit propter solēnitatem eius, quæ nouiter veniebat de terra hostili, si tamen ipsa mansisset in Bethsames magno tempore, sicut mansit in Cariathiarim, non immolassent coram ea. Cum vero arguitur de Dauid, quod immolabat coram arca, quando portabat eam in domum suam: dicitur quòd non solum coram illa poterat immolare, sed etiam vbicunque veller, quia ipse erat vir propheta, de quo nequaquam dubitabatur, quod secundum Dei voluntatem ageret: sic enim iterum immolauit in arena Iebutai, vt patet j. 2. lib. ca. vlti. ibi tamen non erat templum, nec arca. Cum vero arguebatur in contrarium, quod nequaquam liceret offerri coram arca sacrificia, sed coram ostio tabernaculi: dicendum quòd regulariter illud tenebat, aliquando tamen licebat extra immolari, sicut erat in viris prophetis, qui a Deo concitati immolabant in diuersis locis, vt dictum est de Samuele, Elia, & Dauid: licebat et hoc propter arcam, quia sicut in Sanctuario licitum erat offerri sacrificia, quia ibi Deus specialiter representabatur, ita etiam coram arca, quando separata esset liceret, eo quòd representabatur ibi Deus specialiter, sicut in Sanctuario.

Ad secundum cum dicitur, quod quicunque immolauerit sacrificium, & nō duxerit illud ad ostium tabernaculi, erit reus quasi sanguinem fuderit: dicendum, quod hoc præceptum datum est ad tollendum sacrificia, quæ fiebant demonibus, quæ volebant offerres facere in locis separatis, ne videretur ceremoniæ eorum, & cognoscerentur immolare demonibus, fuit etiam hoc ad tollendum oblationes dubias, quia quamquā aliquis in loco separato veller offerre Deo, tamen a dubium erat, an offerret demonibus, & habebat occasio nem ad offerendum quomodocunque veller, quia a nemine videbatur ibi. Cum autem oēs offerrent ad ostium tabernaculi erant ista ablata, ideo datum fuit istud præceptum, sed ista duo tollebantur, cum quis offerret coram arca. Primum horum patet, quia ibi offeres ipsum offerebat in agris, vel in alijs locis separatis, in quibus possent fieri oblatio demonibus. Nam arca semper teneretur in aliquo loco honesto, & ibi essent viri nimis religiosi, qui conspicientes possent videre, an illæ essent ceremoniæ sacrificij diuini, vel idolorū. Secundum etiam tolleretur eodem modo, quia suspitio poterat haberi de aliquo, quando non cognoscebatur factum illius, cum tamē cognoscitur, nulla est, sed manifesta veritas, sic autem cum quis coram arca offerret sacrificium, illud esset manifestum viris bonis existentibus coram arca, & illi non permetterent fieri aliquid, nisi secundum legem, sicut fiebat in Sanctuario. Quòd autem ad tollenda ista duo fuerit factū præce-

Ad rōnes in contrarium. q. 5.

præceptum illud, patet Leu. c. 17. cum dicitur, & ideo offerre debent sacerdoti filij Israel hostias suas, quas occidunt in agro, ut sanctificentur dño ante ostium tabernaculi, Et iterum post hoc dicitur, & nequaquam ultra imolabunt hostias suas demonibus, cum quibus fornicati sunt. Ad tertiam rōnem, cum dicebatur, qđ Deus voluit vnicum esse locum sacrificiorū suorum, ut crederetur vnicus esse Deus, qđ non fieret si corā arca nō immolaret. Rñdetur, qđ nō tollebat ex hoc apud Israelitas extimatio de vnitae Dei, nec dabatur occasio ad extimandum Trinum, nisi in quolibet loco potuissent Israelitæ offerre sacrificia, vel concessisset Deus, qđ fierent sibi multa sanctuaria: poterat haberi ad hoc suspitio, cum quodlibet illorū sanctuariorū p se esset perfectam hñs arcam, & oīa alia supellectilia sanctuarij, vel et si ab antiquo, ex quo factum est sanctuarium, & arca, semper fuisset sanctuarium per se & arca per se, & coram quolibet eorū fierent sacrificia: poterat esse aliqua suspitio de pluralitate deorū. s. qđ arca pertineret ad vnum Deum, & sanctuarium ad alterum, cum tñ a principio arca, & sanctuarium fuerit simul, & erat vnicus locus sacrificiorū, quāquā postea per accidens diuisa arca a sanctuario, fieret sacrificiū coram ipsā: non sequeretur extimatio de pluralitate deorum: licuit igitur aequaliter fieri sacrificia coram arca, qđ erat separata a sanctuario. Et intulerunt eam in domo Aminadab. Id est qđ portata fuit arca in Cariathiarim fuit posita in domo Aminadab, non enim erat ibi sanctuarium, in quo poneretur: ideo oportuit poni in aliqua domo priuata.

Quis erat iste Aminadab, & quare fuit arca posita in domo eius potius quā alibi. Quæst. IX.

FVIT autem posita in domo Aminadab, qđ ut ait Iosephus. 6. Antiquitatum iste Aminadab erat Leuita, & valde iustus, atq; vita religiosus, ideo visum est domum suam esse locum dignum Deo, in quo arca eius habitaret. Quod autem Aminadab esset Leuita satis verisimile est, qđ magis poneret Israelitæ arcam in domo illius, ad quē pertinebat ex lege officium portandi arcam, & cōferuandū eam, quam in domo illius, ad quem nihil pertineret, quia forte crederet, qđ sequeretur aliqua plaga. Apparet hoc: nam officium portandi arcam, & alia vasa sanctuarij pertinebat ad Leuitas: Deus autē præcepit, ne quis se intromitteret de officio eorum, aliquid moreretur, vt patet Num. c. 1. & 4. Ne igitur accideret plaga viris Cariathiarim, sicut acciderat Bethsamitis verisimile est, qđ ipsi adhibuissent valde magnam diligentiam assignando custodiam arca ei, cui magis conueniret ex lege. Cum autem dicitur, qđ erat iste vir iustus, etiam hoc verisimile est: nam viri Cariathiarim vellent assignare virum sanctissimum ad custodiam arca, & in cuius domo staret, quia nihil sanctius erat arca testamenti in toto statu legis veteris: non ergo egissent reuerenter, si eam assignassent cuiunque viro custodiendam. In Gabaa, id est fuit posita arca in Gabaa.

Accipitur hic Gabaa non prout est nomen proprium vrbs, sed vt est nomen commune significans collem, vel celsitudinem. Primo enim est nomen vrbs, vt patet Iosue capitu. decimo octauo, & est ista ciuitas in sorte Benjamin, vt patet præallegat. c. in hac autem ciuitate habitabat rex Saul, qui erat de stirpe Benjamin, vt patet infra cap. 10. hic autem accipitur Gabaa pro celsitudine, vt vult Iosephus sexto Antiquitatum, scilicet, quod cum posita est arca domini in domo Aminadab erat in Gabaa, id est celsitudine, scilicet qđ domus illa erat in loco altiori totius ciuitatis, & hoc apparet i. Paralipo. cap. 13. vbi dicitur quod ascendit Dauid, & omnes viri Israel ad collem Cariathiarim, qui est in Iuda, vt afferrent inde arcam Dñi: & ibi ponitur in Hebræo Gabaa, vbi nos dicimus collem: & sic non sunt hic duo nomina locorum propriorum Gabaa, & Cariathiarim, sed vñ eorum est proprium & alterum commune: & propter hoc idē importatur, cum dicitur, quod arca reducta est de Cariathiarim, vel de Gabaa.

An arca Dei vel tabernaculum fuerit aliquando in Galgala, vel Masphat: aut in Nobe, vel Gabaa. Et an positio Nicolai de Lira possit stare, & de erroribus eius circa hoc. Quæst. X.

SCIENDVM autem quod Nicolaus aliter dicit, scilicet, quod ista quæ dicuntur hic de ductio- ne arca in Gabaa non fuerunt facta immmediate, sed successiue, & per multum tempus: scriptura tamen mutat ordinem: vnde dicit quod arca ducta fuit de Bethsames primo in Cariathiarim: & ibi mansit aliquanto tempore, & inde translata fuit in Masphat: postea autem in Galgala, deinde in vrbe Nobe tempore Saulis, vt patet infra 21. cap. & postea in Gabaa in domum Aminadab, vt hic dicitur: & de loco illo Dauid transtulit eam in domum Obededō: inde in ciuitate Dauid, vt patet infra lib. 2. c. 6. Ratio autem positionis Nicolai est, quia in omnibus illis locis reperit quod facta fuerunt sacrificia, & ex hoc existimat necesse esse quod ibi fuerit arca cū sanctuario. De vrbe Nobe, & domo Obededon, & ciuitate Dauid videtur sibi quod probauerit, de Galgala autem satis potest apparere, qđ ibi fecit sacrificia Saul, vt patet infra cap. 13. etiam ibi dicebatur esse omnis Israel coram Domino, & immolauerunt hostias infra c. 1. de Masphat autem apparet infra in litera cum fecerit ibi sacrificium Samuel: etiam quia Israelitæ existentes ibi dicebantur esse coram Domino, & ibi conuenerunt eum infra cap. 10.

Quæret ergo aliquis circa hoc an ista positio Nicolai sit vera. Dicendum autem quod non potest stare, principium autem errandi est in duobus, primo quia ipse non distinguit loca, in quibus fuerit arca, & in quibus fuerit tabernaculum, sed accipit quod ista semper simul fuerint præterquam modico tempore cum stetit in Cariathiarim. inde autem fuit translata in Masphat, vt ipse dicit, incepit esse simul cum sanctuario. Dicendum tamen qđ arca nunq̄ fuit in Masphat, nec in Galgala, nec in Nobe aut Gabaa, sed solum in Cariathiarim, & in domo Obededon: postea autem in domo Dauid vsquequo Salomon transtulit eam in templum, quod edificauerat: fuit autem totum istud spacium annorum ferè 91. nam arca cepit esse extra sanctuarium quando portata fuit ad bellum, & inde in terram Philisthijm. Incepit autem hoca morte Heli sacerdotis: eodem enim die, quo arca capta est a Philistinis mortuus fuit Heli, vt patet supra cap. 4. vbi iuuenis nunciās ei captam arcam dixit, ego sum, qui fugi hodie de bello, & immedie coram eo cadens de sella mortuus est Heli: ille tamē in eadem die fugit de bello, in qua capta est arca, scilicet quando vulnerati sunt omnes Israelitæ: ab eodem autem die mortis Heli incipit computari principatus Samuelis, & Saulis, & computantur tempora vtriusque quasi fuerint tempora Saulis, & de isto dicitur quod regnauerit quadraginta annis: Actuum c. 13. post hūc autem regnauit Dauid, qui etiam quadraginta annis regnauit, vt patet infra 3. lib. cap. 2. postea autem anno quarto regni Salomonis inchoatum est templum, vt patet infra 3. lib. cap. 6. Durauit autem

Cōclusio auctoris verissima.

autem edificatio eius annis septem, vt patet infra 3. libro cap. 7. fuerunt igitur anni de regno Salomonis 71. elapsi quando templum consummatum est, tunc autem posuit ipse arcam, & altare in illo, vt patet 2. Paralipom. cap. 1. transferunt igitur anni 91. a tempore quo arca cepit esse separata a Sanctuario quouſque iterum reunita est.

In quibus locis fuit arca, quando erat extra Sanctuarium. Quæst. XI.

IN isto autem tempore fuit arca in his locis, qui sequuntur, s. primo in terra Philisthijm mēſibus septem, vt patet præcedenti cap. deinde adducta est in Bethsames, & cum ibi noluisſent eam tenere viri Bethsames saltem die vno remiserunt illā ad viros Cariathiarim, vt patet hic, & tunc posita est in domo Aminadab in Gabaa, id est in celsitudine, vel colle ciuitatis, vt patet hic, postea autem māſit ibi arca multo tempore, s. vsque ad annum septimum regni Dauid: ipse enim regnauit super Iudam in Hebrōſolum annis 7. deinde incepit regnare super totum Israel, & regnauit annis 33. vt patet infra 2. libro cap. 6. & tertio libro cap. 2.

Arca fuit extra Sanctuarium annis fere 91.

Arca māſit in domo Dauid annis 44.

In eodem autem anno, quo incepit regnare super Israel congregauit Israelitas, & adduxit arcam de Cariathiarim de domo Aminadab, & cum vellet portare in domum suam propter mortem illius, qui præcedebat eam, fecit illam poni in domo Obed Edom Gethe, vt patet infra 2. lib. cap. 6. hoc autem factum est 47. annis postquā arca posita est in Cariathiarim, & istud fuit totum tempus, quo mansit ibi arca, quod patet, quia māſit toto tempore Samuelis, & Saulis, in quo sunt quadraginta anni, mansit etiam septem annis, quibus regnauit Dauid super Hebrō, qui sunt 47. a quibus debent tolli 7. menses, quibus mansit arca in terra Philisthinorum, vt patet præced. c. deinde mansit in domo Obed Edom Gethe mensibus tribus, & post hoc transtulit eam Dauid in domum suam, vt patet 2. lib. c. 6. & primo Paral. c. 13. deinde autem māſit in domo Dauid vsquequo posita est in templo Salomonis. Nam de ipſo loco tulit eam Salomō, vt poneret in templo, vt patet 2. Paral. c. 1. Fuit autē tempus quo mansit in domo Dauid arca 44. annorū, quod patet, quia totum tempus, quo stetit separata a Sanctuario fuit annorū 91. vt s. dictum est, & de his fuit annis 47. in Cariathiarim, vt probatū est, ergo residuo tpe fuit in domo Dauid præter tres menses, quibus fuit in domo Obed Edom, & sic erit illud tps 44. annorum. Sed, qđ arca solum steterit in his locis, & non fuerit ducta per alia loca apparet ex hoc, qđ cū portata est de terra Philisthijm fuit ducta in Bethsames, & inde in Cariathiarim, cum non potuisset ibi manere saltem per vñ diem, vt patet præced. c. & hic postea mansit in Cariathiarim, deinde mutata est in domum Obed Edom Gethe: cum dicitur 2. lib. c. 6. qđ Dauid tulit arcam de domo Aminadab in Gabaa, & posuit eam in domo Obed Edom, & sic postq̄ fuit in Cariathiarim, siue Gabaa in domo Aminadab, non tranſiuit ad alia loca, sed inmediate iuit in domū Obed Edom, de ipſo autē loco iuit in domum Dauid, vt patet præalleg. c. & de domo Dauid ducta est in templum Salomonis. 2. Paralip. c. 1. non fuit igitur in aliquibus alijs locis, s. non in Masphat, nec in Galgala nec in Gabaa, vt ait Nicol.

Ratio Lyranī dissoluitur. Quæst. XII.

CIRCA probationem autem præcedentem dicit Nicolaus, quia cū ducta fuerit arca in Cariathiarim in domum Aminadab, dicitur qđ non fuit hoc totum idem, sed primo ducta est arca in Cariathiarim, deinde in Masphat postea in Galgala, & deinde in Gabaa domū Aminadab, & est error, quia putat qđ Gabaa nō sit in Cariathiarim, sed alius locus: est tamen idem, quia Gabaa non significat hic nomē loci, sed est nomen commune significans collem, & quando dicitur infra 2. lib. ca. 6. qđ portauit arcam Dauid de domo Aminadab de Gabaa, putat qđ non fuit portata de Cariathiarim, sed de alio loco, eo qđ ibi nihil dicitur de Cariathiarim, sed idem est portari de Gabaa, & Cariathiarim, quia Gabaa non est locus, sed solum collis excelsus in Cariathiarim, vt patet i. Paralipom. c. 13. cum dicitur: Congregauit Dauid cunctum populum, vt adduceret arcam Dei de Cariathiarim, & ascendit Dauid, & omnes viri Israel ad collem Cariathiarim, vt afferrent inde arcam dñi: imposueruntque arcam domini super planstrum nouū de domo Aminadab. Apparet igitur, qđ Cariathiarim, & domus Aminadab idem sunt, ergo quando portata fuit arca de Gabaa de domo Aminadab, portabatur de Cariathiarim, & non fuit in alijs locis intermedijs, quæ nominat Nicolaus. Item patet hoc 2. Paralipom. c. 1. f. arcā autem Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim in locū quem preparauerat ei: toto ergo præcedenti tempore mansit in Cariathiarim quouſque Dauid portauit eam inde. Item adhuc erat error magnus in ista probatione Nicolai, quia dato qđ Gabaa esset nomen proprium, hic non poterat dici, qđ fuerat portata arca in Gabaa, nam ipse istud arguit, eo qđ credit ibi fuisse tempore, quo fuit ibi Sanctuarium, de quo patet 2. Paralipom. ca. 1. Nam inde duxit Salomō tabernaculum domini, & altare in templum, quod construxerat, vt patet præalleg. c. ibi tamen non dicitur Gabaa, sed Gabaa: differunt autem ista duo loca: ambo enim sunt in sorte Benjamin, & ponuntur tanquam duæ ciuitates distinctæ, vt patet Iosue c. 18. Et si forte aliquis dicat qđ ponitur ibi Gabaa, & Gabaa, & quamquam sit idē replicatur idem nomen per alias literas. Dicendum, qđ non stat, quia eodem cap. dicitur, qđ ciuitates tribus Benjamin fuerunt 26. quæ numerantur ibi, si tamen Gabaa, & Gabaa non ponantur tanquam vrbes distinctæ solum erunt ibi 25. erat igitur Gabaa alius locus quam Gabaa, & in Gabaa mansit aliquāto tempore tabernaculum domini, in Gabaa autem nunquā mansit arca, nec sanctuarium.

thiarim in domum Aminadab in Gabaa, dicit qđ non fuit hoc totum idem, sed primo ducta est arca in Cariathiarim, deinde in Masphat postea in Galgala, & deinde in Gabaa domū Aminadab, & est error, quia putat qđ Gabaa nō sit in Cariathiarim, sed alius locus: est tamen idem, quia Gabaa non significat hic nomē loci, sed est nomen commune significans collem, & quando dicitur infra 2. lib. ca. 6. qđ portauit arcam Dauid de domo Aminadab de Gabaa, putat qđ non fuit portata de Cariathiarim, sed de alio loco, eo qđ ibi nihil dicitur de Cariathiarim, sed idem est portari de Gabaa, & Cariathiarim, quia Gabaa non est locus, sed solum collis excelsus in Cariathiarim, vt patet i. Paralipom. c. 13. cum dicitur: Congregauit Dauid cunctum populum, vt adduceret arcam Dei de Cariathiarim, & ascendit Dauid, & omnes viri Israel ad collem Cariathiarim, vt afferrent inde arcam dñi: imposueruntque arcam domini super planstrum nouū de domo Aminadab. Apparet igitur, qđ Cariathiarim, & domus Aminadab idem sunt, ergo quando portata fuit arca de Gabaa de domo Aminadab, portabatur de Cariathiarim, & non fuit in alijs locis intermedijs, quæ nominat Nicolaus. Item patet hoc 2. Paralipom. c. 1. f. arcā autem Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim in locū quem preparauerat ei: toto ergo præcedenti tempore mansit in Cariathiarim quouſque Dauid portauit eam inde. Item adhuc erat error magnus in ista probatione Nicolai, quia dato qđ Gabaa esset nomen proprium, hic non poterat dici, qđ fuerat portata arca in Gabaa, nam ipse istud arguit, eo qđ credit ibi fuisse tempore, quo fuit ibi Sanctuarium, de quo patet 2. Paralipom. ca. 1. Nam inde duxit Salomō tabernaculum domini, & altare in templum, quod construxerat, vt patet præalleg. c. ibi tamen non dicitur Gabaa, sed Gabaa: differunt autem ista duo loca: ambo enim sunt in sorte Benjamin, & ponuntur tanquam duæ ciuitates distinctæ, vt patet Iosue c. 18. Et si forte aliquis dicat qđ ponitur ibi Gabaa, & Gabaa, & quamquam sit idē replicatur idem nomen per alias literas. Dicendum, qđ non stat, quia eodem cap. dicitur, qđ ciuitates tribus Benjamin fuerunt 26. quæ numerantur ibi, si tamen Gabaa, & Gabaa non ponantur tanquam vrbes distinctæ solum erunt ibi 25. erat igitur Gabaa alius locus quam Gabaa, & in Gabaa mansit aliquāto tempore tabernaculum domini, in Gabaa autem nunquā mansit arca, nec sanctuarium.

Cariathiarim, & domus Aminadab idē sunt cōtra Nicol.

Error magnus Nicolai.

De alijs duobus erroribus Nicolai. Et quod arca nunquam fuit in Masphat. Quæst. XIII.

DEINDE dicebat Nicolaus, qđ arca fuit i Masphat, s. post Cariathiarim, & est error in duobus. Primo, quia non est sufficiens argumentum, secundo quia falsum dicitur. Primo enim mouetur Nicolaus ad dicendum, quod fuit arca in Masphat, quia ibi fuit factum sacrificium agni laetitias. j. in litera, & quia dicitur, qđ hauserunt aquam, & fuderunt in conspectu dñi, vult autem qđ dicatur in conspectu dñi, id est coram arca, super quam erat Deus, ga loquebatur in illa de medio duorum Cherubin in p-pitiatorio, vt patet Exod. 25. & 30. & Nu. c. 7. primum motiuum de sacrificio non est sufficiens, quia non solum fiebant sacrificia coram arca, sed etiam in atrio tabernaculi, dato qđ non esset ibi arca, vt s. declaratum est in hoc c. q. 1. & non solum in atrio tabernaculi, sed et in alijs locis, in quibus nec erat arca, nec tabernaculum, sicut Elias in monte Carmelo immolauit corā sacerdotibus Baal. j. 3. lib. c. 18. Samuel quoq; in Ramatha vrbe habitationis sue pstruxit altare, qđ erat ad sacrificandum dño, vt patet j. in litera: sed ibi non erat arca, nec

nec tabernaculum, nec aliquis hoc confitetur. Item sacrificauit in Bethlehem. j. c. 16. sed ibi non erat tabernaculum, vel aliqua pars eius. In multis et locis alijs hoc fecit: populus quoque; idem faciebat in vrbe Hebron; nam ibi totus populus, vel magna pars sacrificabat dño, vt colligitur. j. 2. lib. c. 15. Nam ibi Absalon sacrificauit, & maxima pars Israel: nõ est ergo verisimile, aut aliquo modo inductum, qd vbi esset locus sacrificij esset arca, vel tabernaculum: in Masphat, ergo licet steterint Israelitæ & sacrificauerint dño, non tñ fuit ibi arca, quia solum conuocauit eos Samuel, vt iudicaret eos ibi, & incepit orare pro illis, & postea sacrificauit. Istud aut fuit factum accidentaliter: nam qñ ibatur ad bellum, vel ad similes insultus, fiebat sacrificiũ dño prius, vt patet infra c. 13. cum dixit Saul ad Samuelẽ, nunc descendat ad me Philisthim in Galgala, & faciem dñi non placui: necessitate cõpulsus obruli holocaustũ, & sic dicit se necessitate cõpulsus: quia irurus erat ad hostes. Cum aut dñ amplius, qd hebræi existentes in Masphat hauserunt aquam, & fuderunt eã coram dño: non sequitur ex hoc quicq, quia non dñ solum stare coram dño, qui stat coram arca, sed etiã qui stat coram altari holocaustorũ, quia sicut dñs rñdebat Moyse inter duos Cherubin super arcã, & pp hoc dicebatur ibi esse, ita et rñdebat super altare holocaustorũ, vt patet Exo. c. 29. f. ad ostiũ tabernaculi testimonij coram dño, vbi constituaui, & loquar ad te, ibiq; precipiam filijs Israel. & apud istud ostiũ erat altare, & subditur ibi qñõ intelligatur de altari sacrificiorum, cum dñ, & sanctificabit altare in gloria mea, ideo non solum in illo altari sacrificiorũ, sed vbiunque conuenirent israelitæ, & fieret sacrificiũ ab eo, q illud facere poterat ibi licitẽ dicebantur stare corã domino, quia singulariter representabatur Deus per altare, in quo fiebat ei spãlis cultus: sic et qñ conueniunt Israelitæ ad eligendũ regem in Masphat, dicebatur esse coram dño, vt patet j. c. 10. cum dñ: Nunc ergo stete coram dño per tribus vestras, & iterum dicit conuocauit Samuel oẽm populum in Masphat corã dño, sic et cum cõfirmauerunt israelitæ regẽ Saul cõgregati sunt in Galgala, & dicebantur ibi esse coram dño, vt patet infra 1. c. cum dñ, & fecerunt ibi regem Saul coram dño in Galgala, & immolauerunt victimas pacificas coram dño. Et seq. cap. f. 12. dñ, qd dixit Samuel: Loquimini de me coram dño, & corã Christo eius, & sic et ibi erant coram dño, ideo argm istud nõ est sufficiens ad probandũ, qd ibi fuerit arca. Secundo erat, f. qd falsum dicebatur: nã arca nunq fuit in Masphat. Nam, sicut supra probatum est, postq arca fuit in Cariathiarim ducta fuit per Dauid in domum Obededom, & deinde in domum suam, ergo nõ fuit in Masphat, nec in alijs locis.

Arca nunquam fuit in Galgala postquam fuit in Masphat contra Nicolaum. *Quest. XIII.*

DICEBAT quoque Nicolaus arcam fuisse in Galgala postq fuit in Masphat, eo qd dicitur infra c. 11. qd erant Israelitæ corã dño in Galgala, et quia ibi immolauerunt victimas; simile patet infra capitulo decimo tertio. Eadẽ tamen dicenda sunt hic, quã dicebamus de Masphat scilicet, quod non probatur ex hoc fuisse ibi arcam: nam in multis alijs locis fuerunt facta sacrificia, & non erat ibi arca, nec tabernaculum: dicebantur tamen esse coram domino, qui ibi erant, vt supra inductum est. Etiam falsum est, quod ibi fuerit arca: nam de Cariathiarim transfuit in domũ Obededom, & in domum Dauid nullo alio dato medio loco, in

quo steterit: ergo non stetit in Galgala: hoc autem supra probatum est.

Arca non fuit in ciuitate Nobe contra Nicolaum. *Quest. XV.*

DEINDE dicebat Nicolaus quod stetit arca in ciuitate Nobe, sed etiam ibi non stetit. Mouetur autem ipse ad dicendum hoc, quia infra c. 22. dicitur, qd cum Dauid fugeretur a facie Saulis venit in ciuitatẽ Nobe ad Achimelech sacerdotẽ, & petiuit ab eo panes, qui respondit non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panem sanctum: & postea sequitur nec enim erat ibi aliquis panis, nisi tantum panis propositionis, qui sublati fuerant a facie Domini, vt ponerentur panes calidi. In quo est triplex motiuum ad prædicta. Primum quia dicitur ibi coram Domino, scilicet, qd isti panes erant coram Domino, quod dicitur, quod erat in Nobe sacerdos Achimelech, & iste erat princeps sacerdotum, vt patet infra cap. 22. Tertium motiuum erat, quia dicitur qd erant ibi panes propositionis, sed isti non erant nisi in loco sancto, ergo erat ibi sanctuariũ & arca. Respondetur qd ista motiua non sufficiunt. Ad primũ enim iam respõsum est, scilicet, qd in quocunq loco, in quo erat altare, & offerebantur sacrificia, dicebantur homines esse coram Domino, sed in Nobe offerebantur sacrificia, & erat ibi altare holocaustorum, vt patebit infra cap. 21. ergo ibi rectẽ dicebantur esse coram Domino, dato qd non esset ibi arca. Secundum motiuum de mansione sacerdotũ ibi non valet: nam isti nesciunt distinguere inter locum arcæ, & locum tabernaculi: erat autem in Nobe locus tabernaculi, quod patet, quia erant ibi panes propositionis, qui ponuntur in mensa, quæ erat intra tabernaculum: Exo. cap. 26. & Leuit. 24. Quod autẽ fuerunt ibi sacerdotes, nõ arguit ibi fuisse arcam, sed potius tabernaculum: nam cum essent diuisa in tempore illo arca, & tabernaculum, sacerdotes sequebantur tabernaculum, & non locum, in quo esset arca, vt declarauimus Exod. cap. 23. & in loco sanctuarij fiebat congregatio omnium Israelitarum ter in anno in festo azymorũ & pentecostes, & tabernaculorũ, vt patet Exo. cap. 23. & 34. & Deuter. 16. Et faciebant ibi multa sacrificia, de quibus Nu. 28. & 29. cap. Hac autem conuenientius fieri poterant in tabernaculo, vbi erat altare holocaustorum, & thymiamatum, & cetera vtenilia quã coram sola arca: præcipuẽ cũ Leuit. cap. 17. iustum fuerit quod omne sacrificium, quod fieret offerretur ad ostiũ tabernaculi, s. in altari holocaustorum, quod erat ad ostium tabernaculi, vt patet Exo. cap. 29. in loco arcæ non erant aliqui sacerdotes, cum non fieret ibi aliquod cultus diuini, quãdo separata erat a tabernaculo, sed totum custodiebatur in vna domo, & deputabatur vnus vir, qui eam custodiret, vt patet in litera, s. Eleazarũ filium Aminadab sanctificauerunt, vt custodiret arcam Domini, & sic Dauid cũ portauit eam de domo Aminadab, posuit eam in domo Obededom, infra 2. lib. cap. 6. Nec fit mentio qd aliqua alia solennitas fieret, posita ibi arca. In ciuitate autem Nobe erat Achimelech princeps sacerdotum, & tota domus eius, s. omnes sacerdotes, qui tunc ministrabant, vt patet infra cap. 22. Nam 85. sacerdotes venerunt de Nobe cum Achimelech coram Saule, & omnes trucidati sunt coram eo eo. cap. Tertium motiuũ de panibus propositionis nõ arguit ibi fuisse arcam, sed potius fuisse tabernaculum: nam panes propositionis ponebantur in mensa corã Dño Leui. c. 24. ista tamen mensa erat intra tabernaculum in latere aquilonari, vt patet Exod. cap. 26.

Cum

Cum ergo ponerentur panes in mensa, oportet vt ipsa staret intra tabernaculum: nam alias non dicebatur stare corã domino: coram arca autem sola poni non debebat. ergo in Nobe ciuitate non erat arca, vel saltem non arguebatur ex hoc debuisse ibi esse arcã.

Item non stat, quod arca fuerit in Nobe, quin sibi fuisset aliquando hoc fuisset tempore Saulis: nam postea esse non potuit, quia Saul deleuit ciuitatem infra cap. 22. & tamen tempore isto erat arca in Cariathiarim. Nam Dauid quando voluit eam ducere in domum suam, duxit de Cariathiarim, vt patet primo Paralipom. ca. 1. & consequenter non potuit esse in Nobe aliquo tempore ante, nec post.

Arca nunquam fuit in Gabaa contra Nicolaum. *Quest. XVI.*

DICEBAT vterius Nicolaus, quod post destructionem ciuitatis Nobe translata fuit in Gabaa arca, & hoc voluit accipere ex eo, quod habetur 2. Paralip. c. 1. f. quia Salomõ duxit tabernaculum domini de Gabaa. Sed hic est error, quoniam aut accipit de Gabaa, in qua erat domus Aminadab, & de ista tenet hic, quod trãslata fuerit arca in Gabaa in domum Aminadab postquam fuit in Nobe, aut accipit pro Gabaa, & sic intelligit Deuteronom. cap. 13. vbi ponit, quod fuerit arca in Gabaa. Primus sensus non stat, quia inuit, quod domus Aminadab in Gabaa non erat in Cariathiarim, sed hoc falsum est, vt patet 1. Paralip. cap. 13. & supra probatum est. Secundus sensus etiam non stat, quoniam quando Dauid transfuit arcam de Cariathiarim, posuit eam in domo Obededom, & inde transfuit eam in domum suam, vt patet præalleg. c. Et quando Salomon duxit eam in Sanctuarium, adduxit de domo Dauid, vt patet 2. Paralip. c. 1. stetit tamen tabernaculum domini in Gabaa, & inde duxit illud Salomon in templum, quod edificauit. & quia non distincti isti loca tabernaculi, & arcę putant, quod cum fuit in Gabaa tabernaculum, quod etiam fuerit ibi arca.

Arca non fuit portata de Gabaa in domum Obededom. *Quest. XVII.*

VLTIMO autẽ dicit Nicolaus, quod de Gabaa, siue Gabaa portata fuerit arca in domum Obededom, quod si accipiat Gabaa pro quodã colle, qui erat in Cariathiarim, verum est, sicut patet primo Paralipomen. capit. 13. Sed tunc non est verum, quod fuerint factę istæ mutationes per media, scilicet per Masphat Galgala, & Nobe.

Si autem accipiat Gabaa pro Gabaa, falsum est, quod fuerit arca ducta de Gabaa in domum Obededom, quia supra declaratum est præcedenti questione, quod nunquam fuit arca in Gabaa, patet igitur ex prædictis, in quibus locis arca steterit, dum nõ fuit coniuncta tabernaculo.

Tabernaculum, siue Sanctuarium, in quibus locis fuerint. *Quest. XVIII.*

NVNC autem de Sanctuario dicendum est, in quibus locis fuit, & sciendũ, quod non est tanta certitudo quantum ad Sanctuarium, in quibus locis fuit, sicut quantum ad arcam, quia non fuit aliquod tempus, in quo esset arca separata a Sanctuario, & nesciretur de ea vbi esset, de Sanctuario autem secus est, quia nõ habemus

pro toto tempore certitudinem: fuit enim ab introitu in terram Chanaan Sanctuarium modico tempore in Galgala, dum Iosue faciebat contra Chananeos, & tunc non erat fixum ad manendum, sed erat quasi depositum, vt finitis bellis figeretur alicubi stabilius, & finitis illis positum fuit in Silo per Iosue, & totum Israel, & mansit in Silo vsquequo mortuus est Heli sacerdos: nam tunc erat ipse ibi ad ostium domus domini, quando corruit de sella, vt patet supra ca. 4. postea autem, an fuerit immediate mutatum inde Sanctuarium ad alium locum, vel manserit ibi aliquanto tempore, non patet, solum autem constat, quod pauco tempore post, quando regnabat Saul erat tabernaculum in Nobe, vt patet infra 21. cap. Nam ad ipsum locum iuit Dauid, & petijt panẽ, & datus est panis sacer, vt supra inductum est, etiam erant ibi sacerdotes, vt patet infra ca. 22. omnes enim illos fecit Saul irregulari, legimus autem postea fuisse Sanctuarium in Gabaa: ibi enim erat tempore Dauid, & post mortem illius cum voluit ducere Salomon altare, & omnia vasa Sanctuarij in templum, quod ipse construxerat, dicitur quod portauit de Gabaa libr. 2. Paralipomenon cap. primo. Dicendum igitur rationabiliter, quod in his locis fuit Sanctuarium, & non in aliquibus alijs, scilicet, quod post mortem Heli sacerdotis per monitionem alicuius propheta, quod non esset Deo accepta habitatio in Silo, translatum fuit tabernaculum in ciuitatẽ Nobe, postea autem mansit ibi toto tempore, quo fuit iudex Samuel in Israel, & aliquanto tempore in regno Saulis, postea autem Saul destruxit ciuitatem Nobe propter sacerdotem Achimelech, qui videbatur dedisse fauorem Dauid, & tunc quia erat ipse rex de tribu Benjamin transfuit templum in sortem Benjamin, & posuit in vrbe Gabaa, quæ est de illa tribu, vt patet Iosue cap. 18. postea autẽ mansit ibi semper toto tempore regni Saulis, & Dauid: Salomon autem transfuit de illa vrbe in ciuitatẽ Ierusalem in templum, quod construxerat, vt patet 2. Paralipom. cap. 1.

Sanctuarium non fuit in Masphat, neque in Galgala. *Quest. XIX.*

SI autem dicat, quod fuit in Galgala, & in Masphat, & similibus locis non habet aliquam apparentiam: hoc enim quidam dicunt, sicut de arca dixerunt, scilicet, quod esset in Masphat, & Galgala, quia in his locis offerebatur domino sacrificium, vt patet infra cap. 10. & 11.

Sed dicendum, quod ex hoc nõ sequitur, quia etiã in Ramatha offerebat Samuel sacrificia, quia constituerat ibi altare, vt patet infra, tamen nullus dicit ibi fuisse tabernaculum.

Si autem aliquis dicere voluerit non stat, quia eo tempore, quo sacrificabat in Ramatha Samuel, sacrificabatur in Galgala, & in Masphat, quia in Ramatha sacrificabat, & mansit hoc toto tempore Samuelis, cum ibi habitaret, vt patet infra: aliquando tamen ipse immolabat in Masphat, & Galgala, vt patet infra capitulo decimo, & vndecimo. non poterat tamen esse simul tabernaculum in his locis, ergo in aliquo istorum non erat.

Item patet hoc, quia solũ in Ramatha erat, quod Samuel edificauerit ibi altare, vt patet infra in litera, si tamen fuisset ibi Sanctuarium, non oporteret construi altare, quoniam in Sanctuario erat altare, in quo possent offerri sacrificia.

Item nõ est verisimile, quod fuerit tabernaculum in Masphat, & in Galgala, quamuis ibi fierent sacrificia, quoniam Samuel, & totus Israel elegerunt regem

gem in Masphat infra capit. 10. & ibi immolauerunt hostias, & immediatè post hoc factò vno bello contra Ammonitas confirmatum est regnum Saulis in Galgala, & ibi fuerunt oblata sacrificia infra vndecimo cap. & sic velocissima esset mutatio sanctuarij, quod non est concedendum: Etiam quia paulopost hoc sanctuarium erat in vrbe Nobe, ergo non est credendum, qd in Ramatha, aut Masphat, vel Galgala fuit sanctuarium, sed immediatè post vrbe Silo fuit in Nobe: patet igitur de sanctuario, & arca, in quibus locis fuerint.

Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt. Scilicet filium Aminadab: dicitur quod sanctificauerunt eum, idest disposuerunt, vel ordinauerunt ad custodiendū arcam. Non accipitur autem hic sanctificatio pro aliqua consecratione, siue pro illa, quæ requirebatur in Leuitis, de qua Num. cap. 8. siue pro illa, quæ requirebatur in sacerdotibus Leui. cap. 8. & Exodi capitu. 29. Nam non debebat facere aliquam ministratiōē coram arca ad hoc, quod exigereur sanctificatio, vel consecratio, sed dicitur sanctificatus quicumque ad aliquid est dispositus, vel sanctificatus, idest mundus, vel sanctificatus, idest Deo applicitus: hic autem pro quocunque potest accipi: quoniam Eleazarus filius Aminadab fuit ab Israelitis assignatus ad custodiendum arcam: fuit etiam applicitus Deo ad cultum quandam, scilicet ad hoc, quod custodiret arcam illius: etiam satis potest accipi sanctificatus, idest purificatus, quia non decebat aliquem virum immundū custodem esse arcę: sed in primis duobus melius accipitur.

Vt custodiret arcam Dei. Idest non fuit ad aliquam operationem, vel ministratiōē aliam ordinatus Eleazarus, nisi vt custodiret arcam: hoc autem erat, quia non fiebant aliqua sacrificia coram arca, nec aliæ ceremoniæ legales, sed omnia hæc pertinebant ad sanctuarium: patet enim de alijs ceremonijs sacerdotilibus, vt declaratum est Num. capitulo decimo octauo, sed ista fiebat in sanctuario in vrbe Nobe, quando erat ibi sanctuarium solum, & arca in Cariathiarim, vt patet infra vigesimoprimo capitulo, ergo etiam fierent aliæ ministratiōes, quæ erant ita quotidianæ, sicut ista, scilicet incensio lucernarum, & crematio thymiamatis, & oblatio holocaustorum: coram arca autem nihil fiebat, quia solum dicitur, quod erat ad custodiam, & non erat ibi ad aliquam solemnitatē, vt patet in litera, & ista fuit causa quare solum fuit assignatus vnus minister, scilicet Eleazarus filius Aminadab, alioquin enim multi fuissent, sicut erat in tabernaculo in vrbe Nobe, de qua fuerunt trucidati octogintaquinque viri vestiti ephod, vt patet infra capitulo vigesimosecundo.

An festum expiationis fieret coram arca, quando erat in Cariathiarim. *Quest. XX.*

QUÆRITUR aliquis circa hoc, an qñ erat arca in Cariathiarim, coram ea fieret festiuitas in die expiationis. Respondebit aliquis, quod non fiebat, nec poterat fieri, quia sicut non fiebant alia sacrificia, nec ceremoniæ coram ea, sed in sanctuario in Nobe: ita quoq; nec ista festiuitas, quæ requirebat sacrificia. In contrarium dicit aliquis, qd fieri poterat, & debebat coram arca, erat autē spāle de solemnitate ista, & de alijs, quia in nulla aliarū introibat aliquis sacerdos in sancta sanctorum coram arca, sed in ista introibat ad aspergendum sanguinem coram propitiatorio, vt patet Leui. cap. 16. sed hoc non poterat reperiri, nisi vbi erat arca, ergo illuc videbatur eundem ad celebrationem huius festiuitatis.

Respondendum est quod de festiuitate expiationis, an fieret in sanctuario, quando arca, & sanctuarium erant disiuncta, declaratum est precedenti cap. quest. 4. quod sic, sed adhuc dubitaretur, an posset fieri solennitas ista coram arca, & respondendum quod non: multa enim impediunt. Primo quia dies expiationis erat dies multorū sacrificiorum, vt patet Leui. c. 16. & Nu. 29. ista autem sacrificia debebant fieri in altari holocaustorum ad ostium tabernaculi Leuit. 16. cap. & hoc non erat corā arca, sed in sanctuario, ergo oportebat, quod fieret ista festiuitas in sanctuario. Item dicitur quod debebat summus sacerdos illa die offerre duos hircos ad ostium tabernaculi mittens duas sortes super eos, scilicet vnā sortem Domino, & aliam capro emissario: Leui. cap. 16. sed non erat istud coram arca, ergo non poterat ibi obseruari ista ceremonia.

Itē dicitur quod ista die introibat summus sacerdos in sancta sanctorum portās secum sanguinem & thymiamata, sed cum arca separata erat a sanctuario non poterat aliquis introire ibi in sancta sanctorum, ergo non poterat obseruari ibi ista ceremonia.

Cum autē erat sanctuarium sine arca, poterat obseruari ibi ista ceremonia, quia manebat ibi sancta sanctorum, illa domus occulta, in qua consueuerat esse arca, & illuc introibat summus sacerdos ferēs sanguinem, & quia in arca nihil fieri debebat, sed solum in sancta sanctorum aspergendum sanguinem, eiam si non esset ibi arca, aspergebatur sanguis, & complebatur ceremonia expiationis. Apparet igitur qd corā arca, quando erat separata a sanctuario, non fiebat aliqua solennitas, nec etiam ceremoniæ expiationis.

An Eleazarus quando introibat ad arcam, ferret secum thymiamata. *Quest. XXI.*

QUÆRITUR vltius an iste Eleazarus, qui custodiebat arcam, quando introibat ante eam ferret secum thymiamata. Ratio dubij est, quia Leuit. cap. 16. dicitur, quod Aaron nunquam introiret in sancta sanctorum corā arca, nisi prius faceret quasdam ceremonias oblationis, & duceret secū thymiamata: ita ergo cum introiret iste Eleazarus ante arcam, videtur quod deberet eadem portare thymiamata.

Respondendum quod iste Eleazarus non debebat quicquam ceremoniale facere in thymiamate, vel sacrificijs ad hoc quod introiret coram arca: quoniam arca erat in sancta sanctorum discooperta, & sacerdotes si illuc introirent sine thymiamate viderent arcā nudam, & ea, quæ apparebant inter Cherubin, voluit ergo Deus quod sacerdos ingrediēs portaret secum thymiamata: Eleazarus autem non debebat videre arcam discoopertam, sed velatam pallijs suis, quia ibi non erat intra sancta sanctorum, sed sicut quādo erat in itinere, sed quando Israelitæ videbāt eam velatam pallijs suis, non faciebant aliquam ceremoniam coram illa, ita nec Eleazarus, quāquam sepe staret corā arca, non oportebat, quod aliquid secum ferret: nam si necesse esset portari thymiamata non solum esset hoc, sed etiam requireretur, quod fierent sacrificia multa, de quibus Leuit. c. 16. Et solum esset hoc in die expiationis, & quod iste ingrediēs esset summus sacerdos, sed hoc falsum est, quia ista solum obseruabatur ad arcam, quando erat intra sancta sanctorum: nunc autē erat extra, ergo nulla ceremonia obseruanda erat.

An Eleazarus custos arcae esset popularis, leuita, vel sacerdos. *Quest. XXII.*

QUÆRITUR vltius de isto Eleazaro custodite arca an esset popularis leuita vel sacerdos. Respon-

Respondendum est, quod Iosephus. 6. Antiquitatum dicit, qd Aminadab pater eius erat Leuita, ergo oportebat ipsum esse Leuitam, quia in veteri testamento omnes filij Leuitarum erant Leuitæ, & omnes filij sacerdotum erant sacerdotes: hoc autem videbatur satis rationale, scilicet qd Aminadab non fuerit laicus, quia tunc filijs eius non compereret aliqua ministratio circa res sacras. Sed tunc stat dubium an necesse esset istum esse sacerdotem, vel sufficeret eum esse Leuitā: aliquis dicit, quod oportebat eum esse sacerdotem: nā ad Leuitas solum pertinebat portatio arcę per viā, sed custodia illius quando manebat pertinebat ad sacerdotem, quod ipsi ingrediebantur in sanctuarium tā in atrium quam in primam partē tabernaculi, & potissimè ad summum sacerdotem, qui aliquando introibat in sancta sanctorum, ergo debebat esse iste sacerdos. Item quando arca manebat, vel cum erat in sanctuario nemo poterat apparere coram illa, nisi sacerdos, sed iste Eleazarus habens custodiam arcę poterat apparere corā illa: ideo videtur, quod erat necesse eum esse sacerdotem. Respondendum est, quod sufficiebat esse Leuitam istum custodem arcę: nam arca, qñ erat velata pertinebat ad Leuitas, & ipsi eam portabāt atque custodiebant, quādo autē erat nuda pertinebat ad sacerdotes: nunquam autem erat nuda, nisi quādo portabatur intra sanctuarium: ideo tūc ad sacerdotes pertinebant: quicumque autem erat extra sanctuarium pertinebat ad Leuitas, sed nunc quando erat in domo Aminadab erat extra sanctuarium, & erat velata, ergo pertinebat ad Leuitas: nā sicut si arca portanda fuisset per multa terrarū spacia, & magno tēpore, nunquam autē interim poneretur in sanctuario semper pertinere ad Leuitas: ita autem nunc erat arca, quasi esset in via, quia nondum venerat ad locum, in quo mansura erat, sed qd ipsa esset intra sancta sanctorum: ergo ad Leuitas pertinebat, alioquin. n. si habuisset ibi aliquē spāliorem modum, qñ erat in via, & portabāt a Leuitis, non solū iste Eleazarus qui custodiebat eā, & ingrediebāt corā illa debebat esse sacerdos: immo debuisset esse summus sacerdos, quia soli summo sacerdoti licebat introire in sancta sanctorum: Leuit. c. 16. & ad Heb. 9. cōstat tū, qd iste Eleazarus filius Aminadab non erat summus sacerdos, quia non esset ipse Pontifex vinēte patre suo: nisi forte pp maximam seuectutem, sicut est factū in Heli, & filio eius Phinees, fuit. n. Phinees sacerdos magnus patre suo viuente, & hoc iubente, vt ait Ioseph. 6. Antiquitatum. Sed etiam hoc non stat, quia hoc tpe erat summus sacerdos de stirpe Heli vñ; ad Abiathar tpe Salomonis: ibi enim cessauit sacerdotium istorum, & rediit ad aliam stirpem, vt declaratum est supra cap. 2. quia tunc nouiter mortuus fuerat Phinees summus sacerdos filius Heli, & successit Achitob filius Phinees, vt ibidem, & supra declaratum est: iste autem vocatur hic Eleazarus filius Aminadab: ergo nullo modo erat iste summus sacerdos, & tñ custodiebat arcam, & introibat coram illa, ergo non requirebatur aliqua ceremonia: nec ēt qd esset iste custodiens sacerdos, quia nihil magis poterat facere sacerdos respectu arcę, qd Leuita, nisi esset summus sacerdos: satis igitur erat, qd iste Eleazarus esset Leuita, sicut ponit Iosephus: immo ēt si dicere velimus sufficiebat eum esse populārē, dum tñ non tangeret arcam nudam, vel velatam, sed solum custodiretur in domo eius: sic. n. patet de Dauid nam tenuit magno tpe arcam dñi in domo sua. J. 2. lib. c. 6. f. annis 44. vt declaratum est. s. q. 10. & tamen ipse erat de tribu Iuda, & non de Leuitis, vel sacerdotibus. Sed aliquis respondebit, qd aliqua licuerunt Dauid, quæ non licebant alijs, eo qd ipse erat propheta dñi, & quęcūq; ageret, credebāt agere illius voluntate: si tñ esset alius

In q. 29. & 30.

laicus non liceret ei. Sed adhuc respondebitur, quod etiam licuisset ponere arcam ad custodiā in domo alieuius alterius laici, qui non esset propheta: sic enim factum est antequam poneretur arca in domo Dauid: nam fuit posita in domo Obededon Gethēi: ista tamen non poterat esse nisi laicus, quia erat Gethēus. i. alienigena de Philisthinis de vrbe Geth: sicut dicebatur Goliās Gethēus: fuerat tamen iste conuersus ad iudaismum, & erat vir bonus: ideo in domo eius arca posita est: istud namque concedi poterat, nec erat expressum inconueniens, qd in domo laici poneretur arca: dato qd ille non esset propheta, immo ēt si esset conuersus ad iudaismum: dum tñ esset vir bonus, & approbatæ vitæ, licet non esset valde honestum: & tñ ad presens quantum ad Obededon, licet aliqui voluerint qd esset Philisthinus natione de vrbe Geth conuersus ad iudaismum non est concedendum: immo erat verè de Israelitis ex genere, & erat Leuita, & ipse assignatus est cum cantoribus per Dauid ad canendum corā arca lib. 1. Paralip. 15. & 16. c. & declarabitur magis sequenti lib. c. 6. Ad rationes in contrarium respondetur, & ad primam cum dicebatur, qd portare arcam in itinere pertinebat ad Leuitas, custodire tamen eam manentem pertinebat ad sacerdotes, dicendum est, qd si arca esset manens in sanctuario in apparatu suo ad solos sacerdotes pertinebat custodia eius: si tamen custodiretur in aliquo alio loco priuato non in apparatu suo erat ibi velut in itinere, & sic pertinebat ad Leuitas: ita autem fuit hic. ergo sufficiebat, qd ēt Eleazarus Leuita. Ad secundam rationem cum dicitur, qd nemo poterat apparere coram arca, nisi sacerdos, sed iste apparebat coram illa, quia erat in custodia eius, ergo erat sacerdos. Respondendum qd apparere coram arca, aut erat quando erat in apparatu suo, & nuda, aut qñ erat vestita alias velata: si secundo modo dicitur, qd quilibet poterat coram ipsa apparere non solū Leuita, sed etiam laicus, sicut quando ducebatur in itinere oēs eam videbant, & accedebant iuxta illam, dum tamen non tangerent ipsam: si autem accipitur primo modo. s. quando erat arca nuda intra sancta sanctorum, dicendum qd aut istud erat in tempore, quo mouendum erat tabernaculum, aut alijs temporib; si primo modo licebat summo sacerdoti, & minoribus introire ad velandum arcam, vt patet Nu. ca. 4. si autē alijs temporibus solum licebat summo sacerdoti, si in die propitiatiōis, vt patet Leu. c. 16. & ad Heb. 9. Nūc autem arca in domo Aminadab erat sine aliquo apparatu, quia non erat in sancta sanctorum, & erat velata, ideo licebat quicumque ēt laico coram illa apparere, non igitur requirebatur, qd Eleazarus esset sacerdos, quia custodiebat arcam. *Et factum est.* Hic consequenter declaratur releuatio populi a iugo Philisthinorū sub Samuele, quæ facta est propter conuersionem ad Deum per sollicitudinem Samuelis, & diuiditur in tres partes. Primò describitur dicta conuersio: secundò Philisthinorum debellatio: tertio populi pax, & bona ordinatio. Secunda ibi. *Et audierunt.* Tertia ibi. *Facta est itaque.*

Quando, & quō Samuel de libertate Israel trahere cepit. *Quest. XXIII.*

CIRCA primum considerandū, qd qñ mortuū est Heli Samuel non erat magne etatis, quia tñ erat propheta dñi cognitus in toto Israele, vt patet. s. c. 3. acceptus fuit in iudicem ab Israelitis: nā cū hoc tpe non essent reges in Israel, eligebant Israelitæ aliquē, g inter eos ceteros excelleret quantum ad hoc, qd posset liberare illos de manu hostiū, & hoc siue ille excederet sãctitate, & cognitione

In q. 17. solutio ad rōnes in oppositum.

Dei sicut Samuel, siue viribus, vt Samson, siue indu-
stria, & extremitate pugne, vt Iephte, Galadites, & sic
de similibus, tales enim iudices eligebantur, sic. n. vult
Iosephus 6. Antiquitatum.

Cum autem mortuus fuit Heli suscepit principatu
Samuel, & in tempore eius Israelita secuti sunt dñm
magis quam priori tempore. Nunc autem cum tran-
sissent aliquanta tempora. s. 20. anni ab illo tempore,
quo mortuus est Heli, videns Samuel, qd populus esset
iam aequaliter manu ductus ad colendum Deum to-
to animo, conuocauit eos in Masphat, & ibi fecit sacri-
ficium, & arque hortatus est ad abiciendum oēs Deos
alienos, & recommendas vires contra hostes promittēs
illis bonam spem, & dicitur. *Et factum est ex qua die man-
sit arca domini in Cariathiarim.* Hic intēdit scriptura enar-
rare quantum fuit tempus, quod transiit ab initio
principatus Samuelis, vique ad diem, qua facta est ista
exhortatio, & dicitur, qd fuerunt anni 20. dñ autem de
tempore quo mansit arca in Cariathiarim. s. quando
yiri Bethsamēs ad se ductam miserunt ad viros Cari-
thiarim; & incipitur ab hoc tempore computatio 20.
annorum, eo qd hic incipit principatus Samuelis, nā
ipse fuit princeps post mortem Heli, Reductio autem
arce in Cariathiarim fuit septem mensibus post mor-
tem Heli, totidem enim mansit arca in terra Philis-
thim, vt patet præced. c. *Multiplicati sunt dies.* i. tran-
sērūt multi dies. s. quod ab illo tempore, quo posita fuit
arca in Cariathiarim, vsque ad ea, quæ dicuntur hic
transierunt multi dies: nam immediatē dicitur, quod
jam erat 20. annus. s. ab initio principatus Samuelis.

Erat quippe iam annus vigesimus. Hoc ponitur ad decla-
randum præcedentia, s. quod transierant dies multi a
tempore pōsitionis arce in Cariathiarim; nam iā erat
20. annus, ponitur autem istud tempus ad declaratio-
nem eorum, quæ sequuntur. s. quod requieuit omnis
domus Israel post dominum. i. in istis 20. annis curau-
erunt Israelitæ colere Deum, hoc autem fuit, quia do-
cebat eos tunc Samuel cum fuissent isti 20. anni sub
principatu eius, non ponitur autem in toto isto tem-
pore quid fecerit Samuel, vel populus Israelitarū: de
Israelitis autem satis apparet causa. s. quia non accide-
runt aliqua bella, vel aliqua alia notabilia, quæ stilo di-
gna forent. De Samuele autem ex litera potest colli-
gi quid fecerit in istis 20. annis. s. qd docuit Israelitas co-
lere Deum, & recedere ab idolis, qd prioribus tempo-
ribus non faciebant, & hoc apparet, quia dicitur, qd in
istis 20. annis requieuit domus Israel post Deū colen-
do eum, ergo aut hoc non erat sic: alioquin non po-
neretur hic tanquam aliquid speciale, qd Israelitæ re-
quieuerint post Deum. Et dicendum est, qd in isto tpe
fecerit Samuel ea, quæ j. hñr. s. qd in singulis annis di-
furrebat per tria loca. s. Galgalā, Masphat, & Bethel,
& in his iudicabat Israelitas, deinde reuertebat in vr-
bem suam Ramatha, & etiam iudicabat Israel, atque
morabatur, vt patet in litera. *Et requieuit omnis domus
Israel post dominum.* i. omnes Israelitæ curauerunt in qui-
rere Deum: vocatur autem omnis domus Israel om-
nes 12. tribus, quia nulli alij descendebant de stirpe
Jacob. Et dñ, qd requieuit omnis domus, quia ante hoc
magna pars Israel sequebatur dominum, & magna
pars sequebatur idola, sicut fuit post tēpora Salomo-
nis, diuisum enim regnum Israel fuit, & decem tribus,
quæ vocabantur Israel pro maiori parte colebant ido-
la: due autem tribus pertinentes ad regnum Iuda co-
lebant Deum: nunc autem fecerat Samuel doctrina
sua, quod omnes Israelitæ conuerterentur ad Dei cul-
tum, & hoc erat requiescere post dominum, id est re-
quiescere in Deo non diuertendo, vel ambulādo post
idola. In hebreo ponitur hic verbum, quod significat
festinare, vel parare se. s. qd omnis domus Israel festi-

nauit post dñm ad sequendum eum, sed istud verbū
ab illo, quod significat quietere differt solum in vni-
ca litera, ideo satis facile est, qd ex corruptione aliquo-
rum librorum hebreorum nūc accidit, sed ēt si sic eēt
veritas hebraica, snā nihil differt, quia qd hebraei quie-
scentes post dñm, vel festinant ad idem redit. Nam
dicebantur quietere in quantum non intendebāt ad
cultum idolorū, sed manebant in cultu Dei, diceban-
tur etiam festinare post Deum, vel parare se in quantum
nimis afficiebantur ad cultum Dei, & non sequeban-
tur eum iam remisse, sicut prius, sed festinando, quod
notat desiderium.

*Quomodo verum sit, quod omnis domus Israel requiesceret
post dominum, cum multi haberent Deos
alienos. Quest. XXIIII.*

QUÆRIT aliquis quomodo dicitur hic, qd
omnis domus Israel requieuit post domi-
num, quia infra dixit Samuel ad Israelitas,
si in toto corde vestro reuertimini ad do-
minū, auferte Deos alienos de medio vestri Baalim,
& Astaroth, sed dum ipsi haberent inter se Deos alie-
nos, non poterant esse conuersi ad Deum, ergo nō re-
quieuerat tota domus Israel post dominum.

Aliquis respondebit, qd Samuel loquebatur hoc ge-
neraliter, sicut prædicatores faciunt, qui interdū redar-
guunt aliqua peccata, quæ in populo non sunt, & sic
quamquam non haberent aliquos Deos alienos ad-
monuit Samuel, qd eos abiicerent.

Sed dicendum est, qd istud non stat, quia j. sequitur
quō Israelitæ hoc fecerint. s. abstulerūt ergo filii Israel
Baalim, & Astaroth, & seruiertur Deo soli.

Ideo dicendum est, qd qd toto tpe 20. annorū præ-
cedentium Samuel prædicasset Israelitis non fuerat
penitus exclusā idolatria de terra, sed aliqui manebāt,
qui colebant Deum Israel, & tamen adhuc colebant
idola: isti tamen erant paucissimi in comparatione ad
alia tempora præterita, in quibus magna pars populi
colebat idola, ideo dicitur nunc, qd omnis domus Israel
requieuit post dominum. s. qd paucissimi erant, qui to-
taliter non sequebatur dominum, ita vt fm modum
scripturæ recte dici posset, qd oēs Israelitæ sequebatur
dominum. *Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel.*
Dñ dixisse ista ad omnem domum Israel, qm ipse di-
furrebat per totum Israel, atq; loquebatur eis exhor-
tando, & iudicabat illos in Bethel, Galgalā, Masphat,
& Ramatha, & in quolibet loco annunciabat illis ver-
ba hæc, scilicet si in toto corde vestro reuertimini ad
dominum.

*Quando Samuel hortatus est hebræos ad conuersionem ad
dominum. Quest. XXV.*

ISTA verba non locutus fuit Samuel in principio
exhortationis suæ. s. in illis 20. annis, sed ad finem,
quando iam erat annus 20. vt dicitur hic: nā tunc
facta sunt ea, quæ hñr hic, & ratio huius fuit, quia
ista sunt verba magne confidentiæ. s. quando aliquis
videt eos, ad quos loquitur nimis dispositos, & loquitur
quodcumque vult: a principio aut exhortationis Sa-
muelis Israelitæ erāt multum alienati a domino: ideo
paulisper eos reducere conabatur, & si dixisset illis, qd
totaliter excluderent a se Baalim, & Astaroth a prin-
cipio, nihil fecissent: fuit ergo modus, quod Israelitæ
ab initio ducatus Samuelis non colebant Deum, sci-
licet non ascendentes ad sanctuarium, nec facientes
solemnitates aliquas legales, sed totaliter vacabant cul-
tui idolorum, & erant ista duo mala. s. quod Deum ve-
rum non colebant, & qd idola adorabant: Samuel autē
a prin-

a principio exhortationis suæ, reduxit illos a primo
malo faciendo, quod Deum colerent: ad vltimum au-
tem admonuit, quod etiam non colerent idola, sed so-
lum Deum, & hoc significat litera sequens. s. si in to-
to corde vestro reuertimini ad dominum. s. ad colen-
dum eū, auferte Deos alienos de medio vestri, & ser-
uite illi soli: tunc autem Israelitæ receperunt admoni-
tionem, quia iam satis uasi verbo Samuelis, abiecerunt
Deos: de ista admonitione dicit Iosephus 6. Anti-
quitatum, quod Samuel videns fiduciam Israelita-
rum locutus fuit eis dicens: O viri quibus adhuc hos-
tes sunt grauissimi Palesthini, & Deus iam incepit
esse propitius, & amicus: non solum concupiscenda
libertas est, sed etiam faciendum per quod vobis eius
bona peruenerint, non enim optare debetis ab ho-
minibus liberari, & agere pro quibus potius seruiatis,
sed estote iusti, & malitiam depellentes ab animabus
vestris, easque purgantes totis mētibus inuitate Deū:
eumque bonis actibus honorate, hæc. n. vobis oibus
facientibus, bona proueniunt: seruitusque fugabitur,
& de hostibus repente triumphus afferetur, quem p-
mereri non armis poteritis, non robore corporū, non
multitudine populorum, nō. n. malis Deus se promit-
tit talia præbiturum, sed bonis existentibus, atque ius-
tis. Ego autem vobis digna gerentibus huiusmodi
promissorum stipulator adero. In quibus verbis non
expressit Iosephus, qd colerent Iudæi idola, sed qd erāt
in aliquibus peccatis nolens tamen infamare gētem
suam. *Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum.* Iam
enim Israelitæ conuersi fuerāt ad dominum colendo
illum, sed nondum penitus abiecerant idola, ideo hor-
tabatur, vt penitus abicerent, & dicit si in toto corde
vestro reuertimini. Ille enim dicitur conuerti in toto
corde, qui ab omnibus vitiis, in quibus erat recedit: il-
le autem non conuertitur toto corde, qui vitiis quibus-
dam abiectis, aliis immoratur: sic erat de Israelitis, ha-
bebant enim duo peccata, scilicet, quod Deum Israel
non colebant, & qd idola colebant, ab vno eorum iam
auerſi fuerant, scilicet, qd colebant Deum, sed ab alio
non penitus, quia adhuc colebant idola, ideo dixit si
in toto corde vestro, scilicet non solum debetis con-
uerti ad dominum, sed etiam abicere Deos alienos,
si in toto corde conuertimini: alioquin Deus talem
conuersionem non acceptat, sic enim dixit Elias pro-
pheta ad omnem populum Israel in monte Carmeli,
scilicet vsquequo claudicatis in duas partes? si domi-
nus est Deus, sequimini eum, si autem Baal sequimini
illum infra 3. lib. c. 18. *Auferte Deos alienos de medio
vestri.* Dii alieni vocantur, quia ad alias gentes p-
tinebant, & non ad Israelitas, nec fecerant eis vllum bo-
num, aut dederant legem. *Baalim, & Astaroth.* Isti duo
dii erant multum communes inter Gentiles, de Baalim
patet, quia tota domus Israel in decem tribubus
colebat Baalim, sicut impropertant eis propheta Elias
& Eliseus, & alij propheta, & sepe habetur in 3. & 4.
lib. infra. Astaroth autem erat Deus Gentium, quia
erat Deus Philistinorum, vt patet infra c. vltimo. s. &
posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus ve-
ro eius miserunt in muro Bethsan. De hoc etiam ap-
paret 1. Paralipom. c. 10. *Et preparate corda vestra domino.*
Idest disponite vos ad colendum eum solum: nam
ante hoc, cum diuisi essent in duos Deos, cultus ille
nihil valebat, nec Deus acceptabat. Cum autem præ-
pararent se ad dominum acceptaretur. *Et seruite illi so-
li.* Idest non colatis cum eo alios Deos, quia sicut in-
iuriosum est Deo, qd non colatur cum Deo sit: ita in-
iuriosum est, qd aliquis alius cum eo colatur, cum nul-
lus cum eo Deus sit: sic autem faciebant Samaritani,
qui Deum celi timebant, nihilominus tñ Deos suos
colebant. j. 4. li. c. 17. *Et eruet vos de manu Philistinorum.*
Alph. Toft. In Primum Regum.

In toto
corde con-
uerti quis
dicitur.

A Toto. n. tpe precedenti Iudæi erant nimis depreſi a
Philistinis, & Deus hoc faciebat, quia alienati erant
ab ipſo, si autem conuerterentur ad dominum in to-
to corde eriperet eos de manu tribulantis.

*An Israelitæ liberati fuerint de manu Philistinorum
immediatē, vt conuersi sunt ad dominum.
Quest. XXVI.*

QUÆRIT aliquis an Israelitæ liberati fue-
rint a Philistinis immediatē, vt conuersi
sunt ad dominum. Respondebit aliquis, qd
sic, quia Deus promittit hic, ergo comple-
uit adueniente conditione, Iudæi tamen toto corde
conuersi sunt, & abiecerunt Deos alienos, vt patet hic,
ergo digni erant, vt liberarentur. Item patet, qd libera-
ti fuerint, quia immediatē ponitur bellū, in quo Deus
perterruit Philistinos fragore magno de celo, & p-
secuti sunt illos Israelitæ, atque fecerunt plagam ma-
gnam in eis, vt patet in litera. Item dicitur infra, qd tē-
pore Samuelis reddita sunt ciuitates, quas tulerant
Philisthæi ab Israel ab Acharon vsque Geth, & termi-
nos suos, & facta est manus domini super Philisthæos
cunctis diebus Samuelis. Sed adhuc videtur, qd nō fue-
rint penitus liberati a Philistinibus Israelitæ: nam tem-
pore Samuelis, & Saulis erat semper bellum potens
inter Israelitas & Philistinos. j. c. 14. & non solū erat
bellum inter illos, sed et seruitus quedam erat impo-
sita hebreis. Nam in principio regni Saulis cum et Sa-
muel regeret populum, Philistini imposuerant legē,
qd hebrei, non haberent in terra sua fabros ferrarios,
sed cum aliquis de eis deberet parare aliquod instrū
agriculture descendebat in terram Philisthim ad pā-
raudum. j. 13. c. fuerunt etiam post hoc bella magna,
nam Saul, & filii sui mortui sunt in bellis Philistino-
rū. j. c. vlt. Dicendum igitur, qd nunquam fuerunt pen-
itus liberati Israelitæ de manu Philistinorum, vsq;
ad tempora regni Dauid, quia añ hoc semper fuerunt
tributa super eos: Dauid autē hæc cōuertit, qm ipse de-
iecit nimis Philistinos, & imposuit eis tributum: de
hoc. j. 2. lib. c. 8. s. factum est post hoc percussit Dauid
Philisthæos, & humiliavit eos, & tulit Dauid frenū tri-
buti de manu Philisthim: nunc autē dicebatur, qd libe-
raret Deus Israelitas de manu Philisthim si conuer-
tent ad Deū, qd quidem non intelligebat, p plenaria li-
beratione, sed qd releuaret eos, ne tm grauerent, sicut
prius, semper tñ voluit illis relinquere hostes ad hoc
qd exercitarent, & si aliqui peccarent, haberent a qbus
punirent, vt patet Iudic. c. 2. & 3. *Abstulerunt ergo filii Is-
rael, Baalim, & Astaroth.* s. confregerunt eos proponen-
tes, nunq̄ vltius hñe illos in Deos, & si aliqui alii dii
erant in terra illa noīe istorum intelligentur. *Et serui-
erunt Deo soli.* s. non habentes alium Deum, nisi Deum
verum, qui erat Deus eorū, & istū cultum acceptabat
Deus, nam ipse est Deus zelotes. Exo. c. 34. s. qd nō vult
alium coli, nisi se solum. *Dixit autem Samuel congregate
vniuersam Israel in Masphat.* Istud erat in anno 20. duca-
tus sui, postq̄ oēs Israelitæ conuersi erant ad colendū
Deum solum: nā tunc voluit eos admonere ad maio-
ra. s. qd se haberent contra Philistinos, quia certissi-
me Deus esset auxiliator eorū, qa iam cōuersi fuerāt,
qd Deus voluit ibi ostendere: nā Israelitis non aduer-
tentibus ad pugnam congregati sunt super eos Philis-
thim, & perterruit dñs Philistinos, vt patet infra. *Et
orem pro vobis dominum.* Volebat enim facere ibi recon-
ciliationem Samuel inter Deum, & Israelitas: ideo. n.
ipsi cessauerant a malo, quod faciebant, & dolebant,
quia fecerant, solum igitur superat, vt Samuel oraret
pro eis ad dñm, vt auerteretur ab ira sua: & sic factum
est. Nā cōgregatis oīanibus in Masphat Israelitæ ge-
mebant,

Responſio
auct.

mebant, dicentes. Tibi peccauimus domine, & ieiunauerunt affligentes se, & tunc Deus conuersus est ab indignatione sua. Intendebat enim Samuel exhortari eos quantum ad aliqua præcepta viuendi: ideo faciebat omnes congregari, vt omnes audirent. *Et conuenerunt in Masphat.* Somnes Israelitæ uenerunt illuc, sicut dixerat Samuel. Non est autem intelligendum, quod omnes iuissent illuc nullis manentibus in urbibus, sed de quolibet loco ibant multi, ita ut possent dici, quod omnes Israelitæ conuenerant, & fuit factum hoc in Masphat, quia iste erat vnus de tribus locis, in quibus consuauerat iudicare quolibet anno Samuel Israelitas, est autem Masphat in terra Galaad, & in hoc loco habitabat Iephre iudex Israel qui dicebatur Galadites, ut patet Iudicum ca. 11. & non est intelligendum, quod in hoc loco fuerit tabernaculum, vel arca, quamquam ibi Samuel obtulit sacrificium, quoniam in aliis locis offerebat, de quibus erat manifestum, quod non esset ibi sanctuarium, sicut patet de Bethlehem infra capi. 16. Etiam quamquam dicitur, quod aqua tamen poterat hic dupliciter coram domino fundi. Vno modo, quod fieret hoc in modum orationis, & ad significationem. Cuiusmodi per effusionem aque significabant se nimis humiliatos a Philistinis, & nihil valentes, ideo precabantur Deum, ut eriperet eos. Alio modo potest intelligi, quod offerretur aqua coram domino, tanquam aliquid gratum ei: quodcunque enim esset Deo gratum posset offerri illi, licet non offerretur super altare: sicut enim aliquid desiderat, ut in cibo, vel in potu, & cum possit illo frui pro Deum cessat effundens, vel disperdens: dicitur offerri illud domino: sic enim semel fecit Dauid cum esset in Ierusalem desiderauit aquam de cisterna, quæ erat ad portam Bethlehem, erant autem castra Philistinorum apud Bethlehem: dixitque Dauid, quis daret mihi potum aque de cisterna, quæ est ad portam Bethlehem, & tunc tres viri fortissimi irruerunt acies hostium, & introeuntes in Bethlehem duxerunt inde aquam, quam, cum accepisset Dauid, noluit bibere, sed libauit coram domino, dicens: nunquid sanguinem istorum hominum, qui profecti sunt bibam, & periculum animarum: ut patet in Ista 2. lib. ca. 23. illud autem Deo gratum fuit forte magis, quam sacrificium, quamquam non esset sacrificium: hic autem Israelitæ effuderunt aquam. Primo modo coram domino. ad significandum humiliationem suam. *Et ieiunauerunt in die illa.* Istud fuit tanquam pars satisfactionis peccatorum suorum, & fuit ad signandum dolorem, quem conceperant pro peccatis præteritis. Ieiunium autem Iudeorum erat, quod in die illa, qua ieiunarent nihil comederent per 24. horas ieiunantes, sicut patet de die expiationis, in qua iubentur affligere animas suas. Leuiti. c. 16. & 23. In hac autem die usque ad Solis occasum, & a principio præcedentis noctis nihil gustant. *Et dixerunt tibi peccauimus domine.* Totus Israel confitebatur hic delictum suum, quoniam omnes erant in amaritudine cordis scientes, quod peccauerunt, & nunc peccatum suum publicè confitebantur, ideo confessionem istam Deus acceptauit, quia fiebat amaro animo. Deus autem non despicit cor contritum, & humiliatum spiritum Psalmo 50. *Iudicauitque Samuel filios Israel in Masphat.* Istud iudicium fuit reconciliatio Israelitarum inter se, quia non solum reconciliauit Israelitas domino, sed etiam inter se ipsos. sicut in iniurias sibi remitterent, vel fortè iudicauit inter eos, sicut iudex dirimendo causas eorum: maxime quia iste erat vnus de locis, in quibus Israelitas iudicabat Samuel, ut patet infra, & quia ibi congregati fuerant, ut oraret pro eis dominum, visum est ei opportunum, ut diffiniret in causis eorum, tam in ciuilibus, quam in quibuscunque.

Hebraei ad significandum se humiliatos, & ad Deum conuersos effuderunt aquam. Ad vere penitendum quatuor requiruntur. Quest. XXVII.

Dicit Rab. Sa. quod istud erat ad significandum se nimis humiliatos ab hostibus suis, quia sicut aqua ista effusa ad nihilum valet ultra, sic in conspectu tuo nihil sumus, nec ualemus. In translatione autem Chaldaica aliter exponitur, scilicet de conuersione vera ad Deum, qua cor contritum, & per istas aquas intelliguntur lachrymæ contritiones exeuntes a corde, & effuse per oculos.

Considerandum autem, quod hic ponitur vera penitentia, & perfecta Israelitarum. Primum enim, quod requiritur ad uerè penitendum est, quod a peccatis præteritis recedamus: hoc fecerunt Israelitæ, quia dicitur supra, quod abstulerunt Baalim, & Astaroth, & seruiuerunt Deo soli. Secundò requiritur, quod aliquis de peccato doleat, & hoc fecerunt Israelitæ, quod signatur in eis, quæ fecerunt, & dixerunt. Tertio requiritur, quod peccatum confiteamur, & hoc fecerunt similiter, quia dixerunt tibi peccauimus domine. Quarto requiritur satisfactio pro præteritis, & hoc fecerunt Israelitæ, quia dicitur hic, quod ieiunauerunt die illa coram domino: ideo nihil deerat ad hoc, quod uerè peniterent, & ob hoc Deus acceptauit penitentiam eorum atque liberauit de manu Philistinum, ut patet infra.

Effusio aque ad quod genus sacrificij pertineat. Quest. XXXIII.

Quæret aliquis ad quod genus oblationis, vel sacrificij pertineat effusio aquæ, quæ fecit hic Samuel coram domino. Pro quo sciendum est, quod in muneribus, quæ Deo dantur, de quibus aliqua pars proueniebat Deo, quædam vocabantur sacrificia, & quædam libamenta, vel oblationes. Prima autem erant illa, quæ fiebant de animalibus, & vocabantur sacrificia, atque erant in tri-

bus generibus. s. holocaustum, hostia pacifica, & hostia pro peccato, de quibus per totum Leuiticum, & ista erant semper de tribus generibus animalium. s. de bobus, capris, & ouibus, nec licebat offerri alia. vocabantur autem oblationes, vel libamenta, quæ non fiebant de animalibus, sed de quibusdam aliis rebus, & ista erant quinque. s. farina, oleum, vinum, thus, & sal, de quibus patet Leuiti. c. 2. & Numer. 15, horum enim partes quædam cremabantur super altare, sicut partes sacrificiorum, ut patet præalleg. cap. de aliis autem rebus nihil pertinebat ad oblationem super altare, quæ quamquam offerrentur sacerdotibus, tamen nihil de eis cremabatur super altare: aqua autem non erat aliquid horum, ideo non pertinebat ad sacrificium, vel ad libamenta, ideo cum dicitur ad quod genus sacrificij pertinet, dicendum quod ad nullum, quia sacrificia solum sunt de animalibus. Si etiam dicitur ad quod genus oblationum, & libamentorum pertinet: etiam dicendum, quod ad nullum, quia illa solum sunt de farina, oleo, uino, thure, & sale: aqua tamen poterat hic dupliciter coram domino fundi. Vno modo, quod fieret hoc in modum orationis, & ad significationem. Cuiusmodi per effusionem aque significabant se nimis humiliatos a Philistinis, & nihil valentes, ideo precabantur Deum, ut eriperet eos. Alio modo potest intelligi, quod offerretur aqua coram domino, tanquam aliquid gratum ei: quodcunque enim esset Deo gratum posset offerri illi, licet non offerretur super altare: sicut enim aliquid desiderat, ut in cibo, vel in potu, & cum possit illo frui pro Deum cessat effundens, vel disperdens: dicitur offerri illud domino: sic enim semel fecit Dauid cum esset in Ierusalem desiderauit aquam de cisterna, quæ erat ad portam Bethlehem, erant autem castra Philistinorum apud Bethlehem: dixitque Dauid, quis daret mihi potum aque de cisterna, quæ est ad portam Bethlehem, & tunc tres viri fortissimi irruerunt acies hostium, & introeuntes in Bethlehem duxerunt inde aquam, quam, cum accepisset Dauid, noluit bibere, sed libauit coram domino, dicens: nunquid sanguinem istorum hominum, qui profecti sunt bibam, & periculum animarum: ut patet in Ista 2. lib. ca. 23. illud autem Deo gratum fuit forte magis, quam sacrificium, quamquam non esset sacrificium: hic autem Israelitæ effuderunt aquam. Primo modo coram domino. ad significandum humiliationem suam. *Et ieiunauerunt in die illa.* Istud fuit tanquam pars satisfactionis peccatorum suorum, & fuit ad signandum dolorem, quem conceperant pro peccatis præteritis. Ieiunium autem Iudeorum erat, quod in die illa, qua ieiunarent nihil comederent per 24. horas ieiunantes, sicut patet de die expiationis, in qua iubentur affligere animas suas. Leuiti. c. 16. & 23. In hac autem die usque ad Solis occasum, & a principio præcedentis noctis nihil gustant. *Et dixerunt tibi peccauimus domine.* Totus Israel confitebatur hic delictum suum, quoniam omnes erant in amaritudine cordis scientes, quod peccauerunt, & nunc peccatum suum publicè confitebantur, ideo confessionem istam Deus acceptauit, quia fiebat amaro animo. Deus autem non despicit cor contritum, & humiliatum spiritum Psalmo 50. *Iudicauitque Samuel filios Israel in Masphat.* Istud iudicium fuit reconciliatio Israelitarum inter se, quia non solum reconciliauit Israelitas domino, sed etiam inter se ipsos. sicut in iniurias sibi remitterent, vel fortè iudicauit inter eos, sicut iudex dirimendo causas eorum: maxime quia iste erat vnus de locis, in quibus Israelitas iudicabat Samuel, ut patet infra, & quia ibi congregati fuerant, ut oraret pro eis dominum, visum est ei opportunum, ut diffiniret in causis eorum, tam in ciuilibus, quam in quibuscunque.

Quod

Quod fuit iudicium, quod dedit Samuel Israelitis in Masphat, & an cognouerit peccata eorum dando illis aquam consecratam. Quest. XXXIX.

ALIQUI exponunt istam literam aliter ab illo loco, & conuenerunt. s. quod Samuel uolebat cognoscere, qui de Israelitis habuerant idola ad hoc, ut puniret eos secundum legem, uoluit autem ad istud uti experimento, quo lex utebatur ad alias causas. s. in Zelotopia, nam tunc congregabantur maledictiones super aquam, & dabat in potum mulieri, quod si illa peccauisset computrescebat fœmur eius, & fluebant viscera: si autem manebat libera, & faciebat prolem, ita dicunt, quod uoluit Samuel hic dare omnibus Israelitis aquam illam, ut per eam cognosceretur quis coleret idola, & postea puniretur: sic enim fecit Moyses Exo. c. 32. projiciens puluerem vituli combusti in torrentem, & bibentibus inde omnibus Israelitis, cognitum est, qui peccassent. Sed ista expositio non stat rationabiliter, quoniam Samuel hortabatur hic Israelitas, quod abiicerent idola, & magis erat hoc per modum beneuolentiæ, quam per modum rigoris, exerce re istam probationem pertinebat ad magnam rigorem, potissimum contra totum populum, ideo non faceret hoc Samuel. Item quia dicitur hic, quod congregauit Samuel populum ad orandum pro illo, & sic non ad faciendum istam experientiam. Item quia dicitur effuderunt aquam istam coram domino: si isti debuissent fieri istud experimentum daretur in potum, & non effunderetur: etiam quod dicitur, quod ieiunauerunt in die illa, & dixerunt tibi peccauimus domine: si autem fieret ista experientia, & sic fuissent cogniti peccantes puniri fuissent, & alii manentes non ieiunarent, nec dicerent tibi peccauimus, quia Deus monstrauerat eos immunes a crimine: reneatur ergo expositio præcedens. *Et audierunt Philistinum.* Hic ponitur secidum huius secundæ partis, in quo describitur Philistinorum debellatio, & dicitur.

Et audierunt Philistinum, quod congregati essent filij Israel in Masphat. Non est intelligendum, quod audierint hoc Philistini, postquam congregati fuerunt Israelitæ in Masphat, nam solum steterunt ibi vna die, & hac quidem non plena, quoniam cum ipsi starent ibi irruerunt super eos Philistini, & factum est bellum, quod habetur infra. Non poterant tamen Philistini in eadè die audire, & congregari, & venire, & quod postea fieret bellum, sed est sensus, quod audierunt Philistini, quod congregabantur Israelitæ in Masphat, nam Samuel prædixerat per aliquot dies ante hoc, quod congregarent de omni terra Israelitarum in Masphat, & dum hoc mandatum fuisset datum, audierunt Philistini, qui etiam congregati sunt parantes se ad bellum contra hebræos, ita ut in eadem die, qua erant Israelitæ congregati in Masphat irruerent super eos Philistini, quasi ex insidiis. Sciendum autem, quod istud ideo est factum, quia postquam Philistinum subicerent Israelitas maxima subiectione cum capta est arca propter peccata filiorum Heli, decreuerunt, ne Israelitæ haberent aliquas congregaciones, & hoc ut non haberent opportunitatem ad inuadendum consilium, ut rebellarent illis, ideo nunc scientes, quod congregarentur irruerunt super eos ad delendum ipsos, vel subiiciendum maiori seruituti, Deus autem liberauit eos. Hoc autem quamquam non habeatur ex litera: tamen satis uerisimile est, quod istud erat consilium sanum pro Philistinis, ut dominium eorum in terra hebræorum maneret: alia autem similia fecerunt, nam stauerunt, ne esset aliquis fabricarius in toto Israel, & hoc ut non possent fabricare sibi arma Iudei, ut patet infra c. 13. intantum autem hoc factum est, quod in die, in qua pugnare debuit Saul contra Philistinum non inuentus est gladius, aut lan-

Alph. Toft. In Primum Regum.

Acea, vel aliquod genus armorum in toto Israel, nisi arma Saul, & filij eius Ionathæ, ut patet eod. c.

Et ascenderunt Satrape Philistinorum ad Israel. Isti erant principes, vel reges in terra Philistinum, & erant quinque secundum numerum quinque prouinciarum terræ illius Iosue. c. 13. & præceden. c. Isti omnes conuenerunt cum magna multitudine armorum contra Israel. i. contra omnes Israelitas, qui erant congregati in Masphat. *Quod cum audissent filij Israel.* s. illi qui erant in terram Israel, alij Israelitæ, qui manebant in locis ascenderunt velociter ad nunciandum hoc omnibus Israelitis, qui erant congregati in Masphat, ne præuenirentur incauti a Philistinis.

Timeuerunt a facie Philistinorum. Timebant Israelitæ nimis Philistinos, quia sciebant venire illos cum magna multitudine parata ad bellum, ipsi autem non erant parati, quia non uenerant ad pugandum, sed ad orandum, ideo magis tunc timeuerunt, quam aliam time re solebant, etiam quia intelligebant, quod Philistini uellent eos penitus delere eo, quod putarent, quod conuenerant ad consilium contra eorum prohibitionem ad rebellandum eis. *Dixeruntque ad Samuelem ne cesses pro nobis clamare ad dominum Deum nostrum.* Hoc fecerunt, quia spes eis nulla erat, nisi in opere Dei: nam cum essent inermes, & Philistini armati, nulla habito pugne poterat esse inter utroque, & dixerunt, ne cesses, quasi dicat si cessaueris orare destruent nos Philistini: hoc erat ad exemplum Moyse, quando pugnauerunt Israelitæ in deserto contra Amalechitas, quia tunc fuit dux belli Iosue, & Moyses orabat ad dominum, dum pugnabant Israelitæ erectis manibus in cœlum, & dum relaxaret eas vincebant Amalechitæ Israelitas, cum autem haberet erectas vincebantur Amalechitæ, quia tunc uidebatur instanter orare, & cum deprimebat manus vincebantur Israelitæ eo, quod tunc uidebatur cessare ab intercessione pro eis, ut patet Exo. c. 17. sic autem uolebant isti, quod nequaquam cessaret Samuel orare pro eis. *Ut saluet nos de manu Philistinorum.* Idest ut non delectant nos hic Philistini cum simus inermes.

Tulit autem Samuel agnum lactentem unum. Samuel. n. uidens, quod non erat eis auxilium, nisi in Deo, acceptauit eorum petitionem, scilicet, ut oraret pro eis, & quia Deus placatur sacrificiis, cum hostia iustorum placabiles sint, noluit Samuel offerre sacrificium pro Israel, obtulit autem holocaustum, quia nullum est inter sacrificia, quod magis conueniat ad Dei laudem: alia autem sunt ex aliis causis specialiter, accepit autem agnum lactentem. i. qui adhuc erat in lacte. s. erat tener, quia Deus acceptat ea, quæ tenera sunt: nam sicut nos pro cibis nostris eligimus ea, quæ sunt sapidiora, & teneriora, ita Deus uult, quod in sacrificiis suis ponerentur ea, quæ erant meliora, ideo si quis offerret animal macilentum, vel morbidum, aut habens maculam Deus non acceptabat, sic patet Mala. c. 1. ubi conqueritur, quod offerbantur ei animalia, quæ si offerrentur principibus terrenis non acceptarent ea, vel fortè diceretur, quod obtulit animal valde tenerum, & paruam ad hoc, quod citò cremaretur, quia hostes instabant, sed prima ratio melior est, quia Samuel non ponebat aliquam spem in opere humano, sed solum in Deo: potissimum cum Israelitæ, tunc inermes essent, & per hoc ad bellum ineptum. *Et obtulit illum in holocaustum.* i. fecit sacrificium, quod uocatur holocaustum de illo agno, erant enim tria sacrificia, quæ poterant fieri de hoc agno. s. holocaustum, hostia pacifica, & hostia pro peccato: fecit tamen holocaustum, quia istud erat magis conueniens ex ratione supradicta.

Quare sacrificia Deo placeant.

L 3 Samuel

Samuel quare sacrificauit, cum non esset sacerdos. Quæst. XX X.

QVAERET aliquis quomodo Samuel obtulit sacrificium, cum immolare esset officium sacerdotum, ipse autem erat simplex Leuita: potissimum, cum Deus dixisset, quod quicumque externus accederet, more retur, scilicet quicumque non de femine Aaron immisceret se in officio sacerdotali. Num. c. 3. & 18. populus quoque debuit eum occidere, tanquam manifestum legis perurricatorem. Respondendum est, quod Samuel, quamquam esset simplex Leuita, potuit hoc facere: non quidem, quia Leuita erat, quia nulli Leuitarum hoc licebat, sed quia ipse erat propheta domini, & Deus mouebat eum ad faciendum hæc, quæcunque autem homines agunt Deo impellente bona sunt, & quamquam illa videantur esse contra legem non sunt, quia qui homini sunt non sunt subditi legi, iuxta illud. Qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege. Quod autem Deus moueret eum ad faciendum hoc, apparet quia interdum hoc expressè mandabat, ut patet infra 16. c. ubi inquit, quod iret ad immolandum in Bethlehem, populus quoque intelligebat, quod ista ageret Samuel motus a Deo, quia licebat eum esse prophetam, ideo quamquam esset contra legem non putabat eum dignum redargutione, sed obediebat in singulis, quæ ille facere uellet. Aliquis autem forte uellet aliter respondere, scilicet quod Samuel erat sacerdos, & licebat ei facere sacrificium, sed hoc falsum est: cum supra c. 1. declaratum est, quod erat Leuita simplex, erat quippe de Caathitis, ut patet 1. Paral. c. 6. Integrum domino. i. obtulit illum agnum integrum in holocaustum, non est sensus, quod esset integer, i. quod cremaretur cum pelle carnis, & simo nullo dempto, quia hoc solum competebat quibusdam speciebus sacrificiorum, pro peccato. scilicet offerrebantur pro peccato populi, vel summorum sacerdotum, ut patet Leu. c. 4. in holocaustis autem nihil quæ hoc fiebat, nam primo iugularo a tali tollebat pellem, & deinde lotis in testinis, & pedibus, diuidebantur omnes carnes in frusta, & ponebantur super altare, ut patet Leu. c. 1. sed dicitur obtulit integrum, i. obtulit omnes partes carnis nihil inde demendo, & hoc dicitur ad differentiam aliorum sacrificiorum, quia in sacrificio pacifico nihil proveniebat domino, nisi adipis: cetera autem pertinebant ad sacerdotes, & ad offerentes, ut patet Leu. c. 3. & 7. ubi autem non offerretur agnus integer. Dicitur hoc pro sacrificio pro peccato, quia in eo solus adeps domino offerrebat. Cetera autem pertinebant ad sacerdotes solos. Leu. c. 4. & 6. ideo non offerrebat ibi carnes integras: hic autem sic, & ideo dicitur, quod obtulit integrum, i. omnes carnes simul, quia quodlibet animal immolatum in holocaustum debebat diuidi in frusta, & istæ partes ponebantur postea super altare, ut patet Leu. c. 1. sed quia nulla istarum pertinet ad imedebatur de sacrificio, dicebatur integer offerri. Et clamauit Samuel ad dominum pro Israel. scilicet cum offerret sacrificium orauit pro Israel, ut liberarentur de manu Philistinorum, & iste erat clamor suus. Erat autem hoc generale, quod quando quicumque sacerdotes offerrent sacrificia, semper oraret pro illis, qui dabant animalia illa ad offerendum, ut patet ex dicitur Leuitici, & maxime 9. capit. & quia totus Israel faciebat nunc offerri sacrificium, orauit pro toto Israel.

Et exaudiuit eum dominus. Orabat namque Samuel, ut liberarentur Israelitæ de manu Philistinorum, & Deus hoc concessit faciens miraculum, sicut infra patet.

Factum est ergo, cum Samuel offerret holocaustum, i. non odium summato sacrificio, quod offerrebat Samuel Philistinorum incepterunt pugnare: intelligit autem hoc de combustione sacrificii, quia iam Samuel immolauerat agnum, &

carnes conscissas posuerat super altare, tunc non odium erant cremata: holocaustum autem durabat quousque, omnes carnes cremarentur. Philistinorum inire praelium contra Israel, i. incepterunt Philistinorum pugnare, quia cum ipsi accessissent ad locum, in quo conuenerant Israelitæ, mox inierunt bellum timentes, quod alias fugerent, cum essent inermes. Intromiit autem dominus fragore magno. Hic ponit diuinum miraculum, scilicet quod misit Deus magna tonitrua super Philistinorum, & terruit illos, aliqui etiam uolunt, quod uenerint fulmina, & multi mortui fuerunt: simile autem fuit tpe Iosue cum persequeret Iosue quinq; reges Amorrhæos fugientes in descensu Bethoron, misit Deus lapides grandinis, & perierunt plurimi. Iosue c. 10. de isto tonitruo dicit Iosue. 6. Antiquitatum, quod non solum fuit tonitruum, sed etiam terræ motus, & coruscationes magnæ inquit Palestinus Deus primitus terram mouit, eamque tremere fecit, & eis dubia demonstrauit, ita ut eis basis subtrahi uideretur, & scissa in diuersis apertionibus solueretur, deinde tonitrus increpantibus, & igneis coruscationibus longe micantibus, uelut incendens eorum uultus nimis eos affecit, & ex eorum manibus arma diripiens nudos in fugam conuertit. Hoc autem factis est uerisimile, quia alioquin durum esset Israelitis pugnare contra eos, cum non haberent ipsi arma, & Philistinorum essent armati. Et exterruit eos. Scilicet fragor magnus tonitruum terruit eos, sed adhuc magis terruit motus terræ, quia uidebatur subtrahi pedibus eorum, & coruscationes, quæ uidebantur incendere uultus ipsorum. Et cæsi sunt a filiis Israel. Id est percusserunt eos Israelitæ.

Miraculi Dei contra Philistinorum.

Quomodo Israelitæ terruerunt Philistinorum cum essent sine armis. Quæst. XXX I.

ALIQUIS dicit, cum Israelitæ non haberent arma, quia non uenerant ad bellum, quomodo poterant cedere Philistinorum? Respondebitur, quod aliqua arma portabant, quamquam non essent ita muniti, sicut si irent ad bellum, uel saltim lapidibus eos occidere poterant cum Philistinorum exterriti nihil resisterent, sed magis uir, sicut dicit Iosue, quod diripuit dominus omnia arma de manibus Philistinorum, illa autem acciperent Israelitæ, & pugnarent contra Philistinorum. Egredite filii Israel de Masphat persecuti sunt Philistinorum. Ista est sententia duplicata, erant autem Israelitæ in Masphat, quia Masphat erat ciuitas, & cum uiderent, quod dominus exterruisset Philistinorum, & hoc in fauorem suum factum esse crederent, exiuerunt persequentes illos uersus terram Philistinorum. Et percusserunt eos usque ad locum, qui erat subter Bethchar. Ista uero litigatio itineris, nam persecuti sunt Israelitæ Philistinorum usque in terram suam. Erat autem Bethchar quidam locus terræ Israel, & circa illum accesserunt Israelitæ persequentes Philistinorum, ideo posuerunt lapidem circa ipsum locum, notauit autem hic scriptura Bethchar eo quod locus, in quo fuit positus lapis non erat aliquis locus cognitus, cum non esset ciuitas, nec uilla, ideo positum fuit nomen illius loci, qui erat apud lapidem: est autem ille lapis circa terram Philistinorum quoniam usque ad illam persecuti sunt Israelitæ Philistinorum. Tulit autem Samuel lapidem unum. Iste lapis erat magnus ad hoc, quod non facilius moueretur, & maneret in memoriam æternam in locum illum, usque ad quem Israelitæ accesserant persequentes Philistinorum, & cum dicitur, quod tulit illum Samuel, non est intelligendum, quod ipse mouerit, sed fecit, quod Israelitæ mouerent, dicitur tamen aliquis ea facere, quæ fieri iubet: sic enim in multis alijs habetur. Et posuit eum inter Masphat, & inter Sen. Ista sunt duo loca, inter quæ fuit persecutio & plaga Philistinorum: Masphat enim est

est locus, de quo egressi sunt: Sen autem est locus, usque ad quem accesserunt, & inter ista duo loca, scilicet apud Sen erat Lapis ille. Et uocauit nomen loci illius Lapis adiutorij. Id est fecit, quod uocaretur ille Lapis adiutorij: causa subditur immediata: multa autem memorialia reliquerunt Israelitæ in positione Lapidum, sicut fuit apud Iordanem, & in Iordane, nam 12. lapides abstulerunt Israelitæ de ripa Iordanis, & posuerunt intra flumen erectos, ut posset cognosci, quod per ipsum locum transierat Israelitæ: totidem quoque Lapidem duxerunt de Iordane, & posuerunt eos in Galgala, ubi primo castrametati sunt in introitu terræ Chanaan, de hoc Iosue cap. 4. & 5. sic etiam fecerunt altare apud montem Hebal, & Garizim de Lapidibus magnis calce superlatis, & scriperunt ibi totum Deuteronom. ut patet Deuteronom. 27. cap. & Iosue 8. Dixitque hucusque auxiliatus est nobis dominus. Ex hoc appellatum est nomen Lapidis illius Lapis adiutorij, & dixit hucusque, quia non persecuti fuerunt Israelitæ Philistinorum ulterius, cum ibi esset iam terra Philistinorum, quam non ausi fuerunt introire: de isto Lapide adiutorij habetur. 5. c. 4. ubi dicitur, quod ibi castrametati sunt Israelitæ quæ pugnauerunt contra Philistinorum, & capta est arca: tunc tamen non erat ibi Lapis ille, nec sic uocabatur locus, sed est dictum per anticipationem, post autem per 20. annos fuit persecutum istud nomen, isti enim 20. anni, de quibus supra dicitur incepterunt ab illo tempore. (a septem mensibus post, quando arca posita est in Cariathiarim.

Et humiliati sunt Philistinorum. i. deiecti, uel diminuti ab honore suo, & potestate magna, quam exercebant super hebræos: non tamen fuerunt penitus deiecti a potestate illa, quoniam postea tempore Saulis adhuc habebant dominium super Israel, & imponebant eis leges: nam faciebant, quod non esset faber ferrarius in Israel. 1. cap. 13. etiam semper exigebant tributa ab Israelitis usque ad tempora David, qui abstulit hæc, ut patet infra 2. lib. c. 8. sed fuerunt humiliati quantum ad aliqd, quia ante hoc nimis dominabantur. Nec apposuerunt ultra, ut uenirent in terminos Israel. i. post hoc iam non ueniebant ad terram Israelitarum ad pugnam contra eos, sicut ante faciebant.

Quomodo Philistinorum post istud bellum non uenerunt amplius ad terram Israelitarum. Quæst. XXXII.

NON est autem intelligendum, quod nunquam postea uenerint, sed quod steterunt aliquanto tempore, quo non uenerunt: nam postea non multo tempore uenerunt iterum. scilicet in principio regni Saulis, & ingressi sunt terram Israel, atque destruebant eam distincti in tres cuneos, postea et tempore Saulis erant semper bella contra Philistinorum, nam 7. 14. c. dicitur, quod erat bellum potens aduersus Philistinorum omnibus diebus Saulis: postea etiam in bello, in quo mortuus est Saul introierunt Philistinorum in terram Israel, ut patet infra 29. c. & 31. Simile autem habetur 7. 4. lib. ca. 6. f. Et ultra non uenerunt latrones Syriæ in terram Israel, & tamen immediate in eo. c. dicitur, quomodo uenerunt Syri cum rege Benadab in Israel, & obsidebant Samariam. Ob hoc autem sunt multoties aliqua obscura in prophetis pro tales terminos, & tamen debent exponi, ut nunc dixi. Sic. n. Iudei arguunt, quod Christus non fuerit Messias, quia Isa. c. 2. dicit de Messia non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium, & tamen post Christi aduentum fuerunt multa bella. Dicendum quod aduerbium (ultra) non stat pro omni tempore, sed pro aliquo tempore conuincto naturæ Christi, in quo non fuerunt bella, quod satis apparet, quia ante natiuitatem Christi aliquanto tempore totus orbis placatus est, ita ut omnes obedirent Octauiano Imperatori. Alph. Toft. In Primum Regum.

tori, quod nunquam ante hoc fuerat. scilicet quod totus orbis obediret Romanis, & tunc iussit ad sciendum numerum subiectorum suorum, quod omnes irent in ciuitates natales, & ibi profiterentur se subiectos Romanis, atque soluerent singuli aliquid in professionem, tunc contigit, quod Ioseph & Maria mater domini, qui morabantur in Nazareth uenirent in Bethlehem ad professionem, quæ erat oriundus Ioseph de Bethlehem, & ibi contigit Saluatorem nasci, cum ipse conceptus fuisset in Nazareth, de hoc Luc. c. 2. Facta est itaque. Hic ponitur tertium. scilicet populi pax, & bona ordinatio, & hoc sub regimine Samuelis, nam ipse erat uir Dei non inclinatus ad auaritiam singula recte disponens, ita ut nullus de eo conuictus potuisset, sicut ipse declarauit coram omnibus Israelitis, infra 12. c. Rursus autem erat uir ualde diligens circa singula, nam quolibet anno circuibat totam Israel iudicans in tribus locis, scilicet in Bethel, Galgala, & Masphat. 7. in litera. Facta est itaque manus domini super Philistinorum. i. Deus posuit terrorem suum super Philistinorum: fieri. n. manum domini super aliquem est, quod Deus operetur aliquid speciale super illum, & quia Deus interdum operatur super nos aliquid, quod est bonum nobis, & pertinens ad excellentiam nostram, interdum uero aliquid, quod malum est, utroque modo fit manus domini super nos, de bono patet. 7. 4. li. c. 3. scilicet cum que caneret plaltes facta est super eum manus domini. i. uirtus super illum spiritus propheticus: sic. n. dicitur de alijs prophetis, quod fuit super eos manus domini. Quod autem accipiatur in malum apparet hic, quia manus domini erat super Philistinorum deprimens eos, uel non permittens exire in bellum contra Israelitas, sicut faciebant prioribus temporibus. Cunctis diebus Samuelis. i. istud accidit toto tempore Samuelis. scilicet propter merita eius. Cum autem Israelitæ regebantur per alios non erat sic magna prosperitas eorum, sicut tempore Samuelis, & intelligitur cunctis diebus. i. multis: non tamen tota uita Samuelis, quia non multum post hoc fuerunt bella Philistinorum contra Israelitas, ut infra 13. & 14. c. & aliud bellum tempore Goliath Gethi. 7. cap. 17. & tamen tunc uidebat Samuel, nam multo post hoc mortuus est de cuius morte patet 7. 2. ca. Vel potest dici, quod cunctis diebus Samuelis fuit hoc. i. cunctis diebus, quibus ipse mansit in principatu, postquam uero suscepit principatum Saul, facta sunt bella multa, & iste est ueniens sensus. Nam post hoc usque quo Saul factus est rex, non fuit aliquod bellum inter Israelitas, & Philistinorum, & isti dicebantur dies Samuelis, nam postquam fuit factus rex Saul, iam non fuerunt dies Samuelis, sed Saulis, quia computabantur tempora per annos Saulis, & non per annos Samuelis, quamquam scriptura totius temporis Samuelis, & Saulis dedit Sauli, ut patet Act. ca. 13. ubi dicitur, quod regnauit Saul 40. annis, maior tamen pars illorum fuit Samuelis. Et reddita sunt urbes, quas tulerant Philistinorum ab Israel. scilicet quod Philistinorum tulerant preterito tempore de manu Israelitarum multa loca, quæ ad eos pertinebant, & ista erant conuincta terræ Philistinorum: fuerat autem istud per bella magna, quæ antiquo habuerant Philistinorum cum Israelitis, & per magnam potestatem, quam super eos exercebant: nunc autem Philistinorum timore Israelitarum reddiderunt eis loca, quæ a principio tenuerant. Vel forte fuit hoc factum sub conditione pacis, quia uolebant Israelitæ nunc cum superiores essent, pugnare contra Philistinorum, ut redderent eis loca, quæ antiquitus possederant. Ab Acharon, usque Geth, & terminos suos. Ista litera potest intelligi dupliciter, quod ista prepositio (ab) potest dicere exclusionem, uel inclusionem: si dicat exclusionem est sensus, quod erant aliquæ urbes cum terminis suis inter Acharon, & Geth, & permittuerunt olim ad Israelitas: nunc autem reductæ sunt: uel potest accipi inclusiue. scilicet quod cum illis uerbis essent

Acharon, & Geth, quę erant vrbes magnę, & capita prouinciarum duarum Philistinorum, & tuc est sensus. qđ antiquitus Israelitę ceperat Acharon, & Geth: postea autem Philistini receperunt hęc loca superates bello Israelitas. Nunc autem rursus pertinere inceperunt ad Israel, & sic tenet aliqui, vt declarauimus Iosue 15. c. forte ramen rationabilis est, qđ accipiatur ista litera exclusiue, & quod ciuitas Acharon, & Geth semper pertinuerunt ad Philistinos, & nunquam ad Israel: nam etiam post hoc reperiuntur istę vrbes pertinere ad Philistinos, vt apparet interdum in lib. Machabeorum, solum igitur reddita fuerunt Israelitis vrbes, quę erant inter Geth, & Acharon, & dicitur hic, & terminos suos, id est vsque ad terminos Acharon, & Geth. *Liberauitque Israel de manu Philistinorum.* i. fecit qđ toto tempore ducatus sui non premerent Philistini Israelitas bello, sicut premebant prioribus temporibus. *Eratque pax inter Israel & Amorrhęum.* i. tempore Samuelis erat pax inter Israelitas, & Philistinos, quoniam vocantur hic Amorrhęi: accipiuntur autem Amorrhęi dupliciter. Vno modo pro quodam populo specialiter septem populos Chananeorum: alio modo pro omnibus Chananeis. Primo modo est sensus, qđ Philistini erant Chananeę, & pertinebant ad illum populum, qui vocatur Amorrhęus. Aliter potest accipi, qđ erant isti Amorrhęi. Chananeę de vno de septem populis Chananeorum, siue Hethęi, siue Iebusei, & sic de aliis populis. Dicitur autem, qđ erat pax inter eos, & Israelitas, quia ante hoc cum Philistini essent superiores viribus pugnabant contra Israelitas, quancumque volebant, & nolebant facere pacem cum eis, tanquam nimis essent impares. Nunc autem, quia Deus fecerat Israelitas superiores, timuerunt nimis Philistini, & iam ipsi pro pace supplicabant, quę patet, quia sub conuentione pacis reddiderunt Philistini omnes ciuitates, quas ceperant de terra Israel, vt patet supra.

An Philistini reddiderint tributa Iudęis post victoriam habitam contra illos tempore Samuelis. Quęst. XXXIII.

NICOLAUS dicit, qđ Philistini habuerunt pacem cum Israelitis, & reddebant eis tributa. Et hoc falsum est, nam magis e contrario semper Israelitę soluebant aliqua tributa Philistinis, nam nunquam ablata sunt de terra Israel vsque ad tempus Dauid, ipse enim penitus exterruit Philistinos, & deleuit, atque tulit frenum tributum de manu eorum, vt patet 2. lib. c. 8. Non igitur poterant Israelitę imponere tributa Philistinis: motuum autem Nicolai esse potuit, quia Philistini, cum nunc superati fuerunt a Samuele, coacti sunt reddere ciuitates Iudeorum, quas tenebant: ita ergo putat verisimile, quod coacti fuerunt ad reddendum tributum. Sed non est sufficiens argumentum: nam manifestum est, quod post istud bellum non fuit aliquod inter Israelitas, & Philistinos, vsque ad principium regni Saulis, de quo infra c. 13. & 14. qđ fuit modico tempore post hoc, & tamen illo tempore adhuc erant quedam feruitutes super Israelitas: ergo non penitus fuerant abolitę per Samuelem. Patet hoc, quia ordinauerunt Philistini, ne esset aliquis faber ferrarius inter Israelitas, & sic obseruabatur, vt patet infra c. 13. alioquin autem non obseruauissent hoc Israelitę, ita vt deberent pro qualibet factione instrumentorum agriculturę descendere in terram Philistinum, nisi ad hoc coacti essent per Philistinos, ergo quamquam esset pax, & reddite fuissent vrbes, non erat penitus ablata seruitus Israelitarum quantum ad Philistinos. *Iudicabat quoque Samuel Israel.*

Fesse iudicem dicit hic iurisdictionem, & dñm quoddam. Nam nullus alius erat dñs in toto Israel eo tpe, quo Samuel erat iudex, & ipse congregabat populum, qđ volebat, iubens ire ad bellum, vel facere quodcuq; voluisset. Habebat et iurisdictionem quantum ad omnes causas, tam ciuiles, quam criminales: ipse. n. iudicabat in toto Israel. Non est autem intelligendum, qđ ipse solus iudicaret, quoniam non sufficeret ipse ad omnes causas, cum Moyses a principio Israelitici populi hoc attentaerit, sed non preualuit, vnde immediate secundum consilium Ietro regulauit politiam distribuens per multos iudices, ita quoque tempore isto multi iudices erant in singulis vrribus, sed principalis eorum in tota terra Israel erat Samuel: sic. n. de omnibus aliis iudicibus Israel, qui nominantur in libro Iudicum intelligendum est, scilicet, quod ipsi essent iudices principales, sed preter eos in qualibet vrbe erant viri septem iudices, & vnicique dabantur duo Leuitę, tanquam ministri ad cognitionem legis. De hoc Ioseph 4. lib. 4. Antiquitatum dicit, scilicet principes autem sint in vnaquaque ciuitate viri septem, qui & virtute, & iustitię studio sint experti, vnicique vero principum duo viri ministri prebeantur ex tribu Leuitarum: his tamen non obstantibus iudicabat Samuel, quoniam per appellationem ad eum deuoluebantur cause, etiã quia ipso volente iudicare cessabat officium aliorum minorum iudicum, vt autem diligentius res fieret ipse per seipsum iudicabat.

Cunctis diebus vite sue. i. omnibus diebus, quibus vixit in principatu, nam postquam Saul factus est rex transiit ad ipsum potestas, & ideo Samuel non iudicabat. Etiam intelligitur hoc de tempore illo, quo fuit Samuel potens ad discurrendum per totam terram Israel: nam postquam factus est senex postulauit filios suos iudices in Bersabee, & ipse iam non iudicabat, vt patet seq. c. & hoc fuit antequam fieret Saul rex: immo ista fuit causa quare Israelitę petierunt regem. s. quia habebant iudices iniquos, vt patet seq. c. ideo dicitur cunctis diebus. i. cunctis diebus, quibus fuit in principatu, & potens fuit ad iudicandum: isti. n. sunt dies vite eius.

Et ibat per singulos annos circueus. i. quolibet anno circuebat Israel ad iudicandum: in quo apparet magna diligentia illius circa regimen populi, & cultum Dei, faciebat. n. hoc, ne daretur locus minoribus iudicibus preuaricandi in iudicio, si nullus iudex superior frequenter se intromitteret de causis populi. Etiam faciebat hoc pro cultum Dei, vt videret an in aliqua vrbe esset idolatra. In hoc autem aliquale exordium habuit in ecclesia, qđ prelati semel in anno visitarent prouinciam suam, vt sic scirent de qualitate subditorum, & eorum, quę sunt. *Bethel, & Galgala.* i. circuebat Israel in ista tria loca: erant. n. ista tria, in quibus ipse principaliter sedebat ad iudicandum, est autem Bethel ciuitas quedam in sorte Benjamin, vt patet Iosue c. 18. de hac vrbe fuit vnus de regibus, quos occidit Iosue, vt patet Iosue cap. 12. Galgala autem a principio non erat ciuitas, nec aliquis locus, sed postea factus est ibi aliquis locus habitationis: erat enim Galgala nomen castrametationis in qua Israelitę primo sederunt post transitum Iordanis, vocatus fuit autem locus ille a Iudęis Galgala, quia ibi omnes circuncisi sunt, distat autem ab vrbe Iericho stadiis 10. vt ait Iosephus 5. Antiquitatum, ibi autem posuerunt Israelitę lapides 12. quos tulerant de Iordane, vt manerent in memoriam ipsorum. De hoc Iosue cap. quarto, & quinto. Masphat autem erat alia ciuitas in terra Galaad, vt patet Iudicum cap. 11.

Creditur autem pertinuisse ad tribum Gad. *Et iudicabat Israel in supradictis locis.* Scilicet in istis tribus, quia licet totum Israel circueiret, tñ non poterat sedere in

in quolibet loco ad iudicandum, quoniam sic per multos annos non potuisset circueire totam Israel, sed in istis tribus locis sedebat ad iudicandum, & omnes, qui in circuitu aliquas causas habebant veniebant ad illa loca, & ne venirent Israelitę de vltimis finibus Israel ad Samuelem, si ipse semper esset in vno loco determinato: releuabat eos a magnitudine expensarum, quas facerent si venirent ad ipsum, cum ipse discurreret per tria loca Israel, quę inter se erant satis distantia, vt cum esset in vno illi, qui erant de vna prouincia venirent ad eum: cum autem in alio veniret illi, qui erant de alia prouincia, & sic de tertio loco, & postea de vrbe Ramatha, in qua habitabat Samuel, & ita quelibet terra Israel haberet sibi propinquum iudicem secundum tempora, quibus iudicabat in locis illis. *Reuertebaturque in Ramatha.* Scilicet quolibet anno circuebat Israel, & iudicabat in tribus locis predictis, quod cum fecisset redibat in vrbem suam Ramatha, vt aliquanto tempore refocillaretur a labore itineris, non tamen refocillabatur a labore iudicandi, quoniam etiã in eodem loco iudicabat: ista autem vrbs, quę vocatur hic Ramatha vocata fuit postea Arimathia: de ea nãque dicitur fuisse ille Ioseph nobilis decurio, qui sepulchrum dedit corpori Redemptoris nostri in tumulo suo nouo, vt patet Marci. c. 15. *Ibi enim erat domus eius.* Id est morabatur Samuel in Ramatha: hoc autem fuit, quia ibi erat hereditas patrum suorum. Nam ibi habitabat pater suus Elcana, vt patet supra c. 1. & 2. cũ dicitur: Reuertitque sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha. *Et ibi iudicabat Israel.* Sicut in tribus locis supradictis iudicabat populum, ita & nunc in vrbe sua iudicabat, vt nullum ei tempus a laboribus vacaret. *Aedificauit etiam ibi altare domino.* Id est in vrbe sua Ramatha edificauit altare, vt coleret dominum in illo faciendo sacrificia: nam altare ad nihil aliud erat. Nemo autem existimat ex hoc, quod sanctuariũ fuerit aliquando in vrbe Ramatha, sed magia e contrario colligitur ibi non fuisse, ex eo quod habetur hic. Nam altare fiebat ad immolandum domino, si autem fuisset sanctuarium in vrbe Ramatha fuisset ibi altare, & non oportuisset, quod aliquis altare ibi construeret, sed quia ibi non erat sanctuarium, construxit Samuel altare, vt non vacaret a Dei cultu aliquo tempore.

An licitum fuerit construi altare in Ramatha, & an factum est ex dispensatione. Quęst. XXXIII.

QVAERET aliquis circa hoc, an licite poterit construi altare in vrbe Ramatha. Et videtur, quod non, quia siue ibi esset sanctuarium, siue non, minime licebat: si enim non esset ibi sanctuarium, non licebat offerri victimas aut fieri altare, quoniam iustum erat, ne quis offerret victimas suas in quocunque loco vellet, sed in alio loco, quem dominus elegisset Deuter. 12. c. & iste erat locus sanctuarij, ergo extra illum non licebat offerri victimas, vel fieri altare: si autem esset sanctuarium in ipso loco non poterat fieri altare, quia erat aliud altare in sanctuario ad ostium tabernaculi, in quo iubebat dominus offerri, & si quis immolaret victimam, & non adduceret eam ad locum sanctuarij ad hoc, quod offerretur ad ostium tabernaculi, & immolaretur apud altare, reus erat sanguinis Leui. c. 17. Respondendum est, quod contra legem communẽ erat fieri altare in aliquo loco extra locum sanctuarij, vel alibi immolari victimas: potuit tamen facere illud licite Samuel, quoniam viris Prophetis, qui a Deo mouebantur ad agendum ea, quę agebant, multa licuerunt, quę alijs hominibus non licebant: equaliter enim erat contra legem, quod aliquis non sacerdos immolaret, vel qđ extra locum debitu fieret

Aret sacrificia, Samueli tñ licuit sepe facere sacrificia, quoniam Deus illi iussit, vt. s. declaratum est: ergo et liceret ei facere illa vbi vellet: constituerat. n. Deus vnũ locum sacrificiorum. s. in sanctuario, vt tolleretur occasio opinandi esse plures Deos, & illa duo inconuenientia, quę supra assignata sunt. In Samuele autem manifestum erat, qđ nihil ageret ad idolatriã pertinens etiam, qđ omnia, quę ageret ex Dei voluntate ageret, ideo nemo eum reputabat culpabilem constituendo altaria, vbi vellet. sic enim alij Prophetę fecerunt. Nã Elias construxit altare in monte Carmelo ad conuincendum Propheras Baal, & totum populum Israel, qđ Deus ipsum erat verus Deus, & non Baalim, vt patet infra 3. li. 18. c. Similiter quoque Dauid Propheta erat, & admonitus ab Angelo construxit altare in Areuna Iebusei, vt patet infra 2. li. c. vlt. sed nemo istorum reprehenditur, ideo nec Samuel poterit reprehendi, qui similiter erat Propheta.

Nicolai opinio de sacrificio Samuelis reijcitur. Quęst. XXXV.

NICOLAUS autem dicit, qđ istud licuit ex dispensatione: nam hoc modo poterat ibi, & alibi fabricari: dicit etiam, quod poterat hoc esse quantum ad legem communem, scilicet qđ omnibus Israelitis licuisset facere similia, & hoc, quia a tempore, quo capta est arca, vsque ad tempus, quo fuit iterum posita in sanctuario in templo Salomonis, arca non habuit stabilem situm, quia frequenter deportata est de loco ad locum, vt patet ex predictis ab eo in hoc. c. etiam portata fuit ad bellum infra c. 1. ideo sacrificia votiua, & alia spontanea, ad quę non tenebantur homines, sed ex deuotione fiebant, poterant fieri vbicunque secundum deuotionem offerentis: sic etiam dicit, qđ licuit in deserto fieri, quia tunc arca nõ habebat stabilem situm, sed mouebatur quotidie. Cum autem fuit arca in Silo cum sanctuario non fuit licitum, qđ immolaretur alibi nisi in sanctuario: postquam vero arca inde remota est, licuit iam fieri oblationem vbicunque. Sed ista non possunt stare, & primo cum distinguitur, qđ licebat quoddam tempore offerre vbicunque, & alio tempore nõ, falsum videtur. Nam ratio quare Deus fecit, quod esset vnicus locus sacrificiorum, fuit, ne existimarentur plures dij, si in pluribus locis sacrificia fierent. Alia cã erat ad hoc, qđ nõ daretur Israelitis opportunitas sacrificandi demonibus, qđ fieret si liceret eis vbicunque vellent facere sacrificia, quia nemo videret eorum ceremonias, & possent facere ceremonias idolatrarum: cum autem eẽt vnicus locus immolandi non poterat hoc fieri, quia omnes videbant, quas ceremonias quisque faceret in sacrificijs. Tertia cã erat, vt tolleretur suspitio, qđ dato, qđ aliquis offerret Deo vero in montibus, vel in secretis locis adhuc dubitaretur, an iste Deum, vel demones colebat. Istud autem tollebat cũ oēs immolabãt in loco vno, quia ibi cum quilibet immolans videret ab omnibus nõ poterat esse suspitio. Si autem cederet, qđ tpe, quo erat arca separata a sanctuario immolaretur Israelitę vbicunque vellent, oĩa ista tria quæterent ad frũ. Primo, quia cũ liceret cuicunque immolare vbi vellet, putarent esse plures dij cũ in multis locis fieret oblationes. Secũdo quia isto tpe possent Israelitę immolare demonibus, cũ pmitteret cuilibet vbi vellet immolare, & ibi poterat quilibet facere ceremonias, quas vellet, siue Deo siue demonibus. Tertiuẽ et staret, quia dato, qđ aliqđ immolaret Deo in locis segregatis recte se haberet, tñ adhuc erat de eis suspitio, an demonibus immolaret, non ergo magis debuit isto tpe, quam alio permitti Israelitis immolare vbi vellent.

Dicitur

Dictum Nicolai de sacrificijs votiuis refellitur. Quæst. XXXVI.

ITEM cum dicit, qd sacrificia votiuia, & illa, que erant spontanea poterant immolari vbicunq; vellent offerentes, & non alia sacrificia necessitata, non stat quoniam si liceret offerri aliqua extra sanctuarium, omnia offerri liceret. Ratio aut diuersitatis poterat forte sumi secundum Nicolaum, quia omnes sacerdotes conueniebant in locum sanctuarij ad ministrandum ibi, & non ministrabant exterius, ideo ea, que erant de necessitate, debebant adduci ad locum, in quo erant ministri, sed et hoc non stat, quia dato, qd aliquo tempore licuisset offerri sacrificia extra locum sanctuarij, tñ non licuisset ob hoc cuilibet illa immolare, sed soli sacerdoti, & ob hoc quicunq; deberet sacrificium, & vellet illud facere extra locum sanctuarij, oportebat, vt vocaret aliquem de sacerdotibus, qui illud faceret: quo dato etiam sacrificia, que erant necessitatis poterant fieri extra sanctuariu. Itē non stat ista distinctio, quia nō solum sacrificia necessitatis Deus offerri in sanctuario, sed et dixit, qd si quis vellet offerre hostiā pacificam, vel holocaustū, & non portaret ad ostium tabernaculi, vt ibi offerret esset reus sanguinis, vt patet Leui. c. 17. & de omnibus sacrificijs siue spontaneis, siue necessarijs dī potum Lenticum, qd quicunq; offerret illa deberet offerre ad ostium sanctuarij. Item ista distinctio. i. qd arca existente in sanctuario non licebat offerri extra sanctuarium, sed qñ illa erat exterius, licebat, non stat, qñ arca nihil faciebat ad sacrificia: nō. n. iustum est qd aliquā aliqua sacrificia fierent corā arca, vel qd qñ fierent aliq; ceremonie fierent coram arca, sed omnia fiebat in altari holocaustorum, sed istud semper erat in sanctuario, siue ibi esset arca, siue nō, ideo non est aliquaratio, quare magis liceret absente arca offerri extra sanctuarium, q̄ illa presente. Item dato, qd arca aliquid faceret ad sacrificia, & illa absente a sanctuario liceret offerri extra sanctuarium, hoc quidē esset quantum ad locum illum, in quo erat arca, sed qd in alijs locis vbicunq; vellent offerentes liceret offerre irrationabile valde est. Item cum dī, qd arca mutata fuit p̄ diuersa loca post q̄ separata fuit a sanctuario, p̄supponit ea, que dixit in prin. c. i. qd fuit arca in Cariathiarim, deinde in Masphat: postea in Galgala: deinde in Nobē, & postea in domo Obbedon, sed hæc improbata fuerunt. s. q. 10. vsque ad 18. Item dicit, qd arca fuit ducta in exercitū, qñ pugnavit Saul cō Philistinis, de quo. j. c. 14. Quidam rñdēt, qd falsum est, quia nō apparet ibi, qd arca ducta fuerit. Nicolaus tñ intelligit, qd fuerit ducta arca, eo, qd dī ibi, qd accesserunt ad dominū, & Saul consuluit ibi dñm, sed non stat, quia satis apparet, qd ducta fuerit in castra, quia dicitur ibidē, & ait Saul ad Achiam applica arcam domini, erat enim ibi arca dñi die illa cum filijs Israel. Sed dicendum, qd non sequit̄ ex hoc, qd arca erat instabilis, quia qñ erat in Silo, dicebatur stabilis, tñ tunc mota fuit, & portata in bellum. s. 4. & tñ fuit capta a Philistinis, id aut, qd fiebat corā dño putat Nicolaus fieri coram arca, sed falsum est, quia in multis alijs locis dī aliquid fieri corā arca, vt s. declaratum est.

Aliud dictum Nicolai, quod offerebantur sacrificia in deserto, vbicunq; vellent confutatur. Quæst. XXXVII.

ITEM dicit, quod sic fuit in deserto, scilicet quod licuit Israelitis offerre vbicunq; vellent, & offerrebant non curantes, an in sanctuario, vel extra, & istud Nicolaus inducit, quia dicitur Deutero. capi. 12. Non facietis ibi, que nos hic facimus hodie

singuli, quod sibi rectum videtur: nec enim vsque ad presens venistis ad requiem, & possessionem, quam Deus daturus est vobis, & quia ante hoc dicebatur ibi de sacrificijs, & etiam post hoc refert Nicolaus ad sacrificia dicens, quod in deserto offerebat quilibet vbi volebat, postea autem in terra promissionis non erat sic futurum. Sed istud non stat, quoniam in deserto Israelite non immolabant nō solum spontanea sacrificia, sed etiam nec sacrificia necessitatis, quia non poterant habere ea, que requirebantur ad sacrificium, & propter hoc non obligauerunt ceremonie in deserto. Cum autem dicitur, quod quilibet faciebat id quod sibi rectum videbatur, non intelligitur quantum ad locum immolationis, sed quantum ad observationem omnium ceremoniarum, scilicet quod in deserto non obligabantur Israelite ad obseruandum ceremonias: ideo quilibet faciebat id, quod sibi rectum videbatur. In terra autem promissionis non erat sic futurum, quia obligabantur Israelite ad obseruandum ceremonias. Item ratio Nicolai nō applicatur ad propositum in illo casu. Nam dicit, quod cum arca erat extra sanctuariu, & mouebatur de loco in locum, licebat Israelitis offerre vbi vellent. In deserto tamen non erat sic quoniam, quamquam moueretur arca semper erat in sanctuario: nam dum figebatur erat intra sanctuarium: cum autem moueretur castra, mouebatur cum sanctuario, & tunc nemo offerebat sacrificium, quia omnes proficiscebatur per desertū moris castris, sed cum erat castra fixa, & poterant Israelite offerre si vellent, erat arca intra sanctuarium, ergo tunc ibi debebant offerre, & non extra, nō ergo possunt stare ista, que dicta sunt. Sed dicendum in proposito, quod Samuel construxit altare, & potuit facere sacrificia extra sanctuariu, quia erat vir Propheta, & Deus mouebat eum ad faciendum omnia hæc. Cum autem arguebatur, quod siue esset sanctuarium in Ramatha, siue nō, nequaquam licebat ibi fieri altare: dicendum, quod ibi nō erat sanctuarium, & ob hoc Samuel construxit ibi altare, vt haberet locum, in quo immolaret. Et cum dicitur, quod non licebat, verum est de lege communi, sed iste erat vir Propheta, & institutu Dei faciebat, ideo licebat sibi quecunq; huiusmodi faceret, sic enim licuit, quod ipse faceret sacrificium, licet non esset sacerdos.

C A P. VIII.

ACTVM est autē cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices in Israel. Fuitque nomen filij eius primogeniti Ioel, & nomen secundū Abia iudicum in Bersabee. Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius, sed declinauerunt postea ad auaritia: acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.

Actum est. In superioribus descripta nequitia filiorum Heli, per quam perijt summum sacerdotium de domo ipsorum, hic describitur iniquitas filiorum Samuelis, que fuit occasio, vt mutaretur principatus Israelitarum: si enim filij Samuelis secuti fuissent viam patris, non declinantes ad auaritia, sicut Samuel fuerat iudex, ita filij eius, & posterij ipsorum, nunquam fuisset mutatus iste principatus de Israel, quia tamen fuerunt mali habuerunt Israelite occasionem petendi regem, & sic mutatus fuit

fuit principatus Iudicū in principatum Regum. Et diuiditur in tres partes. Primò describitur filiorum Samuelis transgressio: secundo populi petitio: tertio domini diffinitio. Secunda ibi. Congregati ergo. Tertia ibi. Et orauit Samuel.

Ordo huius literæ est continuus ad præcedentem. Quæst. I.

CIRCA primum de habitudine literæ huius ad præcedentem an sit consequens ordo, dubium videbitur, sed responderetur, quod hic est ordo continuatus, quoniam supra dictū fuit de vita Samuelis, & actibus, quos habuit vsque ad senectutem, scilicet quod iudicabat semper Israel, & discurrebat per tria loca. Hic autem dicitur, quid egit postquam fuit senex, scilicet quod instituit filios suos iudices, quia ipse non poterat iam discurrere per loca. Inter hæc autem medium nullum est, ideo ordo iste est continuatus. Factum est autem cum senuisset Samuel. Istud erat antequam esset Saul rex: nam si non fuisset sua senectus, propter quod impeditus fuit a iudicando, nunquam Israelite petiissent regem.

Quante ætatis erat Samuel, quando instituit filios suos iudices, & quanto tempore vixit. Quæst. II.

DE ætate autem Samuelis, scilicet quantum vixerit, non habetur expressum: constat tamen, quod iam erat senex, ita qd non posset iam cōmode discurrere per loca, sicut prius faciebat. Post hoc tamē vixit tempore magno: fuerunt enim. 20. anni in principatu Samuelis, vt patet præcedenti c. scilicet, qd ab eo tempore, quo posita est arca in Cariathiarim vsque ad tempus, quo factum est bellum præcedens, contra Philistinos transierat anni 20. incepit tamen principatus Samuelis, quando posita est arca in Cariathiarim, scilicet septem mensibus ante, vel quasi. Immediatē autem fuerunt facta ea, que habentur hic. s. qd petiuerunt Israelite regē, & Samuel illum sibi dedit, cū quo vixit Samuel annis 18. s. post constitutionem Saulis in regem, vt ait Iosephus. 6. antiquitatum. Saul autem duobus annis solum superuixit Samueli, vt ait idem Iosephus, & sic sunt 38. anni ab initio principatus Samuelis vsque ad mortem eius, ante hoc autem quantum vixerit nō apparet. Hebrei autem dicunt, qd solum vixit 52. annis, & inducunt ex verbis matris eius, que vovit illum domino vsque in seculum, sed seculum est spatium annorum 50. scilicet a Iobeleo in Iobeleum, & quoniam ipsa non duxit eū coram domino immediate, vt natus est, sed postea aliquanto tempore. s. post duos, vel tres annos, quibus super addendum est vnum seculum, scilicet 50. anni. Sed ista positio nulla est, quia nō præcuiuit mater eius dies illius, ita quod taxaret, quod staret coram domino solum per vnum Iobeleum, sed dixit quandiu vixerit etiam si viueret centum annis: sic enim ipsa exposuit supra c. 1. Item non significabat hoc, quod Samuel viuere deberet per quinquaginta annos coram domino, quia poterat stare coram domino vsque in seculum, & tamen, quod solum esset ibi quinque annis, vt pote si transissent 45. anni a præcedenti Iobeleo quando nasceretur Samuel, manebant 5. anni solum vsque ad Iobeleum, quibus si staret Samuel corā domino, diceretur stesisse vsque in seculum coram domino. Sic enim erat de seruis, qui quādo volebāt educere secum filios, & vxores, manebant vsque ad annū Iobelei, & siue ille cito veniret, siue post longa tēpora dicebantur stesisse isti serui vsque in seculum, vt patet Exo. 21. c. & Leui. 25. Item non stat, quia cum ab

Hebræorū opinio de vita Samuelis improbat.

initio principatus Samuelis vsque ad mortem suam transierat anni 38. vt supra declaratum est. fuisset solū 12. annorum Samuel, quando incepit principari, sed hoc inconueniens est, quia nemini per electionem tribuitur principatus in tam parua ætate: Samueli autē per electionem datus est principatus iudicatus totius populi, quia nemo de stirpe sua ante eum fuerat princeps, sed Heli summus sacerdos: esset igitur ad minus 25. annorum, vel amplius, nam adhuc in illa ætate nō sunt homines maturi. Item sequeretur aliud inconueniens, quia in primo anno regni Saulis dixit Samuel: senui & incanui, vt patet infra c. 12. sed adhuc postea superuixit 18. annis secundum Iosephum: ergo erat 32. annorum, quando dicebat se senuisse, quod est incōueniens. Item nō stat, quia Samuel ante principium regni Saulis fecit duos filios suos iudices: ergo illi iam essent viri mature ætatis. s. 25. vel 30. annorum, & tamen modo prædicto Samuel solum esset in principio regni Saulis 32. annorum, vel quasi, ergo nō posset habere filios ad plus, nisi 15. vel 16. annorum, & tamen manifestum est, quod isti non assumerentur in iudices. Et sic dicendum est, quod fuerit maioris ætatis, scilicet 70. annorum, vel plurium, & sic quando cōstitueret iudices filios suos esset annorū 50. vel quasi, ita vt posset habere filios idoneos ad accipiendum in iudices. Posuit filios suos iudices super Israel. Duos. n. filios habebat, & ambos iudices instituit, vt melius expedit possent iudicia, quamquam ipse solus tempore suo iudex fuerat. Fuit nomen filij eius primogeniti Ioel, & nomen secundū Abia. Istos duos solum habuisse legitur & ambos iudices ordinauit, pertinebāt autem ambo ad genus Caathitarum, sicut pater eorum Samuel. Iudicum in Bersabee. Idest isti ambo erant iudices in ciuitate Bersabee, est autem Bersabee, quedam ciuitas in terra Chanaan in latere meridiano, & est quasi in extremitate terre illius, ideo quando scriptura vult ponere terminos terre Chanaā ponit Dan, & Bersabee, vt patet supra c. 3. s. Cognouit vniuersus Israel, quod fidelis Samuel Propheta esset domini. Acepit autē ista ciuitas nomen ab Isaac, vt vocaretur Bersabee. i. puteus septem, vel puteus iuramenti, vt patet Gene. c. 26. est autē ciuitas ista in sorte Iudæ, vt patet Iosue. 15. c. in hoc autem fecit Samuel filios suos variare a moribus suis, quia ipse discurrebat quolibet anno iudicans Israel in Bethel, Galgala, & Masphat, ipsi autē stabant solum in Bersabee. Iosephus autē dicit. 6. Antiquitatum, qd vnus istorum erat iudex in Bersabee, & alius in Bethel, & qd pater eorum diuisit eis populum dans vni partem vnā ad obediendum, & alteri alteram: litera tñ vult, qd ambo in Bersabee iudices fuerunt. Et non ambulauerunt filij eius in vijs illius. Idest in vijs Samuelis. Potest dupliciter intelligi ista lra. Vno modo de vijs materialibus. s. quod non circuibant filij Samuelis Israel singulis annis iudicantes in tribus locis, sicut pater eorū, in quo nimis gaudebant Israelite cum ipsi releuarentur a magnitudine expensarū Samuele discurrente per terram. Nunc autē filij eius existentibus in vno loco compellebantur venire litigantes ex longinquis partibus, & fatigabantur expensis, vnde ex hoc poterant isti iuuenes non placere populo. Alio modo intelligitur, qd non ambulauerunt in vijs patris. i. non secuti sunt mores illius. Nam ipse iudicauit Israelē iuste, & a nullo vnquā accepit munera, nec quicquam per calumnia, aut violenter extorsit, vt patet j. c. 12. isti autē iuuenes accipiebant munera, & peruerbebāt iudicium, & hoc intelligebat populus ista dicēs, vt patet j. Sed declinauerunt post auaritia. Idest non declinauerunt post iustitia, ita vt ad illud declinarentur ad qd iustitia inclinabat: sed ad qd auaritia, & desiderium possidendi. Acceperuntque munera,

Bersabee situs, & nomen. Cap. 3.

munera, & peruerunt iudicium. Duo mala fecerunt filij Samuelis. Primum, quia acceperunt munera. Secundum, quia iudicium peruerunt propter pecuniam; utrunque enim per se malum est, & tñ si uniantur aliquid peius efficitur. Accipere enim munera per se ipsum malum est, ideo si iudex accipiat munera, etiam si propterea non peruertat iustitiam, male agit. Nam litigator videns, qd iudex ab aduersa parte munera suscepit suspectus redditur de causa sua, ideo potius vult sine litigio perdere, quam litigando succumbere cum longe maius sit dñum succumbere, quam nō litigare. Etiam ille, a quo iudex munera recepit, audacior fit ad quęcunq; litigia, & ad calumniandum expectans venalem contentiam, potissime, quia rarus est qui ad pecunias non moueatur, ideo totaliter, vel ex parte animus iudicis accepta pecunia concutietur, ideo lex nimis veniit acceptiōnem munerum in iudicibus, vt patet Exo. 23. & Deutero. 16. c. f. non accipies personam, & munera, quia munera excęcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum: peruertere etiā iudicium per se ipsum sine acceptiōne munerū malū est, si tñ quis accipiat munera, & peruertat iudicium deterior est: isti autē utrunque fecerunt.

Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis, constitue nobis regem, vt iudicet nos sicut & vniuersę habent nationes. Displicuitque sermo in oculis Samuelis, eo qd dixissent: Da nobis regem, vt iudicet nos.

Congregati vero vniuersi maiores natu Israel. Hic ponitur secundum, s. populi petitiō de habēdo regem, desiderabant, n. iam transire ad aliud genus politię.

Quare Israelitę mori sunt ad petendum regem. Quęst. III.

F V I T tamen eis multiplex causa ad petendū regem. Prima quia filij Samuelis non ambulabant in vijs patris sui, & gravabant populū. Secunda fuit, quia volebant habere super se vnum ducem, qui posset ante eos ire ad bellum: audierant namq; qd rex Ammonitarum moueret exercitum illis, ideo volebant regem. Ista causa non exprimitur hic, sed. j. c. 12. cū dixit Samuel vidētes autē qd Naas rex filiorum Ammon venisset aduersus vos, dixistis mihi, nequāq; sed rex imperabit nobis. Tertia causa fuit, quia videbantur Israelitis, qd erant minores in honore cęteris gentibus: oēs. n. alię gentes habebāt regem, ipsi autē nō: sic dixerunt. j. c. 12. c. cōstitue nobis regē, vt iudicet nos, sicut & vniuersę habent nationes. Dicitur autē hic, qd cōgregati sunt omnes maiores natu Israel, i. omnes teniores dēuātūr maiores natu. In natuitate: isti autē venerūt ad Samuelem, vt non crederet Samuel, qd mouebantur ex aliqua leuitate iuuenili, sed quia status rei sę exigebat: isti. n. propter senectutem melius iudicant, quia prudētia q̄ est de particularibus exigit magnam experientiam: non est autē experientia sine rēponis magnitudine, ideo non est facile iuuenes esse prudentes iuxta Aristo. 6. Ethic. Dicitur autē, qd conuenerunt vniuersi ad hoc, qd Samuel crederet istam esse intentionē totius populi: etiā vt plus eum honorarent cum multi venirent. Venerunt ad Samuel in Ramatha. Erat. n. locus habitationis eius in Ramatha, vt patet p̄cedenti c. Nam ēt qñ erat iunior, & pote-

rat per totum Israel discurrere ad iudicandum, ad vltimum redibat in urbem suam Ramatha, & ibi manebat. In hac quoque ciuitate postea sepultus est, vt patet. j. c. 25. c. Dixeruntque ei: ecce tu senuisti. Istud ponunt Israelitę ad excusandum petitionem suam, ne offenderent Samuelem. Dixerunt. n. autē senuisti. iam non potes exercere actus iudicātis, qui sunt nimis laboriosi, potissimum discurrendo quolibet anno per totum Israel, sicut consueuisti, ideo petimus regem. q. d. si tu posses nos iudicare, sicut a principio iudicabas nō peteremus regem, vel alium iudicem. Et filij tui non ambulant in vijs tuis. Hoc adiunxerunt, quia primum nō sufficiebat: nam licet non posset eos iudicare Samuel diceret, qd filij sui iudicarent ipsi autē adiunxerūt, qd nō expediebat hoc, quia filij eius non sequebantur vias ipsius. Hoc autē dicebant, quia declinauerunt post auaritiam accipientes munera, & peruentes iudiciū.

An esset sufficiens causa Israelitis ad petendū regem, quod iudices sui erant iniqui. Quęst. IIII.

Q V A E R E T aliquis quare Israelitę petierūt sibi regem eo, qd filij Samuelis erant iniqui iudices: nam non erat ista sufficiens causa petendi regem: s. n. erāt iudices iniqui poterant deponi, & cōstitui alij iudices, & hoc quidem libenter, vel non cum tanta amaritudine acceptasset Samuel, quia cum ipse vir iustus esset non curasset nimis de filiorum suorum deiectione, dum tñ provide-retur publicę utilitati. Et hoc patet. j. quia cum audiuit ista Samuel, displicuit sermo iste in oculis eius eo, qd dixissent da nobis regem. q. d. si dixissent da nobis alios iudices, dum tñ non peterent regem, nō displicuisset sermo ille. Respondendum est, qd ista causa. s. iniquitas filiorum Samuelis nō fuit, quę impulit Israelitas petere regem, sed ipsi desiderabant nimis habere regem, & nūc habita occasione petierunt, & sic iniquitas ista non fuit causa, sed occasio. Causa autē erat, quia videbatur eis indecorum esse, qd cum ipsi essent magnus populus non haberent regem. Putabant. n. magnum esse honorem populi, & qd ipsi priuarentur hoc honore, erat eis graue: ē contrario tñ fit, qm̄ honorabilior est populus, qui non habet regem, dum tñ possit alias bene regi per quemcūq; politicum principatum, q̄ si regem habeat. Nam habentes regem quoddam genus magne subiectionis tolerant, Israelitę tñ non attendebant ad hęc. Item filij Samuelis erāt duo, & sic neuter erat princeps populi insolidum, ideo nullus eorum ageret curam de bellis populi, tanq̄ de re sua: ipsi autē volebant aliquē, qui haberet curā de eis, sicut de re sua: hoc autē pertinebat ad regem, qui est dñs subditorum. Iudices autē nō habebant tam absolutā potestatem sup populū sicut rex, ideo videbatur Israelitis, qd hñdo iudices nullū dñm habebant, & istud potissimē mouit eos. Nam cum viderunt, qd rex Ammonitarum venerat sup eos, perierunt regē, vt patet. j. c. 12. c. volentes aliquem, qui ita haberet curā de eis, sicut rex Ammonitarum de Ammonitis, & qd saluare posset eos de manu hostium: vñ postq̄ Saul cōstitutus est in regem quidam de Israelitis dixerunt, num saluare nos poterit iste, & despexerunt eū, & nō attulerunt ei munera. j. c. 10. q. d. nōs p̄tebamur aliquem, qd saluaret nos, & iste non poterit: desiderabant igitur Israelitę regē. Nūc autē videntes opportunitatē petendi p̄ iniquitatem filiorum Samuelis, petierunt: noluerūt autē petere aliquē iudicem, quia ille haberet similem habitudinem ad populū sicut p̄cedētes, & nō esset rex, qd illi intēdebant. Constitue nobis regē, vt iudicet nos. Nō petebāt principaliter regē ad iudicandū eos, quia ad hoc poterant petere iudicē, sed petierūt ad hoc,

Ose. 13.

Ast. 13.

H

K

hoc, qd imperaret illis, & ageret bella ipsorum, ipseque haberent honorem regalem, sicut cęterę gentes.

Quare petierunt Iudęi regem a Samuele, & non constituerunt ipsi per se. Quęst. V.

Q V A E R E T aliquis cum Israelitę nimis desiderarent regem, quare petierūt illum a Samuele? poterāt. n. ipsum per se constituere cum totus populus hoc vellet. Respondēdum est, qd hoc fecerūt propter duo. Primo ne offenderent ipsum Samuelem, ipse. n. iam iudicare nō potens filios suos iudices constituerat, si autē Israelitę eo inconsulto deponeret filios eius a principatu ordinantes regem, nimis iniuriosē agerent in Samuelem, qd recubant, quia eis benefecerat nimis, & erat vir Dei: eum igitur consuluerūt. Secundo fecerunt hoc, quia intelligebant, qd cum esset Samuel Propheta, si ipse non diceret esse constituendum Deus nō admoneret, ideo quamquam Israelitę constituerent alias regem, non duraret, pp hoc autē voluerunt, qd manus eius fieret, ne ipsi incurrerēt in magnam penā a Deo infligendā. Sicut vniuersę habent nationes. Ista litera p̄r dupliciter accipi. Vno modo, qd esset causa moria ludęorum ad petendum. omnes gentes habent regē, & est honor earum in re suo, ideo ipsi concupierūt regem. Vel potest accipi tanq̄ istud sit excusatiuum petitionis eorum. s. nō petimus aliquid irrationabile, nec nouum, aut inauditum, quia omnes gentes regē habent, nos autē soli priuamur hoc honore. Dixerunt autē, qd vniuersę gentes habebant regem, non quidem, qd nulla esset gens, quę non haberet regem, quia alię gentes vtebantur tunc alijs generibus principatus, sicut democratijs, aristocratijs, oligarchijs, & sic de alijs generibus principatum, sed plurimę gentium erant, quę habebant regem, ideo dixerunt, qd omnes gentes habebant regem; sic etiam nunc plures gentes habent regalem principatum, sed alię habent aristocraticā: rarę tñ sunt. Displicuitque sermo in oculis Samuelis. i. verba ista fuerunt dura in conspectu Samuelis, quia nunq̄ ipse aliquid tale sperauerat a populo p̄ponēdū.

Tribus causis tristatus est Samuel quando petierunt regem. Quęst. VI.

F V I T autem tristitia pp verba ista in Samuele tripliciter. Primo quia innotuit sibi malitia filiorum, quę hactenus occulta fuerat: nec quidē doluit, quia innotuit ei malitia, sed quia ipsi iniqui erāt. Secundum fuit pp honorem diuinū, quia Deus in hoc contemnebatur, vel honor eius minuebatur: eo, qd hactenus Deus tenebat in populo Israel nomen regis, qd est nomen magni honoris, & nullus de Israelitis istud nomen sibi assumpserat p̄ter quēdam sacrilegum, qui breuiter mortu⁹ est, de quo Iudic. cap. 9. noluerat igitur Deus, qd istam excellentiam daret Israelitę alicui nisi ipsi, & qd ipse dominaretur immediate super eos. Quod autē honor Dei diminueretur, erat grauissimum Samueli. Hoc patet, quia dicit. j. dixit Deus ad Samuelem: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Tertio contristatus est Samuel, quia volebant Israelitę assimilari cęteris gentibus: dixerunt. n. constituere nobis regem, sicut habent cęterę nationes. Sciendum, qd Iosephus dicit populū Hebręorum petiuisse a Samuele, qd faceret regē aliquem de filijs suis, quia ipsi desiderabāt habere regē. In hoc autē putantes, qd nō grauior ferret, quia non auferebatur principatus de domo eius, sed augmēta bāt. Dicit tñ, qd hęc verba grauiorē concusserūt Samuelem pp insertā ei iustitiā circa odiū regis, optimā. n. illius

Lib. 6. cap. 3. 4.

tunc quersationis electionē diligebat valde, qd dū facta esset beatus ēt ciues vtentes se faciebat: nimiaque cogitatione his dictis afflictus, nec cibi memoriam habuit, nec somni, sed facta nocte reu cogitationes euoluens, sine sopore permansit quousque Deus illi responsione sua consolatus est. Eo, quod dixissent da nobis regem, vt iudicet nos. q. d. nō fuit tristatus principaliter, quia mala enunciabantur de filijs suis, & quia ipsi merebantur perdere principatum, sed quia petierūt regem, qd militabat p̄ Dei honorē. Libenter. n. tulisset qd filij sui p̄derent principatū, & transiret dignitas ad extraneos dum tñ Israelitę nō petiuerūt regem: erat. n. sibi odiosum nomen istud tum pp honorē Dei, tū pp bonum statum populi: sic. n. Romani habuerunt nimis exosum nomen regiū in vrbe eo, qd cum a principio reges habuissent grauior ab eis afflicti sunt propter iniquam dominationem.

An Iudęi peccauerint petendo regē, & an teneatur quilibet velle viuere sub optimo genere principatus. Quęst. VII.

Q V A E R E T V R circa p̄dicta an Israelitę peccauerint petendo regē sup se. Aliquis dicit, qd non, quia cum quis petit ea, q̄ sibi bona sunt nō peccat, sed Israelitę petendo regē petebant aliquid, qd est p̄ se bonū, & sibi dictamē rōnis, ergo nō peccabant. patet hoc, qd Arist. distinguit tres politias bonas, & tres perueritates politiarū. tres bonę sunt: regalis, aristocratica, & democratica. tres male sunt: tyrannica, oligarchica, & democratica, & harū meliorē dicit regalē: p̄simā vero tyrannidē. vt patet. 8. Ethic. & 3. Polit. petendo ergo optimum principatū non peccabant. Itē desiderium rationis debet esse sibi desiderii nature eo, qd natura nō errat, quia entia vniuersi nolunt male disponi, iuxta Aristot. 12. Meta. sed natura desiderat vnitatē principatus, vt patet ibidem cum dicit: mala est pluralitas principū, bonus est ergo vnus princeps. Debēt igitur desiderare hoies vnitatē principatus, sed istud est in politia regali, ergo licitū est petere regem, immo valde rationabile. Itē, qd lege diuina datur, iustum est, sed in lege dī de constitutione regis, quia Deutero. c. 17. dī quid agere deberet rex cōstitutus, & dī constitutus in regē eum, quem dñs Deus tuus elegerit, sed si Deus eligeret aliquem in regem, rectum erat, qd acciperetur, ergo nō peccabant petēdo regem. Itē si habere regē fuisset peccatum Israelitis, Deus non permitteret eis, qd haberent regem, sed ipse dixit Samueli, qd audiret vocem Israelitarū, & daret eis regem, ergo non peccabant petendo regem. In q̄ritū vñ, qd peccauerint, qm̄. j. 12. c. dixit Samuel: videbitis, quia grande malum feceritis in conspectu dñi petentes super vos regem: ergo nō solum erat peccatū, sed adhuc magnum. Item Samuel dixit, qd Deus faceret miracula coram Israelitis mittendo pluias, & tonitrua ad manifestandum, qd peccauissent petendo regem, sed Deus misit immediatē, vt locutus fuit Samuel, & Deus non approbat aliquid falsum, ergo peccauerūt. Item patet, quia dī in eodem 12. c. vos fecistis vniuersum malum hoc, & ibi dī de regis petitione, ergo petere illum erat malum. Item dī hic, qd displicuit sermo in oculis Samuelis, eo qd dixissent da nobis regem, vt iudicet nos, si tñ non fuisset malum non displicuisset i oculis Samuelis, quia erat vir iustus, ergo erat malum. Item contemnere Deum iniquitas est, sed contempserunt illum Israelitę petendo regem, ergo peccabant. Hoc patet, quia dī hic. Non. n. te abiecerunt, sed me, ne regnem sup eos. Item Deus computat istud opus Israelitarum inter alia opera mala ludęorum, & dicit istud esse sicut illa, ergo peccauerūt. Patet

Patet hoc, quia dicitur hic iuxta omnia opera sua, que fecerunt a die, qua eduxi eos de Aegypto usque ad diem hanc: sicut dereliquerunt me, & seruiuerunt dijs alienis sic faciunt, & tibi, sed opera illorum erant mala in derelinquendo Deum ab antiquo: ergo et istud erat malum. Ad quæstionem respondetur, quod Israelite peccauerunt petendo super se regem, pro quo sciendum, quod politia regalis secundum naturam suam, vel genus est melior omnibus alijs politijs, quod nulla est periculosa, quia difficile est committere omnia vni iuxta Aristo. 3. Politico in eodem libro magis suadet principatum democraticum, vel democraticum ciuitatibus, quod regalem, eo quod non sint tantum periculosa, quod non sint equaliter boni. Quod autem aliqua gens statuatur super se istud, vel illum principatum peccatum nullum est, quia non obligantur naturaliter ad aliquem eorum, ideo possunt eligere quem voluerint. Et dato, quod eligant principatum non conuenientem non peccant, nisi hoc aliqui fecerint ex intentione peruersa. sicut inde consequantur honorem vel lucra: potissimum autem circa principatum bonum, & fere toti orbi communem nullus peccaret eligendo illum, & ideo in gentilibus peccatum non erat, quod acciperent super se regem. In Iudæis autem fuit peccatum, quia Deus volebat, quod non eligerent regem, & ipsi contra intentionem Dei accipere voluerunt, ergo peccauerunt: Deus enim acceperat Israelitas in populum peculiarem de cunctis populis terre Deuter. c. 7. & ipse volebat regnare super eos, ut patet Exo. c. 19. Mea est omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Israelite autem voluerunt accipere alium regem super se petentes de seipsis regem, ideo abieciunt Deum a principatu regnatio, sic autem ipse conqueritur. Non te abiecerunt, sed me ne regnem super eos. Et non excludatur principatus Dei regnatio super Israelitas per summptionem alterius regis, sed excludatur principatus immediatus, quia non poterat esse Deus rex immediatus si alius eligeret inter Israelitas: volebat autem Deus, quod Israelite haberet principes parue potestatis, sicut erant iudices, ut non haberent aliquem: quem vocarent dominum preter Deum, nunc autem cum haberent regem, quia ille habebat magnam potestatem vocarent eum dominum, & regem, & quantum honori adderent tanto diuino honori subtraherent. Erat et hoc vitium Israelitis, quia cum non haberent regem, erant liberi a magna subiectione. Erant et a tributis immunes, quia nemo erat cui soluerent tributa in toto Israel. Iudices namque non tamen dominabantur, ut tributa exigerent, sed siquid pro honore populus impendebat suscipiebant. Reges autem imponebant tributa, & multas alias solones graues, de quibus. Ergo fuisse vitium esse sine rege, peccauerunt igitur Israelite petendo regem, & fuit peccatum principaliter, quia resistit diuine ordinationi, cum Deus vellet, quod ipse solus esset rex. Ad rationes in contrarium respondetur. Ad primam, cum dicebatur, quod petere id, quod iustum est, & secundum dictamen rationis, non est peccatum, & sic erat de rege. Dicendum est, quod secundum se petere regem non erat peccatum: erat tamen peccatum hoc Israelitis, quia Deus volebat dominari inter eos, & quod esset rex immediatus, quod notificatum fuerat Israelitis: ipsi autem hoc non obstat petierunt regem, ideo peccauerunt agentes contra diuinam prohibitionem, & pro hoc est responsio ad primam, & secundam rationem. Ad tertiam rationem cum dicebatur, quod hoc datur in lege diuina, ergo est iustum. Dicendum, quod Deus non dixit Israelitis, quod haberent regem, sed dedit legem, quod si eum habere vellent qualiter haberent. quod non acciperent de alijs gentibus, & quid rex cauere deberet, cum tamen ipse significauerit, quod nolebat alium esse regem, sed ipse esset rex immediatus eorum non erat sibi illicitum petere regem. Ad quartam rationem, cum dicitur, quod Deus permittit

Israelitis hunc regem dicens Samueli, quod audiret eos. Respondendum, quod per hoc non tollitur, quod peccauerint, quia multa Deus dedit hominibus iratus, quod placatus non dederet: ipse enim signauit voluntatem suam Israelitis: quod ipse volebat dominari super eos, & pro hoc iussit Samueli, ut recitaret coram populo mala, quod reges eorum facturi essent eis, ut per hoc distraheret a petitione regis, sed non luerunt. Nam dicitur. non uoluit populus audire uocem Samuelis, sed dixerunt, nequaquam rex noster erit super nos, & erimus nos sicut omnes gentes: peccauerunt igitur petendo regem.

Arguit contra predictam questionem probando, quod non peccauerunt petendo regem. Quæst. VIII.

Sed adhuc obijciunt, quod non erat malum, quod peteret regem. Non solum enim Deus permiserat regem in Israelitis tanquam non malum, sed permiserat eis reges tanquam bonum: Gen. 17. c. Sarai uxorem tuam non uocabis Sarai, sed Sara: benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum orientem ex eo. Hoc dicebat Deus ad ostendam maximam felicitatem, & honorem Abraham, ergo Iudæi tanquam bonum sibi ipsis, & a Deo eis permittum petere poterant. Secundo, quia necesse erat, quod Iudæi haberent aliquem regem, quia sic prophetauerat Iacob moriens. sicut auferetur sceptrum de Iacob, nec dux de femore eius, donec ueniat, quod mittendum est: Gen. 49. ergo ipsi petendo, quod Deus volebat, & necessarium uenturum erat, non peccabant. Tercio patet, quia minus erat petere regem, quam constituere, sed licebat Israelitis propria auctoritate constituere regem, ergo a fortiori licebat petere eum a Samuele, & ita non peccarent. Patet hoc, quia Deut. 17. c. dicitur non poteris alterius generis regem super te constituere, quod non sit frater tuus, ergo a proprio sensu hominem generis sui poterant constituere in regem, quia quod de uno negatur de alio dicitur: iuxta illud c. nonne. extra de Presumptionibus. Quarto patet, quod motum petendi regem erat conueniens. sicut aliquæ nationes regem habebant, quia istud ponit Deus Deute. 17. sicut cum ingressus fueris terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi, & possideris eam: habitauerisque in ea, & dixeris constituam super me regem, sicut omnes fratres per circuitum nationes, & c. & tamen hoc motu petierunt nunc Iudæi: ergo non peccauerunt, sed in omnibus fecerunt legitime. Dicendum, quod Iudæi peccauerunt nunc petendo regem super se, & non licebat eis constituere regem. sicut, & tamen licebat eis nunc petere regem. Primum patet ex dictis precedentis questionis. Secundum patet, quia constitutionem regis inter Israelitas Deus sibi seruauerat, ideo peccarent Israelite, siue totus populus, siue aliqui in speciali conarent regem constituere, & hoc erat ad omne tempus, ut nullo tempore hoc liceret Israelitis auctoritate propria, sed ex mandato Dei, ut ipse esset, qui constitueret, & non Israelite, & hoc patet Deuter. 17. c. sicut cum ingressus fueris terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi, & dixeris constituam super me regem, sicut omnes fratres per circuitum nationes eum constitues, quem dominus deus tuus elegerit de medio fratrum tuorum, & ita per hoc astringebat eos ad tenendum istum modum in constitutione regis, & non alium. Tertium patet, quia Deus innuit, quod Israelitis licebat petere regem, quod patet, quia posuit quid agendum esset cum ipsi peterent Deum. 17. c. sicut dixeris constituam super me regem, sicut omnes fratres per circuitum nationes non poteris constituere, nisi eum, quem deus elegerit de uno fratrum tuorum, & tamen si malum esset petere, & nunquam liceret petere non poneret Deus quod agendum esset, quod petere, sed prohiberet petere sicut simpliciter vetabat, quod ipsi eligerent regem, ergo uoluit, quod aliqui liceret Iudæis petere regem. Secundo patet, quia determinauit tempus quod hoc agendum esset. sicut essent in terra Chanaan, eo. c. sicut cum ingressus fueris terram, quam dominus

Primum arg.

2. arg.

3. arg.

4. arg.

Deus

Deus tuus daturus est tibi, & dixeris constituam super me regem, & c. tamen si simpliciter esset malum petere, & nunquam liceret, non limitaretur tempus, & locus in quo posset peti, sed simpliciter ueteretur, vel taceretur: ergo licebat peti aliqui regem, & tamen non licebat semper, sed solum postquam Iudæi possederant pacifice terram Chanaan. Et ita dicendum est, quod seniores Iudæorum, qui petierunt super se regem bene informati erant in lege, & non recesserunt a definitione legis. Nam quia sciebant, quod non licebat eis constituere regem, non constituerunt, licet ualde cuperent, sed iuerunt ad Samuelem, & ista fuit causa potissima, quare ab eo petierunt regem, erat quippe propheta domini Samuel, & nullus alius eo tempore erat in Israel, qualis Samuel, ideo ad sciendum uoluntatem domini, iuerunt ad eum, & sicut, si essent in conspectu domini, peterent ab eo, dicentes domine constitue nobis regem, ita dixerunt Samueli constitue nobis regem, qui iudicet nos, & hac intentione Samuel accepit uerba Israelitarum, quasi ad eum ueniret, ut ipse consuleret Deum super hoc, quem uellet regnare super illos, & ita egit, quia consuluit dominum, & ille respondit, quod habetur hic, & Israelite scientes sibi licere petere regem petierunt illum, sed scientes quod non poterant constituere propria auctoritate, non constituerunt, sed iuerunt ad Samuelem loco Dei existentem, ut eis constitueret regem, & sic omnia fecerunt secundum ordinem legis.

Quare Israelite peccauerunt petendo regem cum nemo peccet in eo, quod sibi licet. Quæst. IX.

Sed tunc queretur, cum liceret Israelitis petere regem quare peccauerunt, vel dicimus eos peccasse? Aliquis dicit, quod fuit, quia petierunt, quod non licebat petere, cum sit circumstantia actus ipsum tempus. Dicendum, quod non est uerum, quia petierunt quod licebat: solum enim erat illicitum antequam intrarent in terram Chanaan, & possiderent eam. Sed nunc possidebant eam, & a multis annis possederant: ergo licebat petere nunc. Sed dicendum, quod peccauerunt Israelite primo, quia ex desiderio uolebant accipere principatum terrenum, ut se subtraherent a diuino, quia nunc cum regem non habebant, Deus erat immediatus rex, & dominus eorum: cum autem acciperent regem, haberent preter Deum alium, quem uocarent regem, & dominum: in quo licet non possent auferre Deo supremam potestatem, quod est sibi naturalis in omnes res, aufererent tamen sibi immediationem domini, cum alium immediatum dominum, & regem cognoscerent, & ita ipse dixit ad Samuelem. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos, sed uelle subtrahere Deo istum principatum, & honorem, quem ipse haberet, erat malum: ideo peccabant petentes sic regem. Secundo quia per hoc Samueli preiudicabant, ipse enim erat iudex: nam licet filij sui iudicaret pro eum iudicabant qui constituerat eos loco sui iudices: petendo autem nunc regalem principatum auferre uolebant principatum Samuelis, & ita preiudicabant ei. Tertio peccabant secundum ingratitudinem, quia Samuel contulerat multa bona Israelitis liberando eos ab hostibus, ut patet precedenti c. & pro sanctitate eius beneficiebat Deus Israelitis, & ipse cum multo labore atque difficultate corporis sui iudicabat totum Israel quolibet anno iustrans totam terram Israel, ut auerteret labores, & ex pensas Israelitarum, ut patet precedenti c. & seruauit omnibus iustitiam nullam calumniando, nec accipiendo munera, nec aliquem opprimendo, quod solent facere iudices, qui magnam potestatem possunt. 1. 2. c. pro hoc ergo debebat Israelite ei multum honoris, & gloria, quia ista sunt premia recte principatus, ut dicit Aristo. 5. Ethicorum: auferre autem principatum de domo eius non

solum erat non retribuere ei, sed et reddere malum pro bono, quod erat ingratitudo: ideo ualde peccabant, & hoc signauit Deus hic. Nam quod Israelite petierunt regem displicuit ualde sermo Samueli, & Deus consolado ipsum quasi super malum, quod ei inferebat Israelite, & ingratitudinem, quod committebat, dixit: non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. in quo affligaris, quod petat regem, & pro hoc te abiiciat de principatu, quia non abiiciuit te principaliter, sed me ne regnem super eos: tu autem potes consolari, sed aliqua iniuria est contra te, & mihi. Et apparet magis ex uerbis sequentibus, quod sint hec ad consolationem Samuelis, cum ait: Iuxta enim opera tua, quod fecerunt a die, qua eduxi eos de Aegypto usque ad diem hanc, sicut dereliquerunt me, & seruiuerunt dijs alienis: sic faciunt et tibi. in quo affligaris, quia consuetudo est istius gentis sic facere, quia ego bene feci eis liberando eos de Aegypto, & deinde semper continuauit, & ipsi ex opposito derelinquebant me, & seruiuebant dijs alienis ingrati existentes mihi, ita nunc fecerunt tibi, quia pro oibus bonis, quod prestiteras, & laboribus, quos pro eis sustuleras reddunt tibi hanc uicissitudinem, ut derelinquant te petentes alterum genus principatus. Sed dicit aliquis, quod Israelite poterat hoc iuste facere sine ingratitudine, quia si Samuel bene gubernaret, vel filij sui, non poterant petere alterum principatum extra domum Samuelis quin incurrerent ingratitudinem, sed nunc filij Samuelis male regebant declinantes ad auaritiam, & pervertentes iudicium, ut dicitur in ista, ideo non erant ingrati hoc petendo, & patet, quia quod petierunt regem preposuerunt hoc tanquam causam. sicut filij eius non ambularent in uisibus eius, ut dicitur hic. Dicendum, quod hoc non obstante erant ingrati. Primo, quia licet filij Samuelis non bene gubernarent aliquid tolerare deberent pro honore Samuelis, qui eis tanta bona contulerat, & fecerat. Secundo, quia si Samuel mortuus esset, & nemo posset filios eius corrigere, vel auertere a uisibus malis, aliquis color ad auferendum eis principatum, ne lederetur status populi: uiuebat tamen nunc Samuel, qui poterat filios suos coercere, & reducere ad bonum, ideo non licebat hoc petere. Tertio, & precipue, quia petitio fuit mala: nam quantumcumque filij Samuelis mali essent, non debebant Israelite nisi oia petere alterum principatum extra domum Samuelis: nunquam enim hoc petere debebant primo, quod castigaret filios suos, ne iniuste iudicaret, sicut haecenus fecerat, & quod ipsi essent incorrigibiles, vel Samuel non curaret eos auertere a malo, possent hoc petere, quod fieret eis rex. Ita enim fecit Deus quantum ad Heli sacerdotem predecessorem Samuelis: nam ille cum tenuisset constituit filios suos ad ministrandum, quod prauè agebant, & Deus admonuit eum per uerbum Dei, & ille non corripuit filios suos, neque illi cessauerunt a peccatis, & sic ablatum est honor de manu eorum. s. 2. c. sed Samuel non admonuerat, neque coram eo proclamauerant, & quod statim peterent expolationem principatus durum erat. Quarto, quia et si Israelite crederent filios Samuelis incorrigibiles esse in malo, non licebat eis petere hoc, sed poterant dicere Samueli, ecce filij tui non sequuntur uias tuas, peruertunt iudicium, accipiunt munera, prouide nobis, ut populus iste non pereat iniuste oppressus: hec erat petitio honesta, & tunc Samuel poterat pro seipsum gubernare, licet esset ei difficultas, vel filij assistere, aut aliquem alium de cognatis suis in iudicem presticere, qui iuste gubernaret, & sic maneret principatus in domo Samuelis, aut si Samuel non uideret alium modum, ipse illis regem constitueret, non petentibus eis, & istud non erat dedecus ei, cum ipse sponte faceret non petentibus Israelitis: nunc tamen petierunt iudicantes eum, & filios suos insufficientes ad regendum, ideo ingrati erant contra Samuel. Quinto quantum ad principale peccabant, quia sine causa

Honor & gloria sunt premia rege principatus, & non pecunia.

Peccatum, & ingratitudo iudiciorum probatur.

causa petebant amoueri principatū de domo Samuelis, & hoc probauit Samuel, quando, contendit corā toto populo post constitutionem regis infra 12.c.nā si existente illo principatu uellent alium principē, hoc esset propter alterum duorum, scilicet quia male administrabatur iustitia, vel quia non erat potens princeps ille, aut genus illius principatus ad illos liberādū de manu hostium, quia hec duo sunt summe necessaria populo, sed istas duas causas exclusit Samuel: primam quidem, quia dixit, q̄ neminem opprefferat, iudicium non peruerterat, munera nō acceperat, quōd & ipsi Israelitē confessi sunt. Secundam exclusit, quia dixit, q̄ Deus miserat eum, sicut alios iudices, & liberauit Israelitas de manu Philistinorum, sicut alij iudices, & tamen nunquā tempore alicuius iudicis petierant Israelitē regē, ergo ualde preiudicabant nūc Samueli contemntes eum petendo regem eo existente iudice, & ita peccabāt, & hac sola argumentatione usus est Samuel contra Israelitas ad ostendendum eos peccasse, petēdo regem. 7. 12.c. Sexto peccabant, quia expresse faciebant q̄ uoluntatem Dei: nam si Israelitē solum semel petiissent regem, & postea distadente Samuele ex parte Dei cessarent, non uiderentur peccare saltem q̄ Deum: aut essent multum excusabiles, & tamen non fuit sic, sed cum primum hoc petierunt, retulit Samuel causam istam ad eum, & ille dixit, q̄ Israelitē malum faciebant, & q̄ diceret eis omnia mala, que uenirent eis, si regem haberent, Samuel autem dixit omnia hec populo, & populus contempsit ea, atque animo obstinato petiuit regem, ideo in hoc expresse fecit q̄ uoluntatem Dei. Et hoc apparet infra in litera cum recitat omnia mala, que illis ventura erant cum rege, & concludens ait: Greges quoque uestros decimabit, uosque eritis ei serui, & clamabitis in die illa a facie regis uestri, quem elegistis uos, & non exaudiet uos, quia petistis uos regem. Et sequitur: Noluit autē populus audire uocem Samuelis, sed dixerunt, nequaquā: rex erit super nos, & erimus nos sicut omnes gentes. i. non curamus de eo, q̄ cominaris, sed uolumus regem, & ista est manifestior cā ad ostendendum, q̄ peccauit populus petendo regē cum expresse q̄ uoluntatem Dei manifestatā sibi peterent regem.

Quomodo poterat adimpleri promissio Dei de rege si peccabant petendo regem. Quæst. X.

SE d̄ queretur, quomodo ergo possent Israelitē petere regem, aut quomodo poterat cōpleri uerbum Dei super regibus promissis, ita quōd non peccarent Israelitē petendo regē? Dicit pōt q̄ facile erat hoc: nā Deus, qui p̄ miserat Iudcis reges, poterat illos eis dare sine peccato illorū, & hoc ipsis nō perētib: nā ita ipse dabat eis alios principes: sic. n. constituit eis Moysen, & Iosue, eis non perentibus, sic & ipse suscitauit iudices in saluatores, ut patet Iudi. 3. & 4.c. Et de regibus idem fuit aliq̄: nam non petētib: Iudcis misit Deus Samuelē ad ugendū Dauid in regem. 7. c. 16. ergo etiā si nullos peterēt reges Deus eis aliq̄ illos daret, & sic impleteretur uerbum Dei, & ipsi non peccarent q̄ Deū abijciantes eum, ne regnaret super eos, & non essent ingrati contra Samuelem, aut contra aliquem alium petendo regem. Et istum solum modum dicunt quidam esse licitum ad hoc, q̄ oīa ista cōplerent, & Israelitē haberēt regē. Sed non stat, quia aliquo mō licebat petere regē, cū De⁹ dixerit illis: cū ingressus fueris terrā, q̄ dñs De⁹ tuus dabit tibi, & dixeris ista diciturū sup me regem &c. & ita inuit, q̄ aliq̄ Israelitē ista diciturū eēt, & iustē, cū De⁹ ibi det eis modū, puidēdi. i. quia nō q̄stituerēt, nisi que Deus

Opin. quod runda impugnatur.

aus, qui subito uerti pōt in tyrannidē, & hoc malū illius significauit hic Deus dissuadēdo Israelitis hunc principatum. i. q̄ rex decimaret greges eorum & armenta, & acciperet domos eorū, & possessiones, & filios, & filias manciparet seruitio suo, & ipsi clamaret aduersus regē suum ad Deum p̄ duram oppressionem. In quo innuebatur, q̄ in principatu iudicum, q̄ vlt; nunc fuerunt nihil tale erat, neq; poterat uerti in tyrannidē, quia licet iudex vnus esset p̄as sua parua erat, quia neq; dñs, nec rex, vnde non exigebat tributa, nec opprimere poterat subditos, sicut rex, qui hēt amplissimā p̄tatem sicut dñs. Et ita dicendū, q̄ principatus regalis pro regnante est aliquid ualde honorabile, sed pro subditis est aliq̄ ualde onerosum aliās periculosum, & est minus eligibile q̄ alia genera principatum: nam honorabilior erat Abraham, si de progenie eius reges nascerent, quā si solū nascerent alij minores dñces, ideo Abraham petere debebat, q̄ cōpleretur istud. i. q̄ regnaret aliqui de progenie eius: sic etiā fuit de Dauid, cui Deus promisit, q̄ de semine eius semper essent reges: sequenti lib. c. 7. Ille autē orare debebat & orabat, ut Deus cōpleret istud dādo reges de semine suo. e. c. & 1. Paral. 17. c. sic fuit de tribu Iuda, de qua p̄nunciatum est, q̄ reges non deficerent de illa Gen. 49. cap. nam in hoc erat illa trib⁹ honorabilior ceteris, q̄ ista hēt reges, & alia non: si autē consideremus Israelitas, quibus reges p̄siderent, si essent, non erat bonū simpliciter respectu illorū hēt regem, quia si aliquo modo erat bonū erat ualde periculosum, & ideo quantum ad illos non deberet esse desiderabile cum hēt aliū principatū, quo sufficienter gubernātur, & qui erat minus periculosus, & hoc admonuit eos Deus inquantū dissuasit petere regem ostendēdo mala, quæ ex principatu regali oriuntur, ut patet hic in litera, & etiam Samuel ostēdit eos male petiuisse, quia sine causa petierant cum haberent principatum sufficientem ad iustitiā ministriationem & ad liberationem ab hostibus infra 12.c. ergo petēdo nunc regem non petierunt bene Iudæi. Ad fin dicendum, q̄ necesse erat, q̄ aliq̄ Israelitæ hēt regem, & tñ non ex hoc sequitur, q̄ licebat Iudæis petere nunc regem.

Ad secundum. Licet necessarium eēt Iudæos aliq̄ hēt regē, nō tñ licuit eis nunc petere.

Primo quia illud non erat mandatum de petendo, vel procurando regem, sed propheta designans euentū futurum: onus autem implendi diuina mandata incumbit nobis, sed onus implendi prophetiā nō incumbit nobis, sed Deo, ideo q̄ impleat, vel nō impleatur, aut q̄n impleatur nihil ad Iudæos attinebat, ita ut aliquid facere dērent. Sc̄do, quia ē si implenda esset poterat Deus implere ponendo regē non petētib: Israelitis, imō istud uidebatur uenientius. i. q̄ sicut non licebat Israelitis eligere sibi ipsis regem, sed accipere illum, quem Deus sibi elegisset Deuteronom. 17. capitu. ita posset ipse solus nemine petēte constituere.

Tertio quia dato, q̄ rex constituendus esset petentibus Israelitis non sequit, q̄ nunc non peccarent petēdo: poterant quidē aliq̄ petere illum, & tñ nūc petendo peccauerunt, sicut ostensum est p̄cedenti q. Ad tertiu dicendū, q̄ si liceret Iudæis constituere regē propria auctoritate, liceret petere illum, quod minus erat, & tñ non sequitur, q̄ nunc non peccarent, quia si liceret constituere tunc, q̄n liceret constituere liceret petere, sed non semper liceret constituere, nec etiam semper liceret petere.

Alia solutio.

Aliter dicendum, & melius, q̄ falsum p̄supponitur. i. q̄ liceret Israelitis constituere regē, quia expresse negatur Deut. 17. c. s. eum constitues, que dñs De⁹ tuus elegerit de medio fratrum tuorū, ergo non poterant accipere, nisi quem Deus eis daret. Cum autem Alph. Toft. In Primum Regum.

objicitur, q̄ dñ non poteris super te regē alterius gn̄is constituere, qui non sit frater tuus: dicendum q̄ hic non innuitur, q̄ licebat Iudæis constituere quemcun que uellent, dum tamen esset de fratribus suis, sed ponitur ad doctrinam quandam, ut scirent q̄ non poterat aliquis esse rex super eos, nisi de eis; & istud erat ad maiorem honorem eorum, ne putarent, q̄ Deus uellet imponere eis reges alterius gentis. Etiam poterat istud esse ad tollendum errorem, quia reges non poterant constitui, nisi qui electi essent a Deo, sed q̄ Deus non loquebatur per se ad populum, sed per p̄phetas suos, & aliquis ut propheta poterat mentiri, dicens se accepisse aliquid a Deo, quod non acceperat, quia multi tales erant Deuteronom. cap. 13. & Ezech. 14. ideo dabat Deus signum ad sciendum, quando propheta loquebatur ex parte Dei, & quando non Deo, 18. cap. Et quia constituere regem erat res maxima, circa quam magis aliquis mentiri uellet: tradidit De⁹ istam doctrinam, scilicet quōd non poterat constitui in regem aliquis, qui non esset de genere Iudæorum: vnde de conuersis ad iud aismum de gentilitate non poterat cōstitui aliquis in regem, & ita si aliquis propheta diceret, quōd Deus iubebat sumi in regem aliquem, qui non erat de semine Israel, planum erat, q̄ mentitus erat ille propheta, & non locutus fuerat ei Deus.

Ad quartum dicendum vno modo, quōd Deus non dixit illud, quasi iuberet israelitis sic regem petere, sed quia p̄nunciavit, quōd quando peterent, ita peterent: sciebat enim q̄ hoc mō peterent, & sic petierunt. Nam vnum de motiuis Israelitarum erat, ut non uiderentur ipsi minores alijs nationibus, & forte ipsi scientes illa uerba legis, ita petierunt, nec tamen ex hoc sequitur, quōd bene petierunt, quia Deus non significabat ibi quid fieri liceret, sed quid ipsi facturi erant.

Secundo potest dici, quōd dato, quōd Deus iubeat illis, quōd quando peterent regem, ita peterent non sequebatur, quōd non peccauerant nunc petendo, sed quōd liceret eis aliquando sic petere, & tamen nunc male petierunt, ut ostensum est p̄cedenti quæst.

Quando Iudæis licuit petere regem sine peccato. Quæst. XII.

SE d̄ quia dictum fuit supra, q̄ licebat Israelitis aliquando petere regem, sed non semper, est dubium quando licebat, & quare tunc, & non aliās. Dicendum, q̄ Israelitis licebat petere regem, q̄n essent in terra Chanaan, & quamdiu erant in deserto, vel non obtinuerant terram Chanaan nō licebat regem petere: hoc patet Deut. 17. cap. i. cū ingressus fueris terram, quam dominus Deus tuus datus est tibi, & possederis eā habitauerisq; in ea, & dixeris constituam super me regem, sicut omnes hnt in circuitu nationes. In quantum autē dñ: cum ingressus fueris: signat q̄ quamdiu manerent in deserto, nō licebat petere, sed post transitum Iordanis, quia tunc erant in terra, quam daturus erat eis Deus: dñ etiam possederis eam, quia non sufficiebat intrare in terrā, cum nihil possiderent de ea, sicut q̄n transierunt Iordanem anteq̄ caperent Iericho, quia tunc nihil possidebant de terra, additur habitauerisque in ea ad ostendendum pacificam mātionem. Nam statim, ut introierunt, & ceperunt aliqua terrā Chanaan loca non licebat petere regem, sed q̄n essent in pace. i. q̄n ipsi cessarent a bellis. Et non intelligitur de possessione totali terræ promissæ, quia terra omnium septem populorum Chanaanorū fuit promissā Israelitis Deu. 7. c. sed ista

M sed ista

sed ista tota nunquam venit in potestatem Israelitarum, vel saltem nunquam vsque ad tempora Salomonis. lib. 2. Paral. 8. c. & tamen ante tpa illa habuerunt Iudaei regem petentibus eis, & Deo et sponte dante, ideo non intelligebatur de tali possessione, sed solum de possessione illius terrae, quae sufficiebat eis ad habitandum, quia non occupauerunt Israelitae a principio totam terram Chananaeorum, quia non poterant illam implere, sed occupauerunt tantum quantum illis suffecit, quia ita Deus promisit, quod non daret eis subito totam terram, sed paulisper, quia ita Iudaeis expediebat: Exo. 23. c. f. Non eiciam eos a facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiae: paulatim eos eiciam de conspectu tuo donec augearis, & possideas terram.

Etiam non intelligitur de pacifica possessione Israelitarum, quasi ita manerent in terra, quod nullus contra eos insurgeret, aut quoniam moueret super terra illa, quae istud nunquam fuit inter Israelitas: omni enim tpe habuerunt bella cum nationibus finitimis, & potissime cum Chananaeis habitatoribus regionis illius. Nam Deus ex industria reliquit aliquos populos Chananaeorum, ut in eis experiretur Israelitarum gentem, & fierent hostes, contra quos pugnarent Iudaei. 3. c. sed intelligitur de illo tempore, quo Israelitae cessauerunt a praeliis habitantes confidenter in locis, quae ceperant de manu hostium.

Circa quod sciendum, quod Israelitae mox, ut Iordanem transierunt cum Iosue, inceperunt pugnare contra Chananaeos occupando loca, quae illi possederant, & nunquam cessauerunt ab hoc, nec confederunt in locis, quae bello ceperunt quousque occupauerunt terram, quantum putabant sufficere illi toti multitudi, & aliqd amplius, & tunc Iosue, & Israelitae cessauerunt a praeliis, & diuiserunt terram per sortes, habitaueruntque in ea, & ipsum sanctuarium domini, quod adhuc erat in Galgala, adduxerunt in Silo Iosue. 18. c. & ibi mansit vsque ad tpa Heli, & Samuelis, & tunc remisit Iosue fratres suos viros de duabus tribubus, & dimidia, ut irent in terram suam, quae erat ad orientem Iordanis, quia toto hoc tpe bellorum fuerat cum Iosue, & alijs Israelitis in bello Iosue. 22. cap. post hoc autem non fuit aliqua exercitatio in bellis Israelitarum ad acquirendam terram, licet interdum quod rarum erat acquirebant aliqua loca, sed non pugnabat totus Israel: hoc igitur tps, quo a bellis cessatum est sub Iosue fuit illud, quo Israelitae dicebant possidere terram, & pacifice in ea morati, ideo ante illud non licebat petere regem: post illud autem licuit, quia erat impleta dispositio legis.

Quare ante istud tempus non licuit petere regem post vero sic. Quaestio. XIII.

Sed quaretur quare ante tps istud non licuit, & postea licuit. Aliqui dicunt, quod fuit, quia prius non erant necessarii reges, & postea fuerunt necessarii, sed istud non est verum, immo potius est contrarium, quia rex duo facit, gubernat statum politicum ministrando iustitiam, & bella facit contra hostes, vel tuetur ab hostibus, sicut significauerunt Israelitae, quando petierunt regem a Samuele dicentes. In littera: Nequaquam, sed rex erit super nos, & erimus nos quoque, sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis: & tunc factum est magis necessarium, vel quod magis petitur in rege, quod primum, quod patet infra 10. c. quod fuit Saul assumptus in regem, quia quidam de Israel non aspexerunt, an Saul sciret, aut posset ministrare iustitiam eis in causis, sed an posset liberare eos de hostibus. f. & abiit cum eo pars exercitus, quorum Deus tetigerat

corda: filij autem Belial dixerunt: Num saluare poterit nos iste, & despexerunt eum in corde suo, & non attulerunt ei munera, & tamen antequam Iudaei intrarent in terram Chanana, & quando introierunt quousque possederunt terram pacifice fuit sibi minor vsus bellorum, quam in omnibus tpebus posterioribus, ergo tunc erat sibi magis necessarius rex quam alijs tpebus: si autem iudicia respiciantur non erat minor necessitas ante introitum, & post introitum quam postea, immo videtur, quod plus, quam cum tota multitudo Israelitarum simul esset occurreret eis plures materiae contendendi. Et hoc apparet in Moyse, qui fuit Iudex in deserto, nam sedebat toto die audiens lites, & non finiebat. quousque ad consilium Iethro sacerdotis Madii diuisit populum in decanos, quinquagenarios, centuriones, & tribunos, & illi erant audiebant causas subditorum: Exo. 43. ca. ergo magis erat rex necessarius prius quam post ingressum, & pacificam possessionem.

Dicendum, quod non fuit pro hoc, sed quia Deus constituerat duces pro his tpebus, ideo volebat, quod illis uiuentibus non solum non peterentur reges, sed neque etiam duces quicunque. Nam in exitu de Aegypto Deus constituit Moysem in ducem populi Israel, quia ipsum misit ad populum, ut loqueretur eis de exitu de Aegypto: Exo. 3. c. & loqueret deinde Pharaoni, ut dimitteret Israelitas: Exo. 5. c. & ipse constitutus fuit ad faciendum signum Exo. ca. 3. & ipse postea eduxit illos, & Deus voluit, quod Moysem audirent, & ei crederent in omnibus Exo. 19. & Deut. 5. & 18. iste autem vixit, & gubernauit Iudaeos per 40. annos, quibus in deserto fuerunt & pugnauerunt contra aliquas gentes quousque ad Iordanem accederent: nam mortuus est in caespibus Moab. iuxta illa Deuteron. 34. cap. ad introeundum autem in terram Chanana, & subiiciendum eam capiendum in bello electus fuerat a Deo Iosue antequam moreretur Moyse Num. cap. 27. & praecipit Deus, quod omnes ei obedirent, & voluit Deus, quod iste uiueret quousque caperet totam terram, quae necessaria erat habitationi Iudaeorum, & diuideret eam forte, atque pacifice sedere faceret gentem illam, quod & factum est, ut colligitur ex processu libri Iosue, ideo voluit Deus, quod pro his temporibus nullos alios gubernatores peterent, quia Deus illis prouiderat: his autem defunctis permisit, quod peterent sibi reges, quando vellent, & ita ipsi fecerunt, quia multo tempore post mortem Iosue petierunt regem.

Quare Deus noluit, quod Israelitae possent sibi constituere regem, nisi quem Deus elegeret. Quaestio. XIII.

Sed quaretur circa id, quod Deus iussit Israelitis. f. quod non possent constituere sibi regem, nisi quem Deus eis eligeret quare hoc fuit Deuteron. 17. capitulo.

Dicendum, quod iste populus erat specialiter subditus Deo, & magis pertinens ad ipsum quam omnes populi: vnde peculium eius vocati sunt, ut patet Exo. 19. & Deuteron. 7. capitulo, ideo dedit eis leges, & iudicia specialia, in quibus uiuerent, quod non fecit quantum ad alios populos Psal. 147. scilicet. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Et non solum voluit dare leges, sed etiam praesidere illis, & hoc non solum quantum ad praesidentiam generalem, quia omnia gubernat, & est Deus & Dominus omnium, sed quantum ad specialem modum, ut esset rex particularis illius gentis, & ob hoc a principio non volebat, quod gens illa haberet regem aliquem, vel principem talem, qui vocaretur dominus, ut ipse esset dominus immediatus Israelitarum, sed quia aliqui regem habituri erant, voluntate eius voluit, ut & in illo potestas

Determinatio auctoris.

potestas sua ostenderetur, & voluit primo ad hoc, quod si populus sibi ipsi regem constitueret viderentur illi liberi esse, & non habere dominum, nisi illum, quem ipsi sibi facerent. Cum autem non permisit eis regem constituere, sed quod illum solum in regem acciperent quem ipse eis daret, ostendebat eos sibi omnino subditos, & magis eum illis praesidere quam praesideret is, quem in regem a Deo acciperent.

Secundo ad ostendendum potestatem super regem: nam si populus sibi ipsi constitueret regem, videretur rex supremam potestatem habere, eo quod non respiceret alium dominum superiorem, cum vero non poterat esse rex nisi is, quem Deus in regem daret, non videbatur ille rex, sed potius vicarius regis quasi Deus esset immediatus rex illius populi, & qui constitueretur in regem, gereret vires illius, sicut vicarius, ideo sic fuit conueniens.

Tertio fuit, ut prouideret illi populo qualiter opus erat: nam cum specialem curam illius gentis ageret, volebat bonum statum illorum, & quia bonus status populi pendet ex bono rectore, & Iudaei nescirent prouidere sibi de rectore, quia forte eligerent eum, qui esset ad hoc ineptus: Deus qui cognoscebat interiora eligere potius debebat, sicut apparuit in assumptione Dauid in regem. Nam Samuel propheta, cum debuit vngere vnum de filijs Isai voluit primogenitum vngere, quia magnus statum erat, & Deus dixit non respicias vultum eius, nec altitudinem staturae eius: quoniam abiecti eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico infra 16. cap. ideo propter hoc Deus melius eligeret regem ad utilitatem populi, quam ipse populus eligeret.

Quarto ad certificationem, quod erat iste populus multum dubius, & petebat signa in omnibus, sicut dixit Apostolus: Iudaei signa petunt. & si ipsi regem constituerent sibi non essent certi, an ille esset, quem Deus regnare vellet, & ideo timerent, ne eius actus dirigerentur, ad hoc ergo ut nulla suspitio eis maneret conueniebat, ut Deus eis regem eligeret.

Quinto proderat ad tollendum discordiam, quia cum esset populus multus, & principatus regalis erat magnus, contenderent omnes de habendo illo, & tequerentur inde scandala: ad Deum autem pertinebat scandala illius populi vitare, ut esset bonus status illius, ideo debuit ipse regem eligere, in quo tollerentur scandala.

Sexto ad tollendam inuidiam, & hoc maxime a principio institutionis regalis principatus: nam cum nemo ante rex esset, sed de nouo creandus esset poterat creari, de qualibet familia, & si de vna crearetur inuiderent omnes aliam familiam, ideo Deus debuit eligere, quia cum ipse eligeret rationabiliter deberet quisque tacere, quia id quod Deus faceret esset optime factum, de quo nullus posset conuenire, & ista fuit causa magna, vnde non solum Deus elegit regem Israelitis, sed etiam ad magis tollendum inuidiam tenuit illum modum, qui minus posset causare inuidiam. f. quod per sortes eligeretur rex, & simul existentibus omnibus tribubus posita est fors inter omnes, & cecidit fors super tribum Beniamin, & illa diuisa est per familias, & domos, vsque ad viros, & sic cecidit fors super Saulem, qui in regem sumptus est, ut patet infra 10. cap.

An iste modus eligendi regem, scilicet quod Deus regem eligeret, debuit manere semper in omnibus electionibus, vel tantum in prima. Quaestio. XV.

Sed quaretur, an iste modus eligendi regem, id est quod semper Deus eligeret regem, debuit semper manere, vel quamdiu. Aliqui dicunt, quod non debuit semper manere, & patet, quia si semper obligarentur Iudaei ad accipiendum sic regem peccata Alph. Tost. In Primum Regum.

Prima opinio.

rent quando aliter acciperent, & tamen communiter fiebat primum. f. quod non expectabat diuina electio, sed filij regum vngentur in reges, & interdum aliqui qui non erant de progenie regia, sicut in regibus Israel, ut patet ex processu tertij, & quarti regum, & non est conuenienter dictum, quod in qualibet assumptione regis cuiuslibet peccarent, quia cum multi boni viri essent in Israel, non permitterent hoc semper fieri, licet aliqui fieret: etiam Deus penam inferret pro hac violata lege, circa rem tam arduam, & totiens violatam, cum et circa minora puniret desertores legis, & praeuicacitantes.

Dicendum, quod Deus iussit Israelitis non accipere regem, nisi quem ipse eligeret, & ista lex non potest intelligi, nisi dupliciter. f. aut pro solo primo rege, aut pro omnibus: nam quod in quibusdam deberet seruari, & in alijs non, nulla ratio patitur, sed quod in primo solo fieret, vel in omnibus erat satis ratio dubitandi.

Satis rationabiliter dici potest secundum quosdam, scilicet quod in primo rege eligendo tenerentur Iudaei illud obseruare, & non in alijs. Primo quia circa electionem primum regis occurrebat multa difficultas, cum nondum institutus esset principatus regalis in aliqua familia, & ob hoc posset cuiuslibet prouenire, ideo cupientibus omnibus principatum illum essent scandala, & inuidiae in constitutione regis, nisi Deus ipse constitueret, de quo nullus posset conuenire. Sed circa posteriores electiones, & constitutiones regum non erat sic, cum Deus semel dedisset principatum regalem cuidam genti, vel familiae, & non alijs, ideo non oportebat, quod in singulis constitutionibus regum ipse eligeret.

Secundo quia hoc conuenit ei, quod factum est: nam in prima constitutione regis inuenimus Israelitas petentes a Deo regem, sicut hic petierunt a Samuele, & et quod Deus in conspectu totius populi elegerit Saulem in regem per sortes infra 10. cap. & in alijs vicibus non inuenimus hoc. f. quod vel israelitae peterent a Deo regem, quia nunquam petierunt, aut etiam quod Deus illis regem eligeret, ergo ita intelligi debuit: nam si aliter lex intelligeretur, aliter eam Iudaei seruassent.

Tertio patet ex ipsis verbis legis, in qua hic electio praecipitur. Nam dicitur Deut. 17. c. Cum ingressus fueris terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi, & dixeris constituam super me regem, sicut omnes habent per circuitum nationes, constitues eum, quem dominus deus tuus elegerit, & ita ista electio Dei esse debebat, quoniam israelitae dicerent constituam super me regem, sicut nunc habent omnes nationes. i. aliae nationes habent regem in circuitu, sed manifestum est, quod hoc solum in prima vice dicerent, quia hoc significat eos ante non habuisse regem, cum dicant sicut omnes habent nationes. i. aliae nationes habent regem, & nos non: constituamus ergo regem. Nam et si postea in qualibet assumptione regis venirent israelitae ad petendum regem a Deo, non dicerent constituam mihi regem, sicut habent aliae nationes, quia etiam ipsi habebant, sed dicerent da nobis regem, sicut ante dedisti, & ita apparet, quod solum hoc intelligit de prima vice, & hoc modo sublatum est argumens. f. quod Iudaei non peccabant in alijs assumptionibus regum, licet Deus non eligeret eis regem.

Dici potest alio modo, scilicet quod Iudaei nulla vice poterant eligere regem, sed quocumque, aliquem assumerent in regem debebat Deus illum eligere. Primo quia si reges semper facturi essent de eadem familia poterat tolerari, quod in prima sola vice Deus eligeret, & tamen fuerunt diuersae familiae, quia prius fuerunt reges de Beniamin, & postea de Iuda, ideo oportebat, quod etiam alijs vicibus Deus eligeret reges Iudaeorum. Secundo, quia causa illa, quas diximus praecedenti quod. quod Deus deberet eligere regem Iudaeis, manebat quantum ad alias vias, quia esset discordia & inuidia.

Alia opinio.

Conclusio.

Responsio secunda.

inuidia, & scandala, & incertitudo circa constitutum in regem, nisi Dei intentio esset nota Iudais, circa constitutum in regem, ideo conueniens erat, qd Deus eligeret in omnibus vicibus. Cum autem dicitur, quod non fuit sic obseruatum. Dicendum vno modo, quod istud parum arguit, qd quaedam precepta fuerunt Iudais data, quae saepe violabantur.

Tertia responsio

Alio modo dicendum, & melius, qd istud fuit quasi semper obseruatum: nam in primo rege, quia assumptus fuit inter Iudaeos. Saule fuit hoc, quia Israelita petierunt illum a Samuele loco Dei, & Deus elegit eum. 7. 10. c. deinde fuit Dauid rex, quae Deus elegit, & fecit vngi per Samuelem antequam moreret Saul 7. 16. c. & post Dauid elegit Deus Salomonem in regem. 1. Paralip. 21. c. & deinde omnes reges Iuda fuerunt de stirpe Dauid, & illi licet non eligerentur, quoniam assumebatur in reges per aliquem actum expressum Dei, sicut fuit in Saule, qui per sortem fuit electus: tamen notificata erat voluntas Dei de illis, qd regnaret, & hoc faciebat ad tollenda omnia inconuenientia, & illa vocabatur electio, & patet istud, quia Deus promiserat Dauid, qd de stirpe eius essent reges in aeternum. 2. Reg. 7. c. 1. Paralip. 17. c. ideo quodcumque succedebat filius patri apparebat expresse, qd Deus illum elegerat, quia Deus praedixerat, qd sic volebat, qd succederent semper in regno posteris Dauid, sicut in iudicis sacerdotibus erat, in quibus primogeniti succedebant patribus, vt patet Leui. 6. & 21. & Exo. 29. cap. & manifestum est, qd si regnum per successionem esse debebat in posteris Dauid, quia primogeniti succedebant, quia primogeniti erant maiores in honore, & imperio Genes. 49. & ipsi habebant excellentiam in bonis paternis Deut. 21. c. si autem non distinguisset Deus vnam progeniem, de qua reges esse deberent, elegerat Deo qualibet vice regem, & manifestasset illum populo, sicut fuit in Dauid post Saulem, qui non fuit de eadem tribu: fecit Deus vngi Dauid per prophetam infra 1. 6. cap. in quo manifestabat intentionem suam.

Sed tunc obijciatur, qd in quibusdam non fuit istud obseruatum, sicut in Isboseth filio Saulis. Nam vnde est in regem. sequenti lib. cap. 2. & non fuit electus a Deo: etiam fuerunt postea reges Israel diuiso regno, qui non eligebantur a Deo.

Dicendum, qd quidam reges fuerunt, qui non fuerunt per Deum electi, & ideo male regnauerunt, & hoc non est inconueniens, quia ipse ita dixit Osee. 7. c. ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt non cognouit. Et cum dicitur de regno Isboseth. Dicendum, qd non fuit electus a Deo, cum potius Deus repulerat Saulem, ne regnaret, dum adhuc vixeret, & tota eius posteritas, faciens vngi Dauid in regem, & tamen non oportet, qd peccauerit Isboseth sumendo regnum, neque qui eum vnxerunt. f. Abner, & Israelita, quia ille erat filius regis, & forte non erat eis nota voluntas Dei, de constituendo Dauid in regem, & repellendo progeniem Saulis, de quo magis dicitur seq. lib. c. 2.

An reges Israel fuerint p successionem vel per electionem Dei.

Circa reges autem Israel, qui fuerunt post diuisionem regni dicendum, qd aliqui illorum fuerunt per electionem Dei, sicut fuit de Ieroboam primo rege Israel: nam propheta Ahias Silonites denunciavit ei, quod futurus esset rex super decem tribus Israel infra libro tertio cap. 11. De sequentibus etiam aliqui fuerunt a Deo electi sicut Iehu, ad quem vngendum in regem Deus misit prophetam infra libro quarto Regum capitulo nono, plures tamen de regibus Israel fuerunt per quandam usurpationem & tyrannidem: nam quidam occidebant alios & regnabant pro eis, vt patet ex pcessu tertij & quarti libri infra, & de istis regibus Israel, qui erant reges Samariae locutus est Osee. cap. 8. dicens: Regnauerunt & non ex me. i.

non habuerunt a me auctoritatem, quia ego non elegi eos: reges autem Iuda omnes regnauerunt per Deum, quia erant de posteris Dauid, de quibus dixerat, quod regnarent in aeternum.

Ex quo Deus decreuerat, quod de stirpe Iuda futurus esset rex cur dixit de constitutione regis. Deuter. 17. Quaesitio. XVII.

SEd quaeretur ad quid Deus dixit loquens de constitutione regis Deuter. 17. cap. constitues eum, quem dominus Deus tuus elegerit de medio fratrum tuorum, quia inde electi videbantur esse reges, cum Deus praedixisset, de qua stirpe futuri erant Gen. 49. f. Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de Femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ita designauit ibi, de qua stirpe futuri erant reges, & quam diu duraturi: vnde non oportebat aliam electionem fieri.

Dicendum, qd certum erat futurus esse reges de tribu Iuda, quia Deus illud praedixerat, & non poterat verbum Dei vacuum esse, & tamen non sufficiebat illud ad constituendum reges, vt sciret illos esse de voluntate Dei.

Primo, quia ex illa propheta constabat futuros esse reges de tribu Iuda, tamen non constabat, quando illi regnare inciperent: nam de fine regni dixit propheta. f. qd non deficerent reges de Iuda, quousque veniret Messias, & tamen non dixit quando inciperent, vnde poterant esse multo tempore ante reges de alijs tribubus, & illos Deus eligeret, sicut in primo Rege. i. Saule fuit, quia ille fuit de tribu Benjamin seq. cap. & infra 10. & filius eius post eum, & tamen Saul fuit per electionem Dei, sicut. n. poterant longo tempore de illa tribu, vel de alijs esse reges, & non essent de tribu Iuda, ideo pro illis necessaria erat electio Dei.

Secundo quia licet notum esset futurus esse reges de tribu Iuda: non tamen erat certum de illa sola tribu Iuda futuros, quia poterant simul esse reges de alijs tribubus, sicut fuit post Salomonem: nam erat reges de alijs tribubus, dum essent reges de Iuda, & tamen illa diuisio a Deo facta est, & qd duo reges essent infra lib. 4. 13. cap. & 2. Paralip. 12. & primus illorum. f. Ieroboam a Deo electus est, vt dictum est praecedenti q. & ita de talibus non constabat ex illa propheta: nam ibi dictum est, quod reges essent de Iuda, sed non ostensum est ibi, an super totum Israel illi reges essent, vel super aliquam partem, ideo debuit Deus reges eligere.

Tertio quia dato, quod de sola tribu Iuda reges futuri essent, & nulli alij eos praecederent, erant multae familiae in tribu illa, & multi viri, non constabat autem quem illorum Deus veller, sed de omnibus dubitari poterat antequam esset prima institutio regis, cum nullus esset ibi de progenie regali, & hoc apparuit in primo rege de tribu Iuda, qui fuit Dauid. Nam Deus misit Samuelem prophetam ad vngendum vnum de filijs Isai in regem, & Samuel nesciuit quem illorum vincturus erat quousque Deus ostendit ei Dauid infra decimo sexto capitulo, a fortiori ergo dubitaret Samuel, si iuberetur vngere vnum de tribu Iuda, & non exprimeretur quis esset, ideo debuit Deus eum expresse eligere.

Quarto quia adhuc postquam Dauid esset vinctus in regem non constabat, an aliqui de posteris suis futuri essent reges, vel alij de tribu Iuda, quia licet Saul fuit rex non successerunt ei posteris sui, sed repulit illos Deus, id circa singulos post Dauid oportebat, qd Deo daret aliquam notificationem, & ista dedit inquit dixit, quod

quod volebat, qd posteris sui succederent ei in regno in perpetuum, ut patet in seq. lib. c. 7. & 1. Paralip. 17. c. & sic conueniens fuit, qd Deus eligeret reges Iudaorum, quia non sufficiebat illa praenunciatio de regno tribus Iuda.

Et orauit Samuel ad dominum. Dixit autem Dominus ad Samuelem; Audi vocem populi in omnibus, quae loquuntur tibi: non enim te abiecerunt, sed me, ne regnum super eos. Iuxta omnia opera sua, quae fecerunt a die, qua eduxi eos de Aegypto usque ad diem hanc. Sicut dereliquerunt me & seruierunt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi. Nunc ergo uocem eorum audi. Veruntamen contestare eos, & praedicare eis ius regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui perierat a se regem, & ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est uobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites & praecursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabros armorum, & curruum suorum.

Luna rhasis vtriusq; dicitur.

Et orauit Samuel ad Dominum. Hic ponitur tertium. f. domini definitio: Samuel. n. noluit quicquam rñdere immediate, vt proposuerunt Israelita dicens, qd referret domino, & postea responderet eis: ipsi tñ manserunt in vrbe Ramatha: nam. n. recesserunt seniores petentes regem de loco illo, quousque Samuel rñdit eis determinate, & proposuit omnia quae habentur hic, & ad vltimum consensit qd haberent regem, quia tamen hoc non erat immediate expediendum, remissis singulis in terram suam, vt patet infra. f. dixit dñs ad Samuelem audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel vadat vnusquisque in ciuitatem suam, & sic oratio ista Samuelis solum fuit per vnum diem, aut duos: nam magno tempore non expectassent seniores Israel in Ramatha. Et dicit Iosephus, qd postquam audiuit ista verba fuit tantum afflicus, qd nec cibi memoriam habuit, nec somni, sed facta nocte rerum cogitationes euoluens sine somno permansit. Dicitur autem, qd orauit Samuel ad Dominum. f. vt responderet ei quid in hoc iudicaret: Deus autem per noctem ei apparens significauit ista quae infra habentur. Dixitque Dominus ad Samuelem.

Quomodo locutus sit Dominus ad Samuelem de rege constituendo. Quaesitio. XVII.

QVOMODO autem ista locutio facta sit; non apparet: poterat tamen fieri multipliciter. f. qd per apparitionem alicuius angeli in forma assumpta, sicut apparuit angelus quidam Iosue euaginatam habens gladium: Iosue cap. 5. vel poterat esse, qd fieret ad eum aliqua vox formata ab angelo, sed non apparet quis loquebatur; sicut fiebat Moyfi, cui loquebatur dominus interdum de columna nubis ad ostium tabernaculi, & nemo ibi apparebat, vt patet Nume. cap. 12. sic etiam factum est in datione legis in monte Sinai: nam audierunt voces I. Alph. Tost. In Primum Regum.

raelitae, & nullam figuram omnino viderunt, vt patet Deuteronom. cap. 4. poterat etiam fieri alio modo. f. per somnium, & immutationem phantasticam, quae vocatur visio imaginaria, & ista communiter accidebat prophetis. sic patet Nume. 12. cap. f. Si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum: poterat esse alius modus. f. per solam mutationem intellectus, ita qd propheta eleuaretur ad cognoscendum aliqua quae aliter cognoscere non poterat, nisi infuso aliquo supernaturaliter lumine, & hoc poterat fieri, vel per ecstasim, vel sine ecstasi. De his magis declaratum est Num. 12. cap. modus autem communior erat, vt fieret per somnia: fuit tamen a principio Samueli facta reuelatio per noctem non per somnium, sed per veram vocem ad eum missam, quam ipse audiuit: vnde ter surrexit de cubili suo putans se vocari ab Heli, vt patet supra ca. 3. sic etiam dici potest, quod fuerit hic. Audi vocem populi. Idest facias, quod petunt: accipitur autem hic audire, id est exaudire, quoniam audire nihil proficiebat: etiam Deus hoc non iuberet, quoniam iam audierat Samuel vocem populi.

In omnibus, quae loquuntur tibi. Idest fac omnia quae loquuntur. f. constituendo eis regem, vt volunt. Non. n. te abiecerunt, sed me. Hoc dicit Deus, vt Samuel hoc expediret sine vlla difficultate non respiciens, an aliquo modo grauaretur ipse in hoc: videbatur enim quoddam dedecus ei inferri, quia ipse, & filij sui habebant principatum iudicatum populi: nunc autem, si institueretur rex, non maneret vllus principatus in domo Samuelis: dicit tamen Deus, qd non grauetur in hoc Samuel, quia non contemnitur ipse principaliter, sed Deus, & tamen Deus tolerat, ergo ipse tolerare det: Ne regnem super eos. Idest Israelita abiecerunt me, ne habeam regnum super eos: ante hoc autem nemo regnabat super Israelitas, sed Deus ipse erat rex immediatus: nunc vero, quia volebant alium eligere regem nolabant super se Deum immediate regnare.

Iuxta omnia opera sua quae fecerunt a die qua eduxi eos de terra Aegypti usque ad diem hanc. Quasi dicat non est admirandum qd hoc faciant, qm non est opus nouum, sed est sicut omnia alia quae fecerunt a die, qua eduxi eos de terra Aegypti. f. semper ab illo die peccauerunt, & nunc etiam peccant.

Non tamen est intelligendum, qd semper peccaret, quia aliquando sequebantur dñm, vt patet supra. f. tempore Samuelis: etiam Iosue cap. vi. Dicitur & Iudic. 1. qd Israelita seruierunt Deo Israel cunctis diebus Iosue & seniorum, qui longo tempore vixerunt post Iosue, ergo non semper operati sunt praue, Israelita ex die, qua egressi sunt de Aegypto.

Respondendum est, qd accipit hic scriptura vniuersale, vt in plurimum sñm modum cōem scripturae: rarissime. n. Israelita Deum colebant offerendo ad tpa, in quibus non colebant, ideo illa tpa, quibus colebant reputantur quasi nihil: sic. n. dñs, qd Israelita toto tempore, quo fuerunt in deserto. f. 40. annis peccabant, & tñ non semper peccauerunt: aliqui. n. recte agebant, & habebant affectum in Deum cōuersum, ita vt Deus laudaret intentionem eorum, vt patet Deut. c. 5. f. bene oia sunt locuti: quis der eos talem habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea: dicebantur tñ semper peccasse dum fuerunt in deserto, vt patet Psal. 94. f. 40. annis proximis fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde, sic igitur hic dicitur, qd semper opera eorum fuerunt talia. i. vt communiter. Sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis. Hoc enim saepe fecerunt: nam in deserto pariter postquam egressi sunt de Aegypto, scilicet, non dum completis tribus mensibus fabricauerunt

Quo inteligitur, qd Iudaei semper peccauerunt.

Iudaei maxime dediti fuerunt idolatriae.

deos Aegypti facientes vitulum aureum, & iste erat Deus Aegyptiorum, qui vocabatur Apis. De hoc apparet declaratum Exo. 33. cap. postea etiam anno 40. ante introitum in terram Chanaan plurimi Israelitarum coluerunt deos Moab, ut patet Nume, cap. 25. & perierunt ibi multi Israelitae: postea etiam cum fuerunt in terra Chanaan multoties conuerterantur ad idola, sicut patet per processum libri Iudicum, & tunc trahebant illos in manus diuersarum gentium, & deinde cum conuerterentur suscitabat Deus iudices, qui liberabant eos. Sed faciant etiam tibi, in hoc Deus consolatur Samuelem, ne doleat, quod principatus auferatur a domo eius, quoniam non est mirum, quod hoc faciant illi, cum sic etiam Deo fecerint ab initio relinquentes eum, & colentes deos alienos. Nunc ergo audi uocem eorum, i. exaudias, quae dicunt, ut facias secundum uoluntatem ipsorum, scilicet constituendo regem. Veruntamen contestare eos. Quamquam Deus sciret, quod Israelitae semper uellent regem habere: in Deo uoluit, ut circa hoc adhiberetur quaecumque diligentia adhiberi posset, ut desisterent ab hac peruersa intentione: nam non erat eis salubre quod regem peterent, quia aliquo tempore tamen affligeretur a rege suo, quod ipsi nollent habere regem, & si hoc non fuisset eis praenunciatum a Deo habuissent aliquam occasionem ad dicendum, quod ipsi non acceperant regem si praeciperent, quae mala inde consecutura erant: uoluit Deus eis praenunciare ista per Samuelem, & hoc est quod contestaretur illis, quod multa mala uentura essent si eligerent regem, & hoc est, quod contestaret eos. Et praedicat eis ius regis, qui regnaturus est super eos. I. praenunciata illis quantum poterunt super eos reges, quos constituent, & uocantur hic iura regis ea, quae reges ab eis exigere poterant.

Quis erat rex, cuius iura descripsit hic scriptura.

Et dicitur hic de rege regnatura non quidem, quod intelligantur oia ista de illo rege, qui immediate regnatura erat super Israel, quia ille non affixit Israelitis secundum oia, quae habentur hic: ille enim fuit rex uinens in simplicitate, sed non habuit magnitudinem exercitus, nec equos, & praecursores quadrigarum, & multitudinem possessionis secundum quae habetur hic: sed accipitur hic rex pro omnibus regibus futuris, quoniam aliqui eorum grauauerunt nimis populum in tributis, & accipiendo ab illis, sicut apparet de Salomone, qui habendo magnitudinem diuitiarum grauauit populum suum, ita ut in principio regni filii eius dicerent Israelitae: praeter tuum diuissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc minue paululum de imperio patris tui diuissimo, & de iugo grauissimo, quod imposuit nobis, ut patet 3. lib. ca. 12. & quia noluit filius Salomonis minuire aliquid de iugo, quod imposuerat pater suus, diuissimum est regnum illius & recesserunt. 10. tribus ab eo, ut patet eo. c. sic quoque alii reges, qui prauis erant grauabant populum magnis impositionibus, ita ut iam Israelitae magis se putarent seruos quam liberos.

Dixit itaque Samuel omnia uerba Domini. Ista uerba sunt ea, quae habentur infra de iure regis, & Deus dixerat illa Samuelli, scilicet nocte praecedenti, cum apparuit ei. Ad populum qui petierat a se regem. Iste populus erat multitudo seniorum, qui conuenerant de toto Israel in Ramatha ad Samuelem, ut constitueret eis regem: uocantur isti populus, quia multi erant, cum dicatur supra, quod congregati sunt uniuersi maiores natu Israel: uel uocantur populus, quia nomine totius populi illi ueniebant ad Samuelem, & isti petebant regem a se, i. a Samuele, scilicet quia iste erat propheta Domini, & erat princeps eorum, uolebat quod ipse institueret eis regem: eo autem nolente uolebant facere quicquam, quia dato quod uellent, & facerent, putabant quod non cederet eis in prosperum.

Hoc erit ius regis, qui imperaturus est uobis, i. quicumque rex fuerit super uos constitutus, ut imperet, poterit facere omnia, quae sequuntur hic.

F cere omnia, quae sequuntur hic. Filios uestros tollet, & ponet in curribus suis. Tollere significat uolentiam, & est sensus, quod inuitis ipsis rex acciperet filios eorum ad seruendum sibi. Et dicit, quod poneret in curribus suis, quod intelligitur dupliciter. Vno modo de curribus qui sunt plaustra, & pertinent ad agriculturam, & opera rustica. Quod rex acciperet de filiis Israelitarum aliquos ad seruendum sibi in opere rurali, & poneret eos in curribus, scilicet ad regendum plaustra, & huic consonat, quod infra habetur, scilicet filios uestros faciet aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabrorum armorum: et infra dicit, quod auferet seruos & ancillas, & iuuenes optimos, & poneret in opere suo, scilicet quod faceret eos cessare ab operibus familiaribus, & poneret illos in opere suo, scilicet regali. Alio modo accipiuntur currus pro curribus falcatis, qui pertinebant ad genus belli: erant autem isti currus habentes in rotis gladios curuatos in modum falcis, & extensos in transversum. Cum autem currus moueretur impetu magno quicumque prope currum esset discerperetur, ideo omnes fugiebant a curribus, portabantur autem isti currus ab equis quatuor, qui et armati erant aliquo genere leuis armaturae, ne laederentur ab hostibus incurstantibus; & super currum erat unus uir armatus, qui pugnabat, alius autem erat super equos, qui uertebat eos quocumque uellet: fuit autem istud antiquissimum genus armaturae, & piosum, quia erat magnorum sumptuum, ideo et si essent reges potentes paucos currus habere poterant, & de istis intelligitur ista haec: quoniam hic a principio agit de opere bellico, cum dicitur, quod faciet eos sibi equites, & praecursores quadrigarum, scilicet armum, & tribunos, & centuriones.

Currus quos mo-dis accipitur.

Currus falcatus qualis erat, & quomodo cum eo bellum fiebat.

Currus falcatis non fuerunt apud hebraeos in introitu terra Chanaan. Quae. XVIII.

ISTUS currus a principio inter hebraeos non fuerunt: nam cum introierunt Israelitae in terram Chanaan pugnaueruntque multos Chanaanos simul acceperunt currus, & equos: iussitque Deus, ut currus igne comburerent, & equos subneruarent, ita ut ipsi nihil utilitatis ab eis acciperent: de hoc Iosue cap. 11. Postea autem Israelitae nunquam habuerunt currus, tum quia Deus uetuerat: tum quia erant ipsi pauperes, & non poterant emere, nam in terra Israelitarum rarissimi equi erant, sed emebantur de Aegypto, & Choa; unde Salomon, qui habuit multitudinem equorum & curruum partim emebat de Aegypto, & Choa, & partim offerebantur ei a regibus, & prouincijs, ut infra 3. lib. cap. 10. reges autem, qui immediate praefuerunt Israeli nihil horum habuerunt, potissimum rex Saul, qui primus fuit: nam iste pauper fuit, & non habuit currus, & equites; nec solum hoc, sed etiam non habebat arma ad bellum, quia in primo bello, quod ipse fecit contra Philistinios non inuenta sunt arma in Israel, scilicet nec gladius, nec hasta, nisi in manu eius, & filij sui Ionathae, ut patet infra capitulo decimotertio. Dauid autem qui successit huic in regnum nimis fuit diues, quia fecit bella multa contra gentes, in quibus ditatus est: ita ut ipse reliquerit aurum, & argentum, & es, quae necessaria erant ad adificationem templi domini, ut patet primo Paralipocap. 13. relicta sunt etiam multa in uolucra pecuniarum in sepulchro eius: nam ferunt tibi, ut ait Iosue libro septimo Antiquitatum octo loculos argenti, & auri mechanice absconditos, ita ut nullus hebraeorum regum, nec aliarum gentium motus tot pecunias reliquerit: iste tamen non habuit currus, & equites: non enim de eo aliquid tale legitur, nisi de paucis sequenti lib. c. sed filius suus Salomon, qui praecessit in gloria regali super omnes reges Iudaeorum, multiplicauit

De paupertate regis Saulis, & de diuitijs Dauid & Salo.

cavit sibi currus, & equites: nam habebat Salomon quadraginta millia praefecta equorum curruum, i. principum ad currus, & habebat duodecim millia praefecta equestrum, ut patet infra 3. lib. c. 4. multiplicauit etiam post hoc sibi currus, & equites, quia emebat de Aegypto, & Choa, & offerebantur sibi a prouincijs, & gentibus terrae: in his autem curribus, & equis ponebat filios Israelitarum, & quantum ad hoc cogebat eos ad quoddam genus seruitutis: alij autem reges, qui post Salomonem fuerunt eodem modo fecerunt, quamquam non accesserunt ad magnitudinem gloriae Salomonis. Facietque sibi equites. Scilicet homines armorum pugnantes in equis: rara enim erat apud antiquos equestris pugna, & tamen reges, qui fuerunt gloriosi habuerunt equites, & assignabant sibi pro equis de filiis ipsorum Israelitarum uiros industrios, & potentes ad bellum: sic nanque Saul, licet non habuerit currus, & equites, tamen pro militia sua accipiebat de filiis Israelitarum quoscumque uolebat. Sic patet infra c. 14. quemcumque uidebat Saul uirum fortem, & aptum ad praelium sociabat eum sibi. Et praecursores quadrigarum suorum. Vocantur praecursores auriga, scilicet qui dirigebant currus: nam in pugna curruum erat super curruum unus uir armatus, qui pugnabat contra hostes: alius autem erat super equos dirigens eos, & iste non pugnabat, sed dirigebat currum. Hi autem uocantur praecursores quadrigarum, quia faciebant eas currere quocumque uellent, & de his etiam accipiebant reges Israelitarum ab Israelitis ascribentes eos illi operi, & uocantur praecursores quadrigarum, quia in praecursu earum currebant. Praecedentes ad armatos, qui erant in curribus, quia auriga erat in anteriori parte curruum, & armatus uir super ipsum currum.

Et constituet sibi tribunos, & centuriones. Idest et de filiis uestris faciet tribunos: isti erunt principes armorum in bello: nam diuidebatur semper exercitus in duces, ut non essent omnes immediate subditi uni uiro, sed cum diuisi essent in plures per subordinationem facilius fieret, & melius res bellica ageretur: isti autem principes tenent multiplicem gradum secundum pluralitatem & paucitatem subiectorum sibi. Vocantur autem quidam tribuni, i. millenarij, quoniam mille uiros habebant sub ducatu suo. Alij uocabantur centuriones, quia quilibet eorum habebat centum uiros sub se, & sic erant alij quinquagenarij, & alij alios numeros: hos autem accipiebat rex de filiis Israel ascribendo eos exercitui suo. Istud autem non erat grauamen Israelitis, quia quod aliquis constituatur in principem excellentia est, & non seruitus: potest tamen istud aliquando pertinere ad subiectionem in quantum aliqui nolentes vacare operi bellico, sed magis manere in ocio quieto, ascribantur militiae, ut essent duces, & haberent magnam curam exercitus. Et aratores agrorum suorum. Idest accipiet rex filios uestros, & assignabit eos ad arandum agros suos: uocabant enim reges agriculturam, & uolebant quod subditi impenderent eis famulatum etiam quantum ad hoc.

An omnia ista iura regis, quae hic ponuntur sint debita regibus, ita quod possint illa sine peccato exigere. Quae. XIX.

Prima opinio. Primum argumentum.

Quaeritur aliquis an ista, quae habentur hic sint iura debita regibus, ita quod ipsi licite possint exigere illa a subditis. Aliquis respondet, quod sic, quoniam si ista non possent reges petere a subditis superflue ponerentur hic, quia si de eis, quae iniuste agere possunt contra subditos dicitur non erit numerus, quia non solum haec mala, sed etiam quaecumque alia homines excogitare possunt reges poterunt Alph. Tolst. In Primum Regum.

subditis facere, ergo ista quae habentur hic debita sunt. Item patet, quia dicitur hic hoc erit ius regis, qui imperaturus est uobis, sed quaecumque iure sunt iuste sunt, ergo reges iuste ista poterunt exigere. In primum uideatur, quod non possint ista iniuste petere: quoniam hic ponuntur aliqua quae pertinent ad rapinam, sed rapina iniusta est. De hoc apparet infra, cum dicitur agros quoque uestros, & uineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis.

Secundum argumentum. In oppositum pro ueritate.

Item quia dicitur filios uestros faciet aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabrorum armorum: sed ista aut fiebant sine pecunia, aut data pecunia, si sine pecunia pertinebat ad uolentiam, & defraudationem laborum, quae grauiora peccata sunt: si autem data pecunia pertinebat solum ad uolentiam in quantum rex cogebat eos laborare in opere suo contra uoluntatem ipsorum.

Item dicitur infra segetes uestras, & uinearum redditus addecimabit, ut det eunuchis, & famulis suis, & seruis uestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & assignas auferet, & ponet in opere suo, sed ista manifeste sunt iniusta, ergo non erant debita regi.

Item patet, quia dicitur infra uos eritis ei serui, sed quod rex deducat in seruitutem eos, quibus praestitum est iniustissimum: ergo non poterit ista facere.

Item dicitur infra clamabitis in illa die a facie regis uestri, quem elegistis, & non exaudiet uos dominus, quia petistis regem: si tamen ista iniuste imponerentur non habebant Israelitae cur clamarent ad Deum, nec cur Deus non exaudiret eos: de tamen quod non exaudiet, quia petierunt regem, ergo praesupponitur, quod ipsi iniusta patiebantur: Deus tamen non liberabat eos, quia ipsi meruerant.

Respondendum ad quaestionem secundum quosdam dicitur. Nicolaus, quod aliqua sunt de iure regis in necessitate positi propter bonum commune regni. Et sic oia, quae inferius scribuntur a Samuele sunt de iure regni, quia in tali casu omnia sunt regis, uel principis expendenda pro bono communi. Sicut & in corpore naturali instinctu exponitur pro conseruatione uitae ipsius corporis. Si autem accipiatur alio modo ius regis extra necessitatem sic plura exprimitur a Samuele, quae non pertinent ad ius regis, ut puta oia, quae reddunt populum subditum seruilem, & quae non respiciunt bonum commune, sed hominis in regno positi uoluntatem, & talia praedixit eis Samuel ad retrahendum eos, ne peterent regem, quia non expediebat eis, cum facilius regnum conuertatur in tyrannidem propter magnitudinem potestatis uni committitur.

Opinio Lyrani de iure Regum consuetur. Quae. XX.

Sed dicendum est, quod ista, quae ponuntur hic, non sunt iura regum, i. eis debita, ut ipsi exigere possint illa a subditis. Nec stat distinctio, quod quaedam illorum pertineant ad regem existentem sine necessitate, & oia pertineant ad regem existentem in necessitate. Nam nulla necessitas regis esse potest, pro qua licitum sit, quod ipse reducat in seruitutem subditos suos. Item dicitur: Vos eritis ei serui, & clamabitis, ergo non poterat rex aliquo modo ista exigere, nam rex illa iniuste exigit, quae pertinent ad principatum regalem manentem in uiribus suis. Cum autem transferit principatus regalis in tyrannidem exiit iam peruersissima politia, ergo non poterit rex exigere ea, quae pertinent ad tyrannidem, sed nulla maior potest esse species tyrannidis, quam quod rex seruos efficiat subditos suos, ergo nullo casu hoc licet.

Hae opinio. Nic. emul tu falsa factis, & picu sola aiab, quia pstat principibus inuentum rapinae & tyrannidis.

Item multa alia sunt hic, quae pertinent ad iniuriam, & non profunt ad commune bonum regni. scilicet quod rex faceret

faceret filios Israelitarum aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabros armorum, sed ista fieri non possunt, nisi ad utilitatem priuatam regis, & cum graui damno subditorum, ergo nullo modo ista rex potest exigere.

Item exemplum Nicolai non applicatur ad propositum, s. q. sicut in corpore naturali quaelibet pars se exponit pro toto corpore, ita quoque pro bono communi omnia bona priuatorum exponenda sunt, quod quidem verum est. Sed hoc nihil pertinet ad ea, quae dicuntur hic de iure regis, quoniam omnia, quae habentur hic pertinent ad bonum priuatum regis, cum ipse pro seipso accipiat omnia hoc a subditis, & non pertinent ad bonum commune, ergo non poterit rex in quacunque necessitate ista accipere.

Item Deus vetuit in lege aliqua istorum, ergo non poterant reges illa iuste petere: patet quia infra dicit, q. rex tolleret agros & vineas, & oliueta optima, & dabit seruis suis, & segetes vestras addecimabit, vt det eunuchis, & tamen Ezechiel. cap. 46. dicitur: Non accipiet princeps de hereditate populi per uolentiam, & de possessione eorum, sed de possessione sua hereditatem dabit filiis suis, vt non dispergat populus meus vnusquisque a possessione sua.

Item infra dicitur, quod Israelitae efficerentur serui regis sui, & tamen Deut. ca. 17. prohibetur istud: nam dicitur: Cumque fuerit constitutus non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus, s. non habebit rex magnam potentiam, ita vt per hoc reducat subditos suos in seruitutem, q. est reducere eos in Aegyptum. s. in talem seruitutem qualem patiebantur in Aegypto. Et non solum non licebat regi reducere in seruitutem subditos, sed etiam non licebat, q. superbiret super eos. Sic patet Deut. cap. 17. s. q. non habebit rex immensa potestatem auri & argenti, & subditur postea ne eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, ergo non erat licitum regi ista petere.

Dicendum igitur, q. omnia quae habentur hic fuerunt posita non quidem tanquam iura regum, sed tanquam mala, quae poterant facere reges super subditos propter magnitudinem potestatis, & ponuntur hic multa grauissima, vt per haec intelligantur multa alia mala, quae reges excogitare poterant, & imponere subditis suis, cum hic ponatur id, quod grauissimum est. q. subijcerentur in seruitutem.

Rationes primae opinionis quae est. 19. soluntur. Quae. XXI.

AD rationes in contrarium patet ratio. Ad primam cum dicitur, q. ista aut ponebantur tanquam iura debita, aut tanquam mala, quae infligere poterant reges subditis. Dicendum, q. ponebantur ista tanquam mala, quae reges poterant infligere per potestatem, & non tanquam iura debita. Et cum dicitur, q. ista superflua sunt, quia plurima alia infligi poterant. Respondendum, q. ponuntur ista, vt per ea significantur omnia alia quaecunque mala, quae infligi possent, quia hic ponitur omnium pessimum. s. seruitus, in qua possunt omnia alia colligi.

Ad secundam, cum dicitur, q. ista sunt iura regis, vt patet in litera. Respondetur, q. non accipitur hic ius pro eo, q. debitum est, sed large pro omni, quod impositum est, & reddi solitum est, & sic omnes impositiones principum, vel locorum, siue iustae, siue iniustae sunt, iura vocantur principum, vel locorum, ideo quamquam hic Deus dixit, q. ista erant iura regis, qui imperaturus erat, non attribuitur aliquod ius regibus ad petendum aliquid horum, cum solum vocentur

hic iura, id est impositiones.

Causa autem quare ista posita sunt hic fuit, vt Israelitae timore malorum sibi futurorum desisteret a petitione regis, quod apparet ex principio literae: verum tamen contestare eis ius regis, qui imperaturus est. i. praedic eis, quae mala reges facient eis, imponendo eis quaecunque voluerint per magnitudinem potentiae, ideo eo modo quo posita sunt omnia debent exponi ad iniquitatem.

An rex possit licite aliquos inuitos facere armigeros suos, vel qualitercunque militantes sibi in bello. Quae. XXI.

POSSUNT tamen aliqua horum trahi ad equitatem, ita vt liceat regibus illa petere: sic patet de primo. s. filios vestros tollit, & ponet in curribus suis, & faciet sibi equites, & pcursores quadrigarum.

Sed pro his considerandum est, q. aut est necessitas rei publicae, vt habeat militantes ad defensionem suam, aut non est necessitas: si est necessitas, aut illa est praesens. s. quia hostes instant, vel est necessitas de futuro, ad quam vult se parare respublica per prouidentiam antequam veniat, qm s. m. Gregorium minus iacula feriunt, quae prauidenter: si sit necessitas praesens poterit rex ascribere militiae suae quoscunque uiderit opportunum esse scribi obseruatis duobus. Primo q. hoc non repugnet professioni personae. Secundo q. prouideatur ei de sufficienti salario. Quantum ad primum patet, quia etiam pro necessitate hostium non poterit rex ascribere militiae suae ordinaros in sacris, qm hos ad bellum ire, vt pugnet iniustum est, quia occidendo aliquem efficerentur irregulares. Idem autem est quantum ad monachos, etiam si non sint in sacris, quoniam ad hos non pertinet bellum, sed orationes, vel lachrymae. Ita autem erat in veteri testamento, quia licet non contraheretur irregularitas in sacerdotibus illis eo modo, quo nunc contrahitur, tamen sacerdotes non pertinebant ad bellum, quod patet Numeri capitulo primo, quia cum ibi computati fuissent omnes Israelitae procedentes ad bellum, dixit Deus Moysi: tribum Leui non numerare, nec ponas summam eorum cum filiis Israel: sed constitue eos super tabernaculum, & uasa eius, quasi dicat, quod eo, quod habebant curam sanctuarii non cogebantur ire ad bellum: ideo sacerdotes, & Leuitae non poterant a regibus Iudaeorum ascribi in militia.

Secundum quod requirebatur erat, quod prouideretur sufficienter adscriptis ad militiam de bonis communitatis, vel de bonis regis, quia nemo cogitur suis stipendijs militare primo ad Corinth. cap. 9. hoc autem uerum est si rex vel communitas haberent unde soluere stipendia: alioquin pro bono communi tenebatur quislibet stipendijs suis militare quantum posset, & in isto casu debent bona priuatorum exponi, p. cõitate, sed pro rege non: quia rex est pp. cõitatem, vel regnum, & cõitas non est pp. regem, sed solum ipse est membrum nobilius illius. Possibile autem si sit talis cõitas, quae nihil habeat in cõi, sed oia in singulari, sicut erat inter Lacedaemonios, vt patet 2. Politic. de politia Lacedaemoniorum, q. talis modus politiae vituperabilis est, sicut ibi Arist. redarguit. Si autem necessitas militandi non esset pro pñi, sed p futuro dicendum, q. iustum est, & rationabile, q. aliqui sint militantes, & eruditi ad bellum antequam hostilis necessitas ingruat: alioquin facile est superari quoscunque pugnantes, nihil enim magis est, q. ad bellum conferat, quam armorum exercitium, & assiduitas, sic enim dicit Vegetius. lib. 1. de re militari, q. Romani omnes gentes sola armorum exercitatione

Quilibet tenet ex parte sua pro salute cõi, sed non p. rege.

Prudentia Graecorum. Exercitium Romanorum. Fortitudo Hispanorum.

Prudentia Graecorum. Exercitium Romanorum. Fortitudo Hispanorum. citatione vicerunt: nam Graeci prudentia superiores erant: Africani autem dolositate maiores: Hispani autem viribus, & fortitudine sine dubio superabant, sed has omnes gentes sola exercitatione vicerunt, id est dum q. oportet quod respublica semper habeat aliquos, qui armorum peritiam, & consuetudinem habeant: & quantum ad hoc rex, vel populus potest ascribere militiae quos voluerit prouidendo sicut in superioribus, s. quod professio personae non repugnet: & de competenti stipendio prouideatur.

Si autem non sit necessitas militantium, sed quod rex ad gloriam, & excellentiam suam velit multos ascribere militiae erit iniustum accipere aliquem inuitum ad militiae, etiam si status personae non repugnet, & de sufficienti stipendio ei prouideatur: haec autem omnia intelliguntur quantum ad omnia genera hominum militantium. s. quantum ad equites, & pcursores quadrigarum tribunos, centuriones, & similes. Et messorum segetum. Ista pertinent ad opera agriculturae: interdum enim principes cogunt subditos suos famulari eis in opere agriculturae, vel in constructione domorum, & similibus nulla data pecunia: qd. pertinet ad tyrannos qui utilitatem suam quaerunt non curantes de utilitate subditorum: & sic subditos, vt seruos arbitrantur imponentes eis omne genus seruitutis.

Et fabros armorum, & currum suorum. Id est etiam reges cogent filios vestros famulari eis, vt sint fabri ferrarii ad fabricandum regi omne genus armorum etiam ad fabricandum currum. Vocantur quoque fabri respectu currum: quia faber est nomen generale ad omnem operantem manualiter in rebus duris, siue in metallis siue lapidibus siue lignis. Reges autem ad gloriam suam volebant habere omnia haec, & cogebant subditos ad faciendum eis illa: sic patet de Salomone, qui fabricauit sibi currus multos, & arma ad quae cogebat filios Israel: vnde ipsi dixerunt quod erat eis impositum graue iugum a Salomone seruitutis magna, & petierunt illam a filio eius minui infra 3. li. cap. 12.

An rex possit imponere licite subditis, quod sint messorum agrorum suorum, & aratores, & fabri armorum. Quae. XXI.

QVAERET aliquis an reges aliquo modo imponere possint subditis suis ea, quae habentur hic, s. quod sint messorum agrorum suorum, & aratores & fabri armorum. Respondendum est quod aut reges imponunt ista subditis nullo dato precio, vel tanto non quantum iustum est: aut dato precio rationabili: si primis duobus modis iniustum est, & nequaquam imponere possunt nisi forte reges nimis pauperes essent, non vt nunc sunt, sed vt a principio erant cum principatus regalis erat aliquid paruum sicut patet de Saule, qui licet rex esset, tamen sequebatur boues veniens de agro, & vacabat agricultura, vt patet infra 1. cap. Nam die, qua nunciatum est ei de iniuria regis Ammon contra viros Iabes Galaad veniebat de agro: arauerat enim & cum duoceret coram se duos boues ira concitatus occidit vtrumque & diuisit in particulas: si huiusmodi autem reges vacantes agriculturae, vt prouiderent aliquo statui suo propter inopiam non possent abundare cultoribus agrorum suorum, poterant imponere subditis suis quod essent aratores agrorum suorum, & messorum segetum, sicut poterant imponere alia tributa cum essent in inopia. De fabricis autem armorum, & currum non est sicut de messoribus segetum, & aratoribus agrorum, quoniam etiam si non sit rex in ino-

pia posset subditis suis, quos videret ad hoc industrios imponere, q. fabricarent arma, & currus: dato tamen precio rationabili.

In alijs autem duobus, etiam si rex daret precium sufficiens non poterat aliquos inuitos facere aratores agrorum, & messorum segetum. Ratio diuersitatis est, quia fabri armorum pertinent ad utilitatem reipublicae, & utilitatem regis: quilibet autem qui est in reipublica, cum sit pars ipsius vrbs tenetur vrbi, & debet impendere quicquid habet, & potest, & etiam seipsum pro utilitate eius si res exigat: esse autem messorum agrorum regis, & aratorem non tangit aliquo modo utilitatem publicam, sed personam priuatam, scilicet regem: ipsi autem non tenentur ad omnia, q. sibi utilia sunt sicut reipublica, eo quod cum aliquis agit pro reipublica agit pro seipso cum bonum suum sit pars boni publici: cum autem agit pro rege & bonum illius non tangit bonum publicum, est facere p. persona priuata, ideo rationabiliter dato precio potest cogi in vrbe aliquis cuius ipse, vt sit faber armorum pro reipublica si ad hoc industrius sit: & sic de alijs, q. tangunt utilitatem reipublicae: cogetur tamen aliquis etiam dato sibi precio quod sit arator agrorum regis, & messorum segetum illius, ideo si vellet rex ad aliquid istorum cogere subditos suos grauaret eos.

Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas.

Sicut rex redigebat in famulatum suum viros Israelitas: ita etiam redactus erat filias eorum, ita vt nullus vacaret a seruitio regis: erant autem feminae seruiturae in aliquibus officijs, quae ad earum ministracionem pertinent: sic autem est esse vnguentarias: istud autem pertinet ad omnem compositionem, quae fit ex speciebus ad delectamenta humana: est autem duplitter. Fiunt enim quaedam compositiones liquidae, & molles ex rebus diuersis, & istae proprie vocantur vnguenta, quia sunt ad vngendum corpora, & condelectant carnem humanam per tactum. Aliae autem sunt compositiones de rebus siccis, & aromaticis, & istae pertinent ad odorem, vt inde condelectentur homines: istud autem non vocatur proprie vnguentum, sed pigmentum: scriptura tamen vtrumque vocat vnguentum, & componentes vocat vnguentarios: sic patet Exo. cap. 30. vbi datur modus componendi vnguentum ex diuersis speciebus ad vngendum summum sacerdotem, & alios, & vasa sanctuarii, & dicitur ibi quod erit compositum opere vnguentarii: ibi etiam ponitur de compositione thymiamatis, quod pertinet ad bonum odorem & fit ex rebus siccis, & aromaticis: dicitur tamen quod erit factum opere vnguentarii. Vocatur ergo feminae vnguentariae illae, quae parant quascunque commixtiones ex speciebus ad varia delectamenta tactus & gustus. Has autem reges accepturi erant, nam licet a principio seculum rude fuerit, & reges non multum curarent de his delectationibus, sed communem cum alijs vitam ducerent, tamen cum inceperunt habere magnam illam potestatem regiam, inceperunt se tradere omni delectatione, & habuerunt curam, vt nihil praeteriret eos, quod delectationem aliquam afferre posset: sic enim fecit Salomon, qui fuit tertius rex Iudaeorum, vt patet Ecclesiasticus cap. 2. s. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum scyphos & vceos ad vna fundendum in ministerio: & omnia, quae desiderauerunt oculi mei non negavi eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate fruere, & oblectaret se in his, quae preparaueram: ad hoc tamen necessarium erat ministerium feminarum: ideo filias

Vnguentariae quid.

Vnguentum, & pigmentum quo differant.

Israe.

Israelitarum subijcerēt reges eorum ad cultum suū. Et focarias. Vocantur focariae mulieres parantes cibos: omnes enim cibi igne digeruntur: ideo paratrices pulmentorum a foco denominantur: & per hoc intelligitur omnis modus cōfectionis ad delectationem, quæ est in gustu, sicut vnguentariæ erant ad delectationem quæ est in tactu & odoratu.

Aliquando autem accipiuntur focariæ pro concubinis: sic enim nos accipimus. & dicuntur focariæ a foco, quia ad eundem focum manēt, sicut in eadem domo cum illo cuius concubinae sunt: hic autem accipitur primo modo pro pulmentarijs quamquam etiam in isto secundo modo accipi possent, quoniam reges accipiebant de filiabus Israelitarum eas, quæ placebant in oculis eorum in concubinas: sic enim fuit de Salomone, qui accepit concubinas octoginta, & adolescentulas, quarum non erat numerus, vt patet Cant. cap. 6. vel sicut habetur in fra 3. lib. cap. 1. Fuerūt concubinae trecentæ. Has igitur acciperet rex de filiabus subditorum suorum, & in hoc granaret eos.

Et panificas. Id est etiam faciet filias vestras pistrices suas ad diuersa genera panum. In omnibus enim reges exquirebāt delectamenta, ideo etiam in panibus faciebant sibi varietatem, & ad hoc accipiebant multas filias Israelitarum in panificas.

An regibus, & quibus ius alijs in lege natura, & Moyfi, & generaliter ante legem Christi liceret habere plures vxores simul. Et an vxorum pluralitas sit contra ius naturale, vel rationem matrimonij. Et de differentijs circa matrimonium inter nouum, & vetus testamentum. Quæst. XXIIII.

De concubinis dicit inf. q. 205. vbi ista q. deciditur. Et ad ista quatuor argumēta respondet infra a q. 206. vique ad q. 233. quia fieri sic fuit necesse vt a fundamentis q. 6. ventilareretur.

Quæret aliquis an aliquid istorum trium possent reges facere licite. Ad quod respondendum specialiter de focarijs, quod aut accipiuntur pro concubinis, aut pro pulmentarijs: si primo modo dicendum, quod nullo modo licebat regibus accipere filias subditorum suorum in concubinas, siue eis volentibus, siue inuitis, siue data mercede; siue non: quoniam concubinatus peccatū est, & semper fuit peccatum, cum præter legem matrimonij omnis experientia actus venerei sit illicita. Sed obijcietur, quod liceret, quia concubinatus erat in veteri testamento: nam habuit Abraham concubinas Agar, & Ceruram: Gen. 25. c. Salomon habuit concubinas multas in fra lib. 3. 1. 1. cap. & Cant. cap. 6. David habuit concubinas: sequenti lib. c. 5. & lib. 1. Paralipom. 3. cap. Leuita de monte Ephraim habuit concubinam: Iudi. 19. cap. Dicendum quod illicitus erat concubinatus in veteri testamēto, & semper fuit illicitus, quia est contra ius naturale, & rationem: neque potuit vnquam alicui licere, vt magis declarabitur Matth. cap. 5. ideo nec regibus licebat habere concubinas.

Aliquis autem dicit hoc efficaciter probari, quia regibus Iudæorum erat vetita multiplicatio vxorum ergo a fortiori habere concubinas. Patet hoc Deut. 17. cap. non habebit rex vxores plurimas.

Dicit aliquis quod ista non est conueniens probatio: nam vetatur pluralitas vxorum, eo quod est de se mala, & contra rationem matrimonij, sed ideo nō sequitur inde a fortiori esse vetitum concubinatum: nam si de se pluralitas vxorū est mala, peior est pluralitas vxorum quā habere vxorem & concubinam: sicut grauius peccaret sacerdos, qui aliquam sēminā acciperet in vxorem, quā si acciperet in concubinam, & grauius peccaret, qui moniale acciperet in vxorem, quā in concubinam.

Sed dicendum quod non est ista conueniens re-

Pluralitas vxorū an sit contra ius naturale & de se illicita.

dargutio probationis: & quod non est verum quod pluralitas vxorum sit contra ius naturale, vel rationem matrimonij, sed est nobis illicita, quia verita, & non teneret matrimonium.

Sed obijcietur, quod sit de se illicita, quia Papa dicit illud extra de diuor. cap. gaudemus, quod pluralitas vxorum nulli vnquam licuit, nisi ex diuina reuelatione, ideo in pluralitate vxorum excusabatur patriarche ab adulterio: sicut Iacob a mendacio, Israhel a furto, Samson ab homicidio.

Dicendum quod vxorum pluralitas non est de se contra rationem, aut institutionem matrimonij: sed solum est mala in quantum est prohibita, sicut nunc est mala quia prohibetur. in lege autem natura non erat vetita, in lege autem Moyfi nō vetabatur in mo ex ipsa lege significatur quod licebat sicut ostensum est supra cap. 1. & dicitur Matth. cap. 19. ideo tunc factis videbatur valere argumentum quod si pluralitas vxorum, quæ de se non est illicita vetatur regibus a fortiori vetabitur concubinatus, qui est de se illicitus.

Sed dicendum quod de hoc aliter est in nouo testamento aliter in veteri: erant enim duæ differentie circa matrimonium inter nouum, & vetus testamentum. Prima quia in veteri testamento licebat fieri diuortium ex quacunque causa etiam ex sola voluntate dumtamen daret vxori libellum repudij, nam p diuortium illud dissoluebatur matrimonium, & licebat viro accipere quamcunque aliam in vxorem, & mulieri quemcunque alium in virū: Deuter. 24. cap. immo siebāt personæ illæ illegitimæ ad contrahendum matrimonium: nam mortuo secundo viro, nō licebat primo viro istam in vxorem resumere, etiam ambobus consentientibus, vel antequam illa transferret ad alium virum, non licebat viro primo penitere, iam dato libello repudij, eam ad se reducendo inuitam, aut volentem vetante hoc lege: Deut. 24.

In nouo autem testamento non licet dari libellū repudij, aut fieri diuortium, & si fiat, non tenet, sed manet vinculum matrimonij: & si vir accipiat aliam, non est matrimonij, sed adulterium: sic patet Matth. 5. cap. vbi Christus ponit differentiam in hoc inter nouum, & vetus testamentum dicens dictum est antiqs quicunque dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudij: ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mechari; & qui dimissam duxerit, adulterat: & tamen per diuortium absoluetur matrimonium, & esset mulier soluta a lege viri, & non iudicaretur adultera, etiam si cum alio inueniretur, vt patet ad Romā. 7. Et sic vir abijciens eam non daret ei occasionem adulterandi, cum nō posset iam esse adultera quamdiu virum non habebat, & ille, qui acciperet eam in vxorem non adulteraretur, quia non accipiebat alienam vxorem.

Secunda differentia inter nouum & vetus testamentum, quod ante legem Christi semper fuit licita vxorum pluralitas. Quæst. XXV.

Secunda differentia est, quia in veteri testamento, & ante illud licita erat vxorum pluralitas, in nouo autem testamento non licet.

Primum patet, quia de se non est contra substantiam matrimonij, & Deus non vetuit eam, quando instituit matrimonium, aut post vsque ad legem Moyfi, ergo non erat illicita. Secundò, quia sancti patres leguntur habuisse plures simul: nam habebat Abraham Saram in vxorem, & accepit Agar in vxorem: habebatque ambas simul: Gen. 16. cap. vbi vocatur Agar vxor Abraham: Etiam habebat Iacob quatuor

mor vxores simul Liam, Rachel, Balam, & Zelphā: Gen. 29. & 30. cap. & non redarguitur aliquis horum: de hoc ergo non erat illicitum tunc haberi plures vxores.

Tertiò patet de tempore legis Moyfi, quod esset licita vxorum pluralitas, quia non erat aliqua lex, quæ hoc vetaret & quod non est vetitum est licitum.

Quartò quia tempore legis Moyfi viri sancti habebāt plures vxores, sicut David habuit multas sequenti lib. cap. 3. & 5. & lib. 1. Paralipom. 3. cap. & non computantur inter peccata David, de quo dicitur, quod non declinauerat ab operibus, quæ mādauerat Deus omnibus diebus vite sue excepto sermone Vriæ Hethæi: ergo accipiendō plures vxores non fecit cōtra ea, quæ Deus mandauit: etiam Elcana pater Samue- lis laudatur, vt vir sanctus supra 1. cap. & tamen ipse habebat duas vxores simul: eod. cap. & sic de multis alijs.

Quintò, quia potius scriptura videtur significare, quod licet tenere plures simul in vxores: nam Leuit. 18. c. dicitur, Sororem vxoris tuæ in pellicarum illius non accipies, neque vetelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente, & sic vetat Deus, quod accipiat quis sororem vxoris suæ in vxorem viuente illa: ex quo videtur quod non erat illicitum accipere aliquam aliā vxorem viuente vxore sua: nam si illicitum est tenere multas simul in vxores, nō oportebat specialiter hoc vetari de sorore vxoris, sed de illa specialiter vetitum est, ergo videtur quod de alijs licebat habere multas simul.

Sexto patet ex ratione quam ibi dat Deus, scilicet quod quis non habeat simul duas sorores in vxores, ne vna sit pellex alterius: quia inhumanum videtur, quod vna soror affligat aliam: de alijs autem mulieribus non videtur hoc esse ita illicitum inter se, cum non teneantur tanto debito amore: & sic de alijs videbatur licitum, quod quis haberet multas simul.

Septimò patet quia Leuit. 20. cap. dicitur: Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est: viuus ardebit cum illis. Et sic ponit poenā, quando quis habet aliquam in vxorem, accipiet insuper matrem illius in vxorem, ita vt ambas simul haberet: ergo innuit quod licebat de alijs mulieribus habere duas, aut plures simul: nam si non liceret aliqui habere duas, non solum nullus acciperet matrem, & filiam simul, sed nullus haberet aliquas duas simul, & sic non oporteret istam legem dari: quia tamen licebat habere plures simul, putaret quis quod liceret accipere quascunque duas: ideo interdixit lex quasdam personas cum appositione pene, scilicet, quod non acciperet quis duas sorores simul, neque matrē, & filiam.

Ostendit patet, quia Deut. 17. cap. dicitur non habebit rex vxores plurimas vbi specialiter ponuntur ea, quæ ad reges pertinent: si tamē vetitum esset generaliter habere multas vxores simul, nō oporteret hoc repeti quantum ad reges, quia quod alijs esset illicitum, esset quoque regibus illicitum, & non oportebat specialiter vetari, quia alijs omnia alia, quæ cæteris hominibus erant illicita, deberent ex speciali mandato repeti circa reges: quod est falsum.

Nonò, quia nō vetuit ibi lex absolute multas vxores, sed solum multitudinem effrenatam, vt quod haberet rex vxores tringinta, vel quadraginta, quia dicit non habebit rex vxores plurimas, ergo licitum præsupponitur esse accipere multas, dum tamē non sint plurimæ.

Decimò patet ex causa ibi assignata, scilicet nō habebit rex vxores plurimas, quæ alliciāt animum eius, & sic non vetatur ibi vxorum pluralitas quasi mala,

sed quia vxores allicerent animum regis ad malum: sicut Apostolus dixit nolite inebriari vino, in quo est luxuria, id est non bibatis vinum, non absolorē, sed solum in quantum ex vino luxuria prouenit, scilicet quod multum est, aut immoderate bibitur: si tamen vxorum pluralitas de se mala esset, vel alijs per legē prohibita, non exprimeretur ista causa, sed solum diceretur non habebit rex vxores plurimas, aut plures: ergo innuitur, quod non erat verita ista pluralitas.

Vndecimò patet, quia scriptura posuit istud inter alia, quæ vetantur regibus, neque sunt de se mala, neque alijs hominibus vetita: regibus tamen fuerunt specialiter vetita propter aliquam causam: nam dicitur eod. cap. Non multiplicabit sibi rex equos: etiā dicitur: Non habebit rex auri, & argenti immensa pondera, & tamen multiplicare equos non erat illicitum alijs hominibus, aut habere argenti, & auri immensa pondera; & ista fuerunt vetita regibus ppter causas speciales, quæ in eis concurrebant. Nam dicitur non multiplicabit sibi equos, nec reducer populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus. Sic etiam vetatur multiplicare pondera auri, & argenti, ne eleuetur super fratres suos, sed timeat Deum. Etiā vt non detur occasio puniendi populum; nam si liceret ei habere pondera immensa auri, & argenti cuperet illa habere, & vt haberet opprimeret subditos. Cum autem scierit non licere sibi habere immensa pondera auri non cupiet illa: & sic erit sublata cupiditas, & occasio opprimendi subditos: & tamen inter ista vetatur habere vxores plurimas: & apponit causa pro hoc, sicut pro alijs, scilicet, ne alliciāt animum regis, ergo videtur quod istud non erat de se illicitum, sicut neque alia duo: & ideo causa prohibitionis posita est.

Duodecimo patet, quia si vxorum pluralitas esset de se mala, vel contra legem Dei, non poneretur tanquam beneficium Dei pluralitas vxorum, quia Deus non dat mala, sed dat solum bonum petentibus se: Matth. 7. cap. & tamen Deus posuit in David pluralitatem simultaneam vxorum pro beneficio, sequenti lib. 12. c. f. Dedi vxores Domini tui in sinu tuo: ergo illas habere licitum erat.

Tridecimo patet quia sancti doctores mouēt istā questionem, & tenent, quod non erat illicitum tunc habere plures vxores: sic dicit August. libro de bono coniugali, & Magister lib. 4. Sentent. dist. 33. Antiquis iustis non fuit peccatum quod pluribus sēminis utebantur, neque contra naturam hoc faciebant, cū nō lasciuendi hoc causa, sed generandi facerent: neque contra morem, quia eo tempore ea faciebant, neque contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Et sic apparet quod supra dicebatur, quod pluralitas vxorum non erat contra ius naturale, neque contra rationem matrimonij: etiam apparet quod pluralitas vxorum erat aliquid quod per consuetudinem poterat licitum fieri: & tamen si esset contra ius naturale, nulla consuetudine posset licitum fieri: immo tanto grauiora essent peccata, quanto diuturniora essent: & nullo tempore posset contra illud præscribi. Extra de consue. cap. cum tanto. Etiam dicitur quod nullū præceptum erat datum tempore legis naturæ contra pluralitatem vxorum: ergo non erat illicitum alicui toto illo tempore, quod fuit a principio seculi vsque ad legem Moyfi habere plures vxores, & non erat aliqua dispensatio Dei necessaria, quia dispensatio nō est, nisi vbi ius resistit actui: cum dispensatio sit iuris relaxatio, & tamen hoc non erat, vt ait Augustinus contra naturam. Etiam non erat contra præceptum, quia ipse dicit, quod nullum præceptum contra hoc datum erat, ergo nulla dispensatio necessaria erat, nec

In q. 4. & 5.

In lege Moyfi nō fuit vetitū habere plures vxores.

nec possibilis, & ridiculum est dicere, qd sine dispensatione Dei non licebat tuc alicui habere multas vxores.

Quartodecimo patet, quia Aug. idē dicit, & habet in Decre. 3. q. 4. c. obijciuntur, s. Obijciuntur Iacob quatuor vxores, quod quando mos erat, peccati non erat, & ita non erat peccatum tunc plures accipi: & adhuc manifeste apparet non fieri hoc ex aliqua dispensatione Dei: nam si ex dispensatione licitum fieret, non diceretur, quod non erat peccatum, quia mos erat; ergo consuetudo faciebat rem istam licitam, & non dispensatio: ergo generaliter esset omnibus tunc quod accipiendo plures non peccarent.

Quintodecimo quia idem Augustinus alibi asserit illud, & allegatur lib. 4. Sent. dist. 33. Antiquis temporibus, cum ad hoc mysterium nostre salutis velaretur iusti officio propagandi nuptias contrahebant non vitii libidine, sed ducti pietate, qui multo facilius continere possent, & vellent: vtebantur tamen coniugibus, & plures vni viro habere licebat, & absolute dicit, quod vni viro licebat: ideo licita erat vxorum pluralitas simultanea.

Decimosexto patet, quia idem tenet Ambrosius lib. de Patriarchis: & habetur in Decre. 22. q. 4. cap. dixit Sara, s. Dixit Sara ad Abraham: ecce conclusit me Dominus, vt non pariam: intra ergo ad ancillam meam. Et sequitur ibi: considera ergo primum, qd Abraham ante legem Moyfi, & ante euangelium fuit: non ergo in legem commisit Abraham, sed legem preuenit: nondum enim interdictum videbatur: & sic dicit quod Abraham non potuit peccare, quia nondum erat euangelium, quod ista prohibuit, neque lex Moyfi, que licet non prohibuit poterat vetuisse. Etia apparet ex intentione Ambrosii, quod istud non erat de se malum, vel contra naturam, sed solum vt prohibitum, quando non erat prohibitum erat licitum.

Pluralitatem vxorum non fuisse prohibitam sub lege Moyfi, ostenditur. Quast. XXVI.

DECENDVM etiam vltra rationes precedentes quod sicut non fuit hoc illicitum ante legem Moyfi, ita neque erat illicitum tempore legis Moyfi: & est ratio decimaseptima, quia sicut dicit Aug. & Ambrosius, & supra tactum est quando mos erat, peccatum non erat, sed tempore legum Moyfi mos erat, id est consuetudo accipere plures simul in vxores, vt fuit ostensum, ergo non erat peccatum.

Decimoctava quia Augustinus dixit quod non peccauit Abraham plures accipiendo vxores, quia preceptum non fecit: nam tunc preceptum nullum erat, quo hoc vetaretur, sed tempore legis Moyfi nullum etiam preceptum erat vetans hoc, etiam si tota lex Moyfi queratur: immo e contrario inuenietur in ea qd licebat accipere plures, & quod consuetum erat tuc plures accipere vt ostensum est supra: ergo non erat peccatum.

Decimanona, quia Ambrosius lib. de Patriarchis excusando Abraham, quod habuerit plures vxores, dixit qd fuit ante legem, & euangelium, s. tunc peccatum non erat, cum nulla lex erat, que vetaret, aut vetare potuisset: nam per legem nature non erat vetitum, quia innuitur, quod non sit contra naturam, vt dicit Aug. sed etiam lex Moyfi superueniens non vetuit: illud ergo manebat tunc licitum.

Vicesima, quia Magister lib. 4. Sen. dist. 3. querit specialiter de hoc, an tempore legis Moyfi licitum esset habere plures vxores, & respondit qd sic cum dicit, sed nunquid licebat sub lege plures habere vxores? audi quid scriptum est in Deuteronomio: Non habebit rex vxores plurimas, que alliciant animam eius, Super

quem locum August. dicit manifestum est Salomonem hoc preceptum transisse: David autem plures habuit, neque preceptum preterijt: permittum est, a, plures habere, non plurimas, que alliciant animam, Et ita manifestum est, qd dicitur licitum esse tunc vxorum multitudinem, quia ait permittum est plures habere non plurimas, & sic multitudo enormis, vel effrenata solum vetatur, non quacunque pluralitas. Etiam quia dicit ibi August. David plures vxores habuit, sed preceptum non preterijt: quia non habuit plurimas, & sic ad tantam pluralitatem quantam David habuit licitum erat habere vxores, sed non ad tantam, quantam habuit Salomon, qui plures septingentis habuit infra lib. 3. r. 1. cap. Sed obijcietur, qd non sit ista intentio Aug. ibi nec Magistri, sed solum qd liceat hoc regibus specialiter: alijs autem hominibus sit vetitum generaliter habere multas vxores. Nam dicit ibi litera Augustini sequens: cum tamen additur, vt non eleuetur cor eius, propter alienigenas prohibitum esse videtur: verumtamen multiplicatio vxorum generaliter prohibita est: permittum est autem regi plures habere, sed non multiplicare: & ita apparet qd solis regibus hoc permittitur. Dicendum qd non est verum, nec est ista intentio Augustini, nec Magistri: nam vt per precedentia patet, non erat aliquod preceptum vetans hoc in lege Moyfi, ideo solum Augustinum non erat illicitum. Etiam ex verbis allegatis apparet intentio eorum, qd non vetetur, nisi immoderata pluralitas: nam dicitur verumtamen multiplicatio vxorum generaliter prohibita est, i. omnibus hominibus prohibita erat: tamen multiplicatio non accipitur p quacunque pluralitate, sed pro effrenata, quod patet ibi, quia, cum dicitur: verumtamen multiplicatio vxorum generaliter prohibita est, sequitur, permittum est autem regi plures habere, sed non multiplicare, & ita multiplicatio & pluralitas non sunt ibi idem, & permittum est pluralitas, vetita autem multiplicatio, & sic licet in veteri testamento esset generaliter vetita multiplicatio, non erat illicitum habere plures vxores simul.

Vicesimaprima, quia Magister expressē vult lib. 4. dist. 33. cap. 1. qd omnibus Iudaeis tempore legis Moyfi licuerit habere vxores multas, vt multiplicarentur in prole, & idē Gratianus 32. q. 4. super his ita, i. postea veto cum iam penē omnes homines falsis dijs seruirent, paucis in cultu Dei permanentibus, consulti sunt a Deo plures in matrimonium copulare sibi: ne illis paucis deficientibus, cultus & notitia Dei deficeret. Vnde viuentē vxore Abraham ad ancillam intravit, & ex ea genuit: Iacob etiam liberis, & ancillis se copulauit, & filia Loth patre ebrio vsq. sunt. Cum enim ceteris in idolatria relicis Abraham, & filios eius in peculiarem sibi populum Dominus elegisset: ritē multarum fecunditate mulierum multiplicatio querebatur: quia in successione sanguinis erat successio religionis: vnde etiam in lege erat maledicta sterilis, quae non relinquebat semen super terram. Et ita tam Gratianus, quam Magister ponunt qd tempore legis Moyfi erat licitum habere plures vxores ad multiplicandum valde cultum Dei: & non solum dicit qd erat licitum, sed etiam qd erat consultum a Deo, quasi Deus ad illud incitaret, vel ut ad magnum bonum. Et apparet maxime, quia dicunt in lege scriptum esse maledicta sterilis, que non reliquit semen super terram, ergo tempore legis Moyfi incitabat Deus ad multiplicationem, ergo licita erat tuc vxorum pluralitas generaliter.

Vicesimasecunda, quia Deu. 25. c. ponitur, qd vnus de fratribus moreretur, relicta vxore, & non liberis, alius frater illius acciperet illam in vxore, & primogenitum ex eo vocaret nomine defuncti, vt non delegeret nomen suum in familia sua, & hoc erat remedium generale: Obiectio repellitur.

Obiectio repellitur.

Ista ratio clare concludit intentionem auctoris.

le: & ponebatur quasi remedium sufficiens, ne deleteretur nomen eius, qui fratrem habebat: & tamen si habens vnā vxorem, non posset accipere aliam, parum prodesset remedium istud, quia contingeret quod alij fratres defuncti haberent vxores: & ita non posset accipere vxorem defuncti ad suscitandum semen eius: ergo intelligitur generaliter sine haberet, siue non haberent quod cogebatur vnus eorum accipere vxorem defuncti. Item patet quia eod. cap. datur regula generalis, quia si requirente vxore defuncti fratrem defuncti ille noller accipere eā, discalciet mulier illum corā senioribus populi, & speret in facie eius, vocareturque domus eius domus discalciet in Israel: ergo siue haberet vxorem, siue non, erat locus huic regule: & ita haberi vxorem licebat accipere aliam.

Vicesimatertia, quia Deu. 21. c. dicitur: Si habuerit homo vxores duas vnā dilectam, & alteram odiosam: & ita innuit qd pot aliquis habere duas vxores simul. Nam licet posset cauillare quis, quod intelligatur de vxoribus, quas quis haberet successiuē: magis innuit litera qd intelligatur de simultate vxorum.

Vicesimaquarta, quia Deu. 21. cap. dicitur si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & traderis eos Dominus Deus tuus in manu tua captiuosq; duxeris, & in medio captiuorum videris pulchram mulierem, & adamaueris eam, voluerisque vxorem habere introduces in domum tuam. Et sic generaliter ponitur, quod quicumque vellet captiuam accipere in vxorem, acciperet solum quod adamaret: & tamen ita poterat amare captiuam pulchram, qui haberet vxorem, sicut qui non haberet: ergo cum daretur hoc in remedium contra concupiscentiam, licebat cuiilibet tam habenti vxorem, quam non habenti accipere captiuam in vxorem. Multae aliae rationes ad hoc ostendendum haberi poterunt. Dicendum ergo qd tam in statu legis nature quam sub lege Moyfi licuit, generaliter omnibus habere plures vxores, & hoc ex lege communi sine vlla dispensatione. Et sicut licuit Iudaeis ita licebat Gentilibus, & adhuc multo fortius, cum nullam legē posituam isti suscepissent a Deo: etiam quia gentiles vsque ad tempus Christi semper fuerunt sub lege nature, eo qd nulla alia lex obligabat: superuenit autem lex Christi, quae obligauit omnes, & tamen in statu nature licita erat vxorum pluralitas, vt dicunt August. & Ambrosius, & patet illud supra. ergo Gentilibus quoadiu durauit lex Moyfi, semper licitum fuit pluralitas vxorum.

Quare in nouo testamento non est licita vxorum pluralitas. Quast. XXVII.

ERAT autem aliud qd tempore noui testamenti non est licita vxorum pluralitas ex aliqua causa neque aliquo modo: & ista est differentia inter vtrumque testamentum: nam sicut in veteri licebat repudiare vxorem, & dissoluebatur matrimonium: in nouo autem non licet repudiare, nec potest solui matrimonium Matth. 5. ita in veteri erat licita vxorum pluralitas, vt ostensum est precedenti q. in nouo autem non est licita: Matth. 19. cap. cum dicitur: Dico autem vobis qd quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mechatur, id est committit adulterium: & tunc iste facit hic duo, i. dimittit vxorem, & accipit aliam. Dimittēdo priorem non potest dici adulterari, sed solus iniuste abijcere: ergo dicitur adulter accipiendo aliam: & tamen dato, qd per illud repudium non dissolueret matrimonium, quasi esset ius factum, & maneret illa repudiata vt vxor, non committeret adulterium vir eius, si liceret habere duas vxores, sed statim vt aliam harebit

accipit est adulter, vt Christus dixit, ergo secunda non potest esse vxor, & ita est adulter vir accipiendo eam. Et Marci 10. cap. dicitur: Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit adulterium committit super eam: & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mechatur. Et Lucae cap. 15. dicitur: Omnis qui dimittit vxorem suam, & ducit alteram, mechatur. Secundo patet, quia ista est vna de differentijs noui, & veteris testamenti, quia in nouo sit vnitas vxoris in veteri pluralitas: sic dicit Isidorus lib. de differentijs noui & veteris testamenti, & habetur 34. dist. c. Christiano, s. Christiano non dicam plurimas, sed nec duas habere licitum est, sed vnā tantum vxorem, & ita innuit qd Christianis proprie hoc competit, qd quisq; vnā tantum habeat vxorem, & dixit non dicam plurimas, neque duas, q. d. de veteri testō vetitum erat haberi plurimas, sed non duas, aut paucas. Deut. 17. cap. vt supra declaratum est: Christiano autem homini non solum sunt vetitae plurimae: quod etiam in veteri testamento erat vetitum, sed etiam duas habere est vetitum: vnā enim tantum habere licet ei. Tertio patet, quia Ambrosius lib. de Patriarchis, & habetur in Decretis 32. q. 4. c. dixit Sara: excusando ipsum, de pluralitate vxorum, dicit considera primum, qd Abraham ante legem Moyfi, & ante Euangelium fuit: & sic innuit quod in Euangelio fuit vetita vxorum pluralitas: Quarto patet, quia istud tenet Magister 4. lib. Sent. dist. 33. demonstrans tempore legis fuisse licitā pluralitatem vxorum, & non tempore. Euangelij: permittum est enim plures habere, non plurimas, que alliciant animam, multiplicare. Et postea sequitur veniente autem tempore plenitudinis, quo Christi gratia vbique est dilatata, reducta est lex nuptiarum ad puriorem, honestioremque institutionem vt vnus vnus in figura Christi, & Ecclesia iungatur, & ita dicit qd in tempore plenitudinis, i. noui testamēti vna vni iungi: & sic non est licita vxorum pluralitas: & ex eadē litera apparet qd in veteri testō erat licita pluralitas vxorum, cum dicitur reducta est lex nuptiarum ad puriorem honestioremque institutionem: ergo non erat tempore legis Moyfi hec institutio, vt vna vni iungeretur. Nam si haec institutio fuisset non fieret aut reduceretur institutio ad honestiorem modum: ergo non erat idē modus nuptiarum in vtroque testamento, sed dicit in nouo testamento esse honestiorem modum, s. qd vnica est vnica quoadiu viuit: in veteri autem vnus viri erant multae vxores.

Impugnatio Innocentij 3. in c. gaudemus. de diuorij, dicentem quod tempore legis nature & Moyfi nulli vnquam licuit vxorum pluralitas, nisi ex diuina reuelatione. Et vtrum infideles ardeantur constitutionibus canonicis sicut ardeantur lege Christi. Quast. XXVIII.

SEd nunc redeundum est ad respondendum ei, quod dicitur qd pluralitas vxorum nunquam licuit: & dicendum qd licuit absolute tam tpe legis nature, qd veteris testamenti. Ad auctoritatem Innocentij extra de diuor. c. gaudemus, est respondendum, & quia illa continet plures partes, quibus nititur ille probare pluralitatem vxorum esse illicitā, ponetur tota litera illa, vt postea videatur, quo singulis partibus respondemus: dicit enim sic. Quia vero pagani circa plures insimul feminas affectum diuidunt coniugalem vtrum post conuersionem oēs, vel qd ex omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur. Et respondere statim dicens: verum absonum hoc vñ & inimicum fidei Christianae cum ab initio vna cōssa in vnā feminam sit cōueria: & scriptura diuina testet qd pp hoc relinquet homo patrem & matrem, & adharebit

q. praeced.

Verba Innocentij in Decretali quae p singula tantum examinantur infra q. 184. vsq; ad q. 205.

hærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: non dicit tres vel plures, sed duo, neque dicit adherere vxoribus, sed vxori: neque vlli licuit vnquam plures vxores habere in simul, nisi cui diuina fuit reuelatione concessum, quæ mos quandoque, interdum fas censetur, per quâ sicut Iacob a mædacio, Israelitæ a furto, & Samson ab homicidio, sic patriarchæ, & alij viri iusti, qui plures sic leguntur habuisse vxores ab adulterio excusantur. Sane veridica hæc sententia probat etiam testimonio veritatis testatis in euangelio: Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, mechatur: si ergo dimissa vxore duci alia de iure nõ potest, multo fortius & ipsa retenta, per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque sexu cum nõ ad imparia iudicentur circa matrimonium reprobandum. Ista sunt verba Innocentij. Sed dicendum, qd duo intendit Innocent. in verbis prædictis: vnum est asserere, qd pluralitas vxorum est contra legem noui testamēti, aliud est illud probare auctoritatibus & rationibus. De primo dicendum est, qd verum est, vt ostendimus qd. præcedente: & ista est intentio principalis Innocentij: nam petebatur de paganis, qui plures habent, vt vxores, an qñ conuertantur possint plures retinere, scilicet oēs, vel vnam: & rñdet qd non poterit retinere oēs, quia est contra legem noui testamēti, qd aliquis habeat plures vxores: & tamen iste transit ad nouum testamē, & tenetur iam illius leges, & cæremonias obseruare: ergo non licebit ei plures habere vxores. Secundũ est probare istud auctoritatibus & rōnibus: & quãtũ ad hæc dicendum, qd aliquid inducit Innocentius, quod plene probat intentionẽ suã: & aliquid inducit, quod non probat illã plenẽ, sed adiuvat eã: & aliquid inducit, qd nõ satisficit ad propositũ, sicut applicabuntur ista statim q. sequentibus. Et tñ vñ Innocentio necessarium esse non solum ostēdere, qd non licet in nouo testamento habere plures vxores simul, sed etiam qd nunq̃ licuit sine speciali reuelatione Dei: aut, vt alij dicunt, sine dispensatione Dei. Et hoc est, quia paganus conuersus ad Christum non potest retinere multas vxores, obstant lege noui testamēti. Quaritur tunc an iste prius potuit istas habere in coniuges an non: si non tenuit eas in coniuges, neque potuit, dabitur qd etiam extra legem Christi non est licita vxorum pluralitas: ideo nõ solum tpe Christi non licuit, sed & nunquã licuit. Si detur qd iste licite habuit eas in vxores, dabitur qd matrimonium tenuit cum oĩbus eis, & erant legitimæ vxores, & hoc erit inconueniẽs: quia tñ lex Christi dissoluet illa matrimonia, quæ fuerunt vera, & tenuerant, quod falsum est & canonum instituta. Et patet, quia qñ aliqui infideles conuertuntur ad Christum, qui manentes in infidelitate p̃xerunt in gradibus a canonicis prohibitis, non coguntur dimittere vxores, sed manēt cum eis sic conuersi ad Christũ, sine conuertantur mulieres, siue nõ, quod patet extra de consang. & affinit. c. de infidelib. l. De infidelibus ad fidem conuersis virũ, si ante conuersionem suam sũ legis veteris instituta circa gradus consanguinitatis a canone denotatos coniuncti fuerint, separari debeant post baptismum. Consultationi tñ diximus respondendum, qd matrimonium sic p̃ctum non est post baptismi lauacrum separandum. Et redditur ibi cã, f. Quia inter Iudeos est verum matrimonium: & tñ baptismus non soluit matrimonium, ideo non dissoluitur per baptismum matrimonium, qd ante tenebat, cũ dñr eo. c. Cũ a Iudæis Dñs requisitus, si liceret vxorẽ ex quacũque cã dimittere: ipsi rñdit: Quos Deus coniunxit, hõ non separet, inuens esse matrimonium inter eos. Etã hoc patet extra de diuor. c. gaudemus. vbi eadẽ qd mouetur de matrimonio infidelium conuersorum ad fidẽ: & rñdetur qd nõ dissol-

Et maxime a qd. 184. vsque ad q. 205.

uitur, & redditur ibi cã, f. fideles huiusmodi matrimonio copulati licite possunt & liberẽ remanere coniuncti: cum per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur. Supposito hoc cũ lex Christi non soluat matrimonia, quæ prius erant matrimonia, & tamen soluit coniunctionem infidelis ad multas feminas, qñ conuertitur, inuit necessarium qd non erat prius inter eum, & illas matrimonium: & sic non solum in lege Christi non est licita vxorũ pluralitas, sed etiã extra legem Christi: & p̃r oĩ tpe fuit illicita: & ob hoc Innocentius putat necessarium esse ostendere qd nullo tpe licita fuit vxorum pluralitas, nisi ex speciali dispensatione, aut reuelatione Dei: & ad hoc inducit aliquas auctoritates & rōnes pro se.

Soluuntur rationes Innocentij quas. præcedentis. Qd. XXIX.

Sed dicendum qd hoc nõ est verum neque est hoc necessarium Innocentio probare. Nam sicut ostensum fuit supra fuit licita vxorũ pluralitas toto tpe legis naturæ, & toto tpe legis Moysi, sed solum fuit illicita tpe legis Christi, ex quo ipse incepti statuere, vel ex quo cepit lex ab eo data obligare. Et ideo ad argumentum istud dicendum qd verũ est qd baptismus non soluit matrimonium, qd erat verum matrimonium, sed solum tollit crimina, vt dicitur extra de diuor. c. gau. & ideo si inter infideles esset verũ matrimonium, qñ vnus vir accipit feminas plures, qñ postea conuertetur non cogeret dimittere aliq̃ illarum, sed teneret oēs & tñ inuitur qd nõ fuit matrimonium, sed adulterium, ideo qñ conuertitur non permittitur manere cum oĩbus, sed solum cum prima: quia cum illa potuit esse verum matrimonium: nam & inter infideles verũ est matrimonium, extra de consan. & affin. c. de infidelibus, sed non est sacm: & ob hoc conuersio ad fidẽ non auferit ei oēs vxores, sed solum posteriores relicta prima. Cũ aut dñr qd hæc sequitur non solum in lege Christi esse illicitam vxorum pluralitẽ, sed etiã oĩ tpe. Dicendum qd non est verũ, quia ante Christi legẽ non fuit alicui illicita vxorũ pluralitas, & tñ data Christi lege fuit vetita ista pluralitas, & illicita oĩbus nõ solum Christianis, sed etiã alijs, qui nõ hũt legem Christi: & ideo sicut si aliquis Christianus p̃heret cum duabus aut pluribus nõ teneret matrimonium: ita si inter infideles factus talis p̃ctus non tenet. Et qñ arguitur, qd si infideles p̃hãt matrimonium in gradibus inter nos vetitis, & conuertant ad Christum, non soluitur matrimonium. Dicendum qd non est simile quia ibi tenuit matrimonium qñ p̃ctũ est, licet inter nos sit talis gradus prohibitus: ideo postea in conuersione nõ dissoluitur, quia matrimonium qd tenuit semel, nunq̃ dissoluitur ex aliqua cã superueniente quãtũcũque sit magna: secus est qñ p̃hũt infidelis matrimonium cũ multis, quia nonq̃ illud tenuit, sed fuit adulterium: ideo qñ conuertitur infidelis ad legẽ Christi, in qua non permittuntur p̃ctã, cogitur dimittere oēs præter primam, cũ qua potuit esse verum matrimonium. Cũ aut diuersitas inter hæc est, qd qñ infideles p̃hũnt in gradibus vetitis inter nos, nõ agunt aliq̃ mandata Christi, sed solum p̃ canonum statuta, qñ aut p̃hit infidelis cum multis agit p̃ mandatum, & determinationẽ Christi: ideo primũ tenet: quia infideles non astringuntur regulis canonicis: sũ autem non tenet, quia obligantur mandatis Christi: & patet hoc quia gradus, in quibus nõ liceat p̃hi matrimonium non sunt determinati per Christũ, nec etiam p̃ Apostolos ex nõse Christi cũ Christus de hoc nihil fuerit locutus, sed per canones ecclesiasticos. Nam a principio determinatum est, vt intra septẽ gradus consanguinitatis nõ liceret p̃herẽ sed inciperet p̃ctũ in octa-

q. 25. & 26.

De hac re vide inferius q. 143.

Sed dicendum qd hoc nõ est verum neque est hoc necessarium Innocentio probare. Nam sicut ostensum fuit supra fuit licita vxorũ pluralitas toto tpe legis naturæ, & toto tpe legis Moysi, sed solum fuit illicita tpe legis Christi, ex quo ipse incepti statuere, vel ex quo cepit lex ab eo data obligare. Et ideo ad argumentum istud dicendum qd verũ est qd baptismus non soluit matrimonium, qd erat verum matrimonium, sed solum tollit crimina, vt dicitur extra de diuor. c. gau. & ideo si inter infideles esset verũ matrimonium, qñ vnus vir accipit feminas plures, qñ postea conuertetur non cogeret dimittere aliq̃ illarum, sed teneret oēs & tñ inuitur qd nõ fuit matrimonium, sed adulterium, ideo qñ conuertitur non permittitur manere cum oĩbus, sed solum cum prima: quia cum illa potuit esse verum matrimonium: nam & inter infideles verũ est matrimonium, extra de consan. & affin. c. de infidelibus, sed non est sacm: & ob hoc conuersio ad fidẽ non auferit ei oēs vxores, sed solum posteriores relicta prima. Cũ aut dñr qd hæc sequitur non solum in lege Christi esse illicitam vxorum pluralitẽ, sed etiã oĩ tpe. Dicendum qd non est verũ, quia ante Christi legẽ non fuit alicui illicita vxorũ pluralitas, & tñ data Christi lege fuit vetita ista pluralitas, & illicita oĩbus nõ solum Christianis, sed etiã alijs, qui nõ hũt legem Christi: & ideo sicut si aliquis Christianus p̃heret cum duabus aut pluribus nõ teneret matrimonium: ita si inter infideles factus talis p̃ctus non tenet. Et qñ arguitur, qd si infideles p̃hãt matrimonium in gradibus inter nos vetitis, & conuertant ad Christum, non soluitur matrimonium. Dicendum qd non est simile quia ibi tenuit matrimonium qñ p̃ctũ est, licet inter nos sit talis gradus prohibitus: ideo postea in conuersione nõ dissoluitur, quia matrimonium qd tenuit semel, nunq̃ dissoluitur ex aliqua cã superueniente quãtũcũque sit magna: secus est qñ p̃hũt infidelis matrimonium cũ multis, quia nonq̃ illud tenuit, sed fuit adulterium: ideo qñ conuertitur infidelis ad legẽ Christi, in qua non permittuntur p̃ctã, cogitur dimittere oēs præter primam, cũ qua potuit esse verum matrimonium. Cũ aut diuersitas inter hæc est, qd qñ infideles p̃hũnt in gradibus vetitis inter nos, nõ agunt aliq̃ mandata Christi, sed solum p̃ canonum statuta, qñ aut p̃hit infidelis cum multis agit p̃ mandatum, & determinationẽ Christi: ideo primũ tenet: quia infideles non astringuntur regulis canonicis: sũ autem non tenet, quia obligantur mandatis Christi: & patet hoc quia gradus, in quibus nõ liceat p̃hi matrimonium non sunt determinati per Christũ, nec etiam p̃ Apostolos ex nõse Christi cũ Christus de hoc nihil fuerit locutus, sed per canones ecclesiasticos. Nam a principio determinatum est, vt intra septẽ gradus consanguinitatis nõ liceret p̃herẽ sed inciperet p̃ctũ in octa-

Infideles nõ astant constitutionibus canonicis, sed lege Christi.

uo gra-

uo gradu 3 y. q. 4. c. de affinitate: postea vero ex aliquo causis reduxit vsque ad quartum gradũ, vt iam liceat copulari in quinto extra de consan. & affini. c. non debet. Ex hoc ergo sequitur quod inter infideles licite p̃hatur matrimonium in gradibus vetitis inter nos: quia non sunt isti gradus vetiti nisi per cõstõnẽ canonicã: infideles aut non arctantur cõstitutionibus canonicis. extra de diuor. c. gau. ideo ita in illis p̃hũt, ac si nulla lege vetante p̃herent, sed cum nulla lex vetat, est matrimonium licite p̃ctum: ergo inter infideles licite p̃hit in talibus gradibus. Et ista est rõ quare non dissoluitur matrimonium in conuersione ad Christum: vt patet extra de Diuor. c. gau. vbi ponitur ista q. l. vtrũ pagani vxores accipientes in secundo vel tertio vel tertio gradu sibi coniunctas sic coniuncti debeant post conuersionẽ suã in simul remanere, vel ab inuicem separari: edoceri per rescriptum apostolicum postulasti: sequetur respõsio, s. super quo taliter rñdemus: cum sacm cõiugij apud fideles, & infideles existat quemadmodum cum dicit Apostolus dicens: si quis frater vxorem infidelem habet, & hæc consentit habitare cum illo, non illum dimittat: & in præmissis gradibus a paganis, quo ad eos matrimonium licite fit p̃ctum, qui constitutionibus canonicis nõ arctantur: fideles hmoi matrimonialiter copulari libere p̃nt, & licite remanere coniuncti. Et ita nõ redditur alia cã, quare possint remanere coniuncti in gradibus illis, nisi quia sunt vetiti solum a canone, & infideles non arctantur constitutionibus canonicis: ista etiã ratio significat extra de consan. & affin. c. infidelibus. vbi eadem qd mouetur. & respõdetur, qd manebũt inuendo cãm esse, quia gradus isti sunt a canone vetiti, s. de infidelibus ad fidem conuersis, vtrum, si ante conuersionem suã sũ legis veteris instituta circa gradus consanguinitatis a canone denotatos coniuncti fuerint, debeant separari post baptismum. Et respondetur qd non. Sed nõ dixit ibi qd p̃xerant absolute qd vetitum sibi: quia p̃xerant in gradibus a canone vetitis. Secus aut est de eis, quæ Christus statuit, quia oēs tam fideles q̃ infideles tenentur legibus eius, quia quicquid fiat p̃ statutũ eius est inualidũ. Patet hoc, quia Christus erat verus Deus, cui oēs subiecti sunt, ideo nemo p̃t esse exemptus a mandato eius: etiam patet quia alias posset aliquis saluari non baptizatus, neque fidẽ habens: Christus tamen inuit oēs credere dictis suis, & baptizari Matth. 28. & quia ipse hoc dixit nõ p̃t aliquis saluari sine hoc: sicut ipse dixit Mar. 16. qui non crediderit condemnabitur. & Ioan. 3. cap. qui non fuerit renatus ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnũ Dei: & tñ si non obligarentur oēs mādatis Christi, possent saluari sine baptismo, & fide: ergo oēs obligantur mandatis Christi, & ita sicut obligantur his mandatis obligantur oĩbus alijs cum oĩa mandata Christi sint eiũdẽ virtutis obligatiuẽ cum procedãt ab eodem, sed Christus mandauit qd nõ esset vxorum pluralitas simultanea: immo diffiniuit qd quicunque habẽs vxorem acciperet et aliam committeret adulteriũ: Matth. 19. & Mar. 10. & Luc. 15. ergo oēs hoĩes post illam Christi diffinitionem obligantur ad non habendũ plures vxores: & quicũque plures acceperit adulteratur. Et si aliquis posset excusari a p̃na adulterij, vel peccato per ignorantiam huius legis, quod neque etiam nunc asserimus: tamen saltem in nullo casu er per ignorantiam poterat effici licita vxorum pluralitas cum esset contra Christi determinationẽ. Ob hoc igit qñ infidelis habens multas in vxores conuertitur ad Christum, non permittitur manere cum eis, sed cum prima sola, eo qd cum alijs nunq̃ tenuit matrimonium, nam si matrimonium tenuisset, nõ solueretur per ipsum, sed maneret cũ omnibus alijs, sicut dñr extra de

Infideles si conuertantur an debeãt relinquerẽ vxorẽ sibi coniunctã in secũdo, vel tertio gradu.

A diuor. c. gaudemus. qd per baptismum non so uuntur coniugia, sed crimina remittuntur. Simile autem est de libello repudij. in veteri enim testamento licetbat repudiari vxorẽ dato libello, & dissoluebatur: Deut. 24. c. In nouo aut testõ nõ licet; quia diffiniuit Christus qd non licet: Matt. 5. & 19. cap. ideo per hoc oēs hoĩes obligati fuerunt ad non repudiandum vxores: & si quis illas nũc repudiet, peccat, cum omnes obligentur legi Christi: & si quis repudauerit vxorem accipiẽdo aliam, illa secunda non est vxor sua, sed adultera.

n post conuersionem infidelium dissoluantur eorum matrimonia contracta in infidelitate contra legem Christi. Et generaliter conuersi ad fidem quid facere debent circa vxores infideles, & quam formam tenere debent. Quæst. XXX.

EX hoc sequitur quod si infidelis aliquis repudiet vxorem, & transeat postea ad fidem: nõ poterit tenere aliam viuente priore. Nam si accepit aliã tenebitur illam dimittere, quando alia viuit in cuiuscunque potestate sit illa: si autẽ nullam accepit, tenebitur non accipere quamdiu alia vixerit: sic dicitur extra de Diuor. c. gaudemus. qui autem sũ ritum suum legitimam repudiauerit vxorẽ cum tale repudium veritas in euangelio reprobauerit, nunquam ea viuente licite poterit aliã etiam ad fidẽ Christi conuersus habere, nisi post conuersionem ipsius illa renuat habitare cum ipso, aut si contemnat, non tamẽ absque contumelia creatoris, vel eum pertrahat ad peccatum mortale. Ex hoc etiam sequitur, qd post conuersionẽ dissoluentur matrimonia. s. si qd repudiauerit vxorem, & aliam accepit si conuertitur ad Christum cogitur dimittere illam: & si alius accepit eam, quam iste dimisit & conuertitur ad Christum, similiter cogitur dimittere illam. Et hoc est, quia in neutro fuit verum matrimonium, nam si fuisset non dissolueretur per baptismum: si tamen aliquis repudiauerit vxorem, & conuertitur, poterit hic fieri cõtrario q̃ in veteri testõ. Nã in veteri lege, qñ quis repudiauerit vxorem, nõ potest ad illam redire siue eã accipiat, siue non: etiam si ambo consentiant, quia Deus illud vetabat: Deut. 24. cap. cum matrimonium ibi dissoluatur: tpe autem noui testamēti ẽ dñrio. Nam non licet alicui repudiare vxorem: ideo si de facto repudiet, nõ valet, neque dissoluitur matrimonium & ob hoc poterit redire, immo cogetur redire ad illam. Nam si quis Christianus repudiaret vxorem, cogetur iudicio Ecclesiæ illã tenere, & etiam si ambo consentiant separari, & transire ad alia matrimonia non licebit, sed ambo cogentur iudicio Ecclesiæ manere simul, vel saltem non transire ad alia matrimonia. Si autem infidelis repudiet vxorem legitimam, & accepta alia conuertatur ad Christum, cogitur dimittere istam, quã postea accepit, quia nõ est vxor, sed adultera: repudiata autem ab eo, quã est infidelis si vult ad fidem conuerti, manebit cum viro qui conuertitur, sed ibit ad ipsum, & manebit cum eo: & hoc siue illa transiisset ad alium virum manendo in infidelitate, siue nõ. Et si vir fidelis noller recipere eã sponte conuertam teneretur iudicio Ecclesiæ illam recipere non solum si conuertitur, immo etiam si nõ conuertitur, dum tamen velit cohabitare viro fidelis sine contumelia creatoris, extra de Diuor. cap. gaudemus. Vnde circa hoc forma, que debet teneri in conuersione infidelium, est si infidelis conuertitur, & habet vxorem debet requirere eam an velit conuerti: si autem vult simul conuerti, tenebũtur simul habitare, & licitum non erit transire ad alia matrimonia: si autem illa non vult conuerti, vel illa conuertitur, & ille

An si infidelis postquam repudiauerit vxorem fuerit baptizatus teneat redire ad illam secũda dimissa.

Post conuersionem infidelis dissoluetur matrimonium factũ in infidelitate cõtra legẽ Christi.

C

D

E

Infidelis baptizatus tenet recipere mulierem primã q̃ repudiauerit etiã si ipsa in infidelitate maneat.

Nota forma obseruandam in conuersione infidelium coniugatorum quantu ad cohabitare vel non cohabitare simul.

ille non vult conuerti: debet ille qui conuertitur requirere eum, qui non conuertitur an velit cohabitare ei sine contumelia creatoris: & si consentiat tenetur qui conuertitur manere cum eo, qui non conuertitur, quia baptisimus non soluit matrimonia, sed crimina dimittit, & ista forma innuitur ex intentione Apost. I. Corin. 7. c. & extra de diuor. c. gaudem. & qd dictu est de coniugibus qui manebant tpe quo alter eoru conuertitur. Dicendum est qn repudium intercederat, & vir acceperat aliam & femina alium siue non acceperat. Si enim vir conuertitur, & repudauerat vxore, qua nondum ad alij viru transierat, neque ille aliam acceperat, debet requirere eam an illa velit conuerti ad Christum, vel saltem sequi ipsum conuersum ad Christum, si aliquid istoru velit cogetur vir eam recipere, & tenere in matrimonio iudicio Ecclesie: & si eam non requisierit non poterit illa viuente accipere aliam in vxorem, quia illa fuit legitima eius: si autem requisierit eam, & illa neque vult conuerti, neque cohabitare ei, poterit licite ille transire ad alia vota, quia per hoc dissoluitur matrimonium inter eos volente Deo, quod dissoluatur, quia in his non est frater subiectus aut foror, id est fidelis vir, aut femina, vt dicit Apost. I. Corin. 7. si fides Christi eu liberat. Quod si semel mulier dixerit se non velle transire, neque conuerti etiam si postea peniteat, & velit conuerti aut manere cum viro, non cogitur vir eam recipere, quia per dissensum illum fuit solutum matrimonium: & quod solutum est, non potest iam resumere vires ad obligandum. Si tamen vir nondum accepit aliam in vxorem potest accipere illam, sed iam non resumit vt priorem coniugem, sed vt de nouo, & per nouum consensum. Si autem femina infidelis repudiata transiit ad alium virum, & qui repudiatur eam vult conuerti ad Christum tenetur siue acceperit iam aliam, siue non requirere illam, an velit conuerti, vel saltem sequi ipsum an non: si vult conuerti, & sequi ipsum, vel saltim vult sequi ipsum, & manere cum eo in matrimonio, etiam si non conuertatur: tenetur illam accipere iudicio Ecclesie: si autem non requisierit eam non poterit ea viuente accipere aliam in vxorem. Si autem vir infidelis conuertitur & repudauerat vxorem, & illa acceperat alium virum, & repudians acceperat alteram in vxorem, tenetur similiter requirere eam qn conuertitur, & si illa vult conuerti cum eo, tenetur eam accipere & dimittere aliam, quam acceperat: & si illa nolit conuerti, sed solum sequi illum in matrimonio, tenetur illam resumere, & abicere aliam, quam assumpserat, etiam si illa velit conuerti ad fidem cum illo, quia prima est vera, & legitima vxor & secunda non. Si autem requisita sic mulier repudiata nolit conuerti, neque virum sequi, poterit vir libere transire ad Christum, & licet postea illa peniteat, & velit virum sequi aut conuerti, non cogitur vir eam recipere, sicut supra dictum est.

Conuersus an debeat vel possit retinere mulierem acceptam post repudiatam. Quasi. XXXI.

Se p quid in hoc casu de muliere, quam iste acceperat post repudiatam primam manens in infidelitate: an debeat eam requirere, vel cogatur cum ea manere, aut possit iam conuersus ad Christum. Dicendum quod vir non cogitur requirere eam, quod transeat vel conuertatur, quia ista non est vxor eius, sed fornicaria, ideo nullo vinculo tenetur ad eam requirenda. Sed quid si illa sponte velit cum eo transire non requisita? Dicendum q siue velit manere cum eo siue conuerti cum ipso, non cogitur eam retinere, quia illa non est, neq; fuit vxor, ideo nul-

lo pacto cogitur eam retinere. Sed quid si velit illam retinere an liceat. Aliqui putant q non, quia est adultera, vel fornicaria. Dicendum q aut ambo consentiunt aut solus vir, vel femina: si ambo consentiunt possunt remanere, non quidem ex priori vinculo, quia nullum erat inter eos, sed solum ex nouo, quia cum ambo sint liberi ab omni vinculo, possunt de nouo phere matrimonium, cum non sint persona de iure impedita: phere: si autem vir non consentiat, non cogitur illam retinere, vt dictu est. Etiam si illa non consentiat non pot vir eam cogere ad commanendu, quia nullum vinculum est inter eos, sed de nouo debet induci, si esse debet. Et tñ nouum vinculum matrimonij non potest causari sine mutuo consensu duorum: ergo non poterunt commanere, nisi ambo de nouo consentiant: na tunc incipiet esse nouum matrimonium. Sed est speciale in hoc casu, quia non poterunt commanere, nisi ambo conuertantur: si enim femina vclit sequi virum in matrimonio, & tamen non velit sequi Christum, i. conuerti: non licebit eis commanere. Rō diuersitatis est, na qn fuit matrimonium inter infideles, inter quos est verum matrimoniu, si vnus conuertitur, & alius vult sequi ipsum, etiam si non conuertatur tenetur fidelis retinere infidelem, quia alias per conuersionē soluerentur matrimonia: qd falsum est extra de diuor. c. gaudem. Secus aut cum accipit infidelis alia vxorem repudiata prima: na ista secunda non fuit vera vxor, sed adultera: & ideo non pot esse inter eos matrimonium, nisi per nouum consensum postq requisierit iste priorem, & illa reculauerit ipsum sequi. Et tamen iste cum sit iam fidelis non potest de nouo contrahere matrimonium, nisi cum infideli, ergo non poterit contrahere cum ista si non conuertatur: alias enim esset cōtrahere eū infideli, quod non licet infideli. In priore autem vxore secus est, quia illa non retinetur quasi ex nouo consensu, sed de vinculo antiquo veri matrimonij, quod vinculum non soluitur per conuersionē: ergo tenetur vir retinere priorem, etiam non conuersam, sed in tali statu quali eam accepit: dum tñ illa consentiat habitare sine contumelia creatoris: quia alias fides liberat a vinculo matrimonij.

Conuersus ad fidem quid facere debeat circa vxorem. Quasi. XXXII.

Se adhuc attendendum circa conuersionem ad Christum de infidelitate, quia dicta supra habent locum, quā tum ad liberandum eos ab onere coniugum: non aut quantum ad totu quod facere possunt: nam pnt cogere eos transire, siue cohabitari in matrimonio. Et dicamus primo de viro, qui de infidelitate conuertitur, q si habet vxore debet requirere eam, & si illa velit conuerti, vel saltim sequi ipsum in matrimonio tenetur eam retinere, & non licet ei aliam accipere: si autem illa non velit conuerti, neque sequi ipsum in matrimonio est liberatus vir, q pot aliam ducere fidelem relicta illa. Et si tñ vir velit q illa sequatur ipsum, coget eā sequi, & committetur iudicio Ecclesie, vel per dños riales illa manere cū illo: & si non velit manere sine contumelia creatoris cogetur manere sine contumelia. Et hoc patet quia inter infideles est matrimoniu verum, sicut dñ extra de consan. & affi. c. de infidelibus, & tamē per conuersionē & baptisimū non soluitur vinculu matrimonij extra de diuor. c. gaudemus. ergo manet matrimoniu qn vnus conuertitur licet alius maneat, sed quādiū manet matrimoniu, non licet alicui coniugū transire ad alia vota, aut denegare alteri debitū carnis & obsequia mutua: ergo tenetur mulier infidelis, sequi

sequi virum, & cogetur si non velit. Hoc verum est, nisi forte ex speciali dispensatione Dei, qui prouidit in tali casu, nam potest Deus supra matrimonium, & in omnibus cum omnia sint ab ipso, & ipse dedit licentiam fidelibus conuersis, non commanendi vxoribus infidelibus, quando non volunt ille conuerti, neq; commanere villo modo, aut saltem non sine contumelia creatoris: ideo possunt tunc conuersi ex speciali dispensatione Dei facta in fauorem fidei, & per Apostolum promulgata transire ad alia vota, vel non manere in matrimonio, & tamen istud priuilegium non est datum in fauorem infidelium, qui non transeunt, quia illis nullum priuilegium datur: ergo possunt illi compelli ad manendum in matrimonio. Apparet istud ex verbis Apostoli. I. Corin. 7. si quis frater vxorem hēt infidelem, & hęc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, & si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum: si enim infidelis discedit, discedat: non est enim seruituti subiectus frater, aut foror in huiusmodi. Et sic de fratre, & de sorore dixit, q non erant subiecti seruituti, & non dixit hoc de infidelibus: ergo manet infidelis obligatus ad sequendum eum qui ad fidem conuertitur propter hoc, q adhuc matrimoniu tenet, & non dissoluitur. fidelis aut non obligatur sequi infidelem, quia Deus eximit eum tunc ab onere matrimonij, dissoluendo vinculum matrimonij inter eos in casu, in quo infidelis non vult sequi infidelem, aut non vult consentire ei sine contumelia creatoris. Et fuit conueniens ista dispensatio quam Deus fecit in matrimonio, eo q tunc infideles non erant subiecti fidelibus sicut nūc, sed potius fideles erant subiecti infidelibus, & si vellēt fideles cogere infideles ad sequendum eos, qui conuertentur, non possent, quia non habebāt iudices, nisi infideles, quia infideles non aduertent ad fauorem fidei, sed potius erant eis fideles odiosi, non iudicārēt, q infidelis sequeretur conuersum, sed potius q fidelis conuersus sequeretur infidelem inuenientem in infidelitate, ideo fuit conueniens modus. Nam ex vna parte procurabatur pax, ex alia parte dabatur releuatio oneris infidelibus. Si enim fidelis conuersus vellēt dimittere manentem in infidelitate, sequeretur scandalum, si autem non possēt transire ad alia vota fidelis dimissus ab infideli, esset difficultas manendi sine coniugio. De primo patet, quia si conuerteretur femina ad Christum, & non maritus eius, & si requisito per eam viro, vt conuerteretur, non vellēt conuerti, licet possēt illa accipere alium virum fidelem non permitteretur a viro suo, & si acciperet de facto accusaretur, tanquam adultera, quia dimiserat virum; femina autem non potest repudiare virum, sed vir feminam: & ideo puniretur, vel saltim cogeret manere cum viro. Ad procurandum ergo pacem iussit Apostolus, q si femina haberet virum infidelem non recederet ab eo, q ita non esset scandalum. Similiter si conuertetur vir, & maneret femina in infidelitate, & ex hoc vir vellēt accipere aliam (nam licet fm leges humanas possēt vir aliquando repudiare vxorem) non permitteretur hoc transeuntibus ad fidem, quia fides erat odiosa infidelibus, ideo non permitterent viris dimittere vxores, vel sequeretur ex hoc maius odium contra fideles, ideo ad procurandum pacem, mandauit Deus, q conuersus ad fidem non recederet ab infideli quādiū consentiret infidelis cohabitare ei. Secundū erat releuatio oneris fidelibus, quę releuatio fidelium fiebat sine scandalo, nam si ad faciendum, q matrimonium esset indissolubile faceret Deus, q nolente infideli cohabitare fidelis, teneretur fidelis non transire ad alia vota, possent sic omnes fideles a principio semper manere innupti, quod erat magnum inconueniens, manere in pace, & releuatio oneris declarauit, quando fidelis cum infideli cohabitare possēt. Et quod cum contumelia creatoris etiam tenebatur cohabitare fidelis cum infideli tempore quo domini temporales non erant Christiani: hodie tamen non, nisi vbi principes sunt infideles. Quasi. XXXIII.

Dispensatio Apostoli fuit conueniens, quia ex illa legibant duo, spax, & releuatio oneris.

ideo in hoc casu dispēsaui Deus dissoluendo vinculu matrimonij, vt liceret fidelibus transire ad alia vota.

Apostolus ob pacem, & releuatioem oneris declarauit, quando fidelis cum infideli cohabitare possēt. Et quod cum contumelia creatoris etiam tenebatur cohabitare fidelis cum infideli tempore quo domini temporales non erant Christiani: hodie tamen non, nisi vbi principes sunt infideles. Quasi. XXXIII.

Et hæc duo apparent ex verbis Apostoli: cum dicitur non est enim subiectus frater, aut foror in huiusmodi. In pace autem vocauit nos Deus. Cum enim dixit non est subiectus frater, aut foror, prouidet contra onus fidelium, si manerent innupti, & hęc erat magna seruitus, qd nō te infideli manere i matrimonio tenebatur fidelis manere innuptus, & hoc erat secundum. Erat primum, q non dimittat fidelis infidelem nolentem cohabitare. cum dicitur in pace vocauit nos Deus, id est voluit, q fideles viuere in pace, & non haberēt occasionem scandali cum infidelibus, quod cum sequeretur, & fideles discederent ab infidelibus nolentibus cohabitare. Sciendum etiam, q non attendebatur tunc ad hoc q fidelis deberet manere cum infideli, nisi q vellēt infidelis cohabitare infideli: & non requirebatur, q vellēt habitare sine contumelia creatoris. Nam etiam cum contumelia creatoris tenerentur cohabitare. Et patet ratio, quia si conuerteretur mulier ad Christum, cui vir infidelis vellēt habitare maledicendo tamen quotidie Christo, & suadendo mulieri redire ad infidelitatem, quod est eam trahere ad peccatum mortale: ob hoc liceret mulieri transire ad alia vota, accusaret eam vir suus, quasi adulteram per leges imperatorum vel humanas, per quas non licet mulieri a viro recedere, & sic vt adultera puniretur, & sequeretur magnum scandalum contra fidem, sed Christus voluit auferre istud scandalum. Cum dicat Apostolus, quod vocauit nos Deus in pacem: ergo tenebatur manere fidelis conuersus cum infideli & cohabitare, etiam si cohabitaret cū contumelia creatoris.

Quod vero dicitur, quod potest transire fidelis ad alia vota si infidelis non vult cohabitare, vel saltim non sine contumelia creatoris, intelligitur de hoc tempore, in quo non est scandalum, etiam si recedat fidelis ab infideli, quia fideles dominantur in fidelibus. Et si conuerteretur vir infidelis volens cohabitare, quod recedit ab eo vxor, audietur quæstio apud iudicem Christianum, qui iudicabit recte factum esse cum sit in fauorem fidei, & possunt nūc iudices impedire, vt non fiat contumelia creatoris, quod non poterat fieri, quando erant fideles subiecti infidelibus, sicut in Ecclesia primitiua tempore Apostoli. Vnde non prodert tunc, quod recederet fidelis conuersus ab infideli propter contumeliam creatoris, quia etiam discederet, non poterat vitari contumelia creatoris, cum infideles essent potentiores fidelibus, & presentibus eis maledicebant quotidie Christo, & etiam eis suaderent publice redire ad infidelitatem; immo saepe per penam, & damna ad id cogent, ideo cum non possent euitare contumeliam creatoris, non prodert, quod fidelis recederet ab infideli, aut quod suggererit ei ad infidelitatem redire.

Nunc vero prodest, quod fidelis conuersus transeat ad alia vota, quando infidelis non vult cohabitare sine contumelia creatoris, quia cum fideles dominantur, possumus euitare publicas blasphemias Christi inferendo poenam infidelibus. Et similiter si suaserint alicui conuerti ad infidelitatem, punientur.

Cum vero manent fidelis & infidelis simul, est maior
opportunitas pervertendi infidelem, & minor copia
probationis contra infidelem, q̄ contumeliam faciat
creatori, ideo est conueniens, q̄ liceat tunc recedere fi-
deli, & fit hoc ex dispensatione Dei dissoluentis tunc
matrimonium, & hæc licentia intelligitur data esse fi-
delibus a principio: non tamen, vt ea tunc vterentur,
nec vtebantur, sed solum, vt ea nunc v̄tatur: tunc vero
nunquam discedebant, nisi quando non volebat infi-
delis cohabitare fideli, & istud patet quia. 1. Corint. 7.
c. vbi Apostolus hoc posuit solum dixit, si quis frater
uxorem infidelem habet, & hæc consentit habitare
cum illo, non dimittat eam, & si qua mulier habet vi-
rum infidelem, & hic consentit habitare cum illa nō
dimittat virum: & ita non distinguit, an vellet habitare
cū contumelia, vel sine contumelia creatoris: & ideo
nec aliquid aliud erat considerandum, nūc vero secus
est: & ideo Papa exposuit aliter verbum Apostoli ser-
uandum esse nunc, s̄ quod siue velit cohabitare infide-
lis fideli, siue non, sine cōtumelia creatoris, liceat fide-
li in fauorem fidei trāfire ad alia vota, extra de Diuor.
cap. gaudemus.

*Fidelem esse obligatum recipere infidelem, & simul manere, si
seri possit sine creatoris contumelia. Quæst. XXXIII.*

REDVENDO ad præcedētia dicemus, quod
quando infidelis non vult cohabitare cum
conuerso ad fidem, vel non sine contume-
lia creatoris, licet fideli trāfire ad alia vota
ex dispensatione Dei absoluetis fidelē ab onere ma-
trimonij dissoluentis, & tñ infidelis non
est liberatus ab onere matrimonij, immo manet obli-
gatus ad sequendum fidelē, cum priuilegium illud
non sit datum in fauorem infidelium, sed solum fide-
lium, & ob hoc, q̄ conuertitur fidelis, & requirit in fi-
delē, neque ille vult cohabitare, habet fidelis duas vias
quarum vtranque potest eligere. Prima est, q̄ transeat
ad alia vota, si voluerit, cum habeat licētiam a Deo ad
hæc. Alia est, q̄ agat ad compellendum infidelem seq̄
ipsum, & cogetur infidelis per iudicem Ecclesiasticū,
vel temporalem commanere fideli cōuerso, quia ma-
trimonium non est iam dissolubile, neque est licitum
repudium, & tamen fuit verum matrimonium inter
istos, quando erant infideles, & non potest dissolui in
fauorem infidelis: ergo cogetur manere in illo si pe-
tat fidelis, & ideo si vir conuertatur, & foemina velit
sequi ipsum cogetur, si vir petat, cohabitare ei, simili-
ter si conuertatur foemina, & non vir, cogetur vir, si
illa petat, retinere illam. Non quidem cogetur infide-
lis conuerti ad fidem, quia ad hoc non debet esse coa-
ctio absoluta, nec conditionata in Decr. 45. dist. c. qui
sincera. & ca. de Iudæis. & extra de Bapt. & eius effec.
c. maiores. sed cogetur cohabitare fideli, quia istud nō
est inconueniens aliquod cum sit verum matrimonij
inter illos, & non læditur fidelis ex commixtione infi-
delis, sed potius infidelis sanctificatur per fidelē cū
sit ei occasio conuersionis, istud probat Apostolus. 1.
Corin. 7. c. cum dicitur: si qua mulier habet virum infi-
delem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat
virum: sanctificatus est enim vir infidelis per mu-
lierem fidelē, & sanctificata est mulier infidelis per
virum fidelē, alioquin filij vestri immundi sunt, nunc
autem mundi sunt. Sed obijcietur, q̄ nollet cohabitare
infidelis fideli sine contumelia creatoris, vel sine
hoc, quod cum trahat ad peccatum mortale suaden-
do, quod conuertatur ad infidelitatem. Dicendum ve-
rum esse, quod in hoc casu, licet fideli trāfire ad alia
vota dimittendo infidelem. extra de Diuor. c. gaude-
mus. & tamen non cogitur præcise hoc facere, sed po-

*Principes
nō p̄nt co-
gere infide-
les conuer-
ti ad Christi-
an. q. 182.*

Fest cogere infidelem, vt cohabitare sine contumelia
creatoris, nam infideles sunt subditi dominio fidelit̄:
de his enim loquitur, quia in non subditis fiet, sicut fie-
bat in Ecclesia primitiua tempore Apostoli, vt iā dixi-
mus: sed de infidelibus, qui sunt subiecti dominio fi-
delium, est dicendum, quod cogunt fideles cessare a
contumelijs Christi, & pertinet ista cura ad dominos
temporales Iudæorum. extra de Iudæi. & Sarac. c. & si
Iudæos, & debent eos cogere ad hoc per poenas gra-
ues. eod. titu. cap. in nonnullis. & ideo si cogeretur in-
fidelis cohabitans fideli cessare a contumelijs Dei, vel
fidei, etiam si infidelis velit trahere fidelē ad infideli-
tatem, vel ad peccatum mortale, ad hoc per poenas gra-
ues cessare ab hoc, nam si Iudæus alicui nocuerit, quia cō-
uersus est, aut cōuerti vult ad fidem Christianam, sta-
tim cremabitur. C. de Iudæ. & reli. l. Iudæis, & maiori-
bus, & si ipsi circumciderint aliquem, vel circumciden-
dum mandauerint, puniuntur præscriptione bonorū,
& perpetuo exilio. eodem tit. l. Iudæi, & bonorū. Er-
go nullum inconueniens est si conuersus ad fidem fa-
ciat cogi infidelem, commanere sibi in matrimonio.

*Infidelis baptizatus potest repetere uxorem in infidelitate repu-
diatam etiam si transevit ad aliam vitam.
Quæst. XXXV.*

QUOD autem diximus de eo, qui cōuertitur
habens uxorem, & illa non vult cōuerti, di-
cendum est de illo qui habuit uxorem, &
repudiavit illam, siue habeat illa iam virum
siue non, nam potest habere duas vias circa eam. Vna
est, q̄ requirit ea si noluerit sequi ipsum cohabitādo
aut non sine contumelia creatoris, quod ad alia vota
transeat, & iam non cogetur suscipere illam, licet re-
deat ad eam.

Alia via est, quod cogat eam sequi ipsum, quod fiet
per iudicem Ecclesiasticum, nā verum matrimonij
fuit inter istos, & repudium non potuit intercidere,
& non tenuit de iure, ideo potest eam repetere, sicut
uxorem suam. Vnde si nondum est ab alio ducta, co-
getur sequi virum petentem eam, si autem transevit
ad alium virum, tenebitur dimittere illum, quia neq;
ille habet ius retinendi eam, cum non sit vxor eius.
Nam cum repudium non tenuerit de iure, nunquam
cessauit illa esse vxor prioris, & nunquam potuit inci-
pere esse vxor sequētis, & ideo neque ille habebit ius
retinendi, sed transibit coacta ad priorem, sicut spon-
tanea transire posset.

*Si conuersus infideli nolit sine creatoris contumelia ei cohabi-
tare transeat ad alia vota, an teneat matrimonium. Et
quod conuersus si infidelis nolit sibi cohabitare,
& nubat, tunc etiam infidelis poterit con-
trahere matrimonium, alias non.
Quæst. XXXVI.*

SED quid si infideli conuerso nolit infidelis co-
habitare ei, vel non sine contumelia, & per hoc
transeat ad alia vota, an peccet, & non teneat
matrimonium?

Putant quidam, quod nō, eo quod matrimonium
est dissolubile, nisi illud Deus dissoluat dispensatiuē,
& tamen non facit hoc Deus in fauorem infidelium:
ergo tenebit matrimonium, & non poterant transire
ad alia vota.

Dicendum, quod cum conuertitur aliquis infide-
lium, & alius non vult cohabitare ei, aut non sine con-
tumelia creatoris, peccat agens iniustum. Nam cum
matrimonium teneat, & non possint coniuges ab
inuicem separari, peccat qui recedit.

Sed

Sed dicendum, q̄ infidelis, qui noluit cohabitare,
aut statim contraxit matrimonium aliud, antequam
conuersus ad fidem contrahat, aut non: si non h̄at ip-
se primum, sed fidelis, cui noluit cohabitare infidelis:
& postea infidelis contrahat tenebit matrimonium,
quia fidelis potuit dissolvere matrimonium transeun-
do ad alia vota per dispensationem Dei expressam per
Apostolum 1. Corin. 7. c. sed statim, vt solum est ma-
trimonium sunt coniuges liberi, ita vt possint cuiquam
que miser sine pena, & peccato adulterij: ad Rom. 7.
c. ergo infidelis poterit iam contrahere matrimonij:
nam nō potest matrimonium ex vna parte tenere, &
ex alia non, sed fidelis solutus est vinculo matrimonij
illius, cum licite transevit ad aliud matrimonium: ergo
& infidelis solutus est, & poterit ad aliud matrimo-
nium transire. Si autem infidelis nolens cohabitare fi-
deli conuerso, statim contrahat matrimonium, ante-
quam contrahat fidelis: dicendum, q̄ non tenet ma-
trimonium ab eo contractum, & peccat, quia adhuc
non est solutum præcedens matrimonium cum fide-
li conuerso.

Sed dicit aliquis immo solutus est, nam per hoc,
q̄ noluit cohabitare infidelis fideli, vel non sine cōtu-
melia, iam est solutum matrimonium, quod patet, q̄
statim potest transire fidelis ad alia vota, & tamen solu-
to matrimonio, iam non obligatur vnus coniugum
alteri, ergo quilibet eorum potest trāfire ad alia vota.
Dicendum, q̄ nō fuit solum statim matrimonium,
ideo non potuit statim transire infidelis ad alia vota.
Nam ex eo, q̄ infidelis non vult cohabitare fideli, h̄t
fidelis licentiam recedendi & transeundi ad alia vota:
nō tñ statim est matrimonium dissolutum, sed dissolu-
etur, q̄ actualiter fidelis transevit ad alia vota. Et pa-
ret hoc, quia alias si postquam infidelis dicit nolle co-
habitare, vel non sine contumelia, maneret saltem p̄
vnum diem, & commiserētur essent fornicarij, quia
ibi esset commixtio carnis, & non inter coniuges: sed
falsum est, quia nemo dicit eos fornicari. Etiam patet,
quia licet fidelis potest recedere ab infideli, quādo ille
non cohabitare sine contumelia creatoris, non tñ cogi-
tur recedere, sed potest manere: & tamen si manserit
nemo dubitat, quin coniuges maneat: ergo non solu-
uitur matrimonium per hoc, q̄ infidelis non vult co-
habitare, vel non sine cōtumelia creatoris, sed solum
quando fidelis conuersus propter aliquam istarū dua-
rum causarum transevit ad alia vota: tunc enim solu-
tur matrimonium, & potest infidelis transire ad alia
vota, si tamen h̄erit infidelis antequam fidelis non te-
net matrimonium, sed sunt ibi coniuges, vt adulteri,
& tamen si infidelis postea contraxerit per hoc, quod
contraxit fidelis soluitur matrimonium, & tunc infi-
delis possit licite contrahere, vel poterit incipere vale-
re matrimonium, quod prius cōtraxerat, quasi ex no-
uo conuerso coniugum. Sicut autem diximus de con-
iugibus, qui actu manent in matrimonio, quando al-
ter eorum conuertitur ad fidem: ita dicemus de vxore
repudiata, s. si conuertitur vir, qui repudiauerat vxo-
rem, & illa transevit ad alium virum, dēt requirere eā
vir fidelis, vt conuertatur, vel redeat ad ipsum cum il-
la sit vera vxor, aut manere inuuptus quādiu illa vi-
xerit. si autem illa requisita sequi ipsum noluerit, vel
non sine contumelia creatoris, poterit ipse ad alia vo-
ta transire: si tamen non transevit, sed expectat, vt illa
conuertatur, & tenet illam in animo vt cōiugem, sem-
per illa est, vt adultera, cum autem fidelis contraxerit
cum alia, potest illa incipere esse vxor illius ad quem
transevit cum repudiaretur, & idem est de foemina
repudiata si conuertitur, & repetit virum repudiato-
rem.

Alph. Toft. in Primum Regum.

A Si mulier infidelis repudiata contraxit cum alio infideli, & am-
bo conuertantur ad fidem. An mulier hæc manere debeat
cum secundo viro fideli, vel redire ad primum infi-
delem. Et an primum matrimonium semper te-
neat. Quæst. XXXVII.

SED quid si mulier repudiata est apud infideles;
& accepit alterum virum infidelem, tandem
ambo compuncti conuertuntur ad fidem, an
manere debeant, vel possint in suo coniugio.

Aliquis dicit, q̄ sic in fauorem fidei, quia multum at-
tenditur fauor fidei in coniugijs. extra de Diuor. cap. il
gaudemus. & tamen nunc vir, & vxor sunt fideles. Si
autem teneretur illa requirere infidelem a quo repu-
diata fuerat, rediret ad infidelem, & cohabitaret subdi-
ta infideli, quod videtur inconueniens.

Dicendum, q̄ in hoc casu ambo coniuges, qui con-
uertuntur non sunt coniuges neque vnquam fuerunt
sed semper adulteri, fides autem non efficit matrimo-
nium vbi nullum erat, præcipue dissolūdo matrimo-
nium præexistens, vt dicitur in allega. cap. gaudemus.
quod per baptismum non soluuntur coniugia, sed cri-
mina dimittuntur, & tamē ista mulier repudiata fuit
legitima vxor repudiatōris: ideo viuente eo, nunquā
potuit effici alterius vxor, propter quod nunc in con-
uersione, quia non licet manere in peccato mortali, il-
la tenetur requirere virum infidelem, an vult illam se-
qui, si autem velit cohabitare ei sine contumelia crea-
toris redibit ad illum, & relinquet virum fidelē, quē
videbatur habere, si autem ille noluerit cohabitare ei
poterit illa ex tunc esse legitima vxor viri, quem tene-
bat, & cum quo conuertitur.

Si autem obijciatur, q̄ hic non seruatur fauor fidei
dicendum q̄ fauor fidei seruandus est, quantum per-
mittit conditio fidei, & non vltra, sed ad fidem non p-
tinet dissolvere matrimonia, ideo in fauorem eius nō
dissolueretur. Et patet hoc, quia quando conuertitur
mulier ad fidē, & non vir, maius fauor fidei erat, quod
posset illa accipere statim virum fidelē, quā quod
maneret subdita infideli, & tamē tenetur manere sub-
dita illi, si vir velit habitare cum ea, vt dicit Apostolus
1. Corin. 7. c. ergo non debet seruari fauor fidei, nisi
quantum fides vult, & ita est in præfenti.

*An si mulier repudiata conuertitur, quæ habet virum infidelem
post repudium teneatur commanere ei volenti, vel redire
ad repudiatorem. Et quod infideli conuerso, licet in
matrimonium accipere eam, quam polluit per
adulterium. Quæst. XXXVIII.*

EX hoc etiam apparet quid dicendum sit si mu-
lier repudiata conuertitur, quæ habet virum
infidelem, qui eam accepit post repudium, an
teneatur commanere ei volenti, vel redire
sine contumelia creatoris. Dicendum, quod aut cū ista
mulier conuertitur viuunt repudiatō, aut mortuus est:
si viuunt, nunquam potuit esse matrimonium inter eā;
& secundum virum, sed adulterium, ideo ipsa non te-
netur, immo non potest cohabitare ei cum conuertit-
tur, sed debet requirere repudiatōrē, an velit eam se-
qui, & si ille velit ei cohabitare, tenetur stare cum eo,
si autem ille non velit, aut non sine contumelia crea-
toris soluta est a lege eius, vel potest ad alia vota tran-
sire: & tamen si tunc velit cum ea cōuerti ille qui eam
accepit post repudium, non tenetur illa manere cum
eo, quia nullum vinculum fuit vnquam inter eos, aut
est, sed adulterium, ideo non obligatur illa cohabitare:
potest tamen de nouo eum accipere in cōiugem,
si voluerit sicut potest accipere quemlibet aliū ex no-
uo consensu.

N 3 Sed

Sed obijcietur, q non liceat eis copulari, quia non licet alicui in matrimonium accipere eam, qua p adulterium polluit, vt pater extra de eo, qui duxit in matr. &c. per totum, & tamen ista viuere priore marito polluit per adulteriam istam mulierem, quia quadiu cohabitauerit tandiu fuerit adulteri, ergo non licebit eam accipere in vxorem. Dicendum licitum esse accipere illam in vxorem, & non obstat, q eam per adulterium polluerit. Primo quia iste sunt constitutiones canonice, & non sunt de iure diuino, cum sint decretales Epistole; & tñ infideles constitutionibus canonicis non arctantur, extra de diuort. c. gaudemus. ergo neq; illis constitutionibus, ideo poterunt non obstante tali adulterio, coniuges effici. Secundo & precipue, quia licet fm veritatem iste vir polluerit mulierem per adulterium, erat tamen in tali statu, vel secta, in qua nō putabatur adulterium, sed legitimum matrimonium, & ira publice permittebatur, & in his opinio preuallet veritati, & ideo quantum ad infligendum eis penam pro tali cōcubitu potius sequemur opinionem quam veritatem, potest igitur iste accipere illam de nouo in vxorem. Sed quid si mortuus est repudiator, quando mulier ista cōuertitur, & manet ipsa cum illo, qui eam acceperat post repudium? Aliquis dicit, q tenebitur manere cum illo, si ille vult cohabitare ei sine contumelia creatoris, cum iam sit vxor eius post mortem viri prioris. Dicendum, q si praesupponatur esse vxor illius, renetur cohabitare illi, si vir consentit; & tamen hoc non est concedendum, quia quadiu vir repudiatus vixit, isti duo erant adulteri, & non erat neque poterat esse inter eos matrimonium, mors autem prioris viri non potest istos efficere coniuges, quia non est inducitur vinculi, sed cum matrimonio solb consentiunt, hatur, necesse fuit hic de nouo esse consentium, ad causandum de nouo matrimonium, & tamen inter istos non constat de nouo fuisse cōsentium, immo certum est, q nunquam esset, quia hunc consentium de nouo praestant illi, qui putant priorem, consentium non sufficere, & se credunt prius non fuisse coniuges, sed adulteros, & tamen isti infideles credunt se legitimos esse coniuges cum inter eos licitum reputetur repudium, ideo nunquam de nouo consentiunt, vt sunt cōiuges, & tñ fm veritatem non potuit prior consentus efficere eos coniuges: ergo non sunt coniuges, ergo nec tenebitur ista mulier quaerā ad fidem requirere illi virum, vt conuertatur, aut cohabitare ei: immo et si ille velit cohabitare, vel conuerti non tenebitur illa suscipere eum: pōt tñ si voluerit eum de nouo accipere in virum, quia non est verita illum accipere, & tñ si accidisset, q isti duo manentes in infidelitate post mortē repudiatoris de nouo cōsensissent, quasi de nouo matrimonium cōhentes, certum est, q efficerentur p hoc coniuges. iō si illa conuertetur teneat eum, regere, & si ille vellet cohabitare nō posset illa transfere ad alia vota. Cum aut dicebatur, q posset femina accipere de nouo in virum, cum conuertit, istum infidelem cuius erat, vt vxor post repudiū. Dicendum q est verū si ille conuertatur, alias non potest. Et rō est, quia in casu dato, qñ isti manserunt in infidelitate non erant cōiuges, sed adulteri: & ob hoc ista femina non cogitur cohabitare illi, sed potest si voluerit de nouo eum accipere in eum consentiendo, sed ipsa est iam fidelis, & non potest contrahere cum infideli, aut consentire in eum, ergo necesse est, quod ille conuertatur ad hoc, quod ipsa possit consentire in eum; & cohabitare ei: secus autem est, quando manentes in infidelitate, erant veri coniuges, quia non est tñ nouus consentus, sed ex matrimonio prius cōtracto renetur mulier manere cum viro etiam infideli, quia infidelis ille erat, quadiu cum eo contraxit.

F An inter infideles sit verum matrimonium ratum & firmum, ac legitimum. Et an tale sit sacramentum.

Quest. XXXIX.

OMNIA predicta sunt vera tenēdo, q inter infideles sit matrimonium verū & ratum: nam alias non fieret ista, vt statim dicitur. Circa, quod occasione eorum, que in materia ista dicuntur est aduertendum, q inter infideles est matrimonium, & est verum, & aliquo modo sacm, & est ratum, id est firmum. De primo, q inter infideles sit matrimonium patet, quia ibi inuenitur id, quod noie matrimonij nos significamus. Nā nos noie matrimonij significamus maris, & feminae coniunctionem, & hoc inuenitur inter infideles: et patet, quia non solum inuenitur ibi matrimonium sumptum generaliter, vt est absolute maris, & feminae coniunctio sicut accipit in Iustitia de iure naturali, in principio. Nam non vocat proprie matrimonium oīs coniunctio maris, & feminae, sed certo modo, & ad certum finem, nā mōmōnium est coniunctio maris, & feminae nō cuiuslibet maris, & feminae, sed approbatorum per legem, quae vocatur legitima persona, nam coniunctio patris, & filia, vel matris, & filij nō est matrimonium, sed scelus, vel abominatio, & nefas. Etiam coniunctio patris, & feminae quantumcumq; legitimarum personarū si solū sit ad vnum actum, vt veneris fruatur, non vocatur matrimonium, sed solum qñ sit aō commanendi per vitam, & iō solemus dicere, q matrimonium sit maris, & feminae legitima coniunctio indiuiduae vite cōsuetudinem retinens. Dē legitima coniunctio pp personas, vt sint tales, quae non sint vetere conuenire per legem; dē indiuiduae vitae consuetudinem retinens, id est, q fiat ista coniunctio aō manendi per totam vitam: ista aut omnia inueniunt inter infideles, nam ibi non conueniunt oēs personae matrimonialiter, quia nulla gens est, nisi sit oīno bestialis, quae quarundā personarum non vetet commixtionem, vt patris, & filiae: matris, & filij: fratris & sororis, & fm varietatem infidelium sunt varij gradus liciti, vel prohibiti: tñ cum nulla gens sit, quae nō vetet quādam personas cōhere erit inter oēm gentem coniunctio legitima personarū: et est ibi indiuidua consuetudo vitae, quae licet fm infideles liceat repudium, tñ qñ conueniunt matrimonialiter non conueniunt aō diuertendi, sed manendi p totam vitam, licet postea accidat, q diuertant. Et apparet hoc, quia si aliquis vir in quacunq; gente diceret mulieri: ego te accipio in vxorem vique ad duos annos, vel menses non recipere talis contractus, neq; puraretur esse matrimonialis, sed potius q substantiā matrimonij; ideo matrimonium de se dicit cōtractum ad totam vitam, q vero postea cōiuges diuertant p accidens est, & non tollitur ex hoc quin de se cōtractus sit ppetuus.

Matrimonium infidelium esse verum matrimonium.

Quest. XL.

SECONDVM erat, q sit verum matrimonium inter infideles. istud apparet, quia si inter eos est matrimonium erit verum, quia matrimonium non verum non est matrimonium, sicut aurū falsum non est aurum, & tñ matrimonium diximus esse inter infideles, ideo est verum. Secundo patet, quia veritas rei simplicis significare per terminum est diffinitio sua, cuiusq; ergo competit diffinitio, competit vere vocari id, quod importat terminum, vel nomen diffinitio, sed diffinitio matrimonij inuenitur inter infideles, quia est ibi coniunctio legitima personarum retinens consuetudinem indiuiduae vite, vt ostensum est, ergo est ibi verum matrimonium.

Matrimonij diffinitio.

matrimonium. Tertio quia omnis concubitus inter personas, quae non sunt coniuges, est fornicarius, & tamen non dicitur omnes infideles esse fornicatores, ergo confitetur inter eos esse matrimonium. Quarto quia omnem prolem non natam ex legitimis auptis vocamus illegitimam: sed non vocamus omnes infideles illegitimos, ergo iudicamus aliquos eorum ex matrimonio natos.

Quinto, quia copulatio, quam fecit Deus in Paradiso, quae est maris, & feminae, vocatur matrimonium, cum dixerit propter hanc dimitter homo patrem, & matrem, & adhaerebit vxori suae: Gen. 2. & Matth. 19. cap. sed hoc fit nunc inter infideles, quod dimittat homo patrem & matrem, vt adhaereat feminae, & sunt duo in carne vna, ergo est matrimonium inter eos.

Sexto apparet, quia Apostolus expresse dixit esse verum matrimonium inter infideles. 1. Corinth. 7. ca. si quis frater vxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo non dimittat illam, & si qua mulier virum habet infidelem, sed vir, & vxor sunt nomina matrimonij, ergo inter infideles est matrimonium.

Septimo patet, quia iura asserunt esse matrimonium inter infideles ex auctoritate domini extra de consan. & affinita. cap. de infidelibus. vbi respondetur matrimonium contractum inter infideles in gradibus vetitis apud nos non debere solui post conuersionem ad fidem, & redigitur ibi causa, & consultationi tuae taliter respondemus, quod matrimonium sit contractum, nō post baptismum, iacturum separatur, cum a Iudeis dominus requisitus, si liceret vxorem ex quacunque causa dimittere, respondit ipsi: quos Deus cōiunxit, hō non separet, inuens matrimonium esse inter eos.

Octauo patet, quia non solum apud Iudaeos, de quibus minus videbatur dubitandum, sed etiam apud paganos iudicatur esse verum matrimonium, vt asseritur extra de diuort. c. gaudemus. & inducitur ibi testimonium Apostoli, etiam cum dicitur: Super quo taliter respondemus, q cum sacramentum coniugij apud infideles, & infideles existat, quemadmodum ostendit Apostolus, dicens: si quis frater infidelem habet vxorem &c.

Nono, quia Magister lib. 4. Sent. dist. 39. querit de infidelibus, an inter eos sit matrimonium, & tenet, q sic, quod multiplici auctoritate sanctorum probatur, quae ibi inducuntur.

Arguit ex aduerso.

Sed aliqui obijciunt, q non sit verum matrimonium inter infideles, quia copula eorum nō est legitima, cū Apostolus dicat omne, quod non est ex fide, peccatum est: ad Rom. 14. c. & tamen copula infidelium non est ex fide: ergo peccatum est, & sic non erit legitima, matrimonium tñ est legitima coniunctio personarum.

Secundo, quia coniunctio coniugalis est cum pudicitia, sed inter infideles nō est pudicitia, sicut dicit Augustinus, quia non est vera pudicitia infidelis cum infideli. Dicendum, quod ista duo argumēta facit Magister dist. 39. & soluit illa.

Ad primum dicendum est, q est copula legitima inter infideles: nam vocatur legitima, si est inter personas legittimas, & tamen conueniunt interdū inter infideles personae legitima; ergo non impeditur ibi esse matrimonium. Vnde loquendo ibi de legitimo matrimonio dicit legitimum est, quod legali institutione, vel prouincia moribus non contra iustionem dñi contrahitur, sed multoties infideles contrahunt secundum leges, aut mores prouinciae suae, qui non sunt contra legem domini, ergo erit ibi copula legitima. Cum autem obijciatur, q copula infidelium est semper peccatum, negandum est, & dicendum est, q illud dicitur Apostoli nō probat omnem actum infidelium esse peccatum, sed solum eum, qui est contra fidem, i.

Alph. T. off. in Primum Regum.

conscientiam, vnde ait Magister illud Apostoli oē qd non est ex fide peccatum est, non ita intelligendū est, vt quidquid sit ab infidelibus peccatum sit: sed omne quod sit q fidem, i. conscientiam male sit, & ad gehennam aedificat. Ad fm dicendum, q matrimonium est copula pudica, & talis copula reperitur inter infideles. Cum autem Augustinus dicit, q non est ibi pudicitia: videt Magister: vera pudicitia negatur esse, non q infidelium coniugium non sit verum, sed quia nō hēt illud triplex bonum, quod excusat coitum, & meret pmiū.

Vtrum infidelium matrimonium sit sacramentum.

Quest. XLI.

TERTIVM erat, an matrimonium infidelium sit sacramentum: & dicendum q sacramentū dupliciter accipitur circa matrimonium. Vno modo, vt est bonum matrimonium, & tunc nō predicatur de matrimonio, nec est ipsum matrimonium, sed aliquid eius. Alio modo accipitur sacm a ratione signandi, in quantum dicitur, q est sacre rei signum, & sic matrimonium est sacm, vel saltem aliud quod matrimonium, cum dicitur q sacramentū est genus ad septem sacramenta. Accipiendo primo modo sacramentum est vnum de tribus bonis matrimonij, vt dicit Aug. lib. de Bono coniugali, l. Nuptiale bonum tripartitum est, scilicet, fides, proles, sacramentum; & tunc sacramentum signat indissolubilitatem cōtractus. In fide attenditur, ne post vinculum coniugale cū alio, vel alia coeatur: in prole, vt ante suscipiatur, & religiole educetur: in sacramento, vt coniugij non separetur, & dimissus vel dimissa, nec causa prolis alteri cōiugatur. Et licet isto modo aliquantulum dicatur bonum matrimonij sacramentum a quadam significatione: non tamē est matrimonium sacm, sed aliquid matrimonij. Sic dicit Magister lib. 4. Sent. dist. 31. f. & attendendum, q tertium bonum coniugij dē sacramentū, non quia sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei signum est, i. spiritualis, & inseparabilis coniunctionis Christi, & Ecclesiae. Et quia isto modo sacm dicit indissolubilitatem vinculi, & ista indissolubilitas facit reatum matrimonium eadem est qstio: an sit matrimonium inter infideles ratum, & an sit sacramentum, vel habeat sacm. Accipiendo autem sacm secundo modo, vt est sacre rei signum, dicitur q aliquid matrimonium est sacm, quia saltem matrimonium nostris tps est sacm. Sed aliquis dicit tunc, q mōmōnium, vt est inter infideles, nō est sacm. Primo quia matrimonium ponit vnum de sacris legis nouae, sed inter infideles nō sunt sacra legis nouae immo nō sunt, nisi post q data est lex noua: ergo matrimonium nunq fuit sacm, nisi tunc. Secdo, quia sacm confert gratiam, & tñ inter infideles non est aliquid qd gratiam pferat: ergo non est matrimonium eorum sacm. Tertio, quia sacm est sacre rei signū, & tñ ea, quae sunt inter infideles nō sunt signum alicuius rei sacre: ergo nec est matrimonium eorum sacm. Quarto, quia pprū est sacm esse in matrimonio, quod est in nouo testō, vel in quantum istud significat rem sacra: sic dicit Apostolus ad Eph. 5. c. cum de matrimonijs loqueret adiunxit sacm aut hoc magnum est: ego autem dico inter Christum, & Ecclesiam, sed q inter Christum, & Ecclesiam est, non significatur, nisi per id quod est in Ecclesia: solū ergo matrimonium noui testī erit sacm. Dicendum, q oē matrimonium est sacramentum, eo q sacm dē sacre rei signum, & tñ matrimonium vbicumque est nō est sacm, sine ista significatione sacre rei, ergo semper est sacramentum. Et apparet hoc, quia extra de Diuort. c. gaudemus. dē sacramentum coniugij apud fideles, & infideles existit, ergo apud omnes vocatur sacramentum.

Quod matrimonij infidelium non sit sacramentū.

Oē mōmōnium esse sacm.

N 3 Etiam

Etiam pater, quia quod in nouo testamento sit sacramentum matrimonium, non est mirum, quia omnia, quae in nouo testamento sunt, a Christo instituta sunt, qui Deus erat: omnia autem, quae sunt ab eo facta sunt, & consequenter possunt dici sacramenta si signentur: similiter de eis, qui apud Iudeos sunt, nam licet nunc Iudei infideles sint, quondam fuerunt fideles, & ea, quae nunc habent tunc a Deo acceperunt, & ideo propter institutorem, qui potuit dare vim significandi, potuerunt esse sacramenta, sed de matrimonio, ut est apud paganos, vel gentiles erat dubium, an esset sacramentum cum illa, quae apud illos sunt, non sint a Deo instituta, & tamen matrimonium etiam, ut est apud paganos, dicitur esse sacramentum, ut patet in al leg. ca. gaudemus. ubi agitur de matrimonio pagatorum, & dicitur quod est sacramentum: ergo nullum est matrimonium, quod non sit sacramentum.

Alia ratione ostenditur omne matrimonium etiam paganorum esse sacramentum. Quae. XLII.

Amplius considerandum, quod sacramentum dicitur sacrum, & significans: & hoc potest conuenire omni matrimonio: nam omne matrimonium, cuiuscumque generis sit, a Deo est institutum. Nam Deus in primis hominibus instituit matrimonium dicens: Propter hanc dimittet homo patrem & matrem, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne una: in quo non determinauit ad matrimonium, nisi quod coniungerentur vir, & femina non solum carnaliter, sed & ad cohabitationem, & permanentiam, & tamen in quacumque gente contrahatur matrimonium sit istud, quia conueniunt vir, & foemina secundum determinatum modum legum, aut consuetudinum illius gentis, & ob hoc facit esse legitimum matrimonium, sicut dicit Magister. lib. 4. Sentent. dist. 39. Legitimum coniugium est, quod legali institutione, vel prouinciae moribus non contrahitur: domini contrahitur: ergo cuiuscumque generis sit matrimonium, illud est a Deo institutum, & ideo ex hac parte potest esse sacrum, & non solum, quia Deus illud instituit, quia tunc omnes creaturae essent sacrae, quia omnes a Deo sunt institutae, sed quia a Deo habet quandam sanctificationem. Nam post peccatum non poterat fieri concubitus sine quodam peccato, cum ex ardore concupiscentiae fieret, prouidit Deus contra hoc instituens matrimonium, ut illud esset remedium contra morbum, s. ut uentres ueneris non peccarent, & tamen non dicitur absolute, id est perfecte sacramentum, nisi in nouo testamento, unde inter infideles est sacramentum, sed non secundum rationem perfecti sacramenti. Nam habet diuersas institutiones, unam ante peccatum in Paradiso Genes. 2. f. Hoc nunc caro de carne mea. Alia post peccatum in lege naturae: Genes. 9. crescite, & multiplicamini. Alia in ueteri testamento, alia in nouo, alia in iure civili, vel humano. Prima institutio fuit in officium, & ad prolis procreationem. Secunda fuit contra uulnus peccati in remedium. Tertia fuit ad idem remedium addendo determinationem personarum: Leui. 18. & 20. cap. Quarta fuit ad significationem coniunctionis Christi, & Ecclesiae ad Ephes. 5. capit. Quinta est ad utilitates humanas, ut amicitiam, & obsequia mutua a coniugibus impensa, quae considerant leges humane. Quantum ad primam & quintam significationem solent dici, quod non est sacramentum, sed quantum ad primam est in officium, quantum ad quintam similiter.

Sed prima est ad officium naturae, id est multiplicationis speciei. Secunda est ad officium ciuilitatis. In secundo & tertio, & quarto modis dicunt, quod est sa-

cramentum, ita tenent communiter Doctores lib. 4. Sentent. dist. 26. & tamen licet in his tribus modis dicatur matrimonium sacramentum: potissimum dicitur in ultimo: & hoc apparet, quia Apostolus dixit sacramentum hoc magnum est, ego autem dico inter Christum & Ecclesiam. & ita in alijs modis sacramentum est. Sed in tertio est sacramentum magnum, id est magna significans, quia est ad significandum unionem Christi, & Ecclesiae, ut Apostolus dixit, & tamen unio Christi, & Ecclesiae fuit in nouo testamento, ideo matrimonium huius testamenti est plenius sacramentum, quam ut erat in ueteri testamento, vel in lege naturae.

Matrimonium infidelium quomodo potest dici sacramentum, & quomodo non. Quae. XLIII.

Sed obijcietur, quod non sit matrimonium sacramentum inter infideles, quia ita illud dicitur Doctores communiter, scilicet, quod matrimonium inter infideles non est sacramentum, sed officium.

Dicendum, quod non debet negari simpliciter matrimonium inter infideles esse sacramentum, cum extra de diuort. capit. gaudemus. dicitur, quod sacramentum coniugij existit, tam inter fideles, quam infideles: sed quia non est ibi secundum perfectissimam rationem sacramenti, dicimus interdum, quod non est ibi sacramentum.

Pro quo sciendum quod matrimonium, quod infideles tenent, institutum est a Deo, qui illud instituit generaliter pro toto genere humano, & tamen considerari potest dupliciter. Vno modo in quantum illud matrimonium, quo utitur infideles, est ab eis institutum legibus suis ac consuetudinibus determinatum. Alio modo in quantum a Deo est secundum primariam institutionem. Accipiendo primo modo non est matrimonium illud sacramentum, sed institutum in officium naturae, vel ciuilitatis, & quia est ab hominibus institutum, a quibus non potest esse sacramentum, sed a solo Deo, non erit, ut sic sacramentum. Accipiendo secundo modo certum est, quod est illud idem matrimonium, quod a Deo institutum est, nam si esset aliud, non excusaretur in eo actus concubitus, sicut in matrimonio sacramentali, quod est datum in remedium, & tamen in omni matrimonio legitime contracto excusatur concubitus: ergo est a Deo illud matrimonium institutum, & quantum ad hoc, rationem sacramenti habet, quia sanctificat actum, reddendo eum excusabilem, qui esset aliter culpabilis. Infideles tamen ueteres matrimonio, non habent illud, ut sacramentum, & maxime Pagani, quia non utuntur illo, ut a Deo, sed ut a seipsis instituto, & non, ut per illud sanctificatur actus, quia istud ignorant: unde quantum ad eorum intentionem nulla ratio sacramenti inuenitur in matrimonio eorum. Aliter potest dici, quod sacramentum dupliciter accipitur. Vno modo stricte, ut est sacre rei signum, & consistens in dispensatione sacrorum ministrorum, & sic nihil est sacramentum, nisi quod per ministros Ecclesiae confertur. Alio modo largius factum est, quod aliquid sacramentum continet, vel efficit, cum sacramentum a sacris dicitur, etiam si per Ecclesiae ministros non dispensatur. Accipiendo primo modo factum est matrimonium in nouo testamento, quia per Ecclesiae ministros dispensatur, quantum ad aliquid sui, quod sacrum est, matrimonium autem inter infideles non est sic factum, quia per Ecclesiae ministros non dispensatur. Accipiendo secundo modo est factum, quia rem sanctam continet vel efficit, sanctificat actum coniugale, qui alias non posset excusari, & huic modo loquendi pronant multi sancti. Matrimonium etiam non est tunc institutum in

S. Tho. lib. 4. Sent. dist. 39. ar. 2. & plures alij.

Infr. q. 44.

Inter infideles non est matrimonium secundum rationem perfectam sacramenti.

Matrimonium habet diuersas institutiones.

in sacramentum, sed etiam in naturae officium, & ideo infidelibus non competit matrimonium, in quantum est sacramentum in dispensatione ministrorum Ecclesiae consistens, competit tamen eis in quantum est in officium naturae, & tamen etiam matrimonium tale est aliquo modo sacramentum habitualiter, quamuis non actualiter, quia actu non contrahunt in fide Ecclesiae.

Ad rationes probantes matrimonium infidelium non esse sacramentum quae. 41. Et quam uirtutem habeat sacramentum matrimonij apud infideles. Quae. XLIII.

EX dictis responderi poterit ad dicta in contrarium. Dicendum, quod matrimonium est unum de sacramentis legis nouae sumendo in quarta institutione, accipiendo autem in alijs institutionibus non est sacramentum nouae legis, licet sit sacramentum. matrimonium autem prout est inter infideles potest esse sacramentum, prout est institutum a Deo in remedium contra uulnus peccati, & concupiscentiae: & hoc sufficit, ut dicitur sacramentum, licet non secundum plenissimam significationem. Ad secundum dicendum, quod sacramentum confert gratiam: hoc tamen non est generale, sed est proprium sacramentorum noui testamenti. Nam in ueteri testamento quaedam sacramenta, aut sacramentalia fuerunt: illa tamen gratiam non conferebant: similiter & sacramenta, vel sacramentalia legis naturae. Veruntamen est dicendum, quod matrimonium, tam inter fideles, quam infideles habet hoc commune, quod aliquid sanctum efficit, scilicet peccatum excusare, nam actus concubitus non potest esse sine peccato, nunc uero in matrimonio sine peccato exercetur, talis autem excusatio non potest esse, nisi a Deo respectu cuius actus nostri boni, vel mali, meritorij, vel demeritorij iudicantur, & hoc facit omne matrimonium, quod concubitus licitus reddit: ergo omne matrimonium efficit aliquid sanctum, & quantum ad hoc habet rationem sacramenti, & licet hoc non sit conferre gratiam, tamen habet locum gratiae in quantum actum facit licitum, qui alias licitus non esset. Matrimonium autem noui testamenti non solum reddit concubitus excusabilem, sed etiam in quantum in fide Christi contrahitur, confert gratiam adiuuantem ad illa operandum, quae in matrimonio requiruntur, ideo si in matrimonio infidelium non confertur gratia, non probatur inde, quod non sit sacramentum, sed quod non sit sacramentum legis nouae, & hoc uerum est. Ad tertium dicendum, quod omne sacramentum est signum sacrae rei, vel illam continet, & sic est de matrimonio infidelium. Cum autem dicitur, quod inter infideles non est aliquid, quod signet rem sacram, uerum est, si illud sit ab institutione infidelium: aliquid tamen est inter infideles, quod est a Deo institutum: ideo non est inconueniens, ut sic quod signet aliquid sacramentum, & ita est de matrimonio infidelium, nam in quantum accipitur, ut ab eis institutum non est sacramentum, neque aliquid signat sacram, sed in quantum illud matrimonium a Deo est institutum continet sacram aliquid, vel illud significat. Ad quartum dicendum, quod significare istam unionem Christi, & Ecclesiae competit matrimonio noui testamenti soli, & tamen non tollitur quin matrimonium tam in ueteri testamento, quam inter infideles, in quantum est a Deo institutum sit sacramentum, cum competit ei signare aliquid sacram, ut dictum est: nam praeter istam unionem Christi ad Ecclesiam sunt aliae uniones, s. Dei ad animam sanctam, & uerbi diuini ad carnem, quae uniones signantur per matrimonium, ut tamen

agitur per Magistrum, li. 4. Sent. di. 26. & possunt iste pertinere ad matrimonium, quod non fit spiritualiter noui test.

Matrimonium infidelium, an sit ratum. Quae. XLV.

ERAT postea quarendum, an matrimonium inter infideles sit ratum. Solet ad hoc responderi, quod non: & fit ista distinctio inter matrimonium fidelium, & infidelium, quia dicitur, quod inter fideles est uerum, & ratum matrimonium, inter infideles autem est uerum, sed non ratum: sic dicit Magister, lib. 4. Sent. di. 39. Sunt tamen nonnulli, qui inter infideles asserunt non esse coniugium, quia neque rata, nec legitima est eorum copula: rata non est, quia solui potest. Dicendum, quod utriusque concedi potest, & quod sit matrimonium non ratum inter infideles, & quod sit ratum, & uerum; modus loquendi inuenitur apud doctos, & tunc magis proprie debet dici, quod sit ratum, quam quod non sit ratum. Est enim ratum, quod non dissoluitur, sed nullum matrimonium potest dissolui, ergo omne matrimonium est ratum. Et hoc patet, quia Christus uoluit omne matrimonium esse ratum, nam lex Christi obligat omnes homines, sed in lege Christi definitur matrimonium esse indissolubile, quia ueruit Deus dari repudium Matt. 19. & 5. & Mar. 10. & Luc. c. 15. ergo nulli fideli, aut infideli, licet repudiare uxorem, & si repudient de facto, non ualet repudium, sed manet matrimonium: hoc autem est esse ratum matrimonium. ergo omnia matrimonia sunt rata: & ideo non magis differt inter fideles, quam infideles, quia omnia sunt matrimonia indissolubilia. Sed aliqui dicit matrimonium infidelium non ratum, quod uerum est secundum intellectum eorum, sed potest dupliciter accipi. Vno modo, ut accipitur ante tempus legis Christi, nam tunc erant matrimonia non rata, cum tam Iudei, quam Gentiles darent repudia. Alio modo pro tempore legis Christi, & hoc non secundum ueritatem, sed secundum eorum opinionem, & consuetudinem, nam cum sint post legem a Deo datam de indissolubilitate matrimonij Matt. 19. c. tenent ad seruandam indissolubilitatem, & tunc est si illi non seruent eam nihilominus matrimonium apud eos manet uere indissolubile: ipsi tamen non seruant indissolubilitatem, sed repudiant uxores, quia non putant aliquam legem esse de indissolubilitate matrimonij, aut saltem se non obligari illi. Sed secundo modo istorum melius dicit matrimonium non ratum inter infideles. Nam primo modo non bene accipiuntur infideles cum ante Christi legem Iudei non uocarentur infideles: immo ipsi soli habebant plenam fidem. Gentiles quoque non uocabantur infideles: quia non obligabantur ad tenendum alium statum quam illum, nunc uero uerum uocantur infideles, quia non tenent fidem Christi, ad quam obligabantur, & ideo intelliguntur nunc matrimonia infidelium non rata, i. matrimonia Iudeorum, & paganorum qui repudiant uxores: matrimonia autem fidelium, i. Christianorum sunt rata, quia nec de iure, neque de facto sunt inter eos repudia, & in isto sensu accipit Magister, lib. 4. Sent. dist. 39. cum ait. Copula igitur maritalis, quae est inter infideles coniugium est legitimum, sed non ratum, & ibi adiungitur tunc legitimum, quia est inter legitimas personas, sed non ratum, quia sine fide. Quod uero supradictum fuerat ex litera Magistri coniugia infidelium, neque legitima, nec rata esse. Dicendum, quod non est de intentione Magistri, sed aliorum: nam ipse asserit legitima esse coniugia. Et patet, quia dixit sunt tamen nonnulli qui inter infideles asserunt non esse coniugium. est ergo potius absolute asserendum, quod coniugia tam apud fideles, quam infideles sunt rata, nisi forte accipiat in uero casu, s. qui aliter infidelium conuertitur, & alius neque conuerti uult, neque cohabitare sine contumelia creatoris. Nam fideles potest transire ad alia uota, & ita dissoluitur matrimonium, quod fuit contractum inter infideles.

De hac re uide infidelium in q. 94.

Quid appellamus ratum.

An opinio Magistri sent. potest stare.

Matrimonium autem contractum inter fideles in nullo casu dissolui potest, ita quod liceat alicui transire ad alia vota, ideo est ista parua differentia. Magis autem solet intelligi, quod sunt matrimonia infidelium non rata, scilicet de facto, quia ipsi ea non seruunt rata, cum repudient uxores, licet contra ius diuinum.

Epilogus regularum de matrimonio infidelium in infidelitate existentium. Et regula matrimonij de eisdem conuersis ad fidem circa retentionem plurimarum uxorum.

Quest. XLVI.

Regula de conuersis circa retentionem plurimarum uxorum quas in infidelitate acciperunt.

RESVMAMVS, nunc per modum epilogi regulas superiores datas de infidelibus, quibus conuertitur, & alter non. Et dicendum quod matrimonium ubique contrahatur, siue inter fideles, siue infideles, dum tamen sint personae legitimae semper est ratum, si personae sunt habiles ad contrahendum non vetitae legibus, vel consuetudinibus illius gentis in qua sit contractus: omne autem tale matrimonium ex sententia Christi efficitur indissolubile. Et ideo si infideles manserint in sua infidelitate est matrimonium ratum. Et non licet eis repudium, aut transire ad alia vota, & si transierint de facto, non tenent repudium, neque contrahitur secundum matrimonium, nec dissoluitur primum. Si autem ad fidem transierint etiam permanet matrimonium, & non licet alteri coniugum dimisso priori coniuge accipere alterum, eo quod ad fidem transit quos si fides dissoluat praecedens matrimonium. Et ex hoc sequitur illa diuersitas duorum casuum, de quibus arguebatur supra, in quaest. 29. scilicet si quis apud infideles contrahat in gradibus vetitis apud nos, & postea transeat ad fidem manebunt ambo coniuges in suo coniugio, licet apud nos sint illi gradus vetiti, & ratio est, quia apud infideles potuit contrahi in talibus gradibus, & cum sic contrahatur est legitimum coniugium, sed coniugium semel legitimum est indissolubile, ideo non dissoluitur per baptismum, sed transientes infideles ad fidem sic manebunt copulati. extra, de consanguin. & affinitate. cap. de infidelibus. Et redditur ibi causa, scilicet quia fuit verum matrimonium inter infideles, & matrimonia non dissoluntur per baptismum, ut dicit Ambrosius: crimina enim in baptismo soluntur, non coniugia, & idem Leo Papa. 26. di. c. de iudic. & Innoc. Papa extra de diuor. c. gaudemus. Alius casus erat quando habuit infidelis multas uxores, dum erat, infidelis si conuertitur, an habebit omnes illas. Respondebatur, quod non, quia Christus instituit matrimonium contrahi cum vna tantum, & illa viuente non posse esse matrimonium cum alia, & quia ista lex obligat omnes, tam fideles, quam infideles, sicut si quis inter fideles postquam accepit unam, accipit alias non tenet matrimonium, ita si fiat inter infideles, ideo cum prima potuit tenere matrimonium, & non cum alijs, sed sunt illae, ut adulterae, unde cum ad fidem Christi transierit cum mulieribus illis, non poterit tenere illas, quia non sunt uxores, sed solum prima, quae fuit legitima uxor. Et ita ex illo eodem fundamento, scilicet quod matrimonium etiam apud infideles contractum est indissolubile, sequuntur ista duo, scilicet quod in primo casu non possit dimitti mulier, licet in gradibus vetitis, quia est uxor. In secundo autem casu non possint retineri feminae illae, quia nunquam fuerunt uxores. Similiter autem est si quis infidelis repudiavit uxorem, & accepta altera conuertitur cum ea ad fidem non licebit ei retinere istam secundam, etiam ad fidem conuertitur, quia ista secunda, nunquam fuit uxor, cum prima, quae repudiata est, maneat semper uxor. Unde illa vi-

uente non poterit aliam habere iste, qui conuertitur ad fidem.

Questio XLVII.

ET ob hoc possunt dari istae regulae de conuersis ad fidem, quia qui conuertitur vir, vel femina, aut habet coniugem, aut habuit aliquando, aut nunquam habuit. Si neque habet neque vnquam habuit, licitum est sibi de fidelibus accipere coniugem, sicut ei placuerit, quia nullo praecedente vinculo impeditur ad hoc. Accipit tamen iam coniugem secundum regulas, & consuetudines fidelium, ad quos transit, & non infidelium, a quibus recessit. Si autem habuit coniugem, & non habet, aut obiit, aut viuit. Si obiit, siue habuerit vnquam, siue multas, siue simul, siue successiue, nullum impedimentum praestat quin possit iste libere contrahere, cum qua voluerit, eo quod per mortem illarum liberatus est a lege earum, siue legitime, siue illegitime illas habuerit, utpote si plures habuerat simul, quod non potuerat licite facere.

Si autem uxor viuit, aut habet eam vir, vel non, utpote, quia repudiavit eam, vel illa recessit ab eo, & manet cum aliquo adultero, aut nulli copulata. Si non habet eam vir, utpote quia repudiavit potest vir vnus de duobus facere, aut quod requirit eam, quod cum ipso conuertatur, vel saltem cohabitare, aut quod non requirit: si autem non vult requirere, poterit licite transire ad fidem sine illa, & tamen illa viuente nunquam poterit aliam accipere in uxorem extra de diuor. c. gaudemus. & ratio est, quia cum matrimonio semel tenuerit cum illa muliere, quandiu illa vixerit erit legitima uxor, & non licebit viro accipere alteram eod. cap.

Si autem vult requirere eam, ut conuertatur, vel cohabitare ei, & requisierit. Aut illa vult aut non, si illa vult conuerti cum eo ad fidem, cogitur vir eam recipere ad cohabitationem, & non poterit ei obijcere, quod fornicata est cum alio viro, & ideo quod non tenetur eam recipere, quia ille dedit ei causam fornicandi, scilicet quia repudiavit eam, & ideo non solum si cum illo viro commixta fuit a quo accepta est in uxorem, cum fuit repudiata, sed etiam si cum alio quando manebant ambo in infidelitate non poterit ei obijcere istam fornicationem, sed cogetur ea recipere ac si non fuisset fornicata, quia ille praestitit occasionem fornicandi. Si autem illa vult sequi eum ad cohabitationem, & tamen non vult conuerti ad Christum, aut vult cohabitare ei sine contumelia creatoris, aut non. Si non vult cohabitare sine contumelia poterit quidem vir eam retinere, si confidit aut sperat, quod ipsam conuertet per consuetudinem vitae, & hoc est supererogationis, potest autem si vult non retinere, sed etiam abijcere, & non solum abijciat a cohabitatione, sed etiam poterit transire ad alia vota, & hoc est speciale, quia ut ait Ambrosius contumelia creatoris soluit matrimonium circa eum, qui relinquitur ne accusetur alij copulatus, & idem 26. dist. c. deinde.

Si autem vult mulier cohabitare conuerso ad fidem sine contumelia creatoris etiam si ipsa non conuertatur, est in electione viri quid agat, si an retineat eam in cohabitatione vel non, nam si vult retinere bene agit, & sequitur consilium Apostoli. Si autem non voluerit utitur rigore iuris: nam cum illa permaneat in infidelitate, quae est fornicatio spiritualis, non tenetur cohabitare ei, sicut nec tenetur cohabitare uxori adultere, & tamen si non voluerit eam retinere, non poterit ea viuente accipere aliam, quia inter eos fuit verum matrimonium, ideo obligat ad semper cum non sit aliqua causa dissolvens, scilicet contumelia creatoris.

Et

Et isto modo debent intelligi omnia, quae supra diximus. Et solent dicere doctores, quod quando uxor vult cohabitare viro sine contumelia creatoris, etiam si non velit conuerti tenetur vir non abijcere eam, vel retinere, id est tenetur eam, ut coniugem habere non accipiendo aliam quandiu illa viuit, non tamen tenetur cohabitare ei, & reddere debitum: nam illa est in culpa cum non velit conuerti: ideo poterit ei subtrahi cohabitatio, & actus coniugales, sicut uxori adultere, quia propter culpam suam ista subtrahuntur.

Si tamen vir non requisit uxorem repudiatam, quando conuertebatur, & illa postea conuertitur, tenetur illam recipere ad cohabitationem, quia illa non fuit in culpa aliqua ad hoc, quod possit eam abijcere a cohabitatione, vel non admittere, extra de diuor. c. gaude. Si autem vir eam requisit, ut conuertatur, & illa noluit conuerti, nec sequi virum, aut non sine contumelia creatoris, statim habet vir licentiam contrahendi cum alia, quia vt Apostolus dicit non est in huiusmodi frater, aut soror seruuti subiectus 1. Corinth. 7. cap. id est non tenetur manere sine coniugio si infidelis, non vult ei cohabitare, vel si vult cum contumelia creatoris, quia illa dissoluit matrimonium, ut dictum est. Si tamen vir non contrahat statim, & interim peniteat mulier, & velit conuerti cum ipso, antequam ille accipiat aliam in uxorem, tenebitur vir illam recipere ad cohabitationem, & ratio est, quia licet erat viro licentia dissoluedi matrimonium, quia tamen de facto non dissoluit, illud manet, & si interim recessit mulier, quia adhuc illa vera est uxor habet ius petendi cohabitationem, & isto modo debet accipi per nos dicta, & alios, scilicet quod si uxor nolit conuerti, vel cohabitare requisita a viro, quod postea si peniteat non tenetur vir eam recipere. Verum est tamen aliam receperit, quia cum sit iam dissolutum matrimonium legitime per licentiam, quam a Deo vir habebat, & aliud sit legitime contractum, non solum non obligabitur vir recipere illam, sed nec etiam poterit recipere, cum iam habeat legitimum uxorem. Etiam intelligebatur, quod cum mulier requisita recusaret conuerti, aut sequi virum, statim illa per hanc recusationem praedictam iuri suo, si tamen vir de facto non accipiat aliam, quia res est integra, & est locus penitentiae, & poterit petere virum, & ille cogetur eam recipere ad cohabitationem. De his omnibus habetur in alleg. capi. gaudemus. Qui autem secundum ritum suum legitimum repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in Euangelio reprobauerit, nunquam ea viuente licite poterit aliam etiam ad fidem Christi conuersam habere, nisi post conuersionem ipsius illa renuat habitare cum ipso, aut etiam si consentiat, non tamen sine contumelia creatoris, vel ut eam pertrahat ad mortale peccatum, in quo casu restitutionem petenti quamuis de iniusta spoliatione obstaret, restitutio negaretur, quia secundum Apostolum frater, aut soror non est in huiusmodi subiectus seruuti, quod si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur antequam propter causas praedictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelleretur.

Declaratio interio nis auct.

Verba textus.

Quando vir requisit uxorem repudiatam, & ab alio ductam, quando conuersus est ad fidem, & illa noluit conuerti, nec sequi eum, dicta penitentia ducta illa requirit eum asserendo se velle ei cohabitare sine contumelia creatoris. an teneatur eam recipere. Quest. XLVII.

Si quid, si quando vir requisit uxorem a se repudiatam, & ab alio ductam, quando conuersus est ad fidem, quod illa conuertetur, & illa neque conuerti voluit neque ipsum sequi: & po-

stea poenitentia ducta antequam ille aliam ducat in uxorem requirat eum, quod vult cohabitare ei sine contumelia creatoris manendo in fidelitate priori, an teneatur eam recipere, vel poterit accipere aliam.

Dicendum, quod nec tenetur eam recipere, nec potest accipere aliam. Primum patet, quia etiam si vir habens uxorem non repudiatam conuertitur, & illa conuertitur non velit: non tenetur cohabitare ei quantumcunque illa velit cohabitare sine contumelia creatoris, quia infidelitas liberat ipsum ab onere cohabitandi, si tamen vult cohabitare potest, quia non veratur de iure, immo potest esse meritorium si vir eo animo agat, ut uxorem per consuetudinem ad fidem deducat: & ideo multo minus tenebitur in hoc casu cohabitare cum illa recusauerit conuerti, & cohabitare primum requisita. Secundo patet, quia matrimonium, quod semel tenuit inter infideles, non potest dissolui, nisi aut per mortem alterius coniugum, aut per nolle cohabitare sine contumelia Dei, & tamen hic viuit uxor, & vult cohabitare sine contumelia creatoris: ergo non soluitur matrimonium. Nisi forte obijciatur, quod iam ista mulier requisita fuerat, & recusauit conuerti, & etiam cohabitare.

Sed dicendum, quod non obstat, quia si uxor repudiata erat, vel quomolibet in infidelitate manens requisita a viro conuerso nolit conuerti, neque cohabitare sine contumelia creatoris: & postea antequam vir conuersus accipiat aliam velit conuerti, & eum requirat, quod illam recipiat: cogitur eam recipere extra de diuor. c. gaudemus. Cum dicitur, quod si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur antequam propter causas praedictas ille legitimam ducat uxorem eam recipere compelleretur, sed sicut conuerti uxorem habet se ad hoc, quod vir recipiat illam, ita velle cohabitare sine contumelia creatoris habet se ad hoc, quod non possit vir contrahere cum alia, sicut dicitur eod. cap. gaudemus. quod qui secundum ritum suum legitimum repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in Euangelio reprobauerit, nunquam ea viuente licite poterit aliam etiam ad fidem Christi conuersam habere: nisi post conuersionem ipsius illa renuat habitare cum ipso, aut etiam si consentiat non tamen absque contumelia creatoris, ergo quando sine contumelia creatoris vult cohabitare etiam si non conuertatur non poterit vir ea viuente habere aliam in uxorem: & tamen si a principio renuit infidelis mulier conuerti, & postea antequam vir illam accipiat velit conuerti, cogitur eam accipere, ut dictum est: ergo similiter si mulier a viro requisita, nec voluit conuerti, nec cohabitare, & post poenitentiam ducta antequam ille aliam accipiat requirit ipsum, quod vult ei cohabitare, licet non vult conuerti, tenebitur vir non accipere aliam, sed vel ipsam tenebit sine contumelia cohabitantem, vel manebit inuuptus.

De muliere adultera quid vir facere teneatur.

Quest. XLIX.

AD inchoata redeundo dicendum, quod si vir non habet uxorem habuit tamen eam, & viuit, sed non cohabitatur, utpote quia est cum adultero, vel recessit a viro propria auctoritate, & non fornicata est, & vir suus conuertitur, potest requirere eam aut non, si non vult requirere poterit transire ad fidem, & tamen non poterit accipere aliam quandiu illa vixerit quantumcunque fuerit fornicata eo, quod matrimonium non dissoluitur quod semel tenuit.

Sed quid, si viro non requirente illa velit conuerti & manere cum viro, an teneatur vir eam recipere.

Dicen-

Dicendum, quod si voluerit potest, non tamen cōpellitur, quia illa fornicata fuit, & potest opponere de fornicatione, licet alij contrarium sentiāt, de quo postea dicemus licetatem. Idem autem est, quando illa sponte recessit a viro contra voluntatem viri, licet non fuerit fornicata, quia cum ipsa spolauerit virum, non cogitur vir eam recipere. Et tamen quomodo docuēque non recipiat eam, non licebit ei accipere aliam, quandiu illa viuit. Si autem vir illam requirat, vt conuertatur, & illa conuertitur per hoc vir renunciat exceptioni fornicationis: ostendens quod illam vult recipere, & sic cogitur recipere ad cohabitationem. Si autem illa nolit conuerti, velit tamē sine contumelia creatoris cohabitare, poterit vir eam recipere, sed non cogitur, & tamen si nō receperit, manebit innuptus, illa viuente. Si autem illa cohabitare consentiat, & tamen non sine contumelia creatoris, posset vir cohabitare, sed non tenetur, immo non est tutū, quod cohabitaret, & per hoc liberat ille a vinculo matrimonij, & poterit aliam accipere in vxorem.

Habens plures vxores si omnes etiam conuertantur non potest habere, nisi primam: deficiente autem prima nullam illarum tenetur tenere. Quæst. L.

VL T I M V M est, quod si is, qui conuertitur habet tunc vxorem, & tunc, aut habet vnam, vel multas, sicut pagani habent, si habet multas est dicendum, quod ille non sunt vxores, sed vna tantum, idest prima, quia sicut veterare Christo nulli homini fideli, aut infideli licet repudiare vxorem, ita eodem veterante non licet alicui plures vxores simul habere. Cum autem contrahens cū vna habeat eam, vt veram coniugem, non poterit cū alia contrahere, & si contraxerit nō est matrimonij, sed fornicatio. Hoc supposito dicendum, quod cum conuertitur vir habens plures in vxores, aut omnes conuertuntur, vel quædam, aut nulla, si autem omnes sponte conuertantur, dicendum quod non potest habere omnes, nec duas, sed vnam tantum, cum pluralitas vxorum in matrimonio reprobetur in alleg. capit. gaudemus.

Sed dicendum, quod aut inter illas est ea, quam primo accepit, aut non, vt pote quia obiit, si est ibi prima, illa est legitima vxor, & illam tenetur retinere ad cohabitationem, sicut vxorem, reliquas autē velut adulteras tenetur abijcere. Si autem nō sit ibi prima, quia obiit, dicendum quod non tenetur aliquam istarum retinere, vt vxorem, quia omnes fuerunt vsque nunc adultere; nam sicut viuente prima vxore erāt omnes iste adultere, ita ea mortua, quia nullam earum specialiter accepit in vxorem, erant omnes fornicariæ, ideo nullam earum tenetur accipere. Si tamen voluerit aliquam de nouo accipere, & ambo consenserint, erit vxor eius per illum nouum consensum, & non potius teneretur vnam quam alteram accipere, cum omnes fuerint fornicariæ, & ad nullam earum teneatur aliquo vinculo. Si autē conuertuntur quædam, & omnes non, aut inter conuersas est prima vxor, aut non, si est ibi prima, illam tenetur accipere, & illa quoque compelletur manere cum eo, cum sit fidelis, omnes autem alias abijciet. Si autem prima non conuertatur, non poterit capere aliquam de alijs, nisi primam requisierit, & si illa requisita conuerti voluerit, cogitur eam habere, si autem noluerit conuerti, sed voluerit cohabitare sine contumelia creatoris, licebit viro tenere eam, si voluerit, si autem noluerit non poterit accipere aliquam de cōuersis, nec vllam aliam quandiu ista vixerit. Si autem ista requisita nolit conuerti, nec cohabitare sine contumelia creato-

ris, soluitur vir a vinculo matrimonij, & potest accipere quam voluerit de suis conuersis, vel aliquam aliā, quam voluerit.

Si autem nulla vxorum prædictarum vult conuerti, aut prima earum est viuens, aut non. Si non viuit non tenetur requirere alias, vel aliquā earum, vt conuertantur, quia non est aliqua earum coniux eius, vnde etiam si conuertentur non cogeret cohabitare alicui earum. Si autem prima viuit potest illam requirere, vel requisita conuerti, si non vult requirere eam, manebit sine coniuge quandiu illa vixerit, si autem requirit eam, vt conuertatur, & cōuertitur, tenetur eam, vt coniugem tenere. Si autem non vult conuerti, vult tamē cohabitare viro sine contumelia creatoris, poterit vir eam retinere, si vult, & si non vult nō licebit ei capere aliam, viuente illa. Si autem requisita nolit cōuerti, neque cohabitare sine cōtumelia creatoris, licebit ei accipere aliquam de alijs, aut quam cūque aliam nisi illa ducta penitentia velit conuerti antequam vir aliam ducat, quia tunc cogitur eam vir accipere, vt in alleg. cap. gaudemus.

Repetitio superiorem de acceptanda vel reijcienda vxore infideli. Quæst. LI.

SI autem vir vnicam habet vxorem aut est illa, quam legitime accepit, aut est vna de multis, quas simul habuit, & alie iam obierunt: si enim sit vna de pluribus in prædicto casu, aut est illa prima, quam accepit, aut aliqua de alijs, si sit prima legitima vxor est, & idem iuris est, ac si istam solam habuisset, si vero sit vna de alijs, dicendum quod nō est vxor, ideo potest conuerti, siue illa conuertatur, siue non, & etiam si illa conuertatur, non tenetur eam retinere, quia non est vxor, sed potest accipere de nouo, quam voluerit quasi nullam haberet vxorem. Si autem ista sit vnica vxor, quam non habuit simul cum alijs, dicendum quod aut viro conuerti vult illa conuerti, aut non: si vult conuerti cum eo tenetur eam retinere in vxorem, si autem non vult cōuerti, aut vult sequi virum cohabitando ei, aut non, si non vult sequi eum habet ille statim licentiam accipiedi aliam, si voluerit in vxorem de fidelibus, & secundum ritum fidelium, nisi forte antequam ille de facto accipiat aliā peniteat illa, & conuertatur, quia tunc illam cogitur accipere, si vero velit sequi virum conuersum non tñ vult conuerti, aut vult cohabitare viro sine contumelia creatoris, aut sine illa, si sine contumelia est in potestate viri tenere eam, vel non, si tamen noluerit tenere non poterit aliam accipere ea viuente. Si autem non sine contumelia cohabitatur, licentiam habet vir accipendi aliam, nisi forte antequā de facto accipiat illa conuertatur, quia tunc cogitur vir eam accipere extra de diuort. cap. gaudemus. & plenius ista ponuntur eod. titu. capit. quanto. cum dicitur: Si enim alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum ei cohabitare volente, qui relinquitur, si voluerit, ad secunda vota transibit, & in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus: Si infidelis discedit, discedat: frater enim, vel soror non est seruituti subiectus in huiusmodi, & in canone dicitur: contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eū, qui relinquitur.

Regule matrimonij circa mulieres conuersas ad fidem, quid face-re debeant circa maritos infideles. Et an possint noua contra-here matrimonia, & quando, & quomodo. Quæst. LII.

SI E V T autem diximus in præcedentibus quid faciendum, quando vir conuertitur ad fidem circa

De diuort.

vxorem, idem dicendum est si vxor conuertatur faciendum esse de viro, quia vir, & vxor in matrimonio ad paria iudicantur in alleg. ca. gaudemus, & Apostolus, quando loquitur de conuersione infidelium coniugum ad fidem idem dicit de femina, & viro, Non est in huiusmodi subiectus seruituti frater, aut soror 1. ad Corinth. 7. capi. & iura indifferenter loquuntur de viro, & femina extra de Diuort. cap. quanto. & cap. gaudemus. & tamen propter aliquos minoris ingenij, qui non facile applicant vniuersale particulari, dicemus breuiter de femina. Si mulier infidelis conuertitur, aut habet virum, aut non, si nō habet, idest quia nunquā illum habuit, vel quia est defunctus nihil differt, sed est pure liberum, & poterit conuerti quando-cunque voluerit, & conuersa poterit accipere in virū, quem voluerit, & non refert, quod sit in potestate parentum, quia inuitis parentibus potest conuerti: nec enim est regula, siue sit masculus, siue femina cuiuscunque ætatis, dum tamē habeat vsū liberi arbitrij, quod cum patuerit voluntas eius, de conuersione ad fidem Christi conuertetur, sed & parentes, in quorū potestate est non poterunt prohibere, immo eis iuris auferuntur filij extra de Iudæi. & Saracen. cap. sicut Iudæi. Statuimus, vt nullos inuitos, vel nolentes Iudæos ad baptismum venire compellat, si quis autē ad Christianos causa fidei confugerit, postquam voluntas eius fuerit patefacta, Christianus abique calūmia efficiatur. Ipsos autem filios paruulos Iudæorum, quorum voluntas nō est patefacta, an fidem velint, non licet nobis inuitis parentibus eorum baptizare, sicut neque ipsos Iudæos, aut infideles adultos inuitos, vel nolentes, non licet nobis baptizare, extra de baptis. & eius effect. ca. maiores, & 45. di. de Iudæis. Cum autem filij infidelium sunt grandiuiculi, quorum voluntas potest apparere, & constat, quod ad fidem volunt, sunt inuitis parentibus baptizandi, immo & si parētes percutiant ipsos, quia hoc nolunt, sunt cremandi cum omnibus suis participibus. C. de Iudæi. & cælicolæ. l. Iudæis, & maioribus.

Si autem mulier virum non habet, & tamē habuit eum, & viuit, vt pote, quia repudiavit eā, vel quomodo libet abiecit eam, vel ipsa eum, dicendum quod mulier potest dupliciter se habere. Vno modo, quod conuertatur, & non requirat virum, quod conuertatur, & licebit ei sic manere, & dato, quod vir repetat eam ad cohabitationem, non tenebitur cohabitare ei si ille non conuertitur, quia istud est generale, quod cōuersus ad fidem non cogitur cohabitare infideli, & tamen quandiu vixerit vir illius non poterit illa accipere alium in virum, quia ille est vir legitimus.

Si autem velit requirere virum, vt conuertatur tñ differt, an illa repudiata fuit a viro, vel fornicata est, vel recessit a viro. Si autem illa repudiata fuit a viro, aut nunc habet illa alium virum post repudium, aut nō, si non habet alium virum, idest quia non accepit eū sed mās, vt vidua, vel accepit virum, & mortuus est. Aut repudiatis requisitis ab ea vult conuerti, aut nō. Si vult conuerti, & sequi eam tenetur ipsa cohabitare ei, eo quod matrimonium adhuc manet, & ambo efficiuntur fideles.

An repudiatis vxorem, & accipiens aliam, sit fornicator, & possit ei obijcere prima mulier fornicationem istam. Quæst. LIII.

SE D circa hoc dubium est, quia aliqui volunt, quod non tenetur illa recipere eum, etiam si conuertatur: nam ille fornicator est accipiendo aliam vxorem, & hanc fornicationem potest ei obijcere mulier ad non cohabitandum. Dicendum; quod

Si aut non vult cōuerti dicitur inf. q. 56.

non potest obijcere fornicationem istam ad repellendum a cohabitatione. Et volunt aliqui, quod ideo nō possit obijcere, quia non est fornicatio, sed cōtributus matrimonialis cum aliam accepit esse licitū & autoritate legis, cum qua videbatur esse licitū cōtributus. Dicendum, quod non est verum, sed est vera fornicatio cum Christus dixerit Matth. 19. quod qui dimiserit vxorem, & aliam superdixerit, mechatur, & tamē dato, quod sit vera fornicatio nō potest vxor viro illam obijcere. Sic etiam est si vxor repudiata viro alium accipiat vere fornicatur, & tamen potest vir ei obijcere fornicationem istam ad non recipiendum ad cohabitationem, si illa conuertatur, sic dicitur in alleg. cap. gaudemus. in fine, si quamuis quoque secundum Euangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, mechatur: non tamen dimissam poterit obijcere fornicationem dimissam pro eo, quod nupsit alij post repudium, ita ergo nec repudiata poterit obijcere viro fornicationem, quia aliam accepit vxorem, & illa erat fornicatio.

Obijcietur, quod non est simile, quia in veteri testamento, immo & inter gentes vir repudiatus vxorē, & non vxor virum, & ideo si mulier repudiata accipiat alium virum, cuius concubitus est fornicatio, nō poterit vir obijcere hoc vxori, quia ipse eam repulit, & spolauit iure coniugali, secus autem est, si vir accipiat aliam, quia ipse nō repudiatur ab vxore, ita vt necesse sit ei, vel aliam accipere, vel manere innuptum, immo videtur, quod vxor possit ei obijcere fornicationem, quia voluntaria est, fornicatio autem vxoris repudiatæ nō est voluntaria, sed quasi necessaria cū vir eā repulerit, & præcipue, quia vir præstitit causam, huic fornicationi vxoris, ideo cū sit ipse in culpa nō potest illam obijcere, mulier autem non præstitit causam fornicationi viri cum non repudauerit eum, iō poterit illam obijcere viro.

Dicendum, quod si vir repudiatis vxorem suam legitimum aliam superducat, non potest vxor repudiata in conuersione ad fidem obijcere ei hanc fornicationem, sicut neque vir obijcit foeminae repudiatæ, quæ alteri nupsit, & tamen potiorē causam habet femina, vt non possit obijcere ei vir fornicationem istam, quam habeat vir contra feminam, vt non possit repellere eum a cohabitatione.

Quando vir non possit obijciendo fornicationem repudiare vxorem. Quæst. LIIII.

SV N T autem duæ causæ vxori contra virum, vt non obijciat ei fornicationem. Prima est, quia ipse causam præstitit abijciendo eam, idest repudiando, & quia ipse est in culpa non potest hanc fornicationem obijcere, quemadmodum si vir traderet vxorem suam alteri cognoscendam, nō posset ei obijcere hanc fornicationem, cum ipse lenocinium exercuisset. Secunda causa est, quia mulier ista repudiata accepit virū, qui putabatur esse legitimus eique commixta est, & non alteri, ideo non vt fornicaria egit, sed vt vxor, licet in veritate fornicaria fuerit. Vir autem contra vxorem nō habet, nisi secundam causam: nam non præstitit illa viro occasionem fornicationis cum non repudauerit eum, sed solum, quia ille per legem hoc egit, & non possunt ista contra virum multum aggruari ad hoc, quod obijciat ei vxor fornicationem: nā cum dicitur, quod vir præstitit occasionem vxori fornicandi non præstitit directe, quia poterat illa repudiata non accipere alium virum, sed manere in viduitate.

Item quando vir repudiavit vxorē, & per hoc præstitit occasionem fornicandi, non egit sicut leno, qui directe

directe tradit vxorem suam alteri cognoscendam cui potius debet imputari quam vxori, nec etiam egit, sicut vir Christianus, qui abiicit vxorem de domo, quia licet non iubeat illi fornicari tradit tamen occasione fornicandi indirecte, & peccat in hoc, quia non habuit ius abiiciendi eam de domo: secus de viro infide- li, qui repudiat vxorem, quia repudiando non videtur malum agere, sed auctoritate legis vri. Nam sicut lex concedit, quod mulier repudiata alium virum accipiat, ita permittit, quod vir possit repudiare vxorem.

Et ista est causa principalis pro vtroque, vt non reputet eis fornicatio, licet vera sit fornicatio, sed reputetur, vt concubitus legitimus est talis iudicetur apud ipsos infideles, qui repudio vtuntur, & hic preualet opinio veritati, & hoc est, quia inter infideles pro vera lege habetur lex repudij, ideo quidquid auctoritate illa agitur, non est peccatum, cum nullum peccatum fiat auctoritate legis, sed omnia contra auctoritatem legis, vt ait August. contra Petilianum, & habetur 23. quæst. 4. cap. qui peccat. Similiter auctoritate iudicis agens nemo peccat, quia ius, & iudex pro eodem habentur, & ita licet quis non habeat iustam causam possidendi si auctore pratore possidet iuste possidet. ff. de acqren. posse. l. iuste possidet. Et ideo cum isti tam repudians quam repudiata putarent se iuste agere, etiam si vere fornicarentur, non iudicantur, vt fornicarij, sed vt legitime agentes quantum ad hoc, quod ipsos tangit. Est simile extra de Frigi. & male. cap. fraternitatis. vbi mulier videbatur non cognoscibilis, quod & matrone inespicientes restatæ sunt, & sic prolata sententia diuortij inuenit mulier aliquem qui eam cognosceret, & alteri nupsit, ibi si vir eius prior alteram accepisset iudicaretur esse verum matrimonium, & tamen erat adulterium, quia prima erat vere vxor eius cum matrimonio tenuerit cum illa, sicut ibi dicitur sententiam diuortij per errorem, licet probabilem esse probabilem, & restituitur mulier primo viro, sed non iudicatur ille fornicatus, quia auctoritate Ecclesie alia acceperat. Ita ergo dicendum hic, quod nec repudiator repudiare, neq; repudiata repudiatæ poterit obijcere fornicationem prædictam ad non recipiendum eam, vel eum ad cohabitationem cum neutrius eorū reputetur fornicatio, sed legitimus concubitus, licet esset vere fornicatio.

Quando mulier conuersa teneatur accipere virum. Quæst. LV.

Si autem mulier quando conuertitur non habeat virum, quia recessit ab eo, & fornicata est, vel recessit, & non fornicata est. Dicendum de primo, quod si conuertatur ipsa, & non vir, vel si conuertatur, non teneatur eam tenere in vxorem. Vnde si illa conuersa ille conuertatur, & illa petat eum ad cohabitationem non cogatur iudicio Ecclesie ipsam accipere, quia obijciat ei vir fornicationem veram non factam auctoritate legis, quæ neque potuit reputari licita, ideo repellat eam a cohabitando iure. Si tamen ipse non accepit eam, non poterit accipere aliam viuentem ea, quia illa fuit legitima vxor, & licet fornicatio fuit sufficiens ad excludendum eam a cohabitatione, non est tamen sufficiens ad accipiendam aliam ea viuentem, nam sola contumelia creatoris soluit matrimonium inter infideles extra de diuor. ca. quanto, & 28. quæst. 2. ca. si infidelis, ideo vel reconciliabit sibi vxorem, vel manebit in nuptus.

Si autem ille non conuertatur requisitus ab ea distinguunt aliqui, quod aut neque vult conuerti, neq; sequi eam, aut vult conuerti, si non vult conuerti neq; sequi eam dicunt, quod licebit mulieri accipere alium

virum, vel si vult sequi eam cohabitando, tamen non sine contumelia creatoris. Sed dicendum, quod non est verum, sed siue conuertatur, siue non, siue cohabitare velit, siue non, nunquam poterit, illo viuentem, mulier etiam ad Christum conuersa alium virum accipere: nam etiam si ille conuertatur non tenebatur eam recipere ad cohabitationem, & sic tenebatur illa manere vidua, quandiu ille viueret, ergo & nunc quando non conuertitur tenebitur a fortiori contineri, quæ etiam si petat iudicio Ecclesie illum non adiudicabitur ei ad cohabitandum, quia illa perdidit ius cohabitandi per hoc, quod fornicata est. Dicendum ergo, quod siue conuertatur, siue non conuertatur, non potest mulier accipere alium virum illo viuentem. Et non prodest, quod requisitus nolit conuerti, quia etiam si conuertatur non obligaretur eam recipere, sed maneret illa in nupta.

Sed obijciatur, quod contumelia creatoris soluit matrimonium, & tamen iste non vult cohabitare sine contumelia creatoris, ergo soluta esset mulier a lege eius, & posset accipere alium virum.

Dicendum, quod contumelia soluit matrimonium in cohabitante, si quis teneatur cohabitare, & nolit cohabitare sine contumelia creatoris, secus in eo, qui non teneatur cohabitare, & ideo non cohabitatur, neque vult cohabitare sine contumelia, aut cum contumelia. Nam non est minus vilo modo cohabitare, quam cohabitare cum contumelia creatoris, immo videtur esse maius, quia iste due cause ponuntur ad dissoluendum matrimonium inter fideles, & infideles extra de diuor. cap. gaudemus. & ponitur, vt prima causa nolle cohabitare, & adiungitur postea quasi minus principalis non cohabitare sine contumelia creatoris.

Sed istud verum est, quando vir in hoc casu nondum incepit cohabitare, secus autem si cepisset cohabitare, & non cohabitaret sine contumelia creatoris, quia tunc dissolueretur matrimonium: nam si iste infidelis, cuius vxor fornicata est, dicat requisitus ab vxore, quod non vult conuerti, nec cohabitare ei cum contumelia, neque sine contumelia creatoris non dissoluitur matrimonium, neq; potest illa accipere alium, quia fornicata est. Si tamen vir iste manens in infidelitate eam iam conuersam recipiat ad cohabitationem, & postea non cohabitaret sine contumelia, dissolueretur matrimonium. Ratio est, quia per hoc, quod iste admisit mulierem ad cohabitationem remisit ei fornicationem, & abdicauit a se ius exceptionis huius, ideo iam non potest abijcere eam, nisi preteritu nouæ fornicationis, simile extra de iureiuran. ca. quemadmodum, sed mulier habens ius cohabitandi viro infideli si non cohabitaret sine contumelia, potest dimittere eum, & accipere alterum, ergo poterit ista tunc hoc facere.

An mulier que relinquerat virum auersa teneatur recipere eum. Quæst. LV I.

Et autem dicendum, quando mulier non habebat virum, quia dimiserat eum, non tamen adulterando, sed recedendo ab eo auctoritate propria, & viuendo caste. Aliqui putant tunc distinguendum, si mulier requirit virum illum, quando conuertitur, vt cohabitaret ei, vel non, si non requirit, manebit illa perpetuo in nupta, si illo viuentem, si autem requirit, aut conuertitur, aut non, si conuertitur habebit eam in vxorem, si non conuertitur aut vult cohabitare, aut non, si non vult poterit mulier conuersa ad alia vota transire, si vult cohabitare, aut cum contumelia, aut sine illa, si sine contumelia manebunt simul, si autem poterit illa accipere alium virum.

Sed

Qñ opinio preualet veritati.

Sed dicendum, quod non stat, quia ista distinctio teneret si vir teneretur recipere mulierem ad cohabitationem, & tamen non teneretur, licet ista mulier non fornicata sit, (spoliavit tamen virum propria auctoritate, & se priuauit consortio viri, ideo si petat restitutionem, non auditur, quia vir non spoliavit eam, sed ipsa virum, & ideo cum ipsa conuertitur etiam si conuertatur vir, non teneretur cohabitare ei, quia sicut si mulier fornicata fuisset, quæ conuertatur, non teneretur vir conuersus recipere eam in alleg. cap. gaudemus. opponendo ei fornicationem, ita nunc obijciat ei, quod ipse recesserit a viro, ideo quod nunc redeuntem non teneretur admittere.

Si autem non conuertatur vir, & mulier prefata est requirit, nec etiam requisitus cohabitare velit non licebit ob hoc mulieri accipere alium virum, quia hoc esset si teneretur vir cohabitare ei, sed non teneretur vir recipere eam, quia ea virum spoliavit, & sibi ipsi ius ademittit cohabitationis, ideo etiam si non consentiat cohabitare non licebit mulieri accipere alium virum in hoc casu.

Alia distinctio de nouo in casu in quo ipsi habeat virum. Quæst. LV II.

Si autem mulier, quæ conuertitur habet virum viuentem, aut ille est vir primus, vel legitimus, aut ille, qui eam accepit ab alio repudiatam, si sit vir primus potest mulier requirere virum, vt conuertatur, vel non, si non requirit manebit non cohabitans viro, & tamen non poterit accipere alium eo viuentem. Si tamen vir non requisitus, vel requisitus conuertatur, tenebitur eam recipere, & ipsa eum in alleg. ca. gaudemus. nisi vnus alteri fornicationem obijciat, ita vt eam abijciat a iure cohabitandi eod. cap. Si autem vir requisitus non conuertatur, aut consentit cohabitare aut non. Si non consentit, licebit mulieri transire ad alia vota, quia per hoc soluitur matrimonium. Si autem consentit habitare, aut cum contumelia, aut sine contumelia, si sine contumelia poterit mulier fidelis cohabitare viro si voluerit, & si noluerit manebit in nupta illo viuentem. Si autem non cohabitatur sine contumelia soluitur matrimonium, & poterit mulier accipere alium virum fidelem.

Si autem vir ille erat, qui accepit eam repudiatam ab alio. Dicendum, quod aut viuit vir ille, qui repudiavit vxorem, aut non, si viuit illum debet requirere, quia ille est legitimus vir, & si vult conuerti, illum tenebitur accipere mulier in alleg. ca. gaudemus. Si non vult conuerti, aut vult cohabitare, aut non. Si non vult soluitur matrimonium. Si vult cohabitare, & tamen cum contumelia, soluitur eodem modo matrimonium, & licebit in vtroque casu mulieri transire ad alia vota. Si autem vult cohabitare, sine contumelia, est in potestate mulieris, an velit cohabitare viro, si vult manebit, vt coniuges, si autem manebit illa sine viro eo viuentem. De viro autem, qui accepit eam repudiatam non est attendendum, neque est requirendus, quia etiam si ille vellet conuerti, non posset mulier eum recipere in coniugem, quia ille, qui repudiavit eam viuit, & est legitimus vir, & eo viuentem nunquam poterit alium habere. Sed quid si mulier habeat virum qui accepit eam repudiatam, & qui repudiavit eam mortuus sit, quando conuertitur mulier? Dicendum, quod non teneretur mulier illum requirere, sed conuertatur, & poterit accipere quemcumque voluerit in virum, quia nullum habet, & si vir iste voluerit conuerti non teneretur eum recipere mulier, quia non est vir suus, sed verum est, quod potest eum recipere in virum, si voluerit, sicut quæcumque alium, eum nullum virum habeat.

A Si vir, & mulier conuertantur, & mulier dum esset infidelis fornicata fuerit, an vir teneatur eam recipere, vel possit obijcere fornicationem in infidelitate per peccatam. Et quam fornicationem poterit obijcere. Quæst. LV III.

Circa precedentia relinquitur primo dubium iuxta casum factum, si mulier conuertitur ad Christum, & vir suus, & fornicata fuerat mulier, quando erat infidelis, an teneatur vir conuersus eam recipere, vel poterit obijcere fornicationem. Aliqui dicunt, quod si mulier, vel vir post conversionem fornicantur, potest hoc vnus obijcere alteri, & tamen si ante conversionem non poterit obijcere. & ista est opinio aliquorum theologorum, & etiam iuristarum, & supra eam tergitimus recitando. Motiuum autem istorum est, quia crimina tolluntur per baptismum omnino, ideo non manet aliquid, quod obijci possit, secus si post conversionem fornicentur, quia tunc crimina manent, & obijci possunt.

Sed dicendum, quod non est istud rationale, neque iuri consonum. Pro quo sciendum, quod apud infideles est quadam fornicatio, quæ excusatur auctoritate legis, & iudicatur esse legitimus concubitus, sicut quando repudiatur mulier a viro, & accipitur ab alio: nam vir accipiens aliam fornicatur, & ipsa transiens ad alium fornicatur, Matth. 5. & 19. ca. ista tamen fornicatio non putatur apud infideles fornicatio, immo legitimus concubitus, quia auctoritate legis ipso rum fit. Alia fornicatio est, quæ nullius legis auctoritate velatur, sicut si mulier recedens a viro alium accipiat, vel si vir cognoscat vxorem alterius non repudiatam ab eo.

De prima fornicatione dicendum, quod vnus de coniugibus non potest eam opponere alteri, cum non iudicaretur inter eos fornicatio, aut aliquid illicitum: nam forte hoc non fecissent, si illicitum iudicaretur, & de hoc dicitur in alleg. cap. gaudemus. quamuis secundum Euangelicam veritatem, qui duxerit dimissam mechatur, non tamen dimissor poterit obijcere fornicationem dimissæ pro eo, quod nupsit alij post repudium. De secunda fornicatione dicendum, quod cum nullius legis honestate velatur, aut excusetur, potest opponi, & ideo quicumque coniugum post conuersionem potest obijcere talem fornicationem alteri volenti cohabitare, similiter infidelis possit hoc obijcere fideli, & si peteret fidelis conuersus cogi infidelem coniugem ad cohabitationem, compelleretur, si tamen obijciat fornicationem non compelleretur. Et ob hoc etiam si conuersus ad fidem requirat coniugem infidelem, & ille neque conuerti velit neque vilo modo cohabitare non licebit fideli transire ad alia vota, quia non facit ei iniuriam infidelis nolendo cohabitare, si conuersus ad fidem fornicatus fuerat, & hoc patet in alleg. cap. gaudemus. in fine cum dicitur. Non tamen dimissor poterit obijcere fornicationem dimissæ pro eo, quod nupsit alij post repudium, nisi alias fuerit fornicata.

Ex hoc patet primo, quod intelligatur de fornicatione commissa ante conuersionem, cum specialiter excipiat istam fornicationem, quæ est accipere alium virum post repudium, quæ fornicatio est ante conuersionem: nam si intelligatur, quod nulla fornicatio ante baptismum commissa posset opponi exprimeretur ista, sed diceretur, quod conuersus non posset obijcere ei, qui conuertitur, fornicationem.

Secundo quia dicitur non poterit obijcere fornicationem dimissor dimissæ pro eo, quod nupsit alij post repudium, nisi alias fuerit fornicata, & ita apparet, quod de omnibus fornicationibus istam solam excipit, ergo om-

Primo dubium circa supra dicta in q. pced.

in q. 53.

Apud infideles aliquid fornicatio potest obijci aliqua vero non.

Declaro c. gaudemus. de qua fornicatione intelligatur, quia de secunda.

go omnem aliam fornicationē potest obijcere vnus conuix alteri.

Tertio apparet, quia diuersitas rationis istud ostēdit: nā ista sola fornicatio, quę est cum repudiata ab alio accipitur, vel repudiator aliam accepit est, quę velatur quadam honestatē legis, & iudicatur nō esse fornicatio apud infideles, ideo propter errorem debuit excusare, saltem quantum ad eos, vt vnus alteri illam obijcere non possit, omnes alię fornicationes iudicantur etiam inter eos fornicationes, ideo omnes ille obijci possunt.

Quarto patet, quod non possit vilo modo intelligi de fornicatione quę est post baptismum, sed ante: nā si de primis non esset dubium, frustra esset dicere, quod non possit obijci fornicatio, quę est accipere alium virum per repudium, & adiungitur, nisi alias fuerit fornicata, & ita fornicationes istę sunt vnus temporis, vel modi, sed fornicatio post repudium est ante conuersionem, ergo alię etiam fornicationes intelliguntur ante conuersionem.

Quinto adhuc magis patet, quia in alleg. cap. i. gaudemus dicitur, quod si vir, qui repudiavit vxorem cōuertatur, & repudiata velit eum sequi, tenebitur eam recipere, neque potest ei obijcere fornicationem eo tunc cum conuertitur dicitur, quod non poterit obijcere, ergo non potest intelligi, nisi de fornicatione ante conuersionem, quia tunc conuertitur, quando istud debet obijci, vel non obijci.

Sexto quia glo. vlti. in alleg. cap. gaudemus. tangit istam opinionem, exponendo particulam illam, nisi fuerit fornicata alias, & dicit, quod intelligitur de fornicatione ante conuersionem, & in fine dicit, vel exponere, quod dicit, nisi fuerit fornicata, scilicet alias, id est in alio tempore post baptismum, sed primū verius est, & ita dicit verius esse, quod intelligat de fornicatione, quę est ante baptismum.

Cum per baptismum tollantur omnia delicta, & etiam pena debita, quomodo manet ius obijciendi contra fornicatam coniugem. Et quare per penitentiam et baptismum, & per omnia sacra tolluntur crimina solum quo ad Deum, & non quo ad homines. Quęst. LIX.

Infidelis conuersus ad fidē poterit accusari de crimine, si cūc poterat prius infidelitate.

SEd manet dubium circa prædicta, cum per baptismum ad plenum tollantur omnia delicta tam quantum ad maculam, quam etiam penas debitas pro eis, quomodo ex fornicatione ante baptismum commissā, quę fuit sublata per baptismum manet ius obijciendi contra coniugem fornicatam?

Dicendum, quod per baptismum tolluntur omnia crimina formaliter, id est quantum ad maculam, & quantum ad reatum totius penę, sed hoc est quantum ad Deum, sed quod homo baptizatus non manet debitor Deo in aliquo propter quęcunque a se commissā, & tamen crimina non tolluntur in quantum ad homines inuicem attineat per baptismum, neque per aliquod sacramentum. Et ratio huius est, quia baptismus non habet tollere crimina ex natura, sed ex institutione, ergo quantum ad illum fieri criminum abolitione per baptismum, qui baptismum ad hoc instituit, est autem baptismus a Deo institutus, sicut & omnia sacramenta, & ideo per baptismum remittuntur hominibus crimina in quantum ex criminibus erant homines debitorum Deo, sed baptismus nō est ab hominibus institutus, si autem homines instituisent baptismum, vt ablatiuum criminum inter eos, cum aliquis baptizaretur, iam non relinqueretur alijs aduersus ipsum actio ex crimine. Et sic est de fornicatione

commissā in infidelitate, quia per baptismum deleta est quantum ad Deum, ita vt nullius penę debitor sit qui fornicatus est, tamen quantum ad virum non tollitur fornicatio, quin competat sibi ex illo ius, quod prius competebat, siue quo ad penam corporalē infligendam secundum leges humanas, siue excipiendi quantum ad repellendum a cohabitatione. Sic etiam tolluntur crimina per penitentiam, vnde si mulier fornicetur, per penitentiam tollitur fornicatio, quantum ad Deum, tamen post quantumcunque penitentiam potest maritus illam accusare 33. quęst. 2. ca. admonere, neque compellitur recipere vxorem fornicatam, etiam post completam penitentiam. extra de cōuer. coniug. c. gaudemus. esset enim valde iniquum, quod baptismus tolleret beneficium, quod alicui competit, quia tunc baptismus redunderet ad iniuriam. Et sicut est de fornicatione, ita est de omnibus alijs delictis, vt homicidio, furto, rapina, sacrilegio, crimine lætę maiestatis, & quocunque alio tam in proximum, quę in rem publicam commissio: nam pro quolibet illorum accusari, & puniri potest conuersus post baptismum, & nullam immunitatem, aut idemnitatem ab his p̄stat ei fides, aut sacramentum baptismi: sic enim distinguunt tam theologo, quam iurista, & tangit illud glo. vlti. extra de diuor. c. gaudemus.

An matrimonium dissoluitur per conuersionem ad fidem, sicut per mortem. Quęst. LIX.

QUAERITUR circa supra dicta cum asseruimus, quod si conuertatur alter coniugū de infidelitate, & alter velit sequi ipsum ad fidē, quod cogitur recipere eum, & cohabitare: nā videtur, quod sit dissolutum matrimonium in infidelitate per transitum ad fidem, cum sit alius status, sicut matrimonium in viuētibus dissoluitur per mortem vnus, vel amborum ad Rom. 7. ca. vnde etiam si ambo postea resurgerent, & redirent ad istam vitam mortalem, possent quidem matrimonio vti vir accipiēdo vxorem, & mulier virum, tamen non tenebantur inter se cōmanere, vt coniuges, quia vinculum, quod semel dissolutum est nunquam potest idem redire, sic autem est de statu fidelitatis, & infidelitatis, ergo per transitum huiusmodi ad fidem soluitur inter eos vinculum matrimonij, ergo videtur, quod etiam si ambo conuertantur simul non teneantur manere, vt coniuges, sed possent alijs copulari.

Dicendum, quod si ambo conuertuntur simul tenentur manere simul, vt coniuges, id est neuter poterit ad alia vota transire, & etiam tenebuntur simul manere, id est vnus non poterit alijs abijcere occasione conuersionis, nisi forte obijciat ei fornicationem commissā tempore infidelitatis, quia tunc nō tenebitur ad cohabitationem ille, qui non est fornicatus: extra de Diuor. c. gaude. Et ratio huius est, quia baptismus, & fides non soluunt aliquid de iure matrimonij: nā per baptismum crimina, & non coniugia soluuntur 26. di. c. deinde. & in alleg. c. gaudemus. Ideo sicut isti, dñi erant infideles, manebat inter eos matrimonium, ita vt non liceret viuente vtroque transire alteri ad alia vota, & etiam non licebat vni abijcere alterum a cohabitatione, nisi propter fornicationem, sic cum ad fidē transeunt eadem manebunt, cum fides nihil mutet de sedere matrimonij. Cum autem obijciatur, quod diuersitas status solueret vinculum matrimonij. Dicendum, quod non est verum, nam transitus de seruitute in libertatem, vel de contrariis mutat statum, & tamē matrimonium, quod contractum est inter seruos, manet inter eos factos liberos, vel alterum liberum, & alterum seruum, vel si contractum est inter eos liberos ma-

ros manet inter ipsos seruos, ita ergo de fide. Itē transitus ad fidem nihil mutat, nisi quantum ad animam non autem ad ea, quę respiciunt corpus, & etiā quantum ad animam solum mutat respectu Dei, & non proximorum: nam omne vinculum, & omnis actio manet contra conuersum ad fidem, qui manebat cōtra ipsum infidelem existentem, vt præcedenti quęst. ostendimus, vinculum tamē matrimoniale est respectu proximi, quo sibi coniuges tenentur ad debitum reddēdam, & mutua obsequia, & ad fidem thori seruandam, ergo multo minus tollitur per conuersionem ad fidem vinculum matrimonij.

Exemplum autē, quod inducebatur de resurgētib. non est simile, quia resurgētes, aut resurgūt ad vitam mortalem, aut immortalē; si ad immortalē vitam non resumunt vxores, quia non erit amplius talis actus, neque inter beatos, neque inter damnatos, sicut Christus dixit Matth. 22. capit. in resurrectione neque nubunt, neque nubentur, sed sunt, sicut Angeli Dei, & ideo non solum non resumunt illas, immo neque aliquas alias habebunt. Si autem resurgant ad vitam mortalem, sicut Lazarus, & illi, quos Christus & Apostoli suscitauerunt, dicendum, quod vtebatur cibo, & potu, & veste, & actu coniugali, quia & manebit in eis desiderium ad hoc, & naturalis dispositio ad hęc efficienda, & tamen vinculum matrimonij per mortem solutum erat, quia moriente altero eorum is, qui viuebat, poterat ad alia vota transire, & cū transiret si resurgeret defunctus certum est, quod nō poterat repetere vxorem, quia deserat esse vxor, & legitime fuerat alijs copulata, ideo non relinquebatur viro ius reperendi illam. Similiter si ambo simul moriantur, & simul resurgāt, vere vinculum matrimonij dissolutum est per mortem, ideo non manet ius vnicōtra alterum. Verum est enim, quod resurgētes poterunt redire ad actus coniugales, non: tamen quasi ex priori iure, sed quasi ex nouo consensu, sicut poterāt de nouo cum alijs contrahere, & tamen si quis horum dissentit, vel non consentiret, de nouo nō posset cohabitare. Simile est si defuncto vno de coniugibus superuiuat alius, & nō transeat ad alia vota, resurgatque defunctus, non potuit viuens compelli ad cohabitandum resurgenti, cum fuerit vere solum vinculum, sed poterit cohabitare si voluerit ei nouo consensu. Quantum ad transitum ad fidem non soluitur matrimonium, ideo manebūt qui conuertuntur coniuges, sicut prius.

An resurgētes ad vitam mortalem, vt Lazarus, & alij a Christo suscitati possint repetere vxores suas, quę fuerant alijs copulatae.

Tertia ratio. Matrimonium inter morientes, & conuersos ad fidem quomodo diuersimode se habent. Quęst. LXL.

ET non solum est hoc de iure, sed etiam satis apparet ratio diuersitatis quantum ad matrimonium inter morientes, & transeuntē ad fidem. Nam in mortuis extinguuntur actiones personales quę competunt contra defunctum, vnde si poterat agi de crimine contra viuētem, & moriatur atque resurgat, nō poterit iam contra eum de crimine agi, quia crimina morte extinguuntur. Et tamen de transeunte ad fidem non est sic, quia omnis actio, quę contra eum competebat infidelem existentem, competit contra eundem fidelem factum. & de omni crimine potest accusari, de quo poterat prius, sicut iam dictum est. Et ideo manebit vinculum matrimonij, & actio, quę competit coniugibus mutuo ex illo.

Item fides solum est in anima, & per susceptionē eius solum immutatur in anima: mors autē in vtroque facit immutationem. In anima quidem, qui sepa-

ratur a crimine. in crimine autem, quia illud resoluatur, & definit esse in corpus humanum, & adhuc maior transmutatio est circa corpus per mortem, quam circa animam, & ita quantum ad hoc habet se è contrario mors quam ad fidem transire. Etiam matrimonium magis pertinet ad corpus, quam ad animam, nā licet matrimonium solo consensu contrahatur, tamē non contrahitur ad finem spirituale, sed corporalē, s. ad prolem procreandam, serunt duo in carne vna, sicut Christus dixit Matth. 19. secunda Corint. 6. Etiam actus coniugales non sunt spirituales, sed corporales in redditione debiti, & mutuo obsequiorum: & ideo ad esse personas legitimas, inter quas contrahatur, non requiritur habitudo aliqua ex parte solius animę, requiritur autem aptitudo quędam ex parte corporis. Nam si vir non habet membrum genitale non potest contrahere matrimonium. Similiter si mulier, tam arcta est, vt a nullo cognosci possit extra de Frigi. & malefic. cap. fraternitatis. ergo matrimonium magis attenditur ex parte corporis, quā ex parte animę, sed per conuersionem ad fidem nihil mutatur de corporalibus, sed solum de spiritualibus; ergo nihil variatur circa matrimonium. Per mortem autem fit corporalis variatio, ita vt desinat esse corpus vtriusque coniugis, neque potest esse maior transmutatio: ergo cessabit per mortem matrimonium, & non per transitum ad fidem.

Item patet, quia matrimonium est vinculum personale contractum inter personas, sed per mortē definit esse persona illa: ergo non potest manere vinculum. per conuersionem autem ad fidem non definit esse persona, ideo non cessabit matrimonium. Ista est ratio potissima, quia quantumcunque transmutatio fieret circa corpus, vel animam, si manerent personę semper maneret vinculum, sed deficiente persona nō est, cuius possit esse vinculum, neque in quo. Istud patet, quia non potest contrahere matrimonium, quod nō habet membra genitalia, vel potentiam coeundi, vt extra de frigid. & malef. per forum, & tamen si contracto matrimonio incidatur vir, vel maleficiū incidat in impotentiam coeundi perpetuam, non soluitur ob hoc matrimonium. extra de iure iurand. cap. quemadmodum. & de diuor. capi. quanto. Et hoc est, quia ad causandum vinculum matrimonij, quod non erat requirebatur ista aptitudo in viro, & tamen contracto matrimonio, quia est causatum vinculum non est necessaria aliqua aptitudo, sed manebit vinculum quantum diu fuerint illi quorum est, id est qui sunt extrema huius obligationis, sunt autem extrema personę contractantes, ideo manentibus illis manet matrimonium, sed per infidelitatem non cessant esse personę, p̄ mortem autem cessant, ideo per conuersionem ad fidem nō soluitur matrimonium, & soluitur per mortem.

Per redditionem debiti tollitur viro ius accusandi vxorem de fornicatione. Quęst. LXXI.

DICENDUM ergo, quod si coniuges conuertantur simul ad fidem, tenebitur vnus cohabitare alteri, & non poterunt transire ad alia vota, de cohabitatione autem verū est, nisi vnus obijciat alteri fornicationem, quia p̄ hęc repellat a iure cohabitandi. Sed in hoc aduertendum est, quia quando coniuges conuersi sunt simul, aut cohabitant, & mutuo reddebant debitum, aut non: si cohabitabant, & reddebant debitum, quęcunque fornicatio præcessisset inter eos remissa est per redditionem mutuum debiti, ideo non potest amplius vnus alteri obijcere fornicationem hanc etiam post cōuersionē. Si autem non reddebant mutuo debitum, quando conuer-

conuersi sunt ab illo tempore, quo alter coniugū sciuit alterum fornicatum, manet ius obiiendi hāc fornicationem etiam post conuersionem, ideo qui non fornicatus est non tenebitur cohabitare fornicatori, sicut si fornicatio fuisset commissa post conuersionem, quia non refert, an ante, vel post fuerit fornicatio. Si autem non fuerint coniuges simul conuersi, & tamen si quando is qui ultimo conuertitur non transierat prior conuersus ad alia vota, tenebitur prior recipere posteriorem ad suam cohabitationem, & actus coniugales, nisi forte ei obiiat fornicationem. extra de diuort. cap. gaudemus. in fine.

An si vnus conuersorum statim vult transire ad religionem, an possit alio coniuge inuito. Quæst. LXIII.

Sed quid si conuersorum vnus vult statim transire ad religionem, an nolente alio possit id facere? Dicendum, quod aut ambo simul conuertuntur, aut vnus prius, si ambo simul nō potest vnus transire ad religionem inuito alio, quia præiudicaret ei: nam non posset alius transire ad alia vota, & cogere tur continere, ideo requiritur consensus amborum, & quod ambo transeant, nisi alter eorum esset non suspectus de incontinentia, & ita maneret in seculo, vt dicitur extra de conuers. coniug. capit. cum sis, & ca. vxoratus. Et hoc verum est, nisi alter eorum fornicatus esset, quia licet simul conuertantur poterit, qui non fornicatus est transire ad religionem inuito alio, & cogere tur continere. Nam simile est de fidelibus, si fornicatur vxor, potest vir ea inuita transire ad religionem, & illa cogitur continere extra de conuers. coniug. c. constitutus. Etiam si vir transeat ad monasterium, sine licentia vxoris, vel non habita sufficienti licentia, & illa postea fornicetur, non poterit repetere virum, sed ea inuita, manebit in monasterio, & illa cogitur continere eod. tit. c. veniens. Si autem non conuersi sunt simul, aut ille, qui prius conuersus est monuit infidelem, vt conuerteretur, vel saltem cohabitaret ei, aut non. Si non admonuit, & conuersus vult intrare religionem, non potest intrare, nisi priusquam intret infidelis requirat eum, quod vult conuerti ad fidem, quia tunc cogitur conuersus illam recipere in alleg. ca. gaudemus. si autem requisierat eum, & ille non voluit conuerti neque cohabitare, vel saltem non sine contumelia creatoris, dicunt quidā, quod si conuertatur, aut conuerti velit antequam transeat alius ad religionem, quod non poterit ille transire, sed cogitur recipere illum ad cohabitationē. Alij dicunt, quod poterit impedire transitum eius ad religionem.

Dicendum, quod circa hoc est opinio duplex. Quidam dicunt, quod si requisitus vnus coniugum ab alio non voluit conuerti, neque cohabitare, vel non sine contumelia creatoris, etiam si postea penitentia ductus velit conuerti ad fidem, non poterit impedire transiētem ad religionem, sic tenet gl. penul. in alleg. c. gaudemus per cap. mulier extra de conuers. coniug.

Quomodo transitus ad religionem vnus coniugum impediatur per conuersionem alterius. Quæst. LXIII.

Sed dicendum videtur, quod taliter conuerti volens impediatur alterum ingredi religionem, & reducat eum ad suam cohabitationem, quia extra de diuort. cap. gaudemus dicitur, quando conuertitur vnus coniugum, & alius non vult conuerti, nec cohabitare, aut saltem non sine contumelia

creatoris, quod conuersus potest ad alia vota transire, & tamen si antequam iste transeat ad alia vota, conuertatur alius, cogitur eum recipere ad cohabitationem, ergo similiter si conuertatur antequam iste transeat ad religionem, cogitur eum recipere, & nō transire, cum equale præiudicium fiat volenti conuerti de infidelitate, siue per aliud matrimonium, siue per transitum ad religionem.

Sed obiiectur de capitu. mulier extra de conuers. coniuga. vbi vir transiens ad infidelitatem relicta vxore in fide, si reuertatur ad fidem, & repetat vxorem, potest vxor non obstante illo ingredi religionem, ergo ita altero coniugum ad fidem conuerso, & altero manente infideli, non poterit infidelis etiam si conuerti velit, impedire, quin alius transeat ad religionem.

Dicendum, quod non est simile, primum quia hic agimus de infideli qui nunquam fuit ad fidem conuersus. in capitu. mulier agitur de fideli, qui transit ad infidelitatem, & postea reuertitur ad fidem. Et est hic multa diuersitas: prima quia grauius nimis peccauit, qui de fidelitate ad infidelitatem transiit, quam qui in infidelitate, in qua natus est manebat conuersa vxore sua ad fidem, vt patet extra de diuort. capitu. quanto. melius enim est viam Domini non agnoscere, quam post agnitam retroire secunda Petri capitu. secundo. & extra de Aposta. capit. quidam, ergo minus fauorabiliter agerent iura cum illo, qui redit ad fidem, de qua recesserat, quam cum illo, qui de nouo venit ad fidem, in qua nunquam fuerat.

Altera est, quia iura multum benigne agunt erga infideles, qui conuertuntur ad fidem quantum ad vxores suas, vt illas retineant, sic dicitur extra de Diuort. capitu. gaudemus, vbi respondetur, quod infideles copulati in gradibus apud nos veritatis remanent cum vxoribus post conuersionem in fauorem fidei, etiam dicitur in fauorem presertim Christianæ religionis, & fidei a cuius perceptione per vxores se deserit timentes viri possunt facile reuocari, fideles huiusmodi matrimonialiter copulati libere possunt, & licite remanere, & tamen circa fideles, qui transeant ad infidelitatem nō seruat ius fauor, cum iura circa eos non expresserint talem fauorem, immo potius penas apostatarum. C. de Aposta. per totum, ideo non erit idem circa eorum vxores.

Tertia est, quia illa mulier erat separata a viro illo iudicio Ecclesiæ, & ita exprimitur in allegat. capitu. mulier, scilicet mulier, quæ in fide remansit potest nolente viro, qui ab infidelitate reuertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio Ecclesiæ separata, ad religionem libere conuolare, vnde a contratio sensu, si mulier non fuerit a viro illo separata iudicio Ecclesiæ, cogitur redire ad virum, & non intrare religionem, si eam petat, & hoc expresse patet extra de diuort. capitu. illa. vbi dicitur, quod si mulier labente viro in heresim, vel infidelitatem recessit ab eo propria auctoritate, bona tamen intentione, scilicet, vt ille rubore affectus citius ad fidem rediret, cogitur ad eum reuerti, si ille redierit ad fidem, & eam petierit.

Si autem lapsa eo in heresim fuerit ab eo iudicio Ecclesiæ separata, non cogitur ad illum redire, etiam si reuertatur ille ad fidem, & eam repetat.

Et tamen circa istos infideles non est facta separatio iudicio Ecclesiæ, ideo veniente ad fidem eo, qui manebat in infidelitate, cogitur ei cohabitare vxor si nondum transiit ad religionem.

Dubie.

Dubietates aduersus iam determinata superius auferuntur. Quæst. LXV.

Sunt autem prædicta rationabiliter dicta, nisi quis dicat, quod istud fit in fauorem religionis, est enim religio fauorabilior quam matrimoniū, & ideo licet infidelis de nouo conuersus compelli faciat alium coniugem prius factum fidelem, vt non transeat ad secunda vota, sed cohabitaret, non faciet eum cogi, vt non transeat ad religionem, quia religio est fauorabilior quam matrimonium. Sed hoc non stat, quia licet sit fauorabilis religio, fauorabilior est conuersio infidelis ad fidem, quia sine religione est falsus, & non sine conuersione ad fidem, & tamen si non concedantur vxores infidelibus conuerti volentibus, distraherentur a conuersione, ergo concedenda sunt eis præcipue cum permittat etiam infideles conuersos ad fidem manere in gradibus apud nos veritatis, vt non distraherentur a conuersione, cum dicitur presertim in fauorem Christianæ religionis, & fidei a cuius perceptione per vxores se deserit timentes viri possunt facile reuocari, fideles huiusmodi matrimonialiter copulati libere possunt, & licite remanere. Sed obiiectur, quod etiam est fauor quantum ad virum, qui de fide transeat ad infidelitatem, & postea reuertitur. Nā poterit esse, quod gratia, vel desiderio vxoris redeat, & si sciat non esse sibi dandam, non redibit, & sic etiā deberet hic præferri fauor reuersionis ad fidem religioni. Dicendum, quod non est simile. Primo quia videtur est, ille vir grauius peccauit, ideo nō est sibi seruandus tantus fauor quantum infideli. Secundo, quia ibi interdictum iudicium Ecclesiæ: nam si ibi nō fuisset separata iudicio Ecclesiæ, sed propria auctoritate, cogere tur redire ad virum in cap. mulier, & c. de illa supra allegatus, quod tamen non est in casu conuersionis infidelium ad fidem cum ibi non fiat separatio iudicio Ecclesiæ, sed per requisitionem, vel auctoritate iuris. Tertio, quia facilius est trahi infideles ad fidem per vxores quā apostatas redire ad fidem, qui iam in illa fuerunt: nam apostatas cū fuerint in fide, & cognoscant eam, est verisimile eos magis in conscientia sua ad redeundum quam infideles compungi ad veniendum, qui nunquā in fide steterunt, & ideo infideles trahentur per vxores, & leuia adminicula, cum è prior leuia offencula auerterentur ab ea. apostatas autem non oportet per vxores trahi, sed magis a conscientia sua compuncti trahentur. Quarto & principalius, quia apostatas possumus cogere ad fidem redire per illationes penarum: infideles autem non possumus compellere ad fidem, sed per liberam voluntatem venire debent, extra de Aposta. c. quidā, Lvt quos Christianæ religioni libere voluntatis arbitrium obrulit salutariferæ coactionis necessitas in eius obseruatione conseruet, & sic circa infideles non conuersos debet attendi multus fauor ad hoc, quod conuertantur, quantum ad apostatas non fauor, sed pena, ideo circa infideles cogitur vxores cohabitare viuis postea conuersis, & non transire ad religionem si viri conuerti voluerint, & eas petuerint. Circa apostatas viros de apostasia redeuntes non erit sicut.

Infideles fauoribus? Apostatarum penam trahendi sunt ad fidem.

Si alter coniugum conuertatur, & ingrediatur religionem, eo tamen nondum professio, alius conuertitur, an teneatur reuerti ad seculum. Quæst. LXVI.

Sed quid si alter coniugum conuertitur, & alter non statim conuertitur, conuersus autem transit ad religionem; alius autem postea conuertitur antequam ingressus religionem profiteatur, an tenebitur non professus reuerti ad seculum, & cohabitare ei qui conuertitur. Alph. Toft. in Primum Regum.

Alitur? Aliqui dicunt, quod cogitur redire ad seculum, & cohabitare. Simile apparet per id quod dicitur in cap. gaud. quod si infidelis coniux requisitus a fideli conuerso non vult conuerti neque cohabitare, aut non sine contumelia creatoris, potest transire fidelis ad alia vota: & tamen si antequam transeat ad aliud matrimonium conuertatur coniux infidelis tenebitur prius conuersus recipere illum, & non transire ad aliud matrimonium, & ita si iam ad aliud matrimonium transeat fidelis alius, qui conuertitur nō potest repetere ipsum, quia dissolutum est primum matrimonium: si autem nondum transeat ad alia vota non erat dissolutum primum matrimonium, ideo compellitur recipere eum, qui conuertitur. Sed ita est per introitum religionis, & professionem, quia introitus solus non obligat aliquem ad manendum in religione, professio autem legitime emissa obligat: ideo dicunt, quod si fidelis conuersus intrauit, & nondum professus est, non est solum matrimonium prius, & sic alter coniugum conuersus de infidelitate poterit petere coniugem, si autem erat emissa professio dicunt, quod soluitur matrimonium, & non potest repeti qui religionem intrauit. Sed dicendum, quod non est verum, immo si manens in infidelitate requisitus est per alterum coniugum, vt conuerteretur, vel cohabitaret, & noluit, quo nolente conuersus transeat ad religionem, si postea conuertatur alter coniugum & repetat religiosum nondum professum, non tenebitur exire religionem, vt cohabitaret. Est tamen verum, quod poterit exire, & cohabitare, si voluerit: sed non compellitur, nam non solum petente coniuge, sed etiā sine vlla causa poterat libere, cum non est emissa professio, & tamen si noluerit, nō cogitur exire, & hoc est, quia cum iuste ponit religionem intrare nullo prohibente, nullus potest inde cogere exire. Cum autem obiiectur, quod nondum est obligatus intrare religionem ad aliquid, ideo res est integra, quia non est solum matrimonium, & ideo cogitur cohabitare, sicut in eo, quod nondum transeat ad aliud matrimonium. Dicendum, quod non est simile, quia per hoc, quod vnus coniugum fidelis factus requisitum alium infidelem, vt conuerteretur vel cohabitaret, & ille neutrum voluit, perdidit ius cohabitationis: & tamen quod conuertitur antequam alius coniux ad aliud matrimonium transeat, & est in habitu seculari est res integra, & non est ille indispotus cohabitare, ideo compellitur cohabitare ei, qui conuertitur, secus quando coniux, qui alterum requisitum transeat ad religionem, quia iam se indispotus ad cohabitationem coniugalem, ideo non tenetur retrocedere inuitus, sed potest spontaneus.

Solu. huius quoniam ponitur inf. q. 73.

Per introitum religionis non dissoluitur matrimonium, nec per professionem solum. Quæst. LXVII.

Et cum dicitur, quod nō est dissolutum matrimonium per introitum religionis, dicendum, quod nec per introitum neque per professionem dissoluitur matrimonium, nisi si aliquid aliud accedat, immo interdum si vnus coniugum altero ignorante, vel nesciente monasterium intrat, & proficitur, & postea repetitus ab altero coniuge, cogitur inde exire, & cohabitare alteri. extra de Conuers. coniug. capit. ad audientiam, & capit. placet. & ita per professionem non fuerat dissolutum matrimonium, quia alias non cogere tur repetitus ab altero coniuge redire ad seculum. Est tamen dicendum, quod etiam si per ingressum religionis vnus coniugum nō fuisset dissolutum matrimonium, cum alius conuerteretur, non poterat repetere eum, qui religionem fuit ingressus, quia qui religionem ingressus est duo habuit.

Primum est, quod tunc ingredi potuit, & nullus poterat prohibere.

prohibere, quia iste requisierat alterum coniugum infidelem, qui conuerti noluit neque cohabitare, & per hoc perdidit infidelis ius cohabitationis. & fidelis liberatus est a iure cohabitationis illius, tunc autem quando liber erat poterat religionem ingredi, & non poterat impedire istum ingressum alter coniugum, quia manebat in infidelitate, ideo liberè & licitè intrabat: secus si infidelis sciens, quod fidelis volebat ingredi religionem, conuerteretur ante introitum illius in religionem, quia tunc recuperaret ius cohabitandi ex cōcessione iuris, & posset impedire introitum religionis, ut dictum fuit supra. Et tamen si non fecit sic, non poterat impedire introitum manens infidelis, & sic licitè intrabat fidelis religionem.

Q. p. c. & 63.

Secundum erat, quod se indisposuit ad cohabitandum coniugi, nam religio si non possunt exercere actus cōiugales; his duobus coniunctis, cum iste licitè transeat ad illum statum, qui status repugnat matrimonio, & non potuit aliquis eum impedire, ne transeat, non poterit cogere ad exeundum. Et in hoc differt ab illo casu, in quo dicitur de transeundo ad alterum matrimonium: nam ibi perdidit infidelis ius cohabitandi, & tamen quia conuersus est re integra antequam coniugum transeat ad statum contrarium huic statui cōiugali subuenitur ei, & cogitur cōiugum cohabitare, sed cum transeat alter cōiugum ad religionem non est res integra, quia constituit se in tali statu, in quo manens non potest reddere debitum, vel exercere actus cōiugales, ergo non cogitur dimittere statum istum, & cohabitare coniugi conuerso.

Et cum dicitur, quod non fuit dissolutum matrimonium per introitum religionis, ideo possit cogi ad exeundum: nihil probatur, quia etiam si non dissoluitur matrimonium potest coniugum negare alteri cohabitationem. Sicut si alter coniugum fornicatur non dissoluitur matrimonium per fornicationem, & tñ qui non fornicatus est potest abijcere fornicatū a sua cohabitatione. Et sic est de ingressu religionis: nam regulare est, quod vnus coniugum non possit intrare religionem, vel accipere sacros ordines sine licentia vxoris certo modo. extra de conuer. coniug. c. coniugatus. & c. sane & vxoratus. Si tñ fornicatur vxor potest vir sine licentia eius ingredi religionem, & ipsa neque prohibere poterit ingredi, neque ingressum repetere. c. i. c. constitutus, & dato quod posset vxor impedire virum, ne ingrederetur religionem si fornicata non fuerat: si tamen fornicatur post ingressum illius non poterit repetere eum, c. i. c. veniens, & ita ad hoc, quod vnus coniugum intrat religionem altero inuito, & maneat in religione, quam intrauerit, non requiritur quod sit dissolutum matrimonium, sed quod alter eorum perdidit ius cohabitandi: sed hic perdidit infidelis ius cohabitandi, quia requisitus conuerti noluerat, & tunc quando vxor intravit religionem non poterat impedire, nec reclamare cum maneret infidelis, ergo licet post ingressum conuerteretur ante professionem, non potuit compellere vxorem ad exeundum cum iam non esset res integra, & ille perdidit ius cohabitandi.

Dña inter ingressum & professionem.

Sed hoc differt inter ingressum, & professionem, quia si non sit emissa professio, non potest quidem cogi vxor ad exeundum, sed potest libere exire, & cohabitare, quia ipsa nondum est quantum ad se ligata. Si autem emissa est professio, nec vir potest eam cogere ad exeundum, neque ipsa sponte exire potest, quia iam ligata est: sic erat si contractum esset matrimonium secundum, antequam conuerti de infidelitate conuerteretur, nam non poterat tunc ille repetere eam, nec illa ad eum redire, quia erat solum matrimonium in alleg. c. gau.

F Si mulier conuersa accepit virum alterum: deinde vir infidelis conuertatur, poterit accipere vxorem. si tamen ingreditur religionem non potest vxorari. *Quest. LXXIII.*

Sed differunt adhuc in his duobus casibus, quia si mulier conuersa transeat ad aliud matrimonium antequam vir conuertatur: poterit vir accipere aliam vxorem, cum solum sit matrimonium & non sit aliqua causa impediens: si autem mulier ad religionem transeat, siue sit professa, siue non, non poterit vir illa viuentē accipere aliam vxorem. Causa diuersitatis est, quia in primo casu solum est matrimonium, Et ideo potest virque ad alia vota transire, & transeat iam mulier; ideo nihil impedit virum quin transeat. In secundo casu secus est, quia non est matrimonium solum, ideo non licebit alteri coniugum transire ad alia vota. Nam est speciale in hoc, quia mulier religionem intrans licet ante professionem non sit obligata religioni & possit exire: si a viro tamen requiratur, ut cohabitaret, cogitur vel cohabitare, vel manere in religione: nam si ad seculum redierit tenebitur virum recipere: ideo ut vir possit deliberare quid facere debeat, tenebitur mulier statum vel infra datum sibi tempus a iudice deliberare an velit manere in religione, vel regredi ad virum: & illud quod deliberauerit tenebitur facere: si autem mulier noluerit recipere virum ad cohabitationem, neque et determinare se ad religionem, sed manere in seculo non permittetur, sed alterum eorum tenebitur facere, ut patet extra de conuer. p. u. c. mulier, & de diuor. c. quanto.

Et non est sicut in fornicatione corporali pro qua perdit fornicator ius cohabitationis: nam ibi si vxor conuertatur ad fidem, & postea conuertatur vir non tenebitur eum recipere ad cohabitationem si fornicatus fuerat: & patet hoc de diuor. cap. gaudemus. in si. vbi conuerso vno coniugum ad fidem si alter conuerti non vult neque cohabitare, potest transire alius ad alia vota: & etiam si cohabitare velit, dum tamen non conuertatur, perdit ius cohabitationis, quia non tenetur fidelis cohabitare infideli: & tamen si conuertitur recuperat ius cohabitationis. Vnde non solum non licet alteri coniugi iam transire ad alia vota, sed etiam cogitur cohabitare conuerso ad fidem, qui tamen iam perdidit ius cohabitationis cum conuertitur per hoc: quod non simul conuerti voluit cum vxore. Et non potest vxor obijcere ei, quod non vult cohabitare ei, vel non tenetur, quia ille iam perdidit ius cohabitationis. Nam dicitur ibi quod compellitur eum recipere: Additur nisi forte obijciat ei fornicationem: quia tunc non tenetur eum admittere. Sic colligitur etiam eod. tit. cap. de illa. & c. quanto. & ideo in fornicatione corporali poterit alter cōiugum non recipere alterum, quando conuertitur: & tamen non cogitur propter hoc intrare religionem, sed libere potest in seculo manere. In fornicatione spirituali, id est infidelitate distinguuntur sicut infra dicitur: & ita magis obstat fornicatio corporalis fornicatori quantum ad legē iugale quam fornicatio spiritualis, ut dicemus statim.

Quare est quod si alter coniugum conuertatur, altero manente in sua infidelitate, deinde cogitur eum recipere si conuertatur, antequam transeat ad alia vota. Quest. LXX.

Sed statim insurgit dubium cum conuertitur aliquis cōiugū ad fidē altero nolente conuerti, & p hoc perdat ius cohabitationis: quare cogit conuersus recipere alium, si conuertatur antequam iste transeat ad alia vota, cum post conuersionem vni maneat alius in fornicatione spirituali quae est infidelitas: & p fornicationem perditur ius cohabitationis in alleg. c. gaud. Dicendum quod fornicatio in presenti accipitur multiplex: est fornicatio

carnalis per commixtionem illegitimam. Est fornicatio infidelitatis, quae vno coniuge conuerso ad fidem, alius manet in infidelitate. Et est fornicatio apostasia, quae ambo coniuges sunt fideles, & alter eorum transeat ad haeresim, vel ad errorem paganissimi. Et in his quantum ad legem matrimonij non fit vno modo, sed reputatur grauior fornicatio carnalis, minus grauis fornicatio apostasia, & adhuc minus grauis fornicatio infidelitatis. Vnde fornicatio carnalis semper repellit a cohabitatione tam inter infideles, quam ad fidelem conuersos. Nam inter fideles si vnus coniugum fornicetur alius non tenetur ei cohabitare, de conuer. coniug. c. gaudemus. & hoc, nisi ambo fornicati essent, quia tunc paria delicta tolluntur compensatione quadam. de diuor. c. significasti. ita est si erant coniuges infideles, & alter eorum fornicatus est, & conuertuntur ambo, non tenebitur, qui non fornicatus est recipere fornicationem, siue simul, siue diuerso tpe conuertantur de diuor. c. gaud. De infidelitate apostasia sic dicitur, quod lapsio altero coniugum in haeresim, vel in errorem gentilitatis potest qui relinquitur cohabitare, sed si hoc non relinquitur (alias vitur) iure suo. Potest autem repellere alterum a sua cohabitatione, sed si repellat, aut hoc facit iudicio Ecclesie, aut propria auctoritate, si propria auctoritate cogitur redire ad virum si ille redierit ab haeresi, vel errore. de diuor. c. de illa. si autem iudicio Ecclesie separatur non cogitur redire ad virum, quae conuersus fuerit ille ab errore eod. c. de illa. & tamen si non vult redire ad virum tenebitur intrare religionem, & non poterit manere libere in seculo, etiam non transeundo ad alia vota. de conuerf. coniug. c. mulier in tex. & gl. De fornicatione infidelitatis dicitur, quod ista reputatur minor alijs. Vnde quoad manet alter coniugum in hac fornicatione, non tenetur alius cohabitare ei, & tamen cessante fornicatione, id est quae conuertitur ad fidem nihil impedit quin vnus alteri cohabitaret: nam si vnus conuertatur post alium tenetur prius conuersus recipere postea conuersum si non requisit eum de conuersione, quia illo non requisito, non poterat transire ad alia vota. Si autem requisit eum, & conuersus est, tenetur eum recipere, si autem noluit conuerti neque cohabitare, poterat qui conuersus est transire ad alia vota, & tamen si antequam ille transeat conuertatur alter coniugum, tenetur eum recipere ad cohabitationem. in alleg. c. gaud. & sic fornicatio infidelitatis non impedit, nisi quoad quis in illa manet, & non post, & in hoc est ista minor alijs duabus, quia aliae ambae post plenam emendationem repellunt a cohabitatione secundum modum supra positum, & ista non repellit post emendationem.

Quare fornicatio carnalis reputatur grauior alijs, scilicet apostasia, & infidelitatis. Quest. LXX.

Nunc queritur quare istud fiat, & quia fornicatio carnalis reputatur grauior ambabus, de illa dicemus in comparatione ad multas, & dicendum, quod ista magis repellit a cohabitatione quam alia duae. Primo quia ista infert speciale damnum, vel malum viro, quod non inferunt aliae, quia si vir cognosceret vxorem suam carnaliter postquam illa fornicata esset, non poterat mortua illa transeundo ad religionem promoueri ad ordines sacros, quia censetur bigamus 3. d. c. si laici. si autem non fornicaret mulier, poterat vir promoueri ad sacros, quia non incurrerat notam bigamiae etiam viuentē vxore, si illa det licentiam, poterit vir promoueri ad sacros cum illa continentiam vouerit. de conuerf. coniug. c. coniugatus.

Alph. Toft. In Primum Regum.

A Si autem vxor fornicetur, & vir non cognoscat eam post fornicationem, poterit ad sacros promoueri, & tanto facilius, quia iam non exigitur licentia illius, sed illa nolente poterit vir ordinari, vel intrare monasterium, & illa cogitur continere. de conuerf. coniug. c. constitutus. Fornicatio autem spiritualis non infert hoc damnum, quia est si vir cognoscat vxorem post fornicationem spirituales non efficitur bigamus, nec impeditur a promotione, ideo non compellitur recipere fornicatam carnaliter, & compellitur recipere fornicatam spiritualiter aliqui. Secundo quia per fornicationem carnalem corpus & anima polluitur, per spirituales autem sola anima, ideo aliquid grauius fit in carnali. Tertio quia cum carnalis fornicatio sit in crimine, magis displicet viro, qui corpus attendit, & non animam in femina, & femina quoque in viro suo, cum actus coniugales corpore, & non anima exercentur. Quarto propter maius scandalum, nam tam vir quam mulier magis scandalizantur de fornicatione corporali quam spirituali, & magis abhorret vir feminam fornicantem carnaliter, quam incidentem in haeresim, vel gentilitatem, vnde importabilis forte ei esset cohabitatio eius, non est autem sic de fornicatione spirituali, quia non tam dure coarctatur vir propter illam fornicationem, & ista est potissima causa, vnde generaliter repellit fornicatio carnaliter, spiritualis autem non generaliter, ut dictum est. Et ista est causa quare istum solum casum expressit dominus ad repellendum a cohabitatione, cum dicit, quod vir non dimittat vxorem, nisi propter solum fornicationem: Matth. 19. c. ista causa tanguntur per gl. de conuerf. coniug. c. mulier.

Fornicatio apostasia quare sit grauior quam infidelitatis. Quest. LXXI.

Nunc dicendum est de duabus alijs fornicationibus, quare fiat grauius in fornicatione apostasia quam infidelitatis. Et dicendum, quod in omnibus eis rationabiliter statutum est, nam fornicatio corporalis omnino a cohabitatione, & iure coniugali excludit proprio rationes supra positas, fornicatio autem apostasia non habet ius repellendi a cohabitatione, nisi in quantum est facta iudicio Ecclesie. Vnde si propria auctoritate mulier recessit a viro labente in haeresim, vel errore Gentilitatis, cogitur ad eum redire, quae ille fuerit emendatus. Et ratio est, quia ex parte mulieris, & viri concurrunt causa ad hoc, ex parte mulieris, quia ipsa non habuit ius recedendi a viro cum non potuerit propria auctoritate diuortium facere, & quod iniuste factum est, reuocari debet: ex parte viri concurrunt, quod ille emendatus est quae redit ad fidem, & ita iam non manet aliquod scandalum, vel malum in viro, quae displiceat vxori, & est ratio, id succurritur ei, ut restituatur ad ius cohabitationis, quia non fuerat iuste spoliatus, sed in fornicatione carnali non fiet istud: nam si vir diuerterit a muliere, negando reditionem debiti, propria auctoritate propter fornicationem, non cogetur cohabitare ei, sed est sententia Ecclesie approbabit diuortium si persistit de fornicatione, & tñ interim dum pedit iudicium de fornicatione, si vxor spoliata petit se restituere, & vir non obijcit, nisi fornicationem, & maxime si non habet probationes incontinenti paratas, restituatur femina quo ad thorum, & cohabitationem, iniungendo viro, quod debitum reddat, quae si non reddat excōdicabit. Et tñ si vir nouit vxoris fornicationem, & vult non iudicare sibi, potius debet sustinere excōcacionis iniuriam quam debuit reddere, quod autem de fornicatione, absoluerit ab illa sententia quam constat per ignorantiam veri contra eum esse latam argumento eorum, quae dicuntur extra de resti. spoli. c. literas, & de sen. excōm. c. inquisitioni.

Quare Chrs expi sit coniuges soli repellit a cohabitatione propter solum fornicationem.

Vir potest excōcari, si non reddat debitum vxori.

O 2 Sed

Sed est in hoc considerandum, qd si pendente iudicio de fornicatione, nondum probata, & restituta vxore per sententiam Ecclesie vir commisceatur vxori carnaliter prauidicat sibi in aliquo, & in aliquo non: nam si inuenitur vxorem fornicatam, pronuntiabit diuortium & abfoluetur vira cohabitatione, neque prauidicabitur ei per carnalem copulam reddendo debitum, quia hoc non fecit volens, sed compulsus mandatis Ecclesie: scilicet si ipse peteret debitum, quia per hoc renunciaret exceptioni fornicationis, & reconciliaret sibi vxorem: prauidicat tamen vir sibi quantum ad legem promotionis, quia etiam si ex mandato Ecclesie reddat debitum vxori fornicatae incurrit bigamiam, & iam non potest promoueri. 34. dist. cap. si laici, & ecclesia non potest sibi succurrere in hoc, quia non potest dispensare in his, quae inducunt defectum sacramenti, vel significationis, & ideo si habet animum ascendendi aliquando ad ordines sacros, & nouit fornicationem vxoris: potius debet sustinere sententiam excommunicationis quam commiseri ei iuxta illud c. literas. & cum constituit de fornicatione abfoluetur vir ab vtroque tam ab excommunicatione quam cohabitatione.

Vxor haeretici quomodo potest separari ab haeretico, & intrare religionem, & an postea viro reconciliato possit eam re- petere, nondum professam. Qu. est. LXXII.

SI autem diuortium factum est auctoritate Ecclesie lapsio viro in haeresim, vel errorem gentilitatis, & vir emendatus redit postea ad fidem ex parte viri est aliquid, vt restitui debeat, sed ex parte mulieris est aliquid, vt non debeat restitui. Nam quia vir emendatus est, non manet scandalum aliquod, aut aliqd, quod in viro displicere possit vxori, cum ille error fuerit solus ex parte animae, ideo deberet restitui. Sed obstat, quod est ex parte vxoris. scilicet quia iuste recessit cum iudicio Ecclesie recesserit, quod autem iuste factum est non est reuocandum, ideo est haec via, si quis vir redit de haeresi mulier iam intrauerat religionem, siue sit professa, siue non, nequaquam poterit vir quicquam petere contra eam, & tñ si non sit professa religionem, & vult redire ad seculum cogitur ad virum redire. Si autem nondum intrauerat, aut non vult intrare, aut vult, si vult intrare non poterit vir eam impedire, & tamen tenebitur profiteri, vel ad virum redire: si autem non vult intrare religionem cogitur cohabitare viro, sic colligitur de conuer. coniug. cap. mulier. Sed in fornicatione corporali, nec cogitur non fornicatus recipere vxorem fornicatam, nec religionem intrare, & ista est differentia, & ratio praedictorum est, quia quando Ecclesia fecit diuortium inter mulierem, & virum lapsum in haeresim, non dedit sibi licentiam manendi absolute sine viro, sed transeundi ad religionem, vel redeundi ad virum si rediret, ita enim intelligebatur, ideo redeunte viro cogitur mulier alterum istorum eligere.

Est autem adhuc minor fornicatio infidelitatis, quia illa non nocet, nisi quamdiu manet, cum autem emendatur quis de illa non potest repelli. Vnde conuerso altero coniuge ad fidem, & alio manente in infidelitate non tenetur fidelis cohabitare infideli, si autem conuertatur statim tenetur ei cohabitare, nisi iam transiisset ad alia vota in casu permissio, vt extra de diuort. cap. gau. Ratio diuersitatis inter istas duas fornicationes spirituales est. Prima est, quia fornicatio apostasie nunquam est sine nouo crimine, & valde graui. nam quod fidelis labatur in haeresim, vel in errorem Gentilitatis est grauissimum peccatum, quod aut qui infidelis natus est non conuertatur p hoc, vel illo

Dña fornicationu spiritua- lum.

tempore, aut non est peccatum, aut saltem non est de nouo peccatum, & ideo aliter iudicabitur in apostasia, aliter in infidelitate. Secunda est, quia etiam si delictum sit, non potest illud obijcere alter coniugum alteri, quia sunt ambo nati infideles, & fuerunt longo tpe infideles, & si fornicatio debet vocari erit in vtroque, & tamen qñ vterque coniugum fornicatur non potest vnus obijcere alteri fornicationem, quia paria delicta quadam compensatione tolluntur de diuor. c. significasti. Nec obstat si vnus conuersus est ad fidem ante alium, quia hoc est prius de fornicatione emendari: & tamen hoc licet faciat aliquid quantum ad Deum ad delictum esse grauius, vel leuius: tamen quantum ad vim repellendi a cohabitatione nihil mutat vel addit. sicut in fornicatione carnali si vnus coniugum fornicatus est semel tantum, & alius decies millies aequaliter potest vnus alterum, & alius alterum accusare: siue quantum ad penam criminis, siue ad diuortium faciendum inter eos: ergo idem erit de fornicatione spirituali. Tertia est quia licet aliqua sit vera fornicatio non habet vim repellendi, nisi reputetur fornicatio inter eos, quibus ex ea debet competere ius excipiendi. sicut in fornicatione corporali facta inter infideles si vir repudiet vxorem accipiens aliam, & illa alii accipiat vterque vere fornicatur, vt dixit Christus Matth. 19. & tamen non reputatur inter infideles istud fornicatio, sed legitima copula facta auctoritate legis suae, ideo qñ conuertitur ad fidem, neuter potest alteri obijcere istam fornicationem. de diuor. c. gaud. in fine. Sic est & a fortiori de fornicatione spirituali, quae est infidelitas: nam licet sit fornicatio spiritualis non reputatur ab ipsis infidelibus fornicatio: immo bonus status, & salutaris, ideo de hac fornicatione infidelitatis neuter potest alteri obijcere: & istae rationes sunt non in fauorem fidei, sed etiam de rigore iuris.

Quarta est in fauorem fidei nam si infideli, qñ vult conuerti non daretur vxor prius conuersa, vel e contra retraherentur per haec a conuersione, sed iura debent tollere offendicula conuersionis, ergo debet coniux conuersus ad fidem recipere alterum coniugem quam docunque conuertatur ad fidem, nisi iam transierit ipse ad alia vota ex aliqua de causis iuris, vt statuit in alle. c. gau. & ibi redditur causa. scilicet in fauore praesertim fidei, & Christianae religionis, a cuius perceptione per vxores se deserere timentes viri possunt facilius reuocari: fideles hmoi matrimonialiter copulati libere possunt, & licite remanere. Et sic apparet ex praedictis, quae sit differentia inter has tres fornicationes. scilicet carnalis repellit a cohabitatione tam fornicantem perseuerantem, qñ etiam plene emendatum: & hoc in oĩ casu. fornicatio autem apostasie repellit fornicatum non emendatum, & etiam emendatum repellit in aliquo casu, scilicet quando facta est iudicio Ecclesie separatio, & vult transire ad religionem, qui mansit in fide: fornicatio autem infidelitatis solum repellit fornicantem & non emendatum.

Soluit quaestionem 66. de mente propria postquam confutauit primam opinionem. Qu. est. LXXIII.

REDEAMVS nunc ad id quod supra dicebamus, scilicet si mulier transiit ad religionem, & nondum professa est, quando vir suus de infidelitate reuertitur, an possit eam repetere. Et dicendum quod non, sicut supra diximus, siue. n. viro manente in infidelitate requisito, vt conuertatur siue non requisito, si mulier quaerit transire ad religionem est si non sit professa, non tenetur redire ad virum, quod conuertitur. & tñ si vult ad seculum redire, tenetur cohabitare viro conuerso. Cñ aut obijciatur de professione, quod

In q. 66.

Ad contra- rium.

quod per illam firmatur religio, ideo quod mulier, quae non est professa debeat exire, & cohabitare viro, non tenet ratio: nam istud est si peteremus, an posset cohabitare voluntarie, nam non professa potest libere exire, & professa non potest, sed non probat quantum ad hoc, quod est cogi cohabitare viro: nam in hoc alia qua est professa, quae cogitur cohabitare, & aliqua est non professa quae non cogitur cohabitare, cum professio non liget, nisi profitentem, & non possit esse in prauidicium alicuius alterius. Istud patet si mulier fornicetur vir poterit intrare religionem, vel accipere ordines sacros, & etiam si vxor repetat eum ante introitum, vel professionem, aut promotionem non auditur extra de conuers. coniug. c. constitutus, si tamen alter coniugum altero ignorante, vel non habita legitima licentia religionem intret, & profiteatur cohabitante eum altero coniuge cogitur redire ad cohabitationem, de conuers. coniug. c. placet: non enim potuit hic professio, & votum continentiae solemnizatum nocere alteri coniugi qui non consentit, sed ipsum volentem ligauit, ideo defuncta vxore vir ille, qui sic professus fuerat, & ad seculum petente vxore redierat, tenetur reuerti ad monasterium, & continentiam seruare eod. c. placet: & c. ex parte abbaris. Et ideo quum ad hoc, quod alter coniugum reperat alterum religionem ingressum, & ille teneatur exire, & cohabitare non attenditur, an professio sit emissa, vel non, sed solum, an qui intrauit religionem intrare potuit, vel non: nam si potuit, siue sit professa, siue non, non poterit eum repetere alter coniux. Si autem non potuit licite intrare non differt, an professio emissa sit, vel non, quia petente alio reuocabitur, sed in proposito sic est, quod quocumque modo infidelis conuersus ad fidem intret religionem manente altero coniuge in infidelitate, licite intrat, ergo siue professio sit emissa, siue non, non reuocabitur, patet: nam si vnus coniugum conuertatur, & alter non est si non requiratur vt conuertatur, non habet ius cohabitandi cum infideli qñ infidelis est, si fidelis hoc non consenserit, ergo qñ potest fidelis coniux repellere infidelem potest eo inuito intrare religionem, & si ingressus est licitus non est aliqua causa, vt reuocari possit, a fortiori autem si alter coniux ad fidem transiens requisitum alium, vt conuerteretur, & ille noluit, & post hoc alius intrauit religionem, ideo si conuertatur alius postquam iste religionem intret non poterit istum repetere, ideo siue profiteatur, siue non huiusmodi conuersus, non poterit alter, quando conuersus fuerit ad fidem, repetere eum.

Quando nouiter conuersus repetit iam prius conuersum, quid agendum sit. Qu. est. LXXIIII.

SED differentia ista est, qñ vnus coniugum nouiter conuersus repetit alium coniugem iam prius conuersum, aut ille transiit ad aliud matrimonium ac ingressus est religionem, & professus est, aut non professus est, sed solum ingressus, aut nihil istorum fecit, sed manet liber in seculo. In primo casu, nec nouiter conuersus potest repetere coniugem, nec ille potest ad cohabitandum redire, quia dissolutum est matrimonium primum, & celebratum legitime & fm. In secundo casu etiam non potest nouiter conuersus alium repetere, neque alius ad ipsum redire. Non quasi sit dissolutum matrimonium, sed quia legitime intrauit religionem qui intrauit, & astrinxit se ei per professionem, & iam non potest reuerti ad seculum. Non est autem verum, quod per religionis professionem, vel per susceptionem sacri ordinis soluat matrimonium, quia si solueretur non cogitur alter coniugum qui religionem professus est altero ignorante, redire ad se. Alph. Toft. In Primum Regum,

culum, & tamen cogitur extra de conuers. coniug. c. placet. Sed dicit aliquis, quod in isto casu non tenetur professio, ideo retrocatur, si autem tenuisset non reuocaretur, & saluaretur matrimonium. Dicendum, quod falsum est, quia ibi professio obligauit professionem facientem. Vnde ille tenetur seruare continentiam: nam si vxor eum repetit, tenetur ei reddere debitum, sed non potest petere, & illa mortua, tenetur castitate seruare, & non licet ei transire ad alia vota eod. c. placet. Verum est tamen, quod professio non tenetur tollit, sicut votum solemnizatum, sed tenetur votum simplex de continentia emissum, ideo mortua vxore, tenetur iste continentiam seruare, sed non tenetur intrare monasterium eod. tit. ca. quidam, & tñ si professio tenuit in modum professionis iam si per professionem efficiatur quis religiosus determinati ordinis, tenetur saltem mortua vxore ingredi illum ordinem, sicut tenetur continentiam seruare. Adhuc amplius apparet, quia in casu, in quo tenetur professio corporaliter non dissoluit matrimonium, vt si fornicata fuit vxor, licet ea inuita viro intrare religionem, vel promoueri ad sacros, & non potest ipsa impedire de conuers. coniug. c. constitutus. quod professio teneat patet, quia non potest ibi vxor virum repetere ingressum, vel impedire ne introeat, & tamen ibi non dissoluitur matrimonium, sed tenetur, quod patet, quia si dissolueretur liceret vxori transire ad alia vota viro professio religionem, vel promotio ad sacros, quia non est aliquid, quod impediatur contrahere, & tamen falsum est, quod talis vxor teneatur ad continentiam perpetuam seruandam, immo detruditur in monasterium eod. tit. ca. gau. vbi omnes mulieres adulterae si non voluerit eas viri sui sibi reconciliare, retruduntur in monasterium ad agendam perpetuam penitentiam, ergo non soluitur matrimonium per sacrum ordinem susceptum neque per religionis professionem. Et ob hoc dicendum est, quod in casu praedicto fidelis conuersus intret religionem, & profiteatur, & tunc si alter coniux de infidelitate conuertatur, non poterit qui conuertitur de nouo ad aliud matrimonium transire, quia adhuc primum matrimonium tenet cum non sit dissolutum per professionem, & existente matrimonio inter aliquas personas non potest aliqua earum cum alia transire. In tertio casu, si quis vnus coniugum iam intrauerat religionem, quod alius conuersus est, licet non professus fuerat, non potest repetere illum, vt ad cohabitandum redeat, qui tamen intrauit religionem potest ad cohabitandum redire. In quarto casu dicendum, quod primo conuersus compellitur ad recipiendum de nouo conuersum ad cohabitationem, cum non sit aliquid, quod impediatur, aut quod obijci possit de nouo conuerso ad repellendum eum a cohabitatione de diuor. capi. gaudeamus. Cum autem conuertitur ad fidem alter infidelium coniugum manente alio in infidelitate in electione conuersi est, an velit cohabitare infideli, vel non, si vult habitare, licite habitabit, si vult diuertere ab eo, licite recedet, & non poterit reclamare infidelis, vt cogatur sibi cohabitare conuersus.

Vtrum fidelis possit cohabitare infideli. Et an si fidelis viderit obstinatam vxorem, & perseuerantem in infidelitate, seu fornicatione carnali reueatur, & obligetur eam dimittere, aut peccet mortaliter manendo cum illa. Qu. est. LXXV.

CIRCA primum, quod fidelis possit cohabitare infideli, dubitatur a quibusdam. Et primo, quia fidelis non potest contrahere cum infideli, & e contrario. C. de Iuda. & reli. l. ne quis Christianam, & tamen vnus conuersorum est iam Christianus, ergo non poterit cohabitare infideli.

Secundo, quia ideo vetatur fidelibus contrahere cum infidelibus ne peruerantur, sed fidelis nunc manens cum infideli poterit perueri, & tanto facilius, quanto magis nouus in fide est, ergo non licebit cohabitare.

Tertio quia dicitur 28. quæstio. 1. Iudæi, non potest infidelis in eius permanere coniunctione, quæ iam translata est in fidem Christianam, ergo non licebit infideli conuerso cohabitare infideli.

Quarto, quia qui conuertitur iam est fidelis, sed non licet fidelibus coniungi, circa quartum gradum consanguinitatis: extra de consanguinitat. & affinitat. capitulo non debet. infideles tamen coguntur in gradibus istis, ergo non licebit infideli in tali matrimonio permanere.

Quinto, quia infideles accipiunt plures uxores, quod nobis non licet, ideo infidelis multas habens conuersus non poterit manere in earum cohabitatione.

Sexto, quia infideles contrahunt cum repudiatis ab alijs, nobis autem neutrum licet, ergo si conuertitur infidelis non licebit ei manere in tali coniugio.

Dicens, quod licitum est infideli manere, cum infideli in matrimonio illo, quod inter eos contractum est quando ambo erant infideles, & ratio est: actus matrimonialis non est illicitus, sed inter infideles est verum matrimonium, extra de diuor. cap. quanto, ergo qui contraxerunt matrimonium in infidelitate, quamdiu illud manserit poterunt licite commisceri, sed per conuersionem alterius ad fidem non soluitur matrimonium, ergo licite cohabitant, & commiscetur carnaliter: istam indissolubilitatem significauit Christus Matth. decimo nono dicens, quos Deus coniunxit homo non separet, & quod homo non recedat ab uxore propter aliam causam, nisi propter fornicationem.

Secundo idem patet, quia extra de consanguinit. & affinita. capitu. de infidelibus dicitur, quod matrimonium contractum inter infideles permanet etiam inter ipsos fideles factos, quia baptismus non tollit conjugia, sed crimina: de diuor. cap. gau. ergo conuerso vno ad fidem, & altero adhuc manente in infidelitate erit matrimonium, & licebit infideli commisceri infideli, quia coniux est.

Tertio quia Apostolus consulit hoc, prima Corinthio. 7. quod si vir fidelis habet uxorem infidelē non dimittat eam, & similiter si vxor habet virum infidelē non recedat ab eo, ergo licitum est infideli manere cum coniuge infideli.

Sed dicit circa hoc Beatus Thom. quod non soluitur matrimonium per conuersionem vnus coniugis, manente alio coniuge in infidelitate, ideo non licet conuerso transire ad alia vota, tamen manente vinculo interdum vnus coniugum potest alium repellere a cohabitatione, sicut est in fornicatione, quæ currit pari passu cum infidelitate: si ambo sunt contra bonū prolis. Vnde sicut vir hēt in potestate dimittēdū adulterā, vel cohabitādū ei, ita conuersus ad fidē hēt in p̄tate cohabitādū infideli, vel dimittēdū: p̄t. n. uir innocens libere cum adultera remanere, spe correctionis: non autem si in adulterij peccato fuerit obstinata, ne videatur patronus turpitudinis, quamuis etiā cum spe correctionis possit eam libere dimittere: similiter fidelis conuersus potest libere cum infideli manere, cum spe conuersionis, si eam obstinatam non viderit in infidelitate, & benefacit commanendo: tamen nō tenetur commanere, in quo inuinitur, quod si viderit eam in infidelitate obstinatam, non debet manere cum illa.

Opinio D. Thomæ circa superiora expenditur. Quæst. LXXVI.

DICTA autē huius beati Doctoris vera sunt cum limitatione si bene intelligantur. Cum primum dicit non solum matrimonium inter infideles conuerso altero ad fidem verum est, sicut iam probauimus: cū verò dicit, quod manente vinculo matrimoniali interdum non admittitur vnus coniugum ad cohabitationem sicut in fornicatione corporali, etiam verum est: cum autem fit comparatio de adulterio & infidelitate quantum ad cohabitationem, est verum, sed cū dixit quod innocens potest cohabitare mulieri fornicatæ cum spe correctionis est verum, vnde siue vxor sit emendata siue non, & tamen de sua emendatione speret, p̄t licite cohabitare illi vir: & tamen si vult non solum nondum emendatam, & de qua speratur emendare p̄t abijcere, sed etiam eam, quæ perfectè emendata est, quia in nullo casu cogitur habitare adulteratæ p̄ rōnes supradictas: & tamen ad officium prelatorum pertinet diligēter admonere & rogare maritos talium mulierum iam emendarum, vt eas ad cohabitationem recipiant, sic patet extra de conuer. coniug. cap. gaudemus. si autem mariti nolunt eis recōciliari debent illæ retrudi in monasterium ad penitētiā perpetuam agendam. eod. cap. Si autem non speratur de emendatione vxoris fornicariæ, dicit q̄ non debet vir manere cum ea, ideo debet non manere ne videatur patronus turpitudinis. Sed de hoc dicendum q̄ nō est sic intelligendum q̄ vir teneatur dimittere vxorē, si non emendatur de fornicatione: nam non tenetur vir recedere ab vxore dando ei diuortium, nō solum si non emendatur, immo etiam si fiat publica meretrix. Et hoc patet primo, quia si vir teneatur dimittere talem vxorem, ergo peccaret mortaliter manendo cum ea, quod est absurdum, quia illa est coniux & cum coniuge licitus est actus commixtionis, ideo nunquam peccabit per hoc q̄ ei miscetur: & tamen mixtio coniugalis habet cohabitationem, ergo non peccat cohabitando, & sic non tenetur eam abijcere a cohabitatione. Secundo quia si teneatur talem coniugem dimittere, teneatur absolute ad continentiam; hoc est falsum, quia continentia nunquam est nisi ex voto, vel peccato, & nūquam ex p̄cepto: de voto patet sicut in religiosis, & promotis ad sacros ordines, de peccato patet sicut in mulieribus adulteris, quas viri non volunt sibi reconciliare; nam tenentur ad penitētiā perpetuam agendam & continentiam seruandam in monasterijs, de Conuer. coniug. c. gaudemus. sed iste vir non peccauit, quia non adulteratus est, ergo non tenetur ad continentiam seruandam, & tamen tenetur ad illam, si teneatur dimittere vxorem: ergo nō tenetur illam dimittere quantumcunque fornicetur, vel efficiatur publica meretrix.

quæst. 72.

Vir nō tenetur seu obligatur dimittere vxorem et si fiat publica meretrix nec dare ei diuortium aut eam accusare ad adulterio contra S. Tho.

Nullus cogitur continere nisi ex voto aut ex delicto.

Rationes diui Thomæ de abijcienda adultera tolluntur. Quæst. LXXVII.

SE non obijciatur, quod teneatur eam dimittere, quia si tenet eam est patronus turpitudinis, & hoc est peccatum: extra de iureiur. c. quemadmodum, & dicit hoc Chriostomus super Matth. & habetur 32. q. 1. c. sicut. l. Sicut crudelis & iniquus est, qui causam dimittit, ita fatuus & iniquus est, qui retinet meretricem: patronus enim turpitudinis est, qui celat crimē vxoris: ideo penitētiam retinendo, quia iniquitas peccatū est: ergo si est iniquus retinendo peccat retinendo. Item patet extra de adul. c. si vir. l. Si vir sciens vxorem suam deliquisse, quæ nō egerit

egerit penitentiam, sed permanet in fornicatione, & vixerit cū illa reus erit, & eius peccati particeps, sed non potest non viuere cum ea, nisi abijciendo, ergo tenetur repellere a cohabitatione. Dicendum sicut supra, quod vir non tenetur vxorem abijcere quantumcunque fir adultera, etiam si fiat meretrix, quia sibi in hoc preiudicaret, vt dictum est, & tamen nemo tenetur sibi preiudicare. Et patet hoc clarius, quia si abijcere deberet, hoc esset per Ecclesie sententiam: nam p̄pria auctoritate non licet coniugi abijcere coniugem extra de diuor. cap. significasti, & cap. de illa ad sententiam præcedit accusatio, ergo teneatur vir accusare vxorem ad diuortium faciendum, & tamen non est verum, quod vir teneatur accusare vxorem adulterā, quia si teneatur accusare iuramentum præstitum de non accusando vxorē super adulterio, non posset seruari, sine interitu salutis, & ita non obstante prædicto iuramento teneatur accusare. Sed falsum est, quia qui sic iurauit melius facit nō accusando, quam accusando, vt dicitur de iureiur. cap. quemadmodum, ergo non est necessarium, quod vir accuset vxorem fornicariam de adulterio, & ita non est necessarium, quod abijciat.

Vir q̄ tenetur accusare vxorem de adulterio.

Q̄nto intelligitur fatuus, & iniquus est q̄ retinet meretricem.

Ad illud de dicto Chriostomi in capitu. sicut crudelis. Dicendum, quod fatuus est, qui retinet meretricem, & iniquus, si ipse præstat patricium adulterio. nam ita intelligunt aliqui, & ad hoc adiuvat, q̄ addit̄ ibi, s. patronus est turpitudinis, qui celat crimē vxoris: nam celare in malam significationem accipit, quod est operire, vt non sciatur, sic accipit ibi glo. dicēs, quod verbum celat, vitium notat, aliud est enim celare, aliud non indicare. ff. de furtis. l. qui vas. §. primo. Etiam adiuvat ad hoc, q̄ ibi dicitur, patronus est autem turpitudinis, qui causam directe præstat ad faciendum turpe, & sic intelligitur, q̄ maritus erat le non occultando vitium vxoris, s. occulte tradendo eā alijs cognoscendam, vel saltem consentiendo, q̄ ipsa se alijs traderet pro questu, & hoc operiendo, vt non infamaretur, & in hoc sensu certum est, quod fatuus est circa se, & iniquus circa Deum qui taliter se habet ad vxorem. Alio modo potest accipi, quod vir non det operam, vt fornicetur mulier tradendo eam fornicatori, vel consentiendo, quod ipsa se tradat alicui, sed solum, quod nō conatur ad correctionem ipsius verbo, vel opere per se, vel per alios, & tunc etiam verum est, quod est iniquus, quia cum ad eum spectet correctio eius, si cōtemnit, peccat, & iniquus est, & iste sensus magis cōuenit illi literæ, s. fatuus, & iniquus est, qui retinet meretricem: nam non facit iste nisi retinere eam, & tamen quantum ad primum sensum nō solum iste retinet, sed potius ipse efficit eam meretricem, ideo dicendum, quod sic intelliguntur verba illa, & sic faciendo peccat vir. Primo quia vxor est subdita viro, & ad ipsum pertinet eam corrigere verbo, & opere moderate. Si autem hoc contemnat vir, siue sit fornicatio occulta, siue manifesta peccat, & hoc si comode illud facere potest, s. quod non timeat mortem, vel graue damnum ex tali correctione: nam nō se tenetur exponere talibus potissime periculo vitæ. Secundo peccat in quantum vxor est proxima, & tenemur proximis ad correctionem fraternam, s. si peccauerit proximus inter te, & ipsum Mat. 18. cap.

Secunda ratio D. Tho. soluitur. Quæst. LXXVIII.

AD aliud d. c. si vir extra, de adult. dicendum, q̄ videtur aliquo modo magis virgere cum dicatur, si vir sciens vxorem suam deliquisse, quæ non egerit penitentiam, sed permanet in fornicatione, & vixerit cum

Alph. Tost. In Primum Regum.

illa, reus erit, & eius peccati particeps, & tamen dicēdū q̄ non ex hoc cogitur vir dimittere vxorem. Et pro hoc sciendum, q̄ aut fornicatio vxoris est nota viro, aut non, sed ignorat eam: vel suspicatur, & non scit veritatem. Si ignorat vel suspicatur, nō tenetur ad aliqd, quia neque ad admonitionem fraternam, cum de peccato non cōstet ei. Si autem vir nouit fornicationem vxoris, aut est ita manifesta, q̄ potest eam probare iudicialiter, aut non: si non est tam nota non potest eam a se abijcere, nec debet: quia non licet sine iudicio Ecclesie celebrari diuortium, & si vir ab ea discederet, & illa repereret eum, cogere iudicio Ecclesie recipere eam, quouiq; probaret fornicationem extra de restitu. spol. c. literas. Si autem potest probare fornicationem poterit eam accusare, & fiet diuortium, nec cogetur vir eam recipere de conuer. coniug. c. constitutus. & cap. gaudemus. & tamen non tenetur vir accusare: sed est distinguendum, q̄ aut mulier se corrigat de fornicatione aut non: si se corrigit, non solum vir non tenetur eam accusare, sed neque etiam est necessesse denunciare, vel admonere, sed poterit licite retinere, immo bene & meritorie facit retinēdo: sic dicitur in alleg. c. si vir, q̄ si mulier egerit penitentiam, & voluerit ad virum suum reuerti, debet recipere peccatricē, vt 32. q. 1. c. de benedictio. & idem dicit Aug. in epistola ad Pollentium, & habetur 32. q. 1. c. quod autem, & c. non erit. Si autem non emendatur, aut est ipse emendationis, aut non: si est ipse licitum est tolerare patienter sub spe, si aut non est ipse, aut saltem est perseverantia in fornicatione, tenetur vir eam moderate corrigere & admonere, & tenetur eam denunciare Ecclesie, sicut correctionem fraternam, q̄ si nō facit, peccat mortaliter, vt dicitur in alleg. c. si vir. in gl. Sed dicendum, q̄ non tenetur eam accusare ad diuortium faciendum. Ratio diuersitatis est, quia hoc quod est corrigere, & admonere, vir p̄t facere sine præiudicio sui, & illud tenetur facere, nam alias cum ipse possit occurrere huic malo, & non faciat, non caret scrupulo societatis occultæ. De accusatione quantum ad diuortium locus est, quia in hoc vir præiudicat sibi, nam per diuortium non desinunt esse coniuges, de diuor. cap. quæsiuit. & ita vir viuente illa nō poterit accipere aliam, vnde cogetur continere, sed nullus cogitur continere, nisi ex voto, vel ex delicto, & hic neutrum est, ergo non tenetur iste accusare vxorem ad diuortium.

Sed adhuc obijciatur quia, 32. quæst. 1. c. si quis vxorem, dicitur q̄ qui inuenit mulierem suā esse adulteram, & commixtus fuerit cum ea, quando non poenituit de crimine, poenitebit vir per duos annos, & in alio. c. si quis vxorem, dicitur quod qui nō vult dimittere adulteram vxorem poenitebit per tres annos, sed non imponitur penitentia nisi pro peccato, ergo peccat qui cognoscit mulierem adulteram, tenebitur igitur dimittere eam.

Replicatio p̄ opt. S. Th. Th. reno uetur.

Dicendum, quod intelligunt aliqui ista. ca. duo, de muliere adultera, cuius adulterium per sententiam effectum est notorium, nam tunc pronunciat diuortium, & si tunc post sententiam cognoscat eam vir, dicunt, quod debet penitere, & ita iudicatur peccatum, quia videtur aliquo modo approbare adulterium illi redeundo ad illam. Alio modo potest dici ad ista iura, & omnia illa, quæ dicunt, quod sit vir patronus turpitudinis, qui retinet talem vxorem, & quæ ostendunt eum peccare, quod intelliguntur, quando vir nō corrigit feminam, & admonet quantum est in se siue ad denunciandum eam Ecclesie non ad diuortium, sed ad penitentiam agendam, nam quando ista non faciēs retinet eam recte creditur consentire peccato, cum non detestetur illud q̄tum potest, nā non caret scrupulo societatis occultæ, qui ei facinori eni p̄t, desinit obuiare.

O 4 uiare.

niare.De homici,c.sicut dignum. postquam autem iste egit quantum potuit non imputatur sibi aliquid ad culpam, q̄ autem eam accuset non est necesse cū sibi p̄ hoc vir p̄iudicet, iō tenetur adulteriū vxoris denunciare Ecclesiā ad hoc, q̄ cogatur agere penitentiam: non aut̄ tenetur accusare ad diuortium faciendum, sic colligitur de iure iuran. c. quemadmodum in textu, & glosa. Maxime quia vir iste non agit, vt adulterium approbet vxoris, nec vt misereat illi, sed vt sibij p̄ non p̄iudicet, & tñ si vir veller in hoc casu accusare vxorem ad diuortium, & ipse posset continere, melius ageret quam cum illa manere.

Impugnatio alterius dicti s. Tho. Quest. LXXIX.

DICEBAT vterius beatus Thomas, quod fidelis conuersus potest manere cum infideli cum spe conuersionis, si non viderit eam obstinatam in infidelitate, & benefacit, tamen non tenetur.

Est verum, q̄ fidelis vir, vel vxor conuersus ad fidē potest manere cum infideli coniuge, quia matrimonium nō est dissolutum, ideo actus commixtionis est licitus inter eos, & non solum est licitum sic manere, sed ē et meritorium si fidelis agat eo animo, vt per continuam quotidianamq; assuetudinem ducat infidelem coniugem ad fidem, & ita Apostolus cōsultat. 1. Corinth. 7. q̄ fidelis non discederet; & tñ consiliū est de potioribus bonis: maius ergo est & melius manere cum cōiuge infideli, quam recedere, & dat ibi causam Apostolus, quia per virum fidelem sanctificatur mulier infidelis, & per mulierem fidelem sanctificatur vir infidelis, i. poterit ad fidem conuerti, quod est fieri sanctum.

Cum aut̄ dicit, q̄ non tenetur fidelis manere cum infideli verū est, vt postea dicitur, sed melius est manere, q̄ non manere. Sed cum dicit, q̄ bonum est manere, si est spes de conuersione innuit, q̄ malum est manere si credatur mulier obstinata in infidelitate, & q̄ non licet. Sed nō est sic intelligendum; nam quantumcunq; sit vnus coniugum in infidelitate obstinatus licitum est alteri cohabitare illi, & patet primo, q̄a matrimonium nō est dissolutum inter istos, sed q̄ diu aliqui sunt coniuges est semper actus commixtionis licitus inter eos, ergo licitē isti manent.

Secundo quia nullo iure vetatur, q̄ coniuges cohabitent quorum vnus fidelis factus est, & alter manet infidelis, ergo licitum est cohabitare.

Tertio patet, quia si teneretur fidelis recedere ab infideli cogeret seruare continentia q̄ diu alius viuere, cū sint legitimi coniuges, vt colligit de diuor. c. gaudeamus, sed nullus debet astringi ad seruandū continentiam, vt dictū est, ergo non coget fidelis dimittere infidelē. Sed est dicendū, q̄ qñ nulla spes est de conuersione infidelis, melius est recedere q̄ manere, & hoc maxime, qñ infidelis conat̄ subuertere fidelē trahēdo ad infidelitatē, quia p̄ tale periculū est tutius nō cohabitare, ideo est melius: non tñ p̄ hoc fit illicitū, q̄ cohabitet fidelis infideli, cum iure suo viatur.

Ad rationes positas. q. 75. Quest. LXXIX.

SVPOSITIS his rēdebimus ad rationes in contrariū: erat prima, q̄ fidelis non possit hēre coniugem infidelē. Dicendū, q̄ aliud est accipere de nouo coniuges aliud est tenere eas, q̄ iam acceptas sunt; non licet alicui fidelis accipere vxorem infidelem, vel hēreticam aut apostatam, nec ēt infideli accipere fidelem in uxorem: nam neque Iudæus Christianam, nec Christiana Iudæum accipere

valēt in virum. C. de iudic. & reli. l. ne quis Christianā: & generale est hoc quantum ad omnes infideles, vt dicit Ambrosius lib. de Patriarchis. & 28. q. 1. tñ licet, Caue Christiane gentili, aut Iudæo filiam tuam tradere. Caue inquit gentilem aut Iudæam, & alienigenam hoc est hēreticam, & omnem alienam a fide tua vxorem non accersas tibi, qui autem fidelis accipit infidelem vxorem, vel ē contrario prater legales penas in alleg. l. ne quis Christianam, debent secundum canones excommunicari. 28. q. 1. cap. si quis Iudæicē, s. si quis Iudæicē prauitati cōiugali societati iungitur, siue Christiana Iudæo, siue Iudæa Christiano mulier carnali consortio miscetur: quicunque eorū tantum nefas admisisse cognoscitur a Christiano cōtutu atque conuiuio, & a communione Ecclesiæ protinus segregetur: secus autem est retinere vxorem legitime acceptam: nam inter infideles est matrimonium verum, & legitimum. de diuor. c. quanto. & 28. q. 1. §. ex his itaque. Matrimonium autem legitime contractum non dissoluitur, ideo licebit fidelis conuerso manere cum infideli, cum qua legitime contraxit cum ambo erant infideles, & non contraheret nunc, si de nouo contrahendum esset.

Ad secundum dicendū, quod fidelibus non permittitur contrahere cum infidelibus nō solum propter periculum, sed etiam propter ignominiam, quia est confusio quadam fidelis, & religionis Christianæ quod mulier fidelis sit subdita viro infideli. Et quod Ecclesia aduertat ad istum honorem fidelium appareret, quia propter hoc iubetur, quod Christiani non manducant cum Iudæis inuitando eos, nec ab eis recipiant conuiuia. 28. q. 1. cap. omnes deinceps. cum dicitur omnes deinceps clerici, siue laici Iudæorum conuiuia vitent, neque eos ad cōuiuium quisquā excipiat: quia cum apud Christianos communibus cibis non vtantur indignum atque sacrilegium est eorum cibos a Christianis sumi: cum ea, quæ apostolo permittente nos sumimus ab illis iudicentur immunda ac si inferiores incipiant esse Christiani, quam Iudæi si nos, qui ab illis apponuntur vtamur: illi vero a nobis oblata contemnant, & ob hoc cum magis sit iniuria religionis Christianæ cum Christianus nubit infideli, quam si Christianus accipiat infidelem in vxorem magis permittitur, vnū quam alterum saltem quantum ad hēreticos. 28. quest. 1. cap. nō oportet. f. Non oportet cum omnibus hēreticis miscere connubia, vel filios vel filias dare, sed potius accipere, & ideo quia de nouo contrahere cum infidelibus est ignominia Christianæ religionis, nō permittitur: contrahentes autem dum erant infideles, q̄ postea sic maneant vno eorum ad fidem conuerso, non est ignominia, ideo permittitur.

Aliter potest dici quod etiam si sit periculum ali- quod infideli non prohibetur manere: maxime si est spes de conuersione infidelis, & non est simile de eo, qui iam est fidelis quod contrahat cum infideli. Nā multa tolerantur postquam sunt facta, quæ non permittentur de nouo fieri: est causa potissima, quia cum contractum fuerit matrimonium inter istos infideles existentes manet postquam facti sunt fideles: & si fidelis veller discedere ab infideli cogereetur seruare continentiam illo viuente. de diuor. c. gaudeamus. ideo vt non cogatur ad hoc permittuntur manere fidelis, & infidelis: secus de fidelis qui cum infideli contrahere vult, quia etiam si non contrahat cū illa potest contrahere cum alia & non cogetur seruare continentiam, ideo non permittitur contractus de nouo cum infideli.

Secunda solutio.

Tertium

Tertium argumentum q. 75. tollitur, & improbatu responsio A. D. Tho. ad idem. Quest. LXXIX.

AD tertium respondet presatus B. Thomas quod in primitiua ecclesia tempore Apostolorum indifferenter conuertebantur ad fidem Iudæi, & Gentiles, & ideo tunc vir fidelis poterat habere spem probabilem de conuersione vxoris, etiam si conuersionem non promitteret, postmodum vero tempore procedente Iudæi obstinati erant magis, & Gentiles intrabant ad fidem, sicut tempore Constantini Imperatoris, & circa tempora illa, ideo non erat tutum tunc, vt fidelis cum Iudæo infideli cohabitaret, nec erat de eius cōuersione spes, sicut de conuersione Gentilis, & ideo tunc fidelis cōuersus poterat habitare cum Gentili, sed non cum Iudæo, nisi de conuersione promitteret, & secundū hoc loquitur decretum illud, sed nunc pari passu ambulant vtrique. Iudæi, & Gentiles, quia vtrique obstinati sunt, & ideo nisi vxor fidelis conuerti velit, non permittitur ei cohabitare, siue Iudæa, siue Gentilis sit.

Sed intellectus huius beati doctoris ad decretum illud habet satis magnam difficultatem, quia nō multum videtur conuenire iuri, neque intentioni illius licere, neque expositorum, cum enim dicit, quod in ecclesia primitiua, tam Gentilibus, quam Iudæis vxoribus cohabitabant viri fideles, verum est imo erat bonum sic fieri, & Apostolus hac vult. 1. Corinth. 7. c. vbi non distinguit Iudæos, & Gentiles, sed generaliter dicit infideles vxores, vel infideles viros non debere dimitti, quod vero addit, precedente tempore, vt circa tempora Constantini induratos Iudæos, & tunc non debere cohabitare eis, nisi expresse de fide promitterent. Gentiles vero non obstinatos, ideo cohabitandū eis sine expressa promissione, & de hoc tempore dicit intelligendum decretum illud: motiuum aut̄ suū est, quia de Iudæis dicitur ibi, & non de Gentilibus.

Sed dicendum, quod hoc non multum conuenit, quia non inueniuntur iura facere differentiam inter infideles circa hæc, sed idem de omnibus illis decernitur, sed ibi dicitur de Iudæis, quia forte istud magis accidebat circa Iudæos, quam circa Gentiles, sed intelligitur ius extendi ad omnes infideles, sic patet extra de Iudæ. & Sara. c. cum sit nimis: vbi de Iudæis statuitur, quod non præsent officii publicis, in quibus aliquid agere possint contra christianos, & in fine dicitur hoc idem extendimus ad paganos, maxime quia hic causa est communis, ideo non v̄ aliquid accipiendū de Iudæis, quod non extendatur ad omnes infideles.

Cum autem dixit, quod nunc pari passu currūt omnes, quia omnes equaliter obstinati sunt, hic dicit eos currere pari passu, quia iura nō distinguunt de eis, sed generaliter loquuntur de infidelibus. Sed cum addit, quod nunc non permittitur fidelis habitare cum infideli, nisi de conuersione promittat, debet intelligi cōtra voluntatem coniugis fidelis, nam non tenetur fidelis cohabitare infideli, si noluerit etiam si infidelis illud petat, nisi infidelis statim promittat de conuersione, & tamen si fidelis placet cohabitare infideli, etiā si ille non promittat de conuersione non facit illicitum, & poterit sic manere per totam vitam, licet coniux infidelis nunquam conuertatur, ita iura volunt, & ita de facto seruat ecclesia, & hoc patet, quia alias iura frustra distinguerent, quando infidelis vult cohabitare fidelis cū contumelia, aut sine contumelia creatoris, si nunquam liceret fidelis cohabitare infideli, & tñ iste distinctioes sunt de iure nouo, vt de diuor. c. quanto, & c. gaudeamus.

Sed de intellectu decreti illius variè sentitur: Ioannes enim in glo. dicit vno modo, quod illud decretū

Glo. Ioannis glo. de decretoriam.

correctum est per ius nouum. de diuor. ca. quanto. vbi non soluitur matrimonium inter tales infideles.

Secundo dicit, quod potest intelligi non generaliter, sed solum in casibus specialibus, i. cum non vult cohabitare sine contumelia creatoris, vel cum trahit fidelem ad peccatum mortale, & tamen dicit, quod non est tunc speciale in Iudæo, sed extenditur ad Gentiles.

Tertio dicit intelligi in casu, in quo ambo isti fuerūt primo christiani, & postea alter factus est Iudæus, nam tunc tenetur Iudæus reuerti ad fidem, quia est apostata, & si non fuerit reuersus, debet mulier ab eo recedere, vt dicit Aug. lib. de Adulterinis coniugijs, & habetur 28. quest. 1. cap. non solum. Immo si postea rediret vir iste ad fidem priorem non redderet ei mulier, si foret iudicio ecclesiæ ab eo separata, sed posset intrare religionem eo inuito, de conuersione coniu. cap. mulier. si autem non fuisset iudicio ecclesiæ separata cogetur redire ad virum. de diuor. cap. de muliere. & ita est in casu Iudæi, quia ibi admonetur, quod prouabuntur consortio vxorum, nisi ad fidem catholicam transierint.

Quartus sensus est, quod intelligatur specialiter in vxore, & non in viro: dicit enim aliud est si vir cōuertitur ad fidem aliud si mulier: nam si mulier conuertitur ad fidem ipse debet recedere a viro, ne vir eam reuocet ad priorem errorem: secus si vir conuertitur, quia facilius possunt viri reuocare mulieres, quam ē contrario, & tunc deberet intelligi generaliter hoc de omnibus mulieribus conuersis ad fidem, siue sint Iudææ, siue gentiles.

Et tamen iste sensus nō satis cōuenit, quia Apostolus sciebat periculi differentiam inter virum, & mulierem, & tamen sicut dixit non debere recedere virū fidelem a muliere infideli: ita dixit, quod vxor infidelis non recedat a viro infideli, 1. Corinth. 7. c.

Secūdo quia dedit ibi causam huius, dicens, quod sicut vir fidelis debebat manere cum vxore infideli, quia sanctificatur mulier infidelis per virum fidelem, ita dixit, quod non recederet vxor a viro, quia sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem. Istud autem sanctificari est conuerti secundum vnū sensum: ergo ita speratur, quod vxor cohabitando deducat virū ad fidem, sicut vir vxorem, & etiam iura non faciunt differentiam inter virum, & vxorem.

Omnibus autem istis expositionibus relictis dat Alia rñso glo. ibi aliam dicēs, sed melius credo, quod intelligat̄ glo. quando Iudæus existens Iudæus contrahit cum christiana, & tunc conuenit iuri, quod fiat separatio nō solum quantum ad cohabitationem, sed etiam quantum ad vinculum: nam etiam inter tales non potuit tenere matrimonium, cum essent disparis cultus, quando cōtraxerunt, & secundū humanas leges puniri debebat vterque, sed Ecclesia, quæ non irrogat tales penas admonet viros, vt conuertantur ad fidem, quod si fecerint permisit eos cohabitare, quia tunc ex nouo consensu inducitur inter eos matrimonium. Si autem noluerint viri conuerti, cum nullum vinculum matrimoniale sit inter eos, separat eos Ecclesia, & habebat tunc mulier licentiam accipiendi alium virū. Iste sensus satis videtur conuenire literę in quantum dicitur Iudæi, qui christianas mulieres in coniugio habebat: ac si diceretur Iudæi, qui acceperunt christianas in coniuges, & tunc idem fieret de omnibus infidelibus viris, si accepissent christianas vxores, nam aut conuertentur ad fidem, aut vxores perderent.

Dicendum ergo, quod vel ille est sensus decreti humani, vel intelligitur quomodocunq; vxor infidelis conuertatur ad fidem, quod vir teneatur aut ad fidem conuerti aut dimittere illā. Si primus sensus teneatur tñnet

Contra Ioannem

Alia rñso glo.

Determinatio auctoris.

tenet verum etiam hodie decretum illud: si autem secundus sensus dicemus, quod est reuocatum per ea, quae dicuntur de diuor. capitulo quanto &c. gaudemus. si quod non cogatur fidelis mulier dimittere infidelem virum si conuerti noluerit, immo potest ipsa cohabitare ei, licet ille non potest eam cogere ad cohabitandum.

Ad quartum argumentum, quaestio septuagesima quinta. Quae. LXXXII.

Ad quartum dicendum, quod infideles contrahunt in gradibus vetitis apud nos, & tamen non sunt vetiti apud illos, & postquam efficiuntur fideles manent in talibus coniugiis, eo quod matrimonium uerum contractum fuit inter eos, quando infideles erant de diuor. c. quanto: sed matrimonium uerum, & legitimum non dissoluitur per fidem, & baptismum superuenientem, quia baptismus crimina tollit non coniugia. eodem titulo capitulo gaudemus, & 28. q. 2. c. si quis habuerit: ideo manebunt taliter copulati libere postquam conuersi fuerint. eodem capitulo gaudemus de consang. vel affinitate capitulo de infidelibus. Cum autem arguitur, quod isti sunt fideles aut alter eorum: & fideles non possunt in talibus gradibus habere coniuges. Dicendum, quod interdicitur fidelibus accipere coniuges in talibus gradibus, & non habere: unde si isti fuerint fideles, quando contraxerunt non permittentur contrahere in talibus gradibus, sed quia erant tunc infideles, & licite contraxerunt, licet eis postea ad fidem transeuntibus manere in eo, quod non erat eis peccatum, quando infideles erant.

Ad quintum arg. q. 75.

Ad quintum dicendum, quod quidam infidelium accipiunt multas uxores, & isti si conuertantur non manebunt cum eis, sed an cum aliqua, vel cum qua quis maneat iam supra declaratum est, hoc autem certum est, quod non licebit viro manere cum pluribus, aut cum duabus saltem. de diuor. capitulo. gaudemus, & ita est, quod fidelibus non licet contrahere cum multis, & infidelibus conuersis ad fidem non licet manere cum multis: non quasi sit hoc contra aliqua statuta, vel mores christianae religionis, sed quia infidelibus ipsis, quando erant infideles non licebat cum pluribus contrahere sed cum unica: ergo cum ad fidem redeunt in qua illicita non permittuntur non licebit eis manere cum pluribus mulieribus, ut supra diximus.

Ad sextum arg.

Ad sextum dicendum, quod nobis non licet repudiare uxores, neque accipere repudiatas ab aliis: & ita si infideles ad fidem conuertantur, non licebit hoc eis post conuersionem: ante conuersionem autem hoc faciebant velut licitum sibi ex legibus suis: & tamen non erat licitum, ut magis supra declaratum est: ideo si repudiauerit infidelis uxorem, & post conuertitur non poterit illa uiuente aliam habere, & sic quando conuertitur habet aliam non licet ei cum illa manere, sed reconciliabit sibi aliam: quod si non fecerit, vel aliquo casu illa non redierit ad eum, non poterit aliam accipere ea uiuente, nisi si illa non uult cohabitare viro: aut non sine contumelia creatoris: in alio. capitulo. gaudemus, de his, quae pertinent ad haec tria argumenta adhuc, tangemus.

Cum fidele conuerso liceat manere cum coniuge infideli, an possit eam abicere, vel cogatur habitare ei, quandiu illa uult habitare sine contumelia creatoris. Quae. LXXXIII.

Est etiam dubium supposito, quod fidele conuerso liceat manere cum infideli coniuge: an potest abicere illam, vel cogatur habitare ei quan-

diu illa uult cohabitare sine contumelia creatoris. Aliqui dicunt, quod cogitur cohabitare, quia apostolus uidetur hoc mandare, quod uxor non discedat a viro infideli consentiente cohabitare: & similiter vir fidelis a coniuge infideli.

Secundo, quia maius est vinculum uxoris ad virum, quam serui ad dominum: sed seruus non soluitur a vinculo seruitutis etiam si ipse sit prius infidelis, & postea efficiatur fidelis primo Corinth. 7. ergo multo minus soluetur vinculum matrimoniale, ergo cohabitabit fidelis infideli ex necessitate.

Tertio, quia nullus potest praedudicare alteri sine suo consensu: sed uxor infidelis habet ius in corpore viri infidelis: si ergo viro conuerso ad fidem non haberet idem ius, praedudicaretur ei, ergo aut haberet idem ius, aut non: si habet, ergo cogitur cohabitare uxori eo modo, quo prius cogebatur: & sic non poterit discedere fidelis, si autem post conuersionem non habet infidelis idem ius, quod prius in corpore coniugis sequitur quod post conuersionem praedudicatur manenti in infidelitate, ergo non licebit coniugi infideli transire ad fidem sine consensu coniugis manentis in infidelitate: sicut non licet viro intrare religionem, aut ascendere ad ordines sacros sine consensu uxoris, quia per hoc praedudicatur ei, cum cogatur continere, & tamen absurdum est, quod non liceat viro coniugi transire ad fidem sine consensu alterius. Ergo dabitur, quod maneat idem ius cohabitationis, quod prius infideli ad fidem.

Quarto si quis contrahat scienter cum ancilla, siue ipse liber sit, siue seruus, non licebit ei recedere ab ea propter diuersitatem conditionis: sed infidelis qui contraxit cum infideli sciebat ipsum infidelem, ergo etiam si postea efficiatur disparis cultus non licebit recedere.

Quinto uidetur ex parte viri, quod si factus sit ipse fidelis non liceat ei recedere ab uxore infideli, quia poterunt habere filios communes, & quia partus sequitur uentrem, si uir fidelis recederet ab uxore infideli manerent filii cum matre in periculum fatis, ergo ut filii non pereant tenebitur fidelis non dimittere infidelem.

Sexto, quia adulter non potest dimittere adulteram, etiam antequam agat penitentiam de adulterio, sed de infidelitate, & adulterio idem est iudicium, ergo non poterit dimittere vir fidelis infidelem.

Dicendum, quod quoniam alter coniugum infidelium conuertitur ad fidem manere alio in infidelitate potest fidelis cohabitare infideli si uoluerit: maxime si hoc faciat sperans de illius conuersione, ut supra diximus: & tamen non cogitur manere cum eo, sed liberum est sibi cohabitare, vel recedere: sic patet. 28. q. 1. c. si quis gentilis, si quis gentilis gentilem dimiserat uxorem ante baptismum, post baptismum in potestate eius erit habere, vel non habere, intelligendo, quod repudiauerat eam sine causa, nam tunc si illa maneat infidelis conuerso eo ad fidem, manet libertas viro cohabitandi ei, vel non. Et si uelis calumniari contra intellectum huius habes. c. ca. & q. 2. hic distinguedum est, ubi dicitur nolentem, non cohabitare, licet quidem dimittere, sed non ea uiuente aliam ducere.

Causa autem quare liceat fidele cohabitare, vel recedere est, quia infidelitas est fornicatio quaedam, & tamen pro fornicatione licet viro abicere uxorem, vel retinere eam cohabitantem sibi de conuersione coniuga. capitulo. gaudemus, ergo de infidelitate idem erit, quoniam aequaliter manet alter coniugum in infidelitate, quia non est tunc emendatus de fornicatione. Quod sit infidelitas fornicatio dicit illud August. lib. de Adulterinis coniugiis. & 28. q. 1. canon solum. non solum mechatio

Probatio S. Tho. ad conclusionem.

chatio est illius, qui carnem suam coinquinat, sed etiam qui simulachrum facit, mechatur. Etiam causa est diuersitas vitae, quando quis transit ad aliam vitam, absoluitur ab eis, quae erant vitae prioris, sicut transiens ad religionem absoluitur a votis omnibus, quae emisit in seculo, & non tenetur exequi aliquid illorum, de voto, & voti redemp. c. scripturae, sed transiens de infidelitate ad fidem mutat vitam, quia moritur priori statu, ideo non tenebitur cohabitationi ad infidelem, cui prius tenebatur, ista ratio est Beati Thomae, & aliorum.

Sed non multum satisfacit, quia si per mutationem vitae huius absolueretur ab omnibus prioribus obligationibus, quas incederat in statu, vel vita infidelitatis, cum ibi contractum fuisset matrimonium, alias solueretur a vinculo illius, & ita posset cum alia contrahere. Sed falsum est, quia si fidelis recedit ab infideli, non potest aliam accipere etiam ad fidem Christi conuersam, ut dicitur: ergo non absoluitur propter conuersionem ad fidem generaliter ab omnibus obligationibus, & ideo licet absoluitur a necessitate cohabitandi non absoluitur propter hoc, sed propter aliquid aliud.

Secundo patet, quia si per conuersionem ad fidem absolueretur fidelis ab omnibus obligationibus quibus prius tenebatur, cum actio, vel obligatio extrinseca non resurgat, non teneretur ille fidelis ad cohabitandum coniugi etiam si conuerti uellet, & tamen quoniam cunctae conuertatur, postea antequam fidelis transiret ad alia vota, tenetur ei cohabitare. etiam si culpa praecessisset, ut patet, quia requisitus noluisse conuerti, de diuor. capitulo. gaudemus, ergo non fuit extincta obligatio iuris cohabitandi per conuersionem ad fidem.

Probatio aut. ad conclusionem.

Aliter ergo dicendum est, quod infidelis cum conuertitur manente altero coniugum in infidelitate, statim ille habet ius manendi cum infideli, vel recedendi ab eo, & si reclamet qui manet in infidelitate, vt restituitur coniugi ei ad cohabitandum, non auditur.

Primo, quia manet in fornicatione non correctus, ergo non cogitur coniux ad eo habitandum.

Secundo, quia ex culpa sua priuatur iure cohabitandi infidelis. quia conuerso altero coniuge, ipse non conuertitur, & ideo non mirum si ex culpa pereat ius cohabitandi, & tamen si peniteat, & conuertatur re integra remanet ei ius cohabitandi, quia tenetur fidelis recipere illum ad cohabitationem.

Tertio propter periculum, quia nemo debet cogi se exponere periculo, & maxime periculo fidei, cum istud sit maximum periculum, & tamen aliquis conuersus ad fidem est ita tener, quod si aliquo modo compertur a coniuge infideli peruertetur, debet ergo dari licentia conuerso ad fidem, vt cohabitaret, vel non, sicut uiderit sibi ipsi expedire.

Argumenta quaestio superioris soluntur. Quae. LXXXIII.

Non respondendum est ad ea, quae dicuntur in contrarium. Ad primum dicendum, quod de dicto Apostoli quoniam accipiatur, infra quaeretur specialiter. Ad secundum dicit dictus B. Tho. quod non est sic de obligatione serui, sicut coniugum, quia seruire non repugnat perfectioni christianae, quae consistit in humilitate cum seruire sit humilitatis, sicut aliquo modo repugnat usus matrimonii, ideo magis absoluitur a matrimoniali opere, quam a seruitute.

Aliter dicit, quod non est simile, quia seruus obligatur domino, sicut possessio eius, ut dicit Arist. quinto Ethicorum, & libro primo Politic. vel sicut pecu-

nia possideri, quia seruus est pecunia domini sui. Exodi 21. coniuges non obligantur sic, sed habent velut contractum societatis mutuae, cum uocent eos iura socios humanae, & diuinae domus, & ista societas dissoluitur per hoc, quod alter eorum manet in infidelitate, cum non sit societas luci ad tenebras, nec fidei ad infidelitatem. Sunt autem vera praecedentia, & maxime secundum, quia non potest iudicari idem de seruo, & coniugibus, quia seruus cum sit res possessa, non est ad eum iustum, vel iniustum, ut dicitur libro quinto Ethicorum, unde neque attenditur quid ei bonum, vel malum sit, sed quid domino, & ob hoc neque per conuersionem ad fidem mutatur aliquid de seruitute, coniuges uero sunt, ut liberi, & iudicantur ad paria, de diuor. capitulo. gaudemus. ideo inter eos consideratur quid iustum, & quid iniustum sit, & competit uni ius contra alterum, unde conuerso ad fidem competit contra infidelem, quod eum excludere possit a cohabitatione propter causas supra positas.

Sed adhuc quantum ad seruum dicendum, quod aliquid facit fides, nam infideles non possunt habere seruos fideles, siue eos qui fideles sunt, siue eos, qui erant infideles, & uolunt effici fideles, & possunt christiani redimere illos inuitis possessoribus, & tenentur eos dare pro certo precio, scilicet quemlibet seruum pro duodecim solidis, & si Iudei uoluerint, vel alii infideles eos retinere exent in libertatem extra de Iudeis, & Saracen. capitulo presenti, & capitulo multorum, & adhuc adstringitur Iudeus nullum fidelē seruum habere causa seruitutis, nam si habuerit, statim efficitur liber nullo precio dato: si autem emerit seruos baptizatos, vel baptizari uolentes, tenetur exponere eos uenales infra tres menses, quod si non fecerit, non licet iam ei vendere illum, nec alicui eum emere, sed nullo dato precio exhibitum libertatem, & quando uiderit tales seruos, cogitur quemlibet dare pro duodecim solidis, eodem titulo, capitulo nulli Iudeo, & ideo dicendum, quod circa seruitutem multum immutat fides, nam fides superueniens liberat a seruitute, non quidem a seruitute, qua tenebatur fidelis infideli, sed qua tenebatur fidelis infideli, & ab illa non absoluitur, sed in modo supradicto.

Solutio D. Thomae ad tertium argumentum q. 83. peritum. Quae. LXXXV.

Ad tertium dicit idem Beatus Thomas, quod uxor non habebat ius in corpore viri, nisi quandiu in vita illa manebat, in qua contraxerant, quia mortuo viro soluta est mulier a lege viri, ad Rom. septimo capitulo, ideo si postquam vir mutat vitam moriens priori uita ab ea discedat nullum sit ei praedudicium, transiens autem ad religionem moritur spirituali morte, & non corporali, & ideo si matrimonium sit consummatum non potest vir sine consensu uxoris ad religionem transire, potest tamen ante copulam carnalem, quando est tantum copula spiritualis, sed ille, qui ad baptismum accedit corporaliter Christo conspeliatur in morte, & ideo a debito reddendo absoluitur etiam si post matrimonium consummatum. Et concludit aliter, vel quod dicendum est uxorem pati ex sua culpa, scilicet, quia non conuertitur, & ita non est praedudicium.

Conferat S. Tho.

Dicendum, quod prior ratio D. Thomae non multum est iudicialis, quia pertinet ad metaphoras. Et primo, quia dicit, quod non habebat ius mulier in corpore viri, nisi quandiu manebat in vita illa, in qua contraxerant, nam si hoc esset cum vir mutat vitam, per conuersionem, expiraret ius cohabitationis, & actuum

actum matrimonialium, sed ius, quod extinguitur...

Secundo patet, quia si solum in illa vita compete...

Tertio, quia allegat in similitudinem, quia mor...

Deinde dare vult rationem dictus Beatus Thomas...

Sed ista non stant, quia non videtur hic differentia...

Quinto, quia cum dicitur, quod conuersi moriuntur...

Sexto quia si conuersio iudicaretur mors corpor...

non dum acceperit alium non cogitur accipere illu...

Responsio auctoris ad tertium argum. quae est. 83.

DICENDUM igitur aliter ad argumentum, quod nullus...

Secundo consideratur culpa, quia etiam si infideli...

Deinde dare vult rationem dictus Beatus Thomas...

Cum autem postea addebat dicendo, quod non pot...

Dicendum, quod ad transeundum ad fidem, non req...

ait patrem, & matrem uxorem, & filios propter Chri...

Sed in conuersione ad fidem non requiritur consen...

In conuersione ad fidem non requiritur consensus ux...

Secundo, quia si quis velit ad religionem transire...

De secundo est causa, quia transeunte vno coniu...

non corrigitur, & ista est ratio diuersitatis, ut sine...

Ad quartum argumentum questionis 83. solutio.

Quaest. LXXXVII.

AD quartum dicendum, quod non est sic de co...

Ad quintum argumentum questionis. 83.

Quaest. LXXXVIII.

AD quintum dicendum, quod non cogitur fide...

Si autem contingat eos venire ad aetatem adultam...

In q. 86. & 87.

Ratio. S. Tho. quare infirmum dicitur...

Filius infidelis qui natus est...

est,quod aliquis postquam christianus fuit recedat a fide miscens se ritibus iudaicorum, vel paganorum, quam quod aliquis natus de parentibus christianis, & ideo debitus fidei christianae nolit illam profiteri recusando baprtismum, vterque enim recedit ab eo qd tenetur seruare:ideo ambo incurrunt crimen apostasie,& velut apostatae sunt puniendi: & ideo circa filios talium nulla distinctio est habenda.

Si autem infideles sunt ex origine,& filios genuerunt manentes in infidelitate, & postea conuertantur ambo ad fidem,vel alter eorum,dicendum quod aut quando conuertuntur ipsi,sunt filii eorum adulti id est,qui iam vsu rationis habent,aut non.Si adulti sunt nihil differt de parentibus an ambo conuertantur, vel alter ipsorum, quia nihil pertinet ad filios: nam cum illi sui iuris sunt quantum ad spiritualia,sicut poterant sponte conuerti inuitis parentibus: ita possunt manere in infidelitate inuitis parentibus,& non cogentur illi ad fidem,licet parentes ambo conuertantur, & proclamant conuersionem filiorum.

Erant autem aliqui in hoc dicentes, quod si filii huiusmodi adulti est in eorum potestate sequi parentem conuersum,vel manentem in infidelitate,ac si dicat qd alterum oportet sequi: sed liberum est sequi hunc vel illum. sed hoc falsum est primo, quia tunc quando ambo conuertentur, reuerentur filii conuerti: qd falsum est, quia si isti sunt adulti cogentur ad fidem, quod non stat: ad fidem enim non susceptam nemo cogitur assumendam. susceptam autem cogitur obseruare: de apostata. c. quidam sicut.

Secundo, quia si sequerentur filii aliquem parentem, aut esset hoc quasi necesse esset sequi hunc, vel illum, aut quia possunt sequi pro voluntate sua: si est secundus modus, sicut datur, quod sequantur filii parentes, ita dabitur, quod non sequantur si neutrum sequi volunt. Si autem sequerentur eos, quia necesse esset sequi alterum ipsorum: oporteret sequi semper patrem, & nunquam matrem, cum mater non habeat filios in potestate, sed solum patrem. Insi. de patri. pote. per totum. & de conuer. infidel. c. ex literis. Et tñ falsum est, quia potest quem voluerit sequi: ideo non est intelligendum, qd potest sequi alterum parentem quasi teneatur vnum sequi, cum possit sequi neutrum: nam si ambo manent in infidelitate, & ipse vult conuerti neutrum sequitur filius, & si ambo conuertantur, & filius nolit conuerti, neutrum sequitur.

Altero parentum conuerso an filij baptizari debeant. Quæst. LXXXIX.

CIRCA adultum ergo dicendum, qd non est alia regula, nisi quod pro arbitrio suo conuertetur, vel manebit in infidelitate, & uocatur adultus, qd habet vsu rationis cuiuscunque sit ætatis: nam licet maneat tñ in prima potestate nihil nocet, quia quantum ad ea, que Dei sunt quilibet est sui iuris: ut ad fidem, & ad intrandum religionem, & ad contrahendum matrimonium, & nō potest arctare ad aliquid patria potestas, colligit hoc extra de iudæis, & Sarace. c. sicut iudæi. s. statuimus, vt nullus inuitos, vel nolentes iudæos ad baprtismum venire compellat: si quis autem ad christianos causa fidei confugerit, postquam voluntas ipsius fuerit patefacta, christianus absque calumnia efficiatur: & ita cuiuscunque voluntas patuerit, qd Christianus esse vult efficiatur christianus: sed voluntas patet per verba, & signa in quocunque perueniente ad ætatem, quatione vitur, ergo cum ostendit, qd christianus effi-

ci velit, non obstat contradictio parentum, & ideo dñ absque calumnia. nullus distictus, vel prās possit in hoc impedire. è tñ ergo quantum ad eum, qui iam ratione vitur sola voluntas sufficit ad hoc, qd maneat in infidelitate, nam sicut parentes infideles non possunt obitare, qd ille conuertatur ad fidem, ita ipsi conuersi ad fidem non possunt compellere filium ad fidem, si ille vult manere in infidelitate. Si autem sit filius paruus, qui nondum venit ad vsu rōnis, est dicendum, qd aut ambo parentes conuertuntur, aut alter tantum. Si ambo conuertuntur manebit filius cum eis, si autem alter tantum conuertitur, est dubium in cuius potestate manere deat filius. Aliqui dicunt, qd aut est filius maior triennio, aut minor, si maior dicitur, qd apud patrem manere deat, si autem est minor apud matrem, quia talis est distinctio apud iura humana, apud quem parentum manere deat filius, qd diuortium fit. C. de patri. pote. l. neque filium. Sed dicendum qd in hoc casu est absolute dicendum, qd manebit filius penes parentem fidelem, & cessat hic rō gratis, & patrie potestatis ob fauorem fidei, extra de conuer. infide. c. ex literis. Rō gratis cessat, quia et si sit infans trium, vel quatuor mensium, vel vnus diei, & conuertatur pater tñ, manebit apud patrem, rō patrie potestatis cessat, vt si sit filius quadriennio maior si conuertatur mater tñ eam sequetur, cum tñ deberet sequi patrem sub cuius patria potestate est, & de familia patris est, & non matris in alleg. c. ex literis. Ista regula apertius traditur. 28. q. 1. c. iudæi. vbi agitur de natu ex patribus iudæis, & mulieribus christianis, filii autem qui ex talibus nati sunt fidem, atque conditionem matris sequantur, similiter illi qui procreati sunt ex infidelibus mulieribus, & fidelibus viris, christianam sequantur religionem non iudaicam superstitionem. Et sicut hi sequuntur semper parentem fidelem, qd non cohabitatur, ita si manentibus parentibus in infidelitate filius, qui peruenit ad vsu rōnis conuerti velit, auferetur de potestate eorum, & perdit pater tñ patriam potestatem, & per officium iudicis auferentur filii parentibus, & constituentur apud honestos viros, vt ibi discant mores, & fidem. 28. q. 1. c. iudæorum. s. iudæorum filios, vel filias ne eorum inuoluatur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus deputandos, aut monasteris, aut christianis mulieribus, ac viris Deum timentibus, vt sub eorum conuersatione cultum in melius distant, atque in melius instituti, tam in moribus, quam in fide proficiant.

De paruulis qui manent apud conuersum. Quæstio. XC.

REDEENDO autem ad paruulos filios infidelium quorum alter conuertitur, & manent filii apud conuersum, est dubium de illis quoad sunt citra annos discretionis quid agi debeat. Dicunt aliqui, qd expectandum est quousque veniant ad ætatem discretionis, & siue eligant tunc esse fideles, siue infideles, hoc sequentur. Sed dicendum, qd istud non est necessarium, immo poterit parens ille, apud quem manet filius paruulus facere illum statim baptizari, nam paruulo non fit iniuria, qd baptizetur, immo procuratur ei salus, etiā non fit contra legem, quia lex est, extra de iudæis, & Saracen. cap. sicut iudæi, quod nemo compellat venire iudæos inuitos, vel nolentes ad baprtismum, & tamen paruulus non est inuitus, aut nolens, quia nō est inuitus, neque nolens, qui non habet velle, vel nolle, vnde si nos cessamus baptizare filios iudæorum, vel infidelium paruulos, hoc est, vt non inferamus iniuriam

Sic S. Th. 2.2. q. 10. ar. 2.

In q. 83.

iniuriam parentibus in quorum potestate sunt: hoc sentiunt communiter doctores, quando querunt an filii infidelium inuitis eis sint baptizandi, & responder, quod non, neque ponunt aliam causam, nisi quia fieret iniuria parentibus, qui perderent patriam potestatem, quam habebant in eos cum conuertentur ad fidem, & tamen in hoc casu nō perditur patria potestas, ergo baptizari potest statim. Istud patet, quia vt dictum est filius sequitur parentem conuersum ad fidem, siue patrem, siue matrem, si pater conuertitur nullum præiudicium fit matri infideli, quia neque in potestate eius de iure comuni potest esse filius, ideo pater fidelis in cuius potestate filius paruulus est, tam de iure communi, quam in fauorem fidei in hoc casu, poterit statim eum facere baptizari: si autem mater conuertatur filius sequetur eam, & pater perdit ius potestatis, quod in matrem transfertur, ideo potest ipsa facere filium suum baptizari, & non fit præiudicium patri, quia non habet ille iam patriam potestatem, qua priuatus est per hoc, quod noluit conuerti conuersa vxore, sicut priuatus fuit iure cohabitationis ad coniugem, quia ipsa potest eum repellere si voluerit, vt supra dictum est, & ideo dicendum, qd non est expectandum, quod paruulus veniat ad tempus, quo ratione vtatur, vt eligere possit, quod plauerit, sed statim ille, qui conuertitur ad fidem pater, vel mater potest eum facere baptizari, & hoc potius faciendum est, quam expectandum, & hoc concordat sententia illius ca. ex literis. de conuer. infide. in fine, vbi patre conuerso, & matre manente in infidelitate, filius quadriennio inbetur manere apud patrem, & innuitur, qd debeat ille tranfire ad fidem christianam, cum dicitur: Materque pueri si eum remanere contingeret apud ipsam, possit illum adducere ad infidelitatis errorem, in fauorem maxime christianæ fidei respondemus patri eundem puerum assignandum.

Cum ergo dicat, quod non maneat apud matrem, quia possit illum adducere ad infidelitatis errorem, innuit qd debeat ille ad fidem conuerti, nam si dubium esset quid de illo fieret, & deberet expectari grās adueta, vt videretur quid ille vellent, non haberetur pro inconuenienti, quod ille adduceretur ad infidelitatem, cum in illa sit natus, & tamen habetur hoc pro inconuenienti, ergo innuitur, quod ille ad fidem determinate pertineat. Secundo patet magis in quantum dicitur, quod si contingeret puerum manere apud matrem, possit ipsam ad infidelitatis errorem adducere, qui adducitur ad infidelitatem non est in infidelitate, sed de puero dicitur, quod poterat adduci ad infidelitatem, ergo significatur, quod ex eo, quod sequitur parentem conuersum ad fidem, non est in infidelitate, sed pertinet ad fidem, & ad illam deducetur, si permanserit cum matre, que esset infidelis.

Dicendum ergo, quod in paruulis nō est aliud spectandum, sed statim, vt conuertuntur parentes eorum ambo, vel alter parentum, quem ipsi paruuli sequuntur baptizandi sunt cum nulli fiat iniuria, nam pater perdidit patriam potestatem in tales, licet ipsi nō perdant patriam successione, quia conuertuntur extra de iudæis, & Sarace. cap. iudæi, siue Saraceni, & si parentes conuersi tales filios paruulos circunciderent punirentur, de consecratione, distinctione quarta, capit. plerique.

Ad sextum argumentum, quæstionis 83. Quæst. XCI.

SEXTA ratio erat de adultero, ad quam dicendum, quod adulter non potest dimittere adulteram, & postquam ipse egerit penitentiam, & tamen infide-

lis conuersus potest dimittere infidelem, postquam ille conuertitur, & illa non, & dicendum, quod non est simile, adulter enim potest repellere adulteram, & è contrario, si tamen vterque adulteratus est tollitur adulterium mutua compensatione, & vnus non potest alteri obicere adulterium ad repellendum a cohabitatione. de diuort. capitulo significasti, & nō differt quis pluries, aut grauius adulteratus est, quia quantum ad hoc equum ius repellendi est per vnica fornicationem, sicut per mille, sed inter fornicationem, & infidelitatem differt, quia de fornicatione, siue qd sit emendatus, siue non, semper repelli potest a cohabitatione, vt extra de conuer. coniu. capitulo gaudeamus. Infidelitas non repellit, nisi quando est, ideo quando quis emendatur de ea non obest ei, fornicatio autem etiam si quis de ea emendetur obicit illi, & ideo maritus si non commisisset adulterium poterat accusare vxorem ad diuortium, siue emendatam, siue nō emendatam, si autem ille fornicatus est etiam si emendatus est non potest repellere vxorem, vel accusare, quia quantum ad repellendum aequaliter operatur adulterium, de quo quis est emendatus, & de quo non est emendatus, & ideo quantum ad compensationem eodem modo, vnde vxor compensare poterit adulterium suum, de quo non est emendata cum adulterio viri, de quo emendatus. sed si vterque esset adulter non emendatus neuter possit repellere alterum, vel accusare, quia vterque possit compensare, ergo & nunc quando vir est emendatus, & non femina, non poterit vir foeminam repellere, quia illa poterit compensare. Secus est in infidelitate, que est fornicatio, nam illa non nocet, nisi quando est, & non cum quis est emendatus, & patet quia si conuertatur alter coniugum ad fidem, & alius non, poterit conuersus repellere infidelem. Si autem ille postea conuertatur cogetur statim, qui prius conuersus erat, accipere ipsum. de diuort. capitulo gaudeamus, & ita non nocuit illi infidelitas, nisi quando manet in ea, & non postquam de ea emendatus est: similiter est quantum ad repellendum, nam infidelis non potest repellere infidelem a cohabitatione, quia ambo sunt in fornicatione, & obicit compensatio, cum autem conuersus fuerit alter ipsorum emendatur de fornicatione spirituali, ideo non nocebit ei ad hoc, quod possit compensari, & tamen si non obicit ei ad compensandum poterit infidelis conuersus obicere infideli infidelitatem, ergo potest obicere, & ita potest repellere, & ita nō est simile de fornicatione carnali, & de infidelitate, quare autem non sit simile declaratum est latè s.

In q. 58.

An infidelis conuersus possit accipere vxorem fidelem relicta infideli. Et quomodo intelligitur, quod matrimonium infidelium est verum ratum ac legitimum, matrimonium infidelium est verum, & legitimum, sed non ratum, & quare. Quæst. XCII.

EST adhuc dubium si infidelis conuersus recedat ab vxore infideli, vel vxor a viro an possint tranfire ad aliud matrimonium. Et videt, quod in nullo casu liceat, quia indissolubilitas est in matrimonio, sed inter infideles est verum matrimonium, ergo nullo modo potest solui, sed manente matrimonio ad vnā non potest quis accipere aliam, ergo fidelis recedens ab infideli non potest alterum coniugem sumere.

Secundo, quia crimen superueniens non dissoluit matrimonium, & tñ si altero coniugum conuerso ad fidem alius consentiat ei habitare sine contumelia creatoris, non dissoluitur matrimonium, sed nolle sine contumelia

melia cohabitare est crimen vxoris: ergo ppter hoc non dissoluetur, & ita fidei recedenti propter istam contumeliam non licebit aliam vxorem accipere. Tertio quia vir, & vxor ad paria iudicantur de diuor. c. gaudemus. & tamen si fidelis discedit, cum conuertitur, non licet coniugi infideli transire ad alia vota: ergo neque licebit fidei discedenti ab infideli accipere aliam coniugem. Quarto quia fauorabilior est status religionis, quam matrimonij, sed viro fidei conuerso, cuius vxor manet infidelis non videtur quod liceat transire ad religionem, quia fraudaretur vxor, si conuertere postea, multo minus ergo licebit transire ad aliud matrimonium. Quinto si patre infideli conuerso ad fidem maneat filius in infidelitate, amittit ius paterna hereditatis in aliquo casu: & tamen si postea conuertitur recuperat ius succedendi, & restituitur ei, quod ex paterna successione debebatur, vel deberi poterat, etiam si alius bonorum possessionem teneat, ergo similiter si alter coniugum conuersus transuerit ad alia vota, & postea qui manebat in infidelitate conuertatur restituetur ei, licet ab alia coniuge possideatur, ergo non licet transire ad alia vota. Respondendum quod cum infidelis conuertitur ad fidem, & discedit ab infideli, aliquando licet accipere alteram coniugem, & aliquando non: & hic non est difficultas, aut dubitatio vlla, nisi quando habet vxorem aliquam legitimam viuentem. Nam si nullam vxorem habet, vt pote, quia nunquam habuit, aut quia habuit, & defuncta fuit, liberum est accipere fidelem coniugem: similiter si habeat vxorem, sed non legitimam, vt si repudiavit vxorem, & accepit aliam, repudiata erat legitima, quae postea superducta est non est legitima, sed fornicaria; ideo ista non praestat impedimentum, ac si nullam haberet, sed potest conuersus ad fidem accipere, quam voluerit, vt supra satis declaratum est. Si autem habet vxorem legitimam viuentem, siue eam habeat actu, siue repudiauerit, & maneat illa apud alium, vel in viduitate, est dubium an possit qui conuertitur accipere aliam. Et dicendum quod aut conuertitur vxor simul cum viro, aut alter manet in infidelitate: si ambo conuertuntur neutri licet accipere alium coniugem in nullo casu, sed manet matrimonium inter illos indissolubile: si vero vnus conuertitur, & alius non, aut ille qui conuertitur requirit alium, vt conuertatur aut non, si non requirit, etiam si ille nunquam conuertatur, nunquam licebit conuerso ad fidem transire ad aliud matrimonium, de diuor. cap. quanto, & cap. gaudemus, & 28. quest. 2. cap. si quis habuerit, scilicet. Si quis habuerit vxorem virginem ante baptismum viuente illa post baptismum aliam habere non potest: crimina enim soluitur in baptismo non coniugia. Et cum dicitur ibi de vxore virgine, nihil differt, etiam si corrupta fuerit, sicut ibi probat glo. Si autem vir requirit foeminam, vel fidelis conuersus infidelem manentem, vt conuertatur, aut vult, aut non: si vult non solum matrimonium manebit firmum, ita quod non possit transire effectus fidelis ad alia vota, sed etiam non poterit fidelis repellere a cohabitatione eius, qui tunc conuertitur, nisi forte obiciat ei fornicationem in alio. cap. gaudemus. Si autem non vult conuerti, aut vult cohabitare coniugi conuerso ad fidem, aut non: si non vult vlllo modo cohabitare dissoluitur matrimonium, & licitum est fidei ad alia vota transire, si autem cohabitare vult fidei, aut cohabitatur cum iniuria creatoris, aut sine illa: si cum iniuria creatoris, & non aliter soluitur matrimonium, & licet fidei transire ad alia vota: si sine iniuria, aut trahit coniugem ad peccatum mortale, aut non, si trahit ad peccatum etiam dissoluitur matrimonium, & licet fidei transire

read alterum matrimonium, si autem sine contumelia vult cohabitare, & non trahendo ad peccatum mortale non soluitur matrimonium; ideo non licet fidei transire ad alterum matrimonium, & tamen quia infidelis non vult conuerti poterit repellere eum a iure cohabitationis, vel potest cohabitare, quia ex eius arbitrio pender. Si tamen repulerit a cohabitatione non poterit illo viuente transire ad alterum matrimonium, sed cogetur continere. ex dictis colligitur tres casus, in quibus dissoluitur matrimonium transiente altero coniugum ad fidem, de quibus dicitur post solutionem argumentorum,

Argumenta quae superioris dissoluntur. Quae. XCIII.

AD primum dicendum quod tam inter fideles, quam infideles est matrimonium verum, & legitimum, & indissolubile: & tamen matrimonium fidelium in nullo casu soluitur: matrimonium autem infidelium potest solui in aliquo casu, & sunt tres casus supra nominati, de quibus postea magis rationem reddemus, & tamen non tollitur ex hoc simpliciter indissolubilitas matrimonij, & quod soluto vinculo matrimonij nihil impedit, quin coniugum absolutus transeat ad aliud matrimonium, sicut mortuo viro mulier soluta est a lege viri, & licet ei accipere alterum, tamen in tribus casibus dictis dissoluitur matrimonium: ergo poterit fidelis transire ad aliud matrimonium. Ad secundum dicendum, quod crimen superueniens non dissoluit matrimonium inter fideles, & etiam inter infideles non dissoluit illud regulariter: interdum tamen dissoluit, & sunt duo crimina, in quibus dissoluitur, scilicet contumelia creatoris, & quando vxor trahit virum ad peccatum mortale, & quare in his fiat hoc infra dicemus. Ad tertium dicendum, quod vir & vxor ad paria iudicantur in matrimonio, & ideo quod vni non licet alteri non licet, & verum est, quod si discesserit fidelis ab infideli, & non acceperit aliam, non licet fidei transire ad aliud matrimonium, si tamen discessit infidelis cohabitare fidelis licitum est fidei accipere aliam etiam si infidelis non transierit ad alia vota: quare autem plus liceat hoc fidei, quam infideli in matrimonio ratio redditur infra. Et dicit hic beatus Thomas de Aquino, quod postquam fidelis contraxit solum est vinculum matrimonij ex vtraque parte, quia matrimonium non claudicat quantum ad effectum. Vnde in poenam vxoris infidelis ei indicitur, quod non possit cum alio contrahere magis, quam ex necessitate matrimonij precedentis: si tamen postea conuertitur, potest ei concedi dispensatiue, vt alij nubat, si vir eius aliam vxorem duxerit, sed an hoc sit verum, vel quomodo infra tangeretur.

Ad quartum dicendum, quod fauorabilior est votum continentiae, quam contractus matrimonij, & ita seruatur in conuersione infidelium: nam altero conuerso ad fidem, & altero manendo non licet conuerso transire ad aliud matrimonium alio viuente, nisi in tribus casibus precedentibus, & tamen licet conuerso transire statim ad religionem non requisito infideli, nec facta alia re, vt dictum est, & ideo conceditur argumentum, quod si non licet vouere castitatem non licet transire ad aliud matrimonium.

Sed dicitur hic praefatus beatus Thomas, quod si post conuersionem viri sit aliqua spes probabilis de conuersione vxoris, non debet vir votum continentiae emitte-re, nec ad aliud matrimonium transire, quia difficiliter conuertetur vxor sciens se priuatam viro suo, si autem non sit spes de conuersione vxoris, potest ad sacros ordines

Tres casus in quibus licet matrimonium et contumelia dissoluitur de quo infra q. 100.

Op. s. Th.

ordines ascendere, vel religionem intrare prius requisiti vxore, quod conuertatur, & tunc non est sibi vir suus reddendus, sed debet sibi imputare in pena tarde conuersionis, quod viro priuatur. Ad quintum dicendum, quod si conuertatur vnus coniugum ad fidem, & propter aliquam causam de tribus fidelis transeat ad aliud matrimonium, & postea conuertatur alter coniugum ad fidem, non restituetur coniugum cum dissolutum sit vinculum matrimonij, & superinductum ad nouum, & non est de filio simile, quantum ad successionem paternam, quia ius paternitatis, & filiationis non tollitur per disparum cultum, sicut matrimonium, ideo quicquid conuertitur filius recuperat ius successionis paternae, et si alius bonorum possessionem intrauerit: de vxore non est sic, quia cum perierit vinculum matrimonij primum, & inductum sit aliud de nouo inter alias personas, non habet locum restitutio.

An matrimonium infidelium dicatur ratum, & legitimum de quo etiam supra q. 45. Quae. XCIII.

NUNC redeamus ad omnia, dicebatur. n. quod in tribus suprapositis dissoluebatur matrimonium inter infideles, & quia istud videtur provenire, ex eo quod dicunt quidam non esse firmum, vel ratum matrimonium inter infideles, & est ratum inter fideles, est prius de hoc querendum postea dicitur de ipsis tribus casibus. Et dicendum est, quod vocatur inter fideles matrimonium verum, & ratum atque legitimum: inter infideles autem est matrimonium verum, atque legitimum, sed non est ratum, vt conuerti dicitur, & et iura sic dicunt, vt extra de diuor. c. quanto. In nam & si matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum, inter fideles autem verum, & ratum existit. Sed quomodo istud intelligatur, non accipitur vno modo. Quidam dicunt, quod vocatur non ratum matrimonium inter infideles, quia quondam licitum erat eis repudiare vxores et sine causa, sicut Iudei tempore legis Moysi, & Gentilibus eodem tempore. Alio modo potest accipi, quod non sit ratum. secundum opinionem ipsorum infidelium, licet secundum veritatem sit ratum, sicut nunc infideles, tam Iudei, quam Pagani repudiant vxores, & si liceret repudium non esset matrimonium ratum, & tamen infideles putant sibi hoc licere, & non peccare aliquo modo in repudio, licet secundum veritatem peccent, ideo potest dici matrimonium inter eos non ratum. secundum eorum opinionem, licet secundum veritatem sit ratum cum in nullo casu liceat repudium. Tertio modo potest accipi, quod sit matrimonium infidelium ratum quantum ad veritatem, quoniam postquam contractum, & consummatum est, non potest in aliquo casu dissolui, matrimonium autem infidelium non est ratum, quia accipiendo verum adhuc non est firmum, cum sint tres casus, in quibus dissoluitur matrimonium contractum inter infideles, & tamen nullus casus est, in quo dissoluitur matrimonium contractum inter fideles.

Quomodo matrimonium infidelium non est ratum. Quae. XCV.

SED nunc est dubium in quo istorum trium modorum loquendi, vel exponendi debeat accipi, quod matrimonium fidelium est ratum, & non infidelium. Dicendum, quod quantum ad matrimonium fidelium non est dubium, cum nullus sit casus, in quo dissolui possit, sed de matrimonio infidelium est dubium, in quo modo istorum trium melius dicatur non ratum, & potest dici, quod quilibet trium modorum poterat satis applicari ad propositum, aut saltem sustineri, & tamen tertius modus est magis proprius, & verus.

Alph. Tol. In Primum Regum.

Primo patet, quia iste non habet calumnia, & alii sic, nam primo modo est calumnia, quia dicitur quod matrimonium apud infideles non est ratum, ideo videtur intelligendum de eo, quod nunc est, quia alias diceretur, quod matrimonium inter infideles non erat ratum quondam, licet sit nunc ratum, & tamen dicitur, quod non est ratum: ergo non intelligitur de eo, quod tunc erat, nisi extendatur ad nunc etiam.

Secundo, quia dicitur, quod inter infideles non est ratum matrimonium: ergo necesse erat dicere, quod eo tempore, quo non erat matrimonium ratum inter eos, vocarent ipsi infideles, & tunc non poterant dici infideles, quia hoc erat ante Christi praedicationem, nam ante ipsum non erat matrimonium ratum, sed licebat Iudeis accipere vxores alias repudiatis prioribus, ita etiam erat inter Gentiles, fuit autem matrimonium factum indissolubile & repudium vetitum per mandatum, & definitionem Christi. Mat. 5. & 19. ergo tempore, quo matrimonium erat non ratum, id est dissolubile inter istos nondum Christus praedicauerat, & tamen tunc non erant Iudei infideles, neque Gentiles, ergo non bene dicitur, quod matrimonium inter infideles non erat ratum. Patet hoc, quia Iudei ante Christum natum non erant infideles, immo ipsi soli erant tunc perfecte fideles: gentiles etiam non erant infideles, cum non obligarentur tenere alium statum fidei, cum non obligarentur ad legem moysaycam, & ita primus modus accipiendi non est conueniens.

Secundus etiam non est satis conueniens: nam eo sensu non est verum, quod matrimonium apud infideles non sit ratum, sed quia ipsi putant, quod non est ratum, & sic non conuenienter dicitur, quod non sit ratum, sed potius deberet dici, quod ipsi non putant illud esse ratum. Nam apud Iudeos, & paganos, qui nunc sunt infideles, matrimonium est indissolubile, cum omne matrimonium legitime contractum ex auctoritate Christi sit indissolubile, & non recipiat repudium, & tamen ipsi putant esse dissolubile, & repudium dant, ideo ad hoc significandum non deberet dici, quod matrimonium apud infideles non sit ratum, sed quod ipsi non putant illud esse ratum. Tertius sensus est magis conueniens, quia non recedit a veritate verborum, & proprietate. scilicet quod matrimonium apud fideles est ratum, quia in nullo casu recipit dissolutionem: apud infideles autem non est ratum, quia in aliquo casu recipit dissolutionem. In tribus casibus supra positus, & istud intelligitur de tempore praesenti, quia nunc Iudei, & Pagani sunt infideles, & nunc matrimonium inter eos dissoluitur ex tribus causis supra positus, & ista dissolutio non est secundum opinionem ipsorum, sed secundum veritatem, cum verum esset ibi esse matrimonium, & sit licitum transire ad aliud matrimonium. Secundo & efficacius patet istud, quia, quoniam dicunt iura, quod matrimonium est ratum inter fideles, & non ratum inter infideles, istum sensum dant, vt patet extra de diuor. c. quanto. vbi distinguitur de matrimonio disparis cultus. Quando duo infideles contraxerunt, & alter conuertitur, alius uero neque conuerti vult, nec cohabitare, nec saltem sine contumelia creatoris, potest transire ad alia vota fidelis, si tamen duo fideles dixerunt, quorum vnus labitur in errorem gentilitatis, vel in Iudaicum, licet ille nolit cohabitare sine contumelia creatoris, vel nullo modo, sed recedat, non licet fidei transire ad aliud matrimonium, licet sit hic maior contumelia creatoris, quam in precedenti casu. Et reddidit ibi causa diuersitatis. scilicet quia inter fideles est matrimonium ratum, & inter infideles non est ratum. Cum dicitur si vero alter fidelium coniugum, vel labatur in heresim, vel transeat ad Gentilitatis errorem, non creditur, quod in hoc casu is, qui relinquitur viuente altero possit ad secundas nuptias conuolare, licet in hoc casu maior appareat contumelia creatoris, nam

In q. 92. ta etis de quibus lacus infra.

P & si

& si matrimonium verum inter infideles existat, tñ non est ratum: inter fideles autem verum, & ratū existit, & ita dicendum in hoc casu, q non sit ratum matrimonium inter infideles. s. quia in aliquo casu dissolvitur, postquam verè contractum est. i. in tribus casibus supra positis.

Cum matrimonium ex sententia Christi sit factum simpliciter indissolubile, tam apud infideles, quàm fideles, quò apud infideles quandoque dissolvitur, apud nos vero nunquam? Quæst. XCVI.

Sed tunc est dubium cum matrimonium ante Christum esset solubile, & licitum esset repudium, & ex Christi mandato, atque sententia factum est indissolubile, quò in aliquo casu manet matrimonium dissolubile. Nam videtur, q matrimonium sit simpliciter indissolubile, aut si est in aliquo casu dissolubile erit illud, tam inter fideles, q infideles cum ab eodem Deo sit indissolubilitas mrimonii, & non sit per aliam legem illis factum indissolubile, quam nobis: quò ergo poterit dici, q inter infideles non sit ratum, quasi dissolvatur in tribus casibus, & inter nos sit ratum. In nullo casu dissolubile? Solet responderi, q hoc sit pp factm fidei. s. quia Christus confirmat factm coniugii, & quia in infidelibus nō est fides, nec fidei factm non sit ratum matrimonium, ita reddit cam huius Papa in alleg. c. quanto. cū dixisset, q inter infideles licet sit verum matrimonium nō est ratum: inter fideles aut verum, & ratum existit. Addit causam dicens, q factm fidei, quod semel est admittū nunquam admittitur, sed ratum efficit cōiugii factm, vt ipsum in coniugibus illo durante perduret. Et istud accepit Innocentius tertius ex eo, quod dicit August. lib. de Adulterinis coniugiis, & hñ 32. q. 7. c. licitè. s. Sicut aut manente in se sacro regenerationis excōicāt quisquis est reus criminis, ita quæ separatur a viro, nūquam carebit coniugii sacro, & si non reconciliet vir eius: carebit aut si mortuus fuerit vir eius, Et ex eo qd Aug. dicit ad Parmenianum, & hñ 1. q. 1. c. quod quidam. vbi dñs, q factm acceptum non amittitur.

Sed obiicitur, q istud non sit causa conueniens, quia si per factm confirmatur coniugii, deberet tunc matrimonium non consummatum per copulam esse firmum, cum id quod ad factm, & gratiam pertinet sine copula carnali sit, & tñ non est firmum, quia dissolvitur ergo factm fidei. i. baptisimus non firmat omnia alia facta, neque coniugium. Secundo, quia si confirmatio matrimonij esset per factm fidei, cū inter infideles non sit sacramentum fidei, nunquā esset firmum matrimonium, & ita posset quis infidelium accipere vnam vxorem, postquam tenebat aliam, sed nō licet hoc, quia Christus illud vetuit Matth. 5. & 19. c. ergo matrimonium esse indissolubile ex mandato Christi prouenit, & non ex conditione sacramenti baptisimi.

Vnde matrimonium habeat indissolubilitatem. Quæst. XCVII.

Dicendum ergo vñ aliter sine preiudicio veritatis, q matrimonium de se non habebat indissolubilitatem, ita q tenerentur homines ad seruandam indissolubilitatem in illo, & peccarent mortaliter, si non seruaret illam, sed prouenit ei indissolubilitas ex mandato Christi iubentis, q non separarentur illi; quos Deus coniungebat, ex isto mandato sit indissolubile matrimonium, tam fidelium, quam infidelium, ita vt non liceat repudiari, & recedere ab vxore, aut aliam accipere, sed si in

F aliquo casu vñ dissolui matrimonium, tam inter fideles, quàm infideles prouenit ex quadam interpretatione verborum Dei, quasi Deus illud sic intelligi voluerit, & quia per istas interpretationes contingit de iure dissolui inter infideles, & non fideles dicimus inter fideles matrimonium esse ratum. Circa quod considerandum, q sponsalia de presenti sunt verum matrimonium, s. iura, & ideo si matrimonium est indissolubile et debent indissolubilia esse illa, & tamen falsum est, quia contractis illis licet alteri sponforum transire ad religionem, et sine licentia alterius, & manenti licitum est ad aliud matrimonium transire. de conuer. coniu. cap. verum. Sed aliqui dicunt, q matrimonium illud est ratum, licet alter ipsorum transeat ad religionem, nam omnes asserunt matrimonium consummatum per copulam esse ratum, & indissolubile, & tamen potest vir intrare monasterium, vel promoveri ad sacros ordines. eo. tit. c. cum sis, & c. cōiugatus. Dicendum q istud nihil valet, nam post copulam matrimonialem si alter coniugum transeat ad religionem non dissolvitur matrimonium, sed manent cōiuges, licet sint absoluti a debito coniugali, cum neq; vni petere liceat, neque alter reddere cogatur, tamen in sponsalibus de presenti cum non interuenit copula, vere dissolvitur matrimonium per introitum in religionem, & hoc apparet in duobus. Primo, quia in sponsalibus si alter sponforum vult intrare religionem non requiritur, q licentiam petat ab alio, sed etiam eo inuito potest intrare in alle. c. verum, & tamen si copula interuenit non licet vni sine licentia alterius intrare monasterium. eod. tit. cap. p̄terea. & cap. vxoratus. Secundo, & precipue, quia altero sponforum intrante religionem, licet alteri transire ad aliud matrimonium, eo. tit. c. verum, & sic non manet vinculum matrimonij, nam si maneret adulter esset, qui ad alias nuptias transiret, cum teneretur priori vinculo, sic Apostolus significat ad Rom. 7. cap. q mortuo viro soluta est mulier a lege viri, ita vt non iudicetur adultera si cum alio fuerit inuenta, & ita significatur, quò d si mulier non esset soluta a lege viri iudicaretur adultera, si cum alio inueniretur, & tamen si intrante sponso religionem sponsa alii nubat, non iudicatur adultera. eo. c. verum, immo licet sibi alium accipere, ergo non manet vinculum prius ex matrimonio, sed prorsus dissolutum. Dicendum ergo, q veritas est matrimonium per verba de presenti non consummatum per copulam non esse firmatum, & ideo potest dissolui, & tamen nō potest dissolui absolute, sed solum in casu aliquo, & ista dissolutio non habet locum, nisi in quatuor videtur consonare verbis Dei, & hoc cōcurrentibus duobus. Primum est, q Deus dicit esse matrimonium indissolubile, quod est consummatum per copulam, & hoc apparet ex institutione Gen. 2. c. & melius Matt. 19. cap. vbi Christus ponit indissolubilitatem, dicens: Erunt duo in carne vna, itaq; iā non sunt duo, sed vna caro: quos ergo Deus coniunxit, homo non separet. Et sic pp vnitatem ipsorum non det esse separatio, & tñ vnitatis illa est per copulam carnalem. ergo qñ matrimonium non est consummatum per copulam nō accipit indissolubilitatem. Et ista rōnē circa hoc reddit Alexander tertius in alleg. c. verum. s. q cū nō fuisset vna caro simul effectus, satis potest vnus ad Deum transire, & alter in seculo remanere, & idem latius dicit idem Alexander. eo. tit. c. ex publico, vbi reddit rationem quare non consummato matrimonio potest vnus transire ad monasterium, altero inuito, dicens: sane quò dñs in euangelio dixit nō licere viro, nisi ob causam fornicationis vxorem suam dimittere: intelligendum est secundum interpretationem sacri eloquij de his quorum matrimonium est carnali copula consummatum,

Determinatio auctoritatis.

matum, sine qua confirmari non potest, & ita cum Christus dixerit de indissolubilitate matrimonij, nemo auderet sponsalia de presenti, que iudicantur matrimonium, dicere posse dissolui, nisi hoc apparet concordare intentioni Christi, quia summi pontifices, & tota Ecclesia non possent statuere aliquid cōtra id, q Christus dixisset, nec illud limitare, nisi quantū acciperet esse de intentione Christi, & ita Alexander ad limitandum verba Christi in hoc casu dixit, q hoc erat interpretatio sacri eloquij. i. expositio, que colligit ex alijs locis sacre Scripture, & illa est, que poterit limitare dictum Christi, quia illa est tota a spiritu sc̄to, & nemo minor spiritu sancto potest verbum Christi limitare ad hunc, vel illum casum, nisi quatenus ex ipsis verbis apparerit.

Sponsalia non possunt dissolui nisi per religionem. Quæst. XCVIII.

Secundum debet addi, q istud primum non sufficit: nam si diceretur simpliciter, q matrimonium non consummatum per copulam non erat firmatum, ergo posset quomodolibet dissolui, vnde liceret euiliber relicta sponsa accipere aliam, & hoc falsum est, ideo limitatum est ad vnum casum, in quo sponsalia possent dissolui, scilicet per ingressum religionis cum professione. eo. tit. c. verum, & c. ex publico. Nam quandoque sint alij casus fauorabiles non permittit dissolutio matrimonij in illis, vt si sint sponsalia non consummata inter aliquos. & ex dissolutione illorum dando licentiam transeundi ad alias nuptias, sequeretur magna pax, vel vtilitas Ecclesie aut conuersio multorum ad fidem. Nō potest ad huc dari licentia, vt dissoluantur. Etiam status continentie fauorabilis est, sicut status religionis, & per assumptionem sacri ordinis efficitur votum continentie: nam per istos duos modos solos volennizatur votum continentie, scilicet per professionem religionis approbatam, & per assumptionem sacri ordinis: de voto, & vo. redemptione. c. q votum. lib. 6. & tamen per assumptionem sacrorum ordinum non absoluitur aliquis a sponsa sua: eo q solum ponitur iste casus, in quo dissoluitur, scilicet per professionem religionis. c. verum, & c. ex publico. Vnde si quis habens sponsam, quam nōdum cognouit, accipiat ordinem sacrum sine licentia illius non obstante ordine sacro compelleretur ille redire ad sponsam, & tractare eā coniugaliter, nisi ad religionem transire voluerit ille, vel illa, sicut est in coniugatis si ignorante vxore, vel inuita, aut licentiam non dante intraverit vir religionem, & prostretur, cogit redire ad vxorem. c. quidam. & c. placet, & tamen non licet ei petere debitum, sed reddere, & mortua vxore tenebitur seruare continentiam, licet non teneatur redire ad monasterium in alle. c. quidam: sic qui habens sponsam accepit ordines sacros tenebitur aut religionem intrare, aut ad sponsam redire, si illa non intrat religionem, & si illa petente redierit, tenebitur reddere debitum, sed nō poterit exigere cum per ordines sacros acceptos, se ad seruandam castitatem tacite se obligauerit, quia ibi solemnizatur votum. Si aut inoria sponsa, vel religionem intrare voluerit, tenebitur ille continere, & non poterit aliam accipere, nec ipsam impedire ab introitu in religionem et matrimonio consummato cū ille non hēat ius petendi debitum, neque cohabitandi ius ab ea exactus, ergo qñ illa voluerit licite poterit intrare religionem, & ille non poterit eā impedire, nec repetere. Et ita apparet, q solus iste casus introitus in religionem soluit sponsalia, & non aucti sunt cōditores iurium alium casum ponere. Causa est, quia sicut non aucti sunt conditores iurium dicere, q matrimonium

Alph. Toft. In Primum Regum.

A non consummatum per copulam non esset firmatum: nisi quia hoc vñ expresse conuenire verbis Christi, ita non auderent dicere quis est casus, quo tale mrimonium soluebatur, nisi scirent talem casum esse de voluntate Dei, qui dedit matrimonio indissolubilitatem, & ita fuit in presenti. Nam q posset dissolui mrimonium non consummatum conuenit verbis Christi expressa interpretatione scripture, sicut dñs. eo. tit. c. ex publico. s. intelligendum est s. in interpretatione sacri eloquij de his quorum matrimonium carnale est copula consummatum, ita q dissolvatur in transitu ad religionem, conuenit ex tacita interpretatione significata per reuelationem, que nobis patefacta est ex operibus eorum, qui spiritu Dei ducebantur, de quibus non dubitamus, quin instinctu diuino agerent, nā talium exempla, sicut regulas sequimur, ista rō ponitur per eundem Alexandrum. eod. tit. c. verum. tñ reddit causam, q sponsalia de presenti dissoluantur per ingressum religionis. s. verum post cōsensum legitimū de presenti licitum est alteri altero et repugnante eligere monasterium, sicut sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt, dummodo carnalis commixtio non interuenit inter eos.

Dicendum autem, q sicut in matrimonio non cōsummato nemo auctus est dicere, q poterat dissolui, nisi quatenus conueniebat intentioni Christi, vel videbatur conuenire, ita circa matrimonium consummatum, siue inter fideles, siue infideles, dicimus q generaliter sit indissolubile, nisi in casibus illis, in quibus apparerit, q Deus vult, q dissolvatur, & sic non dissoluitur potius inter infideles, quam fideles, nec et ex cōditione sacramenti baptisimi, sed solum q Deus vult, q in quibusdam casibus dissolvatur.

Ista regula apparet per id, q dicit iste Innocentius tertius. de conuer. coniu. c. ex parte tua, scilicet. Nos cōsultationi tuæ taliter respōdemus, q ex quo matrimonium per verba de presenti inter legitimas personas q̄hitur illis viuentibus in nullo possit casu dissolui, vt viuente reliquo alter ad secunda vota transmigret, etiam si vnus fidelium, inter quos est ratum coniugium fieret hereticus, & nollet permanere cum altero sine contumelia creatoris, nisi forte secus fieret ex reuelatione diuina, que superat omnem legem sicut a quibusdam sanctis legitur esse factum. Et sic apparet, q generaliter voluit de matrimonio siue cōsummato, siue non consummato, cum solum dicat q̄to inter personas legitimas per verba de presenti, & omne tale matrimonium dicit esse indissolubile, nisi quatenus apparet de reuelatione Dei, qui, si non interueniret, iudicaretur matrimonium indissolubile: reuelationes autem fuerunt facte quibusdam viris sanctis, q habentes sponsas, quas nōdum cognouerant, dimitterent eas transeundo ad religionem, qui allegantur in c. verum. & c. ex parte tua, ideo conditores iurium coniecturantes voluntatem Dei eē hāc sic licere statuerūt.

Quando possit matrimonium dissolui. Quæst. XCIX.

Sed obiicitur, q talia non sunt ad consequentiam trahenda, cū fiant ex speciali Dei reuelatione, & talia non licet alijs nisi eis, quibus fuit. de diuor. c. gaudemus. Dicendum, q reuelationes diuinae fuerunt non quibus hoc licuit, sed quibus significatum est licere, vnde si aliquibus ex reuelatione fuisset datum illis solis liceret: tamen omnibus licet p regula generali de conuer. coniu. c. verum. & c. ex publico. s. q̄a vltra hoc apparet ex interpretatione sacre Scripture, quòd matrimonium sine copula non est confirmatum, que ratio allegatur in ca. ex publico, & tamen quia nesciretur in quo casu posset dissolui iudicatur.

P 2 cauc.

cauerunt conditores iurium in illo casu posse dissolui, in quo Deus per reuelationem aliquibus ostendit, quod dissoluerent illud recedendo, & dimittendo sponsas. Sicut autem dicitur de non consummato, quod non licet dissolui illis, nisi in casibus, qui sunt ex diuina reuelatione, ita dicitur de consummato, & a fortiori, quod illud est indissolubile absolute, nisi ex diuina reuelatione intelligitur, tam per expressam sacrae Scripturae interpretationem, quam per occultam Dei admonitionem. Inuenimus autem istos tres casus, in quibus matrimonium contractum, & consummatum inter infideles dissoluitur esse huiusmodi. scilicet ex speciali Dei dispensatione, vel prouisione in fauore fidei, & ideo in his putamus licere dissolutionem, & non in aliis. Et apparet de istis casibus, quia sicut Christus ostendit simpliciter indissolubilitatem coniugii, ita Apostolus, qui per spiritum Sanctum loquebatur exposuit licere transire ad aliud matrimonium in alleg. casu. i. Cor. c. 7. dicens non esse dimittendam uxorem infidelem, quando illa habitare consentit. Postea autem dicit, quod si infidelis discedat, non est enim frater, aut soror in huiusmodi seruituti subiectus. i. etiam si recedat non sit nobis cura, quod nullum damnum inde provenit, eo quod non est frater, aut soror seruituti subiectus. i. fidelis vir, vel mulier non teneretur sequi infideles in matrimoniis, et non sunt subiecti seruituti. i. non tenentur continere illis non continentibus, subiecti autem essent si infideles nolent sequi fideles, nec cohabitare, sed recederent, & copularentur aliis: tamen tenerentur abstinerere fideles non transeuntes ad aliud matrimonium.

Tres casus, in quibus secundum Apostolum licet matrimonium etiam consummatum dissolui, altero coniuge infidele manente. scilicet discessio, contumelia creatoris, & coactio ad peccatum. Et quid sit unumquodque istorum. Quae. C.

EX negatione autem istius seruitutis colliguntur isti tres casus, in quibus liceat fidei transire ad alia vota uiuente coniuge, & dissoluatur coniugium. Primus est, quando fidelis nullo modo vult cohabitare, nam teneretur tunc fidelis ad seruitutem, scilicet quod teneretur continere, & careret a fratribus coniugalibus propter voluntatem alterius: seruitus autem est, quando quis teneretur sequi alienam voluntatem iustam, vel iniustam, & sic est, quod fidelis teneretur cohabitare volente infideli cohabitare, & quod infideli recedente non liceret fidei recedere, sed seruare continentiam, & fidem thori, sicut coniugi permanenti in cohabitatione, sed dicitur quod non est seruituti subiectus. i. non tenetur continere illo recedente, neque ei fidem seruare, quam ille non seruat, ergo licebit transire ad aliud matrimonium, quia alias semper seruaret fidem, & teneretur continere. Secundus casus est quando infidelis vult cohabitare, sed non sine contumelia creatoris, nam tunc contumelia soluit ius matrimonium, & ratio est, quia sicut discedere infideli, quia non vult cohabitare dissoluitur matrimonium, quia non est fidelis seruituti subiectus, ita si non vult habitare sine contumelia creatoris, quia vnus casus redit in alterum, nam infidelis non vult hic cohabitare simpliciter, sed cum contumelia creatoris: fideles autem non debent sustinere contumeliam creatoris in quantum possunt, sed potius mortem sustineant, & tamen infidelis non vult sine contumelia cohabitare, & quando cogitur desistere a contumelia recedit, ideo idem est, ac si simpliciter recederet nolendo cohabitare, & tamen recedendo in simpliciter non teneretur seruituti subiectus fidelis. scilicet fidem thori seruaret, ergo licebit et hic transire ad alia vota. Et idem est si infidelis in contumelia creatoris perseverat, & ad-

monitus a fidei cessare non vult, & fidelis recedat, quia melius est recedere, quam manere, nam fidelis non debet sustinere contumeliam creatoris, ideo si potest cogere infidelem cessare a contumelia, & cogat manere licet: si autem non potest, non maneat, sed recedat, si autem tunc recedit, quia tunc infidelis coegit ipsum recedere, est idem ac si infidelis recederet, & ideo non est ei seruanda fides coniugii, sed transire licet ad alia vota. Tertius casus est, quando infidelis trahit fidelem ad peccatum mortale, nam tunc fidelis non tenetur manere, cum infideli, immo non debet si sentit, aut timet, quod non poterit resistere suadenti, & trahenti ad peccatum, cum nihil sit, quod magis debeamus vitare, quam peccatum mortale. Cum autem recedat in hoc casu ex necessitate, quasi compellente eum in fuga, infidelis si teneretur continere, esset subiectus seruituti propter infidelem, & tamen Apostolus dicit, quod non est fidelis seruituti subiectus in huiusmodi. i. circa actus coniugales, & statum matrimonium, ergo non tenebitur in hoc casu continere, sed licebit ei transire ad alia vota.

Probantur magis superiora. Quae. C.I.

ET sic apparet tres casus, in quibus dissoluitur matrimonium inter fidelem, & infidelem, licet sit consummatum per copulam: vnus apparet expressè ex litera Apostoli, alij duo sequuntur ex eo, nam quod non vult infideli cohabitare, liceat fidei ad alia vota transire, ex litera Apostoli patet quod vero soluitur matrimonium per contumeliam creatoris, & quando infidelis trahit fidelem ad peccatum mortale sequitur ex illo: nam necesse est fidei in his casibus recedere si contumeliam euitare non potest, & peccatum mortale euitare non valet cohabitando, & tamen seruituti subiectus esset si postquam recederet cogere continere, sed Apostolus dicit non esse seruituti subiectum, ergo licet ei ad alia vota transire. Et non potuerunt alij casus esse, in quibus fidelis liceret transire ad alia vota, nisi hi tres, quia non habemus, quod matrimonium possit dissolui infidelium nisi ex illa declaratione Apostoli, sed nulli alij casus potest includi sub verbis Apostoli, ideo non licet in aliquo alio casu dissolui matrimonium, patet quia ibi Apostolus dicit, quod frater, & soror non est in huiusmodi. i. circa matrimonium seruituti subiectus, & tamen in his tribus casibus esset seruituti subiectus, si non liceret fidei transire ad alia vota: in nullo autem alio est subiectus seruituti, et si matrimonium non dissoluatur, ideo non licet dissolui in alijs. Apparet enim, quod quando alter coniugum conuertitur alio manente infideli, licet fidei recedere, si vult, deserendo infidelem nolentem conuerti, & tamen si ille vult cohabitare sine contumelia creatoris non deserit fidelem, neque cogitur fidelis eum deserere cum ille nihil mali faciat, quia neque contumeliam infert creatori, neque fidelem ad peccatum trahere conatur, & sic cum fidelis libertatem habeat manendi, vel recedendi fidelis non est seruituti subiectus, ideo non potest iste casus includi sub verbis Apostoli, quia non est aliqua seruitus fidelis: in tribus autem precedentibus secus est, quia ibi cogitur fidelis recedere, & non manere cum infideli, si autem non liceret ei ad alia vota transire, esset seruituti subiectus cum teneretur ex necessitate continere, ideo licet in his tribus solis dissolui matrimonium.

Non quasi hoc instituerint legum conditores aut canonum, qui nullam super hoc habent potestatem: cum Christus dixerit matrimonium indissolubile, sed quia hoc constat ex intentione Apostoli, qui declarauit ea, quae Christus dixerat eodem spiritu Sancto, quo Christus, qui Deus erat, loquebatur. Istud apparet ex verbis Innocentij tertij

tertij de diuor. c. quanto, vbi ostendit casus, in quibus licet dissolui matrimonium contractum inter infideles, & ponit istos tres, non tamen quasi eos statuat, sed quasi ex verbis Apostoli hoc inferri ostendat cum ait: si n. alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur altero, vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel eum pertrahat ad peccatum mortale ei cohabitare volente qui relinquitur, si voluerit ad secunda vota transibit: in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus si infidelis discedit, discedat. Frater. n. vel soror non est seruituti subiectus in huiusmodi, & canonem est in quo dicitur contumelia creatoris soluit ius matrimonium circa eum, qui relinquitur.

Et aduertendum, quod in his tribus casibus dicit Innocentius fidelem relinqui ab infideli, vt habeat locum dictum Apostoli si infidelis discedit, discedat, non. n. est seruituti subiectus frater, aut soror, nam si non recederet infidelis non haberet locum dictum Apostoli, quod autem discedit infidelis relinquitur, vel deseritur fidelis, si autem ipse non relinqueretur, ipse recederet, ideo vt locum habeat verba Apostoli, debet dici in his tribus casibus, quod fidelis relinquitur, ideo soluitur matrimonium, & licet ei ad secunda vota transire. Si autem dicatur quod relinquitur fidelis, quia solum in primo casu relinquitur, quod discedit infidelis nolens cohabitare, in alijs autem duobus casibus potius recedit fidelis, & deserit infidelem, ne ab eo trahatur ad peccatum mortale, vel vt non audiat blasphemiam creatoris. Dicendum, quod in omnibus his casibus deseritur fidelis, quia in primo casu absolute deseritur, in alijs duobus cogitur solus manere cum infideli talia circa ipsum agat, vt cogat fidelis solus manere, & ita solus dimittitur, ideo recte dicitur, quod relinquitur in omnibus tribus casibus. Et adhuc apparet magis, quia in contumelia creatoris fidelis recedit, quando infidelis non vult cohabitare sine contumelia creatoris, & tamen dicitur tunc relinqui fidelis, & non recedere, vt patet in alleg. c. quanto. f. & canonem in quo dicitur contumelia creatoris soluit ius matrimonium circa eum, qui relinquitur, & taliter habetur verba illa per Gregorium in canone 28. q. 2. c. si infidelis.

Conueniens fuit, vt matrimonium inter fidelem, & infidelem possit dissolui in his tribus casibus. Quae. C.II.

ET adhuc praedicta apparent, quia Christus est Deus coniugiorum christianorum. 28. q. 2. c. si infidelis, coniugia autem quae sunt in fide non sunt maiora fide, ideo potius Deus faciet, quod soluat coniugium, quam quod pereat fides, sed impediret fides si matrimonium inter infideles contractum nunquam posset dissolui, ergo debuit Christus facere, quod in aliquo casu dissolueretur, patet quia si nolente cohabitare vxore infideli cum viro fidei, teneretur matrimonium, non liceret conuerso accipere aliam uxorem, sed obligaretur seruare perpetuam continentiam, quod diuineret vxor, sed istud erat difficillimum, ideo vt non cogere viri continere nolent viri conuerti, nisi quod conuenterent vxores, & e contrario nolent conuerti, nisi quod conuenterent viri, & ita impediret pro maiori parte conuersio ad fidem, ergo debuit tunc matrimonium dissolui, vt liceret fidei transire ad alia vota. Secundo, quia Christus noluit obligare omnes ad ea, quae sunt perfectionis, sed solum volentes, sicut dixit Matth. 19. cap. Si vis esse perfectus, non enim dixit esto perfectus, sed si vis, & patet magis, quia eod. cap. illi querebant dederat Christus formam, & regulam habendi vitam aeternam, scilicet, quod seruaret mandata, & quia ille aspirabat ad maiora, dixit ei Christus, si Alph. Toft. In Primum Regum.

vis esse perfectus, quasi dicat hoc non est necessarium, & tamen inter opera maxime difficultatis posuit Christus esse continentiam perpetuam non habendo vxorem, ergo nollet obligari omnes ad hoc, patet quia Matth. 19. cum Petrus diceret Christo, si ista est causa hominis cum vxore sua, non expedit nubere, dixit Christus non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est, & ita significauit esse magnam difficultatem, & non esse ponendum in lege, & tamen Christus, quasi poneret hoc in legem cogere ad continentiam perpetuam, si non dissolueretur matrimonium, quando infidelis nollet cohabitare fidei. Ergo vel cogere ad continentiam, vel impediret conuersionem ad fidem, sed neutrum Christus voluit, quia nullum ad continentiam obligauit, etiam fidem maxime procurauit cum ista esset summè necessaria. Ergo firmitas matrimonii, quae huic conuersioni obstat, dissolueretur ab eo.

Tertio patet, quia iura asserunt, quod viri timentes se deserere ab vxoribus retrahuntur a conuersione ad fidem, de diuor. c. gaudemus, a fortiori ergo retraherentur, si cogere vellent seruare perpetuam continentiam, quia hoc esset durius, quam deserere ab vna vxore, & aliam accipere, ergo debet tolli firmitas matrimonii in hoc casu, ne impediatur conuersio ad fidem.

Quarto, quia fideles iudicarent se pessime conditionis si ipsi ad fidem transeuntibus nolent vxores eorum cohabitare eis, sed acciperent alios viros infideles, & fidelibus non liceret accipere alias vxores, sed teneretur seruare continentiam, & fidem illis, quod contempserant eos, & transferant ad alios viros, & ita retraherentur valde a conuersione ad fidem, ne subirent istam, tam grauem conditionem, sed Christus debuit amouere omnia officiosa conuersionis illis, quibus promptius erat manere infideles, quam conuerti ad fidem, ergo debuit facere matrimonium indissolubile, & dissolui in tali casu.

Quinto patet, & clarius, quia istud videtur de intentione Christi ex verbis suis. Nam ipse per conuersionem ad fidem volebat separare viros ab vxoribus, & vxores a viris. Et tamen nolent cogere eos ad continentiam, quam dixit non conuenire omnibus. Matth. 19. c. ergo voluit, quod fideles, qui sic diuiderentur ab infidelibus coniugibus non tenerentur ad continentiam, & tamen tenerentur si non liceret eis transire ad alias nuptias, ergo licere debuit, & hoc non potuit licere, nisi dissoluto primo matrimonio, ergo Christus voluit, quod dissolueretur in tali casu matrimonium. Patet praesuppositum de separatione, quam Christus facere intendebat Mar. 10. Nolite arbitrari, quod veni mittere pacem in terram, non veni pacem mittere, sed gladium, veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam. & Luc. 12. dicitur. Putatis, quod veni dare in terram, non dico vobis, sed separationem, erunt autem quinque ex hoc in domo vna diuisi, tres in duos. & duo in tres diuidentur, pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam. Istam autem separationem Christus voluit facere, quia iubebat fidem praepari amori coniugali, & paterno, & cuiusque cognationi, vel gradui attentiam, sicut dixit Matth. 10. Qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus, & Luc. 14. aperius illud dixit. Signus venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, adhuc autem animam suam non potest esse me discipulus, & sic Christus voluit facere separationem magnam inter homines eiusdem domus, & attentiam propter fidem, ergo induceret continentiam propter multos si non liceret ad alia vota transire, & tamen noluit aliquem ad

Probatio maioris.

Matrimo-
nium.

continendum obligare, vel manendum sine cōiuge, ergo concessit matrimonium generaliter dissolui, qñ fieret discessio ab inuicem propter fidē. s. non cohabitantibus infidelibus. Et ex his sententiis dñi habuit locū Apostolus, vt diceret: si infidelis discedit, discedat: non est. n. frater, aut soror in hmōi seruituti subiectus. i. non obligatur continere propter recessum infidelis, si potest transire ad aliud matrimonium.

Matrimonium nunquam dissoluitur, nisi ex dispensatione Dei, etiam apud infideles. Contra Innocentium iterum insurgit, de quo supra, questione 96. Quest. CIII.

EX predictis apparet, qd matrimonium simpliciter est indissolubile, & nūquam dissoluitur, nisi ex speciali dispensatione Dei, & qd in his tribus casibus inuenitur, qd Deus illud dissoluit, vt apparet ex verbis Apostoli: dicimus illud dissolui. In aliis autem casibus, quos non inuenimus esse de voluntate Dei dicimus matrimonium indissolubile. Et non prouenit hæc dissolubilitas inter infideles, qd ibi non est sacramentum fidei. i. baptismus cōfirmas matrimonium, & inter fideles sic in omni casu ratum est matrimonium, quia est ibi sacm fidei firmans illud, sed dicendum, qd solum prouenit ex diuina dispensatione, & quia Deus in his tribus casibus sic disposuit, dissoluitur, quia vero non inueniuntur alii gñaliter, non dissoluitur in aliis, & tñ non est ratū, quia est fidelis, & dissolubile, quia est infidelis, sed quia accidit, qd Deus disposuit circa istos tres casus, qd pertinet ad matrimonium infidelium dissoluit matrimonium cōtū inter infideles, si autē disposuisset in aliquo casu qui pertineret ad matrimonium infidelium dissolueret matrimonium fidelium, & non conuenit plus vni mōi, qd alteri ex seipso dissolubilitas. Et patet primo, qd prius oē matrimonium erat dissolubile, tam inter fideles, quam infideles, fuit autem oē matrimonium esse cōtū indissolubile per sententiam Christi, ergo nō sit dissolubilitas aliquando, nisi per Deum, cum Christus dixerit Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separat, ergo siue matrimonium infidelium inter dū separatur, siue fidelium, non fit hoc, quia est matrimonium fidelium, vel infidelium, sed quia Christus illud dissoluit. Secundo patet, quia si matrimonium infidelium, quia est infidelium non esset ratum, & matrimonium fidelium, quia est fidelium, esset ratum, non posset vnamquam dissolui matrimonium fidelium, & tñ dissoluitur. s. matrimonium non consummatum per copulā, & non fit hoc per statutum hominum, sed per reuelationem Dei, de conuer. coniu. c. verum, & ca. ex publico, ergo est matrimonium fidelium in aliquo casu dissoluitur per dispensationem, vel dispositionem Dei, & apparet clare, quia indissolubilitas illa intelligitur de oī matrimonio contracto inter legitimas personas, et non consummato, & illud nunquam dissolueret, nisi ex reuelatione Dei: eo. tit. c. ex parte tua. s. ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de presenti cōtrahitur, illis viuētibz, nullo pōt casu dissolui, vt viuente altero alter ad secunda vota transmigrat, & additur postea, nisi secus fieret ex reuelatione diuina. Tertio patet, quia sicut est de matrimonio non consummato, qd non pōt dissolui, nisi in casu a Deo reuelato, ita matrimonium consummatum poterit dissolui, & dissolueretur ex diuina reuelatione, cui simpliciter esset standū, & tunc dissolueret in illo casu, quē Deus reuelaret, & si in multis reuelaret, in multis dissolueret, & sic non eēt dñia de matrimonio fidelium, & infidelium. Quarto, quia si matrimonium infidelium, ex eo qd est infidelium, esset dissolubile, quia non firmat p sacm

Fidei. i. baptismi, posset dissolui inter ipsos infideles in aliquibus casibus, & liceret dari repudiū, sed falsum est, cū solū dissoluitur in transitu ad fidē: ergo est dissolubile, quia non est confirmatum per sacm fidei. Quinto, quia matrimonium inter infideles dñ non ratū, & illud est dissolubile, ergo si ex eo, qd est infidelium eēt dissolubile, dissolueretur quando manent ambo infideles, quia illud est infidelium, quod inter infideles est potius quā cum alter est factus fidelis, & alter infidelis, & tñ inter ipsos infideles in nullo casu dissoluit, sicut inter fideles non dissoluitur, ergo non est dissolubile, eo qd infidelium est, sed solū dissoluitur, qñ vnus ad fidem transit, & alius non, in tribus casibus supra positis, & istud est in fauorem fidei eo, qd fidelis non debet esse subiectus seruituti infidelium, ergo nō dissoluitur, nisi quia specialiter Deus in illis casibus dispensauit, & non eo qd est infidelium. Sexto istud adhuc magis apparet, quia si matrimonium infidelium esset dissolubile, in quantum est infidelium, & non haberet eandem firmitatem, quam matrimonium fidelium, cum in matrimonio vir, & vxor ad paria iudicentur, de diuor. cap. gaudemus, in casu quo dissolui posset in fauorem vnus coniugis dissolueretur in fauorem alterius, alias non dissoluitur in quantum matrimonium, & tamen non fit sic, quia quādo alter infidelium conuertitur, alio manente in infidelitate, neque volēte cohabitare fideli, dissoluitur matrimonium. 1. Corinth. 7. & iste est precipuus casus dissolutionis, & tamen si fiat eē contrariō non dissoluitur, vt si in dicto casu velit infidelis cohabitare fideli, & nolit fidelis, sed recedat, non dissoluitur matrimonium, nec licet fideli transire ad secundas nuptias, quādiu vixerit infidelis, & continet, & tamen si matrimonium infidelium esset indissolubile, quādo alter coniugū nollet cohabitare, sicut dissolueretur recedente infideli, ita dissolueretur nolente cohabitare fideli, & tamen non est verum, quia in vno casu dissoluit in alio non, ergo non dissoluitur, quasi ipsum in quantum est infidelium sit infirmum, sed quia Deus dispensauit in casu illo in fauorem fidei, vt fidelis non sit subiectus infideli ad seruitutem, & ita nolente cohabitare infideli dissoluitur, sed infidelis seruit fideli, quia si recedit fidelis nolens cohabitare non licet infideli transire ad aliud matrimonium quādiu fidelis continet, qd matrimonium adhuc non est dissolutum, vt infra tangetur, & ideo dicendum, qd omne matrimonium est de se simpliciter indissolubile per indissolubilitatē, quā accipit ex sententia Christi, & non est potius matrimonium contractum inter fideles, quam contractū inter infideles dissolubile de se, sed vtrunque dissoluitur in casu diuina reuelationis. Et quia de matrimonio fidelium reuelauit Deus vnum casum in quo dissoluitur in illo solo dissoluitur, & si plures reuelasset in pluribus dissolueretur. Matrimonium autem contractum inter infideles dissoluitur in tribus casibus, qd istos tres Deus reuelauit in verbis Apostoli, vt inducitur est, & hoc in fauorem fidei. Si autem plures reuelasset, aut pauciores in illis solis dissolueretur, & nō dissoluitur matrimonium infidelium, quasi infirmius sit, & matrimonium fidelium tanquam firmitus, per sacramentum fidei non dissoluitur.

Sed obijcietur, quia aliter dedit causam Innocentius tertius, in c. quanto. de diuor. s. Quia licet matrimonium verum inter infideles existat, nō tñ est ratū: inter fideles autem verum, & ratum existit, quia sacm fidei, qd semel admissum est, nunq̄ amittit. Dicit p̄ duobus modis. Vno modo, qd iste idē Innocentius tertius posuit aliam veriore rōnem ad hoc, & illam sequimur. s. qd omne matrimonium legitime cōtū sit indissolubile, nisi obster diuina reuelatio, quam seq̄ debemus, & quia

quia quantum ad illos tres casus est diuina dispensatio quod dissoluitur, dissoluitur. Istud patet de conuer. coniug. cap. ex parte tua, vbi dicitur ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de presenti contrahitur, illis viuētibz in nullo potest casu dissolui, vt viuente reliquo alter ad secunda vota transmigrat. Et ista decretalis ex parte tua est Innocentii tertii, sicut illa decretalis quanto: in qua posuit aliam sapientiam responsionem, quam non sequimur. Sed quia aliquis dicit, quod inter verba eiusdem non sit repugnantia, poterimus dicere, quod id quod asserit Innocentius ibi, verum est, & tamen causa, quam dat non est vera, aut proprie assignata. Nec istud est incōuenienter dictum, aut contra iura, quod magis infra, in simili dubio declarabimus respondendo ad argumenta, quę facit iste idem Innocentius in capitu. gaudemus.

Infidelis quando dicatur discedere a fideli, tribus enim modis, iuxta primum casum dicitur. Quest. CIII.

Nunc redeamus ad tres casus supra positos, in quibus dissoluitur matrimonium altero coniugum. s. infideli discedente. Dicendum autem, qd infidelis discedere dñ, quādo nullo modo vult cohabitare fideli post cōuersionem, & hoc fit tribus modis, vnus est qñ ante cōuersionē ambo coniuges cohabitant, & qñ vnus conuertitur alter statim transit ad alia vota, sed manens velut in viduitate. Tertius est qñ vno coniugum conuerso ad fidem alius habebat alterum coniugē. s. qñ vir infidelis repudiat vxorem, & illa accipit aliū virū, & ille aliā vxorem, & post hoc alter de illis conuertatur est legitimus coniux suus in alio matrimonio, nam neuter eorum legitime coniungitur ei cui coniunctus est, si in hoc casu conuertatur vir, & requirit vxorē repudiatam, q̄ iā transit ad aliū virū, qd cohabitaret sibi, & illa non vult, dñ discedere: similiter si vxor conuertat, & requirat virum repudiantem, qd cohabitaret ei iam conuersę, & ille non vult dicitur discedere, de omnibus. n. his casibus, vel modis intelligendum est, qd infidelis discedit, & ideo in omnibus dissoluitur matrimonium. Cum dicat Apostolus si infidelis discedit, discedat. i. si non vult cohabitare, non est curandum, neque p̄ hoc fidelis dēt deserere fidem, vt illum sequatur, sed dissoluetur matrimonium, & quia in nullo istorū triū vult cohabitare in oibus eis dñ discedere, & dissoluit matrimonium. Cā autē, quare dissoluitur tunc matrimonium, est fauor fidei, cū dicit Apłs nō est in hmōi frater, aut soror seruituti subiectus, seruiret autē, si nolēte infideli cohabitare, & exhibere obsequia coniugalia, teneret manere continens. Et est fauor, nā de rigore indissolubilitatis ēt si alter coniugū discedat, quādiu vixerit, manebit matrimonium, & tenebit qui relictus est continere, sed hic si fieret sic eis, qui cōuerterent cū multi viri in conuersione separant ab vxoribus, & vxores a viris, sicut dñ Luc. 12. s. quia in eadē domo erunt quinque duo diuisi in tres, & tres in duos: esset necesse multis eorū, qui quertebantur, continere: quod magnum impedimentum presteret conuersioni, ideo debuit dispensari, quod dissolueret matrimonium, & ita factum est, sicut supra diximus.

In q. 10.

Cum autē dixit Apostolus non est frater, aut soror subiectus seruituti intellexit de continendo s. m alienam voluntatē, qd si infidelis velit cohabitare teneret fidelis cohabitare, & si infidelis nollet cohabitare, sed ad alia vota transire, qd teneretur fidelis p̄ ipsum continere, ideo non tenetur, sed liber est, qd si transierit infidelis ad alias nuptias, vel noluerit cohabitare statim

Alph. Toft. In Primum Regum.

A liceat fideli transire ad aliud matrimonium. Aliter p̄t ēt intelligi. Non est subiectus frater, aut soror, id est si recesserit infidelis nolens cohabitare, non tenetur fidelis redire ad infidelitatem, vt maneat cum cōiuge, quasi teneatur ex lege coniugii ad cohabitandum, & quia non pōt cohabitare manendo in fide tenetur cohabitare redeundo ad infidelitatem, nam tñ fortior esset lex coniugum, quam necessitas fidei, cum cogere- tur a fide recedere p̄ indiuisibilitatem coniugii, & tñ maior est necessitas fidei, q̄ indiuisibilitas mōi nōi, ideo dissoluitur matrimonium, vt nō pereat fides, sic exponit Ambr. ad Hilarium, & h̄ 28. q. 1. ca. si infidelis. s. Si infidelis discedit, dicit Apłs, discedat, nō est subiectus frater, aut soror seruituti in hmōi. i. infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic cognoscat fidelis suam libertatem, ne ita se subiectum putet seruituti, vt ipsam dimittat fidem, ne cōiugem amittat infidelem. Sed adhuc aliquid debet addi ad istum intellectum. s. non solum est liber fidelis, ita qd non debeat redire ad infidelitatem, vt maneat cum vxore, sed qd intelligat non esse necessarium, aut nullam vxorem habere, aut reuerti ad infidelitatem cum vxore, quę nō vult cohabitare fideli, nam non est isti seruituti subiectus, sed pōt non perdendo fidem nō perdere vxorē. s. quia si illa noluerit cohabitare poterit accipere aliam fidem, quę cohabitaret, & hoc est dissolui matrimonium. Et istud patet, quia de primo nullum dubium erat, cum non solum fidelis factus non dēat reuerti ad infidelitatem p̄ vxorē, sed potius admonente Chrō dēt qui infidelis est dimittere vxorē, vt fidelis efficiat: Mar. 10. & Luc. 12. & 14. Alius quoque sensus esse poterat. Non est subiectus fidelis seruituti. s. vt recedat ad infidelitatem p̄ infidelem coniugem, sed est subiectus necessitati continendi, cum sit melius vxorem perdere, q̄ fidem. Sed adhuc iste sensus non satisfaciens, quia redit in præcedentē. s. qd non est obligatus fidelis redire ad infidelitatem p̄ vxorem, & tñ istud iam Christus dixerat plane. Ideo accipi debent verba Apłi in casu, in quo seruiant de dubio, & dicemus, qd nō est subiectus frater, aut soror seruituti recedere infideli. s. qd sicut non tenetur dimittere fidem p̄ voluntatem alterius, ita neque cogitur cōtinere, sed licet ad alia vota transire, sic exponitur de iure, de diuor. c. quāto, & iste est verus sensus.

Fidelis ad alia vota transire potest, cum infidelis a se recedit, & quomodo. Quest. CV.

Diximus autem, qd tribus modis dñ infidelis recedere a fideli. Dicendum, qd in omnibus licet fideli transire ad alia vota, quia in omnibus illis dñ, qd non est seruituti subiectus. Est tñ aduertendum, qd licet discedat infidelis nolens cohabitare, dēt prius a fideli admoneri, vt cohabitaret, & si non vult tunc licet fideli transire ad alia vota, & hoc fit p̄ duo. Primo, vt fidelis sit certus, qd licet transire ad alia vota, nam tunc licet ei transire, qd infidelis non vult ei cohabitare, sed discedit, & tamen non constat plene de voluntate infidelis coniugis, quousque sit requisitus an velit discedere, quia potest primus dicere, qd vult discedere, & quando fuerit requisitus, quod cohabitaret, alioquin. qd transibit fidelis ad alia vota, forte penitebit tractus ex consuetudine prioris vitę, & dicet, qd vult cohabitare. Ad hoc ergo, qd plenē constat an cohabitare velit, vel non, debet requirere eū. Scđo, vt securior sit, si ad secunda vota transierit, nā si transierit, poterat ei obijcere, qd nō licuisset ei transire cū hoc non posset, nisi nolente infideli cohabitare, de quo non erat certitudo, ideo nō licuit transire, vt autē hoc obijci non possit dēt fidelis admoneri.

Quest. præced.

infidelem, vt cohabitare, & adhibere testes huius requi-
sitionis, vt si ille responderit, quod non vult, habeat fi-
delis testes, quibus probet, quod possit ad alia vota tran-
sire, sic dicit glo. in cap. quanto, de diuor. super patre,
qui relinquitur, scilicet. Sola contumelia creatoris sol-
uit matrimonium, quando non vult cohabitare, & p-
uenit ad notitiam alterius, debet tamen adhibere tes-
tes, q̄ non vult illi cohabitare ne impediatur postea
p̄hens: istud. n. sufficit de rigore iuris in omnibus his
modis ad dissoluen- dum matrimonium, & tñ de equi-
tate non debet idem fieri in omnibus, sed in quibus-
dam potius quā in aliis expectari: si. n. sit primus mo-
dus, q̄ ambo coniuges cohabitabant, qñ alter eorum
conuersus est, licet infidelis requisitus dicat nolle co-
habitare non conuenit, q̄ statim trāseat fidelis ad alia
vota, quia infidelis cum adhuc contineat non accipit
do alterum coniugem potest penitere, & etiam con-
uertere, atque ad hoc dispositus est quando non trāsit
ipse ad alia vota, neque fidelis: si autem fidelis trāseat
ad aliud matrimonium ablata est infideli spes de ha-
bendo priorem coniugem, ideo non trāsit iam ad
fidem. Vnde aliquandiu quando infidelis non trāsit
ad aliud matrimonium melius est, & magis ad chari-
tatem pertinens, q̄ fidelis, neque aliam coniugem ac-
cipiat, neque ad religionem transeat quousque ex p-
seuerantia agnoscat mens infidelis obstinata in infi-
delitate, quia tunc equum est, q̄ nō amplius expectet
fidelis, sed vel aliud matrimonium transeat, vel ascen-
dat ad ordines sacros, vel intret religionem.

Si autē sit secundus modus. s. q̄ infidelis statim post
conuersionem alterius coniugis ad fidem transeat ad
aliud matrimonium, videtur mens eius in infidelitate
obstinata, & abstulisse sibi occasionem conuersionis,
in quantum accepit aliam coniugem, ideo coniugi fide-
li statim licet tranfire ad alia vota, sed adhuc dēt requi-
rere infidelem, an debet cohabitare, alias non dēt trā-
sire ad alia vota. Aliquis dicit istud non esse necessa-
rium, neque conueniens: nā ex eo, q̄ infidelis trāsiuit
ad alia vota, vñ dissolutum esse matrimonium inter fi-
delem, & infidelē, & iam non esse possibile cohabita-
tionem coniugale inter eos. Dicendū q̄ est vtilis req̄-
situs, quia si fidelis conuersus trāsiuit ad alia vota dis-
solueretur matrimonium prius, & ideo nō erat vtilis
requisitus, quia ē si infidelis conuerteretur nō posset
cohabitare ei, & tñ si infidelis tranfiuit ad alia vota nō
dissoluitur matrimonium, quia est ibi, sicut qñ infide-
les se repudiant, & non soluitur matrimonium, sed ma-
nent legitimi coniuges, & iō licet eis redire ad primū
matrimonium, & non licet manere in secūdo. iō admonē-
tus est infidelis, qui sic tranfiuit ad alia vota, vt cohabi-
ret fidelis: nam p̄r cohabitare, & si voluerit tunc conuertere
non poterit fidelis accipere aliam coniugē, sed tenebitur
recipere illam ad cohabitationē, si autē cohabitare
velit, & non conuertere, non tenebitur fidelis cohabitare,
licet possit: & tñ non licebit ei tranfire ad aliud ma-
trimonium, sed si adhuc infidelis, q̄ ad alias nuptias tran-
sferat conuertat, anteq̄ fidelis transeat ad aliud matri-
monium, tenebitur illum recipere ad cohabitationē.
de diuor. c. gaudemus. Si autē sit tertius casus est dicen-
dum, sicut de primo, nam si vir repudiauerat vxorē,
& accepta alia postea conuertat, dēt requirere eam, q̄
repudiauerat an velit conuertere, & si voluerit conuertere
tenetur eam accipere, & si non vult conuertere, vult tñ co-
habitare tenetur vir, aut ei habitare, aut nullam aliam
accipere ea viuente, quia est legitima eius in allega. c.
gaudemus. Si autē illa dixerit, q̄ neque conuertere vult,
neque cohabitare, sed manere cum viro, ad quem trā-
siuit, licet fidelis coniugi statim tranfire ad aliud matri-
monium, & tñ si anteq̄ transeat conuertatur vxor re-
pudiata cogatur eam recipere. eo. c. gaudemus, si autē

requirit tunc virum, q̄ vult ei cohabitare, sed non con-
uertere, non licebit viro accipere alteram.

*Contumelia creatoris, quae dicitur iuxta 2. casum.
Quaest. CVI.*

Est nunc dicendum de secundo casu. s. de con-
tumelia creatoris, & primo quid vocatur con-
tumelia creatoris. Dicendum q̄ contumelia
creatoris dupliciter accipitur. Vno modo in
agendo aliquid q̄ Deum. Alio modo non tolerando lau-
des Deo debitas. Primo modo est contumelia blasphem-
ia, si infidelis dicat malum de Christo, vt quia nō est
Deus, vel aliquid malū falsum, aut turpe, q̄ in iniuriā
eius cedit, & tunc contumelia, & blasphemia conuer-
tuntur, sic accipitur de diuor. c. quanto. Cum dicit al-
tero vero non sine blasphemia diuini nois cohabitare
volente, & tñ eo. c. postea dicit contumelia creatoris sol-
uit matrimonium, & in c. gaudemus. vocatur contu-
melia, & ideo blasphemia pro contumelia accipit.
Alio modo accipitur pro nō sustinere laudes debitas
Deo, quod ē redundat in blasphemiam, nam sicut non
dicere de Deo falsum, aut malum est Deo debitū, q̄
in eo malum non est, ita dicere de Deo bonū est Deo
debitum, quia ipse summus bonus est, & obus bene-
faciens, sicut ergo dicere de Deo malū, & falsum est
blasphemia, quia hec sunt Deo indigna, ita non susti-
nere de eo bonū dici est blasphemia, quia sunt ei lau-
des debitas, & ideo vtrunque vocatur s̄m iura contu-
melia creatoris, de isto secundo loquitur Ambrosius,
& Greg. & hñ 28. q. 2. c. si infidelis discedit. s. contu-
melia quippe creatoris soluit matrimonium circa eum,
qui relinquitur, nec est fides seruanda coniugii ei, qui
propterea discessit, ne audire Christum esse Deum
christianorum coniugiorum. Sicut autem accipitur
de ista laude Christi, est accipiendum de oibus aliis,
quia quamcunque noller audire infidelis facit contu-
meliam, cum Christus sit maior ois laude, & superior
ea, & in isto modo infidelis nihil mali dicit de Chris-
to, & tñ non vult audire laudē Christi, quod facit, q̄
valde odit Christū. eo. ti. si infidelis. s. Si infidelis dis-
cedit odio fidei christianae, discedat. Est autē dīa inter
istos modos contumeliam, quia in primo modo disce-
dit fidelis ab infideli, ne audiat contumeliam creato-
ris. s. blasphemiam, & non recedit tunc infidelis. In se-
cundo modo recedit infidelis, quia non sustinet audire
laudes Christi, & non recedit tunc fidelis. Sed dicet
quō hēt locum hic dicitur A postoli, ex quo matrimo-
nium dissoluitur. s. si infidelis discedit, discedat, nā nō
discedit infidelis in primo modo, sed fidelis. Dicendū
q̄ infidelis dēt discedere, non q̄ ipse verē discedat, sed
quia fidelē discedere cogat, nam fidelis non dēt susti-
nere blasphemiam Christi, sed vel eam tollere si p̄r ca-
stigare blasphemum, vel saltem fugere ne audiat illā,
& ideo potens castigare blasphemantem dēt discede-
re, sed blasphemans cogat ipsum a se discedere, ergo
idem est, ac si infidelis discederet a fidei, quia ipsum a
se fugat, sic accipit Aug. lib. 1. de sermone dñi in mon-
te, & ibi 28. q. 1. c. idolatria. s. Sed quisquis eam quoq̄
vxorem dimittit a qua ipse cogitur fornicari cā vtiq̄
fornicationis dimittit velut si aliquem vxor cogat sa-
crificare idolis, qui talem dimittit causa fornicationis
dimittit, non tantum illius, sed & suę: illius, quia for-
nicatur, tuę ne fornicetur. In secundo modo infidelis
discedit propter contumeliam creatoris. s. faciendū ei
contumeliam, nolendo audire laudes illius, & tunc
proprie reducitur in primum modum, qui est Apo-
stoli, scilicet. Quando infidelis discedit nolens cohabi-
tare fidei, & non est distinctus modus contumelie
primo modo.

Sed

Requisitus
infidelis est
necessaria.

In 3. casu
quid.

Casus ter-
ribilis.

A si gebas etiam christianis exerceas, aut si aliquid aliud
flagitiosum, aut facinorosum in viro tuo nō erat, quo
delectata, vel libidine explebat, vel faciliē vitā hēbat,
vel ērornator incedebat. Dicendū autē, q̄ iste casus est
multum terribilis ad dissolūendū matrimonium, quia cā
fidei est fauorabilis valde, & ideo cōcessit Deus, q̄ re-
cedente infideli posset fidelis tranfire ad aliud matri-
monium, ne timore continentie seruandē non con-
uerterentur, qui viderent se deserti ab vxoribus. s. quia
parū erat conuertere, si conuersi redirent iterū ad infide-
litate, melius erat nunq̄ fuisse conuersum. 2. Petri 2.
c. debuit concedi id per q̄ fideles conuersi non traher-
entur ad infidelitatem, & tñ poterat vnus coniux
infidelis peruertere fidelem incitando ipsum ad pec-
catum mortale, ergo debuit licere dimittere talem
coniugem, & tranfire ad alia vota.

*Quomodo infidelis dicatur discedere a fidei cogendo ēū peccare
mortaliter. Quaest. CVIII.*

Sed tunc dicitur quō pertinet hoc ad modum
literę Apostoli ex qua licet fidei tranfire ad
aliud matrimonium. s. si infidelis discedit' di-
scedat: nam hic non discedit infidelis, sed fide-
lis dimittit infidelem. Dicendum, q̄ ad illud dictum
Apostoli pertinet, & dēt discedere infidelis: nam licet
non discedat cogit discedere infidelem a se eum effu-
gando: nam fidelis tenetur fugere peccatum mortā-
le, si ergo infidelis coniux suadet ad peccatum mortā-
le, & fidelis non pōt aliter illud effugere, nisi pariter
effugiendo a coniuge tenetur fugere, & ita qui p̄stat
causam fugiendi ipsum fugat, & sic ab ipso, quem fu-
gat fugere dēt, & tñ fidelis recedens ab infideli cā fidei
non tenetur manere sine coniuge, quia non est in his
frater aut soror seruituti subiectus, ergo licet tranfire
ad aliud matrimonium, & ideo soluitur primum mat-
rimonium. Sed adhuc dicendum, q̄ cum in c. quanto.
& c. gaudemus. dicitur, q̄ non vult cohabitare sine
hoc, q̄ pertrahat ad peccatum mortale: intelligit de
inductioe, quasi necessaria ad peccandum: cū vtro-
bique dicatur pertrahat: verba autē trahendi significāt
necessitatem, vel violētiā. Ducere autem significat
rem voluntariā, sicut dixit Seneca: q̄ animus hominis
generosus melius ducitur, quam trahatur. Etiam quia
non dicitur solum trahat, sed pertrahat, & ista prepo-
sitis per significat complementum, vt dicitur pertra-
here alium, qui compleuit ipsum trahere. Ex hoc ap-
paret, q̄ si infidelis coniux suadet fidei coniugi ali-
quod peccatum mortale, non p̄ hoc statim dissoluit
matrimonium, aut discedere pōt fidelis, qui suadetur
ad malum, sed solum qñ illa suasio, vel sollicitatio est
realis, vt fidelis nō possit vitare peccatū mortale coha-
bitando, nam tunc licebit recedere. Et patet hoc pri-
mo ex significatione verbi pertrahere, q̄ inducit vio-
lentiam, vt dictum est: Leuis autē suggestio non facit
violentiam: ideo non est verum, q̄ quocunq̄ con-
iux coniugi suadet malum facere, soluitur matri-
monium.

Secundo, quia istud dēt reduci ad verbum Apo-
stoli. s. si infidelis discedit, & tñ per leuem suggestionem
non pōt dici, q̄ discedat infidelis, quia neque discedit,
neque compellit discedere fidelē, sed cum est magna
suggestio, quę quasi violenter adducit, nam tunc licet
non discedat infidelis cogit discedere fidelē, cum sibi
sit necessarium, aut subuertit, aut recedere, & sic qui
eum a se fugat cogendo recedere dēt ab eo discedere.
Istud autē est qñ suggerit quis alteri faciēdum, qui ali-
quo modo cogere potest, ita vt nō sit sola suggestio, sed
mandatum, vel coactio, vel est tanta sollicitudo, & p-
seuerantia inducētis ad malum, q̄ vix possit euadere
quin

Sed dicendum, quod quando loquitur de contumelia
creatoris communis accipimus in primo modo:
patet per distinctionem, quę fit de diuor. c. quanto, &
c. gaudemus. Cum dicitur de coniuge infideli: Aut
vult cohabitare fidei, aut nullo modo, aut non vult
sine contumelia creatoris: ergo non habitare sine con-
tumelia creatoris est habitare, & non discedere, quia
alias non distingueremus inter nullo modo velle co-
habitare, & cohabitare non sine contumelia Dei. Se-
cundo patet, quia distinguiuntur tres casus, scilicet
discedere, habitare cum contumelia creatoris, trahere
ad peccatum mortale, c. quanto, & c. gaudemus, & tñ
si accipitur contumelia creatoris secundo modo. i.
nolle audire laudes Dei, & ideo discedere, non disse-
runt tres casus suprapositi, quia secundus incidit in pri-
mum, ergo potius debet accipi, & accipitur contu-
melia creatoris primo modo, quam secundo.

*Trahere ad peccatum mortale quomodo intelligitur iuxta ter-
tium casum. Quaest. CVII.*

Tertius casus est quando infidelis coha-
bitat fidei coniugi, & tamen trahit eum ad
peccatum mortale, & alter non vult cohabi-
tare, est tamen dubium quomodo intelligit
trahere ad peccatū mortale, q̄ dissoluit matrimonium.
Dicendum, quod hoc maxime intelligitur si infidelis
suadet fidei reuertē ad infidelitatem iam dimissam.
Hoc autem est mortale peccatum, & grauissimum
quidem, & maxime periculosum: cum sit enim fides
maxime necessaria, & fundamentum omnium virtu-
tum acceptatum Deo, nullum peccatum est grauius,
quam infidelitas, quę tollit omnem virtutem negādo
fundamentum, vel tollendo illud, & licet infidelitas
sit mala, est deterior quando quis venit ad fidem, &
postea retrocedit: melius enim fuerat viam domini
nō cognoscere, quam post agnitam retroire. 2. Petri
2. c. & de apostata. c. quidam sicut. Alio modo potest in-
telligi de quocunq̄ peccato mortali, ad quod fide-
lis impellit ab infideli, & maxime si est aliquid, quod
sapiat infidelitatem, vt si infidelis non suadeat infide-
li reuertē ad infidelitatem priorem, sed suadeat obseruare
aliquam ceremoniam, vel ritum prioris infidelitatis:
nam hoc est redire in infidelitatem, licet indirectē, &
tales vocantur apostate quasi a fide recesserint: in alle-
c. quidā, sicut & agitur ibi de quibusdam infidelibus
iam conuersis ad Christum, qui aliquas ceremonias
prioris infidelitatis obseruāt, cum dicitur cum prioris
ritus reliquias retineant christianę religionis decere
tali commixtione confundunt, & circa tales de infi-
delitate conuersos dicit Apostolus sine causa labora-
rum esset, id est inutiliter: sicut dicitur ad Gala. 4. Dies
obseruatis, mensēs, tempora, & annos: timeo ne forte
sine causa laborauerim in vobis. Hoc dixit, quia Ga-
lathę erant Iudei, & conuersi fuerant ad Christum
predicante Paulo: Nunc vero iterum redibant ad ob-
seruandas ferias Iudeorum, quę sunt ceremonię lega-
les, ideo dicit Apostolus, quod sine causa, id est inuti-
liter laborauit in eis, quia idem erat nunc, ac si non con-
uersi fuissent. Etiam de omnibus alijs peccatis morta-
libus potest intelligi, ad quę vnus coniugū aliu trahit,
vt est furtum, adulterium, idolatria, & huiusmodi: nā
si non possit fidelis coniux euitare ista peccata, disce-
det, & dissoluetur matrimonium: sic dicit Aug. lib.
de fide, & operibus, & habetur 28. q. 1. c. vxor. s. vxor
legitima societate coniuncta sine culpa relinquitur, si
eum viro christiano permanere noluerit, attenditur
eo modo eam rectissime dimitti si viro suo dicat, non
ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congre-
ges: aut nisi solita lenocinia, quibus domū nostrā trā-

quin turbetur, & concipiat, q̄ suadet, licet in prima oblatione non placeat, quod suggeritur.

Coniugem nolle cohabitare nisi trahendo ad peccatū mortale duobus modis esse potest, & in utroque matrimonium dissolvitur. Quæst. CIX.

Sed adhuc dicendum, q̄ dupliciter potest intelligi, q̄ infidelis coniux nolit cohabitare, nisi trahendo ad peccatum mortale. Vno modo, q̄ coniux dicat, ego non manebo tecum, nisi facias talia, & talia, & ista sunt peccatum mortale. Secundo modo, q̄ non cohabitaret sine peccato. i. quando cohabitaret non vult cessare a suggerendo malum conjugi, vel inducendo ad malum. De primo loquitur Aug. lib. de fide, & operibus, vt habetur. 28. q. 1. c. vxor. f. Vxor legitima societate coniuncta, sine culpa relinquatur. Et sequitur: attenditur eo modo eam rectissime dimitti si viro suo dicat, nō ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges, aut nisi solita lenocinia, quibus domum nostram transigebas. Et christianus exerceas, & ita ista vult cohabitare trahendo virū ad ista erimina, quibus si vir nō consentit illa recedit. De secundo modo patet q̄ si femina incitat valde virū ad peccatum: non enim ipsa tunc discedit, si non iussit viro peccatum, sed quando manet semper ad peccatum mouet, & vir, vt non trahatur finaliter in peccatum, fugit. Sic dicit Aug. lib. 1. de sermone dñi in monte, & habetur: 28. q. 1. c. idolatria. f. Sed quisquis eam quoque vxorem dimittit, a qua habere cogitur fornicari, causa vtrique fornicationis dimittit, velut si aliquem vxor cogat sacrificare idolis, qui talem dimittit causa fornicationis dimittat, non tantum illius, sed & sue, illius quia fornicatur, sue, ne fornicetur. Et ita dicit recedendum esse ab vxore, que ad peccatū trahit. Sed tūc est dubium in quo casu horum est verum, q̄ dissoluatur matrimonium. Dicendum q̄ in utroque casu, & ambo ponitur pro vno, scilicet cum infidelis trahit fidelem ad peccatum mortale. Dicit tñ potest, q̄ primus modus magis conuenit ad intentionem Apostoli, cum dicat si infidelis discedit, discedat, & in isto modo recedit infidelis, cum dicat non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges. i. non manebo tecum, sed recedam, nec intelligitur de tpe contrahendi, quasi ista sit cōditio apposta matrimonio, sed intelligitur de cōuersione ad fidem. i. q̄ cum ambo coniuges erant infideles, & vir exercebat aliquod peccatū quo vxor delectabatur. Nunc vero factus fidelis non vult exercere peccatum illud, dicit vxor non ero vxor tua, i. non manebo tecum si hoc nō facias, & patet hoc ex litera ipsa. Nam cum dñs si viro suo dicat non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges, aut nisi solita lenocinia, quibus domum nostram transigebas. Et christianus exerceas, ergo cum prius habitabant ambo infideles existentes vir exercebat ista delicta, & quia nunc fidelis factus ea exercere non vult, deserit eum vxor sua. Sed tūc dīcendum, q̄ iste casus redit in primū casum. scilicet illum, quem ponit Apostolus. f. si infidelis discedit, discedat: nam vir non recedit hic, i. fidelis, sed infidelis. Cum dicat non ero vxor tua, id est non manebo tecum, & tunc recedit, & hoc modo omnes tres casus sunt vnus, & ideo, scilicet si non vult illo modo cohabitare, f. non sine contumelia creatoris: si nō nisi trahat ad peccatum mortale, quia in omnib⁹ tribus discedit infidelis a fidei iuxta verba Apostoli. Et tñ circa istum recessum differt, quod aut recedit infidelis non pro aliqua causa speciali, sed quia non placet sibi cohabitare cōuerso ad fidem, & hoc significatur, cum dicitur si nullo modo infidelis vult cohabitare. Contumelia, & peccatum mortale sunt duo

modi, in quibus discedit infidelis ex aliqua causa speciali, nam contumelia hoc modo est, quando infidelis non potens tolerare laudes Christi recedit, vt non audiat illas: peccatum mortale, aut trahere ad peccatum mortale est, quādo infidelis conatur trahere fideli ad peccatum mortale, & quia non vult fidelis ad illud trahi recedit fidelis. Aut possunt alio modo distinguī isti tres casus tenendo hoc p̄suppositum, scilicet aliquando infidelis nullo modo vult habitare cum fidei. Aliquando autem vult, sed cū certis modis. Primum signatur in illo casu quo dicitur, q̄ nullo modo vult cohabitare infidelis fidei, sed discedit. Secundum applicatur duobus casibus, nam aliquando vult infidelis cohabitare coniugi fidei, vt pote quia diligit eam, & tamen nollet audire laudes Christi contra conditionem suę infidelitatis. Tunc si non cessante fidei a laudibus Christi, discedat infidelis, quia nō potest sustinere nomen Christi, dicitur discedere p̄ contumeliā creatoris. Si autem vellet cohabitare infidelis fidei, & tamen retinere priora vitia, quibus delectabatur manentes, vel ditabatur, que nō conueniunt statui christiano, & quia fidelis non vult illa exercere quantumcūque sollicitur ab infidele recedere infidelis quasi iā non placet sibi conuersatio illa, & huic modo concordant allegata verba Augustini, scilicet si viro suo dicat non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges, aut nisi solita lenocinia, quibus domum nostram transigebas, et christianus exerceas, aut si quod aliud, vel facinorosum aut flagitiosum in viro suo noverat, quo delectata, vel libidinem explebat, vel facile victum habebat, vel etiam ornatio incidat.

Recedere infidelem a fidei quo sensu sit accipiendum. Quæst. CX.

Sed dicendum, q̄ licet iste modus videatur magis conuenire verbis Apostoli non est iste que sequuntur iura, quia ista non possunt differre a primo, vnde secundo modo communem expōnē iurū in primo modo recedit infidelis a fidei. In duobus autem modis alijs recedit e cōtrario fidelis ab infidele. Et patet hoc de diuor. c. gaudemus: cum dñs. Nūquam ea viuere licet poterit aliam et ad fidē Christi conuersus habere, nisi post conuersionem ipsius illa renuat habitare cum ipso, aut etiam si consentiat non tamen absque contumelia creatoris, vel vt eum pertrahat ad peccatum mortale, in quo casu restitutione petenti etiam si de iniusta spoliatione constaret restitutio negaretur, quia secundum Apostolum soror aut frater non est hmōi subiectus. Et ita apparet primo distinctio in his, quia in vno dicitur, nisi post conuersionem renuat habitare cum ipso, vbi significat, q̄ simpliciter non vult cohabitare. In alijs autem significatur, q̄ vult cohabitare non tñ sine contumelia. i. non alio modo, nisi blasphemando de Christo, aut trahendo ad peccatū mortale, & ob hoc fidelis discedit ab infidele. Secundo apparet manifestus cū dñs: In quo casu restitōnem petenti, et si de iniusta spoliatione constaret restitutio negaretur, & tñ hoc non potest intelligi, nisi, quia fidelis recessit ab infidele volente cohabitare, & sic spoliatur eū iure cohabitationis, & redditione coniugalium obsequiorum, & est iniusta spoliatio. i. saltem non facta ordine iuris, & tñ petente infidele restitutionem denegabitur in fauorem fidei: de infidele nō potest intelligi si spoliasset fidelem recedendo, quia tunc fidelis petentē restitutionem concederetur restitutio, & ita p̄supponitur, q̄ fidelis recedat ab infidele. Tertio q̄ additur ibi cā ex dicto Apostoli. f. q̄ frater, aut soror non est in hmōi. i. in his tribus casibus subiectus seruituti: necesse est enim de illis trib⁹ intelligi,

Aliorum distinctio istorū triū casuum.

In q. 105.

Modus solvendi matrimonij.

ligi, quia illi tres p̄cesserant, & in his non est seruituti subiectus. i. nō tenetur cohabitare cum contumelia, & cum p̄tractione ad peccatum mortale, & ita signat, q̄ potest recedere spoliando infidelem, quia in his casibus non est subiectus seruituti. i. nō obligatur manere, cum sit in detrimentum, & periculum fidei. Quarto patet, quia etiam hoc conuenit literę Augustini supra positę in c. vxor: nam etiam in casu, in quo illa dicit: Nō ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges: non recedit illa, licet dicat se receduram, sed vir deserit eam: cum ibi in principio dicat vxor legitima societate cōiuncta sine culpa relinquatur. Et quia sequitur eo modo eam rectissime dimitti, si viro dicat: Non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges, & ita etiam, quando illa dicit: Non ero vxor tua nō dimittit ipsa virum, sed a viro dimittitur.

In duobus casibus dissolvitur matrimonium apud conuersos ad fidem. Quæst. CXI.

Dicendum ergo, q̄ in his duobus casibus, scilicet de contumelia, & peccato mortali, siue infidelis recedat, siue a fidei deserat: licitum est fidei ad aliud matrimonium trāsire. De contumelia, vt si vxor infidelis non potens tolerare Christi laudes, recedat, licet fidei accipere aliam, vel si vxor infidelis maledicebat Christo, & non vult desistere, licet fidei cōiungi aliam accipere. Sed est differentia in hoc, quia accipiendo primum reducitur ad primum modum, scilicet quando habitare renuit illa, & discedit, accipiendo secundum pertinet ad aliū modum, qui est contumelia creatoris p̄ quā fidelis recedit ab infidele. Etiam differt, quia accipiendo primo modo non est requisitio aliqua necessaria, aut saltem adhiberi testes, sicut in secundo modo, vel non tā necessarium ad hoc, q̄ fidelis transeat ad aliud matrimonium: nam si infidelis recedat spoliatus fidelem, & cum iam confiter, quod voluit dissoluere vinculum, licebit fidei trāsire ad aliud matrimonium, vnde nō est tam necessaria requisitio, & si fiat est ad maiorem securitatem fidelis, sicut supra tetigimus. Similiter si infidelis trahat fidelem ad peccatum mortale, & fidelis non vult trahi, ideoque recedat infidelis, licitū est fidei ad alia vota trāsire, vel si infidelis non vult desistere, quin sollicitur, & trahat ad mortale, potest recedere fidelis, & alteri copulari. Et differt sicut supra, ga in primo modo reducitur ad primum casum. f. q̄ infidelis tenetur cohabitare. In alio reducitur ad tertium modum, q̄ infidelis vult cohabitare, & tñ non nisi trahendo ad peccatū mortale. Etiam quia in primo non est necessaria, aut parum est necessaria requisitio: in secundo casu est necessaria. Est autem modus, vt si cohabitaret infidelis iam fidei, & tñ cum contumelia, vel sollicitando eum ad peccatum, quod fidelis adeat iudicem, & ille statuat terminum infidele, vt desistat ab his, quod si non destiterit lapsio termino iudicabit non solum diuortium inter eos, sed etiam declarabit, quod liceat de cetero fidei trāsire ad alia vota: si aut desistat infra terminum datū nō iudicabitur diuortium, sed manebit fidelis cū infidele, si vult, & si nō vult nō licebit ei trāsire ad aliud matrimonium, cum non sit ibi aliquis de tribus casibus, q̄ dissoluūt matrimonium. Considerandum tamen, quod cum fidei coniugi liceat recedere, quando infidelis suadet ad peccatum multum sollicitando, ita vt sit trahere, tanto magis iudicabitur licere fidei, quantum magis verisimile est ipsum posse trahi ab infidele, & ideo, quia facilis ē vxorem posse trahi a viro ad peccatum, quam e cōtrario: tum quia vir potest cogere feminam sibi cohabitare ad aliquid: tum quia femina est viro subdita, cum vir

fit caput mulieris i. Corin. 11. & illa iubetur a Deo, aut p̄nunciatur, quod viro suo erit subiecta: Gene. 3. c. tum, quia illa est corpore infirmior, & vir potest eā viribus cogere: tum quia consilio, & prudentia minor est, & potest eam decipere facilius, quam ab ea decipiatur, ideo si mulier asserat, quod a viro infidele sollicitatur ad peccatum, facilius licebit ei recedere ab eo, & trāsire ad alia vota, q̄ viro si trahatur ab vxore ad malum, cum vxor minus possit virum trahere ad malum, quam ab eo trahatur. sed quia ad fidem conuersi sunt faciles ad redendum in priorem errorem, etiam ex leuibus suggestionibus debet quilibet talis fidelis, siue vir, siue femina considerare, an putet se p̄ualiturum contra talem suggestionem, aut non, si putat se p̄ualiturum potest cohabitare, si autem putat se infirmum ad resistendum discedat, neque expectet, vt succumbat, quia forte tunc resurgere non poterit de peccato, & tamen in viro erat hoc, quod poterat feminam castigare verberando, ne talia ei suggerat, & ita est ei facile euadere suggestionem, si tamen nihilominus mulier perseuerat, & vir putat se posse allici aut aliquo modo trahi, potius debet recedere, quam permanere, mulier autem minus credere potest de se ipsa, quam resistere poterit suggestionibus viri, ideo consultius est ei, quod non diu expectet si vir perseuerat suadendo ei malum. Et ob hoc iura disposuerunt separari conuersos de infidelitate ab ipsis infidelibus, quia sunt faciles ad subuersionem si cohabitent: nam si filij adulti conuertantur ad fidem iubentur a parentibus infidelibus separari 28. q. 1. c. Iudeorum, scilicet Iudeorum filios vel filias ne parentum vltra inuoluatur erroribus ab eorū consortio separari decernimus, deputatos aut monasterijs aut christianis mulieribus ac viris timentibus Deū. Similiter de alijs infidelibus conuersis iubetur, quod nullo modo conuersentur cum infidelibus eiusdem sectę ne subuertantur 28. q. 1. c. sepe malorum, scilicet sepe malorum consortia bonos mores corrumpunt. Quantomagis eos, qui ad vitia promi sunt: Nulla igitur vltra commissa Hebręis ad fidem christianam translatis cum his, qui adhuc in veteri ritu cōsistūt: ne forte eorū participatione subuertantur. Sed hec dicta sunt de illis, quibus nulla necessitas est cohabitandi: nam illi non debent aliquā suggestionem expectare, vel quod ad peccatum trahantur: de coniugibus secus est, quia eis est necessitas cohabitandi, ideo nō debent discedere statim: nam si infidelis in nullo facit contumeliam Christo, neque incitat ad peccatum mortale, melius est cohabitare sola spe, conuersionis, sicut Apostolus dicit, quam recedere.

Quare non licet apud fideles christianos soluere matrimonium in tribus casibus Apostoli supradictis: sicut apud infideles conuersos. Quæst. CXII.

Sed nunc redeundo ad priora, dicit aliquis cū asseras matrimonium, ita esse indissolubile apud infideles sicut apud fideles, quare licet fidelibus conuersis recedere in tribus casibus supradictis ab infidelibus, & non licet sic de matrimonio cōtracto inter fideles, quia cum duo fideles contraxerint, & postea alter eorum labatur in errorem, & cohabitare nolit manente paganiſmi infidele, vel non sine contumelia creatoris, aut trahendo ad peccatum mortale non licebit ob hoc manenti in fide trāsire ad alia vota: hoc enim verum est, quia ita distinguitur de diuor. capi. quanto, vbi fidelis conuerso in his tribus casibus licet trāsire ad alia vota, & non licet manenti in fide. Aliquis dicit, quod hoc est, quia cum cohabitatur infidelis fidele in duob⁹ casibus, vel recedit ab eo in primo casu:

casu: est maior contumelia Dei, quam cum hoc facit, qui natus est fidelis, & maiestas contumelie facit solui matrimonium, & non facit illud minor contumelia. Sed dicendum, quod falsum supponitur: nam e. c. quanto dicitur, quod maior est contumelia creatoris, quando alter fidelium effectus infidelis blasphematur, vel non vult cohabitare, vel ad peccatum trahit, quam qui facit hoc, qui nondum conuersus est, etiam causa manifesta est cum grauius sit recedere a via domini, quam nunquam cognouisse eam: cum è contrario melius sit viam domini non cognoscere, quam post agnitam retroire. 2. Petri. 2. c. & de Aposta. c. quidam sicut, ergo ex hac parte potius debebat dissolui matrimonium, quando alter fidelis factus est infidelis, quam cum infidelis non cohabitabit fideli, vel non sine contumelia creatoris, aut trahendo ad peccatum mortale. Dicendum, quod si fideles duo contrahant, potest quidem postea aliquis casus accidit, vt fiat diuortium inter eos quantum ad cohabitationem, & iura coniugalia, scilicet propter fornicationem, sicut Christus dixit Mat. 19. c. & tamen quantum ad vinculum nunquam fiet diuortium, neque transire vni licebit ad aliud matrimonium, & sicut in his est, ita fiet si duo erant infideles, & contraxerunt in infidelitate, & postea conuersi fuerunt ambo ad fidem: nam matrimonium perseuerat inter eos, & tunc licebit in aliquo casu, vt in fornicatione superuenienti fieri inter eos diuortium, nunquam tamen licebit alteri eorum transire ad alia vota, alio viuente: dicitur autem ad hoc de dinor. c. quanto, quod istud fit, quia inter infideles est matrimonium non ratum, ideo potest dissolui in aliquo casu, inter fideles autem est matrimonium ratum, id est indissolubile, ideo in nullo casu licet inter eos dissolui postquam legitime contractum est.

Causa redditur cum matrimonium fidelium in his casibus non dissoluitur, sicut matrimonium infidelium. Quest. CXIII.

Sed dicendum, quod matrimonium fidelium non dissoluitur in his casibus, & matrimonium infidelium in his dissoluitur: non tamen propter causam ibi signatam, scilicet quia per sacramentum fidei confirmatur matrimonium sicut supra declaratum est, sed dicendum, quod vera causa est, que supra rãgebatur: matrimonium est indissolubile simpliciter vbicumque legitime contrahitur, siue inter fideles, siue infideles, & nunquam dissoluitur, nisi ex diuina reuelatione: in matrimonio autem contracto inter fideles inuenimus ex diuina reuelatione solui, quoniam non est consuetudo carnalis copulam, ideo in illo casu iudicamus esse dissolubile in casu, quo ad religionem transitur, & non aliter, quia etiam hoc ex reuelatione Dei patuit, vt supra ostensum est: in matrimonio vero infidelium inueniuntur tres casus, in quibus ex diuina reuelatione soluantur, scilicet ex verbis Apostoli. 1. ad Cor. 7. c. vt supra declaratum est: ideo iudicamus esse dissolubile illud in illis casibus, sed inter fideles non inuenimus aliquem casum ex diuina reuelatione, in quo soluitur de regula communi: ideo non iudicamus illud dissolubile postquam consummatum est. Et hoc est, quod facit illud vocari ratum, & tamen si reuelatio fieret specialiter in aliquo casu quantum ad aliquas personas, quia dissolueretur matrimonium, vel dando aliquem casum, in quo dissolueretur fieret sic, ita patet de conuer. coniu. c. ex parte tua: vbi datur regula generalis, scilicet ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de presenti contrahitur illis viuentibus, in nullo potest casu dissolui, vt viuente reliquo alter ad secunda vota transigaret: etiam si

In q. 96.
In q. 103.

In q. 98.

In q. 99. & 100.

F vnus fidelium, inter quos est ratum coniugium fieret hereticus, & noller manere cum altero sine contumelia creatoris: nisi forte secus fieret ex reuelatione diuina, que superat omnem legem, sicut a quibusdam sanctis legitur esse factum, & ita inter fideles asserit matrimonium dissolui ex reuelatione Dei, & aliquando factum esse: ergo in hoc equaliter se habet matrimonium fidelium, & infidelium. Et quia in tribus casibus tactis inuenitur ex diuina reuelatione ostensum esse, quod dissoluitur matrimonium inter infideles, & non inuenitur aliquis casus horum inter fideles natos, vel iam factos fideles, ergo non dissoluitur in his matrimonium fidelium, & ista est vera causa.

Secundo autem dicendum adhuc, quod est causa, vt statueretur a Deo hoc circa infideles, qui conuertuntur, & non circa fideles natos, aut iam conuersos, & totum hoc fit, vt non obstruatur, vel non ardeatur via conuersionis ad fidem, que fides est maxime necessaria, ideo causa fidei debet esse maxime favorabilis. Et primo, quia si altero infidelium ad fidem conuerso, alius noller conuerti neque cohabitare fideli, si matrimonium illud esset indissolubile, cogereur fidelis conuersus perpetuo continere, quod erat durissimum: scientes autem hoc infideles non vellent conuerti, nisi, quando vir, & vxor simul conuertentur, ne cogereur continere, & ista esset maxima arctatio conuersionis, ideo dispensauit Deus, quod liceret conuerso ad fidem transire ad alia vota. Non est autem idem de illis, qui nati sunt in fide, quia non ardeatur eis via conuersionis, cum in fide nati sunt, vel saltem ambo sunt infideles, quando contrahunt: ergo non debet concedi idem in eis, & idem est etiam, si ambo contraxerunt infideles existentes, & ambo conuersi sunt ad fidem: nam licet postea alter eorum transeat ad infidelitatem, & non cohabitaret, non est periculum de altero coniugum, etiam si contineretur, quia non impediatur propter hoc conuersio sua cum iam conuersus sit, aut in fide natus: sicut in priori casu. Secundo quia, inter infideles, qui conuertuntur si hoc non concederetur, vterque coniugum periret: vnus quia non vult conuerti, alius quia conuerti timeret, vt non cogereur continere: in altero autem casu etiam si alter coniugum conuertatur ad infidelitatem neutrum coniugum perdimus: nam vnus eorum manet in fide, alterum eorum cogere possumus redire ad fidem, cum semel illam acceperit. extra de Aposta. c. quidam sicut. In precedenti autem casu neuter cogi potest, quia conuersi nondum sunt: ideo vt non impediatur conuersio concessit Deus in vno casu, & non in alio, & ista est causa precipua. Sic etiam est de contumelia creatoris, & retractione ad peccatum mortale: nam in fauorem fidei debuit dari, vt non cohabitaret fidelis cum blasphemus, nec cum eo, qui ipsum nititur ad mortale peccatum pertrahere, sed recederet ab ipso, & tamen si recedenti non liceret transire ad alia vota cogereur conuersus continere, quod etiam scientes infideles timerent conuerti, ne cogereur continere, si talia eis acciderent: ideo debuit concedi, quod dissolueretur matrimonium in his casibus. Secus de natis fidelibus, vel iam conuersis, quia ibi non ardeatur via conuersionis, ergo non debet idem licere. Secundo quantum ad hoc, quod facilius est per contumeliam, & suggestionem subuerti fidelem manentem cum infideli nondum conuerso, quam in alio casu. Primo quia natus fidelis propter longam conuersionem in fide, & per nunquam habuisse aliam consuetudinem, firmiter est in fide, & non potest ita faciliter subuerti suggestionibus infidelis facti, sed qui nouiter conuertitur facilis est ad subuersionem. 2. q. 1. c. sepe malorum. Et hoc tam per primam radicationem in fide, quam per longam consuetu-

Quis facilius subuertitur,

consuetudinem in contrario, scilicet in infidelitate: ideo huic licebit aliquid, quod non alteri. Secundo quia infidelis factus non audebit blasphemare, aut trahere ad peccatum alium coniugem, sicut infidelis natus: nam qui fidelis existens factus est infidelis, non audebit manere inter fideles cohabitando vxori sue fideli, vel manebit secretus, ita vt se infidelem non manifestet, & ob hoc non suggeret vxori mala, ne perdat eum, sicut infidelis natus cui licet cohabitare coniugi fideli manendo in sua infidelitate, & sic cum sit magis periculum fideli conuerso, quam fideli nato, licebit in vno casu, quod in alio non licebit. Tercio quia fidelem, qui in errorem infidelitatis labitur, magis possumus cogere ad non blasphemandum, & non trahendum ad peccatum mortale, quam infidelem, tamen & nondum conuersum: nam primum non solum possumus cogere desistere a malo blasphemie, & prauæ suggestionis, sed etiam cogere ad bene agendum ea, que secundum conditionem christianæ religionis agenda sunt: infidelem natum possumus cogere desistere a contumelia, & suggestionem, sed non possumus compellere ad bonum agendum, nec ad cessandum ab operibus infidelitatis, ideo maius periculum est in vno casu, quam in alio, & sic non debuit idem licere. Causa ergo diuersitatis fuit diuersa prouiso Dei, qui ex reuelatione in vno prouidit faciendum, quod dissolueretur. In alio autem non prouidit, sed reliquit sub generali regula matrimonij, quod sit firmum vel ratum, ista autem causa postea data est, & diuersa ratio statuendi Dei, quia rationabiliter Deus in vno fecit, quod non in alio.

Quomodo soluitur matrimonium inter fidelem conuersum, & infidelem, an immediate, vt discedit, vel quando transit ad alia vota, & an opi. Innocentij possit stare. Quest. CXIII.

Cum autem dictum sit, quod soluitur matrimonium inter fidelem conuersum, & infidelem in tribus casibus supra tactis, est dubium quoniam soluitur. San statim, vt non vult cohabitare infidelis, vel contumeliam facit Christo cohabitando, vel suggerit fideli malum, vel quando postea transit fidelis ad alia vota. Dicendum quod circa hoc sunt due opiniones, quidam enim dicunt, quod matrimonium statim soluitur, si non velit cohabitare infidelis fideli, & ita in alijs duobus casibus. Hoc patet, quia de dinor. c. quanto. & 2. q. 2. c. si infidelis: dicitur contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur, ergo si illa soluit matrimonium, statim soluet, vt fuerit, & idem de alijs. Secundo quia hoc signatur ex verbis positus in glo. c. quanto. extra de diuor, sup parte contumelia. s. iuxta illud.

Desere spernentem, vel blasphemare volentem, vel te credentem scelus ad mortale trahentem. Nam sunt absque mora sic vincula rupta priora.

Ergo statim, vt aliquis istorum trium casuum interuenit soluitur matrimonium, & non expectatur, quod accipiat fidelis coniugem aliam. Alia opinio est, quod non dissoluitur matrimonium statim, sed solum quando fidelis trãserit ad aliud matrimonium, quia de diuor. c. gaudemus ad finem dicitur, quod si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur ante per causas predictas legitima ille ducat vxorem, eam recipere compellatur, & tunc non reciperet eam inuitus, nisi maneret primum matrimonium, ergo non fuit dissolutum. Postquam autem accepit aliam, non cogitur conuersam, aut conuerti volentem recipere, immo non potest: ergo tunc verè fuit dissolutum matrimonium, & non prius. Illi qui tenent primam opinionem respondent ad c. gaudemus, scilicet quod non compellitur recipere eam,

1. opi. Ioannis gloriatoris.

2. opi. gloriatoris in cap. gaudemus.

A quasi ibi maneat prius matrimonium, sed quia restituitur cum petuerit, re integra, & non subueniretur ei si non esset res integra. Opinio primam tenet Ioan. gloriator decretorum, sicut refert glo. in c. gaudemus super parte compellatur, scilicet Ioannes dixit, quod ipso iure solutum est matrimonium contumelia creatoris ea cohabitare nolente, vt in c. quanto, de diuor. & licet matrimonium sit solutum restituitur quasi iure postliminij, argumentum. 3. q. 2. cap. cum per bellicam, sicut heretico reuerso restituitur bona. C. de hereticis in authentico. Idem est de Nestorianis, & licet non sit matrimonium inter eos eam recipere compellatur ex consequentia prioris matrimonij in fauore fidei. Adhuc potest alia ratio addi huic, quia non licet alicui, qui semel est a vinculo matrimonij ligatus, transire ad aliud matrimonium, quousque soluarur ad illo vinculo, vt colligitur ad Roma. 7. c. & tunc post contumeliam creatoris, vel cum in infidelis cohabitare non vult, aut trahit ad mortale peccatum, licet fideli transire ad alia vota, ergo solutum est iam vinculum matrimonij, & ita ante transitum soluitur. C. traria opinio tenet Glo. in c. gaudemus super parte, compellatur, scilicet ex hoc videtur, quod contumelia creatoris non soluit ius matrimonij ipso iure, aliàs si solutum esset ius matrimonij non compelleretur eam recipere, & postea inducit glo. ipsa alios idem tenentes in fauorem suum, dicens: Alij dicunt, quod matrimonium non soluitur ipso iure, sed ius matrimonij soluitur, id est ius petendi debitum, & hoc satis videtur litera dicere capit. quanto. s. contumelia creatoris soluit ius matrimonij, & tunc primum vere soluitur matrimonium, quando contrahit cum secunda, & non aliter quia si esset ex toto solutum non compelleretur eam recipere, & est argumentum ad hoc, quod dicit in fine, quod potest ei obijcere fornicationem, quia si matrimonium esset omnino solutum non posset ei obijcere fornicationem precedentem de iure in c. quemadmodum. Etiam dicendum, quod Hostien. & alij iuriste tenent aliquid simile cum opinione prima, que est Ioannis. Dicunt enim quantum ad fideles nunquam soluitur matrimonium, de diuor. c. quanto. quantum ad infideles etiam non soluitur, nisi quando iudex ecclesiasticus assignat terminum infideli infra quem conuertatur, vel conuerso cohabitaret sine contumelia creatoris, quo elapso nisi infidelis obediat est fidelis ab solutus ab eo. argumentum extra, qui filij sunt legi. c. iator vbi lapsio termino assignato non relinquitur ultra remedium excipiendi, vel agendi, sed dicunt isti, quod etiam si sit terminus lapsus, & conuerso data licentia contrahendi auditur infidelis si conuertatur re integra. Addunt autem isti, quod non dissoluitur matrimonium per contumeliam ipso iure, sed per lapsam termini, & in hoc conueniunt cum opinione secunda, que est Glo. Et tamen in quantum dicit, quod dissoluitur per lapsum termini antequam contrahat fidelis cum alia, concordant cum opinione prima, que est Ioannis.

In casibus tribus superioribus quomodo soluitur matrimonium. Quest. CXV.

Dicendum videtur in hoc dubio, quod non soluitur matrimonium ipso iure per aliquem istorum trium casuum, & tunc statim ipso iure in quolibet istorum trium casuum habet fidelis licentiam dissoluendi illud transeundo ad aliud matrimonium, si voluerit, & hoc modo stabunt iura, & cessabunt inconuenientia, nam sic non cogetur aliquis recipere in vxorem eam, que non est vxor sua, neque restituetur mulier, sed iure suo aget, vt reuertatur ad maritum, & non fornicabitur manendo cum illo postquam

In glo. decretorum.

Glo. opin.

E

quam incepit ex parte infidelis esse contumelia creatoris, & tunc applicabitur dicta vtriusque opinionis, vel omnium, quod omnia habent verum in aliquo sensu. Primum. n. est, quod contumelia creatoris soluat matrimonium. id est potestatem fideli, ut recedat a coniuge transgrediendo ad alterum matrimonium, & statim, ut est contumelia est ista potestas recedendi, sed non est statim solum matrimonium. Nam si solum esset statim non solum posset fidelis recedere ab infideli, sed teneretur, quia maneret alius cum coniuge, & omnis eorum commixtio esset fornicatio, sed hoc non concederet aliquis. Nisi forte diceretur, quod soluitur matrimonium ipso iure per contumeliam creatoris, & tunc ex nouo consensu est inter illos matrimonium firmum: sicut quod infidelis habebat uxorem ab alio repudiata non erat illa vxor illius, quia erat legitima vxor eius, qui eam repudiauerat, si tunc conuertatur, ipse post mortem viri prioris, & illa conuertatur, velintque cohabitare licebit eis non quasi semper fuerint coniuges, sed quia nunc ex nouo consensu incipiunt esse coniuges, sicut in eo, quod multas habebat uxores iuxta consuetudinem infidelium nulla est eius vxor nisi prima, si tunc illo conuerso ad fidem non velit prima cohabitare, & velit aliqua de alijs, poterit habere illam non tanquam fuisse ante hoc vxor, sed quia ex nouo consensu est vxor. Dicendum quod iste modus non stat. Primo quia valde est irrationabilis: immo impossibilis de iure. Nam si contumelia creatoris soluit matrimonium ipso iure in eis, quod erant legitimi coniuges, a foriori redderet illegitimas personas, ut cum talibus quibus non possit quod diu tales manent, quia circa matrimonium ista est regula, quod omne, quod dirimit contractum impedit transgrediendo, sed multa sunt, quod impediunt transgrediendo, & non dirimunt ista transgrediendo, ideo si cum coniuge blasphemante creatorem solum est matrimonium, non poterit cum eadem manente in contumelia creatoris per tacitum, vel expressum consensum transgrediendo matrimonium. Secundo est etiam impossibile, quia tunc transgrediendo fidelis cum infideli, sed istud est de iure vetitum, & si transgredendo non tenet, ergo si per consensum expressum non poterit transgrediendo matrimonium a fortiori non poterit per tacitum, vel interpretatum, & tunc quod vnus coniugum conuertitur ad fidem, & alius manet infidelis, & non vult cohabitare sine contumelia creatoris, si soluitur matrimonium, & per nouum consensum incipiunt esse coniuges, incipiet infidelis habere de nouo coniugem infidelem, & ita matrimonium transgrediendo inter fidelem, & infidelem, quod est inconuenienter, & absurde dictum, ideo manet argumentum. si quod si solueretur ipso iure matrimonium per contumeliam creatoris, si post contumeliam cohabitarent essent fornicarij, quod falsum est, & nemo illud concedit: est verum est, quod dicitur versus illi.

Nam tunc absque mora sunt vincula rupta priora.

Intelligitur enim, quod sunt rupta vincula, non quod desinat esse matrimonium, sed quod incipiat coniugum fidelis habere licentiam transgrediendo ad alterum matrimonium, & dissoluedi istud quasi nullum matrimonium existeret, & tunc non est ablatum, vel aboluitum matrimonium precedentens, & tunc satis dirumpit vinculum cum liceat nunc transgrediendo ad alterum matrimonium, quod non liceret vllatenus si maneret firmum matrimonium, sicut prius.

Dicta secunda opinio de matrimonio soluendo inter conuersos ad fidem quomodo vera sunt. Quæst. CXVII.

ALTERIVS etiam opinionis applicabitur dicta, quæ etiam in aliquo casu sunt vera. Et dicit ista opinio, quod non dissoluitur matrimonium, quouique fidelis transeat de facto ad aliam votantem si non dicitur transeat, licet recesserit

Fab infideli, vel infidelis ab eo propter aliquem de tribus casibus, & voluerit infidelis redire ad fidem, antequam fidelis transeat ad aliam vota, cogitur fidelis admittere infidelem, & cohabitare ei velut coniugi, & tamen si iam transeat non cogitur dimittere eam, ad quam transeat, ut recipiat eam, que nunc redit de infidelitate in aliam. c. gaudemus. Et ista ratio sufficiens probat, quod matrimonium non fuerit dissolutum, quia aliter non cogere fidelis recipere infidelem, cum conuertitur, & patet hoc, quia cogere tunc aliquis de nouo contrahere matrimonium, & quod plus est quam persona determinata, sed istud est falsum, quia de iure nullus compellitur contrahere cum aliqua persona determinata, nisi ex delicto, ut si quis virginem non desponsatam seduceret, & defloraret, teneretur dotare eam, & accipere in vxorem, extra de adul. & stupro, c. si seduxerit, & tunc iste fidelis in nullo deliquit, immo bene egit, quia ad fidem conuersus est, non ergo teneretur transgrediendo cum illa femina, que nunc conuertitur, que iam non est sua vxor. Secundo quia est illud non est verum, sed quod quis compellatur precise, vel absolute contrahere cum aliqua, quatuor modis deliquit, ut in casu dato: nam de rigore veteris testamenti tenebat, quod compelleretur vir precise eam accipere in vxorem: Exo. 21. & Deut. 22. c. & illo modo translatus est, & canonizatus. etiam & tunc postea fuit moderatus iste rigor, ut non cogatur absolute vir accipere illam in vxorem, sed est eius eligendi, an velit eam habere in vxorem, vel sustinendi aliam penam, sic dicitur. c. ti. c. peruenit, ubi dicitur nos autem aliquatenus legis duriciam molliores hoc modo disponimus, ut aut, quod stuprauit vxorem habeat, aut si renuendum putauerit, corporaliter castigatus, excommunicatusque in monasterio, in quo penitentiam agat, retrudatur: de quo nulla sit ei egrediendi sine nostra preceptione facultas. Et ita imponitur viro pena, quod delinquat, & retrudatur in monasterium, non ut religio sit, sed ut penitentiam agat ad tempus, quouique placuerit superiori, & tamen postquam inde exierit non cogitur illam habere vxorem. Sic etiam Glossa limitat in alle. c. si seduxerit, & c. peruenit: ergo non est aliquis casus nunc de iure, in quo quis compellatur accipere aliquam in vxorem, si non erat vxor sua, & tunc in c. gaudemus. compellitur, ergo non desierat esse vxor, & tunc manente inter eos vinculo matrimonij bene cogitur vnus ad recipiendum alium ad cohabitationem. sed quod ablatum est impedimentum, ut quia vnus, qui erat blasphemus, vel cohabitare volebat desinit esse blasphemus, & cohabitare vult, & ad fidem conuertitur.

Impugnatio confirmationis alterius opinionis. Quæst. CXVII.

CONFIRMABATUR alia opinio prima, & respondebat ad c. gaudemus, quia licet solum erat matrimonium si conuertatur mulier cogitur vir eam recipere, quia illi subuenitur per beneficium restitutionis cum sit res integra. Sed hoc non est conuenienter dictum: nam si solum est matrimonium non remanet aliquod ius mulieri, que conuertitur contra virum iam fidelem, aut viro contra mulierem, ideo non est locus restitutioni: non enim potest quis restitui in eo, quod ad ipsum nullo modo pertinet, & tamen in casu, quo vir transeat ad aliud matrimonium antequam conuertatur vxor infidelis, licet illa conuertatur postea, non cogitur eam recipere, quia tunc cogere dimittere vxorem legitimam.

Dicit tamen Innocentius extra de diuor. capi. quarto, quod si transeat iste vir ad aliud matrimonium, non cogitur recipere vxorem, que conuertitur, & tamen mortua

mortua secunda vxore cogitur recipere primam. si tunc, quando conuertitur infidelis vxor, esset iam mortua vxor secunda, si acceperat vir conuersus ad fidem, & ipse vult hoc accipere, & ultimo. c. gaudemus. Sed ego valde miror de sapientia Innocentij, qui profecto fuit vir nimium in iuris peritia abundans, quia non solum in hoc contradicit iuri, sed etiam sibi ipsi. Quod sibi dicitur, patet, quia ipse tenet in c. quanto. de diuor. quod contumelia creatoris soluit ius matrimonij ipso iure, etiam sine iudicio Ecclesie, ergo cum matrimonium esse desierit necesse est, quod si illam mulierem accipiat, quod de nouo transgrediendo matrimonium, & tunc nullus cogitur ad nouiter transgrediendo matrimonium cum aliqua, ut ostensum est, ergo non cogitur istam accipere postea. Etiam quia ipsemet, est Innocentius extra de adul. c. si seduxerit. tenet, quod ibi est casus specialis, quod aliquis cogitur transgrediendo matrimonium, & ita non cogitur hic transgrediendo. Etiam apparet, quod iuri repugnet: nam dato, quod non dissolueretur matrimonium ipso iure, sed accipiendo aliam vxorem, esset iam solum, ideo si mortua secunda vxore, cum qua fuit verum matrimonium, teneretur ad illam redire, que conuertitur ad fidem, cogere quis de nouo contrahere cum illa, cum qua vinculum nullum precedebat. Etiam manifeste videtur repugnare iuri: nam in alle. c. gaudemus. §. ultimo. dicitur litera, quod si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur, antequam propter causas predictas legitimam ille ducat vxorem, eam recipere compellitur, ergo si iam ille accipiat aliam vxorem, non compellitur, & tamen dato, quod tempore conuersionis vxoris primæ erat defuncta secunda vxor iam acceperat istam vxorem legitimam, ergo non compellitur recipere primam, cum qua nullum vinculum manet. Etiam patet hoc, quia manifeste intentio illius c. gaudemus est, quod maneat matrimonium inter fidelem, & infidelem non obstante contumelia creatoris, quouique transeat fidelis ad aliam vota legitime: quod diu autem non transeat, quia non est dissolutum matrimonium, licet iuste vir recesserit ab vxore, & illa priuata est iure cohabitandi, restituitur ei vir, illo impedimento priori ablato, cum maneat matrimonium, ex quo competit ius cohabitandi, & hoc signatur inquantum dicitur eam recipere compellitur, quia non dicitur compelli eam accipere, quod signat de nouo contrahere, sic inuif. extra de frigi. & male. c. accepisti. faccepisti mulierem, & per aliquod tempus habuisti, sic etiam sumit Deute. 24. c. si acceperit homo vxorem, & habuerit eam. i. si contraxerit cum ea matrimonium, & tenuerit eam in domo cohabitando, recipere autem significat reducere, scilicet quod vxor est repulsa a viro, aut est contrario iure ad cohabitationem, & postea redeunt ad cohabitandum: sic accipitur de diuor. c. illa: ubi dicitur si mulier iudicio Ecclesie separata est a viro lapsa in heresim, si ille reuertatur, non cogitur mulier illum recipere. Et tunc ibi certum est, quod manet vinculum matrimonij, cum illa non possit transgrediendo ad aliud matrimonium. c. ti. c. quanto. Ita ergo hic dicitur eam recipere compellitur. non de nouo in vxorem accipere, sed ad cohabitationem recipere, cum maneat adhuc matrimonium. Et tamen dictum Innocentij poterat precedere in vno sensu, scilicet si daremus, quod aliquis cogere dimittere cum aliqua de nouo, quia tunc conuersa muliere ad fidem vir, qui iam conuersus erat si accepit aliquam, & erat defuncta, non erat impeditus accipere illam, qui nunc conuertebatur, & ideo cogere dimittere eam accipere: si autem aliam habebat non cogebatur, quia esset preiudicium matrimonij, & etiam vxoris, que legitime accepta fuerat, & tamen falsum est, quod presupponitur, scilicet quod cogatur quis accipere in vxorem eam, que non est vxor eius. Et ideo dictum Innocentij non videtur verum, sed quomodo dicitur fidelis ac-

Aceperit aliam in vxorem antequam sua vxor infidelis relicta ex aliqua de tribus causis conuertatur, non cogitur eam recipere, ideo quia defuncta secunda vxore, iam acceperat vxorem legitimam non compellitur recipere tunc redeuntem, quia hoc esset de nouo transgrediendo, ad quod nullus cogitur.

Opinio Ioannis Glosatoris de dissoluedo matrimonio inter conuersos ad fidem improbatum. Quæst. CXVII.

ETIAM isti, qui tenebant hanc opinionem, quod ipso iure dissolueretur matrimonium, dicit, quod licet sit dissolutum restituitur mulier quasi iure postliminij 34. q. 3. c. cum per bellicam, & hoc tenet Ioannes Glosator decretorum. Sed dicendum, quod istud non stat: nam in iure postliminij putabatur aliquis perdidisse ius, & non perdidit, ideo si res sua ad alium transierant reintegrantur ei, sic & in c. cum per bellicam: per bella ducti fuerant viri in captiuitatem, qui putabantur perijisse, unde vxores sue acceperant alios in viros, postea reuersis illis coguntur vxores ad eos reuerti, sed istud est, quia verum inter illos mansit matrimonium, quod non potuit, nisi morte solui in c. quanto, & c. gaudemus, ideo redeuntibus viris, redduntur eis vxores sue. Hic verum non est sic, quia verum soluitur matrimonium si altero infidelium conuerso, alius maneat in infidelitate in vno de illis tribus casibus, & fidelis transeat ad aliud matrimonium, ideo non restituitur vir vxori, id est mulieri conuersæ, & repetenti illum etiam si secunda vxor obiit, quia prima desijt esse vxor, & hoc est contra Innocentium in casu, quem ille supra asseruit, sed etiam si nondum transeat fidelis ad aliud matrimonium, si solum est matrimonium ipso iure per contumeliam creatoris, sicut tam Io. quam Innocentius tenent, non cogitur vir recipere mulierem conuersam ad fidem, quia iam desierat esse coniuges, & non est ibi sicut in c. cum per bellicam, ubi nunquam desierat esse coniuges. Addunt etiam isti, & Ioan. aliud dictum, quod licet non sit iam matrimonium inter istos ex consequentia prioris matrimonij, & in fauorem fidei cogitur vir illam recipere. Sed dicendum, quod illud non est rationabiliter dictum. Nam consequentia prioris matrimonij nihil est, quia si esset, omnino desinit matrimonium, ita quod licet transeat ad aliud, non manebit ibi aliquod ius, ex quo dicitur consequentia ad hoc, quod compellatur vnus alium accipere: Et si vocetur consequentia matrimonij, id est quod ex eo, quod isti prius fuerunt coniuges, quod nunc debeant esse coniuges nihil valet, quia tunc si moriatur alter coniugum, & resurgat ad istam vitam mortalem, antequam vxor sua alium accipiat, vel postquam acceperit, & moriatur secundus teneretur accipere priorem in virum illo petente, quia ibi est consequentia matrimonij, & tunc hoc est falsum, quia non cogitur cum semel sit dissolutum matrimonium omnino, & mulier sit soluta a lege viri ad Roma. 7. c. ergo neque hic. Et si quis vellet petere, quod femina cogere dimittere virum resurgentem, arguet, quod illa duos habuerit viros successiue, & ambo simul resurgant, & simul eam petant, quem tenebitur recipere: nam si aliquem teneretur recipere ambo teneretur recipere, quia ambo fuerunt legitime coniuges, ideo ius eorum est equale, & tamen nunc concurrunt in petendo: ergo neutrum posset mulier repellere, vel ambos. Et ita rediret casus ille insolubilis, quem Sacerdotes posuerunt contra dominum: probando impossibilem resurrectionem per mulierem, que habuit septem viros: Matth. 22. capit. & tamen ibi fuit solubilis, & solutus, quia ut Christus dixit in resurrectione non

non nubunt neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei. Mat. 22. c. & Luc. 20. Nunc vero esset insolubilis, quia resurgentes resurgunt ad vitam mortalem, & vntur nuptijs sicut cibo, & potu: ideo dicendum, quod nullum tenetur mulier accipere de resurgentibus, siue plures resurgant, & simul petant, siue vnus solus: nam poterit non admittere illos, sed manere in viduitate, vel non admittis illis accipere aliquem alium, & illi non habent ius querere cum sit soluta a vinculo ipsorum. Etiam non est verum, quod propter fauorem fidei hoc fieret: nam fauor fidei magnus est, & tamen non est tantus, quod legitimu[m] matrimonium dissoluat, vel ad contrahendum aliquos compellat, quia tunc daretur, quod si aliqua potens mulier infidelis, vt domina alicuius terre infidelium vellet conuerti ad fidem cu[m] rota terra sua, si daretur ei aliquis christianus iuuenis in virum, qui erat solutus, id est neque vxorem h[ab]ens, neque votum continendi, neque sacrum ordinem; deberet Ecclesia compellere illum ad accipiendum illam vxorem, sed hoc non fecit Ecclesia, etiam si sciat, quod tota infidelitas simul conuertetur, quia preiudicabit illi iuueni, sed solum orabit apud eum, vt illud facere dignetur, tamen non compellet eum ad illam accipiendum, ergo multo minus hic in fauorem fidei, scilicet vt conuertatur vna mulier non cogitur vir fidelis eam accipere in vxorem, & ideo non est veru[m], quod cogetur vir eam accipere si esset solutus iam matrimonium, sed ideo cogitur, quia non erat solutum matrimonium, & est ratio cogendi virum, quia non cogitur tunc ad contrahendum matrimonium, sed ad cohabitandum ei, quod est legitima vxor eius ablato impedimento, pp quod non habitabant. Item patet hoc efficacius, quia non est tantus fauor fidei, vt cogatur quis retinere vxore[m], quod est adultera et si sit emendata, ergo multo minus sufficit iste fauor ad hoc, vt cogatur quis de nouo accipere in vxorem eam, quod non est vxor, nam multo maius est accipere de nouo vxore[m], quod retinere prius acceptam: nam ad accipiendum vxore[m] de nouo non cogitur quis, etiam si deliquerit, vt si seduxit, & desorauit: nam tunc non cogitur accipere illam in vxorem, vt patet de adulter. c. peruenit, & supra declaratum est. Etiam quod si quis cu[m] aliqua dixit per verba de futuro, & fidem et iuramento firmavit, quod aliam non acciperet non compellitur accipere illam, sed si acceperit aliam tolerabitur: extra de sponsa. c. preterea, & c. requiritur, & tamen propter delictum cogitur quis manere cum vxore, quam alias poterat repudiare eo, quod propter fornicationem potest dimitti vxor sicut Christus dixit. Mat. 19. c. & tamen si etiam priuatur iure repellendi vxorem, quia sit criminum compensatio de diuor. c. significasti, ergo est difficultus cogi aliquid ad contrahendum de nouo, quam cogi ad manendum cum adultera emendata, & tamen fauor fidei non sufficit ad hoc. Nam si conuertantur duo coniuges infideles ad fidem, & fornicata fuerit vxor, etiam si conuerti velit, non cogitur eam vir retinere, de diuor. c. gaudemus, ergo multo minus cogitur eam de nouo in vxorem accipere, si conuerti vult ille accipiat aliam vxorem, ergo inuitur, quod manebat adhuc matrimonium, & ideo cogitur eam recipere ad cohabitationem, & ratio compellendi est, quia vir iuste recesserat ab ea, quantum ad cohabitationem, & ita videbatur, quod etiam si illa peniteret, non teneretur illam recipere, sed ius distinet, quod sic, eo quod illud impedimentum est ablatum, sed fornicatio est maior causa non cohabitandi: ideo licet duret matrimonium, non cogit Ecclesia virum ad accipiendam vxorem, etiam si sciat, quod propter hoc illa manebit in infidelitate, & alias ad fidem conuertetur: nam fauor fidei

seruari debet sine preiudicio alieno, & ita non est verum, quod fuit solutum matrimonium ipso iure.

Alijs rationibus superiorem opinionem refellit. Quest. CXXIX.

AD HUC alia ratio ostendit istud, quia cum cano dicit, quod promelia creatoris soluit ius matrimonij non dixit absolute, quod soluit ius matrimonij, sed quod illud soluit circa eum, qui relinquitur, & ita non soluitur circa alterum, & tamen si simpliciter tolleretur matrimoniu[m] ipso iure, solueretur quantum ad vtrumque, quia non poterat manere vnus ligatus, & alius solutus, cum sit contra rationem vinculi contractus matrimonij. Sed est sensus, quod soluitur ius matrimonij quantum ad eum, qui deseritur, scilicet quia ille licentiam habet transeundi ad aliud matrimonium, si voluerit, & qui relinquit eum non habet ius transeundi: immo si mulier, que contumeliam fecit creatori velit alium infidelem accipere, si voluerit vir fidelis coget eam manere secum cum contumelia, si ita non soluitur, & tamen si vir fidelis velit transire ad alia vota, quia mulier non vult cohabitare sine contumelia creatoris, non habet ius mulier impediendi eum, & istud est, quod circa vnum soluitur ius matrimonij, & non circa aliu[m], & tamen si simpliciter tolleretur vinculum matrimonij, ita vt non maneret, non solum solueretur quantum ad eum, qui deseritur, sed etiam quantum ad deserentem, & ideo ius illud non voluit, quod matrimonium ipso iure dissolueretur, sed quod ipso iure licentiam haberet fidelis ad illud dissoluendum, & dicitur ipso iure, quia non requiritur ad hoc iudicium, vel licentia Ecclesie. Addidimus aliam rationem ad confirmandum istorum opinionem, scilicet quia non liceret fidelis transire ad aliud matrimonium si primum non est solutum. Ad quod dicendum, quod non licet transire quod non est solutum matrimonium, aut non habetur licentia soluendi illud: hic vero, & si non sit solutum de facto habet tamen licentiam soluendi illud fidelis quandoque voluerit in aliquo istorum trium casuum, simile apparet in libello repudij: nam quando dabat quis libellum repudij in veteri testamento licite dabat, & tamen nondum erat matrimonium solutum, sed licitum erat soluere illud quando uellet, & hoc sufficiebat ad hoc, quod licite repudiaretur vxor. Nunc vero non licet alicui repudiare uxorem, quia sicut non est solutum matrimonium quodiu uir, & uxor uiuunt, ita neque licentiam habet aliquis illorum dissoluere illud, ideo non licet uiro repudiare uxorem: in tali autem casu quamuis non sit solutum matrimoniu[m], potest soluere illud fidelis, ideo licite transire ad aliud matrimoniu[m] quandoque voluerit, quia transeundo soluit. Alio modo potest dici, quod quando fidelis transiret ad aliud matrimonium, est solutum precedens matrimoniu[m], quia in ipso transitu soluitur, nam quandiu nondum transiit ad secundum matrimonium manet primum: transeundo autem ad secundu[m] non manet primum, sed dissoluitur, ita quod pro nullo instanti manet primum matrimoniu[m] cum secundo. Sicut est in generatione, & corruptione, p generatione aduenit forma de nouo, & p corruptionem tollitur forma preexistens: sunt autem ista simul, quia non corrumpitur forma preexistens antequam introducatur forma noua: neque tamen introducitur forma noua antequam corrumpatur preexistens, quia nullo tempore stant iste due forme simul: etiam nullo tempore manet subiectu[m] spoliatu[m] utraque forma, ideo manet, & quod in eodem instanti vna forma corrumpatur, & alia generetur. Ita in

Ad confirmationem.

Ius matrimonij quod significat.

presenti in eodem instanti desinit esse primum matrimonium, & incipit esse secundum: & non desineret primum esse, nisi inciperet esse secundum; & tamen in nullo aliquo instanti sunt ista duo matrimonia simul: & illud erat inconueniens, quod inducebatur in argumento: sicut si quis habens nunc vxore[m] non potest ea viuente contrahere cum altera, quia tunc manerent simul duo matrimonia, quia primum non dissoluitur & secundum introducitur: & istud esset inconueniens: & ideo non sequitur, quod inferebatur, scilicet, quod solueretur matrimonium ante transitum ad secundas nuptias ipso iure per contumeliam creatoris: quia satis est, quod dissoluitur in ipso transitu, sic quod non maneat simul ambo matrimonia.

Glosa cap gaudemus. de Diuor. declaratur, & approbatur; ac alia glosmata eiusdem reijciuntur. Quest. CXX.

QUOD vero Glo. in alleg. c. gaudemus, tenet non solum matrimonium ipso iure, sed per transitum ad secunda vota. Verum est, quia ideo cogitur vir fidelis recipere mulierem, que conuertitur antequam ipse transeat ad alia vota, & postquam transierit non cogitur: & tamen debet intelligi, quod licet non sit solutum matrimonium est licentia fidelis ad soluendum illud, & hoc sufficit. Cum autem additur distinctio quorundam, quod est solutum ius matrimonij, & non est solutum matrimonium volunt respondere ad canonem illum, qui dicit cum contumelia creatoris soluit ius matrimonij: & ideo dicitur quod matrimonium nunquam soluitur quousque sit transitus ad secundas nuptias. Dicendum quod ista distinctio in quantum asserit matrimonium non solui, nisi per transitum ad secundas nuptias, verum dicit: & ideo quousque sit transitus non licet repellere vxorem si velit conuerti ad fide[m]: immo tenetur vir eam recipere, quia manent coniuges: facto transitu soluitur matrimonium, & non manent coniuges: ideo tunc non cogitur recipere transeuntem, sed cum faciunt ista distinctionem inter matrimonium, & ius matrimonij, dicendum quod non fiat. Primo quia non est aliud ius matrimonij, & matrimonium, sed accipitur ibi matrimonium transitu[m], id est ius quod est matrimonium: sicut dicitur ego vidi personam Petri, id est personam, que est Petrus: & sic idem erit soluius matrimonij, & matrimoniu[m]. Secundo non fiat, quia isti male exponunt de iure matrimonij, scilicet, pro iure petendi debitum, & intelligunt sic, quod fidelis, qui relinquitur etiam est solutus a iure matrimonij, id est a necessitate reddendi debitum infideli, sed infidelis, qui non conuertitur non est solutus a iure matrimonij, sed manet obligatus ad reddendum debitum fidelis, quamdiu petuerit, sic etiam tenet Io. Glosator Decretoru[m]. 28. q. 2. c. si infidelis. in Glo. istud non est bene dictum, quia si solum tolleretur hoc ius per contumeliam creatoris absolueretur fidelis ab onere reddendi debitum: tamen nunquam liceret ei transire ad alia vota, sicut dicitur extra de Diuor. c. quesiuit. de muliere, que separatur a viro suo, quia eam trahebat ad infidelitatis maleficium, & poterit a viro suo separari, ita quod alij nubere ei non licebit; & sequitur causa, scilicet, quia licet separentur semper tamen coniuges erunt: simile eo. tit. c. quanto. & tamen propter contumeliam creatoris, & alios duos casus licitum est fidelis transire ad alia vota. in alleg. c. quanto. & c. gaudemus. ergo contumelia creatoris non solum dissoluit ius matrimonij, i. petendi debitum, sed etiam ipsum vinculum matrimonij tollit, licet non ipso iure, sed facit quod fidelis liceat dissoluere illud transeundo ad aliud matrimonium. Tertio patet, quod

Alph. Toft. in Primum Regum.

si ablatum est ei ius petendi debitum ab infideli, & absolueretur fidelis ab hoc debito videretur esse fornicatio ex parte infidelis: quia commiseretur quando peteret debitum ei, ad quem nullum ius mixtionis haberet, & istud esse fornicatio. Ideo dicendum quod non potest accipi ius matrimonij, nisi pro iure, quod est matrimonium, quia matrimonium est nome[n] vinculi, & istud soluitur per contumeliam creatoris non ipso iure, sed quod habet licentiam dissoluendi illud fidelis, & non comperit sibi nisi ex contumelia creatoris: & ita illa est, que dicitur hoc dissoluere.

Determinatio.

Sed cum addebant isti aliam rationem, scilicet quod matrimonium maneat, eo quod licet viro obijcere mulieri fornicationem, quod non liceret, nisi si esset coniux. Dicendum quod verum est, quia si desisset esse matrimonium, & nunc de nouo deberet alterum contrahi cum haberet ius opponendi viri aliquam fornicationem, quia solum potest obijci fornicatio sequens matrimonium, vel desponsationem: non autem illa, que precessit. extra. de iureiur. c. quemadmodum, & tamen conceditur viro obijcere fornicationem; ergo manet adhuc illud matrimonium contra cuius legem per fornicationem peccatum est.

Opinio Hostien. & aliorum de soluendo matrimonio apud conuersos ad fidem expenditur. Quest. CXXI.

ALII autem Iurista tenebant viam media[m], vt Hostie, & alij, scilicet quod non soluitur matrimonium per contumeliam creatoris, sed per lapsum termini positi a iudice Ecclesiastico ipsi infideli ad hoc quod cohabitent ipsi fidelis sine contumelia: istud licet in aliquo sensu possit teneri, est tamen verius quod supra dictum est, quia cum dicat canon ille, quod contumelia creatoris soluit ius matrimonij, oportet quod dent aliquod solui per contumeliam creatoris, & tunc vel soluetur vinculum, vel ius debiti: non vinculum, quia ipsi concedunt quod etiam lapso termino si est res integra, auditur infidelis: non etiam ius debiti, quia volunt quod ante lapsum termini non spoliatur infidelis, ideo non ponunt per contumeliam creatoris solui aliquod ius matrimonij, sed poterunt dicere quod soluitur ius matrimonij non ipso iure, sed per lapsum termini, & quod hoc sit subaudiendum, sed istud non satis stat, quia alij tenent quod ipso iure, s. sine Ecclesie iudicio soluetur ius matrimonij per contumeliam creatoris: sic tenet Innoc. de diuor. c. quanto. & hoc rationabilius est. Primo quia cum non sit cautum in hoc casu, quod per iudicium Ecclesie in his tribus casibus soluetur matrimonium: non debemus alstringi ad hoc dicendum. Secundo quia clator extra qui filij sunt legi, non loquitur in simili casu: nam matrimoniu[m] inter fideles, & infideles dissoluitur auctoritate Dei per id, quod Ap[osto]lus dicit 1. Cor. 7. c. si infidelis discedit, discedat: ad quam litteram applicantur oes tres casus, in quibus dissoluitur matrimonium, vt patet ex predictis: ideo cum p ius humanu[m] non dissoluatur, non potuit ius humanu[m] diffinire ipsa aliquid, in quo solueretur, sed videt quod statim aduenientibus illis casibus soluebatur cu[m] sine ministerio iuris humani soluetur: & hoc est solui ipso iure: secus in clator, vbi non agitur de soluendo vinculu[m] aliquid sed pfigit alicui tps ad pbadu[m] exceptione[m] in casu pure formali, quo lapso perijt ius excipiendi: & talia pnt per ius humanu[m] diffiniri. Istud autem quod dicitur de impositione termini, & lapsu eius licet non esset de necessitate iuris ad hoc, quod dissolueretur matrimoniu[m] facit tamen ad cognoscendum, & est probatio quedam, vt non possit infidelis obijcere aut aliquis alius, quod fidelis non potuit transire ad secundas nuptias, quasi

Q. nul.

nullus casus interuenerit de illis, qui soluant matrimonium: nec tamen ad istam probationem est necessaria termini prefixio, sed satis est, quod fidelis adhibeat testes, quomodo admonet infidelem, ut cesset a contumelia creatoris, & ille non vult, ut dicit glo. cap. quanto, de diuor. Isti tamen non conueniunt cum vtraque de duobus opinionibus, nam in quantum dicunt de lapsu prefixi termini discordat a prima, quae dicit quod dissoluitur matrimonium ipso iure, & non concordant omnino cum secunda, quod illa ponit solum solui per transitum ad secundas nuptias, & tamen quia dicunt isti quod tunc habet licentiam ab ecclesia contrahendi, videntur conuenire cum secunda quae non ponit solum matrimonium, sed posse dissolui: sed in quantum dicunt, quod post lapsum termini adhuc auditur infidelis si conuertatur, re integra, videntur concordare isti cum prima opinione, quae ponit solum matrimonium: & tamen restitui infidelem, si conuertatur.

Celestio. In q. 115.

Concludendum ergo sicut supra dicebamus, quod ipso iure in quolibet horum trium casuum habet fidelis licentiam transiendi ad secundas nuptias, & non requiritur aliqua licentia Ecclesiae super hoc: tamen matrimonium adhuc manet, & nunquam erat solutum quousque fidelis transeat ad secundas nuptias, ideo quoad non transiit fidelis ad aliud matrimonium, si concurrat infidelis ad fidem, recuperat coniugem: si autem iam auctoritate, vel sententia Ecclesiae non tamen soluit faciendo quod non sit matrimonium: quia tunc etiam si vellet fidelis non liceret ei cohabitare, sed soluit, si dat potestatem fidei soluedi illud transiende ad alia vota.

Cum inter fideles sola fornicatio dissoluat matrimonium, & quodlibet peccatum sit fornicatio, quae animam a Deo recedere facit: an pro quolibet peccato mortali possit dimitti vxor, & fieri diuortium, ut Augustinus, & Innocentius dixerunt, vel solum pro infidelitate, vel heresi. Qu. est. CXXII.

DICERATUR supra, quod non liceret fidei recedenti ab vxore infideli propter contumeliam creatoris transire ad aliud matrimonium, quia crimen superueniens matrimonio non dissoluit illud. Dicendum quod inter fideles nullum crimen superueniens matrimonio soluit ipsum quantum ad vinculum, ita quod liceat transire ad alia vota, sed bene dissoluit quantum ad thorum, & sunt duo crimina, scilicet fornicatio, & infidelitas, de fornicatione Dominus dixit Matth. 19. cap. quod non liceret viro in alio casu dimittere vxorem, nisi causa fornicationis: & tunc etiam solum separarentur quantum ad cohabitationem, & non quantum ad vinculum. Alius casus est infidelitas, siue error circa fidem, quia pro illo etiam datur diuortium. Sed aliquis dicit quomodo istud stat cum dixit Christus non licere in alio casu, nisi in fornicatione dimittere vxorem: ecclesia autem non potuit statuere contra id, quod Christus dixit. Dicendum quod licitum est dimittere vxorem causa erroris in fide, eo quod sic ecclesia statuit, de diuor. c. quae sunt, & cum dicitur non potuit statuere, dicitur quod non statuit contra Christum, sed declarauit statutum Christi, siue legem ostendens, quod infidelitas sit quaedam fornicatio: fornicari dicitur, qui idola colit ut sepe ponit Ezechiel: & dicitur Psal. 72. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te, id est qui colunt idola recedendo a te: & ideo locum ha-

Fornicari quid sit.

Febit lex Christi in infidelitate, siue errore in fide. Sed tunc est dabitur, an pro quolibet peccato mortali possit dimitti vxor: nam quodlibet peccatum videtur esse fornicatio, quia animam a Deo recedere facit. Dicendum quod ita quidam tenent, quod pro quolibet peccato mortali diuortium fieri possit: quod videtur tenere Aug. lib. 1. de sermone Domini in monte: & habetur 28. q. 1. c. idolatria, cum dicit: si infidelitas fornicatio est, & idolatria infidelitas, & auaritia idolatria non est dubitandum, & auaritia fornicationem esse: quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam potest recte a fornicationis genere separare si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur quod per illicitas concupiscentias non tam quae in stupris cum alienis viris, aut feminis committuntur: sed omnino per quaslibet quae animam corpore male videntem a lege Dei aberrare faciunt, & perniciosè turpiterque corrumpi possunt sine crimine, & vir vxorem suam dimittere potest & vxor virum, quia exceptam facit Dominus causam fornicationis: & sic apparet manifeste de intentione Augustini, quod pro quolibet peccato possit vir dimittere vxorem, & vxor virum, & istud etiam tenent aliqui Iuristae: sic Innocentius, extra de diuor. c. quae sunt, vbi dicitur de errore infidelitatis. Et ipse dicit idem esse de quolibet alio peccato: & idem in c. de illa. eo. titu. & dicit in cap. de illa, quod nullam aut vilem causam inuenies, quare non sit idem de quolibet peccato, & de infidelitate. Dicendum tamen quod hoc non est verum quia non potest fieri diuortium pro quolibet peccato, sed solum pro infidelitate, vel heresi, vel aliquo quod ad errorem in fide pertinet: sic patet de diuor. c. quae sunt, vbi dicitur: Nos itaque taliter respondemus, quod mulier pro furto, vel alio crimine viri sui nisi fidei suae religionem corrumpere velit ab eo separari non debet: verum si coniugem suam ad infidelitatis maleficia traxerit viro poterit separari. Est dicendum vno modo quod cap. idolatria, quod est dictum Augustini intelligitur de rigore iuris. & c. quae sunt intelligitur de aequitate: nam cum omnia peccata sint fornicationes quaedam, ut dicit Augustinus in c. idolatria, pro omnibus posset vir dimittere vxorem, & vxor virum, & ita tenet Innocentius. cap. quae sunt, de diuor. & cap. de illa. eo. titu. dicit, quod nullam aut vilem causam inuenies, quare non sit idem in omnibus alijs peccatis, sed quia durum videbatur, quod pro quolibet crimine fieret diuortium, quia quotidie fieret diuortia in omnibus matrimonijs, Ecclesia restrinxit hoc ad infidelitatem, quia ibi videtur ratio specialis, scilicet, quia est maius periculum, quam in alijs peccatis: nam fides est fundamentum, & manentem illa potest quis emendari de alijs peccatis, si autem fides pereat non est locus, redeundi ad virtutem, & istud verum est nisi illud peccatum virgeret in periculum alterius coniugis, ut si mulier machinata est in mortem viri, vel vir in mortem mulieris, nam sit diuortium, & qui sic machinatus est manet sine spe coniugij: de diuor. cap. si qua mulier.

An aequali bet peccato mortali possit dimitti vxor quo ad thorum.

Opin. auctoris contra Aug. & Innoc.

Secundo potest dici, quod non licet dimittere vxorem excepta causa fornicationis, & intelligitur de fornicatione corporali cum alio viro: nam si de spirituali intelligeretur cum omni peccato sit fornicatio pro quolibet peccato daretur licentia a Christo dimittendi vxorem, & tunc videretur inconuenienter dictum excepta causa fornicationis, cum velit esse velut ynam causam tantum: & tamen quod pro infidelitate fiat diuortium non est, quasi intelligatur nomine fornicationis, sed quia Apostolus specialiter de infidelitate dixit, scilicet, si infidelis discedat discedat, & sic significauit, quod pro infidelitate recedi possit ab vxore quantum ad cohabitationem.

Not.

Non licet pro quolibet peccato fieri diuortium. Quasi. CXXIII.

Sed dicendum, quod quicquid dicatur hic asserendum est, quod non licet pro quolibet peccato fieri diuortium, sed pro fornicatione, & infidelitate, alleg. cap. quae sunt. Sed cum dicitur, quod pro errore infidelitatis soluitur matrimonium quantum ad cohabitationem est dubium si hoc sit pro infidelitate, in quam alter coniugum incidit vel pro illa, ad quam alterum inducere conatur, quia differunt multum inter haec. Aliqui dicunt, quod solum datur diuortium, si alter coniugum nitatur alterum ducere in errorem infidelitatis, & non si ipse erret. Et dicitur esse causam, quia si vnus coniugum erret in fide, & alterum ad id non inducat, non nocet illi, ideo non est diuortij causa, secus si nitatur inducere ipsum in errorem, quia tunc est periculum: ideo non debet cohabitare.

Secundo quia ita videtur ius disponere de diuor. c. quae sunt, scilicet respondemus, quod mulier pro furto, vel alio crimine veri, nisi fidem suae religionem corrumpere velit ab eo separari non debet; verum si coniugem suam ad infidelitatis maleficia traxerit a viro poterit separari, ergo solum fit quando vir trahere nititur vxorem ad infidelitatem.

Tertio patet quia multo maius est, quod alter coniugum in aliquo peccato quantumcumque paruum velit trahere alterum coniugem, quam quod ipse sit in magno peccato: sicut patet in matrimonio infidelium quando alter eorum ad fidem conuertitur: nam pro eo, quod alter manet in infidelitate non fit dissolutio matrimonij, & tamen si alter eorum nitatur alterum trahere ad peccatum mortale, separantur etiam quantum ad vinculum: de diuor. c. quanto. & c. gaudemus: ergo multo maius est ad peccatum trahere quam in peccato esse.

Dicendum quod vtroque modo inter fideles fit diuortium, si vnus coniugum alterum nitatur trahere in errorem soluitur matrimonium, id est datur diuortium. Sic dicit August. lib. de sermone Domini, & habetur 28. q. 1. cap. idolatria. Sic extra de diuor. c. quae sunt. Etiam si alter coniugum labatur in errorem infidelitatis, vel heresis, dato quod non nitatur ad hoc trahere alterum, fit diuortium, ut de diuor. c. quanto, & de conuer. coniu. c. mulier, sed aliqui putant istud esse quando alter coniugum propter errorem infidelitatis recedit ab alio non cohabitans, quia tunc fidelis potest ab ecclesia impetrare diuortium.

Sed dicendum quod non stat, quia etiam si infidelis, vel haereticus cohabitare velit profertur contra eum diuortium. c. de illa. vbi mulier propria auctoritate recessit a viro lapsa in heresim, ut ille sic confusione affectus ad fidem citius rediret: & Augustinus ista duo equiparat, scilicet, quod quis in fide erret ad errandū alium inducat. lib. de sermone Domini in monte, & habetur 28. q. 1. cap. idolatria, non enim fornicationem tantum vir vxorem dimittere conceditur, sed quicquid eam quoque vxorem dimittit a qua ipse cogitur fornicari, velut si aliquem vxor cogat sacrificare idolis, qui talem dimittit causa fornicationis, dimittat non tantum illius, sed & suae: illius quia fornicatur, suae ne fornicetur.

Ex praedictis autem aliqui volebant facere talem distinctionem; an pro quolibet mortali possit fieri diuortium: dicunt quod aut vir est in peccato, aut trahit vxorem ad peccandum, scilicet primo modo dicunt, quod non datur diuortium nisi pro infidelitate, & ita intelligitur. c. quae sunt, de diuor. sic. & c. de illa, si autem vir nitatur trahere vxorem ad peccatum Alph. Toft. In Primum Regum.

Opin. Aug.

Distinctio quorundam.

A aut vxor virum dicit quod non solum pro infidelitate, sed etiam pro quolibet peccato mortali datur diuortium, quia in quolibet est periculum alteri coniugum, & patet quia maius est solvere matrimonium, quantum ad vinculum, quam quantum ad cohabitationem: & tamen quantum ad vinculum soluitur per hoc, quod alter coniugum si est infidelis, trahit fidem ad peccatum mortale. de diuor. c. quanto, & cap. gaudemus. ergo pro hoc dabitur diuortium quantum ad cohabitationem inter fideles. Dicendum quod de rigore iuris, ita fieri debuisset cum hoc sit maius, quod in peccato esse, & quia est periculum coniugij manere cum tali coniuge, sicut datur diuortium in his, in quibus vnus coniugum alteri praedicit, sicut si fornicetur, quem casum Dominus expressit, vel si vnus in mortem alterius machinatur, de diuor. c. si qua mulier. & tamen dicitur, quod de quadam iuris aequitate reductum est ad solum errorem in fide, & ideo si ad alia peccata trahere nitatur vnus coniugum alterum non dabitur diuortium. cap. quae sunt, cum ibi dicatur solum quando vnus trahit alterum ad infidelitatis maleficia: & ita si trahat ad alia peccata non datur diuortium, sed istud est verum de diuortio perpetuo: nam de temporali, scilicet, quamdiu vnus coniugum persistit alterum trahendo poterit dari diuortium. Ita videtur dicere Innocentius. cap. de illa. de diuor. & sic poterit intelligi verbum Augustini. lib. de sermone Domini, & 28. q. 1. c. idolatria. vbi pro quolibet illicita concupiscentia, quae animam a Deo separatur, fiat diuortium, scilicet, si traxerit coniugem coniugem ad illud, quia pro eo, quod est alter coniugum in aliquo peccato, horum non est dandum diuortium temporale, neque perpetuum, sed solum quando nitatur alterum trahere ad illud.

Verus sensus Aug.

Quomodo matrimonium inter infideles dissolubile sit. Quasi. CXXIII.

Sed autem de matrimonio infidelium agatur est dicendum quod aliquando dissoluitur propter crimen superueniens, sed est dicendum, quod aut consideratur de illis, quando ambo infideles manent, aut quando conuertitur alter ipsorum, vel ambo ad fidem. Si primo modo dicendum quod non curat Ecclesia de obseruantijs matrimoniorum iudaeorum, quia infideles constitutionibus canonicis non arctantur: ideo an in tali vel tali gradu contrahatur, & de quibusdam huiusmodi Ecclesia non aduertit: quia hoc esset cogere infideles ad constitutiones canonicas: quod fieri non debet. eod. cap. gaudemus. Considerabit tamen quantum ad eos, si in lege matrimonij aliquid agant contra legem Christi, quia tenentur subditi legi Christi & obligantur eam obseruare. de quo magis dictum fuit supra, & adhuc infra tangetur.

Et in hoc est dicendum, quod inter infideles sic manentes matrimonium est dissolubile, sicut inter nos, & non est licitum villo modo repudium, & nullum crimen superueniens matrimonio etiam si sit fornicatio carnalis dissoluit matrimonium illorum quantum ad vinculum. Si autem considerentur infideles in quantum conuertuntur ambo coniuges, vel alter eorum: Dicendum quod si ambo conuertuntur siue simul, siue non simul, dum tamen primo conuersus non transierit ad alia vota, non potest vnus alium dimittere, inuito alio: immo etiam si consentiant non licebit alteri eorum, altero viuente, ad aliud matrimonium transire: & etiam non poterit vnus alterum repellere a cohabitatione, pro quocumque crimine peccate, quod incidit durante matrimonio, vel prius, nisi sit fornicatio commissa tempore matrimonij.

Q 2 nij

nij constantis. de diuor. cap. gaudemus. si autem vnus conuertitur, & alius non, aut petitur de diuortio, quantum ad cohabitationem, aut quantum ad vinculum. Si primo modo dico qd fit diuortiu, si fidelis velit, quia generale est, qd nunquam teneatur fidelis cohabitare infideli: & licet non sit istud crimen superueniens est precedens, & non repellitur alter eorum a cohabitatione in quantum crimen precessit, sed in quantum nunc manet postquam alter eorum emendatus est de illo. sicut infidelitas repellit inter fideles, si alter eorum labatur in haeresim, vel infidelitatem altero non lapsio. Si autem petitur quantum ad vinculum, dicens qd dissoluitur in tribus casibus, si quando pullo modo vult cohabitare infidelis fidelis, aut qn non sine contumelia, aut qn trahit ad pctm mortale. in c. quanto. & c. gaudemus. Et istud est speciale in matrimonio infidelium: nam matrimonium contractum inter fideles nullo horum trium casuum soluitur. in alleg. cap. quanto. Ratio autem differentie supra posita est: si quod autem aliud crimen superuenit matrimonio, siue sit machinatio in mortem coniugis, siue adulterium, non soluit matrimonium istorum in quantum ad vinculum.

Quomodo intelligitur quod vir, & vxor ad paria iudicantur. Et an altero coniugum existente fideli, & altero infideli aliquid liceat vni, quod non alteri.
Quest. CXXV.

DICBATVR supra qd cum vir, & vxor ad paria iudicantur. in c. gaudemus. non debet vni licere quod alteri non liceat, ideo cu non liceat infideli contrahere cum alio infideli recedente ab eo coniuge fidelis, neque debet licere fideli accipere coniugem, recedente infideli, id est nolente cohabitare. Est dicendum qd vir, & vxor iudicantur ad paria in redditione debiti, & in ligatione vinculi matrimonialis, sed non in ceteris: nam vir est maior in honore qd vxor, quia vir est caput vxoris, sicut Christus est caput viri. prima ad Corin. 1.1. cap. ideo non iudicatur ad paria, sed vir imperat, & vxor obedit: & Deus istud statuerat in lege matrimoniali obseruandum: nam Gen. 3. c. in maledictionem mulieris dixit, in dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris: vnde non est principatus tyrannicus, quasi per violentiam obtentus, quem habent viri super foeminas, sed est rationalis cum sit a Deo ordinatus, & rationi congruat, quia vir abundatior in iudicio prefiat, femina vero, quae naturaliter est minor in prudentia, obediatur, & obsequatur: ideo in hoc non petit aliqua paritas: si autem petatur quantum ad debitum coniugale, sunt pares eo qd vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier; & mulier non habet potestatem sui corporis sed vir, prima Corin. 7. c. Et ideo sicut viro petenti debitum non licet vxori negare illud, ita & vxore petenti, non licet viro negare si potes sit, & commode id possit, quia impossibilia non cadunt sub debito: etiam ad legem matrimonij sunt aequales, si seruanda fide priori: quia sicut mulier tenetur non committere alteri viro, ita vir tenetur non committere alteri feminae, neque in hoc aliquid adiungunt leges humanae, quae puniunt mulieres adulteras in omni casu, viros autem non: nam apud Deum non sunt ideo immunes, nec minus iudicantur: sic dicit Ambrosius lib. de Patriarchis. & 32. q. 4. cap. nemo, si nemo sibi blandiatur de legibus hominum: ois stupri adulterium est, neque licet viro quod mulieri non licet: & eadem a viro, quae a femina debetur castimonia quicquid in ea, quae non sit legitima vxor commissum fuerit adulterij damnatur cumine. Etia

Ficut tenetur vxor ad prolem educandam, ita & vir: immo magis vir, quia ipse debet supportare omnia onera matrimonij, & ideo secundum iura humana ipse lucratur fructus dotis. Etiam tenentur ambo aequaliter ad indissolubilitatem matrimonij, s. qd sicut non licet vxori accipere alterum in virum, ita non licet viro accipere alteram in vxorem: hoc enim pertinet ad indissolubilitatem, quae importatur nomine sacramenti quod est vni de bonis matrimonij.

Alteri coniugum existente fideli, & altero infideli aliquid licebit vni quod non alteri.
Quest. CXXVI.

EST tamen dicendum qd hic licet vni quod non licet alteri, non quia vir est, aut vxor: sed quia vnus est infidelis alter fidelis: vnde conuersio ad fidem licet facere, quod non licet manenti in infidelitate, siue conuersus sit vir, siue mulier: & hoc est quia matrimonium de se est indissolubile: quia fecit illud Christus indissolubile. Matth. 19. & quia ois gens obligatur legi Christi tam apud fideles, qd infideles debet esse indissolubile, ita qd neque repudiari liceat, neque recedere: quia tamen matrimonium est minus fide, ipse Deus, qui matrimonium indissolubile fecerat, voluit illud reddere dissolubile in aliquibus casibus in fauorem fidei. Et sunt tres casus, si recedit infidelis nolens cohabitare aliquo modo fideli, & si habitare vult tamen cum contumelia creatoris, aut si nititur trahere ad mortale peccatum, qui omnes tres casus accipiuntur ex verbis Apostoli. prima ad Corin. 7. cap. si discedit infidelis, discedat: non est enim in huiusmodi seruituti subiectus frater aut soror: qui casus quomodo ex illis verbis accipiantur, iam declarauimus. Etia quare a Deo ita institutum est dissolui matrimonium in his casibus, & qd fuit conueniens. Hoc supposito dicendum, qd quantum ad vinculum vel indissolubilitatem matrimonij non licet viro, quod non liceat vxori, & e contrario. Et tamen licet fideli, quod non licet infideli, & hoc est, quia ille, qui matrimonium instituit illi dedit indissolubilitatem: dedit fidelibus, id est conuersis ad fidem qd possent dissolueri matrimonium, & non concessit infidelibus: vnde dicendum qd si nolente cohabitare infideli recedat infidelis, & transeat ad aliud matrimonium non peccat infidelis, & tamen si infidelis recedat, peccat, siue solum recedat quantum ad cohabitationem, siue transeat ad alias nuptias: nam si recedat a cohabitatione peccat, quia subtrahit debitum, & potest fidelis facere ipsum cogi per iudicem, vt redeat ad cohabitandum petendo restitutionem. Si autem recesserit & alteri nupsit, committit adulterium, & non tenet contractus matrimonij, sed cogitur redire ad fidem, si ille petat: si autem fidelis recedat quantum ad cohabitationem deserens infidelem, non potest ille petere restitutionem, etiam si cohabitauerit, & cohabitare velit sine contumelia creatoris, quia non cogitur fidelis cohabitare infideli: si vero cohabitare infidelis cum contumelia, & fidelis transeat ad alias nuptias, non potest obijcere ei aliquid infidelis: similiter in alijs duobus casibus, id est si cohabitare infideli cum contumelia, vel trahendo ad peccatum mortale, recedat infidelis ad aliud matrimonium, & non potest illud impedire infidelis: & tamen si e contrario fieret non liceret hoc infideli, scilicet si fidelis cohabitaret infideli cum contumelia maledicendo Deo, & infidelis sine contumelia non liceret infideli transire ad alias nuptias, quia non est concessum ei hoc privilegium, nam si fideli aduersus fidelem lapsum in haeresim, vel errorem infidelitatis non conceditur hoc: de diuor. c. quanto. eo quod non fuit a Deo datum, multo minus

minus licebit infideli contra fidelem, quia infidelibus nullum privilegium Deus concessit, cum infidelitas non sit fauorabilis: etia si fidelis niteretur trahere ad peccatum mortale, & infidelis cohabitaret pacifice, non trahendo ad peccatum, non liceret infideli recedere a fidelitate: quia hoc concessum fuit ad fauorem fidelium, & non infidelium, & ita multa licent fideli, quae non licent infideli, tam quantum ad diuortium, vt non cohabitent, quam etiam ad dissoluendum vinculum matrimonij.

An fidelis transeunte ad secundas nuptias maneat obligatus infidelis ad non contrahendum, vt S. Tho. dixit.
Quest. CXXVII.

SED tamen dicit canon qd contumelia creatoris soluit matrimonium, id est ipsum matrimonium circa eum, qui relinquitur de diuor. c. quanto. & hoc obicitur aliqui, quod fidelis, qui deserit sit solutus a vinculo matrimonij, & possit transire ad secundas nuptias, & infidelis maneat obligatus matrimonio, & ita velut coniugatus existens non potest transire ad aliud matrimonium. Sed dicendum qd istud est falsum, quia impossibile est contractum matrimonij tenere ex vna parte, & ex alia non: cum ex natura sua sit contractus mutuae seruitutis in corpus, ideo si soluitur quantum ad fidelem soluitur etiam quantum ad infidelem. Sed quia canon dicit solum circa eum, qui relinquitur: dicit B. Thom. qd postquam fidelis contraxit, solutum est vinculum matrimonij ex vtraque parte, quia matrimonium non claudicat quantum ad vinculum, claudicat tamen interdum quantum ad effectum. Vnde in penam vxoris infidelis ei indicitur, qd non possit cum alio contrahere magis qd ex necessitate matrimonij precedentis: si tamen postea conuertatur potest ei concedi dispensatio, vt alij nubat si vir eius aliam duxerit. Quod vero primum dixit matrimonium claudicare non posse quantum ad vinculum, verum dixit, quia necesse est, qd vel ex vtraque parte teneatur, & tenet si matrimonium est, aut ex neutra tenet, & ita non est matrimonium. In quantum vero dicit qd potest claudicare quantum ad effectum, ex vna parte verum est, & istud quando vni coniugi licet quod alteri non licet, cu vir & vxor ad paria iudicentur, de diuor. c. gaudemus, & istud accidit tripliciter. Primo quando vni licet petere debitum, & alteri non, & sunt multi casus de iure, vt quando quis coniugatus sine licentia vxoris religionem ingreditur, & profiteri sine legitima licentia vxoris, si reperat eum vxor cogitur exire monasterium, & cohabitare vxori cui tenetur reddere debitum, & non licet ei exigere: extra de conuer. coniu. c. quidam intravit. & c. placet. Alius casus est si aliquis coniugum cognoscit consanguinitatem vel affinitatem ad suum coniugem non debet petere debitum, nec exigere: si autem compellatur iudicio Ecclesiae per sententiam excommunicationis, & non possit istud probare, neque sit certitudo, sed credulitas non vana, debet talis debitum reddere, sed non licet exigere, quia contra conscientiam agit: extra de sent. exc. c. inquisitioni. Alius est quando quis cognoscit consanguineam vxoris suae post matrimonium contractum: nam tenetur reddere vxori debitum: extra de eo, qui cog. confan. vxoris suae. c. transmissa. & similes alij casus sunt de iure, in quibus omnibus claudicat matrimonium quantum ad effectum, quia ex vna parte est facultas petendi debitum ex alia non. Secundo modo claudicat quando licet alteri coniugum recedere a cohabitatione & alteri non, vt si alter coniugum fornicatur potest innocens discedere petito diuortio, & alter non potest: sed tenetur cohabitare, si voluerit innocens. de diuor. c. significasti. & c. ex literis. Etiam si alter labatur in haeresim, vel in errorem infidelitatis, licet infideli recedere ab eo, & non licet lapso recedere eo. tit. c. de illa. & c. quanto. Et postquam factum fuerit diuortium potest innocens reconciliare sibi adulterantem, & tenebitur ille redire, & ipse adulterans non potest cogere innocentem, vt cum sibi reconciliet de conuer. coniu. c. gaudemus. etiam si in haeresim, vel in infidelitatem lapsus redeat ad fidem non cogitur fidelis reconciliare eum sibi, si factum erat diuortium iudicio Ecclesiae: potest autem reconciliare si voluerit de conuer. coniu. c. mulier. & de diuor. cap. illa. si tamen non vellet iam adulterans, vel lapsus in haeresim, & emendatus redire ad coniugem, quia alter coniugum coegit ipsum recedere iudicio Ecclesiae, dico, quod cogetur ad redeundum.

Opinio S. Tho. in 4. Sent.

Matrimonium quod est claudicare tripliciter modis.

A potest: sed tenetur cohabitare, si voluerit innocens. de diuor. c. significasti. & c. ex literis. Etiam si alter labatur in haeresim, vel in errorem infidelitatis, licet infideli recedere ab eo, & non licet lapso recedere eo. tit. c. de illa. & c. quanto. Et postquam factum fuerit diuortium potest innocens reconciliare sibi adulterantem, & tenebitur ille redire, & ipse adulterans non potest cogere innocentem, vt cum sibi reconciliet de conuer. coniu. c. gaudemus. etiam si in haeresim, vel in infidelitatem lapsus redeat ad fidem non cogitur fidelis reconciliare eum sibi, si factum erat diuortium iudicio Ecclesiae: potest autem reconciliare si voluerit de conuer. coniu. c. mulier. & de diuor. cap. illa. si tamen non vellet iam adulterans, vel lapsus in haeresim, & emendatus redire ad coniugem, quia alter coniugum coegit ipsum recedere iudicio Ecclesiae, dico, quod cogetur ad redeundum.

Et ratio est, quia sententia diuortij solum prodest ei, pro quo lata est, sed lata est in fauorem innocentis, ideo ille habet perpetuam exceptionem ex illa sententia ad non recipiendum adulterantem, sed quia non fuit data ista sententia in fauorem adulterantis, sed in odium, non poterit ei prodesse, sed obesse solum. Si tamen possit propter hoc manere liber, vt non cogatur reuerti ad cohabitandum petente innocente prodesse adultero, & obesse innocenti, quod est inconueniens. Etiam cum ista sententia sit lata solum in fauorem innocentis, quantum ad adulterum, ita est ac si nunquam lata esset: & tamen si non esset lata non liceret alteri ab altero discedere, & quandoque discederet cogeretur reuerti, ergo & nunc quandoque innocens adulterum reperere voluerit ad cohabitationem reconciliando sibi poterit cogere, vt redeat.

Item Innocentius tenet hoc de diuor. c. de illa. dicens: Fieret autem contra sententiam, si muliere fornicata petente virum post sententiam fieret eius restitutio, sed si vir pro quo lata est sententia petat mulierem, non fiet contra sententiam, immo iuramentum esset, si esset sententia, & prodesset contra quantum lata est sententia. ff. de excep. rei iudi. l. euidenter. Si autem viro iuste accusante mulierem adulteram sententia lata est diuortij, quia tunc non potest vir iuste absolui, quia agit, tunc locum habet haec decretalis quamuis iudicem illum crederet prudenter sententiarum, qui sic diceret sententiam diuortij inter vos proferimus propter adulterium quamdiu viro iusto accusatori placuerit: & ita etiam claudicat quantum ad effectum inter fidelem, & infidelem, quia si alter conuertitur, & alter manet in infidelitate, etiam nulla alia causa existente potest fidelis repellere infidelem a cohabitatione, & tamen infideli, non licet abijcere fidelem, si nulla alia causa existat, immo inter infideles mulier non recedit a viro, sicut neque repudiat illum, & ita vni licet, quod alteri non licet. Tertio modo claudicat, vt quando licet vni coniugum recedere ab alio, & transire ad secundas nuptias, & alteri non licet. Istorum trium modorum duo secundi inueniuntur in matrimonio infidelium quando alter conuertitur, & alter non: nam licet recedere infideli ab infideli, si infidelis velit cohabitare sine contumelia creatoris, & infideli non licet recedere a fideli quantum ad cohabitationem si fidelis cohabitare velit, & ita claudicat matrimonium quantum ad effectum. Etiam est hic sequens casus, si infidelis non cohabitaret sine contumelia, licet est recedere fideli transeundo ad aliud matrimonium, & tamen non est licitum infideli. Primus modus trium non stat, scilicet, quod liceat infideli petere debitum, & non cogatur reddere: non enim possit hoc fieri, nisi forte vnus fornicatur

Opin. Ina.

Q 3

retur

In q. 113.

In q. 100.

Alph. Tost. In Primum Regum.

retur alius poterat non reddere debitum, & poterat petere: infidelis autem si cohabitaret fideli consentiente fideli, sicut licet fideli petere debitum, ita tenetur reddere exactus, quia nihil est ibi quare priuatur infidelis hoc iure.

Distu D. Tho. rej. citur.

Quod vero dicebat praefatus B.Thomas, qd fideli licet accipere aliam vxorem, sed infideli non, & hoc dicit potius factu esse in penam qd ex necessitate praecedentis matrimonij: non videtur verum, quia cum verè & totaliter sit solutu vinculum matrimonij non videtur esse causa, quare non liceat cuilibet coniugij transire ad alia vota, & pater hoc primo, quia non vñ conuenire ista sententia illi licet, sicut contumelia creatoris soluit matrimonium circa eum, qui relinquitur: & sic videtur qd si alteri non licet contrahere, nō ideo sit quasi ei sit datum in penam, sed quia ius matrimonij non est solutum ex parte eius.

Secundo non stat, quia tunc sequeretur qd daretur pena infidelibus per Ecclesiam, quia non conuerterentur, quod est falsum, quia sic cogentur ad fidē, & tamen non sunt penis trahendi, sed ratione, & beneficij inuitandi 45. dist. cap. qui sincera.

Tertio, quia tunc infidelis cōtrahēs peccaret mortaliter, & consequenter non deberet permitti eis sed puniri debent, quia iudices, & Dñi temporales debent infideles sibi subiectos punire pro transgressionibus, in quibus peccant mortaliter: & tamen Ecclesia nō punit infideles sic contrahentes, ideo videtur, qd non iudicat eos peccare.

Cum autem dicitur, qd si talis infidelis conuertatur dispensatiuè conceditur ei, qd contrahat: dicendum qd istud est consequens ad praecedentem errorem, nā si tali infideli non licet contrahere, si debeat contrahere postquam conuersus fuerit, hoc erit ex dispensatione, & ista dispensatio esset rationabiliter facta in fauorem fidei, & tamen falsum est, quod praesupponitur, quia tali infideli licet propria auctoritate contrahere, postquam fidelis contrahit, & ideo a fortiori si prius conuertatur, quā maneat, licebit ei sine vlla dispensatione contrahere.

Considerandum autem circa hoc, qd tripliciter accidere potest istud. Vnus modus est, vt infidelis recedat a fideli nolens ei cohabitare, & contrahat statim, alius est modus si fidelis recedat ab infideli propter contumeliam creatoris, vel quia eum nūritur trahere ad peccatum mortale, & infidelis relictus contrahit antequam fidelis cōtrahat. Tertius modus est quando fidelis recedit ab infideli propter aliquem praecedentium modorum & contrahit, postea verò infidelis contrahit.

De duobus primis modis dicendum qd peccat infidelis contrahendo, & non tenet matrimonium: in tertio autem, neque peccat, neque est inualidum matrimonium. De primo patet quia cum inter istos fuisset verum matrimonij non potuit dissolui, quia non fuit aliqua causa dissoluedi, & ideo manente primo matrimonio non potuit transire infidelis ad aliud. Vnde si peccat fidelis, dissoluetur illud, & cogetur redire ad cohabitandum: immo poterit de adulterio accusari. In secundo casu similiter, quando recedit fidelis ab infideli, etiam si propter contumeliam creatoris recedat, vel quia nititur eum trahere ad peccatum mortale non dissoluitur matrimonium quousque fidelis transeat ad aliud matrimonium: & ideo si inierim transeat infidelis ad alia vota, peccat, & nō tenet matrimonium, quia non est dissolutum quantum ad aliquem eorum, & si perat fidelis dissoluet matrimonium, neque debet Ecclesia permittere talem cōtractum. In tertio casu dicendum quod licitè contraxit infidelis: nam quando contraxit fidelis solutum fuit

matrimonium, & ita absolutus fuit infidelis ab euer eius, quia iam non tenetur cohabitare fideli, nec commisceri, quia essent iam adulteri, & ideo infidelis manens tunc liber, ac si nunquam cōtraxisset, potest libere contrahere, & non imponitur ei pena aliqua, ne contrahat, nec inuenitur talis pena a iure imposta.

Confirmantur autem praecedentia, quia ita tenet glo. in Decretis 28. q. 2. cap. si infidelis: vbi dicitur qd contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur. Nam dicit, quod soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur: & nihilominus circa relinquentem: vnde & relinquens contrahet sine peccato si conuersus cōtrahat: non enim potest claudicare matrimonium cum sint duae relationes. Vnde si vna est vxor, reliquus est vir.

Sed dicentes oppositum mouentur, quia dicitur ibi, quod soluitur matrimonium circa eum, qui relinquitur, & non dicitur simpliciter, vel circa ambos.

Motua S. Thom.

Secundo, quia dicitur ibi infidelis autem discedēs, & in Deum peccat, & in matrimonium: & sic inferunt quod contrahendo matrimonium secundo, peccet infidelis.

Sed dicendum, quod istud nihil valet. De primo patet, quia dicitur soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur. Nam non debuit dici simpliciter solui matrimonium, sed circa eum, qui relinquitur: quia solui matrimonij non est ibi, quod desinat esse matrimonium statim per contumeliam creatoris, & per illa duo, sed quod in illis casibus habet statim fidelis licentiam soluendi matrimonium transeundo, & tunc erit de facto solutum: infidelis autem non habet licentiam istam, quia priuilegium non cōceditur, nisi fideli, cum dicit Apostolus: Si infidelis discedit, discedat: non est enim in huiusmodi frater aut soror, seruitus subiectus. Qui autem non est subiectus est liber, ideo fidelis absoluitur, & ita dicit Ambrosius in verbis illis, quod soluitur matrimonium circa eum, qui relinquitur, & non circa infidelem, qui est relinquit, quasi ille non habeat licentiam recedendi, & transeundi ad aliud matrimonium, & iste est sensus verus.

Solutio ad motua Tho. Ad primū.

Sed glo. in alleg. cap. si infidelis dicit vno modo, qd sit mentio de solo fideli, quod circa eum soluitur ius matrimonij, quia licet soluitur circa alium, id est infidelem tamen de illo dicere non curant, quia de his, qui foris sunt nihil ad nos. Alio etiam modo dicit quod circa fideliem soluitur, & non circa infidelem, quia infidelis manet obligatus ad reddendum debitum fideli si petat, & fidelis nō tenetur reddere debitum infideli, a quo recessit, vel qui ab eo recessit, & dicit quod istud est conueniens, quia hic sunt duae seruitutes, & vna potest esse sublata, non sublata alia.

Dicendum quod hoc verum est, quia siue fidelis recedat ab infideli, vt propter contumeliam creatoris, siue quod nititur eum deducere ad peccatum mortale, potest petere debitum ab infideli, & reconciliare eum sibi, siue penitentem de contumelia, siue manentem in ea, & ita exigi debitum, & tamen infidelis non potest cogere fideliem ad cohabitandum ei, aut ad debitum reddendum, & tunc textus ille non intelligitur de hoc, sed solum sicut supra expotimus, scilicet in casu quo infidelis recedit a fideli nolens cohabitare, vel non cohabitans sine contumelia creatoris, & fidelis tunc transit ad aliud matrimonium, nam soluitur matrimonij ius circa eum, id est non obstante priori matrimonio potest transire ad aliud, quia illud soluitur, sic patet ex litera eod. cap. si infidelis. Si infidelis discedit odio Christianae fidei, dicitur: non est enim frater aut soror subiectus seruituti in huiusmodi: non est enim peccatum dimisso propter Deum,

Deum, si alii se copulauerit: contumelia quippe creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur, & ita istud ponitur, vt causa ostendens quod licitum sit fideli transire ad aliud matrimonium, & non ostenditur ibi quod liceat petere debitum ab infideli qui recessit. Ad secundum dicendum qd infidelis peccat in matrimonium non quidem in sequens matrimonium, sed in praecedens: pro quo sciendum qd cum infidelis recedit a fideli, siue nolens cohabitare siue in alijs duobus casibus, siue matrimonij contrahat, siue non cōtrahat, semper peccat in matrimonium, & est peccatum in matrimonium praecedens: nam si contrahat anteq̄ dhat fidelis, peccat in matrimonium, sicut priori matrimonio, quod est verum praedudat, cum non tenet secūdum, sed sit ad alterum, & tamen in praedudat primi contrahatur: si autem non contrahat, sed solum recedat, adhuc peccat in matrimonium, quia ex debito matrimonij tenebatur cohabitare cōiugi nihil peccanti, recedendo ergo peccat contra legem matrimonij, ex qua competit ius cohabitandi, & reddendi exigendi que debitum: etiam dicitur qd peccat infidelis in Deum, hoc non est speciale, sed generale est in omni peccato, qd fit q̄ Deum cum sit transgressio alicuius diuini praecipii. Cum autem dictum est, qd peccabat in matrimonium exprimitur specialis rō peccati huius: & hoc nō est potius, si dhat, q̄ si nō dhat: si tamen recesserit infidelis a fideli, & non dixerit infidelis, quousq; dhat fidelis, non peccat q̄ dhat postea, neque q̄ Deum neque q̄ matrimonium, vt dictum est, quia licitè dhat, sed peccat prius contra matrimonium recedendo a fideli, in quo ei praedudat.

Ad secundum motua Tho.

Quomodo intelligitur dictum Apostoli: Si infidelis recedit, recedat. Et quare dixit ego dico, non Dominus. Et an bene dixerit hoc exprimendo. Quae. CXXVII.

DECLARATIS praecedentibus est nunc dicendum de illo dicto Apostoli prima Corinth. 7. cap. Si recedit infidelis, recedat: & illud: Siquis frater vxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo non dimittat illam: & si qua mulier virum habet infidelem, & hic consentit habitare cum ea, non dimittat eum. Et dubium prouenit circa haec dicta, quia Apostolus ibidem cum ista diceret, ait: Ego dico, non Dominus. Aliqui dicūt in hoc quia istud dixit Apostolus, & nō Dñs, non esse istud bonum, neque obseruandum; & ideo qd fidelis conuersus statim recedere deberet ab infideli. Et allegant aliam rationē, sicut Deus vetuit tam in veteri, q̄ in nouo testō nō manere in coniugio homines diuersae fidei, aut cultus, ergo cum infidelium vnus conuertitur, quia incipit iam esse alterius cultus quā alter coniux manens in infidelitate, non debet ei cohabitare. Ista fuit positio Pollentij, qui duo incompatibilia asseruit, sicut malum esse, & contra mandatum Christi, qd conuerso altero infidelium ad fidē, maneat in coniugio ambo; alterum est qd Apostolus istud asseruit mandans, qd manerēt copulati. Contra Pollentium Augustinus arguit in epistola ad Pollentium, & habetur 28. q. 1. cap. lam nūc, &c. sic enim destruens vtramque partem positionis eius. Est autem dicendum qd vtraque pars assertionis Pollentij est falsa. Nam non est verum qd Christus iusserit infidelem ab infideli recedere, quia si Christus vetuisset, non liceret villo modo fieri q̄rium: etiam non est verum qd Apostolus praecipiendo dixit, qd fidelis nō recederet ab infideli, sed manet libertas ad vtrumque; nam quia Deus dedit licentiam conuerso ad fidem recedendi ab infideli, licitum est recedere, quia tamē Alph. Tost. In Primum Regum.

Vide infra q. 132.

Opinio Pollentij cōsuetur, de quo latius infra q. 140.

non iussit recedere nō est necesse dimittere, sed liberum manet facere, quod placuerit: similiter Apostolus non praecipit, sed cōsultit, ideo nō est necessarium fieri quia non est praecipitum: est autem expediēs, & bonum fieri, quia illud fieri est consilium, & consilium est de meliori bono. Sed est sciendum, qd cum Christus dedit licentiam fideli recedendi ab infideli dedit quantum ad cohabitationem, vt non teneatur ei cohabitare, si tamen infidelis voluerit cohabitare sine contumelia creatoris, non dedit licentiam transēdi ad aliud matrimonium, vnde nec Ecclesia permittit: vt patet 28. q. 2. Siquis habuit, & de diuor. c. quanto, & c. gaudemus. Et quantum ad istam cohabitationem separandam, in qua Christus dedit licentiam fideli, nō negauit eam neque astrinxit ad manēdum, & qd Apostolus non astringeret ad hoc seruādum apparet manifeste ex verbis suis cum dixerit: Ego dico, non Dominus. Nam si intenderet absolute obligare, sicut in alijs, quae loquitur, nō exprimeret istam limitationē, sed similiter diceret, qd fidelis nō recederet ab infideli, sed in quantum illud dixit, significauit non esse praecipitum, quia Deus non astringebat ad istud, sed significauit esse cōsiliū suum. Apostolus autē tenet talem modum loquendi, qm̄ significat aliquid esse nō de necessitate, sed est consilium, aut permissio: sicut dicit prima Corin. 7. c. De virginibus praecipit Dñi non habeo, consilium autem do, & ita ibi subiunxit bonum esse manere in virginitate, & non nubere, ad quod tñ significauit non esse obligationem. Etia eod. cap. cum loqueretur de habitudine cōiugatorum in redditione debiti, a quo non se fraudare debebāt, adiunxit, & iterum reuertimini in idipsum, ne tenter vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Et ga per hoc videbatur astringere coniugatos ad vacandū operi carnis post conuersionem, quod tñ est falsum, addidit: Hoc autē dico s̄m indulgentiam, non s̄m imperium, i. non putetis, qd vos obligo ad redeundū ad opus carnis, sed solum indulgeo vobis id facere, si vo lueritis. Etia non credatis qd hortor vos ad hoc, velut ad maius bonum: cum enim maius bonum sit virginitas, vel nō habere vxorem, ad hoc hortar vos, sed neque istud facio, quia non credo, qd omne istud possitis: & hoc apparet in verbis sequentibus, sicut autē dico s̄m indulgentiam, non s̄m imperium: volo autē oēs homines esse sicut me ipsum, i. vellem, quod omnes manerent sine coniugio, sicut & ego maneo, sed addidit, sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, vnus sic, alius sic, id est non poteritis omnes hoc facere, quia non habent omnes homines istud donū, & tamen istud sine speciali dono non fit.

Modus loquendi Apostoli, quādo notat aliquid esse de cōsilio, & aliquid de praecipio.

Quare Apostolus dixit: Ego dico, & non Dominus. Et quando vtitur isto modo loquendi: & quando loquitur vt praecipiendo, vel vetando. Quae. CXXIX.

Sed adhuc dicitur quare Apostolus sic dixit: nam sequitur, ego dico, non Dominus; si quis frater vxorem infidelem habet, &c. Dicendū quod hoc dixit ad signandum non esse praecipitum, sed consilium: nam si Dominus illud diceret praecipitum esset, & non consilium: si autem Dominus illud veraret, nullo modo fieri liceret, sed quia Dominus nō veruit licet cuilibet illud facere, & quia istud indifferens manebat, Apostolus dixit, quod non recederet fidelis ab infideli volente cohabitare, & hoc est consilium. Est autem sciendum, quod Apostolus vtitur hoc modo loquendi, vbi enim Christus aliquid praecipit, aut vetat, ipse illud dicit absolute praecipiendo, vel vetando: & non addit

Dominus iubet, vel ego iubeo, quia tunc in singulis dictis suis, oportebat istam clausulam repeti, quod esset superuacuum, ideo subintelligitur: & hoc verum est, quantum ad omnia, quae Christus praecipit, aut vetuit, tam ad ea, quae leguntur expresse dicta testimonio euangelistarum, quam quantum ad ea, quae non inueniuntur scripta per eos: nam sicut multa signa fecit Christus, quae scripta non sunt in libro Euangelij Ioannis, ut patet Ioan. 20. cap. ita & multa erunt, quae non sunt scripta in Euangelij aliorum, cum dicatur Ioan. 21. cap. quod si facta Christi per singula scribantur, mundum non capere posse eos, qui scribendi sunt, libros: de dictis autem ita est sicut de factis: ergo cum non sint scripta omnia gesta Christi, nec etiam erunt scripta omnia eius dicta. Item hoc patet Actuum 20. c. ubi dicit Apostolus Ephesijs: Ostendi vobis quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit beatus est magis dare, quam accipere. Et ista ratione utitur Innocentius Tertius de celeb. missa. c. cum Marthae. ubi dat rationem de verbis canonis in consecratione corporis, & sanguinis Domini: & dicit quod licet Euangelistae non expresserint omnia illa: tamen Christus dixit ea, quia multa alia Christus dixit, quae tacuerunt Euangelistae: & inducit ibi verbum istud, & alia similia. De his ergo omnibus tam de expressis per Euangelistas, quam de non expressis quancumque Apostolus aliquod ponit, siue illud sit praecipit, siue prohibito absolute, & simpliciter loquitur non dicens: Ego praecipio, sed Dominus praecipit, Vbi tamen non fuit praecipitum Domini, sed dictum Apostoline putaretur dicitur Domini, dicitur Apostolus: Ego dico, non Dominus. Sed obijciatur quod etiam quando Christus aliquid iubet, exprimit illud Apostolus: sicut prima Corin. 7. cap. dicitur. His autem, qui matrimonio iuncti sunt praecipio non ego, sed Dominus uxorem a viro non discedere, & ita non videtur ad quid similia dicat. Est dicendum quod illa regula est vera. scilicet ubi ponit ea, quae Christus praecipit, vel vetuit non exprimit aliquid, sed absolute loquitur: & tamen hic cum dixit: Praecipio non ego, sed Dominus: dixit ex causa, scilicet ad tollendum dubium: nam si hoc non dixisset forte putaretur, quod non diceret illud Paulus tanquam dictum a Christo, sed a seipso per modum consilij. Et ista dubitatio erat propter duo. Primo propter ipsam rem, quae dicebatur, quantum crederet quis potius esse de consilio quam de praecipio. Nam rem quasi similem posuit ibi de solo consilio, scilicet quod si haberet fidelis uxorem infidelis, non dimitteret eam, quod non erat de necessitate, sed consilium, ita cum ipse diceret his, qui matrimonio coniuncti sunt praecipio uxorem a viro non discedere, quod si discesserint praecipio manere in nuptiam, aut reconciliari viro suo: putaretur, quod de consilio loquebatur, cum ambo ad eandem materiam pertineant, & fere sint eadem res, ideo cum vnum sit vere praecipitum, & alterum consilium, fuit conueniens exprimi esse praecipitum id, quod praecipitum erat, ne consilium putaretur: ideo dicitur: Praecipio his, qui matrimonio coniuncti sunt, non ego, sed Dominus: & ita praecipitum est, si Dominus praecipit. Secundo fuit propter locum, in quo istud dicitur, scilicet prima Corin. 7. cap. ubi Apostolus magis mutat modum locutionis quam alibi: nam ponitur quaedam pertinentia ad praecipitum, quaedam ad consilium, quaedam ad indulgentiam: & ista mixtum ponit: ut ergo sciatur quod secundum quemlibet modum dicatur expressit illud Apostolus: nam cum dixit redeundum esse ad opus carnis post orationem de indulgentia, & non de praecipio, neque de consilio locutus est, ideo ait: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Cum vero locutus est de virginitate ser-

Fuanda, quia non erat hoc praecipitum, ut Christus dixit: Matth. 19. Nec etiam erat indulgentia, vel permissio cum sit de maioribus bonis, sed fuit consilium, & ita dixit eodem cap. de virginibus praecipitum Domini non habeo consilium autem do: similiter cum dixit de fidelibus, quod non recedat a coniuge infideli, consentiente ei cohabitare, quia non erat hoc praecipitum, sed consilium, significauit per illa verba esse consilium, scilicet Nam ceteris ego dico, non Dominus: & ita non est praecipitum, cum Dominus non dicat.

Obiectiones aduersus supradicta remouentur. Quaes. CXXX.

Sed adhuc dicit aliquis, quod Apostolus non bene dixit hoc exprimendo, quia aut Christus hoc praecipiebat, aut hoc vetabat, aut Christus de hoc tacebat nihil exprimens, id est neque iubens, neque vetans. Si primo modo tunc saltem diceret Apostolus, scilicet praecipio ego non Dominus, cum etiam Dominus hoc praecipere. Si autem secundo modo, etiam male diceret: nam si Christus vetabat, sicut non licebat Apostolo contrarium praecipere, ita neque contrarium consulere, aut signare licitum esse. Si autem tertio modo poterat Apostolus praecipere, ut fieret: & ita non oporteret dicere: Praecipio non ego, sed Dominus: quod patet, quia non erant Apostoli minoris potestatis quam praelati, sed possunt praelati statuere aliquid seruandum ad quod tenebantur subditi, dum tamen non sit contra praecipitum Christi, ergo & Apostolus poterat talia praecipere, & obligarent simpliciter sicut ea, quae a Christo praecipita sunt.

Dicendum quod Apostolus istud conuenienter dixit neque poterat aliquid male dicere cum Spiritus sanctus loqueretur in eo, cum ipse dixerit: An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christi? 2. Corin. 13. cap. & ideo est dicendum quod non erat primus modus, nam tunc non liceret fidelibus recedere ab infideli, & Apostolus falsum diceret asserens, quod non dixisset illud Dominus cum illud praecipisset: ecclesia quoque erraret, quae contra praecipitum Domini permetteret recedere fidelem ab infideli. Secundus etiam modus non stat: nam Christus non vetuit hoc, sicut credit Polentius: nam si vetuisset tenerentur omnes ad illud: & tunc non liceret alicui conuerto ad fidem cohabitare coniugi infideli: & Apostolus non posset non solum praecipere contrarium, quia neque consilium daret ad illud; quia quicquid Christus fieri vetat, malum est fieri, & tamen Apostolus de hoc aut praecipitum, aut consilium dedit: ergo non vetuerat illud Christus. Tertius modus stat, quia Christus non tangit istud tanquam iubens aut vetans, & ideo quicquid Apostolus in hoc diceret, siue praecipiendo, siue vetando, non ageret contra praecipitum, aut prohibitionem. Sed est dicendum, quod Christus istud tetigit, aut expresse, aut tacite non praecipiendo, neque vetando, sed dando licentiam fidelibus non manendi cum infidelibus coniugibus. Et quando obijciatur, quod Apostolus potuit praecipere, cum Christus non vetuerit, neque praecipit, sicut praelati faciunt statuendo ea, quae a Christo non sunt statuta, dum tamen non sint contra eius statuta. Dicendum vno modo, quod Apostolus non poterat statuere, quod Christus non statuerat, quia se habebat ipse, sicut praelatus statuens modum viuendi Ecclesijs, sed sicut relator diuini verbi, & ideo non licebat ei significare obligatos Christianos ad id, ad quod Christus non obligauerat eos. Secus autem est de praelatis, qui quantum ad Ecclesias suas non

An Apostolus potuit praecipere, & statuere quod non praecipit Christus nec statuit.

Nullus Apostolorum praedicauit fideles ad aliquid obligatos esse ad quod Christus non obligauerat eos.

Habent locum solum praedicantium, sed etiam praedictorum: quibus est auctoritas, quod fuerit ad salutem animarum subditorum suorum instituendi. An vero quilibet apostolorum, vel aliqui eorum habebant potestatem instituendi aliquid nouum super totam Ecclesiam. id est quod ab omnibus fidelibus obseruandum esset non tractamus nunc, quia alius erit locus discussionis. Er tamen hoc certum est, quod nullus Apostolorum praedicans, dixit fideles ad aliquid obligatos esse, ad quod Christus non obligauerat eos, quia Christus miserat eos ad praedicandum, & non ad statuendum, & ideo siquid dicebant quod a Christo non accepissent, non dicebant illud, nisi per modum consilij, ut non putarent se fideles obligatos esse, ad illud obseruandum, sicut ad ea, quae dicebantur nomine Christi. Patet hoc ex modo loquendi Apostoli, cum dixit prima Corin. 6. De virginibus praecipitum domini non habeo consilium autem do, ac si diceret, quod non audebat ipse dare praecipitum aliquod, nisi ubi Christus dederat praecipitum: hic vero, quia nullum dederat, non audebat ipse illud dare, sed solum consilium.

Secundo potest dici etiam si Apostoli haberent potestatem constituendi praecipiendo, & vetando, non constituerent hoc, quia si constituisset fuisset praecipitum, & tunc esset contra Christum. Nam licet Christus hic non praecipit manere, neque vetuerit, dedit licentiam recedendi. Si autem Apostolus praecipere manere arctaret ad hoc, ut tunc sublata esset licentia data a Christo de recedendo: hoc autem nulli licebat. Nam Apostoli receperunt potestatem in constructionem Ecclesiae, & non in destructionem: si autem obligarent ad id, quod Christus absoluebat, iam facerent in destructionem, & ad hoc non se extendebat potestas eis tradita a domino. 2. Corin. 10. cap.

Tertio potest dici, quod etiam si Apostolis liceret statuere aliquid, quod Christus non statuerat, dum tamen non esset contra eius statutum, vel legem: tamen in praesenti saltem non liceret statuere iubendo, quia istud est de maiori bono, & de talibus non est praecipitum, sed consilium, quia ad talia non debemus arctari, sed exhortari: quemadmodum de virginitate seruanda non dederat Christus praecipitum, ideo si Apostolus voluisset dare non fecisset contra praecipitum domini, & tamen arctasset homines ad id, quod esset supra vires eorum, & prouenit ex solo dono Dei, ideo non fecit statutum: sed solum dedit consilium: similiter in praesenti non recedere fidelem ab infideli erat de maioribus bonis: habens tamen difficultatem quandam ideo ad illud non debuit arctare, sed praecipua causa est secunda. scilicet quia dominus ad non manendum dederat licentiam, & repugnaret statutum Apostoli licentiae Christi.

An Christus dederit licentiam dissoluedi matrimonium inter fidelem, & infidelem, & ubi, & quando. Quaes. CXXXI.

QVAERITUR cum dicat Apostolus, quod dominus non praecipit hoc, in quo innuit, quod licentiam dedit ad non manendum, ubi fuit. Aliqui dicunt, quod Christus non dedit licentiam sed solum non vetuit, neque praecipit, sed omnino tacuit, & pro talibus non potest dari locus, quia neque esse possent.

Alii dicunt, quod Christus dedit licentiam recedendi in illo verbo: non veni mittere pacem in terram, sed gladium: Matth. 10. cap. & aperitur dicitur. Luc. 12. cap. Putatis, quod pacem veni mittere in terram, non dico vobis, sed separationem: erunt autem ex hoc gn-

Aque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres diuidentur: pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem suam. Ista autem separatio intelligebatur ob causam fidei. scilicet quando intra eandem domum quibusdam credentibus, alij credere nolentibus, quia tunc fiebat discessio, sic autem accidebat alterum coniugum credere, & alterum manere infidelem, & manebat separatio, cui Christus dederat causam, & ita dabat licentiam fidei recedendi ab infideli.

Alii dicunt, quod ista licentia fuit data quando Christus dixit Matth. 10. & Matth. 5. quod non licet dimittere uxorem, nisi propter fornicationem, & nomine fornicationis dicunt, quod intellexit ibi non solum carnalem, sed etiam spirituale, & in casu fornicationis concessit Christus recedere. licentiam dedit, sed non praecipit, sic dicit Augustinus libro de sermone domini in monte, & 28. q. 1. ca. idolatria. scilicet dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimittere, sed quia permisit non praecipit, quod vero causa fornicationis debuerit fidelis absolui ab infideli, & quod infidelitas intelligatur nomine fornicationis vult August. in epistola ad Polentium, & 28. quaestio. 1. cap. sic neque cum ait, cum cepisset euangelium gentibus praedicari iunctos Gentiles Gentilibus comperit coniugibus, ex quibus si non ambo crederent, sed vnus, aut vna, & infidelis cum infideli consentiret habitare, neque prohiberi a domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi id. scilicet non prohiberi, quia iustitia permittit a fornicante discedere, & infidelis hominis fornicatio est maior in corde, id autem neque iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari, quia non contra iussionem domini Gentiles fuerunt ambo coniuncti. Et sic dicendum est, quod quicumque modus praecedentium teneatur Christus licentiam dedit fidelibus recedendi ab infidelibus, ideo non debuerunt ab Apostolo arctari ad cohabitandum.

Declaratio uerborum: Apostoli: Ego dico, non Dominus. Quaes. CXXXII.

EST nunc dicendum, quomodo accipiantur ista verba Apostoli: Ego dico, non dominus. Dicendum, quod per hoc importatur consilium, & non praecipitum: nam si uoluisset ostendere obligatos esse fideles ad manendum cum infidelibus, non addidisset istud, sed diceret absolute. Si quis frater uxorem habet infidelem, & consentit habitare cum illo, non dimittat eam. Et ideo dicendum est, quod fidelibus conuersis licitum est recedere a coniugibus, si uoluerunt, vel manere cum eis, quia Christus neque iussit, neque vetuit: Apostolus autem non praecipiendo, sed admonendo, dixit: sic Augustinus exponit in epistola contra Polentium, & 28. q. 1. ca. iam nunc. scilicet mihi videtur eum monendo dixisse, quia coniux fidelis relinquere licite potest coniugem infidelem, ideo hoc fieri non dominus, sed Apostolus prohibet, quod enim dominus prohibet fieri omnino non licet: monet ergo Apostolus, quod potest esse multorum occasio lucrandorum, & in casu enim. scilicet si neque recedere ab vxoribus infidelibus, vel maritis fideles viri, vel feminae non prohibentur a domino, ut neque iubeantur: nam si dimittere tales coniuges iubentur nullus locus esset consilio monentis Apostoli ne hoc fieret: nullo enim modo, quod dominus iubet seruis bonus prohibet.

Est tamen intelligendum, quod licet Apostolus monendo, & non praecipiendo dixerit, voluit illud seruari tanquam praecipitum in Ecclesia primitiua, & ita seruabatur: nunc vero non est necesse sic seruari. In quo dicto Apostoli dicendum, quod duo facit. Primo

Primo tollit motuum illorum, quo incitabantur ad recedendum a coniugibus infidelibus. Secundo ostendit, quod non debeant recedere. Motuum autem recedendi erat, quia putabant conuersi ad Christum infideles esse immundos, ideo omnis commixtio, cum eis esset immunda, ideo recedere volebant, ne contaminarentur. Hoc verò rationabiliter putabant, quia Apostolus dixit in infidelibus omnia esse immunda, & mentem, & conscientiam: fidelibus autem omnia munda fieri, & 2. Corin. 6. cap. dixit Apostolus nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? quis autem contentus templi Dei cum idolis? aut quæ pars fidelis cum infideli? Et signat ibidem recedendum esse ab infidelibus, ne per eos fideles polluantur cum ait, propter quod exite, & separamini de medio eorum dicit dominus, & immundum ne tetigeritis. Sed Apostolus ostendit, quod per conuersationem domesticam, & quod plus est, per carnalem commixtionem fidelis cum infideli non polluitur fidelis, immo quod magis est sanctificatur infidelis. i. mundus efficitur. Unde ex tali commixtione nihil immundum provenire potest, & hoc significavit Apostolus, dicens: Sanctificata est enim vir infidelis per mulierem fidem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidem. i. immunditia infidelium tollitur per contactum fidelium, ideo non respiciantur fideles in hoc contingere infideles, & contingi ab eis, quia non solum ipsi non polluantur per immunditiam infidelium, sed tanta est efficacia fidei, quod ipsi contactu suo infideles mundos reddunt. Et quia aliquis istud non bene susciperet, probavit illud Apostolus apparenti ratione. i. alioquin filij vestri immundi essent: nunc autem sancti sunt. i. si commixtio fidelis cum infideli coniuge esset immunda, filij inde geniti reputarentur immundi, quia essent nati de damnato coitu, sicut nunc si quis nascatur ex coitu mulieris Christianæ cū viro Iudæo, vel cognatorum, aut monialium, & huiusmodi. Tales enim proles illegitimas, & sine honore iudicamus, immo cum multa ignominia & confusione. Sic dicit Apostolus Corinthiis: illi enim manebant in coniugio fideles cum infidelibus, & filios genuerant sic manendo: si autem talis concubitus esset immundus, essent filij inde nati immundi, illegitimi, & sine honore, & tamen Corinthij non iudicabant eos tales, sed mundos, & honorabiles, ergo contactus infidelium non est immundus, sed potius infideles sanctificantur per tactum fidelium.

Quæ ratione Apostolus fideles ab infidelibus non esse recedendos ostendebat. Quæst. CXXXIII.

SECUNDO quod faciebat Apostolus erat ostendere, quod fideles non deberent recedere ab infidelibus coniugibus, & hoc dupliciter ostenditur. Primo ex vilitate mansionis, Secundo ex damno, vel malo, quod sequitur ex discessu. Primum patet, quia fidelis manens cum infideli poterit ipsum ad fidem trahere suadendo verbis, & quotidiana conuersatione, & hoc patet, cum dicit Apostolus ibidem, unde scis mulier si virum saluum facies, aut unde scis vir si mulierem saluam facies, ac si dicat non scis, an saluum facies, vel non. Certum est autem, quod recedendo non potes saluum facere, quia nulla occasio manet ad hoc post discessum: cohabitando autem potes saluum facere, ideo manere debes, ut hoc facere possis, quia fortè Deo sic disposuit, ut alter coniugum per alterum conuertatur ad fidem: & hanc causam reddit Augustinus, quare recedere

non debeat fidelis ab infideli coniuge in epistola ad Pollentium. & 28. quæst. 1. cap. iam nunc. i. Monet ergo Apostolus, quod si possit esse occasio multorum lucratorum, ut fideles coniuges in relinquendis fidelibus permessa licentia non vtantur. Cum ergo dicam licere, quia hoc non verat dominus, non tamen dico expedire, quia hoc ne fiat monet Apostolus, qui reddidit etiam rationem, cur fieri non expediat, quæuis liceat. Quomodo enim scis, inquit, mulier, si virum saluum facies? aut unde scis vir, si mulierem saluam facies? Sic ad lucrandos coniuges & filios Christo exemplis quæ iam prouenerant, videtur hortatus. Cur ergo non expediat etiam infideles coniuges dimitti ab vxoribus, causa euidenter expressa est: non enim propter vinculum cum talibus coniugale pactum seruandum est, sed ut quarantur Christo recedere ab infidelibus coniugibus vetat Apostolus.

Secunda causa quam tangit Apostolus est propter scandalum. i. scandalum fieret si fideles statim conuerterentur a coniugibus infidelibus: esset autem scandalum istud. Primo, quia videntes Gentiles talem discessum fieri in omnibus, qui conuertebantur, abominarentur illam fidem aut sectam, quæ omnium coniugiorum faceret discessionem.

Quare non expediret infideles conuerti ab uxoribus.

Secundo & principalius, quia sequeretur periculum contra fideles, & contra totum statum eorum: nam si conuerteretur vxor, & non vir, & illa recederet ob hoc a viro accusaret eam vir ad penas legales, & sic puniretur, & hoc modo omnes feminae coniugate, quæ ad Christum conuerterentur punirentur legibus Gentilium: nam fideles tempore Ecclesiæ primitiue subiecti erant infidelibus, cum fideles pauci essent, & non haberent principes temporales Christianos.

Sed vtrunque horum erat magnum inconueniens, ideo neutrum fieri licebat, & ideo non licebat illo tempore recedere fidelis ab infideli coniuge: nam debemus omnino cauere scandalum pusillorum Matth. 18. cap. omnes autem ignorantes vocantur pusilli, & tales nunquam licet scandalizare, sed est peccatum mortale, cum Christus dicat expedire potius alicui suspendi a sinariam molam ad collum, & in mare mergi, & hæc est pena mortis, quæ pro peccato mortali infligitur, & hoc verum est, nisi quando non potest euitari scandalum, nisi faciendo contra legem Dei, & quia tunc vtilius nasci scandalum permittitur quam veritas relinquatur. extra de reg. iur. c. qui scandalizauerit, & tamen non recedere ab vxore infideli non est contra præceptum domini, quia Deus non iussit recedi ab ea, ergo non est recedendum, ne sequatur scandalum, & circa talia Apostolus præcipit, ut vitaremus scandalum omnium: prima Corin. 9. c. Sine offensione. i. scandalo estote Iudæis, & Gentilibus, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego pro omnia omnibus placeo, non quarens, quod mihi utile est, sed quod multi salui fiant.

Et circa talia si quis videat, quod ex eo, quod sibi licet alij, qui sunt infirmi. i. ignorantes scandalizantur, debet non vti concessa sibi potestate, ne scandalizet alios, sicut Apostolus significat de manducantibus res immolatas idolis: prima Corin. 8. cap. Similiter dicit, quod licebat ei accipere, vel exigere ab eis, quibus prædicabar sustentationem temporalem, & tamen non faciebat, ut non impediretur conuersio ad fidem: prima Corin. 9. cap. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum non est si carnalia vestra metamus, si alij potestatis vestre participes facti sunt, quare non potius nos? sed non vti sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi. Et istud idem inducit Augustinus in epistola ad Pollentium. & 28. quæst. 1. cap. iam nunc. & tamen si fideles

fideles conuersi recederent statim a coniugibus, non solum non conarentur ad eorum salutem, sed etiam alios non coniuges scandalizarent dando eis occasio nem odio habendi fidem, aut vitam aliam, in qua statim discessio matrimoniorum fiebat.

Secunda ratio erat magis principalis, ne poneretur totus status fidelium in periculo, quia si vxores dimitterent viros infideles punirentur legibus Gentilium, quibus subditi erant tunc: nam licet viri possent repudiare vxores secundum leges Gentilium, vxores non poterant recedere a viris, si ergo recederent punirentur, ideo non debuit tunc licere illis recedere a viris infidelibus. Istam causam tetigit Apostolus prima Corin. 7. ibidem. In pace enim vocauit nos Deus. i. non vocauit nos ad fidem suam, ut per transitum ad illam faciamus alijs scandalum, vel constituamus nos in periculo, sed ut simus in pace, & tamen per recessum fidelis coniugis ab infideli sequeretur turbatio, & periculum, ideo non debet recedere fidelis ab infideli.

Intellectus auctoris ad dicta supra qd. 53. cum alijs.

Et secundum hoc accipi volo, quod supra dixi. i. non licebat fidelis recedere ab infideli, quamdiu infidelis cohabitare vult sine contumelia creatoris, & non trahendo ad peccatum mortale: Dupliciter intelligo: Vno modo, quod tenetur manere. i. non transire ad alterum matrimonium, licet possit cessare a cohabitatione: si autem infidelis discedat, licitum est tunc fidelis recedere a cohabitatione infidelis transiundo ad aliud matrimonium. Alio modo intelligo, quod non licebat etiam recedere a cohabitatione infidelis, quamdiu ille sine contumelia cohabitaret. i. tempore Apostoli in principio Ecclesiæ, quia tunc si recessus esset coniugum, turbaretur status fidelium, ut diximus: tenebatur autem ipsi ad euitandum turbationem status fidei, & ad non dandum offendicula conuersioni ad fidem.

Dicendum ergo, quod tempore Apostoli erat illud, quasi præceptum, & obseruabatur, sicut præceptum: nec tamen per hoc dicitur, quod quicumque fidelis recederet ab vxore infideli, vel e contra peccaret mortaliter tunc, quia poterat esse aliquis casus, in quo nullum scandalum esset, neque turbatio status fidelium, & quia nullum erat præceptum domini de non recedendo, nec Apostolus hoc præceperat, ideo taliter recedens non peccaret: sed hoc erat rarissimum, ideo quasi regulare & præcepti modum habens erat pro tunc, quod non recederet fidelis ab infideli.

Nunc licet fidelem discedere ab infideli in terris principum Christianorum, secus principum infidelium, quia tunc fiet, sicut in primitiua Ecclesia. Quæst. CXXXIII.

SECVS autem est de tempore isto, quia illud nunc habet solum locum consilij, & non modum præcepti, quia cessant causæ, quæ erant tempore Apostoli in Ecclesia primitiua: unde nunc licet cuilibet fidelis statim, ut conuertitur recedere ab infideli, quantum ad cohabitationem non transiundo ad aliud matrimonium, & tamen melius facit non recedendo, quia potest conuertere infidelē per suam cohabitationem.

Sed in hoc distinguendum est, quod si vnus conuertatur ad fidem manente alio infideli, aut ille infidelis vult cohabitare sine contumelia creatoris, & non trahendo ad peccatum mortale, aut non vult cohabitare sine his, aut aliquo horum. Si primo modo dicendum, quod licebat fidelis statim recedere, & tamen melius est cohabitare, & Deus imputat sibi hoc in præmium, quia facit bonum cum non teneatur, sic dicit Aug. in epistola ad Pollentium, & 28. quæstio. 1. cap. iam nunc. i.

Multa autem sunt facienda, non iubente lege, sed libera charitate, & ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Aliqui tamen distinguunt in hoc. i. aut est spes de conuersione infidelis coniugis, aut non: si est spes, manendum est: si autem non est spes melius est recedere. Sed huic distinctioni non est multum standum, eo quod non possumus nos scire, an conuertetur infidelis, vel non. nam ille, qui videtur durus ad conuersionem interdum conuertitur, & quod videtur mollis ad conuersionem manet interdum perpetuo in infidelitate, & hoc dicit Apostolus prima Corin. 7. cap. Unde enim scis mulier si virum saluum facies, & unde scis vir, an mulierem saluam facies. q. d. quia interdum tibi est debes permanere, aut bonum quod maneat.

Et hoc puto verum esse, nisi quando fidelis aliquandiu cohabitaret infideli, neque ille tamen conuertetur, aut in eo appareret ad conuersionem promptitudo, quia tunc si fidelis cuperet transire ad statum perfectionis, ut ad religionem, fortassis melius esset quæ cohabitare infideli: si tamen nollet transire ad religionem, vel ascendere ad ordinem factum, sed solum manere in habitu laicali inter fideles: videtur magis ad charitatem facere manere cum infideli, quam sub dâ bio conuersionis, dum tamen hac sola intentione fiat, ut conuertatur infidelis: si autem non cohabitaret sine contumelia creatoris, aut trahendo ad mortale peccatum, aut fidelis putat se posse resistere suggestionibus prauis infidelis coniugis, aut non, siue est dubitans de hoc. Si dubitat debet recedere, & non curare, an infidelis conuerti possit, an non, quia charitas suadet potius sibi esse quam alteri consulendum: sic dicit Apostolus ad Galat. 6. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite eum in spiritu lenitatis, considerans se ipsum, ne & tu reuerteris.

Si autem putat, quod poterit resistere suggestionibus bonum est cohabitare ei, ut fidelis eum ab illa praua intentione abducat deducens in fidem: si tamen dubitât ille in hoc persistere tutius est illi resistere, ne accidat fidelem ab infideli subuerti, & hoc magis faciendum est circa eum, qui non sine contumelia creatoris cohabitaret: quia si ille cito non conuertitur delerendus est: nam licet fidelis non trahat ad contumeliam per infidelē est tamen in contumeliam, quod audiatur contumeliam creatoris, ideo vel corrigere debet blasphemantem, ut si uir sit fidelis, & mulier infidelis, vel recedere si non potest corrigere, ut quando femina est fidelis, & uir blasphemus.

Quare non est simile nunc, sicut in primitiua Ecclesia de diuortio fidelium ab infidelibus. Et quare Apostolus noluit istud trahere per modum consilij, cum tamen esset tunc præceptum. Quæstio. CXXXV.

SE D dicit aliquis si tempore Apostoli erat quasi præceptum, quod fidelis non dimitteret infidelē, si militer videtur & nunc, quia eadē causæ sunt, quia licet non sit causa secunda, est causa prima nunc. i. quod scandalizantur infideles si fideles recedant.

Dicendum, quod nunc neutra illarum duarum causarum scandalum stat, sed solum stat vtilitas, vel acquisitio infidelis per fidem, & ideo quia cessat scandalum, cessat illud habere locum præcepti, & obseruari, sicut præceptum, quia tamen manet licitum fidei, manet istud ut consilium, & de maiori bono. De scandalo patet, quia ut dictum fuit supra duo modis erant scandala, secundus, & præcipuus erat, quia ponebantur in periculo

riculo fideles ex hoc maxime mulieres, que si recederent a viris infidelibus accusarentur, & puniretur per leges Gentilium, & tamen istud valde cauendum erat fidelibus: nam tales se debebant constituere, & taliter viuere, vt nullus posset eos punire, nisi forte, qd Christiani, quia pro hoc debebant esse parati ad sustinendum omnem poenam, sic patet prima Petri. 4. cap. f. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine, & tamen si mulier puniretur per legem Gentilium, quia recesserat a viro, non puniebatur, vt Christiana, aut quia Christiana, cum lex Christi non iubeat fidelibus recedere ab infidelibus, ergo mulier debebat non recedere, vt non puniretur recedens. Sed nunc non stat ista ratio, quia fideles habent temporales dominos fideles, & non reguntur legibus Gentilium, sed legibus fidelium, per quas non puniuntur mulieres conuersae ad fidem, quia conuersae sunt, sed potius de hoc laudabuntur, & viris non licebit per hoc punire eas saltem leuiter, quia si facerent, cremandi essent cum omnibus participibus suis, vt patet. C. de Iudaeis, & reli. Iudaeis, & maioribus. f. Iudaeis, & maioribus eorum, & patriarchis volumus intinari, qd si quis post hanc legem aliquem, qui eorum feralem iugerit sectam, & ad Dei cultum respexit, saxo, aut alio furoris genere, quod & nunc fieri cognouimus ausus fuerit attentare, mox flammis tradendus est. Fuit autem ista, quia nunc non sunt subditi fideles infidelibus, sed e contrario, & datur magnus fauor conuersis ad fidem, & ideo ista causa scandali non stat. Sed alia & prima videtur stare, quia infideles nunc scandalizabuntur, & oderint fidem si conuersi ad eam statim discedant a coniugio. Sed dicendum, qd non stat, quia ideo non discedere debebat fidelis ab infideli, ne scandalizarentur infideles, & odio haberent fidem Christi: nunc autem non stat ratio istius scandali: na scandalum pusillorum vitandum est: non est aut curandum de scandalo Pharisaeorum, sicut neq; Christi de illo curauit, vt patet Mat. 15. & dixit cauendum esse scandalum paruulorum: Mat. 18. & th ignorantes vocantur pusilli, qui ideo scandalizantur, quia ignorant: tales erant infideles ab initio: nam nesciebant conditionem fidei Christi, & ideo de illa scandalizabant: vnde in quantum poterat erat euitandum scandalum eorum. Nunc vero infideles, qui morantur in medio fidelium satis cognouerunt conditionem fidelium, & fidei Christi, & non scandalizantur circa aliquid, quod ad eam pertinet, nisi ex iniquitate. f. quia fideles oderunt: tale vocatur scandalum Pharisaeorum, de quo dñs non curat, & non curandum esse dicit. Vnde neque nunc esset ita curandum de scandalo infidelium, qd iam non veniret ex ignorantia, sed ex iniquitate.

Sed obijciatur adhuc, qd manet alterum inconueniens. f. fidelis recedens ab infideli dabit ei occasionem fornicandi transendo ad alterum matrimonium, & istud allegat August. in epistola ad Pollentium inter ceteras causas, propter quas Apostolus vetuit fidelibus recedere, & habetur 28. quaestio. 1. cap. sic enim. f. sed prohibet Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis: non solum, qd pemiciosissimi scandalizantur offensi: verum etiam, quia cum in alia conjugia ceciderint viuentibus eis, a quibus dimittuntur adulterinis nexibus colligati difficile resoluuntur, & tamen nunc manet ista ratio, ergo non licet fidelij recedere ab infideli.

Dicendum, qd non manet ista causa, quae tunc erat, quia nunc infideles, qui conuertuntur, sunt vt plurimum in dño Christianorum, & non habet locum istud, quia si fidelis recederet ab infideli, aut trāsiret ad

aliud matrimonium, aut non: si transit licet quoq; infideli alteri se copulare, quia solutum est matrimonium, vt supra diximus: si autem fidelis non transit ad alterum matrimonium, neque infideli hoc licet, & si ille vellet transire non permitteretur, quia ecclesia puniret tales velut peccantes mortaliter, sicut pro alijs suis excessibus, & ita non haberet locum istud inconueniens: habuisset autem locum in Ecclesia primitiua, quando erant fideles sub potestate infidelium, & adhuc tempore Augustini, quando infideles erant multi, & non poterat Ecclesia subicere eos sibi, aut dominari illorum.

Quare Apostolus voluit istud tunc dicere, per modum consilij, cum tamen esset, tunc praeceptum.
Quaestio. CXXXVII.

SED quaeretur, cum tempore Apostoli seruaretur istud praeceptum, quare Apostolus dixit, ego dico, non dominus ostendens istud esse consilium.

Dicendum, qd fuit primo, vt veritatem diceret: na Christus dederat licentiam recedendi fidelibus ab infidelibus coniugibus, & ideo non poterat Apostolus neque aliquis alius obligare fideles ad nullo modo recedendum ab infidelibus, quod tamen videretur fieri, si Apostolus non dixisset istud per modum consilij, ideo debuit sic dicere. Secundo quia licet tempore Apostoli istud seruaretur, quasi praeceptum regulariter propter causas supra positas, quae tunc extabant: tamen poterat esse aliquis casus, in quo fidelis recederet ab infideli, & non peccaret, & tamen si praeceptum esset nunquam liceret fieri. Casus autem, in quo tunc liceret, esset, si aliquando sine scandalo infidelium, & periculo fidelium recedere posset fidelis ab infideli, & licet hoc rarum esset, tamen interdum fieri poterat, ideo debuit manere, vt consilium, licet ita strictè seruaretur, sicut praeceptum.

Tertium quia dicti Apostoli omni tempore manserunt, & licet tunc expediret seruari, sicut praeceptum, non esset eadem necessitas seruandi illud alijs temporibus, sicut nunc, quando non existunt eadem causae, & tamen si maneret in forma praecepti, etiam nunc seruandum esset sub necessitate, vel fidelis ab infideli non recederet, & tamen nunc non est tanta necessitas, sicut tunc, ideo debuit dari in modum consilij: hoc modo seruaretur, tunc in modum praecepti, licet esset consilium: non quia praeceptum esset, sed quia causae tunc suberant tales, quales ad praeceptum: nunc vero non existunt eisdem causis, quia in modum consilij positum erat, in modum consilij seruaretur.

Quare Apostolus sub eadem forma non posuit consilium de virginitate, & de recedendo ab infideli coniuge, sed de primo dixit praeceptum domini non habeo, de secundo dixit: Ego dico, non dominus.
Quaestio. CXXXVII.

QVAERETUR cum Apostolus prima Corin. 7. cap. posuerit, qd fidelis non recederet ab infideli coniuge tanquam consilium, etiam de seruanda virginitate posuerit tanquam consilium, quare non posuit sub vna forma, sed de primo dixit: ego dico, non dominus: de secundo dixit praeceptum domini de virginibus non habeo, consilium autem do.

Dicendum, qd licet vtrunque sit consilium. i. non praeceptum; tñ magna differentia est inter ea. Prima est, quia de virginitate seruanda est proprie consilium,

In 9. 53.

Dña inter duo consilia.

lium, cum sit de maiori bono, & difficili: nam seruare virginitatem melius est quam nubere, & tamen est difficile, ita vt non possint hoc, nisi illi, quibus specialiter a Deo tale donum concessum est. Mat. 19. cap. f. non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est, & Apostolus prima Corin. 7. ca. dixit. volo autem omnes homines esse, sicut me ipsum, sed vnusquisq; proprium donum habet ex Deo. vnus quidem sic alius vero sic: dimittere autem vxorem non est difficilius quā manere, immo facilius est manere, quia qui recedit cogitur continere. e. c. qui autem manet exercet opus coniugale: vnde hoc est contra conditionem consilij, qd facilius est, quod hic pertinet ad consilium, quam opus positum, sed quantum ad hoc est consilium, quia melius est ipsum facere quā oppositum, licet non sit difficilius.

Secundo differunt, quia in consilio proprie dicto, quale est de seruanda virginitate vtraque pars est bona, & vtraque expedit. f. bonum est seruare virginitatem, & bonum est nubere, sed melius est virginem esse: etiam nubere expedit, & virginem esse expedit: nam dicitur. e. c. qui matrimonio iungit virginē suā, benefacit, & qui non iungit, melius facit, sed non est sic de non dimittendo infidelem, quia non dimittere est bonum, dimittere autem non est bonum, quia non est ad charitatem, & etiam vnum expedit, alterū vero non expedit.

Tertio differunt, quia circa virginitatem seruandā neutrum est malum, aut vetitum circa fideles, an dimittat coniuges infideles est vnum prohibitum, ita Apostolus hortatur non dimittere, & vetat dimittere: nam seruare virginitatem alicui est bonum expediens. f. potenti, vel habenti donum a Deo: alteri autem est bonum non seruare virginitatem, sed nubere. f. non potenti continere: sed dimittere vxorem infidelem, si consentit cohabitare, non est bonum maxime tempore Apostoli, non dimittere autem eam erat bonum, ideo hortatur non dimittere, & vetat dimittere. Quae dicta sunt, ponit aliquo modo August. in epistola ad Pollentium, & 28. quaestio. 1. cap. sic enim. f. ideo hic, vbi quod licet non expedit non potest dici si dimiserit infidelem bene facit: si non dimiserit melius facit, sicut dictum est, qui dat nuptij virginem benefacit, & qui non dat melius facit, quoniam non solum illud, sed vtrunque pariter licet: vnde ad nihil horum praeceptum domini quisquā compellit, vnde ad id, quod amplius expedit consilio Apostoli quicumque potest capere prouocatur: hic autem vbi de dimittendo, vel non dimittendo infidelis, cum infideli coniugio queritur, vtrunque quidem pariter licitum est per iustitiam, quae coram domino est, & ideo nihil eorum prohibet dominus: sed non vtrunq; expedit propter infirmitatem hominum, & ideo id, quod non expedit, Apostolus prohibet, dante domino sibi liberum prohibendo locum. Etiam post hoc dicit ibidem dissimile est in his duobus, quia de nubendo, vel non nubendo dici potest hoc fieri bene potest illud melius potest, quoniam vtrunque expedit vnum minus aliud magis. At verò de coniuge infideli dimittenda, vel non dimittenda, quoniam vnum horum non expedit, aliud expedit, dici non oportet, qui dimittit bene facit, & qui non dimittit, melius facit: sed dici oportet non dimittat, quia scilicet non expedit. Sic ergo possumus dicere, melius esse infidelem coniugem non dimittere, quamuis liceat, & dimittere, quae admodum recte dicimus melius esse, quod licet, & expedit quā id, quod licet, & non expedit.

A Cur D. Paulus, de matrimonio contrahendo, dicit: Dico ego non Dominus. Quaest. CXXXVII.

SED nunc reuertamur ad id, quod inciperamus. f. quare in vno dicitur, dico ego: non dominus. Aliqui dicunt, qd istud modus loquendi est ad ostendendum, qd Paulus dicat a seipso, & non est praeceptum Dei, & ita est hic, qd non est praeceptum Dei, sed Apostoli consilium. Sed istud non est absolute verum: nam alicubi dicitur: Ego Paulus dico, & tamen non dicit illud Paulus a seipso, sed a Deo, & obligat ad Galat. 5. cap. Ecce ego Paulus dico vobis, qd si circumcidimini Christus vobis nihil prodest, & tamen certum est illud a Deo esse, & veritatem firmam, per quam obligamur non circumcidi.

Secundo non est verum, qd dominus ista non dixerit. Nam Apostolus Paulus, quando vetuit fidelibus recedere ab infidelibus Deo suadente, & dictante in corde eius ista dixit: idem enim Deus erat, qui instruxerat discipulos suos, quae iubenda & veranda erant, & qui inspirabat eis, quae consulenda erant: nam sicut Paulus non audeat aliquid praecipere, nisi quod dominus praecipisset, ita non audeat aliquid consulere, nisi si quod ei Deus consulendum dicitur: sed significatur in hoc differentia praecepti, & consilij: nam si Deus praecipisset non dimittere vxorem, nullo modo liceret eam dimittere, & Apostolus istud absolute dixisset. Si vero praecipisset dimittere, nulli liceret retinere, nec Apostolo liceret hoc admonere, sed qd Christus non vetuit, neque praecipit, sed dimittendi licentiam dedit, licuit Apostolo admonere non dimittere vxorem infidelem: inspirante illud Deo, & suadente charitate. Vnde dixit: Non dicit dominus: non praecipit retinere coniuges infideles, quia per rigorem iustitiae, quae est secundum legem bonam, & iustam a Deo datam nemo cogitur retinere infidelem coniugem, & tamen quia dimittendo praestatur occasio contra conuersionem ad fidem, & talis occasio conuersionis debet semper procurari: impedienda autem contra istam conuersionem sunt contra charitatem, ideo debent illa auferri. Et ob hoc eodem Deo suadente Apostolus vetat dimittere coniugem infidelem: vnde sicut Apostolus quando praecipit significat se loqui a Deo edoctum, ita cum consilium dat significat se a Deo inspiratum, sicut cum dicitur prima Corin. 7. cap. De virginibus praeceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Deo. Et sic Apostolus in eo, in quo dixit se non habere praeceptum Dei. f. quia praeceptum nullū erat a Deo super hoc datum, dixit se habere consilium a Deo in quantum ait consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Deo. i. consilium do, qd a Deo accepi per misericordiam eius, Et adhuc aperius patet, quando dat consilium de viduitate seruanda: nam dicit, qd licitum est mulieri nubere mortuo viro suo, & tamen melius est non nubere, hoc est consilium suum, & ne quis putet, qd hoc erat licet, & conueniens, quasi ab humano iudicio dicit, qd etiam hoc consilium erat a Deo, vt patet. e. c. cum ait: Mulier alligata est legi quamdiu vir eius viuif, qd si dormierit vir eius liberata est: cui vult nubat in domino: beator autem erit si se permanserit in meum consilium: puto autem, qd ego spiritum Dei habeam.

Et hoc etiam dicit Aug. ad Pollentium. e. c. sic enim. f. Quoniam ergo ab infideli discedere non prohibet, nec iubet dñs, ideo vt non discedat Apostolus dicit, non dñs, hñs vtique spiritū sanctum, in quo dare posset vtile & fidele consilium: vnde cum dixisset de muliere, cuius uir mortuus fuerit: Beator erit si se permanserit in consilium meum, ne quis hoc consilium tanquam

tanquam humanum non diuinum contemnendum...

Amplius autem dicendum, qd cum dicit Aposto- lus: Ego dico non dominus...

Sed alio modo dici potest, qd dicitur in vno consi- lium do: in altero: Ego dico non dñs...

Consilium præceptum admonitio quomodo differunt, & conue- niunt. Quest. CXXXIX.

CIRCA quod intelligendum, qd cum aliquid agendum, vel non agendum proponitur...

Alia bonum est fieri, & etiam bonum est non fie- ri, sed melius est, si fiant, qd si non fiant...

In tertijs Deus non dicit, sed Apostolus dicit, quia non est præceptum secundum legis necessitatem...

Igitur habent ista nomina tria. scilicet præceptum, consi-

lium, admonitio, & nomen vnus non conuenit alte- ri, & ob hoc Apostolus distinguit illa in modo locu- tionis...

Etiã aduertendum, qd in talibus nõ omnino vti- tur simili forma locutionis: nam in admonitione ait: Ego dico non dominus...

Item vbi ait: Ecce ego Paulus dico vobis, quia si cir- cuncidimini Christus vobis nihil proderit...

De secundo & tertio dicendum, qd inter se consi- lium & admonitio multum differunt, & non ponit Apostolus nomen vnus in altero...

28. q. 1. sic enim.

Dicitur inter consilium, & admonitionem.

castitate, ait, qd femina potest nubere in domino: bea- tior autem erit, si sic permanferit secundum meum consilium...

De hoc dicit Augustinus, vbi supra. scilicet veruntamen aliud est domini iubentis imperium, aliud serui secun- dum misericordiam charitatis...

An opinio Pollentij dicens, quod sit contra doctrinam san- ctam noui & veteris testamenti conuersos ad fidem ma- nere, cum coniugibus infidelibus, & quod Paulus in hoc scripsit contra Christum, sit vera. Questio. CXL.

NVNC autem redeundum est ad ea, quæ tetigimus supra de opinione Pollentij, qui duo asseruerat: vnum erat, qd malum erat manere conuersos ad fidem cum coniugibus infidelibus...

De primo cum dicit, qd est malum manere fideles cum infidelibus: ostendit illud, dicens: quia est cõtra doctrinam sanctam noui & veteris testamenti...

illa cessauerunt, & sic licet esset vetitum in veteri tes- tamento accipere mulierem infidelem in vxorem: non sequitur, qd esset nunc peccatum illud facere...

Aliter autem respondere possumus secundum Au- gustinum in epistola ad Pollentium, qd præceptum veteris legis erat de non contrahendo cum infidelibus...

Sed obijciatur, qd secundum doctrinam veteris le- gis non solum vetatur qd matrimonium cum infide- li, sed etiã qd qd separabitur. De primo patet Exo. 34. cap. 1. Neque uxorem de filiabus eorum accipies...

Est dicendum, qd nihil dicit Apostolus in hoc qd il- lam, sed omnino nunc obseruatur, sicut tunc obserua- batur, sed est considerandum, qd aliud est, qd qd ha- bet fidem, cum infideli, aliud qd qd ha- bent duo infideles...

De primo cum dicit, qd est malum manere fideles cum infidelibus: ostendit illud, dicens: quia est cõtra doctrinam sanctam noui & veteris testamenti, & quia est contra præceptum domini...

Obiectio tollitur.

Contrahere fidelem cum infideli nõ licet, nec tenet ma- trimonium nunquam tenuit, ita nec nunc trimoniũ resat.

tenet. Si autem in fidelis coniux vult conuerti ad fidē non per hoc ratificabitur matrimonium, quod nullū fuit, sed per nouum consensum poterit contrahi, & erunt coniuges, sic patet 28. q. 1. ca. Iudæi. f. Iudæi, qui Christianas mulieres in coniugio habent admoneantur ab episcopo ciuitatis illius, vt si cum illis permanere cupiunt, Christiani efficiantur, quod si admoniti noluerint separentur.

De Iudæis ita erat in veteri testamento: nam quis liceret eis accipere coniuges de Gentilibus si acciperent eas, & conuernerent ad ritum Iudaicum licite retinebant: sic patet Deuter. 21. c. de illis, qui accipiebāt in bello mulieres Gentiles, quas si vellent poterāt hēre in vxores factis quibusdam caremonijs circa eas, de quibus eo. c. Hoc verum erat, nisi mulieres illæ essent de stirpe Chananæorum. i. illarum septem gentium, quæ habitabant in terra Chanaan, quia cum illis non erat habenda pax, neque componendę amicitia: cum eis, neque in seruitutem recipiendi, sed omnes in ore gladij occidendi erant: Deut. 20. c. & Num. 34. c. ideo cum mulieribus de stirpe hac, sicut non erat licitum contrahere matrimonij, ita non poterat permanere etiam si mulier vellent conuerti ad Iudaismum, quia neque talis ad ritum Iudaicum recipienda erat, sed omnes occidenda. f. viri, & femina, & parvuli: Deut. 20. cap. Nam si liceret retinere eam conuersam ad ritum Iudaicum, liceret in vxorem tenere, sed cum primum non liceret, neque secundum licebat.

Si autem accipiatur de duobus infidelibus, qui contraxerunt, & postea alter ad fidem conuertitur: dicitur enim est, quod licitum est fideli manere cum infideli in coniugio, & ratio est, quia inter istos matrimonium tenet, quando contractum est: fuit enim legitimum, cum non esset inter personas a lege veritas contrahere, sed postea fides superueniens non soluit matrimonium legitime contractum. 28. quæstio. 2. cap. si quis habuerit, ideo sicut prius licite manebat ambo coniuges, ita & manebunt post conuersionē alterius ad fidē, & non solum licebat manere, sed etiā expediebat, quod fidelis non recederet si infidelis cohabitare consentiret, vnde & Apostolus veruit fidelibus recedere ab infidelibus coniugibus quam diu ille cohabitare vellent. De hoc nihil dixit lex Moyfi, sed solum de non contrahendo cum infidelibus. i. gentilibus, vnde non aliter ibi agendum videbatur, si enim duo gentiles coniuges conuernerentur ad legem Moyfi, non dissoluebatur inter eos matrimonium, etiam si alter ipsorum conuerneretur non impediatur cohabitare infideli, cum nulla lex hoc vetaret, etiā præstaret hoc impedimentum conuersioni gentilium ad Iudaismum, & tamen Iudæi nimis nitentur conuertere gentiles ad Iudaismum, vt patet Mat. 23. cum dixit Christus Pharisæis, & scribis circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum profelitum, i. vt conuertatis gentilem vnum ad legem.

Refellitur Pollentius asserens dictum D. Pauli de matrimonio esse contra mandatum Christi. Quæst. CXLII.

ASSE RVIT quoque Pollentius esse contra mandatum Christi id, quod Apostolus dixit. In quo supponendum, quod Pollentius intellexit prauè tam dictum Pauli, quam sententiam Christi, & ideo faciebat, quod inter se repugnarent: nam voluit quod sententia Christi esset, ne fideles manerent cum infidelibus in coniugio, sed quod statim, vt conuertebatur ad fidem, aliquis teneretur recedere a coniuge infideli. Voluit autē, quod Paulus intelligeret fideles debere manere copulatos infidelibus in matrimonio, & nullo modo ab eis recedere potius quam essent

fideles, & ideo quod esset præceptum, & non admonitio. Et ita contraria essent mandata. Ex quo inferebatur, quod Apostoli mandatum non esset seruandum, cum esset contra mandatum Christi.

Sed vtrunque est falsum: nam quod Christus hoc voluerit ostendit Pollentius primum, quia sic in veteri testamento idem ipse instituerat, & ita nunc non discreparet a seipso. Secundo quia Apostolus dixit: ego dico non dominus, & ita videtur significasse, quod aliud ipse diceret, aliud dominus, & tamen Apostolus dixit non esse recedendum ab infideli, ergo dominus diceret recedendum esse. Sed dicendum, quod falsum est; Christus enim neque vetuit recedere, nec iussit: nam si vetuisset, idem diceret dominus, quod Apostolus. Non esse recedendum a coniuge infideli, & tunc non diceret Apostolus: Ego dico non dominus, sed diceret: Ego dico & dominus, vel absolute illud diceret, sicut solet alia dicere, quia Deus præcepit. Si autem Christus iussisset recedere non auderet Apostolus, nec iubere nec admonere, quia quod verat Deus fieri, malum est fieri, & ad malum nemo debet cogi, nec suaderi, etiā non erat aliqua causa quare fidelis veteretur manere cum infideli, quia non prohibetur aliquid a Christo, nisi malum, sed manere cum infideli quando ambo veri coniuges sunt, non est malum aliquod, ergo Christus illud non vetaret.

Mortua autem Pollentij ad hoc nihil faciunt: de primo patet, quia licet Deus instituerit aliquid in veteri testamento non sequitur, quod illud idem manere deberat in nouo, quia multa Deus mutauit de eis, quæ prius statuerat: nam transiit lex, & translatum est sacerdotium, & omnia fuerunt innouata: ad Heb. 8. c. sic dicit Innocentius tertius: de consang. & affini. c. non debet scilicet non debet reprehensibile iudicari si fm varietatem temporum statuta quoque varietur humanarum: quoniam ipse Deus de his, quæ statuerat in veteri testamento nonnulla mutauit in nouo, ita & poterat istud mutari.

Aliter dicendum, quod nihil circa hoc mutatum est, sed procedit hoc ex prauo sensu Pollentij: nam non erat statutum in veteri lege, quod fidelis non maneret coniunctus infideli, cum qua contraxerat ante transiitum ad fidem, sed quod fidelis non contraheret de nouo matrimonium cum infideli, & hoc etiam in nouo testamento veritum est, vt supra diximus.

Secundum motiuum non tenet: nam licet Apostolus diceret non esse recedendum ab infideli non sequitur, quod dominus diceret recedendum esse, sed solum, quod dominus hoc non iuberet. Nam etiam si Christus nihil de hoc loqueretur præcipiendo, aut vetando erat verum istud. Ego dico non dominus. i. dominus non dicit hoc, licet non dicat contrarium. Nam istud motiuum præsupponit duo falsa. Primum quod Apostolus iuberet manere, vel non recedere, Secundum quod Christus aliquid in hoc iuberet, & tunc cum Apostolus diceret, ego dico non dominus, videretur sequi, quod aliquid dixisset Apostolus contra Christum, sed nunc neutrum istorum est verum.

An opinio alia Pollentij dicens, quod Paulus in hoc contra Christum scripserit possit aliqua via sustineri. Quæstio. CXLII.

ALIVD dictum Pollentij erat, quod Apostolus iusserat fidelibus manere, cum infidelibus, & quod nullo modo recederent ab eis. Sed dicendum, quod hoc non est verum: si enim hoc Paulus voluisset, hoc seruaret etiam ecclesia, sed non seruat: nam fidelibus licet manere cum infidelibus, & licet recedere.

Secundo

Secundo, quia Apostolus non poterat obligare contra licentiam Dei, nam sicut non licebat Apostolo aliquid præcipere contra id, quod Christus veruerat, ita non licebat astringere aliquos in eo, in quo Christus contrarium faciendi licentiam dederat, nam in vtroque reuocabatur voluntas Christi, & derogabatur ei, siue statuendo, siue obligando contra eius licentiam, & tamen Christus licentiam dederat fidelibus recedendi: ergo non astringeret Apostolus ad manendum.

Tertio, quia Apostolus significat, quod non voluerit hoc, nam si absolute præcipere voluisset, ita vt obligaret, diceret simpliciter, quod fidelis non recederet ab infideli, vel diceret: ego Paulus dico, & non adde- ret (& non dominus) sicut dixit ad Gala. 5. c. Si circumcidimini Christus vobis nihil proderit, & tamen hic addidit (& non dominus) ideo per hoc voluit aliquid significare, scilicet diminuire de ratione præcepti, quia illa adiectio minuit, vel distrahit, sicut cum dicitur homo mortuus, vel homo pictus: nam distrahit a ratione hominis. Si enim diceret, ego Paulus dico nullo addito præceptum esset, sed cum additum est, & non dominus, signatum est, quod Deus non astringeret ad istud, ideo non erat præceptum, sed Paulus illud dicebat eo modo, quo ipse dicere poterat, quando dominus non dicebat, quia non diceret, nisi admonendo quid ex charitate agi expediret, quamuis aliud per iustitiam legis Dei agi liceret: illud tamen non esset expediens.

Cum vero Pollentius voluit, quod Paulus contra Christum diceret, fuit multum insanus, & tamen sequebatur hoc ex dictis prioribus, nam si Christus iubeat non manere cum infidelibus, & Paulus iubebat manere, vere contrarium dicebat.

Sed istud non stat, quia Paulus erat seruus Christi, sicut ipse gloriatur in omnibus epistolis suis, & tamē seruus non potest aliquid contra dominum, aut supra illum, & si facere conetur illud est malus seruus. Non ergo faceret istud Paulus, sic dicit August. ad Pollentium, & in alleg. ca. sic enim, scilicet. Sic enim, nec recedere ab vxoribus infidelibus, vel mariti fideles viri, vel foemina non prohibentur a domino, vt neque iubeantur. Nam si dimittere tales coniuges iubentur nullus locus esset consilio monentis Apostoli, ne hoc fieret: nullo enim modo, quod dominus iubet, seruus bonus prohibet.

Secundo, quia infideliter se habet seruus ille, vel nūcius, qui missus est ad aliquid nunciandum, & contrarium dicit, & tamen Paulus dicit se fidelem ministrum, & idoneum 1. Cor. 7. c. de virginibus præceptum dñi non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam cōsecutus a Deo, vt fidelis essem, id est fidelis minister, & ideo vbi non erat præceptum non dedit præceptum, quia tunc erat infidelis nuncius, etiam 2. Corint. 3. vbi Apostolus de seipso loquens, dicit: fiduciam habemus per Christum, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, sed non est idoneus minister qui contra voluntatem eius agit pro quo ministrat.

Tertio, quia Apostolis erat data potestas in aedificationem, & non in destructionem, de qua dicit Paulus, quod si gloriatus fuerit in ea non erubescet. 2. Corint. 10. cap. & tamen non poterat esse manifestior destructio, quam quod Paulus, vel aliquis aliorum loqueretur contra id, quod Christus volebat, & dixerat: ergo Paulus hoc non fecerat.

Quarto, quia dato, quod Paulus esset preuaricator, & aliquis volens peruertere doctrinam Christi, aut illi peruerrens non sic diceret, nam si contra doctrinam Christi diceret, aut hoc ignorans faceret, aut sciens, & volens, si autem ignorans non diceret: Dico ego non Alph. 1. ost. In Primum Regum.

dominus, sed potius putaret se id dicere, quod dominus dicebat. Si autem scienter ageret, non diceret, dico ego non dominus, quia per hoc sibi ipsi fidem adimeret, & nemo etiam ei crederet, cum ipse significaret se contra Christum dicere, sed potius taceret, aut diceret dico ego, & dominus: sed dicit, dico ego non dominus ergo per istam expressionem non voluit signare se dicere contra Christi doctrinam.

Quinto, quia in eodem loco dixit iterum per contrarium, scilicet his qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed dominus: sed illud non dixit ad signandum se contraria Deo dicere, ergo nec istud sensu in his verbis, sed solum sunt modi locutionum ad signandum quid per imperium, quid per consilium, vel admonitionem indicatur. Nam cum dixit de illis, qui matrimonio coniuncti sunt, quod non discedant, putaret aliquis solum hoc dictum ab Apostolo, vt consilium, & ideo non seruandum ex necessitate, ideo dixit præcipio, non ego, sed dominus, id est non est consilium meum, sed præceptum Dei: vnde ex necessitate seruandum est: è contrario autem cum de fidelibus, quod non recederent ab infidelibus dixit: putaret aliquis, quod hæc Deus dixerat, sicut præcedens, quod ad eandem materiam pertinebat, & sic ex necessitate obligaret, ideo ad tollendum errandi causam dixit, dico ego non dominus, id est non est præceptum, quod simpliciter obliget, sed ego dico vobis, id est admoneo vos ad hoc quod expedit istud fieri, & non contrarium, ad quod faciendum Deus licentiam dedit, & ideo non manet difficultas, cui dicto standum sit, nam si Christo diceret Paulus contrarium indubitatum erat, quod Paulus contra tenendus erat, Christus autem adorandus, & dictum suum tenendum. De his satis loquitur Aug. in epistola ad Pollentium, & in alleg. c. sic enim.

Quod fuit principale motiuum, & causa erroris Innocentij Tertij in c. gaudemus. de diuortijs. ad tenendum, quod in lege natura, nec Moyfi, nulli vnquam licuit vxorum pluralitas sine speciali dispensatione Dei. Et an matrimonium contractum inter infideles in gradibus prohibitis a canone, secundum tamen consuetudinem, & leges suas, etiam ipsis conuersis teneat. Quæst. CXLIII.

OMNIA autem præcedentia fuerunt induta propter ea, quæ diximus supra quæst. 28. & 29. Nam Innocentius Tertius, de diuort. cap. gaudemus, dixit pluralitatem vxorum semper fuisse illicitam, nisi alicui concederetur ex speciali reuelatione, aut dispensatione Dei.

Et hoc putauit sibi necessarium esse asserere, quia si ante Christi legem non esset illicita vxorum pluralitas, sed solum in nouo testamento, per transitum ad fidem non dissoluerentur matrimonia, quæ prius vera essent: nam inter infideles non esset licita ista pluralitas: & ideo quando conuertentur ad fidem non congerentur dimittere illas coniuges, quia per fidem, & baptismum remittuntur peccata, sed non soluntur matrimonia, vt patet 28. quæstio. 2. ca. si quis habuerit, & de diuort. cap. gaudemus, & tamen per conuersionem ad fidem coguntur infideles dimittere istas plures vxores relicta vna tantum: ergo significatur, quod inter infideles etiam non fuerat matrimonium vnius viri cum multis mulieribus simul, sed id quod inter infideles est, semper fuit, quia non fuit eis de nouo lex data a Deo, per quam obligarentur, ergo semper fuit tam quantum ad fideles, quam infideles, quod non liceret vxorum pluralitas.

Nisi forte aliquis diceret, quod in sola lege Christi est verita pluralitas vxorū, inter infideles autem non erat verita,

Vide et supra q. 28. & 29. & de pbationibus ad istum motiuum qualiter non concludant inf. a q. 184. vlt. ad 205.

vetita, & tamen in transitu ad Christi legem dissoluitur matrimonium taliter contractum, quia non permittitur aliquid tale in lege Christi.

Dicendum, quod non stat, quia si inter infideles esset verum matrimonium non dissolueretur per aduentum ad legem Christi, quia ut dictum est baptismus sola crimina tollit non coniugia. Etiam patet hoc, quia inter fideles non potest contrahi matrimonium in secundo gradu, id est inter filios duorum fratrum, & si contrahatur non tenet obstante consanguinitate. extra de consang. & affini. c. non debet. Et tamen si contra xerint infideles in his gradibus, & postea conuertantur non separabuntur, sed manebunt copulati, eodem tit. c. de infidelibus, & de diuort. c. gaudemus: ergo simili ter vxorum pluralitas si in sola lege Christi esset illicita, & liceret inter infideles, licite sic copularentur, & quando ad Christum conuerterentur non dissoluerentur matrimonia, quae vera fuerant, & tamen dissoluitur talis copulatio, ergo non licuit pluralitas vxorum etiam inter infideles, & ideo nunquam licuit.

Pluralitas vxorum non temp fuit illicita.

Dicendum, quod pluralitas vxorum non fuit semper illicita, immo e contrario semper fuit licita ante Christi praedicationem, & licebat generaliter, tam Gentilibus quam Iudaeis, & non erat dispensatio aliqua, sed iure suo quilibet poterat habere multas vxores, ut supra fuit ostensum. q. 25. vsque 29. sed Christus fecit esse illicitam pluralitatem vxorum, quia hanc veruit Matt. 19. c. & quia lex sua omnes homines obligabat, cum ipse esset Deus, fuit de cetero inter omnes homines illicita vxorum pluralitas, siue fideles, siue infideles essent, & siue eis notificata esset ista definitio Christi, siue non, quia esse eis ignotam solum proderat ad excusandum eos a peccato contrahendo cum multis, non tamen ad faciendum matrimonium tale tenere, & ideo nunc, quando infideles contrahunt cum multis, illud non est matrimonium, sed fornicatio, vel adulterium, in lege autem Christi non permittitur peccata, cum potius per eam remittatur praeterita peccata, ideo qui taliter contraxerunt non permittuntur simul manere. Et ob hoc duo matrimonia, quae reputantur ab infidelibus, soluantur in conuersione ad fidem Christi, vnum est quando infidelis contrahit cum multis, qualis est consuetudo Paganorum, & Saracenorum: nam quia matrimonium non tenuit cum omnibus, sed solum cum prima, coegetur conuersus ad Christum omnes alios relinquere. in alleg. c. gaudemus. Alius casus est, quando inter infideles quis repudiat vxorem, quod infideles licere sibi putat, nam si accipiat infidelis aliam, & postea conuertatur non permittitur tenere quam tunc habet, quia non est vxor eius, sed illa, quam repudiavit: unde illam sibi reconciliabit, & tenebit in vxorem, si autem noluerit illam recipere coegetur manere sine coniuge, illa viuente. eo. c. gaudemus.

Matrimonium contractum ab infidelibus etiam in gradu vetito a Canone ipsi conuersis tenet. Quae. CXLIII.

Secundus autem est de illis infidelibus, qui contraxerunt in gradibus apud nos vetitis, nam quamuis non liceat nobis, aut eis iam conuersis in talibus gradibus contrahere, licebit tamen eis post conuersionem manere in illis gradibus, in quibus contraxerunt de consang. & affini. c. de infidelibus: ratio autem diuersa est, quia matrimonium cum pluribus mulieribus simul nunquam potuit tenere, quia est contrarium legi Christi, & ideo in conuersione ad fidem Christi coguntur separari illi, qui neque coniuges fuerunt, neque esse potuerunt. similiter de illo, qui repudiavit vxorem, & accepit aliam: nam & ista non potuit esse vxor, quia lex Christi vetat repudiu, sicut

vxorum pluralitatem, & ostendit non esse vxorem eam quae secundo ducitur. Matth. 5. & 19. cap. ideo in conuersione cogitur dimittere istam secundam, & redire ad repudiatam, vel manere sine coniuge. De illis vero, qui in gradibus vetitis contraxerunt, non est sic, quia matrimonium inter ipsos tunc tenuit, cum illud Christus non vetuerit: nam Christus non distinguit gradus aliquos, intra quos sit illicitus contractus, sed solum canones ecclesiastici hos distinguerunt, sed infideles quando infideles sunt non arctantur constitutionibus canonicis. de diuort. cap. gaudemus, ideo non obstat canon contractui ipsorum, & ita licite contrahunt, & matrimonium tenet, cum autem matrimonium semel tenet non dissoluitur, quia quos Deus coniunxit homo non separat: Matth. 19. cap. omnes autem coniunguntur a Deo, qui non coniunguntur contra legem Christi, ut innuit August. in epistola ad Pollentium: & tamen tam fideles quam infideles, qui secundum consuetudines suas aut leges iunguntur, non iunguntur contra legem Christi, quia ipse nullos gradus in matrimonio distinguit: ergo omnes tam fideles, quam infideles coniunguntur a Deo, & sic non debent separari ab homine: non ergo coeget Ecclesia eos separari. Et hoc non solum est quantum ad Iudaeos, qui conuertuntur, sed etiam quantum ad Paganos, quia licet contraxerint in casibus vetitis inter nos permittitur manere copulati post conuersionem. De Iudaeis patet. de consang. & affini. cap. de infidelibus. De Paganis patet. de diuort. ca. gaudemus. Et sicut est hoc quantum ad gradus consanguinitatis, etiam est quantum ad gradus affinitatis inter nos prohibitos, quia tam Iudaei, quam alij infideles si in eis contrahunt, & postea conuertantur permittitur manere copulati. de Iudaeis patet, nam secundum ritum veteris legis, licebat alicui accipere sororem fratris sui post mortem eius ad suscitandum semen: immo erat necessarium, aut incidere non faciens in poenam: Deuteronom. 25. cap. ideo cum matrimonium istud teneret Deo iubente postquam ad fidem venirent, non separarentur. Idem erat de Paganis: nam Liouienfes tarde conuersi sunt ad fidem, & quando infideles erant, consueverunt ipsorum erant, ut defuncto fratre viues frater acciperet vxorem eius ad suscitandum semen, sicut faciebant Iudaei, talibus autem conceditur, quod cum conuersi fuerint maneat cum eisdem coniugibus, sed post conuersionem non licet eis de nouo sic contrahere etiam existente eadem causa, id est, quod vnus fratrum moriatur sine femine. de diuort. cap. Deus qui.

Sed praedicta de matrimonio contracto inter infideles, quod in conuersione ad fidem non dissoluitur, intelliguntur quando infideles contraxerunt in gradibus licitis secundum leges eorum communes, aut municipales, aut consuetudinem regionum suarum. Nam tale matrimonium quantumcumque sit in gradibus inter nos vetitis valuit cum contraheret, & non separabuntur sic copulati. si autem coniuncti sint contra leges, aut consuetudines ipsorum, non tenuit matrimonium cum contraheret: ideo quando ad fidem redierint non permittuntur manere copulati, quia sicut baptismus, vel fides non tollit matrimonia, quae fuerunt, ita non facit esse matrimonia ea, quae non fuerunt ante conuersionem. Praedicta autem patent per id quod dicitur, de diuort. cap. gaudemus, Vtrum Paganus vxores accipientes in tertio, vel in secundo, vel in vltiori gradu sibi coniunctas sic coniuncti manere debeant post conuersionem suam, vel ab inuicem separari. Et ita non dixit vtrum Paganus accipientes vxores in gradibus a canone vetitis: sed solum dixit in secundo, & tertio, & vltiori gradu ac si diceret, si fuerint infideles copulati in primo gradu, ut frater cum

Matrimonium infidelium in gradibus licitis a canone, q sunt contra consuetudines ipsorum post conuersionem non tenet.

forore, vel ante omnem gradum, s. mater cum filio, vel pater cum filia post conuersionem non manebunt sic copulati, & hoc est, quia contraxerunt contra proprias leges, nam inter Paganos, & Iudaeos est secundus gradus, & quilibet sequens licitus ad contrahendum, sed non primus, ideo si contraxerint in primo, non permittentur manere copulati post conuersionem. Et hoc patet, quia eodem ca. gaudemus. dicitur, & in praemis gradibus a Paganis quo ad eos matrimonium licite simul contractum, & sic in secundo, & tertio, & vltimo gradibus dicitur, quod est matrimonium licite contractum inter eos, & non ante, id est non in primo, similiter de consang. & affini. cap. de infidelibus. dicitur: De infidelibus ad fidem conuersis vtrum si ante conuersionem suam secundum legem veteris instituta contra gradus consanguinitatis a canone denotatos coniuncti fuerint separari debeant post baptismum, & sic dubium agitur de illis. qui contraxerunt in gradibus concessis secundum legem Moysi, & vetitis a canone: unde innuitur, quod in his non separantur. Si autem contraxerint in gradibus etiam secundum legem Moysi vetitis dissoluetur matrimonium, id est non permittentur permanere, quia non fuit vere matrimonium. Est autem ratio praecedentium, quia matrimonium, quod vere fuit ante transitum ad fidem non dissoluitur per transitum ad fidem, quod vero non tenuit inter infideles, nec permittitur permanere post baptismum, & illud erit adulterium, vel saltem fornicatio, quod vero inter infideles teneat, vel non teneat matrimonium, non pendet ex alio, nisi quod contrahatur secundum leges, vel consuetudines ipsorum infidelium, quae leges, vel consuetudines quantum ad illud faciunt contractum licitum in quantum non sunt contra legem Dei. Cum autem infideles non seruant leges, vel consuetudines suas, non habet actus aliquid secundum quod sit licitus, ideo tale matrimonium non tenebit: erat igitur illicitus concubitus, unde in transitu ad fidem dissoluetur: quicumque enim contractus non tenuit inter infideles, multo minus tenebit inter fideles, inter quos sunt plures gradus vetiti, quam inter infideles. Et tamen si accideret aliquos infideles esse, inter quos plures gradus essent vetiti in matrimonio quam inter fideles, ut si essent aliqui inter quos non liceret contrahere vsque ad sextum gradum, si infidelium eorum contraherent in quinto gradu non teneret matrimonium, ideo etiam in conuersione ad fidem non teneret matrimonium: poterat tamen de nouo contrahi cum tales personae essent legitimae ad contrahendum de nouo in nouo testamento.

Opinio quorundam contra praecedentem dicentium, quod matrimonium contractum inter infideles, non manet in nouo testamento, nisi quando copulatum est in illis gradibus, qui secundum legem veterem erant liciti. Quae. CXLV.

Secundus autem dicunt, quod matrimonium contractum inter infideles non manet in nouo testamento, nisi quando copulatum est in illis gradibus, qui secundum legem veterem erant liciti, alias dissoluetur. Et patet primo, quia de diuort. capitu. gaudemus. dicitur accipientes vxores in secundo, vel tertio, vel vltiore sibi gradu coniunctas, & tamen isti sunt gradus qui permittuntur in veteri testamento: Leuitici decimo octauo capit. ergo in alijs si contraxerint dissoluetur contractus. Secundo patet, quia de consanguin. & affinita. cap. de infidelibus petitur, an matrimonia infidelium dissoluentur per conuersionem ad fidem: & dicitur, q Alph. Toft. In Primum Regum.

Ad istud argum ridentur ff. qd. 148.

non, si fuerint contracta secundum statuta veteris legis, scilicet vtrum, si ante conuersionem suam secundum veteris legis instituta contra gradus consanguinitatis a canone denotatos fuerint coniuncti, separari debeant, & dicitur, quod non, & sic ad hoc, quod infideles conuersi ad fidem non separantur in suis matrimonijs ponderatur ibi, quod contrahant secundum statuta veteris legis, ac si dicat, quod si contrahant in gradibus vetitis a veteri lege, non tolerabuntur copulati, & hoc dixit de omnibus infidelibus.

Tertio patet, quia de diuort. capit. Deus qui, dicitur circa Paganos qui conuertebantur de Liouienfibus ad fidem, quod permittentur manere cum relictis fratribus suorum, id est vxoribus si illud facerent secundum legem Moysi ad suscitandum semen fratrum suorum, scilicet, dispar est ritus Liouienfium ad fidem conuersorum, ac ratio, propter infirmitatem gentis eiusdem concedimus, ut matrimonijs contractis cum relictis fratribus si tamen fratribus sine prole decesseribus, ut semen defuncti iuxta legem Moysa suscitarent cum talibus contraxerunt, & sic ponderatur ibi, quod contraxerint secundum legem Moysi, & tamen isti Liouienfes non erant Iudaei, nec Saraceni, sed Paganus quidam, ideo etiam circa infideles non Iudaeos conuersos ad fidem, ut matrimonia eorum teneant, requiritur, quod contrahant secundum legem Moysi.

Quarto patet, quia videtur, quod cum talibus ex dispensatione agatur, ut eodem capitu. Deus qui. Cum dicatur concedimus, ut matrimonijs contractis cum relictis fratribus vtantur, ista concessio est dispensatio. Etiam ponitur ibi causa dispensationis, cum dicatur propter infirmitatem gentis eiusdem, ac si dicat aliter non permittetur, ergo non est verum, quod quandoque gentiles contrahunt secundum leges suas, aut consuetudines iuste contrahunt, quia alias non attendetur, quod contraherent secundum instituta legis Moysi, etiam non permittentur manere ex dispensatione, sed iure proprio.

Matrimonium contractum inter infideles secundum leges, vel consuetudines suas, etiam ipsi conuersis, tenet. Quae. CXLVI.

Dicendum, quod vera est regula supra posita, scilicet, quod illud matrimonium maneat post conuersionem ad fidem, quod valuit, vel valere putabatur, quando contrahetur inter ipsos infideles, & non plus est de Iudaeis, quam de alijs infidelibus, sed inter quoscumque eorum contractum fuerit secundum leges, & consuetudines gentis, est matrimonium, ideo in conuersione non dissoluitur. Et ratio huius est, quia per fidem non soluantur matrimonia, sed crimina remittuntur 28. qd. 2. si quis habuerit, & tamen inter infideles non Iudaeos contrahuntur matrimonia aliqua, quae reputantur vera matrimonia. de diuort. c. quanto. & c. gaudemus. Ergo illa non dissoluantur per transitum ad fidem. Secundo, quia illud vere dicitur matrimonium, quod est legitimum, & tamen inter infideles non Iudaeos sunt matrimonia legitima, quia legitimum dicitur, quod legali institutione, vel prouincia moribus contrahitur, ut habetur 28. q. 1. §. item illud: & idem dicit Magister lib. 4. Sent. dist. 39. & tamen aliqua matrimonia contrahuntur inter Paganos legali institutione, id est secundum leges ipsorum, vel prouincia moribus, id est iuxta consuetudines regionis suae, ergo illa erunt legitima, & sic non soluentur in transitu ad fidem.

Tertio, quia Apostolus prima ad Corinthios septimo capitu. dixit: Si frater habet vxorem infidelem, & illa consentit habitare cum illo, non dimittat illam: dixit

Ad istud argum ridentur ff. qd. 165.

Ad istud argum ridentur ff. qd. 166.

In qd. 144.

autem de infidelibus generaliter, in quo tam Iudeos quam Gentiles accepit: & adhuc potius Gentiles, quia quando Apostolus loquebatur, plures conuerterantur de Gentilibus quam de Iudeis: ergo matrimonium contractum inter infideles Gentiles non dissoluebatur.

Quarto patet in alleg. ca. gaudemus. ubi de paganis loquitur expresse litera, & non de Iudeis, & tamen inter illos dicitur matrimonia aliqua contrahi, quae non dissoluantur per transitum ad fidem, immo coguntur si deles facti tales retinere uxores, vel sine coniugibus manere eodem cap. ergo fuerunt matrimonia contracta inter paganos, non igitur requiritur, quod contrahant secundum legem Moyfi, & hoc maxime patet ex ratione secunda supra posita, scilicet matrimonium legitimum non dissoluitur per transitum ad fidem, & tamen ad hoc, quod sit legitimum non requiritur, quod sit contractum secundum legem Moyfi, sed est satis, quod sit contractum secundum consuetudinem regionis contrahentium, ergo etiam non contractum secundum legem Moyfi tenebit, si contrahatur secundum morem ipsorum paganorum.

Ad alterius opinionis rationes postas supra quaest. 145. respon detur. Quaest. CXLVII.

ET secundum hoc respondebitur ad rationes in contrarium factas supra: prima erat de ca. gaudemus: ubi dicitur de contractu in secundo, tertio, & in ulteriori gradu, quod ibi non dissoluantur matrimonia, & talis contractus est secundum legem Moyfi. Dicendum, quod verum est Iudeos sic contrahere per legem sibi quondam datam, & tamen ibi non agitur de istis gradibus, in quantum sunt concessi in lege Moyfi, sed solum in quantum pagani etiam illis in matrimonijs suis vtuntur, cum dicatur eodem cap. gaudemus, & in praemissis gradibus a paganis quo ad eos matrimonium licite sit contractum, & ita non referuntur ibi isti gradus secundus tertius, & vteriores, in quantum a Iudeis tenentur, sed in quantum pagani illos seruant, vel ex lege, vel ex consuetudine.

Multae ceremonie, Iudaeis, & paganis communes: immo non fuerunt cessae Iudeis, nisi quia illas habebant pagani: nam quando Deus dedit legem Iudeis erant ipsi consueuerunt in legibus, & consuetudinibus Gentilium, & si voluisset Deus arcere eos negando quaedam, quae Gentilibus licebant non sustinerent Iudaei legem, tam arctam, & recederent: ob hoc ergo concessit eis Deus ea, quibus Gentiles vtentur, licet non essent omnino bona, solum tollens idolatriam, & quae ad illam pertinere poterant, nam circa hanc ita districte se habuit, quod non solum ipsam, sed etiam occasiones ad illam veruit, & ob hoc sunt quaedam in lege Dei permixta Iudaeis, quae in se videntur mala, vt dare libellum repudij: & ita dixit Christus Matth. 19. cap. Ad duritiam cordis vestri libellus repudij datus est, id est non erat bonus, sed vos non poteratis tolerare legem meliorem, & hoc propter duritiam cordis vestri, sed hoc concessum est Iudaeis, quia vtentur libello repudij, & repudiatione, vt Gentiles, & pagani nunc vtuntur. Et apparet etiam in legibus Romanorum, quae erant communes, in quibus habetur diuortium, & repudium. Similiter erat inter Gentiles dare ad vsuram, vt patet ex legibus Romanorum, quae vsuras certo modo permittunt, pagani quoque licitas putant vsuras, Iudaei autem non possent tolerare legem veterem vsuras, ideo concessit eis vsuras arcendo aliquo modo, quia pagani omnibus

dant ad vsuram, siue cognatis, siue alienis: Deus concessit Iudeis, vt darent ad vsuram gentilibus, aut conuerfis de Gentilitate, sed non Iudaeis, qui sunt de semine Iacob. Deuteronom. 23. c. Ita autem erat de gradibus matrimonij: nam Gentiles contrahebant in omnibus gradibus consanguinitatis, nisi in primo, scilicet frater, & soror non contrahunt, ceteri autem contrahunt, & ideo concessit Deus Iudaeis istum ritum circa gradus cognationis Leuitici decimo octauo, & vigesimo capitulo. quia si non concederet non sustinerent legem de affinitate: similiter quosdam gradus, aut personas vtuit, in alijs concessit Leuitici decimo octauo capitulo. & hoc similiter faciebat iuxta consuetudinem Gentilium: & patet, quia vxor fratris mei est mihi in primo gradu affinitatis affinis, & non licet eo mortuo contrahere cum illa, & tamen in veteri testamento non solum non erat illicitum, immo erat necessarium, quando moriebatur vnus de fratribus habens uxorem, & sine semine, alius eius frater accipiebat uxorem mortui ad suscitandum semen defuncto: Deuteronomij vigesimo quinto capitulo. Et hoc fieri iustum est Iudaeis, quia sic obseruabant illud Gentiles antequam daretur lex Moyfi, & quando data est: & nolent ipsi aliter se habere, patet hoc Gene. trigesimo octauo capitulo. ubi Iudas filius Iacob accepit pro filio suo primogenito nomine Her uxorem nomine Thamar, & illo mortuo sine semine iussit Iudas secundo filio suo nomine Onan, quod acciperet Thamar uxorem fratris sui ad suscitandum semen: accepit eam, & ipse mortuus est sine semine: supererat tertius filius, scilicet Sella, & hunc petiuit Thamar sibi dari ad suscitandum semen. eodem cap. & sicut erat ista lex suscitationis seminis inter gentiles tunc, & ob hoc Iudaei susceperunt eam, ita de omnibus alijs iudicialibus fere credendum est, & potissime de illis, quae aliquid mali continere videbantur, quod ideo Iudeis datae sunt, quia Gentiles tunc eis vtentur, & non possent Iudaei assuescere ad legem arctiorem, vel duriorem, quam esset illa, in qua prius vtiebant.

Sicut autem istae leges erant prius apud Gentiles, quam apud Iudaeos, ita & postea fuerunt continuatae inter Gentiles, nam suscitatio seminis prius fuit apud Gentiles quam daretur lex Moyfi, vt nunc dictum est, & postea mansit vsque ad tempora Innocentij Tertij inter Liouonenses, nam illi accipiebant uxores fratrum suorum defunctorum ad suscitandum semen. de diuortio. capitulo. Deus qui. & haec talia matrimonia iussit ecclesia in conuersis non dissolui, & tamen iste Innocentius Tertius nouus est, nam incepit presidere anno a natiuitate Domini 1197. & praefuit annis decem octo scilicet, vsque ad annum 1215. cui successit Honorius, & ita ab obitu huius Innocentij vsque ad tempus nostrum non sunt ducenti triginta septem anni, & tunc praeferebat lex ista de suscitando semine inter Liouonenses, & mansit vsque nunc, nisi ad fidem conuersi fuissent, nam post conuersionem non permittitur, quod de nouo accipiant uxores fratrum ad suscitandum semen in alleg. capitulo. Deus qui. Sicut autem fuit de hoc, ita de gradibus consanguinitatis, quos videntur accepisse Iudaei a Deo, quia talibus gradibus vtentur Gentiles ad matrimonia, scilicet, quod isti gradus manserunt in vsu Paganorum, ita quod in omnibus gradibus consanguinitatis contrahant, nisi in primo, & ita in secundo tertio, & vterioribus gradibus iudicatur matrimonium secundum eos legitimum, & hoc significatur in alleg. ca. gaudemus. f. & in praemissis gradibus a Paganis quo ad eos matrimonium licite sit contractum, & ita non reputatur illicitum ab ecclesia, quia Iudaei in illis gradibus secundum legem suam contrahunt, sed quia a Paganis secundum suas consuetudines iudicatur tale

In quibus gradibus non contrahebant Iudaei, & Gentiles.

Pro solutione huius rationis vide inferius in q. 146.

Matrimonium paganorum est matrimonium etiam si non contrahant secundum legem Moyfi.

tale matrimonium licite esse contractum, pagani tamen de lege Moyfi nihil curant, neque aduertunt quid in ea scriptum sit.

Secunda ratio quaest. superioris 145. dissoluitur. Quaest. CXLVII.

SECUNDA ratio erat supra extra de consan. & affini. c. de infidelibus, dicitur quod infideles conuersi ad fidem maneat copulati, sicut prius in ipicitur, si contraxerunt secundum statuta veteris testamenti in gradibus vetitis a canone: nam tunc tenet matrimonium; si autem contraxerint in gradibus a canone ne vetitis, & non secundum statuta veteris legis, non permittuntur copulati: dicendum quod aliud est solum intelligitur de Iudaeis: nam licet dicatur de infidelibus non intelligitur de omnibus infidelibus, sed restringitur ad infideles, qui sunt Iudaei, & de illis verum est, quod si contrahant secundum statuta legis Moyfi permittuntur manere in suis matrimonijs post conuersionem, quia hoc solum putatur ab eis licitum, quod sit secundum legem Moyfi: ergo si contra legem Moyfi contraxerint, quia illud matrimonium, neque potest secundum eos, neque secundum nos licitum reputari, quia nullo modo est licitum; ideo non permittuntur taliter copulati, qui conuertuntur. Secus autem est de infidelibus paganis, a quibus lex Moyfi non putatur esse lex, sed solum illa, quibus ipsi vtuntur, ideo iudicatur ab eis contrahi matrimonium licite, quando secundum leges suas contrahitur, etiam si non sit secundum legem Moyfi. Quod vero de solis Iudeis intelligatur ca. illud, de infidelibus, licet postea per similitudinem rationis extendatur ad paganos, sicut fit in alijs: extra de Iudeis, & Sarac. cap. cum sit nimis, patet in causa, quae redditur eodem cap. de infidelibus, scilicet consultationi eius duximus respondendum, quod matrimonium sic contractum non est post baptismi lacrum separandum, cum a Iudaeis dominus requiritur, si liceret uxorem ex quacunque causa dimittere, ipse respondit, quos Deus coniunxit homo non separat, per hoc innuens esse matrimonium in inter eos, & sic inter Iudaeos ostendit ibi esse matrimonium, & de eis respondet applicans ad eos solum tunc verba domini, & tamen Iudaei non aliter licite putant contrahere neque contrahunt, nisi secundum legem Moyfi contrahant, ideo de illis intelligitur, & non de paganis, & sic paganorum erit matrimonium, licet non sit secundum legem Moyfi.

Secundo patet, quia pagani non obligantur ad legem Moyfi, ideo ad hoc, quod matrimonium ab eis contractum sit legitimum non oportet, quod sit secundum legem Moyfi, nam illa nec illos obligat nunc, nec etiam Iudeos, ideo multo minus gentiles ad hoc, quod secundum eam reddantur illorum matrimonia legitima.

Tertio, quia non solum non obligat, immo non est licitum illam obseruari iuxta illud ad Gala. 5. ca. Si circuncidimini Christus nihil vobis proderit, ergo non erit necessarium illam seruari ad reddenda matrimonia paganorum legitima.

Quarto, quia si obseruatio alicuius legis, praeterquam legis paganorum, esset eis necessaria ad reddenda eorum matrimonia legitima, maxime esset obseruatio legis Christi, cum haec sola sit, in qua est salus, & tamen etiam si non contrahant pagani in gradibus licitis nobis, est legitimum matrimonium, ergo non requiritur, quod contrahant secundum legem Moyfi.

Quinto patet, quia si contrahere in gradibus legis Moyfi sit licitum alicui, non erit hoc, quasi lex illa de se habeat vim faciendi matrimonium legitimum, cum illa non sit iam lex, sed in quantum putatur ab obseruatore. Alph. Toft. in Primum Regum.

uatoribus eius, quod illa sit lex, & facta secundum eam sint legitime facta, & tamen pagani non putant legem Moyfi esse legem, aut se teneri ad illam, ergo non fiet aliquis actus legitimus eis operantibus per illam.

Primum patet, quia talis opinio facit aliquid licitum, extra. qui filij sunt legitimi. cap. ex tenore. ubi natus ex adulterio reputatur legitimus, & gaudet iure legitimae proles, quia genitus est ex muliere ducta in facie ecclesiae, licet illa non esset vxor, quia vir eius illam habebat in vxorem, & de isto casu dicitur eodem titulo. capitulo. gaudemus. scilicet prolem de infidelium coniunctionibus natam cum secundo, vel tertio, vel ulteriori gradu secundum opinionem illorum matrimoniali contraxerint affectu, post fidem receptam utilitate publica suadente legitimam volumus reputari. Et ita dicit matrimonium tenere solum, quia ipsi opinantur, quod teneat, & tamen pagani non reputant tenere matrimonium contractum secundum legem Moyfi, aut saltem exigi ad hoc, quod teneat, quod contrahatur secundum legem illam, ergo non tenebit secundum eos contrahendo per legem Moyfi.

An matrimonium contractum in gradibus prohibitis lege diuina, scilicet Moyfi (vtputa in primo gradu consanguinitatis, & affinitatis, & inter ascendentes, & descendentes primi gradus, inter quos nullus est gradus) teneat. Et an Papa possit dispensare in omnibus his gradibus lege diuina prohibitis, & in quibus etiam si potest, non debet, nec expedit. Quaest. CXLIX.

SEDE aliqui purant aliter, scilicet, quod non valeat matrimonium si sit contractum in alijs gradibus, quam in illis, qui sunt diuina lege concessi: in prohibitis autem quod nunquam teneat, & hoc volunt, non quasi lex Moyfi nunc obliget, sed quia Deus diffiniuit illos gradus non licere, & ceteros licere, & ita ex hoc apparebat posse contrahi in illis, vel non esse illos de se illicitos, cum Deus illos concederet: de ceteris autem, quos Deus vetabat non apparebat aliquo modo an essent liciti, & ideo non concedit, quod in illis iudicentur matrimonia licita, vel legitima.

Et patet hoc aliquo modo ex eo quod dicitur de restit. spo. capitulo. literas, scilicet quando aliquis gradus consanguinitatis opponitur, in quo sedes apostolica dispensare non potest, nec etiam consueuit, & infra eod. cap. dicitur opinioni autem vltimae, videtur non incongrue adaptari, vt in gradibus consanguinitatis diuina lege prohibitis restitutioni aditus pracludatur, sed in interdicitis constitutione humana locum habeat restitutio cum effectu, cum in illis dispensari non possit, in illis valeat dispensari.

Et ita innuitur, quod cum dispensari non possit in gradibus illis non teneat villo modo matrimonium, & ideo in conuersis ad fidem solum iudicabitur matrimonium tenere, si non sit citra gradus diuina lege prohibitos.

Sed dicendum, quod hoc non stat. Primo quia non est verum, quod praesupponitur, scilicet, quod non possit dispensari in gradibus diuina lege prohibitis, quia quamdiu illa lex durabat, cum esset lex Dei non porerat aliquis in ea dispensare, cum inferior non possit dispensare circa mandatum superioris, sed nunc illa lex non manet, nec est lex Dei, quia profertur cessauit: ergo non solum non est verum, quod non possit in ea dispensari, immo non indiget dispensatione cum non obliget. Apparet dictum, quia lex Moyfi non fuit generalis, sed solum data Iudaeis, ideo alios non obligat: pagani igitur non obligantur illo statuto. R. 3 Secundo,

Opin. quorundam tollitur.

Secundo, quia id, quod de gradibus consanguinitatis, & affinitatis expressum est circa irrimonium in lege Moysi, fuit ceremoniale, sed ceremonialia omnia, & iudicialia ablata sunt, nam lex translata est, & sacerdotium simul ad Hebræos. 8. cap. ergo non obligat, & ita non indiget dispensatione.

Nisi aliquis dicat, quod est de iure naturali determinatio illorum graduum, & in lege naturali non fit dispensatio, nec factum contra eam tener. Sed dicendum, quod non fiat, nam si de lege generali esset, nunquam licuisset contrarium, & tamen licuit, quia aliquando contraherent fratres, qui erant in primo gradu, a principio mundi. Et si dicatur, quod erat propter necessitatem, quia non erant tunc alia persona, cum quibus contraheretur: dicendum quod ex hoc apparet non esse secundum se malum, quod fratres inuicem contrahant, quia si malum esset, fecisset Deus simul multos viros, & feminas, & nati ab illis contraherent, & tamen non fecit, ideo ostendit, quod non erat ex se malum, quod fratres contraherent.

Et adhuc a fortiori apparet hoc in gradibus affinitatis, nam in consanguinitate veratur solum primus gradus, & id quod est ante gradum, scilicet ascendentes, & descendentes, ut non contrahant filii cum matribus, & patres cum filiabus, & de his aliqua ratio videri poterat, quod ad naturam pertineret prohibitio propter nimiam coniunctionem, sed de affinitate non est sic: sunt enim multi gradus prohibiti, de quibus non apparet causa, quod pertineat ad naturalem prohibitionem, sed nonerca, soror matris, soror patris, vxor patris, vel auiculi, nurus, id est vxor filii, vxor fratris, filia vxoris, soror vxoris simul cum vxore: inter has enim non est aliqua attinentia, nisi mediantibus alijs personis, quod attinentia magis est secundum rationem, quam secundum naturam, cum non communicent in sanguine, & radice, sicut cognati: ergo prohibitio contrahendi cum his non est de iure naturæ, sed de legali institutione, & ideo pertinuit istud ad quandam ceremoniam honestam, & non ad præcepta de lege naturæ, sed omnia talia cessauerunt manentibus solis moralibus, ergo non obligantur nunc ad seruandos illos gradus.

Est tamen aduertendum, quod circa prohibitionem graduum est aliquid de iure naturæ, & aliquid de iure positivo. De iure naturæ est, quod inter aliquas personas vetitus sit coitus propter reuerentiam, est autem positium determinatio harum vel illarum. Primum patet, quia in coitu fit quedam irreuerentia, quia discoperitur turpitudine femine cum qua est coitus, sed quibusdam personis debemus tantum reuerentiam, ut nihil illarum turpe videre debeamus, ergo a talium concubitu est abstinendum, sed ubi est illicitus concubitus est illicitum matrimonium: ergo quedam personæ sunt, inter quas non debet esse matrimonium. Primum patet, quia quando Deus verat matrimonium, & concubitu inter personas aliquas in omnibus illis dicit turpitudinem talis, vel talis maris non reuelabis, & non est aliqua persona cuius concubitus prohibetur, de qua non dicatur non reuelabis turpitudinem eius. Leuit. 18. ca. & tunc certum est quibusdam personis debitam esse reuerentiam, ita ut non liceat aliquid turpe illarum manifestare, ergo quedam personæ sunt, cum quibus non debet esse commixtio. Secundum apparet, quia determinatio tot, vel tot personarum, aut talium, vel talium graduum non est a natura, que dicit dictamen rationis in vniuersali, sed solum a positivo sicut Aristot. exemplificat libro 5. Ethic. esse quadam de iure naturali sacrificare Deo, sed sacrificare Ioui, vel Braide, vel offerre capram, aut duas oues est de iure positivo, & hoc vocatur legale. Ideo cum Deus diffinierit certa genera personarum, tam in consanguini-

Prohibitio graduum partim est de iure naturæ partim de iure positivo.

tate, quam affinitate, cum quibus non debeat esse commixtio, videtur quod sit hoc de iure positivo, & non pertineat ad ius naturale, & ideo cum omnia pure positiva, id est ceremonialia, & iudicialia cessauerint, videtur quod ista prohibitio graduum non obliget nunc. Et pater, quia de lege Moysi, nihil nunc obligat, nisi id quod etiam si non poneretur obligaret, sicut est de præceptis decalogi: nam etiam si Deus non dedisset præceptum de non adorando Deos alienos, & de non occidendo & non dicendo falsum testimonium, obligaretur homines ad hoc. Nam alias daretur, quod antequam data esset lex Iudæis, non esset peccatum colere idola, & occidere homines: sed falsum est, quia Cain in principio seculi maledictus est, quia occidit fratrem suum: Gen. 4. cap. & tamen nemo diceret, quod si Deus non dedisset illam legem prohibitionis certarum personarum, esset quilibet homo obligatus ad cauendum illos gradus, ergo non est verum, quod sit illa determinatio de iure naturæ, & ideo nec nunc obligabit.

Confirmatur istud, quia etiam inter mandata decalogi fuit aliquid, quod non erat pure de iure nature, sed ex quadam determinatione positium, sicut erat obseruare diem sabbati, nam propter Deum abstinere ab alijs operibus, ut Deo vacetur, est de iure naturali, quod autem in tali, vel tali die, aut toties fiat ista vacatio est de iure positivo, ideo cessauit obseruatio sabbati, ad quam non obligamur nunc, & successit dies Domini, ea ex constitutione Ecclesiæ. Ita igitur cum determinatio horum graduum sit positium, & non obligasset, nisi Deus illam posuisset, expresse videtur, quod non obliget nunc, & consequenter non solum potest fieri dispensatio: immo non est necessaria cum non obliget lex illa.

In Ecclesia sunt noua instituta obligantia, non in quantum a Deo sunt, sed ab ipsa Ecclesia. Quest. CL.

ECCLIESIA tamen, in qua debuerunt esse noua instituta viuendi, & debuit providere circa gradus consanguinitatis, & affinitatis, in quibus liceat contrahi, & in quibus non videtur honestum esse abstinere in omnibus illis gradibus, in quibus Deus iusserat Iudæis abstinere, iussit quoque abstinere, & quia non putauit hoc sufficere addidit alios gradus. Ista patet, nam multa alia statuta fuerunt in lege veteri, & cessauerunt: postea tamen Ecclesia videns illa conuenire nobis, statuit illa seruari, & non obligant illa in quantum a Deo fuerunt statuta, sed in quantum de nouo Ecclesia illa statuit, sicut patet extra de homicid. capitu. si quis per industriam. & de adulterijs. capitu. si seduxerit. & de furt. capitu. qui furatur. & de iniu. dam. capitu. si rixati. & capitu. si quis foderit. & capitu. si vos aliena. & capitu. si leserit, & capitu. si egressus. que habentur Exodi vigesimo primo, & vigesimo secundo capitu. & multa huius de mandatis iudicialibus veteris testamenti sunt in Decretis canonizata per nouam institutionem. Sic ergo fuit de prohibitione graduum ad contrahendum, quia Ecclesia vidit statutum illud honestum esse, & conuenire legi Christi, ideo statuit de nouo illos gradus obseruari, & non solum hos, sed & addidit alios gradus, nam iussit vsque ad septimum gradum consanguinitatis inclusiue non licere contrahere matrimonium, ut patet trigesima quinta quest. tertia. capit. de affinitate. & hoc diu obseruatum est, scilicet vsque ad tempora Innocentij Tertij, qui in concilio generali statuit solos quatuor gradus consanguinitatis esse vetitos, in ceteris autem licere contrahere, & ideo statuit quantum ad affinitatem solos quatuor gradus esse vetitos, de consangu. & affinit. cap. non debet.

De lege tota Moysi hodie nihil obligat nisi id quod est in illa non ponetur obligaret. In seruat eip est in mor tiferia. inf. q. 177.

Causa

Causa autem quare Ecclesia vetuit plures gradus, quam vetuisset Deus in veteri testamento, fuit, quia Deus iussit in illis gradibus abstinere propter reuerentiam debitam quibusdam personis, ita ut non reueretur turpitudine earum, & circa plures personas fuisset iustum seruati reuerentiam istam: si tamen Iudæis plures gradus interdicerentur non tolerarent illud; ideo Deus solus istos vetuit: ecclesia autem voluit quicquid honestum erat fieri imponere tanquam lex imponeretur illis, qui ex charitate possent tolerare quicquid imponeretur, & ita vsque ad septimum gradum se extendit prohibitio.

Alia causa erat ad dilatandam charitatem: homines in veteri testamento paucam charitatem habebant, quam extendere non poterant ad extraneos, sed solum ad cognatos suos, & valde propinquos, unde de his accipiebantur coniuges, ut iidem essent coniuges, qui cognati. In nouo autem testamento debuit charitas extendi ad omnes, que magis extenditur quanto sunt plura nomina necessitudinum, & attinentiarum: ideo debuerunt matrimonia esse extra cognationem, ut alij essent cognati alij affines. Et ad hoc satis fuit conuenienter statutum, ut vsque ad septimum gradum inclusiue abstineretur, quia ultra illud vix ab aliquo cognoscitur cognatio. Postea tamen ecclesia reduxit vsque ad quartum gradum, tam cognationem, quam affinitatem in alle. c. non debet. & causa reductionis fuit, quia non poterat prohibitio ultra quartum gradum seruari, sine magno damno, nam laqueus parabatur animabus, & erat quasi impossibilitas, aut difficultas magna vbique istos gradus posse distinguere, & maxime fiebat hoc circa genera duo affinitatis, scilicet secundum & tertium, & circa sobolem ex secundis nuptijs procreata progenie viri non copulandum: nam secundum & tertium genus affinitatis non obseruatur nunc, sed solum primum, & istud solum vsque ad quartum gradum. Et tamen cum tota hac reductione, adhuc mansit maior prohibitio in nouo quam in veteri testamento, nam ibi inter ascendentes non licebat contrahi, & descendentes, & inter transversales in primo gradu, id est inter fratrem, & sororem non licebat. In ceteris autem gradibus licebat, id est in secundo, & tertio, & consequentibus, in nouo autem testamento est prohibitio vsque ad quartum gradum consanguinitatis inclusiue. De affinitate similiter maior est prohibitio nunc, quam in veteri testamento, quia ibi solum veteratur persona, que sunt in primo genere affinitatis, & tunc vsque ad tpa Innocentij Tertij erat prohibitio trium generum affinitatis, in alleg. ca. non debet. Postea manet prohibitio solum primi generis, sed ista extenditur vsque ad quartum gradum. eod. c. & tamen computando omnes personas inter quas vetatur contractus inueniuntur esse omnes in primo gradu affinitatis, vel sunt de ascendentes, vel descendentes, Leuiti. 18. cap.

Solutio questionis 149. quod Papa potest dispensare in omnibus gradibus, non tamen expedire, nec debet.

Quest. CLI.

SUPPOSITIS his dicemus, quod Ecclesia statuit circa gradus id obseruari debere, quod in veteri testamento erat statutum extendendo adhuc prohibitionem illam ad plures gradus, & tunc per hoc non fuit ablata potestas dispensandi in illis gradibus, quia lex non manet, que obliget: nam quod nunc obseruamus gradus istos prouenit ex solo statuto Ecclesiæ, & non ex lege Dei, quia illa iam cessauit: & tunc Ecclesia nullum statutum fecit, in quo non possit dispensare: immo quod non possit cassare & tollere: ergo poterit Ecclesia dispensare etiam in gradibus, tam cognationis quam affinitatis lege diuina prohibitis, in quocumque aut potest dispensare Ecclesia potest dispensare. Papa cum ipse sit summus hierarcha in Ecclesia, ergo nullus gradus consanguinitatis, aut affinitatis est, in quo Papa dispensare non possit.

Est tamen verum, quod non expedit dispensare, quia magis licet, que tamen non expeditur, sicut dixit Apostolus. prima Corinth. 6. capitu. omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Et istud est propter duo.

Primum, quia de se est honestum propter quandam reuerentiam cognationis: non enim debet neque licet auferri omnem reuerentiam cognationis, sed ista auferretur si in omnibus gradibus liceat contrahi, ergo non debet licere per legem, neque per dispensationem.

Secundum, quia Deus significauit honestum esse carneri ab his personis, & esse inhonestum commisceri illis: nam istam honestatem, & inhonestatem posuit pro causa legis illius: ideo licet non maneat iam illa dispositio legis, quia erat ceremonialis, manet saltem ratio legis, scilicet honestas illa, que significata fuit per Deum, & ista honestas, & inhonestas non tollitur, quia non infurgit ex lege, sed ex ipsa natura graduum illorum: ideo non debet, aut non expedit in illis gradibus dispensari.

Est autem aliquid, in quo videtur nullo modo fieri posse dispensationem, ut inter ascendentes, & descendentes, inter quos nullus gradus computatur, sed solum inter transversales, ut inter patrem & filiam, autem & neprem, filium & matrem, nepotem & auiam: nam si inter hos dispensari posset, ut fieret matrimonium tolleretur omnis reuerentia debita cognationi, & nulla persona esset cuius turpitudinem non liceret reuelari, quia nulli sibi magis attinerent quam isti, & tunc de iure naturæ est, quod seruatur reuerentia cognationi, & quod quarundam personarum turpitudine non reuelatur: ergo vix quod iuste fuit, & ita de iure naturæ erit non posse contrahi cum his, quia si cum his, licet tolleretur ius naturæ cum nullæ personæ relinqueretur, cum quibus non liceat contrahere, & cum hoc videtur esse generale inter omnes ascendentes, & descendentes, maxime videtur esse illicitum, si quis de descendentes accipiat vxorem de ascendentes, ut si filius accipiat matrem in vxorem, vel nepos auiam, maior quippe irreuerentia cognationis est, si filius accipiat matrem in vxorem, quam si pater filiam, licet modus attinentiæ sit idem, quia in concubitu reuelatur turpitudine mulieris, & non viri: principaliter ergo ibi debet hoc magis vitari, ubi debetur maior reuerentia, sed maiorem reuerentiam debet filius matri, quam pater filie ergo magis illicitum est, quod accipiat filius matrem, quam quod pater accipiat filiam. In his autem non videtur posse dispensari, non quidem quasi sit contra legem Dei, sed quia est contra legem nature, secundum quam debetur quedam reuerentia cognationi. Et si in his non debeat, in nullis debet.

Sed in transversalibus non videtur, quare non possit fieri dispensatio tam in cognatione, quam in affinitate, & a fortiori in affinitate, quia affines non attinent sibi, nisi propter cognatos, in cognatione non relinquunt, nisi primus gradus, qui solus vetitus est per legem Moysi, qui est frater inter se, & inter hos licet non debeat dispensari, ut possit esse coniugium, non ideo negatur, quin aliquis talis casus accidere possit, in quo liceret dispensari, aut saltem non videtur unde ligata sit potestas dispensandi: non enim videtur hic aliud dicendum, nisi quod licet, & non expedit, licet quidem secundum rigorem iustitiam, non licet tamen secundum honestatem.

R. 4. In

In affinitate facilius est dispensari, s. vt accipiat quis in vxorem eam, quae fuit fratris sui, vel nurum suam, vel sororem vxoris suae, & vxorem patris, vel auiculi sui defuncti, quia in his non est attentio secundum naturam, sed secundum rationem, in cognatis autem est attentio secundum naturam, quia naturale est id secundum quod, trinent sibiipsis, inter has personas est nouerca: nam ad affinitatem pertinet, & non cognationem, & tamen non est aliqua persona, cum qua minus dispensetur, nam si quis nouercam suam in vxore accipiat reuelando turpitudinem illius reuelat turpitudinem patris sui: Leui. 18. cap. nam ista est causa ibi posita, quare non liceat illam accipere, & tamen nulli tenetur quis in tota cognatione tantam reuerentiam seruare quantum patri, ergo a nulla affinitatum abstinere debet quantum a nouerca. Et ob hoc Apostolus in Ecclesia primitiua arguit quendam Corinthium, quae acceperat nouercam suam in vxorem tradens eum Sathanae prima Corinth. 5. c. f. Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis, nec inter gentes nominatur, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat.

Quare Papa non potest dispensare inter ascendentes, & descendentes primus gradus.

Causa autem quare Ecclesia non possit dispensare inter ascendentes, & descendentes, vt inter patrem & filiam, auum & neptem, filium & matrem, nepotem & auiam: & tamen possit dispensare in omnibus gradibus cognationis, & affinitatis videtur esse Prima, quae si inter ascendentes, & descendentes non est necessaria prohibitio non erit necessaria inter aliquas personas, cum iste sint quibus maior reuerentia debeat: & tamen falsum est, quia tolleretur omnis reuerentia cognationis, tamen aliqua reuerentia est de iure natura, & quod est determinate de iure natura non est dispensabile, & tamen inter fratrem, & sororem, qui sunt in primo gradu cum non se habeant, vt ascendens, & descendens, sed vt aequales, non debetur talis reuerentia, ideo non est simile, & ita in hoc potest dispensari promptius si aliqua sufficiens causa occurreret, de affinitate a fortiori dispensabitur adueniente causa, vt dictum est.

Secundo quia inuenimus in his gradibus contra factum & licuisse, & tamen in ascendentibus, & descendentibus, nunquam inuenimus factum: nam in principio seculi frater & soror inter se contrahebant, nam nulli alij erant, qui possent contrahere: si tamen fuisset de se malum coniungi fratrem, & sororem instituisset Deus genus humanum in quatuor indiuidijs, s. duobus viris, & duabus feminis, & filij istorum coniungerentur, & non esset commixtio fratrum, de ascendentibus, autem nunquam inuenimus factum cum descendentibus, quin reprehendatur, sicut quando Loth concubuit cum duabus filiabus, & geniti sunt inde Moab, & Ammon: Gene. 19. cap. Nam ibi excusatur Loth, s. quod non vidit, quando filias cognouit carnaliter, quia cum inebriauerant, ac si dicatur si sciens egisset, esset res detestabilis nullam recipiens excusationem, quia tamen ipse fuit ignorans propter ebrietatem, aliquantisper excusatur non tamen omnino, quia vt dicit Augustinus contra Faustum tantum est culpandus Loth, quantum ebrietas illa meruit non quantum incestus, & habetur in 5. quest. 1. cap. inebriauerunt. Inebriauerunt Loth filiae eius, & se nescientes miscuerunt, quia propter culpandus est quidem, non tamen quantum ille incestus, sed quantum ebrietas illa meretur. Filias autem excusari non est opus, sed dicere, quod peccauerunt: nam de Loth est necessaria aliqua excusatio, aut saltem expediens eo, quod sacra scriptura vocat eum virum iustum secunda Petri. 2. cap. Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit, a spectu enim & auditu iustus erat. De filiabus autem non constat, quod essent iustae; ideo non est necesse

eadem excusari a peccato, cum & in alijs possimus concedere eas peccasse, sed aliqua alleuatio peccati earum est in quantum putauerunt, quod nullus homo in toto orbe manebat, nisi ipse, & pater suus, & sic aut periret genus humanum, aut necesse erat eas committeri patri suo. Hac intentione egerunt: Gen. 19. cap. f. Dixit maior ad minorem: pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuersae terrae: veni inebriemus eum vino dormiamusque cum eo, vt seruare possimus ex patre nostro semen.

In primo gradu, & in ceteris consanguinitatis, & affinitatis Papa potest dispensare, sed non debet, nisi cum maxima necessitate, & maxime non debet dispensare in gradibus in quibus Iudaei, & infideles abstinent, & quare. Q. C. LII.

IRCA dispensationem ergo dicendum, quod inter ascendentes, & descendentes non possit fieri ex causis dictis in gradibus autem omnibus consanguinitatis, & affinitatis fieri possit, & tamen non expedit fieri, nisi interdum magna causa subesset: simile dicit Leo Papa, & habetur 14. di. cap. sicut quaedam, s. Sicut quaedam sunt, quae nulla potest ratione conuelli, ita multa sunt, quae pro necessitate tempore, aut consideratione etatum oporteat temperari.

Sed vnum aduertendum est, quod Ecclesia non debet dispensare, licet possit, vt contrahatur in illis gradibus, in quibus infideles Iudaei, & pagani abstinent a coniugio. Et ratio est, quia abstinere a quibusdam personis videtur pertinere ad quandam sanctitatem, & castitatem, quanto a pluribus autem abstinetur, tanto apparet maior sanctitas, sed turpissimum est, quod inter infideles appareat maior castitas, & munditia quam in Ecclesia Dei, ergo non debet dispensari, vt aliqui Christiani contrahant in illis gradibus, tam affinitatis quam cognationis, in quibus infideles putant illicitum esse sibiipsis coniungi, quia Ecclesia Christi debet eminere in omni sanctitate super infideles, nam Christus accepit Ecclesiam sanctificans eam in lauacro spiritus, ita vt non haberet maculam, & rugam, aut aliquod huiusmodi: ad Eph. 5. cap. Et ista sanctitas licet debeat esse in omnibus, ita vt infideles admirentur conuersationem Christianorum, prima Petri. 2. cap. f. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis, itaquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis: tamen principaliter debebat esse in abstinentia ab operibus carnis, secunda Petri. 2. c. f. Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere a carnalibus desiderijs, quae militant aduersus animam. Et hoc ita seruauit Christiani in primitiua Ecclesia: tanta enim erat eorum continentia ab operibus carnis, quod gentiles de hoc mirabantur, sic patet prima Petri. 4. c. f. sufficit enim praeteritum tempus ad voluntatem gentiliam consummandam, qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comestationibus, & potationibus, & illicitis idolorum cultibus, in quo admirantur non concurreribus vobis in eadem luxuriae confusione blasphemantes.

Et ideo peccatum esset si quis istam puritatem de Ecclesia tolleret dispensans, vt in illis gradibus contrahi possit, in quibus infideles non putant esse matrimonium, sed fornicationem, vel incestum; ideo licet non deficiat potestas Ecclesiae ad dispensandum si expediret, non debet dispensare, quia regulariter non expedit.

Et patet istud fundamentum, quia Apostolus erubescit, quod sit inter fideles aliquod peccatum, quod non

De hac re vide inferius q. 163.

Castitas & sanctitas Ecclesiae primitiuae.

Secunda ratio ad secundam partem conclusionis posita. q. 152.

non sit inter gentiles, quasi maior sanctitas appareat inter infideles, quam in Ecclesia, & ex hac parte dure arguit, vt patet prima Corinth. 5. cap. f. omnino auditur fornicatio inter vos, & talis fornicatio, qualis neque inter gentes nominatur, ita vt vxorem patris aliquis habeat. Et ita ex illa parte Apostolus ostendit peccatum esse graue, quia non erat adhuc inter gentiles talis fornicatio, sed hoc fieret si apud Christianos dispensetur, vt aliqui in illis gradibus contrahant, in quibus infideles, & gentiles reputabunt esse illicitum coniungi, & ita non solum in primo gradu consanguinitatis dispensari non debet, sed neq; etiam in hoc modo affinitatis, vt quis accipiat nouercam suam in vxorem post mortem patris.

De sensu verborum D. Pauli Corinth. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio etc. Quest. CLIII.

SEd obijcietur, quod Apostolus non arguit ibi contractum matrimonium cum nouerca, sed fornicationem, sine matrimonio, cum dicatur auditur inter vos fornicatio qualis neque inter gentes nominatur.

Dici potest vno modo, quod agitur ibi de matrimonio, accepit enim eam in vxorem, & tamen istud vocatur fornicatio, quia cum contrahatur matrimonium inter illas personas, quibus non est licitum coniungi non est matrimonium, sed fornicatio, vel incestus, & quia non licebat accipere nouercam in vxorem, si acciperetur, esset fornicatio.

Secundo patet idem, quia dicitur auditur fornicatio inter vos, qualis neque inter Gentes nominatur, & ita inter Gentiles istud habebatur, vt fornicatio si fieret, & tamen Gentiles non iudicabant peccatum esse fornicationem simplicem, sed adulterium, vel incestum, aut huiusmodi, s. si quis cognoscat voleat illam mulierem sine federe matrimonij, quam neq; in coniugem, licet accipere: ergo sicut cum nouerca malum esset fornicari, sine federe matrimonij inter Gentiles, ita esset illicitum eam accipere in vxorem, & ideo semper procedebat argumentum, quia si inter Gentiles reputabatur illicitum contrahere cum nouerca, multo magis illicitum reputabitur inter Christianos.

Alio modo potest dici, quod argumentum procedit etiam si intelligamus, quod non erat matrimonium, sed fornicatio, etiam si diceretur, quod aliquis cognosceret vxorem patris sui, id est nouercam, illo viuente, sicut Ruben cognouit Balam vxorem patris sui Iacob, Gene. 35. cap. propter quod Iacob in morte maledixit ei. Gene. 49. cap. f. non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius: isto enim modo non ostenditur, quod non liceat accipere nouercam in vxorem, quasi sit illicitum inter Gentes, quia hoc non concluditur, sed inferetur illa regula generalis, quia illud, quod inter infideles, vel Gentiles reputatur illicitum, debet multo magis inter fideles reputari. Et ita manebit, quod si aliqui gradus reputantur illiciti ad contrahendum inter Paganos, & Iudaeos, multo fortius inter nos debent reputari, & ideo in illis non debet dispensari, quia tunc ostenderetur Ecclesia minoris sanctitatis, & puritatis quam sit status infidelium, quod Apostolus reputat magnam inconueniens. non igitur debet in talibus dispensari licet Ecclesia potestatem habeat ad hoc. Secundo patet illud principaliter, quia potestas data est ministris Ecclesiae ad adificationem, non ad destructionem, sicut Apostolus dixit, sibi ipsi traditam secunda Corinth. 10. cap. & ideo solet dici, quod Papa non potest disp-

sare in his, in quibus decoloratur status Ecclesiae, sine contra vniuersalem statum Ecclesiae, vt dicit Glo. de restitutio. spoliato. capi. literas super parte non potest dispensare, & solet ad hoc allegari illud cap. sunt quidam. 2. q. 1. & tamen si fiat aliquid, in quo Ecclesia appareat minoris sanctitatis, quam infidelium status, decoloratur valde status Ecclesiae, sed tale est si dispensetur, vt contrahant aliqui fideles in gradibus, in quibus ipsi infideles non contrahunt, & indicant illicitum esse contrahere, ergo non debet in illis gradibus, aut cum talibus personis dispensari.

Solutio ad motiua primae opinionis posita, supra quest. 149. dicto cap. literas, de restitutione spoliatorum. Quest. CLIII.

NON redendum ad respondendum ei, quod dicebatur in cap. literas, extra de restitutio. spoliato. cum dicitur: quando aliquis consanguinitatis gradus obijciatur, in quo sedes Apostolica dispensare non potest, neque consuevit. Dici potest vno modo, quod Papa non asserit ibi esse aliquem gradum consanguinitatis, in quo non potest dispensare, sed illud ponitur ibi iuxta verba propositis quaestione, quod patet, quia dicitur rescripto apostolico postulas edoceri, vt cum quando aliquis gradus & c. & etiam postea eod. cap. dicitur, cum in illis dispensari non possit, & in his valeat dispensari. Nam illud non dicitur secundum intentionem Innocentij condentis illam decretalem: sed est opinio quorundam quam ipse ibi inducit, nam duas opiniones ibi inducit, & neutram quantum ad principalem approbat, neq; reprobat: & patet, quia dicitur, opinioni autem vltimae non incongrue videtur adaptari.

Secundo potest dici, & melius, quod ista verba sunt de intentione Innocentij Tertij conditoris illius Decretalis, & hoc est verum, quia quando ipse vult ostendere secundum opinionem esse quantum ad aliquod rationabilem, dicit: opinioni autem vltimae non incongrue videtur adaptari, vt in gradibus consanguinitatis diuina lege prohibitis restitutioni aditus pracludatur si in constitutione interdicti humana restitutio locum habeat cum effectu, & sequitur ratio cum in illis dispensari non possit, & in his valeat dispensari.

Sed tunc dici potest, quod Innocentius dixit ibi, quod non poterat dispensare Papa, id est, nec decebat, neq; expediebat, & hoc colligitur aequaliter ex verbis eius in principio cap. cum dicitur, quando gradus consanguinitatis obijciatur, in quo sedes Apostolica dispensare non potest, nec etiam consuevit: Nam si poneretur ibi proprie non potest superuacuum esset, quod additur, neque consuevit: nam si non potest, nullo modo faciet, quia velle hoc facere esset aperte errare, & tamen non debet poni aliquid superfluum in verbis iuris, ideo debet alio modo intelligi, s. vt non sit superuacuum aliquid.

Et erit sic, quod intelligatur non potest, s. honeste, & tamen potest de plenitudine potestatis, cum non sit auctata in hoc casu potestas Papa, & tamen Papa non vult facere, nisi quod est honestum, & expediat, & quae stant honestate non potest fieri dispensatio in talibus, dicitur, quod Papa non potest dispensare, & tunc conuenienter additur, nec consuevit, quia licet non esset honestum, vel expediens, quod in hoc dispensetur, cum tamen Papa hoc possit, interdum tamen dispensaret, & si hoc fecisset aliquando praesumeretur, quod alibi facere vellent in similibus casibus, & tunc non haberet tantam difficultatem questio illius. c. literas. sed esset sicut, quando obijciatur solum gradus veritus humanae constitutionis, & in illo casu responderet ibi Papa, quod

quod non peccat, qui in hoc articulo ad mandatum Ecclesie reddit debitum coniugale. Ideo vt excludatur ille casus, & fiat questio difficilior, dicitur de gradibus, in quibus non potest Sedes apostolica dispensare, non potest seruata honestate, & eo, quod expedit, neque etiam consuevit, s. quia nunquam voluit in talibus vt plenitudine potestatis. Nam tunc etiam si Papa inbeat mulieri commiseri viro suo, non intelligitur dispensare in impedimento matrimonij, quod inter eos est, & alter coniugum, vel vterque esse scit: nam si consuevit circa talia dispensari, posset credi, qd & tunc dispensabat, & ita maneret licite coniuges in actu matrimoniali, & potius deberet, qui tale impedimentum non erat reddere debitum, quam sustinere sententiam excommunicationis, quia tamen in casu illo Sedes apostolica nunquam consuevit dispensare, non debet credi, quod dispense iubendo reddere debitum. Et ita manet questio difficilis, & respondetur postea, quod scies impedimentum istud potius debet humiliter sustinere, sententiam excommunicationis, quam debitum reddere eod. c. literas.

Qua sunt illa, in quibus Papa, seu Ecclesia non potest dispensare, etiam si vtatur plenitudine potestatis. Et qua sunt, in quibus potest dispensare, sed non debeat dispensare, & quando Papa abutitur potestate sibi concessa, & peccat, & nihil prodest dispensatio, & quando errat clauis, & quando non. Quest. CLVI.

Collige hic, qd errat clauis Papa. C I R C A praedicta sciendum, quod quida sunt, in quibus Papa, aut Ecclesia dispensare nullo modo potest, etiam de potestate plenissima, vel absoluta, & in talibus Papa dispensando nihil facit, sed potius errat, & peccat mortaliter, & non prodest dispensatio ei, cui fit quantum ad Deum neque quantum ad Ecclesiam militantem. Alia sunt, in quibus Papa dispensare potest, sed non debeat, vt dispenset, neque expedit, & si in talibus de facto dispense poterit quidem tenere dispensatio, & tamen Papa peccat abutendo potestate sibi concessa.

De primis patet, sicut in his, que dixit Christus, & in his que Apostoli dixerunt ex Christi mandato, non faciendo statuta ceremonialia, & in illis, que Christus aperte non dixit, aut Apostoli, & tamen doctores sacre Scripture subtiliter inquiscentes ostendunt ea fuisse de intentione Christi: nam si in his veller dispensare, faceret contra mandatum Christi in quo nullus potest dispensare, nisi ipsemet Christus, cui ceteri sunt eo inferiores, aut minores, sic dixit Urbanus Papa, & habetur 23. quest. 1. sunt quidam, t. Sunt quidam dicentes Romano pontifici semper liquisse nouas leges condere, quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus, sciendum vero summopere est, quia inde nouas leges condere potest vnde Euangeliste aliquid nequaquam dixerunt, vbi non aperte dominus, nec eius Apostoli, & eos sequentes sancti patres sententia litera aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus pontifex dare, sed potius, quod predicatum est vsque ad animam, & sanguinem consummare debet, si enim, quod Apostoli docuerunt, & prophete, destruxerunt (quod absit) niteretur non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur.

An Papa possit contra dicta Apostolorum dispensare. Sed quod dicitur de dictis Apostolorum, quod non liceat contra illa dispensare est intelligendum, quando continent doctrinam moralem, tunc si ceremoniale, quia tunc potius ipsi instruebant Ecclesias illas, quibus scribebant, quam darent documentum omnibus catholicis, & in talibus Papa potest dispensare, sicut Apostolus dixit non esse ordinandum bigamum, nec homicidam. Prima ad Tim. 3. cap. & tamen cer-

um est, quod Papa potest in his dispensare, & aliquando dispensauit, & dispense. Causa huius est, quia minor non potest dispensare in lege superioris, equalis tamen potest dispensare in lege sui equalis, quando in eadem iurisdictione, vel potestate succedit. Christus autem est maior omnibus, ideo siue mandaret aliquid morale, siue iudiciale, siue ceremoniale non erat dispensabile. Secus de Apostolis, quia illi non sunt in potestate maiores summo pontifice, licet sint maiores in sanctitate, quia summus pontifex est Petro equalis in potestate, & tamen Petrus non erat minor aliquo Apostolo in potestate, sed aut maior omnibus, aut saltem equalis, ideo Papa non erit minor aliquo Apostolo in potestate, ideo poterit Papa dispensare in dictis Apostoli, si illa non continent doctrinam moralem, quia tunc non est illud dispensabile, cum talia sint de iure nature, & lex naturalis non est dispensabilis per aliquem, quia est lex a Deo data in cordibus nostris, ad Roma. 2. c. in lege autem Dei nemo potest dispensare, quia ille est superior.

Etiam si Apostolus poneret mandatum aliquod ceremoniale, & constaret, quod illud dicebat de intentione Christi, non erat dispensabile, hoc voluerunt intelligere quidam iuriste, licet non ita aperte dixerunt, forte nescientes distinguere, sicut 25. quest. 1. sunt quidam iam allegato, vbi dicitur, quod potest Papa statuere legem non dicendo contra Apostolos, sed contra eos non potest, dicit ibi Ioannes in Gl. potest satis sustineri, quod Papa contra Apostolum dispensat, non tamen in his, que pertinent ad articulos fidei. Debitum set autem melius dicere, non tamen in moralibus, aut in his, que sunt de voluntate Christi: nam si aliquid sit pure morale, etiam si constaret, quod Christus non dixisset illud, & diceret Apostolus, teneremur ad illud, & non esset dispensabile, quia tale etiam si neque Christus, neque Apostolus diceret obligabat in dispensabiliter, sicut est de illis, que continentur in decalogo, antequam daretur a Deo. Sic etiam si aliquid dicat Apostolus, quod pateat de intentione Christi esse, vt quia Apostolus hoc significat, est indispensabile, quantumcumque sit ceremoniale, modum tamen supra positum loquendi tenent communiter iuriste, sic patet in Gl. cap. literas, de resti. spol.

An Papa possit dispensare in dictis sanctorum doctorum Ecclesie sacramentis scripturam interpretantium, & contra dicta eorum dare legem, et de intellectu mirabili capi. tuli quidam 25. quest. 1. Quest. CLVI.

Quod autem dicebatur, & eos sequentes sancti patres sententia litera aliquid diffinierunt, aliqui male intelligunt dicentes sanctos patres, id est summos pontifices sequentes eos, s. succedentes Petro, & tunc esset sensus, quod Papa non posset dispensare in constitutione facta per aliquem suum antecessorem, cum omnes illi sint patres sequentes, id est successores Petri. Sed istud est falsum, quia par in parem non habet imperium: omnes enim summi pontifices sunt equales in potestate, cum quisque eorum tempore suo sit vicarius Christi in terris, ergo non potest aliquis eorum prescribere legem alteri, a qua non liceat ei recedere, poterit igitur vnus in lege alterius dispensare immo eas cassare.

Ex hoc etiam apparet error quorundam qui putant, quod Papa non dispensare possit contra statutum generale Ecclesie: nam potest dispensare immo tollere illud in totum: sic enim Innocentius Tertius cassauit constitutionem totius Ecclesie, s. de non contrahendo in septem gradibus cognationis reducendo vsque ad quartum gradum, extra de consang. & affini. c. non debet.

voluntate Christi non potest dispensare in dictis ceremoniis, quoniam non sunt de intentione Christi.

Lex naturalis non est dispensabilis per Papam, nec potest quis oia q sunt de iure nature.

An Papa potest dispensare contra statutum generale Ecclesie, & totius consilij.

debet, & ita dicit Glofa 25. quest. 1. cap. sunt quidam. Secundo patet, quod non sit ille intellectus litera, qui tunc, quando ratio redditur etiam de hoc diceretur, sed non dicitur, immo solum de Apostolis, & prophetis, s. si enim, quod docuerunt Apostoli, & prophete destruerent (quod absit) niteretur non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur. Et ita non dicitur ibi de successoribus Petri, salijs pontificibus predecessoribus suis.

Ideo dicendum, quod sensus litera est, quod sancti patres vocentur omnes sancti doctores, vt Hieronymus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & alij, qui exposuerunt dicta Christi, & Apostolorum in sensu sano, & catholico, nam quando isti ostendunt aliquid sensisse Christum, vel Apostolos ratione, vel scripturis illud deducetes aperte, licet Christus, aut Apostoli istud expresse non dixerint, Papa non potest dispensare, aut legem condere contra id, quod isti dicunt, quia illud esset legem condere contra dicta Christi, & Apostolorum, cum illud necessario sequatur ex dictis Christi, & Apostolorum, & tunc exponitur litera illa, scilicet, quod sancti patres, id est, & doctores, qui vocantur patres, quia nos doctrina gignunt formam in nobis Christum. Vocantur isti sequentes eos, id est Christum, & Apostolos, & sequuntur quantum ad sententiam exponendo illorum dicta. Et bene dicitur sequentes eos, quia si doctores aliquid dicant, quod non manifeste deducant ex dictis Christi, aut Apostolorum non est necesse stare eis, sed potest Papa legem condere contra dicta eorum, quia in hac parte Papa est superior eis, cum a se dicant, & non ostendant maiorem auctoritatem. Cum autem probant ex dictis Christi, vel Apostolorum, quod voluit, sunt superiores Papa, quia non ipsi dicunt, sed Christus, ideo sicut non potest Papa legem condere contra dicta Christi, nec dispensare in eis, ita neque potest contra dicta horum dare legem, & tunc bene applicatur id, quod redditur eod. c. pro causa, s. si enim, quod docuerunt Apostoli, & prophete, quod absit, destruerent niteretur, non sententiam dare, sed errare conuinceretur. Non dixit ibi de dictis Christi, sed de dictis Apostolorum, & prophetarum, quia de dictis Christi nulli dubium erat, quod nemini licebat contra ea quicquam dicere. De dictis autem Apostolorum, & prophetarum poterat magis dubitari, ideo de illis dixit. Non dixit autem de dictis sanctorum patrum, quia intelligebatur ex precedentibus, nam dicta illorum non accipiuntur hic, vt firma, nisi in quantum ipsi sequuntur Christum, & Apostolos, s. ex dictis eorum concludunt, quod dicunt, & tunc contra eorum dicta dispensare non est, nisi contra dicta Christi, & Apostolorum dispensare, sed si contra haec doceat, vel statuat Papa ostendit seipsum errare, ergo idem erit si contra doctrinam istorum doctorum aliquid dicatur, ideo non oportuit in redditione cause exprimi de illis. Hec igitur sunt, in quibus Papa nullo modo potest dispensare, neque bene neque male, quia potestas sua non se extendit ad hoc: nam dispensaret in lege sui superioris, quod non potest.

Qua dispensabilia sunt per Papam, tamen dispensari non debent. Quest. CLVII.

Alia sunt, in quibus Papa dispensare potest, id est potestas sua extendit se ad illud, & tamen non expedit, quod dispenset, quia dispensando male faceret, & peccaret, sicut si Papa veller tollere omnes constitutiones suorum antecessorum reuocando omnia, que sunt scripta in libris iuris, & omnia statuta quibus reguntur Ecclesie, faciendo alia statuta non ita bona, certum est, quod

potestas sua ad hoc sufficit: nam nullus predecessor suus fuit maioris potestatis, ergo nullus lege potuit obligari, & sic omnes eorum leges, aut statuta quantumcumque bona, dum tamen sint pure positua, potest reuocare introducendo alia non tam bona, neq; tam vtilia Ecclesie Dei.

Dixi autem de statutis pure posituis, quia aliquid iusserunt pontifices, & scriptum est in iuribus, quod non est pure posituum, sed vel est dictum a Christo, vel ab Apostolis, vel est de lege nature, in talibus non potest aliquid immutari, & hoc licet recitentur in constitutionibus factis a pontificibus, non habent auctoritatem ab eis: nam etiam illis non statuentibus seruarentur, & necesse erat seruari. Sed pure positua statuta, vel statutorum partes dicuntur ea, que ita constituta sunt ab aliquo pontifice, quod si ab eo non constituerentur, nullo modo obligarent, & de his est verum, quod quilibet pontifex potest reuocare omnia, que statuerint predecessores sui, quia nullius eorum lege obligari potuit cum non sit in potestate minor.

Si tamen aliquis Papa reuocaret omnia, qua scripta sunt in libris iuris statuta a suis pontificibus predecessoribus nihil super his statuendo, vel faciendo non tam bonas leges, certum est, quod peccaret mutando bonum in malum, & reducendo Ecclesiam ad deteriorem statum: peccaret enim iste per malam administrationem, & tamen quandiu pontifex esset, potestatem haberet ad hoc. De his ergo dicitur, quod potest dispensare, sed non debet, quia non expedit immo prohibetur pontifici in talibus dispensare, sicut prohibetur ei peccare mortaliter. Simile est de retinendis, vel non retinendis coniugibus infidelibus post conversionem alterius coniugis ad fidem, nam non est illicitum abijcere recedendo ab infideli cum dominus non venterit, sed licentiam dedit recedendi, non expedit abijcere recedendo, aut dimittere maxime in Ecclesia primitiua, quia quamuis liceret per legem in fide non expedit per legem charitatis, & tantum virum fuit hoc non expedire, quia Apostolus verum recedere, vel dimittere prima Corinth. 7. ca. quia non expedit quamuis non esset illicitum dimittere, sic dicit Augustinus in Epistola ad Pollerium, & habetur 38. quest. 1. cap. iam nunc. & cap. sic enim. Ita est nunc de gradibus veteris in veteri lege: nam magna honestas est, quod seruentur illi gradus, vt non contrahatur in eis, tum quia Deus etiam illi populo rudi, & imperfecto ostendit non licere coniungi in illis gradibus, & multo fortius erit nobis inhonestum in illis coniungi, quibus debet inesse maior honestas. Tum quia infideles communiter abstinent ab illis gradibus, & reputant fornicationem esse commixtionem in his gradibus, & tamen in nobis maior puritas debet apparere quam in alijs, ideo non debemus in his gradibus coniungi, & dispensari in hoc nihil aliud est quam Ecclesiam reddere minus honestam quam statum infidelium, & in isto sensu optime dixit Innocentius Tertius in alleg. c. literas, quod occurrit gradus consanguinitatis, in quo non potest Sedes apostolica dispensare, id est poterat per potestatem, sed non potest per honestatem.

Et quia hoc vult posse, quod fertiata honestate, & bona administratione potest, dicit sedem Apostolicam non posse in his dispensare, & in isto sensu optime dicit, & ita etiam exponitur alia particula eiusdem capituli, scilicet in his non valeat dispensari, id est non possit seruata honestate, & tamen ex plenitudine potestatis poterit dispensari.

Intellectus ad ca. ff. de resti. spol.

Non est necesse quicquid Papa asserit esse verum, immo in decisionibus causarum sepe inueniuntur errasse, & contrarias opiniones habuisse. Quæst. CLVIII.

SI tamen diceret aliquis, quod intentio Innocentij est, quod nullo modo Papa possit in his dispensare, id est non sufficiat potestas eius ad hoc. Dicendum esset, quod non erat verum, quod ille putaret, sed deciperetur nesciens quantum se extenderet potestas sua, & istud non est inconueniens, quia non est necesse verum esse quicquid asserit pontifex Romanus. Et patet primo, quia habuerunt circa eandem rem contrarias opiniones diuersi pontifices, & tamen non possunt contraria, vel contradictoria simul esse vera, ergo aliquis illorum tunc errabat. Patet hoc, ut in allegat. cap. literas de resti. spo. & in c. quanto. de diuort. ubi ponuntur contrariæ opiniones pontificum circa eandem rem.

Secundo, quia licet Romanus pontifex habeat maiorem potestatem a Deo quam aliquis de viuētibz, tamen non habet ampliorem cognitionem veritatis, ideo si diceremus, quod aliquis homo esset condens legem, in qua non posset dispensare Papa, esset error, quia ostenderemus esse alterum maioris potestatis quam sit Papa. etiā si diceremus, quod aliquis homo esset, qui posset dispensare in quacunque lege, quam faceret Papa, esset error, quia ostenderemus esse aliquem æqualem Papæ in potestate. si tamen dicamus, quod aliquis homo est, qui scit abundantius quā Papa quantum se extendat potestas eius, non est inconueniens, quia in hoc non damus ei maiorem potestatem, sed maiorem scientiam, & tamen dare maiorem scientiā alteri quam Papæ non est inconueniens. De mortuis manifestum est, quia quilibet de beatis certum est, quod plenius cognoscit ea, quæ ad Papam pertinent quam Papa, & quam quilibet viuētiū, & tamen nullus de beatis habet potestatem ullam in Ecclesia. De viuētibz etiam patet, quia multi alij sunt doctiores, quam Papa, siue per studium literarum, siue per diuinam illuminationem.

Tertio, quia potestas Papæ non est ex statuto Papæ, sed ex concessione Christi, Papa quidem potest dare potestatem magnam, vel parvam prelati alijs inferioribus, sed sibi ipsi non potest dare potestatem: si enim sibi ipsi potestatem dare posset, nunc immensam potestatem daret, & tunc verum esset, quod nemo potestatem Papæ nosset, quam ipsemet, & standum esset simpliciter dicto eius de magnitudine, vel paruitate potestatis suæ, & erraret si quis diceret non esse tantam, aut tantam potestatem quantum ipse distineret, sed potestas Papæ quæ est potestas Petri est a Christo, quæ ostenditur ex verbis eius in Euangelio, & tamen literam Euangelicā alij intelligunt melius quam Papa, & difficultates, quæ circa illā sunt, ergo aliquis poterit de potestate Papæ loqui verus, & certius quam ipse qui Papa est, sicut aliquis est non Episcopus, qui melius nouit Episcoporum potestatem quam aliquis Episcopus.

Quarto patet, quia ista est regula, quod circa ea, quæ sunt iurisdictionis magis est standum Papæ quā alicui viuēti, & tamen quantum ad determinationes veritatis etiam in sacra Scriptura magis est standum dictis virorum doctōrum, quam Papæ, sic distinxit Gratianus 20. dist. c. decretales. in iudicis: Apparet, quod diuinarum scripturarum tractatores, & si scientia pontificibus preeminant, tamē quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacra Scripturarū expositionibus eis preponuntur, in causis vero distinxendis secundum post eos locum merentur. Et ita tenet ibi Glossa in principio summæ, scilicet tamē de potestate

testate Papæ non pertinet ad definitionem causarum, quia Papa non tribuit sibi potestatem per sententiam suam, sed pertinet ad cognitionem sacre Scripturæ, in qua habetur cōcessio potestatis datæ Petro, quam accipiunt omnes successores sui equaliter, ergo circa hanc magis poterit dicere veritatem aliquis vir doctus expositor sacre Scripturæ, quam aliquis Papa, qui non est tam doctus, & magis credemus ei.

An sit magis standum dicto Papæ, quam cuiuscunque alterius doct. circa cognitionem Scripturæ sacre. Quæst. CLIX.

SE D obijciatur, quod etiam circa ea, quæ sunt in veritatis cognitione magis sit standum Papæ quam alicui viuēti: nam non sunt difficiliores dubitationes, quam circa fidem, & articulos fidei, & in quibus maius veritatis periculum, & tamen in his diffinire pertinet ad Papā, & non ad alios, sic patet extra de baptismo, & eius effectu. cap. maiores, l. Maiores Ecclesie causas preferunt articulos fidei contingentes ad Petri Sedem referendas intelligit, qui eum quereret domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notabit, tu es Christus filius Dei viui, & pro eo dominum exorasse, ne deficiat fides eius. Idem patet 24. quæst. 1. cap. quotiens, l. Quod quoties fidei ratio ventilatur arbitror omnes fratres, & omnes coepiscopos vestros non nisi ad Petrum, id est ad sui nominis, & honoris auctoritatem debere referre.

Dicendum, quod in discussione duriorum, quæ circa articulos fidei, aut alia pertinentia ad sacra Scripturam veniunt, duo possunt considerari, vnum est inuentio, & diffinitio veritatis, aliud est coertio ad tenendum id, quod determinatum fuerit, ut verum. Quantum ad primum, dicendum quod multi sunt, qui facilius, & verius determinare possunt dubia circa articulos fidei, quam qui Papa est, quanto maiori scientia literarum, vel diuino lumine vigent, sed quantum ad secundum, nemo est, qui facere possit, nisi Papa, quia ea, quæ sunt fidei, debent teneri ab omnibus fidelibus, sicut fides omnibus est necessaria, sine qua non est possibile Deo placere, ad Hebr. 11. cap. & tamen nemo est, qui habeat auctoritatem super omnes fideles, nisi Papa, ideo nemo poterit coercere omnes ad tenendum aliquid pro vero, & articulo, nisi ipse, & in hoc tenendum verum est, quod ad solam Sedem apostolicam pertinet in dubijs talibus diffinire, l. quod diffinitum fuerit, iubere ab omnibus teneri, & tunc non est Papa, qui veritatem inquirat, sed viris peritis in diuinis literis istam discussionem committit. Quod vero per eos inuentum fuerit, ut verum, & sacre fidei consonum diffinit Papa esse veritatem catholicam, & iubet omnibus illam tenere, ut veritatem catholicam, quod periti viri facere non possunt, sed ipse solus. Et iste est sensus in alleg. capitu. quoties, l. quoties fidei ratio ventilatur arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros non, nisi ad Petrum, id est ad sui nominis, & honoris auctoritatem referre debere, veluti nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit Ecclesijs omnibus prodesse. Quasi dicat, ista fuit cautela dicendi, quod referri debet ad Sedem apostolicam, scilicet, ut id, quod de fide determinaretur posset prodesse omnibus Ecclesijs per mundum, quod non fieret, si per aliquem alium determinaretur, cum nulli subijciatur omnes particulares Ecclesie, nisi Papæ. Sic autem esset in presenti de potestate Papæ in dispensando: si enim in dubium verteretur, an Papa posset dispensare in gradibus consanguinitatis ventis in veteri lege, & ipse super hoc habita diligente discussione, quem admo-

admodum consuevit in determinando ea, quæ sunt fidei, determinaret hoc, vel illud, magis staremus determinationi suæ, quam alicuius viri periti, & tamen quædo aliqui tale Papa inducit, non de principali intentione, sed accidētaliter, vel in confirmationem alicuius, quod intendit, non est inconueniens, quod erret, nesciens veritatem, & ita in presenti in cap. literas de resti. spo. non intendebat Papa diffinire, an esset aliquis gradus consanguinitatis, in quo ipse dispensare non posset, neque de hoc querebatur, sed solum quædo obijciatur aliquis gradus consanguinitatis diuina lege prohibitus, ei, qui petit restitutionem coniugis, an debeat fieri restitutio, vel non, hoc ibi querebatur, & ob hoc Papa dixit ibi incidentaliter esse aliquos gradus, in quibus non possit Sedes apostolica dispensare, talia autem non sunt ibi, quæ diffiniuntur, sed quæ inducuntur in præsumptionem, vel cōfirmationem eorum, quæ diffinienda sunt, & in illis aliquando errant summi pontifices, non sufficienter intelligendo scripturas sacras, manet tamen eis semper saluum, & liberum, quod potestatis est, quia id, quod ex potestate iubent non est verum neque falsum, sed bonum, aut malum, & ideo semper obligat mandatum eorum, quia in illo non errauerunt, quia fecerunt, quod potuerunt, & forte bene, & iuste, sed errauerunt in assertione quorundam, quæ ipsi non iubent.

An decima hodie sint de iure diuino, vel positiuo, et an nunc maneat obligatio eas soluendi, & quo iure seu obligatione soluuntur, & de nouo intellectu capituli parochianos de decimis. Quæst. CLX.

SIMILE patet extra de decimis capit. parochianos. ubi Alexander Tertius vult ostendere, vel supponere decimas esse nunc de iure diuino, dicens: Cum decime non ab homine, sed ab ipso Deo sint institutæ tanquam debitum exigi possunt. Ibi Alexander vnum supponit tanquam verum, aliud iubet tanquam bonum, & iustum: supponit tanquam verum, quod sint decime de iure diuino, & hoc non est verum, ut statim dicemus, iubet autem, vel statuit, quod tanquam debitum exigi possint, & hoc bonum est, & iustum, & ita tenentur ad eas soluendas fideles, sicut si essent vere debite, immo sunt vera debita, quæ populus Christianus debet Christo pro ministris suis, aut debet ministris pro ministerio, quod Deo prestat loco totius populi Christiani. Cum autem dicitur, quod decime non sunt ab homine, sed a Deo, non est verum: nam per hoc vult inferre Alexander, quod sint de iure diuino, & non de iure positiuo, & cum dicitur quod sunt a Domino institutæ petitur, an intellexit Alexander de nouo, aut veteri testamento, si accipiat de institutione in veteri lege, confitemur illud, & tamen non sequitur inde, quod in nouo testamento debeant solui, sed solum in veteri, ad hoc autem, ut concludat nunc esse debitas decimas tanquam a domino institutas, quod intendit Alexander, necesse est, quod dicat esse factam institutionē aliam de decimis in nouo testamento, aut illa, quæ tunc facta est duret nunc. Non stat primum, neque in Euangelijs, neque in verbis Apostolorum istud inuenitur, etiam si quis diligenter legat, nisi quis obiecerit de verbis Christi. Matth. 23. capitu. scilicet. Vobis scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui decimatis mentam, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis iudiciū, misericordiam, & fidem, hæc oportuit facere, & illa non omittite. In quibus Christus videtur dicere decimas nunc deberi.

Sed dicendum, quod hoc non stat. Primo quia ibi non est institutio aliqua decimarum: nam dato, quod

assereremus eas debitas in testamento nouo, non posset dici, quod per illa verba institutæ erant, quia ille non erat modus institutionis, sed simplex relatio de eo, quod faciebant Pharisei.

Secundo, quia neque per ista verba Christi ostenditur obligatio aliqua ad dandum decimas in nouo testamento, sed solum refertur ad statum veteris testamenti, in quo Pharisei, & Scribæ manebant, quibus Christus loquebatur, & tunc erant decimæ de iure diuino, & erat necessitas soluendi illas, & quia Christus arguebat eos, quod attendebant ad minima, & contemnebant grauissima, erant autem minima decimatio anethi, & mentæ, putaret aliquis, quod Christus assereret non teneri ludæos ad decimas, dixit oportuit hæc facere, id est decimare, & illa non omittite, scilicet misericordiam, iudiciū, & fidem.

Tertio patet, quia adhuc ex verbis Christi ostendebatur, quod illud referebatur ad tempora præterita veteris legis, & non ad tempora sequentia noui testamenti, cum dixit: Oportuit hæc facere, id est decimare: non enim dixit, oportet, quasi etiam nunc, & de cetero maneat ista obligatio. Et ad maiorem confirmationem apparet, quia soli duo Euangelistæ hoc dixerunt, scilicet Matthæus, & Lucas, & sicut Matthæus 23. dixit oportuit, ita & Lucas 11. Vobis Pharisei, qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus, & præteritis iudiciū, & charitatem Dei, hæc autem oportuit facere, & illa non omittite.

Non solum circumciso, sed etiam tota obseruatio legalis veteris legis cessauit. Quæst. CLXI.

NE QV E etiam dici potest, quod obligatio maneat ad nunc soluendum decimas ex illa Dei institutione in veteri testamento, quia etiam maneret obligatio ad soluendum ius primogenitorum, & ad circumcisionem, & ad obseruationem testamentorum, quia omnia ista a Deo simul in lege data sunt, sed omnia hæc cessauerunt, immo est peccatum ista obseruare ad Gala. 4. & 5. Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit.

Neque prodest, si quis dicat, quod cessauit circumcisio, sed non omnia. Falsum est, n. ga tota obseruatio legalis cessauit. Primo quia sicut dicitur ad Gala. 5. ca. 4. dicitur de festiuitatibus Iudaorum non colendis, & cap. 5. dicitur generaliter de tota lege Moyfi euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini a gratia excidistis, id est non habetis partem aliquam in Christo, neque in gratia, quæ facta est per eum. Ioan. 1. in lege putatis aliquid boni esse ad iustificationem vestram.

Secundo, quia in principio Ecclesie primitiue diffinitum fuit ex nomine spiritus sancti non obligari fideles ad obseruandum aliquid de lege Moyfi, nisi quod abstinerent a sanguine, & suffocato. Actu 15. quod est postea ablatum est, ut neque ad illam obseruantiam obligemur, ergo etiam tunc non manebant alia legalia, & sic ablatum erat præceptum de decimis, quod erat vnum de illis.

Tertio, quia tota lex vetus ab eodem, & simul data est, ideo ablato vno omnia ablata fuerunt, sic Apostolus arguit ad Hebr. 7. traslato sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat. Sic dicitur, extra de constit. c. traslato. & sunt verba Augustini super Epistolam ad Hebræos, scilicet traslato sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat, quia enim simul, & ab eodem, & sub eadem sponcione vtraque data sunt, quod de vno dicitur necesse est, ut de alio intelligatur.

Quarto patet adhuc applicatio specialiter ad ipsum præceptum de decimis, nam si illud nunc duret non darent.

Decimæ non sunt hodie de iure diuino.

darentur decimæ aliquæ sacerdotibus, quia Deus iubebat, quod multæ decimæ darentur sacerdotibus, sed omnes darentur Levitis, ipsi vero sacerdotibus dabantur quædam alia iura: Numeri 18. sed nunc sacerdotes pro maiori parte decimas percipiunt, scilicet qui beneficia ecclesiastica habent, ergo non manet illa institutio.

Quinto quia si illa institutio maneret, necesse esset, quod quilibet de fructibus decimarum suarum daret decimam Papæ: nam Levitæ, qui omnes decimas recipiebant ab Israel dabant decimam decimæ summo sacerdoti, id est centesimam omnium fructuum totius Israel, Numeri 18. ca. & tamen non est nunc talis obligatio, neque fit talis solutio, ergo non manet illa institutio Dei nunc, neque propter illam solvantur nunc decimæ.

Quare nunc debeant solvi decimæ, & quo iure seu obligatione. Et quæ iuristæ etiã velint nolint ex principiis suis tenentur concedere, quod decimæ sunt hodie de iure positivæ, quamvis Alexander Tertius in decretali patriarchianos de decimis dicat, quod sunt de iure divino. Quæst. CLXII.

Secundo dicitur est, quod decimæ solvantur nunc, & sunt nunc debite non quidem ex divina institutione in veteri testamento, neque ex aliqua institutione facta in nouo per Deum, sed solum ex institutione Ecclesiæ, quæ ad hoc legitime, & sufficienter potuit obligare, maxime cum habeat causam, & originem ex iure divino, scilicet sicut illis Levitis dabantur decimæ pro ministerio, quod tunc exercebant, quod erat valde minoris dignitatis, quam sit istud, erit multo iustius dari decimas ministris noui testamenti, qui exercent nobilissimum ministerium. Secundo quia Apostolus dicit prima Corinth. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum non est si temporalia vestra metamus. Et alias rationes multas, ibi inducit ad ostendendum, quod predicans debet sustentari de bonis eorum, quibus predicat, & tamen ministri Ecclesiæ vtrunque faciunt, quia & in fide instruunt, & spiritualia ministrant, & loco totius populi Deo laudes offerunt, ideo debent sustentari de fructibus bonorum reliquorum fidelium.

Apparet igitur, quod non est verum id, quod Alexander voluit, quod decimæ essent nunc de iure divino, siue ex divina institutione, sed solum sunt ex iure positivo per Ecclesiæ institutionem, & tamen non minus, ideo sunt debite, quia Ecclesia potuit obligare, & obligauit omnes fideles ad solutionem earum, & ideo tanquam debitum exigi possunt, quia ius fecit eas sibi debitas, sed vere de iure divino non possumus eas dicere. Et tacite id concedunt iuristæ, licet ad id non aduertunt: nam ipsi asserunt, quod circa præstationem decimarum habet locum præscriptio non quidem, vt nihil solvatur, sed circa quotam, svt non solvatur decima, sed vicecima, aut alia quota: & tamen si de iure diuino essent decimæ, non haberet locum in contrarium præscriptio, neque consuetudo quatum ad aliquod, cum ius diuinum sit maius iure naturali, aut eguale saltem: & cum contra ius naturale nulla admittitur consuetudo, aut præscriptio, extra de consue. ca. cum tanto, ergo nec curret contra diuinum: nam ius præscriptionis ex humanis positionibus inductum est, & sicut minor non potest dispensare in legem superioris, ita neque poterit condere legem, per quam illi derogetur. Apparet ergo, quod si circa solutionem decimarum locum habet præscriptio, quod verum videtur, quod sint decimæ de iure positivo, & non diuino. Secundo, quia si de iure diuino essent nunc decimæ,

sicut non posset contra eas currere in aliquo præscripto, ita neque valeret quis in illis dispensare, & sic manifestum est, quod omnes populi non prestantes decimas essent in aperto peccato mortali, & nulla toleratio Ecclesiæ, aut concessio, vel remissio eis prodesset, hoc tamen est durum cum multi Christianorum, & gentes sint, in quibus decimæ non solvantur, & non solum non solvantur integre, sed & de eis nihil præstat, sicut in Italia fit, & apud alias gentes Orientis, & non iudicamus illas gentes esse in peccato mortali, neque condemnat eas, aut statum eorum Ecclesia, ergo non sunt decimæ de iure diuino, sed de positivo, in quo potest fieri remissio, vel derogatio, aut contraria concessio, aut quod nunquam introducta fuerit obseruatio illius legis apud gentes illas. Et sicut est error dicendo, quod decimæ sunt nunc de iure diuino, vel quod a Deo sunt institutæ, & tamen hoc putauit Alexander: ita est error circa quædam alia, quæ supponit pontifices conditores canonum in ipsis statutis, vt patet in positionibus, quas allegat Innocentius Tertius in capit. gaudemus. de diuort. sicut infra ostendetur.

Ex prædictis apparet, quod nullus gradus proprie sumptus consanguinitatis, aut affinitatis est, in quo Papa dispensare non possit cum potestas sua ad illud sufficiat, sed non est honestum, quod in illis omnibus dispenset præsertim in illis, in quibus inter infideles non contrahitur matrimonium, & ita dicitur, quod Sedes apostolica non potest in illis dispensare, scilicet non potest seruata honestate, licet possit de plenitudine potestatis.

Nullus gradus contrahendi matrimonium est hodie vetitus lege diuina, sed omnes sunt vetiti lege positiva. Quæst. CLXIII.

Secundo obicitur, quod adhuc non possit vilo modo Papa in gradibus his dispensare, quia illi sunt diuina lege prohibiti, & contra ius diuinum non admittitur dispensatio, & istud est fundamentum, vt videtur, Innocentij Tertij in cap. literas. de resti. spo. cum dicitur opinioni autem vltimæ videtur non incongrue adaptari, vt & in gradibus consanguinitatis diuina lege prohibitis restitutioni aditus præcludatur, sed in humana constitutione interdictis restitutio locum habeat cum effectu, cum in illis dispensari non possit, & in istis valeat dispensari.

Dicendum, quod siquid vetatur lege diuina nemo potest in illo dispensare, sed solus Deus, qui legem condidit, quia inferior non potest dispensare in lege superioris. Sed dicendum, quod nullus gradus consanguinitatis, vel affinitatis est nunc diuina lege prohibitus. Cuius vero obicitur de lege Moyse dicendum, quod fuit illa quondam lex, sed nunc non est lex, quia translato sacerdotio lex quoque transijt, id est, cessauit ad Hebræos 7. c. vnde madata illius legis, ita nunc sunt ac si nunquam fuissent instituta a Deo, & ita etiam innuitur extra de consan. & affini. ca. non debet. quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri testamento statuerat nonnulla mutauit in nouo. Dixit autem nonnulla, quia non fuit mutatum quicquid erat scriptum in libris veteris testamenti. Nam moralia, quæ ibi scripta sunt non fuerunt mutata, quia sunt de iure nature, sed sola iudicialia, & ceremonialia, quæ erant pure legalia, vnde & ipsi iuristæ qui minus in his participant notant hæc mutata esse in cap. translato. de const. sed gradus contrahendi matrimonium pertinent ad ceremonialia madata, ergo isti cessauerunt, nullus ergo gradus est nunc vetitus de lege diuina cum illa lex, quæ hæc prohibuit, & erat quondam diuina, nunc non solum non est diuina, sed etiam non est lex.

Concludit superius posita conclusionem. q. 152. q. de dicit causam huius mirabili, & vtilissimi digressioni.

Sed dicendum, quod quicumque gradus cognationis proprie dicti sint nunc vetiti, sunt vetiti de iure positivo, & non de iure diuino, sed cum iura dicunt esse quosdam gradus diuina lege prohibitos intelligitur, quod erant quondam prohibiti de lege diuina, & nunc illi iidem gradus manent vetiti, sed non de lege diuina. Cum autem dicitur, quod minus dispensatur in eis, quam in vetitis constitutione humana, intelligendum est, quod non fiat hoc quasi lex diuina ad hoc aliquid conferat, sed quia absolute est maior inhonestas dispensare in illis, quam in vetitis sola humana constitutione, quia illi sunt gradus maioris propinquitatis, & etiam inter infideles sunt vetiti, quod non fit in gradibus prohibitis sola humana constitutione. Vnde etiam si Deus nunquam istos gradus vetuisset, nihilominus istud fieret, cum ex natura pronuntiat, quod tanto maior reuerentia, & amor debeat propter cognationem, quanto est in gradibus propinquioribus.

Soluantur argumenta quæst. 154. & 148. Quæst. CLXIII.

Ex prædictis apparet, quod non tenet argumentum illud, quod fiebat de cap. literas. de resti. spo. si quod non possit dispensari in gradibus diuina lege vetitis, immo nullus gradus est nunc in quo non liceat Papæ dispensare, si vti velit plenitudine potestatis, qua tamen vt non expedit, sicut supra diximus.

Secundo etiam non tenebat argumentum factum supra quæst. 148. quia dato, quod Ecclesia non posset dispensare in his gradibus quondam diuina lege prohibitis, vt contrahatur, licebit tamen recipere eos, qui iam contraxerunt, & ad fidem veniunt, simile est de fidei, & infidei: nam dispensari non potest cum aliquo fidei, vt de nouo contrahat cum infidei, & teneat matrimonium, & tamen si duo infideles contrahunt, & postea alter eorum ad fidem conuertitur altero manente in infidelitate, licitum est fidei manere cum infidei, & non dissoluitur matrimonium, prima Corinth. 7. cap. & istud exemplum inducit Augustinus contra Pollentium, & habetur 28. quæst. 1. c. sic enim. Tertio patet, quod si infideles redeunt ad fidem non debent tolerari, nisi contraxissent in gradibus concessis in lege Moyse, hoc exprimeret pro causa ad hoc, quod non dissolueretur matrimonium, vel quod permitteretur copulari in conuersione ad fidem, & tamen non ponitur hoc pro causa, sed solum, quod non contraxerunt in gradibus diuina lege prohibitis, vel quod contraxerunt secundum legem Moyse, ergo non est necesse, quod secum illam contraxerint. Patet in cap. gaudemus de diuort. si & in præmissis gradibus a paganis, quo ad eos matrimonium licite sit contractum, qui constitutionibus canonicis non arctantur, ergo ad hoc, quod licite contraxerint, non redditur causa, nisi quod non arctantur constitutionibus canonicis, & ita etiam si in illis gradibus contraxerint, qui apud nos sunt illiciti, matrimonium contractum tenet, quia constitutio nostra non arctat eos, & tamen edictum de contrahendo est prohibitorium, & in tali edicto omnis, qui non prohibetur per consequentiam admittitur extra de spon. cap. cum apud. erit autem de gradibus, sicut de personis. De personis autem est prohibitorium, quia dicitur tales persone, & tales non contrahant, quia inter eas non ponitur surdus, aut mutus, aut cæcus admittit ad matrimonium surdus, & mutus eod. cap. cum apud. ita edictum de gradibus prohibitorium, quia dicebatur quondam nullus contrahat intra septimum gradum cognationis 35. quæst. 3. c. de affinitate, & nunc dicitur, quod nullus contrahat intra quartum gradum de cõ-

fang. & affini. c. non debet. ergo cum nulla constitutio harum obliget Paganos, admittentur ipsi ad contrahendum in quocumque gradu, qui non sit vetitus lege prouincie sue, aut statuto municipali, aut consuetudine patriæ. Etiam si ille gradus esset vetitus lege Moyse cum illa non obliget Paganos.

Respondet ad alia duo argumenta, scilicet tertium, & quartum posita supra quæst. 145. Quæst. CLXV.

Ad tertium argumentum supra quæst. 145. factum de c. Deus, qui est respondendum, & quidam putant, quod illi Liunionenses erant Iudæi, ideo illud matrimonium solum inter eos licitum, aut legitime contractum reputabatur, quod erat secundum legem Moyse, & sic erat accipere uxores fratrum suorum defunctorum ad suscitandum semen, quia hoc non solum concedebatur in lege Moyse, sed etiam sub pena fieri iubebatur Deute. 25. c. Sed dicendum, quod hoc non stat. certum est enim gentem Liunionensium non fuisse Iudeorum, sed Paganorum, quoniam gens illa nota est in regionibus Europæ. Secundo, quia ex illo c. Deus qui notum est, quod Liunionenses essent Gentiles, & non Iudæi, quia dicitur concedi mus, vt matrimonijs contractis cum relictis fratrum vtantur, si tamen fratribus sine prole decedentibus, vt semen defuncti secundum legem Moysicam suscitarent enim talibus contraxerunt, & tamen si suppone retur Liunionenses esse Hebræos diceretur, si tam fratribus sine prole decedentibus suscitaretur iuxta legem suam cum talibus contraxerunt, quia ista esset lex eorum si Iudæi erant: ergo non erant Iudæi, sed Pagani. Dicendum ergo aliter, quod non expressit Papa ibi de lege Moyse, quod necessarium esset ad hoc, quod matrimonium inter Paganos legitimum esset contractum secundum legem Moyse, sed ad magis ostendendum esse licitam talem conjunctionem. Et causa dubitandi poterat esse hæc, scilicet de Iudæis non dubitamus, an matrimonia eorum legitime contrahantur: nam licet ipsi contrahant nunc in gradibus canonica constitutione prohibitis, contrahunt tamen in illis gradibus, quos eis Deus indulsit. Certum est autem, quod omne, quod Deus concessit, vel indulsit licitum erat, scilicet vel secundum se licitum erat, & absolute, vel quia ipse concedendo fecit licitum esse illis, quibus concessit. Cum igitur Deus in illis gradibus, qui habentur in lege Moyse concesserit Iudæis copulari, certum erat licitum esse talem copulam. De gentilibus autem non est sic, quia non est necessesse, quod quicquid ipsi agunt, aut legibus suis agendum decernitur, licitum sit, cum multa sunt naturæ leges eorum concedant, immo iubeant, sicut est idolatria, sic ergo poterat esse circa matrimonium, vt si concederent hæc cum quacumque persona nullam excipiendo, sicut regina Semiramis vxor Nini regis defuncto illo legem tulit licere matribus accipere filios in maritos, & patribus accipere filias, nullo personarum delectu neque cognationis seruata reuerentia, vt dicit Paulus Orosius lib. primo de Ormesta mundi. Ex hoc autem insurgebat ratio dubitandi, quia dato, quod leges gentilium concederent quod matrimonium cum quibusdam personis, cum quibus secundum se non esset illicitum, putaretur forte, quod non erat talis gradus secundum se licitus, aut saltem dubitaretur, si autem ille gradus reduceretur ad gradus legis Moyse, iam erit certum, quod ille gradus non erit secundum se illicitus, cum Deus talem gradum concesserit in matrimonio, sic autem fuit nunc de Liunionensibus: illi enim erant Pagani, & debebant cum vxoribus fratrum suorum defunctorum, quod quis putaret secundum se illicitum. Respondet Papa, quod non cum talis gradus secundum legem Moyse esset concessus, & concessus a

sa a Deo erant licita, Sed obijcietur, qd hoc non fiet, quia in alleg. c. Deus qui, ponitur vt conditio, qd ita p̄xerint, iuxta legem Moyſi ad ſuſcitandum ſemē, cū dicit, ſi tamen fratribus ſine prole decedentibus, vt ſemen defuncti iuxta legem Moyſi ſuſcitarent cum talibus contraxerunt. Ergo innuitur, qd ſi aliter contraherent cum eis, ſi non ad ſuſcitandum ſemen defunctorum non teneret matrimonium, & in conuerſione ad fidem non permittentur manere copulati. Dicendum, qd non eſt verum, neque debet ſic intelligi, ſed accipiendum eſt tamē pro maxime, ſi maxime ſi contraxerunt ad ſuſcitandum ſemen, quia etiam ſi non contraxiſſent hac intentione, dum tamen talis eſſet lex, aut conſuetudo prouincie, teneret matrimonium, & tamen ſi iſto ſine contraherent magis notū eſſet, qd liceret contrahi. Aliter poteſt adhuc dici, & clarius, qd Liouienſibus Paganis lex erat, aut conſuetudo generalis, qd frater acciperet vxorem fratris ſui defuncti ad ſuſcitandum ſemen defuncti, & ideo etiā inter eos non concedebatur fratri accipere vxorem fratris ſui defuncti, quando non erat neceſſaria ſuſcitatio feminis, vt pote ſi ille filios reliquit moriens, & illi ſuperſtites erant, ſi autem aliquis de Liouienſibus acciperet vxorem ſui fratris, quando non erat neceſſaria feminis ſuſcitatio, non erat licitus contractus ſecundum eos, ideo quando conuerterentur ad fidem non permittentur manere copulati, quia inter eos matrimonium non tenuerat, quando infideles exiſtes contraxerunt, & qd non tenuit, dum fieret, non confirmatur per tranſitum ad fidem.

Quare infideles conuerſi, qui erant copulati in gradibus conſtitutione canonica vetitis, permittuntur permanere copulati ipſo iure ſine diſpenſatione, & an proles inde iam nata, & nā ſutura ſit legitima ipſo iure. Quaſt. CLXVI.

AD quartam rationem factam ſupra quaſt. 145. eſt nunc reſpondendum, & dicendum, quod qd infideles conuertuntur, qui erant copulati in gradibus vetitis conſtitutione canonica permittuntur permanere copulati, & non eſt hoc ſecundum diſpenſationem, ſed ipſo iure, & de rigore, quia potius contrarium faciendum male fieret. Primo quia quos Deus coniunxit homo ſeparare non poteſt neque debet, ſed omnes illi dicuntur a Deo coniuncti, qui non ſunt contra eius mandatum, vel prohibitionem copulati, vt dicit Auguſtinus in Epitola ad Pollitium, & habetur 23. quaſt. 1. c. ſic enim, Paganis autem contrahentes in gradibus vetitis apud nos, non contrahunt contra dictā legem, quia illa nihil horum vetat, ergo non licet alicui homini illos ſeparare, quia a Deo coniuncti ſunt, ergo neque cum eis diſpenſatur, vt maneat copulati, quia diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio, & illi cum quibus diſpenſatur, vt maneat, non debent manere de rigore iuris. Secundo idem magis aperitur, quia iſti quibus eſt talis contractus, aut contraxerunt in gradibus ſola conſtitutione humana vetitis, aut in illis, qui quondā erāt diuina lege vetiti: ſi enim in primis, non impeditur matrimonium, quia infideles non arctantur conſtitutionibus canonicis in c. gaudemus. ergo non obſtanti bus conſtitutionibus illis, ita contrahunt legitime ac ſi nullę tales conſtitutiones fuiſſent, quia vt diximus edictum de contrahendo eſt prohibitorium, & per conſequentiam, quę non excluditur, admittitur: ſed per conſtitutionem canonicam de gradibus non arctantur infideles, ergo admittuntur ad legitime contrahendum in illis gradibus, ſi autem eſſent illi gradus diuina lege quondam vetiti, non arctantur infideles illa lege cū iam illa ceſſauerit, quia etiā tempore, quo il-

F la manebat, non obligabantur Paganis ad illam ſeruandam, ſed ſoli Iudæi, ergo nullus gradus eſt Paganis illicitus per has leges. Tertio patet, quia Paganis ſi contraxerunt ſecundum legem ſuam, aut conſuetudinē patrię legitime contraxerunt: ſic enim dicitur 28. quaſt. 1. c. ſi quis. ſ. item illud, ſ. legitimum coniugium eſt, quod legali inſtitutione, vel prouincie moribus contrahitur, & tñ qui legitime cōtraxerunt, ſuo iure permanent copulati, ergo non indigent diſpenſatione aliqua. Quarto quia de diuort. c. gaudemus. de iſtis Paganis, qui contraxerunt in gradibus illicitis inter nos dicitur libere poſſunt, & licite remanere coniuncti, ergo nulla diſpenſatione opus eſt ſi libere poſſunt remanere: nam ſi diſpenſatione opus eſſet non poſſent libere remanere copulati, ſed prius diſpenſationem petent. Quinto patet ex ratione, quę redditur eod. c. gaudemus. in hoc caſu, ſ. cum per ſacramentum baptiſmi non ſoluantur coniugia, ſed crimina dimittantur, & idem patet 28. quaſt. 2. c. ſi quis habuerit. ergo ſi quando inter Paganos cōtrahit eſt matrimonium tenuit, tenebit in conuerſione, neque poterit diſſolui, & tamen qñ inter aliquos eſt matrimonium, licitum eſt eis manere ſimul, & coniugalia opera exercere, ergo ſi erant infideles prius coniuges licebit eis conuerſis ad Chriſtū ſimul manere, & diſpenſatio nulla erit neceſſaria. Ad ſciendum autem, qd matrimonium inter eos tenuerit non requiritur aliud, niſi qd legibus, vel conſuetudinibus prouincie contractum fuerit. Ergo cum taliter fuerit contractum etiam ſi ſit in gradibus apud nos vetitis, ſuo iure, & ſine diſpenſatione manebunt copulati.

Ad punctum argumenti quarti quaſt. 145. Quaſt. CLXVII.

CVM autem dicebatur, qd erat diſpenſatio, quia in alleg. c. Deus qui, de diuort. dicitur concedimus, vt matrimonijs contractis cum relictis fratrum vtantur, quę ſunt verba diſpenſationis. Dicendum quod videtur eſſe diſpenſatio, & nō eſt, & hoc, quia ſi inter nos talis copula deberet eſſe licita, non poterat fieri, niſi ex diſpenſatione, quantum ad infideles autem ſm ſe eſt licita, quia illi ſi infideles futuri erant fideles, & tñ v̄, qd p̄formandi erāt nobis in omnibus, quicquid autem eſſet, in quo non confirmarentur, videretur eſſe ex conſeſſione Eccleſię, & hæc conſeſſio ſonat in modum diſpenſationis, tñ non eſt proprie diſpenſatio. Cum autem confirmatur adhuc iſtud, quia ponitur ibi cauſa diſpenſationis, ſ. pp infirmitatē gentis eiſdem ꝓcedimus, & c. in quo v̄, qd de rigore iuris aliter agendum eſſet, tñ pp infirmitatem gentis de nouo conuerſe, quę non ſuſtinet rigorem, ſed manſuetudinem, conceditur. Dicendum eſt, qd ſi de rigore ageretur liceret manere taliter conuerſis copulatis in matrimonio, quia tñ ex hoc videbat ſequi ſcandalum alijs, qui iam in fide erant, non debebat permitti, quia multa ſunt alias licita, quę pp ſcandalum fieri vetantur, & non ſolum ſunt licita, quibus licet vti, & non vti, ſed pp ſcandalum ab eis ceſſatur, ſed eſt quędam ſunt fieri neceſſaria, a quibus ceſſatur pp ſcandalum, & pater circa iſtos eodēdem Liouienſes nouiter conuerſos, de quibus hic d̄r: nam in Ecclēſia Dei, ſicut ſunt multe religiones, ita eſt diuerſitas habituum in figura, & colore. Inceperunt autem iſte religiones eſſe apud Liouienſes in conuerſione ſua, quia religioſi veniebant aliunde, vt plantarent religionem in terra illa, & fundarent monaſteria: Liouienſes autem videntes eos in diuerſo habitu ſcandalizabantur, quaſi nō eſſent omnes vnus fidei cum difereparent in habitu, ideo iubet ibi Papa, omnes religioſos,

Ad confirmationem quarti arg. 145.

Religioſo rū habitus vnde varij ſunt figura, & colore.

Religioſos ſate in ueſte ſuperiori debere eſſe cōformes.

Nota de Anglicis nouiter conuerſis pp Gregorij primi.

ſos licet ſint diuerſarum profeſſionum conuenire in vnam veſtem ſuperiorem extra de vita, & hone. cleri. c. Deus qui. & eſt pars huius c. Deus qui, de diuort. vt patet ex ſuperſcriptione: ergo ſicut ibi ad tollendum ſcandalum Liouienſium nouiter conuerſorum, & eorum, qui conuertendi erant religioſi cogebantur eundem habitum habere cum alias tenerentur habere diſtinctos, ita nunc propter ſcandalum fidelium de diſparitate morum nouiter conuerſorum debebant nouiter conuerſi non manere copulati in gradibus illis, in quibus contraxerunt, & tamen quia p̄ualuit infirmitas nouiter conuerſorum, quā ſcandalum fidelium antiquorum, conſeſſum eſt nouiter conuerſis, vt manerent in gradibus, in quibus contraxerant, in quibus ſecūdam rigorem matrimonij manere licebat, & ſecundum ſcandalum non licebat. Aliter poſſet dici, qd erat vera diſpenſatio, & non liceret niſi ex diſpenſatione, vt ſi intelligamus, qd nouiter conuerſis Liouienſibus liceret tenere vxores, quas acceperant dum eſſent infideles, & de nouo etiam alias accipere poſt conuerſionem, hoc tamen non niſi in nouitate conuerſionis, poſtea verò non liceret ꝓcedente tēpore, quia tunc matrimonia eorum, qui contraherēt poſt conuerſionem non tenerent, niſi diſpenſaretur, vt ſic contrahere poſſent. Simile fecit B. Gregorius circa Anglicos, qui tempore ſuo fuerūt conuerſi: nā erat tunc vetitum omnibus Chriſtianis cōtrahere in quarto gradu, & ipſi conſeſſit ſpecialiter, vt contraherēt in quarto gradu, & hoc ſolum quādiu durabat in eis illa nouitas, & infirmitas, poſtea autem iuſſit, vt non ꝓtraherent in illis gradibus, ſed ſicut ceteri Chriſtiani. 35. q. 3. c. quod ſcripſi. & ponitur ibi eadē cauſa, quæ de Liouienſibus: nam dicitur ibi, qd iſtis propter infirmitatem cōcedebatur vti matrimonijs cōtractis in Paganismo gradu apud nos vetito, ſine ſi non permittentur hoc facere retrocederēt a fide, ſic Gregorius dixit de Anglicis, quod ſcripſi Anglorum gēti, quę nuper ad fidem venerat, ne a bono, qd inceperat metuendo aſteriora recederet ſpecialiter, & non generaliter certiffimē me ſcripſiſſe cognoſcas, ſi iſtud teneamus eſſet propria diſpenſatio: ſed non eſt verū, quia Liouienſibus fuit cōceſſum, vt poſt conuerſionem aliquanto tempore liceret eis accipere vxores fratrum ad ſuſcitandum ſemen, ſed ſolum qd vterentur matrimonijs taliter contractis ante conuerſionē, & fuit expreſſe vetitum taliter copulari poſt conuerſionem, eū dicitur: Concedimus vt in matrimonijs contractis cum relictis fratrum ſuorum vtantur, ſi tñ fratribus ſine prole decedētibz, vt ſemē defuncti iuxta legem Moſaycam ſuſcitarent cum talibus contraxerunt, ne tales ſibi de cetero poſtquā ad fidē venerint copulent prohibentes: & ideo prior ſolutio teneatur.

An licebat infidelibus conuerſis ſine diſpenſatione manere copulati, vt prius ſi non ſequeretur ſcandalum. Quaſt. CLXVIII.

SE d̄ adhuc quaeretur quid ſi non attenderetur infirmitas gentis nouiter conuerſe, & non cōcederetur eis aliquid pp infirmitatē, an manerent copulati, vel diſſolueretur matrimonium propter ſcandalum. Dicendum ſicut ſupra declaratum eſt. qd ſm rigorem licebat his manere in matrimonijs ſic cōtractis cum legitime ꝓxiſſent, ſm ſcandalum aut ſi attendere non licebat manere, & tñ quia pp ſcandalū nō eſt veritas relinquēda, de reg. iur. c. qd ſcandalizauerit, & ibi fuit, & adhuc manet verum m̄rimonium non diſſoluetur, ſed recedat a cohabitatione. Primū patet, quia legitime contraxerunt in hoc gradu, dū eſ-

Quaſt. ꝓꝓ ꝓcedenti.

A ſent infideles, matrimonij aut legitimum nō diſſoluitur per conuerſionē ad fidem. 28. q. 2. c. ſiquis. ideo quantumcunque ſcandalū eſſet, non dirimeret m̄rimonium: nam ſi dirimeretur, liceret vtrique eorum tranſire ad alia vota, & illud eſſet adulterium, cum nenter poſſet verē ſolui a lege alterius. Secundū patet, quia ſepe manente vero m̄rimonio inter aliquos ſit diuortij quantum ad cohabitationem, & actus coniugales, neque id ceſſat m̄rimonium, & licet ſeparentur ſemper ſunt coniuges, vt d̄r de diuort. c. quaſiuit, ita & nunc pp ſcandalum licet eſſent veri coniuges ſeparantē, non tñ daretur eis licentia tranſeundi ad alia vota, cum eſſet inter eos adhuc verū m̄rimonij: ideo cogentur continere. Et quia iſta eſt magna diſſicultas, non ſeparantur, ſed permittuntur cohabitare eſt ſi de hoc ſcandalizentur alii. Nam multum ꝓiudicaretur eis per conuerſionē, ſ. qd cogentur continere, qd eſt opus perfectorum, & hoc innuit litera eo. c. Deus qui, cum dicit pp infirmitatem gētis eiſdem concedimus, vt m̄imonijs ꝓctis cū relictis fratrum ſuorum vtantur, ſi hoc non concedimus ad vitandū ſcandalum aliorum fidelium, debent cogi taliter conuerſi ad contrahendū, ſed ad hoc eſt in eis magna infirmitas: nam continere corporaliter eſt opus virorum perfectorum, & in charitate ſolidatorum: iſti autē ſunt infirmi pp nouitatem conuerſionis, ideo nō debemus eos cogere ad hoc, & tñ neceſſe erat ſic fieri ſi non permittentur manere copulati, ergo ſic debuerunt ꝓmitti manere nō obſtante ſcandalo aliorū.

Argumenta contra ſuperius dicta ponuntur, quæ deinde in quaſt. 172. & 173. diſſoluntur. Quaſt. CLXIX.

SE d̄ adhuc obijciatur, qd ex diſpenſatione ꝓmittatur permanere copulati oēs, qui cū infideles ſint cōtrahunt in gradibus inter nos vetitis, & poſtea conuertunt, quia ſimiliter ex diſpenſatione cenſentur filij eorum legitimi, & nō ipſo iure, extra qui filij ſunt legi. c. gaudemus. ſ. prolem de infidelium coniunctionibus natā, qui in ſecundo, vel tertio, vel vteriori gradu ſm opinionem illorum matrimoniali contraxerunt affectu, poſt fidem receptā vtilitate publica ſuadēte legitimam volumus reputari. Ex hoc apparet, qd non erat matrimonium inter eos legitimum: nam de legitimo matrimonio proles eſt legitima, & nullus alius eſt proprie modus faciendi legitimam prolem, niſi cum ex legitimo m̄rimonio nāſcitur, & talis proles eſt in patria poteſtate, quę ex legitimis nuptijs procreatur, & tamen iſta proles nō eſt legitima, ergo nō eſt matrimonium legitimum. Primū patet, quia dicitur legitimam volumus reputari, in quantum dicit volumus, ſignat qd eam legitimam efficit, & qd non erat de ſe legitima. Scđo, quia dicitur reputari ac ſi dicat credat legitima, vel teneat ſic: quemadmodum legitimatus nō eſt legitimus, & tñ quantum ad ea, quę iuris ſunt, vt legitimus hē, & pari iure gaudet. Tertio, quia d̄r vtilitate publica ſuadente, & iſtud magis facit, quia iſta eſt cauſa motiua ad legitimandum: nam ſiquis eſt legitimus, ſiue vtilitas publica ſuadeat, ſiue non, debet haberi, vt legitimus, & iſti non reputantur legitimi, niſi ſuadente publica vtilitate: ergo non erant legitimi, ſed legitimantur beneficium iuris ſuperueniente fide, ſicut ſiquis non cōiugatus ex ſoluta ſuſcepit filios ſunt illegitimi, ſi autem cum ea poſtea contrahat ſuperueniente matrimonio efficiunt legitimi. eod. titu. cap. tanta eſt vis. Quarto, quia dicitur: Qui in ſecundo, vel tertio, vel vteriori gradu ſecundum eorum opinionem matrimoniali contraxerunt affectu: & ita vides, qd nō erat ibi verum matrimonij, ſed ſolum ſm eorū opinionem,

S

nem,ergo neque licebit manere sine dispensatione. Quinto quia dicit ibi Glo. talis opinio non legitimat, sed legitimandi occasionem prestat, ergo non erant legitimi, sed legitimantur a beneficio iuris, & ita inter eos non fuerat matrimonium,

An proles nata de conuersis copulatis in gradibus prohibitis sit legitima. Quæst. CLXX.

DICENDVM q̄ quodocunq̄ inter infideles contractum est matrimonium, q̄ inter eos tenuit, & fuit legitimum, p̄les inde nata legitima fuit inter eos, & ideo per conuersionem, neque legitima tur, neque legitimatione indigent cum iam legitimi essent, sicut si prius fuit matrimonium non soluitur per conuersionem ad fidē, neque ē de nouo firmat, sed manet sicut prius erat, & tñ inter infideles, q̄ p̄xerunt in gradibus vetitis cōstitutione canonica fuit verū m̄rimoniū, qñ p̄xerūt, & quādiu erant infideles, de cōsan. & affini, c. de infidelibus: ergo & postea manet: eo. cap. & de diuor. c. quāto, & c. gaudemus. Et q̄a ex m̄rimonio legitimo effici p̄les legitima necesse est prolē inde natam esse legitimā, & qñ ad fidem redierint tā parentes, q̄ filij non legitimantur, sed legitimos iā existere. Cum aut̄ arguebat̄ proles nata de tali copula non erat legitima, sed postea legitimabat̄, ergo non erat m̄rimoniū: cōceditur argumentum, sed falsum est antecedens: nā non legitimatur de nouo proles illa. Ad decretalem illā dicendū, q̄ p̄t dupliciter intelligi. Vno modo de m̄rimonio p̄cto i gradibus vetitis apud nos: alio modo de m̄rimonio p̄cto cum repudiatis, vel cū pluribus. In primo casu est proles ip̄o iure legitima, q̄a nascit̄ de legitimo m̄rimonio, & non legitimat̄ b̄nficio iuris. In secundo casu non est legitima, sed suadete utilitate publica legitimat̄ b̄nficio iuris. Circa q̄d cōsiderādum q̄ istud. c. gaudemus. est pars alterius. c. gaudemus. de diuor. & alterius gaudemus. de conuersi. coniu. vt patet ex sup̄ascriptiōibus eorum: iō istud est exponendum iuxta sensum illius. c. gaudemus. de diuor. vbi ponuntur tres casus dubitabiles de matrimonio infidelium, an sic copulati debeant manere post conuersionem ad fidem. Primus est si infideles contraxerint in secundo, tertio, vel vltiori gradu, q̄ gradus sunt apud nos vetiti constitutione canonica, & in hoc responderetur ibi, q̄ licite & liberē manebunt copulati significādo, q̄ si matrimonium verum fuerit ante conuersionem, quod per baptismum nō dissoluitur. Secundus casus est, quando infidelis habet simul multas vxores, & conuertitur omnes, an manebit cum omnibus illis, & respōdetur q̄ non, quia nō potuit tenere matrimonium cum omnibus, sed cū vna tñ; & ideo illam solam habebit in conuersione. Tertius est, quando quis infidelis habens vxorē legitimā repudiavit eam, & accepit aliā, de qua suscepit filios, & conuertuntur ambo ad fidem, an manere simul poterunt. Et responderetur, q̄ non quādiu vixerit repudiata, quia illa est legitima vxor, nisi illa renuat cohabitare conuerso, aut non sine contumelia creatoris, aut vt eum pertrahat ad mortale peccatum. In primo casu horum est matrimonium verum, de diuor. cap. quanto: ideo proles inde nata ip̄o iure est legitima, neque indiget alia legitimatione, & in isto casu non intelligitur, c. illud gaudemus. In secundo autē casu, & tertio matrimonium non tenuit, sed fuit adulterium, ideo proles inde nata erat illegitima, & tamen in fauorem fidei legitimatur per conuersionem ad fidem ip̄o iure, & hoc est verum, quod fit legitimatio suadente publica utilitate, id est fauore fidei; quia si non iudicarentur legitimi illi, qui prius

F inter infideles reputabantur legitimi, distraherentur a conuersione ne putarent̄ de deterioris p̄dōnis, & nō est mirandum, q̄ hoc concedat̄ p̄uersis ad fidē, cum ē non conuersis maiora concedant̄. C. q̄ si quis ex concubina genuit filios p̄ subsequens matrimonium cum eadē efficiuntur illi legitimi. eo. ti. c. tanta. Sed considerandum, q̄ licet fauore fidei reputentur legitimi, qui non erant: non tñ reputabunt̄, nisi illi, q̄ tales esse credēbatur dñ infideles essent: nā in illis duobus casibus putat̄ inter infideles esse matrimonium. si vnus accipiat plures vxores, quia talis est p̄seruado Paganorū in c. gaudemus. Et repudiata vxore accipere aliam licitū reputat̄ non solū fm̄ Paganos, sed ē apud Iudæos, ideo & p̄lem inde natā putant̄ l̄timam, quia de m̄rimoniis veris non p̄t esse, nisi proles legitima. Si tñ infideles suscipiant proles, q̄ fm̄ eos non reputent̄ legitimā, vt si de p̄cubinis, vel ex illis, cum quibus fm̄ eos p̄here nō licet, non legitimabuntur in conuersione ad fidē. Et patet, quia istud ponderat̄ in alle. c. gaudemus. l. qui in secundo, vel tertio, vel vltiori gradu fm̄ opinionem istorum matrimoniali p̄xerunt affectu: ergo illa proles infidelium, q̄ per aduentum fidei dēt legitima reputari, debet esse nata de matrimonio, aut vero, aut credito, secundum intentionem eorum, qui contrahunt, aliās semper manebit illegitima.

De legitimatione proles priuilegium in cuius fauorem detur. Quæst. CLXXI.

SE D obicit̄, q̄ sit inconueniens, quia sic maior fauor seruaret̄ eis, qui non conuertuntur, q̄ eis, qui conuertunt̄, cum inter infideles l̄timā efficiant̄ non nati ex matrimonio superueniente matrimonio in alle. c. tanta, & inter infideles non legitimantur, nisi ex matrimonio nati. Dicit̄ p̄t vno modo, q̄ istud priuilegium, q̄d fidelibus conceditur de legitmando prolem illegitimam dāt̄ in fauore m̄rimonii, & item extenditur ad infideles per conuersionē: nā si infidelis genuit filios ex concubina, & postea p̄xit cū ea, erunt illegitimi, qñ conuersi fuerint, idem si in infidelitate genuit̄ illi ex concubina, & post conuersionem acciperet eam in vxore vir ille legitimat̄ur filij, si tñ infidelis existens ex concubina prolem genuit, & cum ea contrahat postea manens in infidelitate non legitimatur proles. Et ratio est, quia beneficiū illius c. tanta, non extenditur ad infideles: causa est, q̄a sicut qui sentit onus debet sentire emolumentum: ita qui non sentit onus non debet sentire emolumentū, sed infideles non sustinet̄ onus p̄stōnum canonicarū de m̄rimoniis, nā p̄stōnibus canonicis non arctant̄ in c. gaudemus. de diuor. ergo neq; participabūt in emolumentis, vel b̄nficiis earundē p̄stōnum. sed l̄timatio illegitimę p̄lis superueniente m̄rimonio est b̄nficiū illius p̄stōnis canonice tanta. ergo non participabunt infideles hoc b̄nficio. A p̄t p̄t dici ad argm̄. principale, q̄ maior est fauor fidei, q̄ m̄rimonii: nā seruat̄ i conuersione ad fidē illud, q̄d in superuenienti m̄rimonio: nā illi qui non sunt l̄timā, neq; ex m̄rimonio nati sunt legitimi in conuersione, q̄a natus de sc̄da vxore post repudiatam primā illa viuente non nascit̄ de m̄rimonio, & tamen legitimatur per conuersionem, si nati de pluribus vxoribus simul habitis ab eodem viro nō nascuntur de matrimonio, & tamen legitimi sunt secundū sensum supra datum, Secundo & p̄cipue, q̄a aliquid fit, quod non est inter infideles: si quis non coniugatus accipiat p̄lem de soluta legitimat̄ illa p̄ sequens matrimonium cum eadem, si tñ ille sit coniugatus, & viuente coniuge prolem suscipiat de soluta, cū qua p̄hat, mortua vxore non legitimat̄ proles. eo. c. tanta. Eodē modo si non esset coniugatus, & de coniugata acciperet p̄lem,

A lem, cum qua mortuo viro illius contraheret, non efficeretur proles legitima, & tamen inter infideles istud sit superueniente fide, vt si quis habebat multas in vxores simul, alique illarum erant non vxores, & tamen omnium legitimantur proles. Idem si quis repudiata legitima accepit aliam, vel repudiata ab alio accepit, & habuit inde prolē, in omnibus his casibus legitimatur proles, & tamē in omnibus his casibus accipitur proles de vxore aliena, vel coniugatus gignit ex non sua: ergo maior fauor est hic, q̄ inter fideles per beneficium illius cap. tanta.

B Sed potest obijci, q̄ non sit hic maior, quā inter fideles: nam istud prouenit propter ignorantia, quia infideles putant esse in his casibus matrimonium, & ideo cōsequenter prolem legitimam, si autem acciperent prolē, quæ apud eos putaretur nō legitima, non legitimaretur per conuersionem, vt supra dictū est. Ignorantia tamen etiam inter fideles fecit prolē legitimam, vt si aliqui contraxerunt in gradu affinitatis, vel consanguinitatis verito nescientes, vel aliquis putans mortuam vxorem verisimiliter contraxit cū alia, & in similibus, in q̄bus potest interuenire error, licet matrimonium non sit proles inde nata reputatur legitima, qui filij sunt legi. c. ex tenore, q̄ pro tñc reputabatur illud esse matrimonium. 34. q. 2. cum per bellicam. Sed diceretur, q̄ non est idem, sed legitimam maior fauor ex parte infidelium conuersorum, quia in infidelibus est error iuris in casibus dictis: in ip̄is autem fidelibus in casibus datis est error facti, error autē iuris non excusat, error vero facti excusat, & tamē in errore iuris legitimatur proles conuersorū, ergo maior fauor eis datur.

C Dicit̄ potest, q̄ non est verum, q̄ non est iste in infidelibus error iuris, sed potius facti, cum secundū statum illorum non censetur illud ius, vel si dicamus, q̄ illud est ius, & ideo ignorat ius: dicendum q̄ est error inuincibilis pro illo statu cum cognitio huius iuris dependeat ex cognitione fidei, qua non habita, non possunt scire se errare; ideo quantum ad hoc excusantur, & iudicatur proles legitima. Potest igitur dici, q̄ primū dicebatur, C. q̄ disparata sunt priuilegia illarum duarum constitutionum, l. c. tanta, & c. gaudemus, & vtraque gaudent infideles in conuersione secundum modum supra datum, ideo maior est fauor conuersionis ad fidem, quā matrimonium.

E Ex p̄dictis apparet, q̄ si infideles contrahant solū in gradibus inter nos vetitis non legitimatur proles sua per aduentum ad fidem, sed prius erat legitima ip̄o iure. Si autem infidelis simul multas habuerit vxores, aut contraxerit cum repudiata ab alio, vel ipse repudiata legitima cōtraxerit cum alia ea viuente, p̄les hinc nate sunt illegitimę, & per aduentum ad fidem legitimantur beneficio canonis illius gaudemus, & hoc in fauorem fidei. Istud tenet Glo. eiusdem cap. gaudemus, sic & doctores Iuristę.

Intentionem, & verum intellectum cap. gaudemus exprimit, & argumenta superiora soluit. Quæst. CLXXII.

DICENDVM autem q̄ istud est verum sine dubio, & tamen non videtur ista esse intentio illius cap. gaudemus, q̄ distinguant̄ isti casus, sed q̄ in primo casu, l. quando infideles contrahunt in gradibus a canone vetitis, & hoc patet ex litera, quia ad exprimendum illum sensum deberet litera esse generalis, vt nullus casus in ea exprimeretur, sed diceretur prolem de infidelium conuersionibus natam cum secundum ip̄orum opinionem matrimoniali contraxerint affectu post fidē receptam utilitate publica suadente legitima volumus Alph. Toft. In Primum Regum,

reputari, & tunc comprehenderentur omnes casus, in quibus infideles matrimonio inter eos credito prolem suscipiunt, sed dicitur prolem de infidelium cōiunctionibus natam cum secundo, vel tertio, vel vltiori gradu secundum illorum opinio nē m̄rimoniā cōtraxerunt affectu legitima volumus reputari, ergo videtur quod ad illū casum, quo in his gradibus contrahitur extendat̄ dispositio huius c. gaudemus.

Est dicendum q̄ p̄cedentia vera sunt, q̄ in omnibus tribus casibus supra positis proles infidelium sit legitima, in primo ip̄o iure, in alijs duobus per beneficium huius c. gaudemus, eo modo, quo doctores illud intelligunt, & bene, licet litera de solo primo casu in cortice sonare videatur, accipiendo tamē litera eo modo, quo iacet dicendum, q̄ non concludit argumenta facta supra q. 169. Ad primum dicendum, q̄ verba ibi posita sonant in dispensationem, & tamē nō est dispensatio legitimatio, sed ip̄o iure legitima est talis proles. vtitur tamen Papa ibi illis verbis non ad signandum, id quod vere fit, sed ad ostendendum id, quod nobis fieri videtur: nam nos si in talibus gradibus cōtraxissemus non posset, inde nata proles esse legitima, nisi legitimaretur. Cum igitur infideles trāseant in nostrum ritum, videtur q̄ idem de eis debet iudicari, & sic dicitur volumus legitimam reputari, non quidem legitimam faciendo, sed legitimam ostendēdo eis, qui de hoc dubitare rationabiliter poterant. si tamen acciperetur in duobus secundis casibus bene diceretur volumus, quia per hoc legitimaretur cum non esset ip̄o iure legitima. Ad secundum dicendum, q̄ reputari est verbum iuris, & signat id, quod ius confert, etiam si natura non contulisset, & est q̄ non legitimus habeatur pro legitimo, vt si non sit legitimus quantum ad veritatem, & habeatur, vt legitimus quantum ad iura legitimorum, & hic proprie accipitur quantum ad duos casus vltimos, in quibus non est proles legitima, & legitimatur beneficio iuris, quod est legitimam reputari. Accipiendo quantum ad primum sensum, vel casum per hoc verbum reputari tollitur dubium, & nō confertur ius, sed dubitatur a fidelibus an tales deberent haberi, vt legitimi, & responderetur q̄ sic, scilicet, quia ip̄o iure sunt legitimi cum de legitimo sint matrimonio nati, id q̄ vt legitimi habeantur. Ad tertium dicendum, q̄ istud maxime signat legitimationem cū dicitur utilitate publica suadente, quia est causa motiua ad concedendum hoc, & ideo accipitur melius in secundo, & tertio casibus, in quibus non erat proles ip̄o iure legitima, quia, non de matrimonio nata, ideo legitimatione eger quam æquum est dari in fauore fidei, & hoc est suadere utilitatem publicam, l. vt facilius conuertantur.

Ad secundum argumentum.

Et tamen dico, quod adhuc in primo casu potest hoc accipi: nam licet esset matrimonium, & ideo ip̄o iure proles inde nata esset legitima, vti Papa his verbis quantum ad nos: nam secundum nostram cōsuetudinem non poterat talis proles ip̄o iure legitima esse, sed ex beneficio iuris, & quia cōuersi debēt nobiscum eundem modum viuendi habere, sicut fidem eandem acceperunt, videtur etiam quod inter eos non poterat talis proles esse legitima, nisi legitimaretur, & ad satisfaciendum, vel descendendum huic modo credendi, dicitur quod reputatur legitima suadente utilitate publica, i. conuersione ad fidem. Et patet hoc, nam etiam in his quæ ip̄o iure talia sunt significat Papa aliquid cōcedere in fauore fidei, sicut de diuor. cap. gaudemus, vbi est ille idem casus, quia illa decretalis, & ista sunt eadem. Simile ponitur, scilicet, quod matrimonium sit verū, quod p̄trahit̄ inter infideles in gradu secundo, tertio, & vltioribus,

Ad primū argumentum.

Ad secundum argumentum.

Ad tertium argumentum.

terioribus, & q non potest per aduentum fidei dissolui, & tamen dicitur, q in fauorem fidei permittuntur tales copulati, cum dicitur, & in praeiudicis gradibus a paganis matrimonium, quo ad eos licite sit contractu, qui constitutionibus canonicis non arctantur. In fauorem praesertim christianae religionis, & fidei, a cuius perceptione per uxores se deserunt timentes, viri possunt facilius reuocari: fideles huiusmodi matrimonialiter copulati liberè possunt, & licite remanere coniuncti, cum per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur. Nam hic multa sunt, quae significant matrimonium de se esse legitimum, ut cum dicitur, quod licite est contractum ab illis, qui in illis gradibus non impediuntur contrahere, utpote nulla constitutione canonica arctante eos. Etiam quod est matrimonium legitimum concluditur ibi, quia possunt licite, & liberè remanere copulati, quod significat ipso iure licere, & non per dispensationem, vel fauorem aliquem. Et quod plus est, quia non solum licite tales manent iure suo copulati, immo nullus potest eos separare, cum dicatur, quod per baptismum tollantur crimina, & non coniugia, & tamen cum his omnibus addidit, quasi rem impertinentem, immo potius aduersam, quod in fauorem fidei praesertim hoc permittitur, vel fit: & tamen certum est, quod hic nullus fauor erat necessarius, sed dicendum est, quod his verbis utitur Papa ad significandum, quod etiam solus fauor fidei faceret, quod manerent copulati isti conuersi, si aliq causa sufficientes non occurrerent, & tamen fidei: in praesenti autem, ita est quantum ad istum casum, quia cum matrimonium verum sit inter infideles est proles ipso iure legitima, & ideo in conuersione non indiget legitimatione aliqua, & tamen si indigeret legitimatione, decerneret eam legitimam per conuersionem suadente equitate, vel utilitate publica.

Ad quartum argumentum questionis 169, Quaes. CLXXIII.

AD quartum dicendum, q matrimonium inter infideles verum, & legitimum est, cum contrahitur in secundo, & tertio, & vltioribus gradibus, & ideo proles inde nata legitima est. Cum autem dicitur secundum eorum opinionem: dicendum quod istud nihil minuit de veritate matrimonii. Nam verè contrahitur matrimonium inter infideles, de diuor. capit. quanto. & in istis gradibus, scilicet secundo, & tertio, si contrahatur inter eos est verum, & licitum matrimonium. eodem titulo, capitul. gaudemus. vbi primum dicitur: vtrum Paganus uxores accipientes in secundo, vel tertio, vel vltiori gradu sibi coniunctas, sic coniuncti debeant post conuersionem suam remanere, vel ab inuicem separari, & postea additur, & in praemissis gradibus a Paganis licite sit contractum, qui constitutionibus canonicis non arctantur, & ita ostenditur, quod ibi sit legitimum matrimonium, non solum quantum ad opinionem infidelium, sed etiam quantum ad veritatem, cum ostendatur ibi causa huius veritatis, scilicet, quod infideles non arctantur constitutionibus canonicis, & ideo illis non obstantibus, ita licite contrahunt in his gradibus, ac si nullo modo essent vetiti, & tamè si nullo modo essent vetiti, tam apud nos, quam apud eos in his gradibus esset legitimum matrimonium. Ergo cum apud eos non sint vetiti, quia constitutionibus canonicis non arctantur, erit vere legitimum matrimonium, unde non dicitur, q si matrimonium secundum eorum opinionem, quasi non sit secundum veritatem; immo est secundum veritatem.

F Sed quia dicitur ibi, q secundum ipsorum opinionem matrimonialiter contraxerunt, est considerandum, q aliqui infideles contrahunt secundum veritatem, aliquando secundum eorum opinionem. Primum est, qn contrahunt in gradibus, in quibus nos contrahimus: nam nulli horum illicitum est habere in gradibus, in quibus fideles contrahunt eo, q fideles in pluribus gradibus abstinere, quam infideles, unde matrimonium, quod apud nos reputatur legitime contractum, reputabitur a fortiori inter omnes alias gentes. Etiam contrahunt infideles licite, ac legitime quando contrahunt in gradibus permixtis secundum leges suas, aut consuetudines, et si apud nos illiciti sint, sicut quando Iudaei contrahunt in secundo, & tertio, & quarto gradibus, qui secundum legem Moysi, & leges Paganorum liciti sunt ad contrahendum, & est tunc matrimonium legitimum, & verum non solum quantum ad eorum opinionem, sed etiam quantum ad nostram, & quantum ad veritatem, nam nos asserimus tale matrimonium inter eos valere quamuis inter nos non valeret, & ita accipitur, de diuor. cap. gaudemus. Aliquando est matrimonium secundum opinionem infidelium, & non est secundum veritatem, ut quando infidelis accipit multas in uxores, nam putat omnes esse uxores, & filii omnium reputantur legitimi, ac si essent verè uxores, & tamè non sunt, quia non potest matrimonium contrahi cum multis simul cum sit contra Christi sententiam: etiam si repudiet infidelis uxorem, & aliam accipiat, putat esse matrimonium cum illa, & quae cum repudiatur contrahit, putat esse matrimonium, quia leges suas, & consuetudines hoc habent, & tamen non est hoc matrimonium secundum veritatem, sed adulterium, ut colligit Mat. 5. & 19. c. & de diuor. c. gaudemus.

G Cum autem dicitur extra qui filii sint legi, ca. gaudemus. de infidelibus, q secundum eorum opinionem in secundo, tertio, & in vltiori gradu matrimonialiter contraxerunt, non est accipiendum in isto secundo modo, quia tunc nequaquam esset matrimonium inter eos, sed ipsi solum per errorem putarent, & tamen in illo casu verum est matrimonium, quia isti non arctantur constitutionibus canonicis, de diuor. cap. gaudemus. Ideo dicendum, q accipitur secundum eorum opinionem, i. secundum eos, vel eorum consuetudinem. s. quantum ad eos tenet matrimonium, & tamè quantum ad nos non tenet. i. si inter nos taliter contraheretur matrimonium, & hoc apparet, quia ut dictum est vtrunque. c. gaudemus. est idem: ideo verba vnius debent intelligi per verba alterius, sed in c. gaudemus. de diuor. dicitur in praemissis gradibus. s. secundo, tertio, & quarto a Paganis, quo ad eos matrimonium licite sit contractum, qui constitutionibus canonicis non arctantur, i. quantum ad eos, vel inter eos tale matrimonium tenet, quia non sunt eis illi gradus vetiti, cum non arctentur constitutionibus canonicis, & inter nos. s. non teneret, quia isti gradus sunt vetiti constitutionibus canonicis, quibus nos arctamur. Ergo cum in c. gaudemus. qui filii sint legi, dicitur secundum eorum opinionem matrimonialiter contraxerunt affectu, est intelligendum, i. quantum ad eos, vel secundum eos. s. si potuerunt in talibus gradibus contrahere, & nos non possumus.

H Ad quintam rationem dicendum vno modo, q dicitur Glo. non est per assertionem, sed in argumentum, quia postea ibidem declarat, q illi nati de infidelibus ipso iure sunt legitimi, & ita non legitimantur, nec illa opinio praestat eis occasionem legitimandi. Alio modo potest dici, q Glo. non loquitur specialiter in isto casu, ca. gaudemus. sed generaliter, q opinio de matrimonio non facit legitimam prolem, qn matrimonium non est verum, sed beneficio iuris reputatur legitima,

Ad quintam argum. q. 169.

A legitima, vt eo. tit. c. ex renore, & tale est quantum ad tales natas de matrimonij reputatis ab infidelibus, quae non sunt verae matrimonia, vt quando habet infidelis multas in uxores, aut quando repudiata legitima contrahit cum alia, vel alius cum repudiata: nam in his omnibus putant infideles esse matrimonium, & non est de diuor. cap. gaudemus; ideo nec proles est legitima, & tamen ista eorum ignorantia, vel error praestat occasionem legitimandi prolem, & legitimitur beneficio iuris per conuersionem ad fidem, vt colligitur ex eodem ca. gaudemus, qui filij sunt legitimi secundum verum intellectum Glo. & doctorum.

Quid requiratur, vt matrimonium infidelium sit legitimum. Quaes. CLXXIII.

EX praecedentibus autem colligitur, quod ad hoc quod sit matrimonium licite contractu & legitimum inter infideles non requiritur, nisi quod contrahant secundum suas leges, aut consuetudines, & non requiritur, quod Paganus contrahat in gradibus licitis secundum legem Moysi, sed solum quod sint liciti secundum leges ipsorum Paganorum: unde si taliter fuerint copulati, etiam si in aliquo gradu prohibito inter iudaeos, iudicabitur eorum matrimonium legitimum, & si conuertatur permittentur ab Ecclesia manere copulati in illo gradu, quia sicut Paganus non arctatur constitutionibus canonicis, & ideo licite contrahunt in secundo, tertio, quarto gradibus, in quibus non licet nobis contrahere, de diuor. cap. gaudemus. ita non arctantur lege Moysi: ideo licet eis contrahere in gradibus vetitis lege Moysi, nisi sint vetiti lege Christi, vel lege naturae, quae omnes obligat, sed lex Christi, nihil de gradibus dixit, ergo solum attendendum est an sit aliqua gradus vetitus iure naturae, quia in illo non tenebit matrimonium, nec permittetur copulatio.

Ex hoc etiam aliud infertur, scilicet, quod quomodoque matrimonium tenuerit inter infideles si conuertantur ad fidem, manebunt sic copulati, quia baptismus non soluit coniugia, sed crimina tollit in alleg. capit. gaudemus: cum ergo prius tenuisset matrimonium inter infideles, tenebit etiam post conuersionem.

An infideles coniuges conuersi ad fidem permittantur manere copulati in quocumque casu, si contraxerant secundum leges, & consuetudines patriae suae. Quaes. CLXXV.

SED quaeretur an in omni casu infideles coniuges conuersi ad fidem permittantur manere copulati. Dubium autem est, quia interdum copulantur in gradibus propinquissimis. Dicitur q, aut matrimonium est contractu intra gradus concessos Iudaeis, aut extra, si in gradibus illis, non est dubitatio aliqua, quin maneat licite copulati, quia certum est, q matrimonium potuit tenere, cum Deus hos gradus Iudaeis concessisset, & concessi ab eo licite sunt. Aut contrahitur extra illos gradus, & tunc aut contrahitur inter ascendentes, & descendentes, vt si filius cum matre contrahat, vel pater cum filia, nepos cum auo, auus cum nepte: nam isti non computantur in gradu aliquo cum sint ascendentes, & descendentes, & gradus solum computantur inter transuersales 25. q. 5. c. ad sedè, aut contrahitur in aliquo gradu, vt pote in primo, s. inter fratrem, & sororem, aut in quocumque gradu affinitatis. Si primo modo, dicitur q non permittentur copulati taliter contrahentes post conuersionem, quia istud non est matrimonium, sed

Alph. Toft. In Primum Regum.

A incestus & flagitium, si autem obijciatur, q fuit matrimonium legitimum. quod contraxerint secundum mores patriae suae; & non requiritur aliud ad hoc, q matrimonium sit legitimum.

Dicendum quod non permittuntur manere copulati, quia matrimonium istud cum contractu fuit, non tenuit: nam si tunc tenuisset infallibiliter diceretur postea tenere cum baptisimus non soluat coniugia, & consequenter permittentur copulati manere, & quia nemo disjungere potest, quos Deus coniunxit, sed non tenuit istud matrimonium, quando contractum est, quia non fuit legitime contractum. Et quando obijciatur, quod fuit secundum leges, aut consuetudines patriae.

Dicendum quod si contra legem, aut consuetudinem patriae contractum esset in quocumque gradu contraheretur, reputaretur illegitimum, & tamen si secundum legem, aut consuetudinem patriae in tali gradu contractum est, aut cum tali persona non potuit legitimum fieri, eo quod non fuit vere contractum per legem, vel consuetudinem patriae: nam neque lex, neque consuetudo esse potest contra ius naturale. Nam seipsum negat, qui contra ius naturale agit, & quicquid constituitur contra ius naturale non merebitur nomen legis, sed vocatur secundum Arist. lib. 5. Ethic. apostolicae mensurae, id est lex carens ratione, & ita non est lex.

Et ita quando Semiramis regina Assyriorum constituit licere mulieribus accipere filios in viros, non fuit illa lex, sed nefas; & ideo non excusabatur contractus per talem legem, sicut si statueretur, quod liceret cuiilibet cognoscere uxorem alterius, aut inferre ei vim: nulla enim lex efficere hoc posset iustum, similiter, neque consuetudo hoc efficere potest, quia maior est auctoritas legis, quam consuetudinis cum consuetudo succedat legi, & pro lege accipitur quod lex deest, cum ipsa sit legum interpretis, & consue. cap. cum dilectus: & tamen lex non valet contra legem naturae: ergo multo minus consuetudo. immo si aliqua fuerit consuetudo contra ius naturae non vocabitur consuetudo, sed corruptela. eod. cap. cum tanto, & quanto diuturno tempore fuerit obseruata, tanto deterius erit, quia tanto maius peccatum generabit. eo. c. & de consan. & affin. c. non debet; ergo talis lex reputatur, vt non lex, & consuetudo reputatur, vt non consuetudo, unde manet, q talis contractus sit factus sine auctoritate legis, & consuetudinis; & ita sit illegitimus, & consequenter non debeant permitti taliter contrahentes cum ad fidem conuersi fuerint: nam si legem, aut consuetudinem vocamus omne, quod populus aliquis in usum deduxit, & consensu communi approbatur, sequentur inconuenientia: nam diceremus tunc licitum esse Sodomiticum vitium, cum apud quosdam barbaros pro malo non reputetur, & equaliter licere iudicetur virum tangere, & foeminam cognoscere, similiter scimus barbarorum Aethiopumque multos esse, qui matrimonio non vtantur, sed omnibus mulieribus indifferenter misceantur sine villo federe coniugali, vt sunt Garamantes, sicut asserit Solinus in Polistor. cap. de Aethiopiis; & tamen si tales conuertentur ad fidem non permittentur eis committere omnibus, sed cogentur matrimonij vt.

Sic autem est de quacumque lege, vel consuetudine, quae inter ascendentes, & descendentes matrimonia constituit: nam non est lex, sed abusus cum sit contra ius naturae, secundum quam debetur aliqua reuerentia cognationi, quae tamen tota abolebitur, si concedamus inter ascendentes, & descendentes fieri matrimonia.

S 3 Infideles

Infideles si contrahunt inter ascendentes, & descendentes conuersi ad fidem non permittuntur manere copulati.

Semiramis non excusatur de matrimonio cum filio propter suam legem. Consuetudo contra ius naturae est corruptela.

Lex Christi si nihil dicit de gradibus matrimonij.

Gradus matrimonij non computantur inter ascendentes, & descendentes, sed solum inter transuersales.

Infideles si contrahant cum personis vetitis in lege Moyfi propter affinitatem, vt socrus cum nuru, &c. secundum consuetudinem patrie sue conuersi ad fidem non separabuntur sed matrimonium censetur legitimum. Quæst. CLXXVI.

SI autem infideles copulati fuerint secundum legem, aut consuetudinem terre sue in aliquo gradu consanguinitatis, aut affinitatis, dicendum quod solum manet dubium de primo gradu, scilicet inter fratrem, & sororem: nam ceteri gradus consanguinitatis permisi sunt ad contrahendum in lege Moyfi, & ideo etiã in aliis gentibus poterant esse liciti. Sed quid de gradibus affinitatis? Dicendum, quod de affinitate minus dubium est, quia affinitatis gradus non sunt vetiti, nisi propter consanguinitatem, sicut dicit Aug. & habetur 35. q. 2. c. si vir, & vxor non iam duo, sed vna caro sunt, non aliter nurus est deputanda, quam filia, & ideo si consuetudo sit, vel lex apud aliquos infideles matrimonium contrahi cum oibus personis vetitis in lege Moyfi propter affinitatem, vel cum pluribus earum, non videtur esse contra naturam: ideo potest esse talis lex, aut consuetudo, & consequenter matrimonium inter eos cum talibus iudicabitur legitimum, id est in questione non separabuntur, sed licebit eos manere copulatos.

De primo gradu consanguinitatis, id est fratre, & sorore videtur esse dubium an possit per legem, vel consuetudinem esse licitum, & videtur dicendum, quod si aliqui infideles taliter copulati conuerterentur ad fidem, inter quos consuetum esset sic copulari, non deberet dirimi matrimonium, quia potuit esse legitimum cum sit contractum iuxta mores patrie. Nec est mirandum talem legem esse apud infideles aliquos, cum etiam apud Romanos, qui inter omnes Gentiles, maxime ratione utebantur, & politia, talis lex esset, quæ diu obseruata est, & usque ad tempora Gregorii aequaliter manebat, sic dicit Gregorius, & habetur 35. q. 3. capit. quedam lex, scilicet quedam lex Romana permittit, vt siue frater, & soror, seu duorum fratrum germanorum, seu duorum fororum filius, & filia misceantur.

De infidelibus certum est, quod non tenentur constitutione canonica de gradibus nostris, de duor. c. gaudemus. Neque est lege Moyfi, quia illa neminem nunc obligat, & quæ tenebat solos Iudeos obligabat, sed sola lege nature, & lege Christi, lex Christi hoc non vetat: de lege nature est dubium an sit contra eam. Et videtur dicendum, quod non. Primo, quia Deus in principio seculi fecit copulationem de fratre, & sorore, nam filii Adæ inter se miscebantur cum nulli alii essent, tam si hoc secundum se esset illicitum instituisset Deus aliter genus humanum. In pluribus indiuiduis, vt non contraherent fratres, vt supra dictum est, & tamen non fecit, ideo significauit non esse secundum se malum.

Secundo patet, & efficacius, quia quoniam Gregorius voluit prohibere talem copulationem non dixit, quod erat contra naturam, quod tamen diceret, vt esset dictum suum firmiter, & manifestiorem iniustitiam contineret, & tamen non dixit, sed solum quod ex talibus copulationibus pauca proles proueniebant, scilicet sed experimeto didicimus ex tali coniugio prolem non posse succrescere, ergo non significauit esse contra naturam, & ita non erit illicitum infidelibus, quibus talis est consuetudo coniugii in his gradibus. Nisi quis dicat, quod Gregorius significauit aperte istam copulationem esse contra ius naturæ, & contra Dei voluntatem in quantum dixit experimeto didicimus ex tali coniugio prolem non posse succrescere, sed Deus maledixit huic copulæ, & illud in effectu ostendit in quantum non permittit in cretice prolem, sicut quoniam maledixit ficulneæ, ait nunquam ex te nascatur fructus in sempiternum, Matth. 21. & Mar. 11. cap. sed dicendum, quod non stat, quia ibi loquitur

Gregorius de coniugio primi, & secundi gradus, scilicet fratris, & sororis, & filiorum duorum fratrum, & tamen secundus gradus in veteri testamento erat a Deo permixtus, & licitus indicatus; ideo non erat contra voluntatem, neque talis copulatio maledicta: voluit tamen Gregorius dicere, quod illa copulatio non erat multum honesta: maxime in nouo testamento, ideo quod non liceret Christianis contrahere in his gradibus. Sed dicendum quod licet inter aliquos Gentiles istud licebat communiter inter alios erat illicitum, & legibus vetabatur, sic inducit Ouidius, lib. 9. Meta. in verbis Biblidis amantis fratrem suum Caunum. vbi omnia se habere dicebat, nisi quod Caunus erat frater suus: nam ex hoc dicit scelus esse illi iugum, si tamen inter aliquos Paganos esset consuetudo, vel lex quod coniungerentur fratres, si ad fidem conuerterentur, videtur quod erant permittendi sic manere, quia matrimonium inter eos a principio tenuerat, quod per baptismum non dissoluebatur.

Quare leges seculares sanctorum Imperatorum non permiserunt Iudeos, & alios infideles contrahere secundum legem Moyfi, scilicet in 2. 3. & 4. gradu. Tamen leges canonice, scilicet Rom. Ecclesie permiserunt. Et de causa istarum legum, & an sint equis permittere, quam vetare. Quæst. CLXXVII.

OCASIONE autem precedentium adhuc est aduertendum, quod cum de duor. c. gaudemus, & de consan. & affinit. de infidelibus, quod si infideles copulati in secundo, tertio, & vltiori gradu ad fidem conuertantur permittuntur sic copulati, non est intelligendum, quod hoc dicitur quasi Ecclesia approbet, per hoc legem Moyfi, in qua ponuntur isti gradus, in quibus liceat contrahere, quia lex Moyfi iam transijt, & cessauit, ideo nemo tenetur ad obseruationem eius, neque ipsi Iudei, qui in ea viuunt immo obseruatio eius est iam mortifera, quia qui in lege putat se iustificari, non habet partem in Christo: ad Gala. 5. c. sed dicit illud ad ostendendum, quod tunc infideles conuersi ad fidem permittuntur manere in suis coniugijs, quando copulati fuerunt legitime, ita vt matrimonium teneret, eo quod matrimonium non soluitur per baptismum: vnde si tenuit dum contractum est inter infideles, tenebit post conuersionem. Si autem non tenuit dum contraheret non permittuntur copulati, qui conuertantur, scire autem an matrimonium tenuit inter infideles, vel non, dum contraheret, ex nullo alio habetur, nisi an secundum leges eorum reputaret licitum, vel non: si enim legibus eorum prouenit licitum est, aliis non, & tamen secundum leges tam Iudeorum, quam Paganorum licitum est contrahere in secundo, tertio, & vltioribus gradibus, ideo si sic contraherent iudicatur matrimonium legitimum, & verum, & non dissoluitur, si aliter, id est in alijs gradibus contraherent, leges sue permittunt, non est verum matrimonium, & intantum indicatur matrimonium contraherent per leges infidelium legitimum, & verum, in quantum non est contra legem Christi, vt supra dictum est, & patet in cap. gaudemus.

Sed circa hoc aduertendum, quia infidelium quidam sunt liberi, alij sunt sub potestate fidelium, qui sunt liberi regunt proprijs legibus, qui continentur secundum leges suas, & consuetudines, & matrimonium sic contrahunt est legitimum, vnde si tales ad fidem conuertantur manent sic copulati, in allegato c. gaudemus. Si autem sunt subiecti fidelibus, viuunt legibus, quas eis fideles imponunt, quas licite ponere possunt tanquam subditis, & potest eis dare leges de matrimonio, secundum quas contraheretur inter eos matrimonium legitimum, & si non contraxerint secundum illas, non erit matrimonium, sed fornicatio, & quoniam conuersi fuerint non permittentur sic copulati, cum non sit matrimonium.

1. q. 174. Redditur causa, & motus ditorum in ca. gaudemus. Quomodo

Quomodo leges seculares humana Imperatorum non permiserunt Iudeos contrahere secundum legem Moyfi. Quæst. CLXXVII.

SEd in hoc est aduertendum, quod leges humanae voluerunt totaliter Iudeos reducere ad obseruantiam Christianorum; & ideo non permiserunt eos contrahere secundum legem Moyfi, sed secundum consuetudinem Christianorum, vt patet. C. de Iudæ. & celi. l. nemo Iudeorum, l. nemo Iudeorum morem suum in coniugationibus, neque iuxta legem suam nuptias fortitur, neque diuersa sub vno tempore coniugia conueniat. Ex quo apparet, quod non licebat Iudeis contrahere in secundo, tertio, & quarto gradibus, sicut neque nobis licet; ideo de quatuor primis gradibus primi generis affinitatis. Etiam non licebat repudiare vxores, neque repudiatas ab alijs accipere, neque habere in eodem tempore multas vxores, quia nihil istorum nobis licet. Sed sciendum, quod canon mitius se habuit cum Iudeis, quam lex secularis: nam permittit eis contrahere in omnibus illis gradibus consanguinitatis, & affinitatis, in quibus lex Moyfi permittit, sed non permittit contrahere cum repudiatas, neque repudiare, neque simul plures vxores habere. Primum patet, quia de consan. & affini. c. de infidelibus, & de duor. c. gaudemus dicitur quod Paganus, vel infideles, qui contraxerunt in quarto, & tertio, & secundo gradu permittuntur permanere copulati, quia licite in his gradibus contraxerunt, aut verum fuit matrimonium inter eos, & tamen cum Ecclesia vetuisset Iudeis, & Paganis subditis temporali dominio fidelium contrahere in his gradibus non licet contraherent, & ideo quando conuerterentur non liceret eis manere sic copulatos, quia non essent coniuges. & tamen permittuntur manere, ergo ostenditur, quod licite contraxerunt, & ita etiam non vetuit. Secundum patet, quia si Paganus cum multis simul conuertatur coniugibus non permittitur cum eis, quia dicitur quod non est matrimonium, nisi cum vna, etiã si quis repudiata legitima accipiat aliam, cum qua ad fidem conuertatur non permittitur cum ea copulatus quoad repudiata viuunt de duor. c. gaudemus, & tamen si iudicasset hic esse matrimonium permittit manere in conuersione.

Cur Ecclesia non vetuit primum gradum, & vetuit secundum. Quæst. CLXXIX.

SEd dicitur, quod etiam non vetuit primum, & vetuit secundum istorum. Dicendum quod secundum non fuit necessarium Ecclesie prohibere, nec tamen potuit permittere, quia minor non potest dispensare in lege superioris, quia non potest ipsum soluere, vel ligare, de maio. & obe. c. cum inferior, & seruus non iubet fieri, quod dominus vetat 28. quæst. 1. c. sic enim: Christus autem vetuit fieri ista, ideo Ecclesia non potuit dispensare, vt fierent: nam Christus vetuit dari repudium, & accipi repudiatam ab alio, & etiam vetuit vxorum pluralitatem, vt colligitur Matth. 5. & 19. & ostensum fuit supra, cum autem a Christo istud vetitum esset, non oportuit quod postea Ecclesia illud vetaret, neque vetuit, quia satis vetitum erat cum illud Christus vetuisset, sed obseruat Ecclesia prohibitionem Christi iudicans non esse coniuges eos, qui contra illam prohibitionem fuerint copulati, & ita quando Paganus conuertitur cum multis vxoribus, vel cum illa, quam accepit repudiata legitima, non permittitur sic manere in alle. cap. gaudemus. Sed primum permisit Ecclesia, quia Christus illud non vetuit, neque erat per se malum: non Alph. Toft. In Primum Regum.

an determinauit Christus gradus aliquos, vel personas ad contrahendum, & ideo in nullo gradu contrahitur contra eius prohibitionem. Etiam non erat per se malum, quia non erat contra legem nature contrahere in his gradibus potissime cum Deus olim Iudeis in lege Moyfi istos gradus concessisset ad contrahendum, cum illos non vetuerit, Leuit. 18. cap. & ideo potuit Ecclesia permittere hoc, quod non erat necesse prohiberi.

Lex humana an possit tollere matrimonia, quæ iam legitima contracta sunt. Quæst. CLXXX.

SEd queretur quomodo potuit lex humana vetare matrimonium, quod inter infideles erat: nam videbatur in hoc agi contra legem Dei, quia quos Deus coniunxit homo non sepat: ergo neque lex humana, quæ ab homine vigorem accipit. Etiam maioris virtutis atque efficacis est sacramentum baptismi, quod a Christo est, quam lex humana, & tamen per baptismum non tollitur matrimonium infidelium 28. quæst. 2. & c. si quis habuerit, & de duor. cap. gaudemus, ergo multominus poterit hoc facere lex humana.

Dicendum, quod lex humana non potest tollere matrimonia, quæ iam legitime contracta sunt, sed potest facere ne de cetero taliter contrahatur. In primo casu quando matrimonium contractum est: efficitur vinculum indissolubile, cum a solo Deo causetur, ideo nemo poterit illud prohibere, aut tollere nisi Deus hæc significantur cum dixit Christus Matth. 19. cap. Quos Deus coniunxit homo non sepat: in illa coniunctione significatur vinculum matrimoniale, quod Deus superinduxit contrahentibus: hoc est enim coniungere, & quia si Deus claudit, nemo aperit, & si Deus aperit nemo claudit; ideo si ipse ligauit nemo potest soluere: vnde nec lex humana conatur hoc facere. Et etiam per sacramentum baptismi non soluitur matrimonium; quia Deus non est spiritus discordiæ, vel contrarietatis prima Corin. 14. sed ab eo est sacramentum baptismi, & ipse firmavit matrimonium coniungendo contrahentes: ergo non tollit vnum per alterum, sed ambo simul manent.

Quare vetatur in aliquibus gradibus contrahi cum ita in illis contrahere malum non sit. Quæst. CLXXXI.

SEd dicitur cum licitum sit contrahere in talibus gradibus, in quibus contrahunt infideles, quare vetuit illis lex hoc, aut quomodo potuit? nam videtur illicitum fieri, cum id quod licitum est, vetatur.

Dicendum, quod non est hoc inconueniens, quia si cuilibet licito opponeretur solum illicitum, non posset prohiberi licitum quin committeretur illicitum, & tamen aliquod licitum est cui licitum opponitur, sicut seruare virginitatem, & non seruare, sed nubere: non enim opponuntur, vt bonum & malum sed vt maius bonum, & minus bonum, sic dicitur 1. Corin. 7. Qui dat vel coniungit virginem suam benefacit, & qui non coniungit melius facit. Hoc modo potest alicui prohiberi, quod est licitum, & concedi aliud licitum, quod melius sit, & tunc lex nihil iniustum facit, sed potius conducit ad perfectionem. Ita autem fuit de lege, quæ vetuit matrimonia Iudeorum quantum ad id, quod non seruatur: nam quantum ad id, quod seruatur mandauit rem necessariam, quam non licebat transgredi, vt quod non haberent multas vxores si mul; quantum ad id, quod non seruatur, scilicet de gradibus mandauit rem honestiorum.

rem ea,quam Iudei efficiunt,nam honestius est absti- nere a secundo,tertio, & quarto gradibus, sicut nos abstinemus,qua coniungi in illis,quod Iudaei faciunt, & ideo vetando Iudeis illud licitum, quo utebantur in- dixit aliud licitum magis honestum.

Quare pro- hibiti est Iudaeis uti suis cere- moniis in contrahen- do.

Cum autem quaeritur, quare non concessit Iudaeis uti ceremoniis suis in contrahendo, dicendum quod fuit primo propter reuerentiam religionis Christianae, vt subderentur ei infideles obediendo consuetudinibus eius, Secundo ad ostendendum, quod non sunt liberi, sed serui Christianorum, vt extra de Iud. & Sarace. c. & si Iudaeos, & ideo non concedit eis propriis legibus vi- uere, sed legibus eorum, quibus subditi sunt, & sic voluit lex illa, quod in coniunctionibus matrimo- nialibus sequerentur consuetudinem, & regulas chri- stianorum, & non suas.

Sed quaeritur quid fuit melius an pmittere Iudeis contrahere in secundo,tertio, & quarto gradibus, tam affinitatis, quam consanguinitatis secundum legem Moysi, vel cogere eos ad tenendum in matrimonio talem ritum qualem seruant Christiani.

Dicendum, quod quantum ad vnam partem illius leg- is melius fuit prohibere, quam permittere, quantum ad alterum equius, & rationabilius est permittere, quam vetare. Primum patet, quia vetat ibi vxorum pluralita- tas aperte, & tacite vetatur repudiatio vxoris, & acce- ptio alterius, & acceptio repudiate ab alio: ista enim, vel prohiberi debuerunt, vel saltem prohibita obser- uari, nam Christus vetuerat, & quod ille vetuit, nemo potuit concedere: immo tenentur omnes obseruare, & ob hoc domini temporales debent cogere infide- les sibi subditos ad hęc obseruandum, nam infideles, qui sunt sub dominio temporalis fidelium nullos alios iudices habent qui possint, & deant eos pro suis excessi- bus castigare, sed quicquid fit contra legem Christi peccatum est, ideo temporales dñi, siue sint seculares, siue ecclesiastici debent punire infideles pro talibus, & cogere eos, ne talia committant, ideo si Iudaeus, vel alius infidelis repudiat vxorem, cogit eum domi- nus temporalis recipere repudiatam, & puniet eum, quia repudiavit, similiter si accepit multas vxores, cogit eum dñs dimittere preter primam, & pro delicto puniet. Qualiter autem ad dños temporales, & ad quos pertineat punire infideles, & pro quibus excessibus, & quibus penis declaratum est latius in libello nostro de Saracena muliere, quae transiuit ad ritum Iudaicum. Et si in puniendo infideles pro his excessibus contra legem Christi sint negligentes domini temporales, Deus irascitur contra eos, de Iudaeis, & Saracen. ca. & si Iudaeos.

Aequius fuit permittere Iudaeis contrahere in secundo, tertio, & quarto gradibus, quam vetare, propter quinque rationes. Quae. CLXXXII.

Secundum est, quod equius est permittere, quam pro- hibere, & aliqui dicunt istud ideo fieri, quia Iudaei in illo obseruabant legem Dei, Deus enim illa eis con- cesserat, impedire autem obseruationem legis Dei est peccatum, ideo non licebit impedire eos in talibus. Dicendum quod istud non stat. Primo, quia istud non est impedire legem Dei, quia lex Iudaeorum iam des- tit esse lex, & nunc neque est lex Dei, nec lex vilo mo- do, ideo impedire obseruationem eius non est impe- dire legem Dei: sed eo tempore, quo durabat pecca- bant, qui impediebant obseruationem illius, sicut fecit rex Acham, qui clausit portas domus domini, & quod non offerretur in altari Dei, sed in quodam alio, vt patet infra lib. 4. r. 6. c. & lib. 2. Paralip. 28. & 29. c. similiter, & Antiochus illustris peccabat, quia cogebat Iudaeos

non circuncidi, & cessare a tota obseruatione legis Dei, & manducare carnem suillam. r. lib. Machab. 6. cap. primo.

Secundo potest dici, quod etiam si duraret lex Moysi cogendo Iudaeos ad non contrahendum in secundo, tertio, & quarto gradibus consanguinitatis, & affini- tatis, si nihil ultra ageretur, non esset turbare obserua- tionem legis Dei, cum nihil contra illam ageretur. Si autem quis cogeret Iudaeos contrahere in primo gra- du consanguinitatis turbaret obseruationem legis Dei, cum in hoc gradu non concesserit dominus copula- ri. sed cogere ad non contrahendum in secundo gra- du est cogere ad maius bonum, quam lex Dei iubeat, & istud non est aduersum legi, non est ergo ista ratio quare non liceat hoc prohibere.

Sed dicendum, quod eis ista permittuntur. Primo, quia nulla utilitas est in prohibendo, & superuacuum est conari ad id, quod nullo modo profect: patet quia Iudaei contrahendo in illis gradibus non peccant, quia non agunt contra legem Christi, nec contra legem natu- rae cum istae leges non veniant istud: etiam non agunt contra legem canonicam, quia constitutionibus cano- nicis non arctantur: ergo in nullo peccant: et nobis in nullo preiudicant contrahendo in his gradibus, ergo superuacuum est prohibere, lex autem non debet esse superuacua.

Secundo, & praecipue, quia non debemus Iudaeos cogere ad fidem suscipiendam, de baptismo, & eius effectu. c. maiores, & de Iud. & Sar. c. sicut Iudaei, & tñ si cogemus eos cessare a ceremoniis status sui nihil aliud esset, nisi cogere eos ad transeundum ad fidem, cui status infidelium sine determinatis ceremoniis esse non possit. 45. dist. c. qui sincera: ergo in nulla ceremonia sua deberent impediri.

Quarto, quia nos debemus conari, vt conuertantur infideles ad fidem, non tamen vim eis inferendo dire- ctè, vel indirectè, sed ratione, & doctrina, & beneficiis in alle. c. qui sincera, & ideo debemus benefacere eis etiam corporaliter, vel temporaliter, sicut Apostolus dicit ad Galat. 6. ca. dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. i. fi- deles: ergo aliquo modo voluit benefaciendum esse infidelibus, & tamen si cogimus eos dimittere suas obseruationes magis exasperabuntur: ergo permittenti sunt in eis, vnde & canon prouidit Iudaeis non nocè dum esse, vt nullus occideret, aut percuteret eos, aut diriperet bona eorum, sine iudicio terrene potestatis, & nullus in festiuitatum suarum celebratione eos lapidibus, vel fustibus percuteret: etiam cimeteria eorum nemo inuadat: nemo sepulchra effodiat, de Iud. & Sarace. cap. sicut Iudaei, & C. de Iud. & reli. l. nul- lus tanquam.

Quinto, quia intentio ecclesiae est Iudaeos non turba- re in suis bonis consuetudinibus, quas hactenus habue- runt in alle. c. sicut Iudaei, & tamen contrahere in his gradibus est obseruatio Iudaeorum, quam a principio in ipsa lege habuerunt, ergo non sunt turbandi in ea. istam regulam dedit Gregorius in alle. c. qui sincera, & postea confirmauit eam Clemens tertius in alle. c. si- cut Iudaei, & hoc concedit ecclesia Iudaeis, quando ipsi pacifice manserint non prorumpentes in contume- liam Christi, vel religionis christianae: de Iud. & Sa- racen. cap. & si Iudaeos, & cap. in nonnullis, nam si illi- cita committere voluerint, non permittentur eis, quae quondam erant licita. C. de Iudaeis & relig. l. Iudaeos quosdam.

Pr.

Præcipua causa, cur Iudaeis non impediuntur ceremoniae, & matrimonia. Quae. CLXXXIII.

Secundum præcipua in his causa est ne videantur cogi ad veniendum ad fidem, quod fieret cogendo eos cessare a ceremoniis suis, & hoc præci- pue quantum ad illa, quae multum sunt neces- saria illi statui, vt circuncidi, etiam obseruare festiuita- tes suas, & sabbatum, & alias, & ob hoc Gregorius, cum vetaret impediri Iudaeos in suis ceremoniis spe- cialiter dixit de festiuitatibus suis. 45. dist. c. cap. qui sincera. omnes festiuitates feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi quam parentes eorum per longa colen- tes tempora tenuerunt liberam habeant celebrandi obseruandique licentiam. & Clemens postea, cum dixisset, quod nullus turbaret eorum bonas consuetudi- nes, quas hactenus habuerunt, specialiter dixit de festiuitatibus. l. quod infestiuaturum suarum celebratione nullus eos lapidibus, aut fustibus turbet in alleg. cap. sicut Iudaei. Et hoc multum prudenter attendit lex hu- mana, cum vetuit eis copulationem matrimonialē secundum suam consuetudinem: nam nihil de lege eis vetuit obseruare: nam contrahere in secundo, ter- tio, & quarto gradibus non est in lege præceptum, sed in lege permissum: est autem necesse implere præ- ceptum, sed non est necesse vt permissum: si autē ius- sisset lex in illo gradu copulari non vetuisset lex hu- mana. Vnde de ceteris eorum ceremoniis nihil im- mutauit, sed seruari permisit & perturbantibus poe- nas adiecit, & quod plus est, quia fauorem dedit ad obser- uationem ceremoniarum: non solum enim festiuita- tes permisit obseruari, sed etiā iussit, vt nemo Iudaeos die sabbati in iudicium vocare posset, & vocati non tenerent comparere. C. de Iudaei. die sabbato. Et illo die nemo Iudaeos potest cogere ad aliquid faciendū, & idem est de reliquis festiuitatibus, quas Iudaei obser- uant e. l. interdictum die sabbato aut reliquis. f. die- bus, sub quibus Iudaei cultus sui reuerentiam seruant neminem aut facere aliquid, aut vlla ex parte conueni- ti debere praecipimus. Et quoniam Iudaei cultum suum in synagoga sua impendunt, voluit lex immu- nem esse ab onere hospitij. f. quod curiales non possent, aut illi, qui priuatorum hospitij hospitantur synago- gam occupare. C. de Iudaei. in synagoga. In synago- ga Iudaica legis velut hospitio merito irruentes iu- beatur emigrare, quos priuatorum domus non reli- gionum loca habitationum merito conuenit attingere. Et istud fuit rationabiliter factum. Iudaei siquidem totum cultum superstitionis suae in synagoga exhibent, quae si permitteretur occupari iure priuati hospitij indirecte vetarentur cultum suum impende- re, & viderentur iam cogi cessare a ritu iudaico, & re- uerti ad fidem Christi, sed hoc non licet, ideo debuit synagoga gaudere immunitate & non subire onera priuatorum domorum. Idem videtur dicendum de domo cultus Saracenorum, quae mesquita vocatur vulgariter: nam illa etiam domus religionis vocabi- tur eo modo, quo synagoga vocatur domus religio- nis: nam quantum ad veritatem non est domus religio- nis, sed execrationis, sed quantum ad opinionem Iudaeorum, vt dicit ibidem Glo. Accursij: sic autem est de mesquita, quam Saraceni putant esse locum sacrum, maxime, quia lex illa dicit pluraliter loca reli- gionum, vt includit omnem religionem tam ue- ram, quam falsam: vera autem religio sola Christiana est, in qua Deus colitur, alia autem non sunt reli- giones, sed ab eis, qui eas tenent, esse putantur. Sed quare non cogamus Iudaeos venire ad fidem, & an possumus, aut quare saltē non cogimus eos cessare ab exterioribus ceremoniis infidelitatis, & quae sunt bo-

nae consuetudines Iudaeorum, & quid requiritur ad hoc quod nos permittamus Iudaeis aliquam consue- tudinem, & in quo debet puniri, & per quos, & qua- libus penis latē diximus in libello nostro, cuius titulus est de Saracena, quae transiuit ad ritum iudaicum.

An probationes & argumenta Innocentij Tertij posita in cap. gaudemus. de verbis Gen. (propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne vna) probent unitatem vxoris in matrimonio semper fuisse necessariam: & per consequens pluralitatem etiam a principio seculi in lege naturae & Moysi, fuisse illicitam, nisi ex dispensatione, vt ipse putat. Et quid veritatis ac falsitatis contineant octo dicta, seu rationes praefate sua Decretalis. Et vtrum Iudaei, & Gentiles repudiando vxores ante legem Christi peccarent mortaliter, vt Innocentius Quartus, & turba plurima Iuristarum affirmant. Et an as- sertioni Papae, vel eius statuto sit semper infallibiliter standum. Quae. CLXXXIII.

Explicit his redeundum est ad responden- dum rationibus Innocentij Tertij in cap. gau- demus. quibus ostendere nitetur, quod nunquam licuit vxorum pluralitas, nisi ex spe- ciali Dei reuelatione, vel dispensatione: quae ratio- nes factae sunt supra q. 28. sed vt ibidem dictum est duo circa hoc considerantur: primum quod visum est necessarium Innocentio asserere pluralitatem vxorum nunquam licuisse, & vnde mouetur: aliud est quod illud rationibus probet. Primum iam visum est eadem questione, & in precedentibus, quod non sit illud necessarium. Est igitur nunc respondendum argumentis in contrarium: & dicit primo in alleg. c. gaudemus. (verum hoc absolum videtur, & inimicū fidei Christianae.) Hoc concedere debemus, & ideo nunc pluralitatem vxorum non permittimus inter fi- deles, neque etiam inter infideles subiectos Christianis, & ideo si infideles habentes plures vxores, vt pote qui potestati fidelium non erant subditi ad fidem conuertantur cum omnibus mulieribus non permittan- tur omnes illas retinere in vxores, sed solū primam, quae est legitima vxor in alleg. c. gaudemus. ipsos vero infideles subditos fidelibus non permittimus ha- bere plures vxores simul, vt patet. C. de Iudaei, & reli. l. nemo Iudaeorum. Sed ratio quare hoc sit inimicum fidei Christianae, & absolum, non est quasi semper fuerit illicitum, & omnino contra ius naturae, aut sem- per a Deo vetitum, sed quia est contra prohibitionē Christi: Matth. 19. & 5. cap. vt supra declarauimus: ex tempore enim quo Christus hoc docuit, & iussit est inimicum fidei Christianae asserere licitam vxorum pluralitatem. Secundum est cum dicitur (cum ab initio vna costa in vna femina sit conuersa) Ex ista vnitatem infert debere esse vnam vxorem vnus viri. Secundo dicitur In nocen.

Dicendum quod hinc nihil probatur: nam quod femina fuerit de costa viri, non fuit ad significandum matrimonialē vniōem vel vnitatem, sed ad hoc quod voluit Deus totum genus humanum esse ex vno. Nam potuisset creare aut formare simul mul- tos viros, & multas feminas, sicut fecit in animalib⁹, in quibus simul creauit multa indiuidua non depen- dentia vnum ex altero, vel potuisset saltem facere si- mul vnum virum, & vnam feminam, ita vt non esset formata femina de viro, sed ambo de terra: & tamen neque istud voluit, sed vnum solum formauit de ter- ra, & ex illo feminam: hoc autem fuit, quia voluit ipse in specie humana, quae est excellentior omnibus corporalibus ostendere quandam admirabilem dignitatem, quae non esset in alijs, vt quemadmodum ex Deo, qui vnus est, omnia sunt per causalitatem, ita

Vide etiā sup. q. 143.

Primi di- ctum Ion.

In q. 27.

Secundo dicitur In nocen.

Ex forma- tione femi- ne ex vna costa non probat plu- ralitatem vxori esse illicitam,

ex

De hoc la-
tius dixit.

ex vno homine esset tota species tam materialiter, quam efficienter, & sic femina debuit esse ex viro, & ex am-
 bobus postea omnes, manente tamen ista ratione si-
 gnificationis poterat Deus multas foeminas ex eodē
 viro ex vna costa, vel ex multis costis formare, & vnā
 tantum formauit. Sed dicendum, quod ex hoc nihil
 probatur. nam opus diuinum distinctū est ab opere
 nature, & generationis, & quia natura non potest ex
 seipsa habere initium, presupponit opus diuini, quod
 est opus creationis. Et ad hoc, quod ista opera sint
 impermixta, & neutrum sit superuacuum, oportet quod
 opus diuinum in eo precedat, in quo non potest natu-
 ra, vbi autem illa potest permittenda est agere. Natu-
 ra autem, sicut non potuit producere primum virum,
 ita neque potuit producere primam feminam,
 quia ambo simul sunt principium per propagationē,
 quilibet autem vir, & femina posteriores, aut præter
 istos potuerunt per propagationem educi, ideo non
 erat conueniens ad ostendendum istam vnitatem, quod
 de Adam multæ feminae producerentur, sed vna. Nam
 Adam erat principium per materiam, nobilior autē
 participaret rationem principij si esset causa efficiens,
 quod per generationem fit, & tamen si duæ, aut tres
 feminae ex eius costis producerentur, procederent ab
 eo solum, vt a principio materiali. Cum autem procedunt
 ab eo omnes feminae, & viri tam per rationem
 materię, quam efficiētis, quod fit per generationem,
 nobilior procedunt, ideo sic potius procedere debue-
 runt, præter primam, quæ non potuit aliter procede-
 re. Adhuc est alia causa, Deus produxit foeminam,
 quia erat ad propagationem necessaria cum dixit fa-
 ciamus ei adiutorium simile sibi: Gene. 2. c. & tamen
 ad generationem sufficiebat vna foemina vni viro, &
 potissime illa, quam Deus formauerat, cui virtutem
 suę benedictionis contulerat, vt esset fecunda in prole,
 ideo non fuit conueniens plures formari ex costa viri.

Tertium dictum Innocen. in sua Decretali. ex quo etiam non probatur intentum. Et an ex illis verbis Gen. propter hoc relinquet homo patrem, probetur vnitatis vxoris in matrimonio. Quæst. CLXXXV.

TERTIVM erat, quia dixit (& scriptura diuina testatur, quod propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, nec dixit adhaerebit vxoribus, sed vxori, & non dixit tres, vel plures, sed duo) ista verba sumuntur ex eo, quod habetur Gen. 2. cap. & Matth. 19. & ista dixit ibi Christus, Et aliquis diceret, quod ex his necessario probatur, quia Christus ista verba dixit, & ad verba sua non potest, neque debet responderi, quia firmissime vera sunt.

Dicendum, quod ista verba sunt Adæ, vt colligitur Gene. 2. capit. & sunt Dei, vt Christus testatur Matth. 19. vterque enim ea dixit, & tamen ex his non ostenditur, quod debeat esse vnitatis vxoris in matrimonio. Et hoc patet, quia istud, aut colligeretur ex intentione Christi ista verba inducentis, aut ex vi, siue significato verborum, sed neutrum est. De primo patet, quia Christus non induxit ista verba ad ostendendum vnitatem vxoris, sed ad ostendendum indissolubilitatem matrimonij, & quia non liceret dare libellum repudij: nam ista questio ibi introducta fuerat a quibusdam Iudæis, an liceret homini dimittere vxorem suam quacun- que ex causa, & Christus respondit, quod non, sed solum ex causa fornicationis. Ista enim questio ibi proposita fuit a Pharisæis tentantibus eum, & ad hæc Christus respondit, eum dixit, non esse dimittendam, nisi causa fornicationis, & ad hoc replicauerunt Pharisæi postea dicentes: Quid ergo Moyses mandauit da-

re libellum repudij, & dimittere? Et Christus respon- dit, quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permi- sit vobis vxores vestras dimittere, ab initio autem non fuit sic. Et ita in toto hoc non fuit questio vlla propo- sita de vxorum pluralitate, nec ad illam Christus re- spondit, sed quidquid fuit erat ad questionem de non repudianda vxore, & si aliqua verba ibi sint, quæ signi- ficent non esse licitam vxorum pluralitatem, tamen saltem non inducuntur ad istam dubitationem prin- cipaliter. & ideo ex intentione Christi ibi non potest significari illicitam vxorum pluralitatem.

Neque etiam ex viribus verborum istud inducitur nisi aliquid ultra addatur, circa quod sciendum, quod ista verba bis dicta fuerunt. Primo per Deum, & Adæ. Gene. 2. c. secundo repetita sunt per Christum respo- dendo ad questionem Pharisæorum. Matth. 19. ca. In- nocentius autem non debet arguere ex eis, vt a Christo repetita sunt, sed in quantum a principio dicta sunt a Deo, nam si argueret de eis solū, vt repetitis a Christo etiam si in eis appareret aliquid, ex quo destrueret vxorum pluralitas, non haberet illud vim, nisi ex tem- pore, quo Christus hæc dixit, & ita non concluderet Innocentius vxorum pluralitatem semper fuisse illicitam, quod ipse intendit, sed solum esse illicitam ex tē- pore Christi, quod nos asserimus, & confitemur.

Si autem arguar ex verbis illis, in quantum dicta sunt a Deo a principio seculi, si ex eis aliquid habeatur de pluralitate vxorum, bene inferret, quod semper fuit il- licita vxorum pluralitas. Sed dicendum, quod ex illis verbis, quæ habentur Gen. 2. Et dicta sunt a Deo, & postea repetita a Christo Matth. 19. non inferret ali- quid de pluralitate vxorum, & illo modo inducit ea Innocentius in cap. gaudemus, ideo nihil inde probat, sed verum, quod cum illis addidit Christus alia verba, quæ habentur Matth. 5. c. & 19. ex quibus apparet esse il- licitam vxorum pluralitatem, sed ista verba non habentur Gen. 2. c. neque fuerunt dicta a Deo ab initio, ideo non negatur vxorum pluralitas ex verbis, quæ inducit Innocentius.

An Iudæi repudiantes vxores peccarent mortaliter, vt dixit Innocent. & iurista. Quæst. CLXXXVI.

SEPTIMUS dicit aliquis, quod saltem inferretur, quod non liceret inde repudiare vxores, & ideo repu- diando semper peccarent Iudæi, & quicunque repudiarent, quia agerent contra voluntatem Dei verbis expressam.

Aliquis dicit, quod verum est hoc, quod repudian- tes vxores semper peccabant mortaliter, & ita non in- fertur inconueniens, & sic tenent multi iurista, sic tenet Innocentius de diuort. cap. gaudemus: est enim illa Decretalis Innocentij Tertij? Et quando postea com- mentauit eam Innocentius Quartus vir peritus in iure dixit super parte repudiandi, scilicet dato libello repudij, qui libellus, licet concessum esset in lege, quod daretur propter maius malum vitandum, nunquam tamen dare eum fuit licitum, & quod sacerdos inter- ueniebat ad cognoscendum: de hoc probat hoc esse illicitum, quod nunquam inter eos diuortij sententiā ferre debebat, immo quod minus est non debet dice- re forte permitimus, quod vxorem tuā dimittas, sed poterat dicere lex permittit, quod eam dimittas, sed non sine peccato tuo, & sic hodie ferenda esset sen- tentia in omnibus permissionibus, vbi est peccatum: sacerdos autem interuenit, ne quando cum quis vel- let hunc libellum daret, sed in certis casibus tantum hoc licebat.

Sed dicendum, quod hæc non sunt vera, neque hic quicquā erubescimus, quia Innocentius non scripsit diffi-

Ex verbis Dei Gene. 2. & repeti- tis a Christo Matth. 19. non probatur pluralitas vxorū esse illicitam.

Opi. Inno. & iurista- riorum.

Anum, & ideo permittit illicita quia non potest illa quæ permittit ex quadā necessitate facere licita: si enim posset facere licita esse, Deus tamē potest facere esse licitum, quod voluerit: ideo per hoc quod Deus per- mittit facit licitum, non enim videtur esse aliquid magis illicitum, quā occidere innocentem, & ta- men si Deus iubeat alicui occidere illum non solum non peccat occidendo, immo peccabit non occiden- do, siue occidere non volendo: & non solum est si Deus alicui iubeat sicut iussit Abraham occidere filiū suum Isaac, & illi obediuit, sed etiam si solum det li- centiam, dicens: Ego concedo tibi quod occidas talem hominem si volueris, ergo cum Deus expressē concesserit libellum repudij dari per concessionem istam faceret istud esse licitum, etiam si aliās esset il- licitum.

Secundo quia etiam non est similitudo in hoc ad mala, quæ permittuntur in lege humana: nam aliud est permittere non puniendo, aliud est permittere fieri aliquid statuendo. Primo modo ex permissione non iudicatur aliquid esse illicitum: secundo modo licitum ostenditur, & sic de hoc quod est in ciuitate meretrices esse, & meretricibus adhaerere. Nam istud est illicitum: & ideo lex humana permittit illud dicitur non quidem statuendo, vt sint aut expressam licentiam eis dando, vt maneant & hominibus, vt eis misceantur: nam nulla lex humana hoc facit: esset enim turpis, & iniusta talis lex, sed solum lex cum no- uerit esse meretrices in ciuitate non punit illas, ideo non iubet puniendas, sicut iubet occidi fures, & adul- teros, & ideo dicit lex illa permittit meretrices, & non permittit adulterium, aut furtum. Et tamen lex Dei expressē statuit de repudiando vxorem: Deu- teronomij 24. cap. immo & aliquando monet repu- diandam esse Malach. cap. 2. ergo ista permissio osten- dit licitum esse opus ante permissionem, siue saltem post permissionem: & ita non erit peccatum repu- diando vxorem data illa lege.

Tenentes quod repudiantes vxores peccarent, quid debent dicere secundum opinionem quorundam. Quæst. CLXXXVIII.

SI tamen aliquis vellet dicere, quod repudiare vxorem semper fuit illicitum, & peccaret mor- taliter Iudæi repudiantes vxores ad hoc, quod non videretur superuacua omnino lex illa, de- berent dicere, quod lex illa aliquid operabatur, & diceretur quod Deus statuit Iudæis leges per quas re- gerentur, non solum in quantum ordinabantur ad Deum, vt Deum & creatorem, & quem colere debe- bant, sed etiam in quantum erant quidam populus, vt inter se conuenienter gubernarentur: & ideo quas- dam leges daret, vt Deus quædam, vt Legislator po- liticus: esset autem ista lex de repudiando vxorem sicut lex politica conueniens statui illius populi infir- mi, scilicet, vt repudiarent vxores, & per hoc quod concederet istud non faceret rem esse licitam, sed ad- huc peccaret mortaliter repudiantes vxores, & tunc prodesset ista lex. Primo ad euitandum penam, quia si non esset hoc concessum, & aliquis repudiaret vxorem puniretur, sicut inter nos fit, nūc vero data lege, illa erat concessa impunitas repudiantis, & hoc multū erat. Secundo proderat ad hoc, quod matrimonium solueretur; & istud videbatur esse præcipuum: nam si quis repudiaret vxorem si matrimonium esset in- dissolubile, non dissolueretur accipiendo aliam, sed manerent coniuges, & fornicaretur accipiens aliam: & ipsa quoque si ad alium transiret virum fornicare- tur: Matth. 5. & 19. c. sic enim nunc iudicamus, si quis vxorem

diffiniens, vt papa, sed exponens vt doctor, quem mul- ti alij ante nos in alijs impugnaverunt, & nos hic non erubescimus, nec timemus contradicere ei: non enim verū, quod peccabat mortaliter qui repudiabat vxorem repudiando eam.

Primo quia si peccaret mortaliter repudiando vxorem stante lege de repudiando, nihil prodesset illa lex: nam non esset plus si non stante lege repudiaret quis vxorem, nam peccaret mortaliter, ergo melius erat tunc legem non dari de hoc, quā legem superua- cuam esse.

Secundo quia tunc nulla differentia esset inter non permissa & permissa, immo possent omnia dici per- missa, quia sic etiam furari, adulterari, occidere inno- centem diceremus permissa esse, quia poterat quis ista facere peccando mortaliter, & hoc est absurdū.

Tertio quia potius ista lex esset nocua: pararet. n. laqueum animabus, quia forte multi viri boni essent, qui si scirent non posse sine peccato repudiari vxorē non repudiarent, quia tamē in lege dabatur eis facultas repudiandi, repudiabant, & sic esset lex eis occasio ad peccatum.

Quarto quia dicitur psal. 18. lex domini immacu- lata, & intelligitur de lege Moysi, quia nulla alia lex, tunc a Deo erat data, & tamen si quis faciendo id, quod in lege erat, peccabat mortaliter, erat lex immunda & habens maculam. Ergo repudiando uxorem non peccabat repudians.

Quomodo repudiare uxorem erat licitum apud Hebræos. Quæst. CLXXXVII.

DICENDVM ergo, quod repudiare vxorem fuit Iudæis licitum, quamdiu durauit lex veteris testamenti, & dato quod repudiatio es- set contra legem naturæ determinatē, quæ non concedimus, & contra alia Dei mandata priora, per illam permissionem, aut facultatem repudiandi datam ex lege Dei fieret licita repudiatio, ita quod non peccaret repudians, quia aliās nullius efficaciam esset permissio Dei, quod est falsum. Et ita non est verum quod dicebat Innocen. quod licet esset concessum in lege, tamen semper erat illicitum.

Ad hoc tamen mouentur, qui hoc dicunt ex verbo do- mini Matth. 19. cap. ad duritiam cordis vestri permi- sit vobis Moyses dimittere vxores nequas. Sed ex hoc non probatur, quod repudiare vxores esset sim- pliciter malum, ita quod nullo modo posset esse bo- num aut licitum, sed significatur, quod non dimit- tere erat melius, & simpliciter bonum, & hoc sta- tuendum erat. Et tamen Iudæi propter duritiam cor- dis non possent sustinere talem legem, sed potius uxores suas occiderent, ideo concessum est, quod di- mitterent, & per istam concessionem factum est, quod non peccarent dimittendo.

Sed adhuc, qui putant peccatum esse repudiare, di- xerunt quod erat sic de illa lege Dei, sicut de politico statu, in quo minora quædam mala permittuntur, ne maiora fiant: etiam in ipsa lege recta, sicut nunc per- mittimus meretrices in ciuitatibus, ne omnia libidi- nibus conturbemus, sicut dixit Augustinus, & tamen per hoc non fit licitum meretricem esse, aut ad me- tricem accedere, ita ergo Deus permittit repudi- dium, vt non sequeretur homicidium, & tamen repu- diando peccaret repudians.

Dicendum quod non stat, primo quia non est si- mile de lege humana, & diuina: nam lex humana pro- uideret in quantum potest bono politico, quod si non potest iustitiam procurare per id, quod est simpli- citer bonum, procurat illud per id quod non est bo-

Deus per concessio- nem facit licitum il- lud, quod aliās erat illicitum.

Quo lex humana permittit meretrices esse quæ non statuendo, vt sint aut expressam licentiam eis dando, vt maneant & hominibus, vt eis misceantur, sed solum eas non punien- do.

Vxorem suam repudiaret, siue inter fideles, siue inter infideles, vt patet de diuort. capit. quanto alias gaudeamus. Si autem Deus daret licentiam recedendi, vel repudiandi per hoc dissolueret ipse matrimonium, quod ipse solus facere potest, si matrimonium ab illo iungitur, & efficitur semel indissolubile, & ita efficeretur, quod peccaret semel repudiando ille, qui repudiabat, & tamē postea nō maneret in peccato, sed licite transiret ad secundam, & haberet eam, vt coniugem, & illa licite alii acciperet in virum soluto iam vere matrimonio, & ita lex non esset superuacua. Tertio quia Iudaei forte repudiarent vxores, etiam si Deus hoc expresse non concederet, eo q̄ illi consueuerant prius repudiare secundum leges, & mores Gētilium, inter quos vivebant, etiam si Deus expresse non permitteret, dum tamen expresse non vetaret, ideo esset conuenientius exprimi licentiam repudiandi quam tacere, quia si non exprimeretur tenerent ipsi alium modum non conuenientem repudiandi, dando autem licentiam illam expresse doctrinā de modo repudiandi, & se habendi ad vxorem repudiatam.

Et similiter isti dicerent de aliis in lege permissis, vt de dando pecuniam ad vsuram, & de occidendo inimicum antequam intraverit in urbem refugij: nam volunt, quod ista facere esset peccatum mortale facientibus, & tamen prestaretur aliquid per has leges, ita vt non essent superuacuae. De vsura patet 23. ca. vbi prohibentur Iudaei dare vsuras aliis Iudaeis, & conceditur, aut permittitur dare ad vsurā extraneis, hoc autem primum proderat pro impunitate, nam si hoc non esset expressum puniretur Iudaeus dans ad vsurā extraneo, sicut dans ad vsuram alij Iudaeo. Secundo vt non teneretur ad restitutionem: nam si hoc non esset concessum, esset vsura, sicut furtum, vel dolus, aut illicitus contractus, quo acciperetur res aliena; teneretur ergo vsurarius ad restitutionem, vt ergo videretur, q̄ non teneretur restituere vsurariam pecuniam, fuit illa concessio legis, & tamen non tolleretur peccatum dantis pecuniam suam ad vsuram, & ita non esset superflua ista concessio.

De occidendo autem occisorem antequam intraret in urbem refugij, nihil hic tangemus, quia istud quomodo liceat, & an liceat, vel illis liceret, declaratum est supra Numeri capit. 35. Et per istum modum isti responderent ad inconuenientia, quae nos supra quaest. 186. contra hoc inducebamus. Ad primum diceretur, quod non erat ista lex superuacua, quia licet non excusaretur per eam peccatum repudiatoris, fierent vtilitates supraposita. Ad secundum dicendum, quod non essent omnia sic permissa: nam furtum adulterium, & alia, de quibus obijcitur, non essent permissa, quia licet in vtriusque sit peccatum vni conceditur impunitas, & alteri non, & sic quantum ad vsurā, & furtum: nam propter penam furti datur restitutio, in vsura autē neque est restitutio, nec punitur vsurarius.

Contra praedictam opinionem positam quaest. praecedent. Quaest. CLXXXIX.

Sed dicendum, quod non stat adhuc ista positio, licet videatur habere aliquem colorem, nā si verum esset id, quod dicit, quod peccarent repudiantes, non erat alius modus ad solvendum inconuenientia, & faciendum, quod non essent leges ille superuacuae, & tamen adhuc non stat, sed dicendum est semper, sicut supra. Quod Iudaei repudiantes vxores nō peccabant, siue quia per se licitum erat repudium, siue quia licitum fieret ex ista concessione. Primo patet, quia non satisficit rationi tertiae posite supra quaest. 186. scilicet quod parare animabus laqueum

per talem legem, & per omnes similes, & tamē Deus talia non facit, sed potius ē contrario tollit laqueum, vel offendicula ad peccandum.

Secundo, quia etiam lex Dei non esset immaculata, sed haberet maculas, quod est inconueniens.

Tertio, & praecipue, quia non conuenit poni in lege Dei aliquid, quod peccatum mortale inducat, nam Deus ordinat homines per legem praecipue ad se, & respectu vitae aeternae, non autem respectu temporalis status, ideo tollit, vel tollere debet omnia impedimenta veniendi in ipsum, non esse autem aliquod impedimentum ad hoc, nisi peccatum mortale, & ideo debet Deus tollere omnia peccata mortalia, nā si Deus omnia vitaret, & relicto vno cum per illud vnum omnino homines a Deo elongarentur, ita vt in ipsum nunquam pervenirent, non plus erat vni permittere quā omnia: sed certum est, quod Deus conatur auferre alia mortalia, ergo nullum permittit dabit tamen leges illas, tam de repudio quam de vsuris, ergo vtendo legibus humanis non peccabant Iudaei mortaliter.

Quarto, quia Deus cum multa diligentia voluit auferre idolatriam de Iudaeis, & quaedā alia peccata, hoc autem non faciebat quasi per hanc Deo noceretur, quia neque cultus, quem ei impendimus, ei prodest, neque idolatria ei nocet, sed solum inquantum per hanc nos elongamur ab eo, quod nobis valde malum est, & tamen per quodlibet peccatum tantum a Deo elongamur, quod etiam si vnum solum habeamus, nunquam veniemus ad ipsum: ergo Deus nullum peccatum permittit, & tamen si vtendo lege illa peccarent Iudaei, Deus permitteret peccata quaedam mortalia prestando auctoritatem ad ea: ergo vtendo illa lege, & similibus non peccabant.

Quinto, quia esset tunc lex Dei minoris perfectionis, aut nobilitatis quam humanae leges: licet enim leges humanae aliqua mala permittant non puniendo nullum tamen malum permittunt statuendo, i. dando expressam licentiam, vel auctoritatem ad illud faciendum, sicut supra diximus, de meretricibus, quae in ciuitate permittuntur, quia non puniuntur, tamen non datur eis expressa licentia manendi in ciuitate, neque aliquid de eis in legibus humanis dicitur, nisi in prohibitionem, scilicet vitando aliqua mala, quae faciunt, aut quae illa non faciunt, sed non affirmatiue eis concedendo. Si tamen repudiare vxorem esset peccatum mortale, expresse concederetur in lege Dei aliquid, quod esset peccatum mortale, ergo repudiando vxorem, quod Deus concessit, non esset peccatum mortale.

Sexto, quia ista applicatio supra posita, non conuenit intentioni Christi secundum verba sua, nam dixit ipse Matth. 5. & 19. cap. quod qui dimittit vxorem fornicatur accipiendo aliam, & qui dimissam ducit, & etiam ipsa, quae dimittitur, fornicatur si ad alium traheatur: qui enim volunt peccasse eos, qui repudiabant vxores fundant se ex illis verbis Christi, ideo necesse est per illa, quod non solum peccaret repudians dimittendo vxorem semel, sed semper esset in peccato quandiu haberet aliam, & dimissa semper esset adultera quandiu cum alio viro esset, & tamen applicatio supra posita, dicebat, quod solum peccaret dimittendo, tamen per licentiam legis solueretur vinculum matrimonij, ita vt ille non esset maritus repudiatae, nec illa vxor eius, & ita de cetero ille acciperet aliam licite, & illa alium, ergo neque illa applicatio stat.

Septimo, quia ista inter se non bene conueniunt: dato enim, quod illud possibile esset, quod Deus tollerere vinculum, & liceret vtrique, id est repudiatori, & repudiatae coniungi alteri: tamen non conueniunt ista sibi ipsis, quia si Deus ex sola potestate sua dissolueret matrimonium, quod erat aliis indissolubile, ad hoc, quod

quod licite coniungerentur alijs repudiator & repudiata, rationabile erat dici, q̄ ex eadem potestate faceret licitū esse, q̄ repudiator legitime repudiaret vxorem. i. sine peccato mortali, cum omnia peccata mortalia Deo repugnet. Alioquin daremus, q̄ Deus fecisset per potestatem suam aliquid imperfectum, & q̄ nullo modo prodesset, laufferre vnum peccatum mortale, & dimittere aliud, cum tamen per vnicum peccatum, ita elongemur a Deo, & simus ei dissimiles, sicut per omnia, quia qui peccat in vno, factus est omnium reus, & istud est inconueniens.

Octauo quia inconueniens, & absurdum videtur, q̄ Deus aliquam legem dederit in cuius vsu esset peccatum mortale, cum ipse posset facere, q̄ nō esset tibi peccatum. Nam & lex humana si posset euitaret omnia peccata, & si aliquid est quod nō euitat, ideo est, quia non potest: non igitur conceditur hoc, quia tunc lex Dei esset minus bene data quā lex humana.

Dicendum igitur ex praedictis, q̄ siue esset repudiare vxorem per se licitum siue non: constat, q̄ post illam concessionem Dei non fuit Iudaeis peccatum repudiare vxores, & sicut sine peccato eas repudiabant, ita licite accipiebant alias, & repudiare licite transibant ad alias.

Impugnatur Innocentius quartus in alio suo dicto super c. gaudemus, scilicet quod sacerdos interueniebat in repudio. Quaestio. CXC.

DICERAT vltra Innocentius, q̄ sacerdos, q̄ in his interueniebat non debebat inter eos proferre sententiam diuortij, immo non debebat dicere permittimus, q̄ vxorem tuam dimittas, sed poterat dicere lex permittit, quod eam dimittas, sed non sine pctō tuo: ista non videtur esse vera. Primo, quia dicit quod interueniebat sacerdos in his, quod non stat. Primo quia istud esset si libellus repudij deberet dari in certis casibus, & in alijs non: quod putat Innocentius verum, quia tunc ad cognoscendum, an casus ille ibi esset, in quo liceret dimittere deberet sacerdos, aut aliquis iudex interuenire ad iudicandū, & pronūciandum tamen nullus determinatus casus erat, sed secundum voluntatem viri quandoque vellet dimittebatur vxor, ergo non erat ibi necessarius sacerdos in iudicem. Secundo quia Deus dedit leges caeremoniales, ita praecisas, quod nō oportebat ad eas, quicquam addi, immo non licebat, sicut dicitur Deuteronom. 17. cap. Et tamen Deuter. cap. 24. ponitur lex de repudio, & nihil dicitur de sacerdote, igitur nō interueniebat sacerdos in his. Tertio, quia si sacerdos interueniret ipse ferret sententiam diuortij approbando causam esse talem, pro qua secundū legem posset repudiari vxor, & tamen non dabat sacerdos, vel iudex sententiam, sed vir. Nam ipse dabat libellum repudij Deuteronom. 24. c. ergo non interueniebat iudex. Simile patet in diuortio, quod secundum Ecclesiae consuetudinem celebratur: nam vir non diuertit ab uxore auctoritate propria, sed iudex Ecclesiasticus profert sententiam diuortij, eodem titulo, cap. de illa. Et tamen qui dicunt sacerdotem ibi interuenire mouentur ex similitudine nostri diuortij, sed leuis suspitio est ista, cum non habeatur aliquid ex lege vnde hoc colligatur, licet aliqui uelint illud allere, quos satis possumus contemnere. Cum autem dixit Innocentius, quod sacerdos non dicebat: permittimus, uel permittimus, ut vxorem tuam dimittas. uerū est, quia cum non interueniret ibi sacerdos nihil posset facere, & tamē si ibi sacerdos interueniret, nescio quare ista non diceret: nam sacerdos non ageret tūc propria auctoritate, sed esset minister legis, ideo age-

ret eo modo, quo lex, sed lex permittebat, ideo posset ille dicere permittimus, vel permittimus tibi vxorem tuam dimittere: nam si lex hoc permitteret fieri sine peccato intelligebatur permittimus sacerdos sine peccato, & si lex cum peccato, sacerdos quoque cum peccato permitteret: quia non aliud permittebat minister legis, quā lex.

Quando fiebat repudium apud Hebraeos. Quaest. CXC.

ADDIDIT etiam Innocentius, quod sacerdos interueniebat, ne quandoque quis vellet hunc libellum daret, sed in certis casibus tantum hoc licebat: sed istud non videtur verum: nam non erat determinatus aliquis casus, sed solum pro voluntate viri erat repudiare vxorem. Et patet primo, quia si aliquis casus esset certus exprimeretur ille in lege, quae de repudio agit: & tamen nullus specialis casus exprimitur: ergo nullus erit talis.

Secundo patet, quia potius videtur ibi significare lex quod in omni casu liceret repudiare, & sola voluntas esset lex, quia dicitur Deuteronom. 24. cap. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenierit gratiam ante oculos eius propter aliquam fedtatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu eius, & dimittet eam. Et ideo quandoque mulier non inueniret gratiam coram viro poterat eam repudiare, sed non inuenire gratiam non habet causam determinatam, quia interdum vir bonam vxorem contemnit: ideo non erat vlla causa necessaria, sed solum sufficiebat, quod viro non placeret eam habere.

Tertio, quia idem significatur Malach. 2. Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolecentiarum noli despiciere: cum odio habueris dimitte, dicit Dominus Deus. & ita non erat aliqua causa necessaria ad hoc, quod vir repudiaret vxorem, nisi quod nō placeret illi, vel contemneret eam; quia potius volebat Deus quod dimitteret, quā quod contemneret.

Sed isti, qui dicunt in solis certis casibus hoc licere, mouentur ex duobus. Primo ex modo diuortij, quod fit inter nos, nam non fit nisi ob causam fornicationis, sicut Christus dixit Matth. 19. ita & tunc putabant fieri. Secundo, quia videbatur esse iniustum, q̄ mulier sine causa repelleretur a viro, & ideo putabant, quod aliquas causas legitimas allegaturus erat vir, quas teneretur probare veras, & ad cognoscendum de veritate, & legitimitate causarum debebat interuenire sacerdos: ita credit Innocentius, vt patet in praedictis.

Sed ista motiua non stant: de primo patet, quia nostrum est diuortium, & non repudium: fertur enim per sententiam iudicis, & non per voluntatem partis. Etiam petit diuortium vxor contra virum, sicut vir contra vxorem: repudium autem dabat vir vxori & non ē contrario: & in hoc non iudicabantur ad paria.

Item ex respōsione Christi, & determinatione sua significatur: Matth. cap. 5. Dicitur est quicunque dimiserit vxorem suam det ei libellum repudij: ego autem dico vobis, q̄ omnis, qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mechari. Et ita significat, quod non erat idem tunc & nunc circa diuisionem vxoris: & tamen dicitur quod nunc non licet dimittere, nisi causa fornicationis: & tunc dicitur, qui dimiserit, nullo addito: significatur ergo quod nulla causa tunc erat.

Secun-

De vsura.

Ad rōnes alteri opi. 187.

In q̄. 186. 187.

q̄. 187.

Leges humanae aliquid mala permittunt non puniendo nullum tamen malum permittunt statuendo aut expressam licentiam dando.

q̄. p̄ced.

Ad motiū Innoc.

Impugnatur Innocentius in alio dicto suo.

Primum argum. Innocent. Secundum argum.

Ad primā.

Secundum motium non tenet, quia repudiatio...

Item non erat praeiudicium mulieri, quod repudia...

Item non est praeiudicium, quod repudiatur vxor,...

An Gentiles repudiantes uxores peccarent mortaliter...

Sed dicitur, quod tunc apparet, quod Gentiles...

Dicendum, quod etiam Gentiles non peccabant...

Sed non est propter hoc omnino negandum esse...

mines, & nulli vnquam licuit contra agere, neque...

Secundo etiam patet, si quia non agebant contra...

Secundum erat, quod ad eos non dirigeretur, nam...

Apparet ergo ex dictis, quod repudiando uxores...

Reddit ad quaest. 185. unde digressus est examinando...

Nunc vero ad litteram inceptam redeamus, quae...

Tres conditiones requiruntur ad hoc, quod aliquod peccatum Dei obliget.

Expositio illius dicti pp hoc re linquet ho patrem & matrem &c.

Erunt duo in carne una quod intelligit.

Vinum non potest separari ab aqua perfecta mixtione quicquid dicitur Phil.

19. c. Dixit Christus propter hoc, sed Genes. secun-

Sequitur (& adhærebit vxori.) Idest cohabitabit...

Sequitur (& erunt duo in carne vna.) Ista litera...

Alio modo exponitur erunt duo in carne vna, quae...

De indissolubilitate matrimonij. Et quomodo potuit aliquando...

Ex his autem verbis inferitur indissolubilitas...

Ar: sunt vna caro, ergo non possunt separari, sic enim...

Sed tunc queretur cum Christus ex illa litera con-

Dicendum quod Iudaei, & gentiles antequam Chri-

Et ita aperte significat, quod ipse dat matremque...

Dicendum ergo, quod licet ex verbis Dei poterat...

mini sequebatur cum addidit: Quæ ergo Deus con-

Quantum dictum seu argumentum Innocentij in sua Decretali,

Q VARTVM erat, quia ipse Innocentius ex ver-

Dicendum, quod ex illis verbis Dei erunt duo in

Secundum obijciatur, quia dicitur erunt duo, ergo non so-

Est tamen dicendum, quod adhuc illud nihil osten-

& alia foemina, sed a consensu est matrimonium, et

Secundo, quia repugnat hic ex natura actus matri-

Tertio quia specialiter debuit hoc dici, eo quod Chri-

Explantio Innocentij illorum verborum, Erunt duo

C VM autem dicebat Innocentius, quod non

Secundo non sequitur, quia licet dixit Deus erunt

Tertio potest dici, quod hoc dixit ad tollendum er-

contrahendum, & hoc falsum est, quia sufficienter

Quarto quia breuius diceretur ponendo duos quæ-

Quinto fuit hoc, quia Deus loquebatur ibi de vin-

Sexto & principalius, quia agit de commixtione

Et sic apparet, quod non excluditur per hoc quin

Quantum dictum Innocentij rejicitur, & adducitur vera ratio

Q VINTVM erat, quod dicit Innocentius (nec

Primo, quia dixit adhærebit, & non dixit uxoris,

Secundo quia non dixit hoc cum præcisione: nam

Ad cisionem, poterant haberi plures uxores ab eodem

Tertio propter errorem tollendum: nam ad ma-

Quarto quia si diceretur adhærebit uxoris, signi-

Quinto, quia significatur unitas matrimonij: in

Sexto, quia in quantum dicit adhærebit uxori suæ

An habere plures uxores liceret cuique ex veter. testamen-

S EXTVM quod dicit Innocentius est (neque

Est in contrarium, & tamen nullo iure vetita erat vxo-

Sed posset aliquis dicere, quod Innocentius ue-

Jacob quatuor vxores, quod quando mos erat, peccatum non erat, & morem intellexit ibi reuelatione, sic & aliquando fas dicitur fuisse antiquis habere plures uxores, & illo noie intelligit Innocent. reuelationem Dei, & quia quoadocunque dicitur, quod fuit licitum alicui habere plures vxores dicitur fas, aut mos esse: dicit Innocentius, quod reuelatio, quae faciebat licitam talem copulam, vocatur mos, vel fas.

Sed dicendum, quod quando Innocentius dicit morem, aut intelligit consuetudinem, & hanc vocat reuelationem licet non sit, aut verè intelligit nomine moris reuelationem factam a Deo, quae proprie vocari debet reuelatio, & aliquando vocatur nomine moris. Si primo modo dicemus, quod toto tempore ab initio mundi vsque ad Christi praedicationem fuit licita vxorum pluralitas, & tunc mos erat, id est consuetudo & nulla lege vetitum erat, & tunc verè esset dictum Innocentij, scilicet quod erat licita vxorum pluralitas ex reuelatione, id est ex consuetudine, & ita quia consuetudo generalis erat, esset omnibus hoc licitum. Si autem accipiatur secundo modo non est verum, quod ex reuelatione sine more hoc licebat, quia etiam si non esset alicui hoc reuelatum, licebat, cum non ageretur contra aliquam legem, aut prohibitionem.

Sed dicendum, quod Innocentius accepit reuelationem proprie, prout a Deo aliquid occultum aliquibus, vel alicui notificatur, & in hoc solo casu uoluit licitam esse vxorum multitudinem, de quo non esset dubium. Et patet, quod hoc intendat. Primo quia dicit non licuit alicui vnquam plures simul habere vxores, nisi ex diuina reuelatione, ergo inuit vnum tantum casum esse, in quo liceret, & omnes alios esse, in quibus non liceret, & tamen nullus casus erat, in quo non liceret, cum omnibus liceret id, quod nulla lege vetitum erat, ergo intelligit de reuelatione proprie dicta.

Secundo, quia dicitur non licuit alicui, nisi ex diuina reuelatione, sed multum improprie dictum est, quod nomine reuelationis intelligatur consuetudo, ergo voluit verè accipere per reuelationem Dei.

Tertio, quia dixit, quod excusantur Patriarchae ab adulterio habendo vxores plures, & tamen excusatio non est, nisi quando est aliqua lex, contra quam agitur, & sic agendo, male agitur, nisi fiat ex causa aliqua reddente actum legitimum, ergo cum ibi excusatio esset, significatur, quod non erat in se licita vxorum pluralitas.

Quod vxorum pluralitas semper non fuerit illicita, ut putauit Innocentius. Quast. CXCIX.

DICENDUM ergo, quod intentio Innocentij est, quod vxorum pluralitas semper fuit illicita, nisi si alicui reuelaretur, quod acciperet multas uxores. Primum secundum eum probatur ex institutione matrimonij per Deum, cum dicitur erunt duo in carne vna, per hoc putat significatum esse non posse matrimonium existeri, nisi inter duos, & esse quasi mandatum: ex hoc bene sequebatur scdm, quod non liceret sine reuelatione Dei alicui accipere vxores multas, quia contra legem Dei nullus potest licite agere, cum ad illam omnes obligetur, & in illa nullus possit dispensare, nisi Deus: ista autem dispensatio intelligitur nomine reuelationis, quia per reuelationem innotescit alicui, quod Deus cum ipso dispensaret, & hoc est quod expressè

F ipse ponit dicens, (neque vlli vnquam licuit in simul plures uxores habere, nisi cui diuina fuit reuelatione concessum.) & quia contra hoc videbantur esse dicta Hieronymi, & Augustini, atque aliorum, in quibus inuenitur fuisse morem. & fas antiquis patribus accipere multas uxores: dicit ipse quod erat illis reuelatio facta circa hoc, perquam certificabatur, quod Deus cum eis dispensabat in hoc, & ita intelligit illud Hieronymi trigesima secunda quaestione quarto capitulo. obijciuntur, scilicet. Obijciuntur Jacob quatuor vxores, quod quando mos erat, peccatum non erat, id est quando erat reuelatio, quod acciperet quis multas uxores, non erat peccatum.

Sed dicendum, quod hoc non est conuenienter dictum. Primo, quia non satisfacit Innocentius intentioni Hieronymi: nam ille dicit, quod accipere vxores multas crimen non erat, quando mos erat, sed Innocentius exponit mos, id est reuelatio, quod est multum improprie dictum, quia istud nomen mos nullam rationem habet significandi reuelationem potius, quam hoc nomen lapis significandi arborem.

Secundo, quia intentio Hieronymi erat ostendere legitimam fuisse copulam Jacob cum quatuor vxoribus, quam aliquis accusaret, quia non est nunc sic, ille dicit, quod non erat tunc crimen accipere multas, quia hoc erat tunc consuetum, & hoc sonat, quod ait, quod quando mos erat, crimen non erat.

Tertio, quia Hieronymus non conuenienter respondet per reuelationem, quia de reuelatione non constabat, de consuetudine autem constabat: melius ergo induceret ad ostendendum copulam legitimam ipsam consuetudinem, quae nota erat, quam reuelationem, de qua non erat notum.

Quarto apparet, quia ista est intentio Ambrosij li. de Patriarchis, & habetur trigesima secunda quaestione quarto, dixit Sara, vbi ostendit non peccasse Abraham accipiendo duas coniuges, & simul habendo diuersos considera primum, quod Abraham ante legem Moyse, & ante euangelium fuit, & ita vult quod in tempore illo non erat illicita vxorum pluralitas.

Quinto, quia necesse est accipere morem secundum Hieronymum pro consuetudine in dicto capitulo. obijciuntur: nam ibi Glo. hoc vult dicens: mos diuinus & a Deo inspiratus, ut extra de diuort. capitulo. gaudemus. & ponitur hic (quando) pro quia: vult enim ibi Glo. quod erat consuetudo accipiendi multas uxores eo tempore, & tamen erat ista consuetudo a Deo inspirata, & patet, quia statim dicit ibi, Glo. super uerbum, crimen. quod consuetudo excusat aliquando a crimine, & ita vult, quod consuetudo erat accipiendi plures uxores, & per consuetudinem excusabantur accipientes.

Sexto & principalius apparet, quia Augustinus vult, quod accipere plures coniuges illo tempore nullum peccatum erat, quia non erat contra legem aliquam aut praecipuum, & ita non erat necessaria dispensatio conueniens, quia dispensatio esset si lege contrarium disponeretur: vnde ait ille, & ponitur per Magistrum, libr. 4. Sentent. distinctio. 33. Antiquis iustis non fuit peccatum, quod pluribus foeminis utebantur, neque contra naturam haec faciebant, cum non lasciuendi causa, sed generandi hoc facerent, neque contra morem, quia eo tempore ea faciebant, nec contra praecipuum, quia nulla erat lege prohibitorium. Et ita apparet manifeste ex intentione Augustini, quod nullum peccatum erat accipiendo plures uxores, quia nullo modo erat vetitum, & ita qui hoc agebat contra nihil agebat: & tamen peccatum non est, nisi dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei.

Dei: hoc autem teste Augustino, neque erat contra naturam, nec contra consuetudinem, nec contra legem ideo nullum peccatum erat.

Septimum dictum Innocentij, quod plures uxores Patriarchae habuerint ex dispensatione, confutatur. Quast. CC.

SEPTIMUM quod Innocentius dicit est, per quam sicut Jacob a mendacio Israelitae a furto, & Samson ab homicidio, sic Patriarchae, & viri iusti, qui plures simul leguntur habuisse vxores ab adulterio excusantur. In quo Innocentius inquit, quod fuit dispensatio, & per in his omnibus erat peccatum, & excusabatur per hoc, quod Deus circa talia dispensauerat: exempla enim nota sunt: nam Jacob meritis est esse Esau, quando furatus est benedictionem: Genes. 27. & in hoc dicunt multi eum non peccasse Deo inspirante, quod sic diceret. Israelitae etiam furati sunt diuitias Aegyptiorum aurum, argentum, & vestes: Exo. 12. cap. & in hoc verum est, quod excusantur, quia Deus expresse illud fieri mandauit: Exo. 3. & 11. c. Samson excusatur ab homicidio, nam seipsum occidit Iud. 16. conuulsa atque deiecta domo super seipsum, & alios, & tamen videtur iste excusari, eo quod ibi dicitur quomodo innocenter dominum ad illud faciendum, & facta oratione fuit in ipso pristina fortitudo, & sic occidit hostes populi Dei, & se cum eis, e. c. Quod autem addidit, quod sic excusantur viri iusti, & Patriarchae ab adulterio, qui plures leguntur habuisse vxores, & ita vult quod pluralitas vxorum secundum se esset adulterium, & ideo vel esset semper illicita, vel haberet semper excusationem.

Sed hoc non est verum, quia non indiget excusatione, nisi quod malum est: pluralitas autem vxorum non erat mala, quia non erat contra naturam, neque contra morem, nec contra legem, & ideo habens plures vxores simul sine dispensatione non committebat adulterium. Sed hoc fuit conueniens dicere Innocentio supposita intentione sua: putabat enim peccatum esse habere plures vxores, & tamen inueniebat, quod apud antiquos multi de sanctis viuis habuerunt multas vxores simul, sicut Abraham, Jacob, David, & multi alij, & de his non concedit ipse, quod peccarent in hoc eum essent viri sancti, ideo putat non esse aliud refugium, nisi quod dicitur reuelatum eis fuisse a Deo, quod acciperent multas uxores: alij autem multi non iusti viri habuerunt plures uxores simul, sed quia illos non cogimur excusare a peccato concedit Innocentius, quod peccauerint habendo plures vxores, & per eis non reuelaretur, quod plures haberent.

Ad octauum dictum Innocentij in praefata sua decretali responsio: Christum prohibuisse pluralitatem vxorum verum est: non tamen ante eum fuit prohibita. Quast. CCI.

OCTAVUM & vltimum dictum Innocentij. Est sane veridica haec sententia probatur etiam testimonio veritatis testantis in euangelio: Quicumque dimiserit vxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit inuehatur. ergo dimissa vxore ducialia de iure non potest: multo fortius, & ipsa retenta, per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque sexu, cum non ad imparia iudicentur circa matrimonium, reprobandum.

Dicendum, quod istud est verum & absolue concedendum, quod Christus venit pluralitatem vxorum in praedictis verbis & alijs, sicut & nos supra q. 27. & istud verum fuit praedicando, & ideo assensus, quod nunc vxorum Alph. Goff. In Primum Regum,

A pluralitas est illicita, & nulli homini hoc licet, neque potest Ecclesia, aut papa in hoc dispensare, cum sit lege Dei cautum non fieri & in lege Dei nullus potest dispensare, nisi Deus, & dicendum quod hoc non solum est inter fideles, qui Christi legem seruant, sed etiam inter omnes infideles, cum oēs hoies obligentur legi Christi, quia Christus Deus est, & ideo non solum peccat, qui plures accipit vxores, sed etiam matrimonium non tenet, cum sit contra legem Christi, quae illud fieri vetat, & factum dicit esse fornicationem. Et tamen dicendum, quod hoc non fuit, nisi ex tempore quo Christus istud praedicauit, & lex ab eo praedicata cepit obligare. Istud autem non fuit semper, ideo non fuit semper illicita vxorum pluralitas, sed solum post Christi praedicationem.

B Et circa hoc decipitur Innocentius, quia sicut in verbis Christi vetatur vxorum pluralitas, ita putat semper fuisse illicitam, & patet istud ex modo probati, quo videtur: nam dixerat, neque vlli vnquam licuit in simul plures vxores habere, nisi cum diuina fuit reuelatione concessum. Ita est sententia, quam ipse probare intendit ad quod ait: sane veridica sententia haec probatur testimonio veritatis testantis in euangelio. Et sic illam sententiam, quod nulli licuit vnquam habere multas vxores, vult probare per verba Christi, & ita extendit illa ad omne tempus. Sed hoc non est verum, nec rationabile, quia illud est praecipuum, & non de lege naturae, sed de caeremoniale, ideo non debuit, neque potuit obligare, antequam daretur. Danda est ergo conclusio in primum, quod pluralitas vxorum licuit iudicibus viro a principio saeculi vsque ad tempus, quo lex Christi incepit obligare, & ideo non erat opus aliqua reuelatione, vel dispensatione: nunc vero non liceret alicui sine speciali Dei reuelatione, cum Ecclesia in hoc non possit dispensare.

Quid est respondendum ad auctoritatem tanti viri, sicut fuit Innocentij qui fuit papa, & doctor summus. Et quod assertio- ni papae, circa veritatem quamlibet non tenemur stare, quas potest papa decipi & errare, & alius verius eo intelligere, & hoc est quod communiter dicitur statuta pontificum tenenda sunt, non tamen assertiones. Quast. CCI.

SED obijcietur quod ergo respondebimus ad dicta Innocentij tertij in ca. gaudemus, ubi expresse tenet, quod pluralitas vxorum nunquam fuit licita, nisi ex reuelatione Dei?

Dicendum quod si aliquo modo posset conuinci, ut hoc non sentiret Innocentius deberet responderi, quod non uoluisse hoc, & tamen quia non potest colorari, cum expresse illud uelit, est dicendum, quod illud non est uerum, sed sicut supra diximus: & cum obijciatur, quod papa hoc asserit, & iure illud cauetur, dicendum, quod non est inconueniens, quod papa asserendo errauerit circa aliquid, sed non sequitur, quod ius erat.

Circa quod sciendum, ut supra diximus, quod in potestate nullus mortalium excedit papam, nec est coequalis: in cognitione autem multi sunt superiores, & ideo nullum humanum statutum est, uel lex, in quo papa dispensare non possit, & nullus mortalium potest dispensare in legibus papae. Etiam omnes fideles tenentur mandatis papae, sic ergo quicumque papa statuerit, bonum & rectum, erit obligans, & quia ius nominat praecipuum, uel prohibitionem de agendo, & praecipuum papae per nullum alterum potest mutari, non poterit esse error in iure, quia ius a papa conditum nullus poterit inualidare, aut ostendere non esse ius. Secus autem est de cognitione ueritatis: nam multi excedunt papam in cognitione rerum, & discussione.

veritatum, ideo potest aliquis ostendere esse falsum, quod papa credidit, vel asseruit esse verum. Ideo dicendum quod statuto papae tenentur obedire omnes fideles, quia non potest ei deesse potestas obligandi, & tamen assertioni papae circa veritatem quamlibet non tenentur stare omnes fideles, quia potest papa decipi & alius verius eo intelliger.

Nec obstat si dicas, quod etiam papa habet determinare circa dubia fidei, extra de baptismo & eius effectu. c. maiores, quia ad hoc fuit responsum. s. q. 159. & usque ad q. 163. Nam papa non habet maiorem cognitionem veritatis quam alij, & tamen quando fuerit veritas fidei cognita per viros in lege Dei peritos, & communi consensu diffinita: poterit papa iubere omnibus fidelibus, quod eam firmiter teneant, quia hoc non pertinet ad cognitionem, sed ad potestatem, & istud non potest facere aliquis alius fidelium.

In presenti igitur c. gaudemus, fuit error circa assertionem veritatis, & non fuit error circa ius, vel statutum papae. Simile est in c. parrochianos. de deci. supra allegato. nam ibi asserit papa decimas esse de iure divino, & praecipit eas reddi, & exigi posse tanquam debitum, quod enim statuit deberet reddi, & tanquam debitum posse exigi verum est, & nullus potest hoc mutare, & illud est ius in quantum est ibi praecipitum de agendo. In quantum vero asseruit decimas esse de iure divino non pertinet ad statutum, sed ad cognitionem veritatis. Et quantum ad hoc alij noverrunt veritatem plenius quam papa, & sic potuit errare, & erravit: nam non sunt decimae de iure divino nunc. Sic autem est in c. gaudemus, nam ibi sunt duo. f. assertio & statutum: assertio est, quod nulli unquam licuit multas uxores simul habere, nisi cui a Deo reuelatum est: statutum est, quod si quis paganorum habens plures in vxores transierit ad fidem Christi non permittatur cum omnibus illis manere, etiam si omnes ille mulieres velint ad fidem conuerti, & illi viro cohabitare. istud secundum certum & firmum est: non enim licet aliter fieri, quia nemo potest immutare statutum papae. Et non solum propter hoc, sed et principaliter, quia Christus id fieri voluit, qui dixit non licere viro habere multas uxores, & tamen si Christus non dixisset illud, & papa statueret deberet sic obseruari, sed assertio sua. f. quod nulli unquam licuit sine dispensatione, aut reuelatione diuina habere plures uxores falsum est, quia probatum est contraarium multis testimonijs.

An in diffinitionibus negotiorum, & expositione sacrarum scripturarum praeponeatur auctoritas pontificum omnibus sanctis doctoribus Ecclesiae, vel e contra. Quast. CCCIII.

ET in hoc non recedimus a determinationibus maiorum. f. sanctorum: est enim doctrina Gratiani, & Iuristarum. 20. dist. c. Decretales itaque, quod in diffinitionibus negotiorum praeponeatur auctoritas pontificum omnibus sanctis doctoribus: in expositione sanctorum scripturarum, & consequenter in inquisitione quarumlibet aliarum veritatum tractatores sacrae scripturae, ut Hieronymus, Augustus, & ceteri sunt praeponeandi pontificibus, & hoc innuitur. e. dist. 20. cap. de libellis, vbi solum dicitur, quod in iudicando in causis praerantur dicta pontificum dictis sanctorum doctorum, scilicet de libellis, & commentarijs aliorum non conuenit aliquos iudicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere vel Decretalium regulas, quae habentur apud nos, & ibidem Leo Papa non dixit tenendas esse assertiones pontificum, sed statuta, cum ait: Quam

Innoc. 3. conditor decretalium, in quibus assertionibus canonis est tunc ex malo intellectu ueneris, ac non nisi testi. & Greg. & Innoc. 4. i. quibus et saepe non tenentur in. f. q. 204.

ob causam magna voce pronunciarere non timeo, quia illa, quae diximus statuta sanctorum patrum, quae apud nos canonis nomine praerantur, siue sit episcopus, siue clericus, siue laicus: non indifferenter conuincitur recipere neque catholicam, & apostolicam fidem, neque sancta quatuor euangelia uulter, & efficaciter ad effectum suum retinere, vel credere probantur. Et ita quilibet fidelis necessario tenebit statutum papae, sed non tenebit necessario assertionem eius circa aliquam veritatem. Sic etiam erat nunc dicere, an licuit alicui unquam habere plures uxores: nam istud non pertinet ad statutum, quia de praeterito non statuitur: non potest enim papa statuere, quod antiqui non possent habere plures uxores, quia iam illi omnino desierant esse cum papa esse cepit. Etiam quia illi non erant sub lege Christi, in qua papa accipit, & habet potestatem: nam infideles non arctantur constitutionibus canonicis in alleg. cap. gaudemus. ideo si papa hoc dicit, potius dicit, ut asserendo veritatem, quam exercendo potestatem: istam autem veritatem. an licuerit unquam, vel non licuerit vxorum pluralitas non potest papa inquirere ex eis, quae ipse statuit, sed solum ex sacra scriptura, vel naturali ratione, & tunc circa utrumque istorum sunt potiores expositores sacrae scripturae & viri periti, ideo circa hoc potius est standum determinationi sanctorum doctorum, maxime quoniam est concors quae assertioni papae, & in ista est in presenti, ergo potius est tenendum licitam fuisse vxorum pluralitatem aliquo tempore, quasi non esset contra ius, quod non licuerit unquam alicui quod asseruit Innocentius tertius.

Et hoc apparet, quia istud voluerunt Ambrosius, Hieronymus, Aug. qui sunt praecipui: de Ambrosio patet in lib. de Patriarchis, & habetur 32. q. 4. dixit Sara. vbi dicit, quod non peccauit Abraham habendo uxores multas, quia fuit ante euangelium, & ante legem, & sic non innuit fuisse dispensatum cum Abraham, vel aliquam reuelationem ei factam, sed solum, quod fuit ante legem, & euangelium, in quo signat, quod saltem ante legem Moyfi, licitum erat simpliciter habere multas uxores.

Hieronymus quoque tenet hoc & habetur 32. q. 4. c. obijciuntur. f. Obijciuntur Iacob quatuor uxores, quod quoniam mos erat, crimen non erat, & ita signat, quod vxorum pluralitas non erat peccatum, quoniam consuetudo erat sic fieri. Vnde vult aliquando fuisse talem consuetudinem, & tunc non fuisse peccatum. Augustinus autem illud apertius tenet, & illud recitat Magister li. 4. Ser. dist. 33. sanctis iustis non fuit peccatum, quod pluribus feminis utebantur, neque contra naturam hoc faciebant cum non lasciuendi causa, sed generandi haec facerent, neque contra morem, quia eo tempore ea faciebant, neque contra praecipitum, quia nulla lege erat prohibitum, & sic isti volunt, & alij sancti doctores tenent: istis ergo potius standum est, quam Innocentio tertio circa inquisitionem huius ueritatis.

Multis inuisperiti uidentur sentire, cum auctore contra Innocentium. Quast. CCCIII.

ET apparet aliquantulum sensisse istud Iuristas: nam Glo. in cap. obijciuntur, 32. quastio. 4. dicit, quod mos est ibi consuetudo, & non dicit, quod est reuelatio, & ideo addit, quod consuetudo facit aliquid circa matrimonium esse legitimum, vel non. Et idem alij tenent & allegant, quod habetur de cogna, spiritua, ca. super co. & etiam gl. de diuor. c. gaudemus. dicit, quod fuit mos diuinitus inspiratus. i. consuetudo inspirata a Deo, & non uolunt esse reuelata.

Ambrosii, Hierony. Aug. sunt contra Innocentium.

Iurista ut defendat Innocentium dicunt contra dicto sanctorum.

Innoc. 4. i. multis non tenetur. Gregorius multa dixit ut sapiens, & non ut pater.

reuelationem, sed consuetudinem danrem esse matrimonium legitimum, & quando plus dicunt, ut fatifaciant textui uolunt esse inspiratam a Deo consuetudinem esse, sed non quod cuilibet a Deo sit reuelatum ad hoc, quod legitime haberet simul plures uxores, & iam tunc ex consuetudine inuaretur quisque, & non ex reuelatione, cum non fieret ei reuelatio. Et si ita concedamus dicemus, quod iam esset illa reuelatio, ut lex concedens omnibus pro aliquo tempore, vel pro semper licere vxorum pluralitatem, sed hoc non uult Innocentius, sed solum, quod fieret cuilibet specialiter reuelatio ad hoc, quod haberet plures uxores, & cui non fieret talis reuelatio non liceret hoc, cum dicit neque vlli unquam licuit in simul plures uxores habere, nisi cui diuina fuit reuelatione concessum, & verum est, quod ita oportebat dici, vel nihil de reuelatione agi.

Nam si consuetudo habens initium ab aliqua reuelatione faceret licitam esse istam pluralitatem, cum ista consuetudo esset iam inter omnes, non dicerentur ex reuelatione, sed ex iure esse legitima talis copulatio, & per talem consuetudinem introductam ex diuina reuelatione auferretur quaecumque lex diuina contraria, quasi ipse uellet eam auferre, & tamen non licuit. Alijs uoluit hoc Innocentius, immo quod lex Dei esset generalis de non accipiendis plures uxores, & interdum dispensabat Deus specialiter cum aliquo, & ista dispensatio notificabatur ei per reuelationem, & hoc ostendimus falsum esse, & contra intentionem sanctorum doctorum. Iurista tamen, ut starent dicto Innocentij. in cap. gaudemus repugnant dicto sanctorum, unde glo. 32. q. 4. dixit Sara. & glo. in alleg. cap. gaudemus. dicunt, quod excusationes Abraham, & Iacob de pluralitate vxorum, quae ponuntur in alleg. cap. dixit Sara. & cap. obijciuntur: non sunt sufficientes, & hoc dicunt, quia non agitur ibi quicquam de reuelatione, sed dicitur, quod talia matrimonia erant licita ex alijs causis, & Ambrosij est tota illa litera. dixit Sara, & Hieronymi est illud cap. obijciuntur. & sic illi manifeste uident, quod Innocentius est quantum ad hoc contrarius Ambrosio, & Augustino, & tamen circa inquisitionem ueritatis & expositionem sacrae scripturae magis standum est Ambrosio, Hieronymo, & Augustino quam Innocentio, vel alteri pontifici, qui non fuerit tam peritus in sacris literis. Ergo tenendum est, quod fuit licita vxorum pluralitas eidem viro a principio.

Sic enim in alijs patet: nam Gregorius Papa fuit, qui scripsit aliqua de natura angelica, in quibus repugnat Dionysio, & in illis magis tenemus dicta Dionysij quam Gregorij, & non est inconueniens repugnare Gregorio. Sic etiam Innocentius quartus fuit Papa qui condidit aliquas decretales, & ipse uelut peritus vir in iure commentauit librum Decretalium, sed in commento illo quantum ad multa repugnatur ei ab alijs doctoribus.

Sed obijciuntur, quod ea, in quibus repugnatur Gregorio, & Innocentio quarto non dixerunt ipsi uel Pontifices, sed ut viri sapientes, & illo modo alijs poterat magis credi quam eis, sed non ut pontificibus.

Dicendum, quod persona est eadem numero Gregorius, ut Papa, & ut non Papa, & ideo aequalis sapientiae est viroque modo, sed non aequalis potestatis, quia patris potestatem addit: potestas autem est ad aliquid iubendum vel statuendum, sed non aliqui d. uerius dicendum. Innocentius autem tertius in alleg. ca. gaudemus fecit aliquid, ut papa. f. statuere, quod non permitteretur infidelis manere cum multis vxoribus, quod ad Christum conuerteretur, licet eas habuisset in infidelitate, & quantum ad hoc magis est standum statuto eius quam dicto alicuius sancti doctoris, vel multorum Alph. I ost. In Primum Regum.

simul, sicut dixit Leo Papa, & habetur. 20. dist. cap. de libellis. aliud dixit, ut sapiens. f. q. non licuit alicui unquam habere simul plures uxores, nisi ex reuelatione, & in hoc magis est standum alijs quam ipsi. Et pater, quod istud dixerit, ut sapiens, & non ut papa. Primo quia non erat statubile, sed speculabile id, quod dixit, quia erat ueritas de praeterito, quae non cadit sub statuto. Secundo quia uoluit istud quod asseruit confirmare multis rationibus, & auctoritatibus, ut ostenderet esse uerum, quod est opus sapientis, & non uentis potestate: etiam quia respondit ad dicta Ambrosij, & Augustini, atque Hieronymi limitando illa, dicendo quod reuelatio aliquando uocatur fas, aliquando mos, & tamen in his, quae ad modum sapientis uiri pertinet alij praerantur pontificibus, & erant interdum pontifices, & in praesenti sic est cum Ambrosio, Hieronymo, atque Augustino, quibus teneant, quibus propter maiorem rationem, quam habent est potius standum. Ideo dicemus quod licuit ante Christi praedicationem habere eidem viro plures uxores.

Et propter omnes rationes suprapositas apparet hoc esse uerum, nam tpe legis Moyfi licebat Iudaeis accipere multas uxores simul, & ex lege apparebat hoc eis concessum: unde & ipsi tanquam concessio vtebantur hoc, propter quod usque ad tempora Christi, & postea pluraquam per quadringentos annos Iudaei accipiebant plures uxores simul: quousque Iustinianus Imperator inhibuit Iudaeis hoc, dicens quod non acciperent plures uxores simul, neque quantum ad alia in matrimonij sequerentur morem legis suae. C. de Iudaeis. & reli. l. nemo Iudaeorum. f. Nemo Iudaeorum morem suum in coniunctionibus, neque iuxta legem suam nuptias sortiatur, neque diuersa sub vno tempore coniugia conueniat. i. non accipiat plures in vxores simul, & ita apparet, quod ipsi credebant sibi licitum esse per legem suam habere multas uxores simul, quod uerum est: solus ergo Christus fuit, qui istud uertit, & postea fuit omnibus hominibus tam fidelibus quam infidelibus illicitum.

Utrum regibus, & quibusuis alijs in ueteri testamento liceret habere concubinas, & an concubinatus nunc, & semper fuerit peccatum. Et quomodo Abraham, & alij excusantur habendo concubinas. Et quare in nouo testamento a principio sacri canones dixerunt, quod liceret Christiano habere concubinam, & quam differentiam iura antiqua faciunt inter uxorem, & concubinam, & an hodie obseruentur, uel sit per canones moderniores penitus ablatum. Quast. CCCV.

NON uero redeundum est ad ea, quae dicta sunt sup. q. 24. unde tota ista dubitatio tam longa incepit, & erat de concubinis, an liceret regibus habere concubinas, & arguebatur, quod non licebat regibus habere multas uxores, ergo a fortiori non liceret habere concubinas.

Dicendum quod si accipiatur proprie concubina non erat licitum regibus habere concubinas, neque alicuius hominibus, quia concubina est mulier, quae cognoscitur sine aliquo federe coniugali, & talis copula semper fuit illicita, quamuis de iure humano permittebatur quemadmodum multa alia, & tamen hoc non erat sine ordine: nam non licebat de iure Romano habere alicui ad plus; nisi unam concubinam, ut patet in Authentico de triente, & semisse. §. considerauimus, & istam concubinam non poterat habere quando habebat uxorem, & si habere uellet, non poterat ei cohabitare, ut pater. C. de concubini. unica. licet quidam adhuc dicant istas concubinas esse

Lege Romana non licebat nisi unam tantum hanc concubinam.

coniugali affectu habitas quam uis non vocetur vxores, sed concubina.

De vxorum multitudine dicendum, q non est simile, vt de concubinis: nam si concubina sumatur strictè, vt est sine federe matrimoniali, sed affectu fornicario, non licebat habere aliquam, & ideo non potest comparari ad habere vxores, quod licitum esse potest: si autem concubina accipiatur pro ea, quæ matrimoniali affectu accipitur, & tamen vocatur concubina, vt infra dicitur, idem iudicium est de vxoribus & concubinis, quia vtroque coniugali accipiuntur affectu. Et tunc dicendum, q pluralitas vxorum non est illicita, immo semper licuit vsque ad prædicationem euangelij, vt supra ostensum est. De concubinis aut, quæ accipiuntur affectu coniugali idem esset. Sed cum de re ge dicitur, q non liceret ei habere plures vxores.

Dicendum, q non erat simpliciter vetita vxorum pluralitas regibus, cum esset concessa alijs hominibus, sed multitudo effrenata vetabatur, sicut habere centum ac ducentas vxores, quemadmodum Salomõ habuit quasi septingentas vxores. 3. Reg. 11. & hoc patet, quia dicitur Deuterio. 17. cap. non habebit rex vxores plurimas: nõ enim vetitum fuit ei habere multas, sed habere plurimas, sic Aug. exponit & refert illud Magister lib. 4. Sent. dist. 33.

Ad argumenta facta supra in q. 24. Quæst. CCVI.

RESPONDEBITUR nunc ad prima argumenta facta qd. 24. erat primum de Abraham, qui habuit Agar, & Ceturam concubinas Gen. cap. 25.

Dicendum, q Abraham non peccauit, quia istæ, q vocantur ibi concubinae fuerunt verè coniuges eius. Et patet, quia scriptura, quæ vocat eas concubinas vocat alibi coniuges: nam de Agar habetur Gen. 16. ca. q fuerit vxor cum dicitur: Cumque ille acquiesceret deprecanti tulit Agar Aegyptiam ancillam suam, & dedit eam viro suo vxorem. De Cetura, q fuerit vxor habetur Gen. 26. Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Cetura. Sed e. c. vocantur postea ambæ concubinae, cum dicitur filijs autem concubinarum largitus est munera, & illæ sunt Agar, & Cetura, quia nulas alias vxores, vel concubinas habuit Abraham præter ipsas, & Saram.

Sed quomodo istud stet dicunt aliqui, q apud anti quos consuetudo erat accipere plures vxores & principalior illarum vocabatur vxor, alia autem vocabatur concubina, & ita dicunt fuisse de Abraham: habuit enim Saram Agar, & Ceturam in vxores, de quibus Sara fuit principalior, & prima sicut tempus: ideo ista vocatur vxor, & nunq concubina, Agar, & Cetura, quia erant minus principales, vocantur interdum vxores, & interdum concubinae.

Sed dicendum, q hoc non stat, quia hoc modo nõ posset aliquis habere, nisi vnam vxorem, & posset habere multas concubinas: nam principalis inter vxores, i. maior non potest esse, nisi vna: oēs aliæ erunt minus principales: vna ergo sola erit vxor, ceteræ vocabuntur concubinae, & tñ non est verum, quia hæt aliquis multas vxores & multas concubinas, sicut patet de Dauid, qui habuit vxores multas cum nominentur sex, & postea alias accepit. seq. lib. 3. & 6. c. & lib. 1. Paralip. c. 3. Et Salomon multas vxores habuit, & concubinas multas. 7. lib. 3. c. 11. ergo non vocatur vxor solum ea, q principalis est. Aliter est dicendū, q concubina dupliciter accipitur. Vno modo pro illa, quæ accipitur sine coniugali affectu ad concubitū, & tunc accipitur strictè, & proprie concubina, quia ibi non est aliud, nisi concubitus, & ideo ab eo nomen accepit, vt concu-

Concubinae Abraham fuerunt vere vxores eius, & quare vocentur concubinae vxores.

Concubina dupliciter accipitur in veteri testamento ac no uo.

F bina dicatur a concubendo: vxor autem ad coitum pertinet, sed non accipit nomen ab illo, immo ab eo quod iungitur, vel iungit legitima, vt ait Isid. li. 9. Etymol. quæ erat consuetudo solemniter nubentium. De istis est dicendum, q nunquam vocantur coniuges, sed semper concubinae, & nunquam fuit licitum tales habere.

Quomodo Concubina etiam accipitur pro ea, quæ est uerè uxor affectu coniugali, & consensu mutuo quam habere non erat peccatum. Quæst. CCVII.

ALITER accipitur concubina pro ea, quæ vxor est, & in matrimonium venit tamen non seruantur circa eam omnes legales solennitates: vnde neque habet ius vxoris: habere talem nunquam fuit peccatum, quia est verè vxor cum affectu coniugali accipitur, & sit consensus mutuus inter eam, & illum cuius est concubina.

Quod verò aliqua talis dicatur concubina patet, primo ex canonibus Apostolorum, & habetur 3. dist. c. si quis. si q post acceptum sacrum baptismi fecerit nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri episcopus, nec sacerdos, & sic vetatur ibi hoc propter bigamiam, vt patet. e. dist. 5. ecc. q in sacris. & tamen bigamia non contrahitur in coitu fornicario, vt si sacerdos habeat nunc plures concubinas, vel tangat plures meretrices, & ita oportet esse istam concubinam vxorem, ita ibi exponit glo.

Secundo patet, quia non licet alicui habere mulierem, aut tangere eam sine affectu coniugali, immo nec concupiscere Matth. 5. & asserit illud Ambrosius, & Augustus. & habetur 3. 2. q. 4. cap. nemo. & cap. meretrices. & cap. omnis meretrix, & tamen licitum est habere concubinam, ergo concubina erit mulier, quæ coniugali tractatur affectu, vt patet 34. dist. c. is qui. si is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a cõmunionem non repellatur: tñ ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae sit coniunctione contentus, & ita dicitur licita idem esse copula ad concubinam, sicut ad uxorem, & illud idem esse asserit Isidorus. lib. de distantia noui, & veteris testamenti, & habetur 34. dist. c. Christiano. Christiano non dicatur plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, sed unam tñ, aut uxorem, aut certe loco uxoris, si coniux deest concubinam, & ita concubina, & uxor æqualiter licite sunt in concubitu hois Christiani, ergo concubina est illa, q uere affectu coniugali tractatur. Tertio patet, quia 34. dist. c. omnibus. Concubina dicitur, concubina hic ea intelligitur, quæ necessitatibus legalibus instrumentis unjta est, & coniugali affectione accipitur: hanc coniugem facit affectus, concubina uero lex noiat, & ita sicut ueritatem ea, quæ uocatur concubina uxor est. Et hoc quia per consensum mutuum coniugalem de presenti accipitur: sic dicitur. e. dist. c. is qui. in glo. super parte concubinam. f. concubinam. i. mulierem non solenniter ductam, sed tamen mutuos consensus interuenit, quia alias concubinam non licet haberi, 32. quæst. 4. cap. nemo.

Quomodo concubinam esse licitam iuxta sac. can. intelligatur. Quæstio. CCVII.

CONSIDERANDUM est circa istas concubinas, q in alle. §. concubina dicitur. Concubina aut hic intelligitur, q necessitatibus legalibus instris vnita est: est sentus, q in iuribus allegatis p Gratianum. 34. dist. concubina ponitur, q sit licitus eius concubitus, & non est hoc uerum de omni muliere, q concu-

concupiscitur, sed solum de illa quæ est unita necessitatibus legalibus: nam ille concubinae, de quibus quis habet plures, non habent licite, quia concubina loco uxoris habetur, & tamen non licet plures vxores habere, ergo neque licebit plures concubinas habere, illa aut concubina, quæ sicut legem vnita est potest licite teneri. Potest autem intelligi necessitas legalis. i. canonis, qui uocatur lex, & ille vnquam tantum concubinam concedit haberi: sic patet in cap. is qui. & c. Christiano homini. ubi dicitur, q vnquam tantum habeat vel vxorem, vel concubinam. Et patet, quod ista sit intentio Gratiani, quia statim post illum. §. concubina induxit in probatione illa duo. cap. f. is qui. & cap. Christiano homini, & in illis dicitur de vnitate concubinae, & quod a canone dicitur, necesse est obseruari. Dixit etiam Gratianus & coniugali affectione accipitur, id est non habetur solo affectu fornicario ad coitum, sed affectu coniugali, sicut vxor, scilicet, quod erit per consensum mutuum, qui facit coniuges: nam si iste affectus, non esset, non posset quis licite habere concubinam, quia omnis alius concubitus est fornicarius.

Quæ est necessitas legalis.

Etiam q dicebatur esse vnica concubina necessitatibus legalibus potest intelligi de lege humana, quia illa non permittit haberi, nisi vnam concubinam, in Authentica de triente & femisse. §. considerauimus, talis enim, quæ vnica est potest haberi legitime. licite: dicitur hanc coniugem facit affectus, concubinam uero lex nominat. i. secundum ueritatem malis mulier coniux est, quia per legitimum consensum de presentibus habetur, & tamẽ lex nominat eam concubinam. f. uoluit ei imponere hoc nomen, & non uocare vxorem. Intelligi autem potest de lege. i. de canone, quia canon imposuit hoc nomen. f. 34. dist. cap. is qui. & c. Christiano. & 23. dist. cap. si quis vt distinguat coniugem & concubinam. Vel potest intelligi lex. f. ciuilibis: nam nomen concubinatus a lege incipit, quæ distinxit concubinam a coniuge. vt ff. de concubi. l. in concubinatus: sic tenet glo. 34. dist. §. concubina. Vel potest accipi lex pro lege ueteris testamenti, ubi sæpe de istis concubinis agitur, & uocantur concubinae illæ, quæ alias uocantur vxores, & ita tenet Huguitius.

Quare uxor accepta sine legali solemnitate dicitur concubina. Et quæ conuenientia, & differentia sunt secundum leges saculares inter vxorem, & concubinam. Quæstio. CCIX.

CAUSA autem, quare prædicta cum sit vxor uocetur concubina est propter aliquas differentias, quæ inueniuntur inter eas, quæ uocantur absolute vxores, & eas, quæ aliquando uocantur concubinae.

Prima conuenientia est, q in vtraque interuenit consensus mutuus de presenti. De coniuge manifestum est extra de spõsa. c. si inter. de concubina patet, dist. 34. cap. omnibus. §. concubina. & ibi in glo.

Secunda est, quia tractatur affectu coniugali vtraque: nam in alleg. §. concubina dicitur, q affectus eam coniugem facit, lex autem eam concubinam nominat, ergo non est differentia in affectu, sed in nomine.

Tertia est, quia cum vtraque est licitus concubitus: nam cum quacunque alia muliere quis commisceatur peccat, & repellitur a cõione fidelium; si autẽ habuerit vxorem, vel concubinam non repellitur. 34. dist. c. is qui. & hoc non solum alijs hominibus, sed etiã Christianis, quibus maxime est uetus illicitus coitus, est concessum. e. dist. c. Christiano.

Quarta quia talis concubina habet locum uxoris: nulla autem alia femina locum uxoris habere potest, Alph. Toft. in Primum Regum.

A & hæc loco uxoris accipitur, & ideo uidetur idẽ omnino habere, quod uxor quantum ad esse copulam licitam: sic patet in alleg. cap. Christiano. f. Christiano non dicam &c. & sequitur, aut certe loco uxoris si cõiux deest concubinam. i. licet habere concubinam loco coniugis.

Quinta est, quia in vtraque seruatur idem numerus: si enim vnica est coniux, & vnica est concubina si multas coniuges habere licet, & multas concubinas nunc. n. in nouo testõ nõ licet hñe multas uxores, ut supra ostensum est, sed vnica: ideo etiam vnica concubina haberi potest. In ueteri autẽ testõ poterat qs habere multas cõiuges, ut s. ostensum est, idẽ & poterat hñe multas concubinas, & ita habebat. De primo patet quia 34. dist. cap. omnibus. §. concubina dicit, q concubina ea intelligatur, quæ legalibus necessitatibus vnita est. i. quam necesse est esse vnam. & e. dist. c. is qui. is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet a cõione nõ repellatur: tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae sit coniunctione contentus, & idem dicitur in cap. Christiano. f. Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi vnam tantum aut vxorem, aut certe loco uxoris concubinam. De secundo patet, quia in ueteri testamento, & toto tempore precedente ante Christum, in quo fuit licita vxorum pluralitas etiã erant multæ concubinae: nam Abraham duas concubinas habuit Agar, & Ceturam: Gen. 25. ca. licet nõ habuit eas simul: habebat autem Dauid multas concubinas simul sequenti lib. 6. cap. & lib. 1. Paralip. ca. 3. quia etiam simul habebat plures uxores, & in hoc apparet, q concubina sit uxor uerè: nam si non esset uxor, sed mulier fornicariè accepta, nõ potius liceret unã habere quã plures, sed siue una, siue plures habeantur, est illicitum. In concubina autem, de qua nunc dicimus, est licitum habere vnam, & non est licitum habere plures, ideo est ista ut uxor.

Sed cum dicimus, q erit vna concubina, sicut uxor vnica, non est intelligendum, q cum vnica uxore erit vnica concubina, sed q sicut nunc vnica in uxorem haberi potest, ita vnica in concubinam, & tamẽ erit vnica mulier, & illa aut erit uxor, aut concubina in alleg. cap. is qui. f. tantum, ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae sit commixtione contentus, & in ca. Christiano dicitur, q unam tantum habeat, aut uxorem, aut concubinam.

Ead. di. 34.

Sed aliquis putabit trium, quia ante Christum, sicut licebat habere multas uxores, ita licebat habere multas concubinas, & habebat tunc aliquis simul multas uxores & concubinas multas, ergo & nunc erit una uxor, & una concubina.

Dicendum, q non stat: nam licet nñc sit una uxor, sicut tunc multæ; tamen cum uxore vnica non potest esse concubina aliqua: nam concubina, quæ permittitur loco uxoris est, & si esset concubina cum uxore, essent duæ uxores, & hoc non licet nunc: secus in ueteri testamento, & toto tempore ante Christi: nam licita erat vxorum pluralitas, & poterat quis habere simul plures uxores, & multas concubinas, quia concubinae erant loco vxorum, & quia numerus vxorum non erat determinatus, poterat quis habere tres uxores, & tres concubinas, aut in alio numero nõ immoderato, & quia concubina erat & uxor, diceretur talis habere sex uxores, quod non erat tunc inconueniens, ideo tunc licebat plures uxores, & plures concubinas habere. Nunc uerò si haberet uir uxorem unam, & concubinam unam, essent duæ uxores, quod est illicitum, & sic una tantum erit, aut uxor, aut concubina in alleg. cap. is qui. & cap. Christiano.

In q. 27.

In q. 25. & 26.

Ead. di. 34.

~~Concubinae vnicae non habentur nisi in vxorem haberi potest, ita vnica in concubinam, & tamẽ erit vnica mulier, & illa aut erit uxor, aut concubina in alleg. cap. is qui. f. tantum, ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae sit commixtione contentus, & in ca. Christiano dicitur, q unam tantum habeat, aut uxorem, aut concubinam.~~

Differentia inter uxorem, & concubinam secundum leges saeculares. Quæstio. CCX.

EST nunc videndum, quæ differentia sunt inter uxorem, & concubinam isto modo acceptam. Dicendum, quod prima differentia est: nam vxores nunquam vocantur concubinae, quod est nomen dignitatis minoris, concubinae autem interdum vocantur concubinae, interdum vxores, & ratio huius est, nam aliquid vxorum habent, & quantum ad hoc vocantur vxores, & istud est affectus, & consensus coniugalis. Aliud est, in quo sunt minores vxoribus, & quantum ad illud non vocantur vxores, sed concubinae, sic patet de Agar, & Cetura, quas scriptura vocavit vxores Abraham, & vocavit etiam concubinas eius: Gen. 16. & 25. cap. & ista differentia est in nomine.

Secunda est quantum ad iura ipsarum & honorum, & primum de honore: nam in vxores accipiebantur illae, quae erant genere, & statu aequales: inaequales vero non accipiebantur in vxores, sed in concubinas, & ideo in concubinas accipiuntur maxime mulieres corruptae, & obscuro loco natae, & quae sui corporis questum fecerunt. i. fornicatae sunt pro lucris captandis, & ancillae, vel libertae: mulieres autem ingenuae, & maxime si sunt nobiles, & honestae vitae, & virgines in concubinas haberi non possunt sine testatione quadam, ut patet. ff. de concubi. l. in concubinato. istud enim de lege civili est, & videtur servatum fuisse etiam apud antiquos in veteri testamento & prius. Nam Abraham accepit Saram in vxorem, quae erat filia fratris sui Aram, & ita erat aequalis in genere, & forte in statu: Agar vero ancillam propriam accepit in concubinam: Gen. 16. & 25. & hoc maxime conveniebat, quia melius haberetur in concubinam ancilla, quam ingenua in alleg. l. in concubinato. De statu similiter patet, quae erant vxores in statu honorabiliore secundum conditionem viri: concubinae autem in minori statu, ut patet de vxoribus, & concubinis Salomonis infra lib. 3. cap. 11. si fueruntque Salomoni vxores, quasi reginae septingentae, & concubinae trecentae, & auerterunt mulieres cor illius, & ita vxores vocavit quasi reginas, in quo notavit earum statum excelsum. De concubinis nullum statum honorabilem posuit, sed solum dixit, quod erant concubinae: ideo status vxorum erat valde maior quam concubinarum. Etiam de omnibus vxoribus dixit, quod erant quasi reginae, in quo designavit aequalitatem earum, quasi non esset gradus inter vxores, sed solum inter vxores, & concubinas.

Tertia differentia erat quantum ad ius earum: nam filij vxorum reputabantur legitimi, & succedebant patribus in bonis suis: filij autem concubinarum non reputabantur legitimi, sed ad plus naturales, & patet hoc, quia Sara fuit vxor Abraham, & filius eius Isaac: Genes. 21. capit. Agar fuit vxor, & concubina Abraham: Genes. 16. c. & 25. & ideo Ismahel filius Agar non erat successurus patri, sed solus Isaac: Genes. 21. cap. ubi dixit Sara ad Abraham: Eijce ancillam hanc & filium eius; non enim haeres erit filius ancillae, cum filio meo Isaac.

Sed aliquis dicit, quod istud fiebat, quia illa erat ancilla, & filij ancillarum non succedunt. Dicendum, quod non fuit ista causa totalis, sed causa fuit, quia erat concubina: nam Cetura, quae postea fuit vxor, & concubina Abraham, non erat ancilla; & tamen filij eius non successerunt patri, quia illa erat concubina, & patet hoc, quia Genes. 25. cap. dicitur de Abraham: dedit autem Abraham omnia, quae possederat Isaac: filij autem concubinarum largitus est munera, & sepavit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc viveret, &

ita filij Agar, & Cetura in nullo successerunt patri, sed solum dedit eis munera, scilicet fecit legata illis: filio autem vxoris dedit omnia, & non datur ibi alia causa, quare non successerint, nisi quia erant filij concubinarum, sed de filijs concubinarum secundum legem humanam, an succedant, & quando, & in quantum non est nobis cura dicere, quia alterius considerationis est.

An secundum legem humanam coire, cum concubina sit licitum, & an illa sit vxor. Quæst. CCXI.

SED nunc dubium est de concubina secundum legem humanam, an sit licitus coitus cum illa, id est sine peccato, & an illa vxor sit. Dicendum quod eo modo quo concedebatur concubinitus, aut vocabatur secundum legem humanam non erat concubina vxor, neque erat licitum commiseri ei. Primo quia concubinitus stat cum multis, nam sicut habens unam mulierem, cui miscetur, quae non sit legaliter ducta dicitur habere concubinam, ita & habens multas huiusmodi dicitur habere concubinas, & tamen vxores non potest aliquis habere, sed vxorem unam tantum, ergo concubina de iure humano non est, quae dicitur vxor, & consequenter non erit licitum illi commiseri. Patet primum, quia etiam in nova humana posterunt posse esse multas concubinas simul, sed tunc filij ipsarum, & ipse non habent idem beneficium succedendi in bonis paternis, quod habent filij concubinae, quoniam est unica, ut patet in Authentica, quibus modis naturales efficiuntur sui. §. si quis autem. & in §. si vero effusa. Et hoc colligitur etiam. 34. dist. in cap. is qui. & cap. Christiano. ubi dicitur, quod Christianus habeat unam tantum, siue vxorem, siue concubinam, in quo praesupponitur, quod secundum iura humana plures habebantur mulieres in concubinas.

Si vero obijciatur, quod concubina sit unica tantum, ut lex voluit in alleg. §. si quis autem. Dicendum, quod illud non cogebat ad unitatem concubinae, & si plures essent, non ideo desinebant vocari concubinae, sed illud dicitur qualis debeat esse concubinitus ad hoc, quod filij inde suscepti sint naturales, & gaudeant illo beneficio successione.

Secundum patet, quod concubina secundum legem humanam non sit vxor, quia distinguuntur ex parte personarum: quaedam enim mulieres sunt, quas in concubinas accipi non licet, sed in vxores, & de prioribus sunt quaedam mulieres, quas in concubinas accipi licet, & non in vxores. De primo patet: mulier nobilis & virgo, aut ingenua, & virgo, & ea, quae est honestae vitae non accipitur in concubinitum, sed in matrimonium. Et prior accipitur in concubinam, & non in vxorem, ancilla, vel liberta sua, vel aliena: accipitur in concubinitum, & mulier obscuro loco nata respectu viri nobilis, & mulier, quae fornicata fuit, & quae sui corporis questum fecit, & generaliter mulier illa in concubinam sine metu criminis accipitur, in quam stuprum committi non potest. Etiam mulier damnata de adulterio potest accipi in concubinam, & non potest accipi in vxorem. De his omnibus. ff. de concubi. l. quae in concubinato. Et praesens provincia potest accipere concubinam de provincia, quam administrat eodem titulo. concubinam: sed non potest accipere vxorem de illa provincia quamdiu eam administrat. ff. de ritu nupt. l. si quis. & ita quasi generaliter ille, quae interduntur, ut sint vxores conceduntur in concubinas, & quae interduntur in concubinas haberi, conceduntur fieri vxores; & hoc apparet, quia si quis velit mulierem ingenuam, & honestae

vita

vita habere in concubinam non licet: quia talis est, quae in vxorem haberi debebat: unde si acceperit eam incidit in crimen stupri, vel putabitur in vxorem habere: si autem voluerit sine crimine eam habere in concubinam, oportet fieri testationem, i. quod coram testibus dicat, quod eam accipit in concubinam: & sic excusabitur. ff. de concubi. l. in concubinato: ergo concubina secundum legem humanam non est vxor, cum ea, quae est concubina, non possit de iure communi esse vxor, neque & de contrario, & hoc ut in plurimum. Tertio patet quia concubina secundum legem humanam excusatur a pena, quasi indigeat excusatione, ut in alleg. l. in concubinato, quia concubinitus per legem nomen assumptum: extra legis penam est, cum hoc dicitur significatur, quod de se concubinitus non erat bonus, & tamen lex non punit eum. De matrimonio autem non datur excusatio aliqua ad hoc, quod non puniatur: ergo matrimonium significatur esse per se bonum, & honestum: & ideo excusatione non indigere: concubinitum vero non esse bonum, & ideo ad hoc quod non puniatur opus esse excusari a pena. Quarto patet, quia coniunctionem, quae est matrimonium vocamus iustas nuptias: omnem autem copulationem aliam, quae non sit secundum leges vocamus iniustas nuptias: & ita cum concubinis non sunt iustae nuptiae. Unde & filios ex eis natos non dicimus habere in nostra potestate, Instituta de patria potestate. §. 1. & 2. Quinto patet, quia filij ex matrimonio secundum legem humanam vocantur legitimi: filij autem ex concubina non sunt legitimi, sed quando melius nati sunt vocantur naturales. Sexto quia filij ex matrimonio nati succedunt univerialiter patri, siue ab intestato, siue ex testamento: filij autem ex concubinis non succedunt univerialiter ab intestato, sed interdum in aliqua parte, interdum in nulla, ut in Authentica quibus modis naturales efficiuntur sui. §. si quis autem. & §. si vero effusa: ergo non est eadem concubina, & vxor. Distinctum ergo est dubium, si quod cum illa, quae secundum legem vocatur concubina non sit licitus concubitus, quia hoc solum licet ad vxorem: & tamen concubina non est vxor, ergo non liceret nunc commiseri mulieribus, quae secundum leges vocantur concubinae.

Nunc non licet Christiano habere concubinam: tamen antiquitus tamen secundum leges saeculares quam sacros canones licebat non erat contra legem Dei. Quæst. CCXII.

NUNC ergo dubium est, quomodo dicitur in alleg. cap. is qui. & c. Christiano 34. dist. quod licitum est haberi unam tantum mulierem, vel vxorem, vel concubinam. Dicendum quod nunc non licet haberi aliquam in concubinam illo modo: sed omnis talis coitus est illicitus: quondam vero non solum secundum leges humanas, sed etiam secundum canones licebat haberi concubinam, & non erat contra legem Dei. Et primo declarabimus secundum: & considerandum quod concubinitus nomen a lege sumpsit exordium, ut distinctio fieret inter vxorem, & non vxorem & filios legitimos, & non legitimos: & sic dicitur. ff. de concubi. l. in concubinato. Etiam sciendum, quod quaedam sunt personae, quas regulariter ex lege non licet accipi in concubinas. eo. tit. l. qui in concubinato: quoniam quis tales haberet praesumeretur, quod erant concubinae, & non vxores, & lex ita eas nominat: quia status earum est, ut sint concubinae, & non vxores, vel conditio aut indignitas earum, nisi contrarium appareret. Aliae autem sunt mulieres, quas in vxores accipi licet & non in concubinas, ut sunt ingenuae, & maxime nobiles, & vitae honestae.

nestae, & virgines, si quis tales acceperit putabitur committere stuprum, nisi vel expressè de matrimonio appareat, vel testationem faciat quod in concubinam talem aliquam accipit: in alleg. l. in concubinato. Cum autem contrahitur matrimonium cum eis, quae in vxores accipi possunt ad hoc quod esset matrimonium, & illae iudicarentur vxores: oportebat fieri dotalia instrumenta aut probationes aliquas, aut sacramenta: aliter non reputabatur matrimonium in Authentica, ut liceat matri, & auiae. §. quia vero colla. 9. cum dicitur: Legem protulimus iubentem dotalia fieri documenta, aut probationes aliquas procedere factas apud Ecclesiam defensores, per quas nuptias competat confirmari, aut certe sacramenta praebere. Sed postea aliter secundum legem humanam factum est, sicut matrimonium per solum consensum conjugalem contrahitur, nulla alia interveniente solemnitate, aut dotalibus pactis vel sacramentis vel probationibus: & est hoc verum, nisi in quatuor casibus: Vnus est in eis, qui fulgent maximis dignitatibus descendendo usque ad illustres: nam nulli horum licet contrahere matrimonium, nisi dotalia scribantur instrumenta: si tamen contraxerint antequam in his dignitatibus sint, valebit contractus sine dotalibus instrumentis, per solum affectum conjugalem, id est expresso consensu per verba de praesenti, sed postquam quis ad tales dignitates ascenderit, non iudicabuntur legitima nuptia sine dotalibus documentis: quod non extenditur ad barbaros etiam si in his dignitatibus sint, nam ex solo affectu illi contrahere possunt. Secundus casus quando quis in dignitate constitutus libertam suam in vxorem acceperit: nam oportebit scribi dotalia instrumenta in Authentica, ut liberti de cetero. §. si quis autem, colla. 6. si quis autem libertam ducere voluerit, aut legitimam facere coniugem cuiuslibet dignitatis existens, nuptialia conficiat documenta: & illa vocantur instrumenta dotalia, ut patet ibidem. Tertius casus est, quoniam quis concubinam suam voluit facere vxorem: nam tunc requiruntur dotalia instrumenta. Ceterum naturalibus liberis: licet cum quis, & ubique lex de talibus facit mentionem semper dicit de dotalibus instrumentis, id est cum dote, & instrumentis: Quartus casus est, quando quis scenicam, vel meretricem accipit in vxorem, nam requiritur instrumentum dotalis. Ceterum imperialis: & notat istos casus glo. in Authentica, ut liceat matri, & auiae. §. quia vero, coll. 8.

Quod in quocumque casu matrimonium per solum consensum teneat. Quæst. CCXIII.

SEI dicendum quod matrimonium secundum veritatem solo consensu, id est affectu conjugali contrahitur, & dotalia instrumenta ceteraque solemnitates non faciunt ad contrahendum matrimonium, vel ut matrimonium teneat, sed solum ad ostendendum liberos esse legitimos. Nam hoc est generale, quod non succedunt univerialiter utrique parati ab intestato filij, nisi qui legitimi sunt: vocantur autem legitimi a lege, i. illi, qui nati sunt ex matrimonio contracto secundum legem, sed quia lex vetuit coniungi quibusdam mulieribus matrimonialiter, ut ff. de concubi. l. in concubinato. & l. qui in concubinato, & aliae sunt, de quibus non est verisimile, quod cum illis contraheretur: ad ostendendum illud esse matrimonium, & consequenter problem legitimum oportet intervenire probationes quasdam, & ob hoc apud veteres statutum erat, ut non iudicaretur matrimonium, neque filij legitimi, nisi apparerent dotalia instrumenta, vel probationes alie haberent apud iudices, vel sacramenta praestarentur. in Authentica.

Antiquus contrahebat matrimonium.

Matrimonium hoc die per solum consensum contrahitur, nisi in quatuor casibus.

ut

vt liceat matri, & auia: §. quia vero. & hoc tenebat generaliter in omnibus matrimonijs, & fiebat in preiudicio aliorum heredum, qui succedebant ab intestato: nam si nati de tali copula non ostenderent se legitimos non admitterentur ad successionem: modus autem probandi matrimonium erat per hæc dicta.

Etiam dabatur alius modus probandi legitimum filium, si quis mulierem habes liberam cum qua matrimonium secundum legem consistere potest, filium aut filiam susceptum ex ea in scriptura priuata subscripta trium testium nominibus, aut instrumeto publico filium, vel filiam appellauerit: non addens naturalem talem reputari legitimum, & nullam aliam probationem requiri ab eo. sed postea datus est modus facilius probandi matrimonium, scilicet ex solo affectu, id est si quis tractat aliquam affectu coniugali cohabitans ei, vt vxori: etiam si de nullo alio constet per hoc probatur matrimonium inter eos consistere, & prolem esse legitimam: & hoc est si mulier illa non sit prohibita de iure tali nubere in alleg. §. quia vero: & supra posita patet in Authen. vt liceat matri & auia: §. ad hoc autem.

Excepti fuerunt ab hac regula quatuor casus supra positi, in quibus non probatur matrimonium sine dotibus instrumentis: & hoc fuit, quia non presumitur quod vir in illis casibus talem feminam acciperet in vxorem, scilicet, quia vel est inæqualis status, vel est mulier, & verita accipi in vxorem: licet & verum matrimonium cum talibus esse possit, non sufficit ad ostendendum esse matrimonium, & prolem legitimam fuisse affectum coniugalem, scilicet cohabitationem, & beneuolentiam, & procreationem & alia, quæ præstantur vxoribus, nisi ostendantur dotalia instrumenta: immo de talibus cum nihil plus constat presumitur quod habentur in concubinas, quia etiam ad concubinas ad hoc quod filij ex eis nati admittantur ad successionem certe partis bonorum paternorum ab intestato, requiritur istud, scilicet, quod affectus viri ad concubinam sit indubitatus: & sit cum eo in domo & alimenta præset, vt in Authentica, quibus modis naturales efficiuntur sui. §. si quis autem, & ideo in his casibus affectus coniugalis non ostendit esse matrimonium legitimum, nisi accedant dotalia instrumenta.

An concubina sit vxor, & quomodo contrahatur concubinatus.
Quæst. CCXIII.

ET ex hoc etiã patet quod supra dicebamus, scilicet, quod concubina secundum legem humanam non sit vxor, & quod non sit licitus coitus cum illa, quia in Authen. vt liceat matri & auia: §. quia vero, dicitur quod matrimonium solo affectu contrahitur, & solo affectu probatur, vt filij ostendantur legitimi, nisi in casibus prædictis, sed filij ex concubina non sunt legitimi, sed ad plus sunt naturales: ergo necesse est, quod affectus, per quem contrahitur matrimonium non sit affectus, per quem contrahitur concubinatus, & ita concubina non erit vxor. Secundo patet idem, quia expressè ponit lex quendam esse affectum concubinæ, qui sit proprius ad concubinas, & non sit ad vxores, vt in Authen. qui, mo. naturales efficiuntur sui. §. si quis autem, scilicet sic autem illi donec vixerit libera mulier in stemmare concubinæ sociata, & filij ex ea: talibus enim solum modo hoc sancimus, vbi omnino indubitatus est concubine affectus & filiorum ibidem proles, & alimenta, & domus, & sic dicit aliquam sociatam in stemmate concubinæ, id est in modo quamuis sit mulier libera

F cum qua matrimonium consistere poterat, id aliquis modus proprius copulationis est, quo cognoscitur esse vxor, vel concubina. Etia quia dicitur quod sit indubitatus concubinæ affectus, id est vt habeat ad eam affectum, vt ad concubinam, & non vt ad meretricem, vel fornicariam momentaneam.

Terriõ apparet, quia concubinatus per affectum contrahitur, & non per solum actum coeundi, sed ante omnem copulam per solum affectum est concubina: sic dicitur. ff. de concubi. l. concubinam. Concubinam ex sola animi destinatione extimari oportet: & tamen ista destinatio animi non est affectus coniugalis, quia tunc ista esset vxor, & proles ex ea suscepta esset legitima in Authen. vt liceat matri, & auia: §. quia vero: & est falsum, quia non sunt legitimi filij, sed naturales: ergo alius est affectus, quo contrahitur concubinatus: & alius quo contrahitur matrimonium.

Apparet autem aliqua diuersitas affectus in his: nã in matrimonio est intentio cohabitandi in perpetuum, vt patet ex diffinitione sua, scilicet matrimonium est viri, & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens: in quo patet, quod istud sit de conditione matrimonij, & debeat esse de intentione contrahentium: nam secundum iura humana licitum est repudiare, per quod dirimebatur matrimonium: tamen matrimonium secundum se indissolubilitate dicit. Nam ipsa lex humana, quæ concessit repudiũ, & diuortium dixit esse matrimonium indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. In iure de patria pote. §. nuptiæ. dirimi autem, vel non dirimi matrimonium per accidens est, sed habere intentionem cohabitandi vsque ad mortem est per se de ratione matrimonij: In concubinatu è contrario: nam non est de ratione eius permanere, & ideo cum concubina accipitur non eo animo accipi debet, vt semper non retineatur, nec iste contractus de se istud importat, quod verò concubina interdum duret vsque ad mortem accidit: vt in Authen. quibus mo. nar. effi. sui. §. si quis autem. & è contrario matrimonium, quod de se importat indissolubilitatem, accidebat secundum leges humanas interdum dissolui, sed ob hoc matrimonium de se habebat vim semper manendi, & non dissoluebatur, nisi diuortio, vel repudio secundum legem factis: concubinatus vero, quia de se non habebat vim semper manendi, dissoluebatur sine repudio & diuortio facto per legem.

Et ob hoc quicquid in contractu matrimonij interueniat, quod repugnet perpetuitati vinculi est contra substantiam matrimonij, & facit matrimonium non tenere, neque contrahi: & ideo si quis contraheret sic dicens contraho tecum matrimonium vsque ad duos annos, vel vsquequo mihi placuerit te retinere, non teneret matrimonium, quia est contra substantiam matrimonij. extra. de condit. appo. c. si conditiones. Et sicut est hoc inter nos, etiam inter infideles vitaret contractum tale pactum, quia quamuis liceat eis repudiare vxores, quod est a lege concessum, & est posterius matrimonio contracto, si inserant hoc pactum contractui est contra substantiam contractus, & non tenet: ideo infideles quando contrahunt nullum tale pactum inserere possunt, vel poterant: postquam vero contraxissent poterant repudiare vxores, sic tenet glo. extra de conlan. & affin. c. de infidelib: licet alij contrarium teneant, quod possit inseri tale pactum, & male. Et patet ratio, quia matrimonio secundum suam rationem competit dicere perpetuitatem cohabitationis, non solum apud fideles, inter quos nequaquam dissoluitur matrimonium, sed etiã apud leges humanas, secundum quas erat ius repudiandi & diuertendi: nam lex dixit matrimonium continere

nere indiuiduam consuetudinem vitæ. In i. de patria pote. §. nuptiæ. sed pactum, vel conditio contra substantiam matrimonij si inseratur in contractu facit non valere contractum in alleg. cap. si conditiones. Ergo etiam inter infideles non posset tale pactum, vel conditio in matrimonio interuenire. In concubinatu autem non est sic: quia etiam si quis mulieri diceret accipio te in concubinam vsque ad duos menses, non vitaretur contractus concubinatus, sed teneret, quia adiectio huius pacti non est contra substantiam contractus, cum in eo non requiratur neque importetur aliqua perpetuitas: & sic apparet aliqua diuersitas affectus coniugalis, quo contrahitur matrimonium: & affectus concubinalis quo contrahitur concubinatus.

Quare sacri canones concesserunt, & dixerunt quod licet Christiano habere concubinam. Quæst. CCXV.

EX prædictis apparet causa, quare a principio in decretis Ecclesiasticis dicebatur quod liceret Christiano habere concubinam: est. n. intelligendum quod sacri canones non condiderunt aliquid, quod Christus vetuit, sed ipse vetuit omnem fornicationem: Matth. 5. cap. f. Qui viderit mulierem ad concupiscendum iam mechatus est in corde suo: etiam Apostolus expresse illud ostendit. 1. Corin. 7. cap. dicens: Melius esse nubere, quam vti vbi contra carnis incontinentiam non inuenit aliud remedium, nisi vxorem accipere: si tamen sine matrimonio posset aliter prouideri extinguendo ardorem libidinis dixisset illud, & non tacuisset, ergo non est alius modus licitus in commixtione carnali, nisi in matrimonio: cū ergo Christus vetuerit concubinatum, & omnem modum fornicationis non concederet canones concubinas, sed solas vxores. Cū ergo dixit quod liceret Christiano habere concubinam intellexit canon de illa concubina, quæ est vxor, & non de illa, quæ est verè concubina: & ob hoc requiritur in tali concubina ea, quæ requiruntur in vxore quantum ad veritatem vxoris, licet non quantum ad probationem. Primum requiritur in vxore quod accipiat per consensum de presenti, qui vocatur a lege affectus coniugalis. in Authen. vt liceat matri, & auia: §. quia vero. ita ad habendam talem concubinam requiritur affectus coniugalis: & sic verè coniux est. Secundum est, quod vxor non potest esse nisi vna: nã Christus vetuit vxorum pluralitatem, vt colligitur Matth. 5. & 19. & supra ostensum est: ita & concubina vna esse debet: sic patet 34. dist. c. is qui. & cap. Christiano. s. vnus mulieris sit coniunctio contentus, aut vxoris, aut concubinæ. De tali autem muliere nihil prohibet, quod dicatur vxor: quia vere est vxor cum nihil plus ad veritatem vxoris requiratur: ista patet eo. dist. §. concubina. s. concubina ea hic intelligitur, quæ necessitatibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu acciscitur: hæc affectus coniugem facit: & ita posuit omnes conditiones. Prima est, quod vnica est, quia lex canonizata non permittit plures. Secunda est quod affectu coniugali accipitur quia alias esset verè fornicaria, vel concubina, & non esset licitum ei commisceri.

Quare tales vxores receptæ non seruata solemnitate legis vocentur concubina a lege, & canone. Et quod non sunt eadem quæ vocantur concubina in sacra scriptura & in lege humana, seu in antiquis sanctorum patrum decretis.
Quæst. CCXVI.

Sed queretur, quare canon vocauit tales concubinas cum sint vxores? Aliqui dicunt quod hoc

A fit quia iste sic vocatur lege Dei, & in lege humana: sicut dicimus de concubinis Abrahæ, & concubinis Dauid, & Salomonis. Dicendū quod non sunt eadē, quæ vocantur concubina in sacra scriptura, & in lege humana: nam in lege Dei vocabantur concubinae quæ erant verè vxores. Et apparet, quia ibi vocantur interdum vxores interdum concubinae, sicut diximus de Agar, & Cethura, & tamen illæ, quæ vocantur concubinae secundum legē humanā sunt concubinae, & non sunt vxores, nec vocantur sic aliquando, & ideo non est verū vtrouque eadē vocari concubinas.

B Sed dicendum quod illæ, quæ sunt aut vocantur concubinae secundum canonem similes sunt illis, quæ vocabantur concubinae in veteri testamento: quia illæ vocabantur concubinae, & interdum vxores, & sic sunt verè vxores licet vocentur concubinae, quantum ad hoc sunt similes illæ, quæ a canone vocantur concubinae, quia licet concubinae dicantur, sunt verè vxores.

C Sed dicendum quod non vocauit canon concubinas ad similitudinem istarum, vel quia scriptura vocabat eas concubinas. Primo, quia cessabat ille ritus concubinarum, qui tunc erat: nam tunc habebantur simul plures concubinae cum vxoribus, vel cum vxore vna habebatur concubina: sicut fuit in Dauid, & Abraham: & tamen nunc non potest esse vxor cum concubina, sed vnica mulier haberi potest, aut concubina, aut vxor: 34. dist. c. is qui. & c. Christiano: ergo non dicitur propter illarum concubinarum similitudinem. Secundò quia status veteris testamenti cessauerat a cuius obseruantijs fideles debebant retrahi, ideo non imponerentur nomina in nouo testamento per imitationem ad ea, quæ in veteri erant, ne ad illam imitationem traheremur: hoc enim rationabiliter putatur a quibusdam.

Alij dicunt quod vocauit canon concubinas propter imitationem legis humanæ: nam lex humanam vocat aliquas mulieres concubinas, & non vxors: illas ergo sic vocaret canon.

D Est autem intelligendum, quod quicquid dicatur non erat omnino simile de illa muliere, quam canon vocat vxorem: nam illa vocatur vxor, quæ cum omnibus conditionibus legis accipiebatur.

Primo, quod esset mulier, cum qua secundum legem nuptiæ consistere possent, quia multæ sunt mulieres, quæ non possunt secundum legem accipi in vxores, & possunt accipi in concubinas, vt pater. ff. de concubi. l. in concubinatu. & l. concubinam, & in Authen. vt liceat matri, & auia: §. ad hoc. Secundum erat, quod obseruarentur solemnitates illæ, quæ apud veteres obseruabantur ad ostendendum matrimonium legitimum, & prolem legitimam, scilicet, quod constitueretur dos, & fierent instrumenta dotalia: aut fierent probationes corã iudicibus, vel sacramenta præstarentur in Authen. vt liceat matri, & auia: §. quia verò. feminae autem, in quibus non inueniebantur hæc, iudicabantur secundum legem concubinae licet verè secundum affectum essent vxores.

Fuit necessarium quod in nouo testamento lex Ecclesiæ permitteret concubinam, id est habere vxorem in qua non obseruarentur solemnitates illæ, quæ apud veteres obseruabantur.
Quæst. CCXVII.

EX hoc apparet quare canõ debuit dicere aliquas mulieres esse concubinas, s. quia cuilibet homini non volenti continere, licet nubere: & tamen non est facile cuilibet habere vxorem: est autē facile habere concubinam, i. eam, quæ secundum leges vocatur con-

concubina; ideo debuit dicere, quod haberet concubinam, vel vxorem: nam vxores sumuntur, quasi de equali statu ad virum, & honeste vitæ matronæ, vel virgines, & dotatæ: talem autem non est facile cui-libet habere, quia erit aliquis, quem pro paupertate aut alio defectu, quo reddatur contemptibilis, nulla talis volent in virum accipere: facile tamen est ei accipere aliquam, quæ secundum legem posset esse concubina, scilicet mulier obscuro loco nata, ancilla, liberta propria, vel aliena aut ingenua, quæ sit meretrix, aut scēnica: aut mulier, quæ sic corporis sui quæstum fecerit, aut illa, quæ de adulterio damnata est: tales enim possunt secundum legem sumi in concubinas. ff. de concubi. l. 1. & l. in concubinatu. de talibus quilibet quantumcumque miser poterit aliquam inuenire: & tamen tales secundum legem vocantur concubina: & dato quod verè vxores ex affectu, lex præsupponit eas concubinas: ideo canon debuit dicere de vxore, vel concubina.

Et fuit istud magis necessarium tempore noui testamenti, quod alio tempore: nam nunc Christo docente omnis fornicatio immo concupiscētia est illicita, & non est remediū aliquod contra incontinentiam, nisi habere vxorem: quia non licet tangere meretricem. 1. Corin. 6. cap. & Apostolus dixit vnusquisque vxorem suam habeat propter fornicationem vitadā. 1. Corin. 7. cap. & ita innuit quod fornicatio solum evitatur in concubitu ad vxorem, sed necessarium erat omni homini Christiano vitare fornicationem, quia fornicatores regnum Dei non possidebunt. 1. Corin. 6. cap. ideo non potentibus continere necessarium erat accipere vxores: & tamen non poterat quilibet homo habere talem mulierem, quæ secundum legem vocaretur vxor: & etiam non poterat quilibet mulier haberi in vxorem, sed aliqua solum in concubinas secundum legem, vt dictum est: ideo deberent accipere, & acciperent saltem tales, quæ concubinae secundum legem vocarentur. Et apparet quod ista fuerit vera causa, quia 34. dist. cap. Christiano dicitur Christiano non dicam plurimas, sed nec duas habere licet, sed tantum vnam aut vxorem, aut certè loco vxoris, si coniux deest concubinam, & ita apparet, quod in defectum accipitur vxoris loco concubina, quado quis non potest habere vxorem. Difficultas autem ad habendum vxorem, & facilitas ad habendum concubinam, apparet ex dictis.

Et tunc apparet unde nomen concubinae venit in canone, scilicet, quod venit a lege humana, quæ vocat quasdam vxores & alias concubinas. Et primo apparet, quia licet Christiani haberent legem Christi tamen circa foralia non habebant legem a Christo, sed gubernabantur legibus secularium principum, quibus Christus iubeat eos subijci: sicut dixit Apostolus ad Roma. 13. c. & beatus Petrus 1. Petri cap. 2. Subiecti estote omni humane creature propter Deū, siue regi, velut præcellenti. Et iterum: Deum time, regem autem honorificate. Vterentur ergo legibus illis contrahendo secundum doctrinam legum, & contractibus nomina imponendo secundum leges, sed lex humana vocat quendam contractum matrimoniale in copula maris, & foeminae, & alium concubinalem, ideo & canon sic vocaret, quia Christiani, qui illis legibus gubernabantur, nomina legum accipiebant & illis utebantur.

Secundo patet, quia vocatur concubina in Decreto, is qui, quod fuit in concilio Toletano: & in c. Christiano, quod est dictum Isidori, 34. dist. fuerunt tamen ambo circa tempora Iustiniani, id est non multo post. Iste autē Iustinianus licet Christianus fuerit, & multa de ecclesijs, & monachis, & episcopis atque alijs mi-

nistris ecclesiasticis instituerit: innouauit præcedentes leges de vxoribus, & concubinis, & ad vltimum in collationibus correxit multa, quæ dixerat in prioribus legibus Codicis. Et tamen ibi in Auth. de triente & semisse; & Authen. quibus modis naturales efficiuntur sui. & in Authen. vt liceat matri, & auia: & in multis alijs posuit doctrinam, secundum quam vocantur aliqua vxores, aliqua concubinae: & quid de vtriusque agendum est: ideo canones, qui ante tempus illud, & tunc & aliquanto post instituebantur, sequentibus vocabula illa: sic ergo in concilio Toletano de vxore, & concubina dictum est: sic etiam Isidorus dixit: & ita a lege humana venit istud vocabulum.

Tertio patet, quia hoc expressè videtur signare Gratianus, 34. dist. c. oib. §. cū concubina. scilicet concubina hic intelligitur, quæ necessitatibus legalibus vnita est, & coniugali affectione acciscitur: hanc coniugem facit affectus: concubinam verò lex nominat: ergo propter legem venit istud nomen in canonem, sed lex vocatur ipsa, quæ est lex humana.

Alia responsio aliorum sustentabilis de derivatione nominis concubinae recepti in can. Quæst. CCXVIII.

Si tamen dicat aliquis quod istud nomen venit in canones ex consuetudine veteris testamenti non videbitur inconueniens: & ratio est, quia aliqui canones sic nominauerunt concubinas eas, quæ sunt vxores, eo quod Apostoli sic prius nominauerunt. pater 33. dist. c. si quis, scilicet, si quis post acceptum sacrum baptismi secūdis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri episcopus: & est illud. c. de canonibus apostolorum, vt patet ex superscriptione: & tamen concubina ibi vocatur ea, quæ verè vxor est, vt declarat Gratianus, 34. dist. §. concubina: & etiam glo. eo. cap. quia alias non efficeretur bigamus: & tamen ibi de bigamia agitur: & sic Apostoli in suis canonibus vocauerunt concubinas aliquas, quæ sunt vxores: & inde posteriores canones conciliorum, vel pontificum sumpturunt illum modum loquendi. Sed de Apostolis factis credibile est, quod acciperent istam consuetudinē locutionis ex veteri testamento, in quo fuerat semper conuersari: & ibi vocabantur aliqua vxores, aliqua concubinae, vt in Abraham, & Dauid: maxime, quia hoc satis conuenit cum illis, quæ in veteri testamento erant, concubinae vocarentur etiam vxores, & essent sicut ille, quæ vocantur concubinae in canone. Si quis tamen vellet dicere quod Apostoli vocauerunt concubinas non secundum consuetudinem veteris testamenti, sed secundum legem humanam, satis potest teneri rationabiliter, quia Apostoli, quando ista statuerunt acceperant iam Spiritum sanctum, & sciebant plenissimè omnia, quæ directè, vel indirectè, pertinebant ad fidem, & fidelium regimen, & sic scirent statuta humanarum legum in quantum illa faciebant aliquid ad conuersationem fidelium, qui illis legibus subditi erant. Etiam quia sine speciali illustratione Spiritus istud scire poterant, quia cum leges Romanorum essent communes, & seruarentur a subditis Romanorum, quibus in principio Ecclesie & Apostolorum totus mundus subditus erat: scirent omnes homines istas leges, & si non per studium saltem per consuetudinem, quia utebantur eis, & sic Apostoli statuentes circa fideles, qui subditi erant legibus humanis Romanorum, vterentur illis vocabulis, quibus leges vtuntur, & quibus utebantur vulgares sequentes legem, scilicet dicendo vxores & concubinas, & sic a lege humana uocabulum istud ueniret, quod uerius milius est.

9109. An filij earum quæ sic vocabantur concubinae succedebant parentibus. Quæst. CCXX.

Concubina, quæ vocatur. Quæst. CCXIX.

Supposito autem quod ueniat nomen a lege humana dicendum quod non vocatur concubina illa, quam lex humana propriè vocat concubinam: sed illa, quam præsumit concubinam propter similitudinem aliquam: nam illa, quæ secundum legem propriè vocatur concubina, non est vxor: & tamen canon vocat concubinam eam, quæ est verè vxor: sed accidet istud, quando aliqua mulier fuerit vnica viro, & affectu coniugali accepta, & fuerit de illis, quæ secundum legem solent esse concubinae, vocatur concubina: nam lex reduxit concubinas ad istum modum: quia licet apud antiquos posset quis habere plures concubinas, ita quod lex non puniebat istud, postea reducta fuit ad hoc, quod concubina vnica esse deberet. Et in hoc duo statuit.

Primum quod stante vxore non posset quis habere concubinam. C. de concubi. l. vnica, vt sicut habenti vxorem non licet habere, aut accipere aliam vxorem, ita habenti vxorem, non licet accipere vel habere concubinam, quia concubina loco vxoris habetur. 34. dist. c. Christiano. & c. is qui.

Secundum est, quod sit concubina vnica, scilicet si quis non habens vxorem, accipiat concubinam, habeat vnica: & hoc est si vellet quod iam ipsa quæ filij eius gaudeat aliqua successione in bonis viri. Cū autem quis multas concubinas haberet, quia ille potius vocari debebat fornicariæ quàm concubinae: & earum copula est odibilis secundum legem, non participabant filij inde nati, neque matres aliqua successione bonorum ab intestato: in Authen. de triente, & semisse. §. si autem confusa. §. quia enim testari: & in Authen. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. si quis autem. §. si vero effusa. Cum autem quis haberet vnica mulierem de illis, quæ secundum legem non debebat accipi in vxores, & tamen poterant aliquam qualiter accipi, vel si esset de illis cum quibus matrimonium constare poterat, tamē non fuerant dotes constitutæ neque instrumenta dotalitia facta aut aliae probationes, vel sacramenta præbita in casibus, in quibus ista fieri deberet: tales mulieres, licet essent vxores, vt quia affectu coniugali acceptæ fuerant, vocabantur secundum legem concubinae, quia ita de eis præsumebat lex, nisi contrarium constaret.

An filij earum quæ sic vocabantur concubinae succedebant parentibus. Quæst. CCXX.

9109. Sed relinquatur dubium de illis, quæ sic vocabantur concubinae an iudicabatur idem, quod de vxoribus: & an filij earum succedebant parentibus. Aliquis dicit quod sic, quia erant vxores, & vbi est vxor est matrimonium, & in matrimonio sunt filij legitimi, & legitimi succedunt vniuersaliter ab intestato, quod istæ vxores essent, supra ostensum est, & ita patet 34. dist. §. concubina.

Sed obijciatur, quod istud non valeat, quia licet istæ essent vxores, erant concubinae & concubinarum filij non succedunt, sic patet in Agar, & Cethura, quæ vocantur vxores Abraham Gen. 16. & 25. cap. & postea cap. 25. vocantur ambæ concubinae, & propter hoc filij earum non successerunt: sed Isaac qui erat filius Saræ, quæ erat vxor, ita non concubina habuit omnia bona Abraham eo. cap. ita ergo in istis, quia licet vxores sint vocantur concubinae. 34. dist. c. is qui: & cap. Christiano, ergo neque filij earum succedunt.

Dicendum quod nunc non potest nobis constare quid de illis fieret, quia iam isto modo non sunt concubinae, vt sequenti quaestione diceretur, tamen possu-

mus asserere rationabiliter, quod aut de talibus constabat, quod essent coniuges, aut non: si constaret etiam si solo affectu coniugali matrimonium contractum esset inter eos filij iudicabantur legitimi, & tunc cessabat præsumptio legis, quod tales essent concubinae cum constaret de affectu coniugali, simile patet in Authen. vt liceat matri, & auia. §. hoc quoque, & §. hoc autem. Si verò non constaret de matrimonio, aut affectu coniugali præsumebatur concubina, & non vxor: & tunc filij non censentur legitimi: ideo non succederent patri vniuersaliter ab intestato: nam etiam nunc istud fit, quia si qui matrimonialiter copulati sint, & de matrimonio constare non potuerit, filij inde geniti non admittentur ad successionem in bonis paternis, & ratio est, quia licet matrimonium habeat esse verum ex eo quod pertinet ad legē Dei, vel ad ius naturale, prolem tamen fieri legitimam est de iure positivo, & per illud debetur hereditas: quando ergo non interuenerint ea, quæ sunt de iure positivo non iudicabitur legitima proles.

Cum autem obijciatur de eo, quod factum est in veteri testamento, vbi filij illarum vxorum, quæ erant concubinae non succedebant, licet constaret eas esse vxores. Dicendum quod non est simile, quia ibi erant multæ vxores, & concubinae non capiebantur in locum vxorum, vel statum earum, licet affectu coniugali tenentur: alio filij earum non succedebant in bonis paternis, quia neque ipsæ dotatæ veniebant: & ita obseruari erat apud eos lex, nunc verò vnica est mulier, vel vxor, vel concubina 34. dist. c. is qui. Et quia concubina loco vxoris accipitur. e. dist. c. Christiano, filij illius succedunt, cum illa sit vxor vera, & non sit in præiudicium aliorum. Secus autem si plures mulieres haberi possent simul, & non in eodem gradu, quia tunc æquum erat, quod filij vnus succederent, & filij alterius non.

Nunc verò non differt, quia quomodo cūque constet aliquam esse verè vxorem, licet in ea delecerint aliqua solennitates legales, admittentur filij illius ad successionem in bonis paternis, etiam si habeat alios fratres ex alia vxore patris sui, in qua fuerint seruata omnes legales solennitates, vt patet in Authen. vt liceat matri, & auia. §. hoc quoque. & §. si autem. vbi dicitur quod si quis acceperit vxorem ex solo affectu sine dotalibus instrumentis, & soluto matrimonio accipiat aliam cum dotalibus instrumentis, filij prioris mulieris admittentur ad successionem in bonis paternis cum filiis secundæ, & è contrario, si prior accipiat cum dotalibus instrumentis, & secundam accipiat sine instrumentis & dote.

Iura hodie iam non distinguunt inter vxores & concubinas, sed ablatum est nomen concubinae, & valde abominabile est apud Christianos, & quare iura antiqua fecerunt distinctionem, & non iura moderna. Quæst. CCXXI.

9110. Sed dicendum quod nunc omnia ista sublata sunt: nam iura non distinguunt inter vxorem & concubinam, sed solum contractum matrimonium licitum dicunt: & omnes illas, ad quas est copula licita, vocant iura vxores: nomen autem concubinae iam est abominabile, sicut nomen fornicationis: & ideo quicumque dicatur nunc habere concubinam, de iure reprehenditur, & hoc introduxerunt canones moderniores.

Est autem causa huius: quia iam secundum canonem quàm secundum legem humanam omnes nati ex matrimonio iudicantur legitimi, & succedunt parentibus, sed nunc iudicantur quædam vxores, quæ tunc non iudicabantur: ideo dicebantur concubinae: nunc

Vnde nomen concubinae venit in canone ecclesiastico.

Dist. 34.

Compli.

nunc verò omnes copulatae per cōsensum mutuum coniugalem vocantur coniuges, ideo non est locus vocandi cōcubinam aliquam. Ratio diuersitatis est in duobus. Prima quia quondam secundum legem humanam erat vetitum quasdam personas recipi in vxores, sicut dānata de adulterio a nullo poterat accipi in vxorem, & tamen poterat accipi in concubinam: & multae alię personae erant ad matrimonium illicitae, & non ad concubinatum, vt mulierem de prouincia non poterat accipere praeses in vxorem & poterat in concubinam. ff. de concubi. l. 7. & l. in concubinatu. & l. concubinam. Nunc vero nulla persona est illicita ad matrimonium, cum qualicū sit coire, sed erit cum ea vel incestus, vel stuprum, vel adulterium. Antiquitus verò neque incestus, nec adulterium, neque stuprum erat cū quibusdam, & poterat cum eis esse concubinatus, quod nō erat crimen secundum legem, neque puniebatur. ff. eo. l. 1. & l. in concubinatu. Et apparet istud apertius, quia hunc non vetatur matrimonium cum ancilla, aut liberta, aut leprosa, aut cum ea, quae fecerit questū sui corporis. Et patet hoc de cōiugio seruorum per totum, & de coniugio leproforum per totum: & quod plus est adhuc cum publica meretrice potest esse matrimonium: & non solum esse potest, immo & si quis cum talibus contrahere voluerit prodest ei ad remissionem peccatorum suorum: extra de spon. c. inter opera. Antiquitus autem cum talibus nō erat contractus matrimonij, & cum multis alijs personis, quarum nunc nulla est vetita ad matrimonium.

Secundum est, quia apud antiquos ad hoc quod matrimonium esset aut saltem iudicaretur, requirebantur aliquae solennitates, scilicet constitutio dotis, instrumentum dotale vel probationes aut sacramenta praebere, in Aucten. vt liceat matri, & auia. §. quia verò. Nunc verò non requiritur aliqua solennitas ad hoc, quod sit verum matrimonium, sed per solum consensum coniugalem contrahitur matrimonium extra de spon. c. cum apud: & 27. q. 2. cap. sufficit, scilicet sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum de quorum quarumque cōiunctionibus agitur: & ad hoc quod iste consensus sit certus, debet constare de illo: ideo debet exprimi per verba de praesenti vtroque dicente: ego accipio te in meum, vel in meam: extra de spon. cap. si inter virum: & de spon. duorum c. licet praeter. Et hoc verum est, vel per alia verba, quae significent consensum coniugalem de praesenti: vt si vir dicat mulieri: Ioannes te desponsat: extra de spon. c. tua nos: & hoc est verum in potentibus loqui: non potentes autem loqui possunt contrahere sine verbis per quosdam nutus cōsensum patrefaciētes suum: & ita contrahunt surdus, & mutus eo. titu. cap. cum apud. solennitates autem, si quae consueuerint observari, debent observari, & tamen etiam si omittantur non vitiat contractus, sed tenet: & si quis pro defectu solennitatis putans non teneret matrimonium transierit ad aliam vxorem, cogitur ad primam redire eo. tit. c. de Francia.

Ex hoc autem sequitur quod apud antiquos multi poterant coniungi matrimonialiter, id est per affectū coniugalem, qui tamen non iudicarentur coniuges eo quod non erant ibi illa duo, quae in matrimonio seruabāntur, scilicet deterēminata persona & deterēminata solennitas: & sic omnes illi, qui sine his contraxissent dicebantur esse in statu concubinatus, & non in statu coniugali, sed nunc non est talis deterēminatio personarum, nec etiam est necessaria aliqua solennitas ad valorem matrimonij: ideo omnes illos, in quibus constiterit esse affectum coniugalem, iudicabimus coniuges, & nullam dicemus concubinam

Iura antiqua vetabant quasdam personas recipi in vxores licet in concubinam.

Vide Cōc. Trid. sess. 24. in Decreto de reformatione matrimonij. cap. 1.

Fculus sit licita copula: Est tamen verum quod ad efficiendum filios legitimos requiruntur quadam solennitates, vt quod proponantur edicta publice in Ecclesijs: & hoc est, vt non contrahant persona ille quibus illicitum est contrahere, & si illa forma omittatur etiam ignorantia non efficiet prolem legitimā: extra de cōi. de spon. c. cum inhibito. & istud est, quia matrimonium esse verum, vel non, facit ad copulam esse licitam, vel non: & vt euitetur, vel non euitetur peccatum mortale. Et quia euitari peccatū mortale est de necessitate salutis, debuit ad hoc dari via facilior, quam esse poterat, & supra id quod de iure naturae, vel de diuina institutione, scilicet vltra consensum mutuum de praesenti non debuerunt iura humana aliquid addere. Circa legitimitatem filiorum non est periculum animae, siue sint, siue non sint legitimi: vt cum istud non sit de iure diuino potuerunt iura humana in hoc disponere: & ita solennitas illa posita in c. cum inhibito nō est ad faciendum matrimonium valere, sed solum ad hoc quod proles sit legitima: vnde etiam si omittatur, & fiat desponsatio clandestina, nihilominus valebit matrimonium & erunt veri coniuges.

Reddit ad solutionem argumenti quod incepit supra q. 206. soluere. Et quod in matrimonio aliquid est de iure naturae: aliquid est ex diuina institutione, aliquid ex humana. Quae. C C X X I I.

S V P P O S I T I S his redeundum est ad id, quod dicebatur de Abraham quod habuit concubinas, & concedendum est, quia scriptura facra istud asserit, & tamen concubinae illae erant vere coniuges cum scriptura illas vocet coniuges Gen. 16. & 25. cap. sicut vocat concubinas eo. 25. cap. & tamen habere coniugem non est crimen: ergo & habere tales concubinas non erat peccatum: cum etiam apud nos dicatur saluum concubinarum licita copulatio. 34. q. c. is qui. & c. Christiano.

Sed dicitur cum istae essent vere coniuges, quare scriptura vocat eas concubinas. Dicit potest primo, quod hoc fiebat ad exprimendum veritatem rei; nā erant verae vxores, & vere concubinae: ideo scriptura debebat eas vtroque nomine appellare: nam tempore veteris testamenti, & prius erant aliquae verae coniuges, & nullo modo concubinae: & istae solum vocabantur vxores, quia solum erant vxores. Alia verò, quia erant simul vxores, & concubinae ad exprimendum veritatem rei vtroque nomine appellari debebant. In quo considerandum, quod in matrimonio aliquid est, quod solum est de iure naturae, vel diuina institutione. Aliud est quod ex humana institutione provenit.

Primum est quod matrimonium contrahatur per consensum mutuum coniugalem. Hoc enim Deus voluit & hoc ratio dicit, & ideo circa hoc iura humana nihil possunt, scilicet instituendo alium modū contrahendi matrimonium praeter istum aut addendo aliquid ad istum modum, ita vt sine illo nō sit verum matrimonium. Etiam est aliud de iure diuino, & institutione eius, scilicet, quod in cohabitatione matrimoniali sit mulier subdita viro: sic enim Deus statuit Gen. 3. cap. scilicet, sub viri potestate eris, & Apostolus iubet mulieres subditas esse viris, & non loqui in Ecclesia, sed viros audiri in domo. 1. Corin. 14. & 1. Timo. 2. c. & hoc quia vir est caput vxoris, sicut Christus est caput viri. 1. Corin. 11. cap. De iure etiā naturae est istud, quia vir est firmioris & abundantioris iudicij, quam foemina in tantum quod foemina quasi non habet opinionem vniuersalem: & ideo quasi non potest esse incontinens sicut vir, vt ostendit

Quare tales vxores Abraham, & aliorum sacra scriptura aliquando vocat concubinas aliquando vxores.

dit Arist. 7. Ethic. & tamen sapientis est ordinare, & regere: ideo minus sapientis erit regi & ordinari. Vnde ob hoc Arist. 1. Polit. dicit quosdam dominos, & alios seruos secundum naturam inquam pollēt, ingenio, vt seipos & alios regere possint. Et alij nō possunt se dirigere, sed aliorum regula egent: erit ergo de iure naturae qd foemina in matrimonio sit subdita viro, quia generaliter vir est prudentior foemina: vnde si foemina velit preesse rem contra naturam agit: & ideo Arist. 7. Ethic. & in Poli. dicit esse peruersum principatū si foemina debeat principari viro propter hoc quod illa est ditior, vel nobilior genere: & vocat hunc principatum oligarchicum, qui est de malis. Circa hoc igitur non possunt quicquam iura humana, vt sit foemina maior viro in matrimonio. Sed cū foemina fuerit viro subdita, in qua habitudine se habeat ad eum, in quanta subiectione est de iure humano. Similiter quando licitum erat plures haberi simul in vxores an omnes essent aequales, vel non, & in qua habitudine excessus se haberent de iure posituo erat, cum nō esset neque a Deo, neque secundum naturam institutum, & ita vel per cōsuetudinem, vel per ius scriptū potuit introduci equalitas, vel inaequalitas, & tanta, vel tanta inaequalitas.

Vnde ortum est, vt foemina essent vera coniuges, & inter se coaequales, aut econtra. Quae. C C X X I I I.

EX hoc sequitur qd cum toto tpe ante Christi predicationem fuerit licita vxori pluralitas, licet ostensum fuit supra: & cum homines illius temporis acciperent aliquas mulieres secundum affectum coniugalem, quod illi erant vere coniuges, & ius humanum, aut consuetudo non poterat contrarium operari: & tamen quod illae acceptae in vxores essent coaequales quantum ad virum, i. gauderent eisdem iuribus, vel fauoribus, poterat introduci secundum humanam consuetudinē, vel constitutionem, quod essent inter se coaequales: & ita factum est qd in potestate viri esset accipere foeminā affectu coniugali ad statum coniugis, vel ad minorem statum: & sicut accipiebatur ita permanebat: & apud omnes antiquos fuit istud quod faceret quasdam maioris status, alias minoris: & non erat multitudine statum, sed duo status: & differentia istorum statuum sicut dictum fuit, erat quia illae, quae erant in maiori statu vocabantur vno nomine, & quae in alio vocabantur alio nomine, & non facerant convenientiora nomina, quam vt maiores vocarentur vxores minores vocarentur cōcubinae: & est ratio, quia maiores verò non habebāt omnem honorem, qui potest dari vxori, vocabantur absque vxores: minores non vocabantur vxores, sed concubinae quasi hic esset honor suus, quod ad coitum sumerentur.

Sunt autem duae principales differentiae istarū mulierum. Vna est, quod vxores habebantur in maiori honore, quasi dominantēs; concubinae autem in minori honore, & non secundum statum viri: sic patet in distinctione mulierum, quas habebat Salomō infra lib. 3. 1. 1. cap. si fueritque Salomoni vxores quasi reginae septingentae: & concubinae trecentae: & ita dixit de vxoribus, quod erant quasi reginae: vnde eū Salomō esset rex, tenebant vxores statum eius, quia erant quasi reginae: & omnes vocatae vxores tenebāt statum vniū, & aequalem, quia dicebatur quod erāt quasi reginae omnes: de cōcubinibus autem nullum statum posuit, quasi nullius honoris essent.

Secunda erat, quia filij vxorum succedebāt parentibus suis: & omnes succedebant, licet essent diuerse

In q. 25. & 26.

In q. 21. 7.

Dux dicitur erant in veteri testamento inter vxores & concubinas.

A vxores hoc solo seruato, quod primogenitus haberet de bonis paternis duplum quam quilibet aliorū: Deuter. 21. cap. filij autem concubinarum non succedebant sicut pater in filijs Cethurae, & Agar, quia nō successerunt Abrahā patri suo, quia erant filij concubinarum Gen. 25. cap.

Tertia differentia potest addi, quae concordat cum prima, scilicet, quod sicut vxores erant maioris status apud virum quam concubinae, ita & magis nominabantur, quod etiā sacra scriptura obseruat: nam vxores Dauid singillatim per nomina computantur sequenti lib. 3. cap. & licet dicatur habuisse concubinas. eo. lib. cap. 5. nullius earum nomē ponitur ibi neque alibi. Et quod erat de concubinibus erat de earum filijs, quia praeter hoc quod non succedebant patri, adhuc erāt minoris honoris quam filij vxorum. Et hoc etiam obseruat scriptura, quia omnes filios Dauid de vxoribus nominat scriptura singillatim, nullum autē filium alicuius concubinae nominat, licet dicat habuisse filios multos ex concubinibus, quod patet 1. lib. Paralipo. 3. cap. vbi ponuntur nominatae decem, & nouem filij Dauid masculi, & vna foemina, & ita sunt viginti, & ponuntur nomina matrum ipsorum: & post hoc dicitur omnes hi filij Dauid absque filijs cōcubinarum, & ita neque concubinae, nec filij earum meruerunt hunc honorem, vt singillatim vel ex nomine vocarentur;

Et ita ex praecedētibus apparet causā horum duorum nominum: nam mulieres istae, quia per consensum mutuum, & affectum coniugalem accipiebantur, erant vxores: & hoc non poterat tolli per voluntatem virorum, vel per consuetudinem, aut ius humanum, sed quia viri poterant accipere mulieres per consensum coniugalem ad statum vxorum, vel ad statum minorem, qui erat concubinarum, faciebant quasdam pro voluntate sua esse vxores alias concubinas, sed licet istud esset in voluntate viri, non debebat solum ab eo, sed a muliere, quia contractus a principio voluntarius est ab vtraque parte, ideo sicut non poterat contrahi matrimonium, nisi per mutuum consensum, ita si vir vellet accipere mulierem ad statum concubinae non accipiebatur, sed vel accipiebatur eam, vt vxorem, vel nullo modo: aliquando autem foemina patiebatur se accipi ad statum concubinae, scilicet, quia hoc sibi satis erat: & vir non volebat eā ad maiorem statum accipere. Sed viri nunquam accipiebant aliquas mulieres sic, nisi quando essent pauperes, & indotatae, & viri essent diuites, vel si mulier erat ancilla aut liberta viri, sicut accepit Abrahā Agar ancillam suam in vxorem ad statum concubinarum, Gen. 16. & 25. vel si mulier erat obscuro loco nata, aut inhonestae vitae, uel de adulterio damnata: tales enim secundum legem humanam in concubinas licebat accipi, & non consueuerant accipi vxores. ff. de concubi. l. 1. & l. in concubinatu: & tales etiam putandum est, quod inter veteres accipiebantur in vxores ad statum concubinarum. Est tamen sciendum quod hoc determinabatur in principio contractus: nam cum uir consentiebat in foeminam coniugallyter ex verbis aut ex circumstantijs apparebat, an ad statum uxorum acciperet, uel concubinarum: & si semel acciperet ad statum uxori nō poterat postea deprimere eam ad statum concubinarum: si tamen accepisset aliquam ad statum concubinarum, poterat eam postea ad statum uxori eleuare, maxime si nullam aliam uxorem haberet, in cuius prauidicium istud esse posset: sicut potest nunc qui concubinam habet, accipere eam in uxorem, & per hoc efficiuntur filij primo generati legitimi: extra qui filij sunt legit. c. tanta.

Ad hoc qd in veteri testō iocuna reciperetur ad statum cōcubinae requirebat consentus eius.

Quando accipiebatur foemina in concubinas.

Secunda causa quare debuit aliquando sacra scriptura vocare coniuges aliquando concubinas tales vxores Abrahæ. Quæst. CCXXIII.

Nunc ergo de concubinis Abrahæ dicendum, quod erant illæ vere coniuges, & vere concubinae, ideo scriptura ad exprimendum veritatem debuit aliquando eas vocare coniuges, & aliquando concubinas.

Secunda causa fuit & principalis: quia aliquis locus scripturæ exigit, ut vocetur vxores, alius ut vocentur concubinae secundum eam rem, de qua ibi agitur. Et licet verum sit utrumque, scilicet, quod talis sit vxor, & concubina, tamen nomen vxoris conuenit ad reddendum rationem de aliqua re: ad quod non conuenit nomen concubinae: & e contra. De Agar dictum est Genes. 16. cap. quod Sara dedit viro suo Abraham Agar in vxorem, & hoc fuit ad ostendendum non peccasse Abraham, quia tunc erat principium habendi Agar: & cum ante hoc Abraham solum habuisset Saram in vxorem, si diceretur quod acciperet Agar in concubinam putaretur, quod esset vere concubina, id est fornicaria, & hoc non potest fieri sine peccato: ideo ut Abraham, qui erat vir sanctus, ostendatur in hoc non peccasse, dictum est, quod accepit in vxorem, & non in concubinam: nam cum vxore copulata est. Et non solum non debuit dici, quod acciperetur in concubinam, sed etiam fuit quasi necessarium quod exprimeretur accipi in vxorem, nam si diceretur, quod accepit Abraham Agar, & non diceretur in concubinam, vel vxorem, putaretur quod in concubinam, cum haberet vxorem legitimam: ut ergo tolleretur ista suspitio vel opinio, quæ poterat haberi contra Abraham dictum est, quod accepit eam in vxorem, quia sic apparebat licitum esse coitum. Cum autem Gen. 25. cap. vocatur concubina, iuste sic vocatur: & non debuit vocari vxor, quia ibi agitur de successione in bonis Abrahæ: & dicitur quod Abraham dedit filio suo Isaac omnia bona sua: itaque vniuersali successori. Alijs filijs suis ex Agar, & Cetura, dicitur, quod solum dedit munera, vel largitus est, id est gratiosè, & sine vilo debito fecit eis quasdam donationes, vel dedit legata quedam. Et quia omnes hi erant filij Abrahæ, videretur esse iniuria facta, aut præiudicium alijs, qui iure suo priuarentur. Dicitur quod erat Isaac filius Abrahæ, quasi solus legitimus, vel filius vxoris: de alijs autem dicitur filijs concubinarum largitus est munera, scilicet, quia filij concubinarum erant, non habebant ius succedendi, sed eis tanquam extraneis gratiosè distribuit quedam legata.

Si autem diceretur hic filijs autem aliarum vxorū significaretur æquale ius cuiuslibet illorum, & ipsius Isaac ad bona paterna.

Ad ostendendum ergo licitum esse quod Abraham ibi faciebat, scilicet, quod Isaac daret omnia bona sua, alijs vero solum donaret aliquid, non debuit dici filijs vxorum. Et non solum non debuit dici filijs vxorum, immo non sufficiebat, quod utrumque taceretur nomen vxoris & concubinae, sed debuit dici expressè filijs concubinarum: quia si diceretur: Dedit Isaac filio suo omnia bona sua, alijs autè filijs suis largitus est munera: putarentur ex hoc æquales esse in iure succedendi: cum omnes æqualiter, & indifferenter filij vocarentur: ideo putaretur præiudicare alijs, quibus non dabatur debita portio bonorum: ut ergo tollatur hoc inconueniens, debuit dici: Filijs autè concubinarū largitus est munera: quia per hoc apparebat eos nullum ius habere succedendi. De Cetura autem dicendum similiter: nam mortua Sara

Gen. 27. cap. dicitur Gen. 25. cap. Abrahans vero alia duxit vxorem nomine Ceturam: & hoc est, quia si diceretur mortua Sara accepit Abraham concubinam nomine Ceturam putaretur vere concubina, id est fornicaria, sicut nunc: & sic iudicaretur coitus illicitus: ideo ut non posset Abraham accusari de peccato, dicitur quod duxit eam in vxorem, patet postea eo. cap. cum ageretur de successione in bonis Abrahæ: dicitur Cetura concubina simul cum ipsa Agar, scilicet, filijs autem concubinarum largitus est taunera, quia si filij Ceturæ essent filij vxoris, vel tales vocarentur deberent æqualiter in bonis patris succedere cum Isaac, ideo dictum est, quod erant filij concubinarum, ut ex hoc apparet quod filijs Ceturæ tanquam illegitimis ad succedendum non deberetur vlla successio.

Quare Salomon grauer peccauit habendo concubinas: David tamen & Leuita de monte Ephraim, & si illas haberent, non peccarunt. Et quod scriptura tacitè accusat Salom. de multitudine mulierum ponendo numerum. Quæst. CCXXXV.

Secundum argumentum factum supra 24. q. erat de Salomone q. habuerit concubinas, & ita liceret alijs. Dici potest vno modo, q. Salomon poterat habere concubinas, & q. non peccaret, quia habuit eas Abraham, quæ dicimus non peccasse: nam licet dicat scriptura illas esse concubinas intelligimus esse vere vxores, quantum ad affectum conjugalem, & in quia indotatæ accipiebantur vocabantur concubinae. Secundo modo potest dici q. Salomon peccauit, & q. non oportet eum a peccato excusari cum facta scriptura de multis eum accuset. Primum enim peccauit in multitudine vxorum, nam etiam si solas vxores haberet, habendo eas in tanta multitudine peccaret: quia dicit Deut. 17. c. non habebit rex vxores plurimas, & ita non verabatur habere multas, vel plures, sed verabatur habere plurimas, i. effrenatâ multitudine: non poterat in cogitari multitudo magis effrenata, q. habere septingentas vxores, tot enim habuit Salom. infra lib. 3. i. c. Secundo, quia non solum multiplicauit vxores, sed etiam multiplicauit concubinas, nã habuit trecentas concubinas. eo. c. & in habere concubinam illo tpe, quãuis non esset illicitum, cum essent illæ vere vxores quantum ad affectum, tamen habere in tanta multitudine esset peccatum, quia erat q. leg. Deut. 17. c. in q. habebit rex vxores plurimas: istè tñ licet essent concubinae erant vxores, ideo lex habebat locum in illis: maxime quia lex non vetuit eas ibi tanq. vxores, sed tanq. mulieres, vel fornicatas. Nam dixit non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animam eius, & tamè allicere non fit a mulieribus in quantum sunt coniuges potius q. concubinae, vel fornicariae, sed solum, ut sunt feminae, quæ concubantur viro, & amantur ab eo: & ideo lex de quibuscunque mulieribus intelligitur: vetuit enim regi commixtionem ad multas, & tñ trecentæ concubinae erant valde multe: ideo etiã ex solis concubinis appareret peccatum illius. Tertio de multitudine tota resultante ex vxoribus, & concubinis, nã simul sumptæ fuerunt in multitudine effrenata, scilicet mille, & apparet q. sacra scriptura intendit eum accusare de hoc, nã infra lib. 3. i. dicit: Fueruntque Salomoni septingentæ vxores quasi reginae, & trecentæ concubinae. Et q. per hoc velit tacite scriptura accusare Salomonem de ista multitudine mulierum, apparet primo, q. ponit numerum oïum illarum simul, nã in alijs regibus non consuevit scriptura ponere in libris regum ponere numerum vxorū regū: nã etiam in David non fuit hoc factum, quamuis ipse esset dignior oïum regū, & de quo diffusior memoria haberi deberet, & cuius

Salomon peccauit habendo tot vxores & concubinas pp. notam p. rationem.

etius gesta particularis enarrantur, quia licet ponantur nomina sex vxorum eius sequenti lib. 3. ca. tamen poitea 5. c. dicitur, q. accepit alias vxores in Ierusalem, & non ponitur numerus earum, & tamen ponitur numerus in vxoribus Salomonis, ergo ad accusationem eius fit. Dicitur autem potissimè in libris Regū, quia in libris Paralip. in quibus repetuntur quædam dicta in libris Regum, & alia ibi omissa suppleuntur, ponuntur res diffusius, & ibi interdū ponitur numerus vxorum aliquorum Regum, sed in libris Regum nō, & tamen in libris Regum ponitur hoc de Salomone quot vxores habuerit, ideo apparet, quod ad accusationem eius ponatur.

Secundo apparet, & efficacius ex parte concubinarum. q. trecentas habuerit. Et tamen de concubinis, nunquam ponitur numerus aliquis in libris Regum: nam circa David ponitur numerus, & nomina quarundam vxorum suarum propter distinctionem filiorum, seq. lib. 3. Et erant illæ sex vxores, & postea accepit alias quarum, neque nomina, neque numerus exprimitur. eo. li. 5. c. & dicit ibi, q. etiam accepit concubinas: in numero concubinarum David nō exprimitur ibi, neque aliqua eius pars, & q. plus est postea. lib. 1. Paralip. c. 3. vbi res effusius enarrantur, dicitur de vxoribus, & concubinis David, tamen non ponitur numerus aliquis concubinarum, sed solum dicitur hi omnes filij David absque filijs concubinarum. Tertio & adhuc principalius, apparet istud, quia infra lib. 3. c. 1. dicitur fuerunt Salomoni vxores septingentæ, quasi regine, & concubine trecentæ, & auerterunt mulieres cor eius, & ideo pro malo ponitur numerus illarum mulierum. quia tot erant, q. auerterunt cor Salomonis a Deo inclinando ad malum.

An Roboam peccauerit retinendo plures vxores, & concubinas. Quæst. CCXXXVI.

ET per hoc tollitur argumentum de Roboam filio Salomonis, cuius vxores, & concubinas scriptura nominat per numerum lib. 2. Paralip. 11. c. f. Amavit autem Roboam Maachã filiam Absalon super omnes vxores suas, & concubinas: nam vxores decem, & octo duxerat, & concubinas sexaginta, & sic posset aliquis dicere, q. illius, tam vxores, quam concubinae ponuntur in numero, & ita non procederet specialiter argumentum contra Salomonem propter numerum vxorum, & concubinarum, sed dicitur, q. nunc apparet, quod procedit, quia in Roboam fuit illud positum ex causa, sed ostendendum, q. Abiam filium suum, quem genuerat ex Maachã volebat facere regem, & dicitur, q. fecit hoc, q. amabat Maacham super omnes vxores, & concubinas: nã vxores decem, & octo habuit, & concubinas sexaginta, & sic non ponitur ille numerus in accusationem libidinis, sed in causam constitutionis in regem, cū non adiciantur ibi aliqua verba, quæ sonent redargutionem, & tamen posito numero concubinarum, & vxorum Salomonis dicitur, & auerterunt mulieres cor eius, ergo apparet manifestè, q. ad suam accusationem ponitur ille numerus: potissimè cum nulla alia causa ibi appareat, nec colligat ex litera, propter quam ponatur numerus vxorum, & concubinarum.

Quarto quantum ad principale ostenditur peccasse Salomonem in multitudine istarum mulierum, quia ostenditur locum habuisse in eo legem, Deuter. 17. c. nam ibi dicitur, quod non habebit rex vxores plurimas, quæ alliciant cor eius, & tamè mulieres Salomonis fuerunt multæ, & immutauerunt cor eius, ideo ut ostendatur peccasse contra illam legem, dicitur quod auerterunt ei septingentæ vxores, & trecentæ concubinas. Alph. Toft. In Primum Regum.

na, & auerterunt mulieres cor eius, ac si dicat non est mirum, q. auerterent a Deo cor eius, q. accepit mille mulieres, & Deo dixerat, q. nō acciperet rex mulieres plurimas, & ita si in malum illud incidit non est excusabilis, quia lex hoc prohibuerat, & non seruauit illam. Quinto peccauit accipiendo mulieres veritas: nã etiam si duas tantum accepisset, aut vnicam vxorem peccaret, quia Deus vetuerat accipi de quibusdam gentibus vxores. Exo. 34. & Deuteronom. 7. cap. & de illis ipse accepit multas, infra lib. 3. c. 11. f. Rex Salomon amavit mulieres alienigenas multas: filia quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, & Idumæas, & Sydonias, & Hethæas, de gentibus super quibus dixit dominus filiis Israel, non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissime enim auerterent corda vestra, ut sequamini Deos earum, & hoc grauius peccatum erat, & periculosius, quam accipere plurimas, dum tamen de gente Iudeorum.

Sexto patet, quod peccauit Salomon, quia accepit multitudinem vxorum non ad prolem, sed libidinem explendam, vel potius irritandam, & hoc de se peccatum est: nam & si multitudinem istam accepisset solo desiderio multiplicandi prolem esset aliquo modo excusabilis Salomon, sed ad libidinem accepit, quod colligitur lib. 3. infra 11. cap. scilicet. Rex Salomon amavit mulieres alienigenas multas. Et postea dicitur: His itaque copulatus est Salomon amore ardentissimo: iste ardentissimus amor signat immoderatam libidinem. Et confirmatur hoc, quod ad solam libidinem egerit, quia dicitur Ecclesiastes cap. 2. ex persona Salomonis, neque prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, sed nulla potest esse maior intemperantia, & lubricitas vitiorum, q. non prohibere aliquid cordi: id peccabat per immoderatâ libidinem.

Septimo apparet, quia de hoc arguitur Eccle. 47. c. vbi positus quibusdam laudibus Salomonis subdunt increpationes in eum. f. potestatem habuisti in corpore tuo, & dedisti in gloria tua maculam, & prophanaisti semen tuum. q. autè dicit potestatem habuisti in corpore tuo intelligitur, q. tradidit se omnibus libidinis dando desideriis corporis sui executionem.

Octauo apparet peccatum Salomonis: nam coluit idola tractus amore mulierum, & hoc erat pessimum quod facere poterat: sic dicitur infra lib. 3. i. c. scilicet: Cumque iam esset senex deprauatum est per mulieres cor eius, ut sequeretur Deos alienos: neque erat cor eius perfectum cum domino Deo suo, sicut cor David patris sui, sed colebat Salomon Astarthè deam Sydoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum.

Nono peccauit Salomon faciendū templū idolis vxorum suarum, & concubinarum, ut illæ colerent ibi Deos suos, & posuit ista templū in monte Oliuæ contra Ierusalem, & hoc fuit valde malum. eo. c. f. Tunc edificauit Salomon Fanum Chamis, idolo Moab in monte, qui est contra Ierusalem, & Moloch filiorum Ammon, atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant dijs suis. istud fuit nocuum valde, quia non solum peccauit Salomon faciendū, & vxores suæ adorando, sed etiam erant ista templū Israelitis in scandala: nam incitabantur ad colendum idola videntes ibi templū idolorum, & scientes ea ibi coli, & ita offendebant Deum: propter quod mons ille, in quo colebantur idola, vocabatur mons offensionis, & manserunt semper templū illa, vsque ad tempus regis Iosias, qui templū illa subuertit, lib. 4. infra 23. c. f. excelsa quoque, quæ erant in Ierusalem ad dexteram partem montis offensionis, q. edificauerat Salomō rex Israel Astaroth idolo Sydoniorum, & Chamis offensionis Moab, & Melchō filiorum Ammon polluit rex & contriuit, statuas,

status. & succidit lucos. Et ideo non est dicendum de Salomone, sicut de Abraham, quia Abraham fuit vir sanctus, & oportet excusari eum a fornicatione, ideo dicimus, quod habendo concubinas, non peccauit, Salomone autem in multis peccauit, ideo est si dicamus, quod habendo concubinas peccauerit, non est inconueniens, quia viros malos non oportet circa aliquid excusari.

Quomodo Salomon habendo tot concubinas peccauit. Quæst. CCXXXII.

ALTER potest dici, quod Salomone, licet in multis peccauerit, tamen in habendo concubinas non peccauit, quia istud erat licitum, & in eo non peccaret, sicut neque peccaret habendo uxorem. Nisi peccaret per accidens, & hoc poterat fieri multis modis. Primo pro pluralitate, nam erat de istis concubinis, sicut de uxoribus: nam habere uxorem, & uxores tunc licitum erat: tamen habere uxores plurimas erat illicitum. Deuter. 17. c. ita habere concubinam, vel concubinas erat licitum: habere autem plurimas concubinas esset illicitum, cum esset eadem ratio, quod de uxoribus, ut supra dictum est. Secundo, quia acciperet multas de his, de alienigenis. Chanaanitis, Hethæis, Amorrhæis, & aliis gentibus, de quibus vetuit mulieres accipere. Exod. 34. c. & Deuter. 7. & ideo erat accipere concubinas de illis gentibus, quia ratio legis habebat ibi locum. Ne auerterentur corda virorum a Deo, & tamen ita auerterentur concubinæ corda virorum, sicut uxores. Tertio, quia copularetur his ardentissimo amore, & sicut hoc erat increpabile in uxore, esset increpabile in concubina, sed pro crimine ponitur, infra li. 3. r. cap. in Salomone, tam respectu uxorum, quam concubinarum, quod copulatus fuerit eis ardentissimo amore, nam & in uxore propria hoc inuenitur, quia amator ardentior in propria uxore adulter est. 3. q. 4. cap. origo, & tamen amauit tam uxores, quam concubinas ardentior: ergo peccaret in concubinis.

Amator ardentior in propria uxore adulter est.

Quarto, quia propter eas derelinqueret Deum colens Deos ipsarum: nam licet hoc non ponatur de uxoribus, infra li. 3. c. 11. potest tamen de concubinis accipi, quia etiam concubinæ sunt uxores: similiter quia hoc faciebat Salomon, quia diligebat valde istas mulieres, & non nolens eas contristare faciebat, quod ille petebant, & tamen ardentissimo amore copulatus fuit Salomon ad concubinas. eod. c. ergo pro concubinis aliquibus faceret templa, & coleret Deos earum.

Quinto poterat peccare circa concubinas accipiendo aliquas, quæ essent verè concubinæ. id est non uxores, sed fornicariæ, quod aliquo modo videtur colligi ex eo, quod dicitur Can. 6. c. sexaginta sunt reginæ, octoginta concubinæ, adolescentularum non est numerus, & ita ponuntur ibi tres status. reginarum, concubinarum, adolescentularum. reginæ sunt uxores, quia infra li. 3. c. 11. dicitur fueruntque Salomoni septingentæ uxores, quasi reginæ. concubinæ sunt in alio statu: in tertio statu sunt adolescentulæ. Nam non potest status concubinarum, & adolescentularum esse eodem, cum ponatur numerus diuersarum, quia de concubinis dicitur, quod erant octoginta, de adolescentulis dicitur, quod non erant in numero. Dicendum ergo satis videtur, quod concubinæ essent illæ, quæ erant vere uxores, & tamen quia non erant in statu illo, neque honore vocabantur concubinæ, & non coniuges ut fuit supra dictum. Adolescentulæ autem essent illæ mulieres iuuenulæ, ad quas Salomon nullum fœdus matrimonii haberet, neque cohabitarent ei, sed interdum volebat aliquam, vel aliquas introducere ad se ad voluptates, & istæ essent vere fornicariæ, quæ possent vocari concubinæ eo modo, quo nos vocamus nunc, sed

In q. 216. & 217.

de hoc dicitur etiam libro tertio, capitulo vnde cimo.

Argumentum tertium, quæst. 24. soluitur, ostendendo an, & quomodo David peccauerit ob concubinas. Quæst. CCXXXIII.

AD tertiam rationem, cum dicebatur de David, dicendum quod David habuit concubinas, tamen non peccauit. Et patet de illo, quia nunquam peccauit David, nisi in occasione Vriæ Hethæi, & fornicatione cum uxore eius: similiter, & in numeratione populi, sic dicitur infra li. 3. r. 5. cap. scilicet eo, quod fecisset David restum in oculis domini, & non declinasset ab operibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Hethæi: ergo in concubinis, quas accepit non peccauit. Etiam quod istæ concubinæ David erant uxores eius, sicut de concubinis Abraham, cum dicimus, quod erant uxores eius, & tamè accipiendo uxorem nemo peccat, ergo neque accipiendo concubinam illo modo peccaret David.

Item quia David non acciperet uxores, aut concubinas plurimas, sicut Salomon, neque acciperet eas de alienigenis, neque adhereret eis ardentissimo amore, nam de nullo horum arguitur, sicut Salomon.

Quod vero concubinæ David vocentur uxores, patet sequenti lib. 12. capitulo, scilicet. Ecce ego suscitabo malum super te de domo tua, & tollam uxores in oculis tuis, & istud intelligitur de illis mulieribus David, quas Absalon filius eius cognouit carnaliter, & tamen illæ vocantur concubinæ, sequenti lib. 16. capitulo. Ingressusque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israël.

Quare concubina David aliquando vocatur uxores aliquando concubina. Quæst. CCXXXIX.

SEDE aliquis dicet, quare concubinæ David alicubi vocantur uxores, & alicubi concubinæ. Dicitur potest vno modo, sicut de concubinis Abraham: quia hoc dixit scriptura, ut seruetur veritas: erant enim istæ verè uxores, & erant vere concubinæ: quia per affectum conjugalem erant acceptæ, erant coniuges, quia vero erant in statu minores, quibusdam aliis erant concubinæ, ideo vtrunque nomen habere debuerunt.

Secundo, & melius dicendum, quod fuit hoc, ut verbum conueniret loco, in quo dicitur, & rei de qua agitur. Nam sequenti lib. 12. ca. agitur de comminatione, & prænuntiatione penæ euenturæ David. Nam David peccauerat in duobus circa Vriam Hethæum. Primo fornicando cum uxore eius. Secundo faciendo ipsum occidi, voluit Deus pro his duobus dare penam David consimilem. scilicet adulterium pro adulterio, homicidium pro homicidio: adulterium fuit, quod Absalon filius David cognouit mulieres patris sui: homicidium fuit, quod ipse Absalon occidit Amnon primogenitum David sequenti lib. 13. capitulo. Circa ista duo voluit Deus fieri prænuntiationem David per prophetam Nathan, & ad hoc, quod David valde affligeret in expectatione malorum, voluit Deus, quod prænuntiantur quodammodo confuso, & generali: ita ut posset res deterior timeri, quam ventura erat. Nam si illud malum solum, quod venturum erat prædiceretur, aequanimius illud ferret David. Non expediebat autem sic fieri, sed quod istud malum putaretur valde malum, quia tota pena David erat in ista suspensione cordis pro expectatione magnorum malorum, & si prænuntiantur ei ista mala, ut parua, vel minora, esset minor suspensio cordis David, & minus affligere-

affligeretur in illa expectatione, & ideo seruata veritate prænuntiationis propheticæ, debuit designari malum istud futurum grauius, quod designari poterat.

Et patet hoc primo, quia istud dat Deus alicui in penam si sit in timore, etiam si malum ei non eueniat, & quando sic manet iste timor, affligit eum valde. Leuit. 26. c. Et qui de vobis remanserint dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terribit eos sonitus folii volantis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes. Et adhuc istud magis apparet Deuter. 28. c. ubi idem timor in penam peccati, & maledictionis imponitur. Dabit tibi dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam merore consumptam, & erit vita tua, quasi pendens ante te: timebis nocte, & die, & non credes vitæ tuæ: mane dicēs, quis det mihi vespertum, & vespere quis det mihi mane propter cordis tui formidinem, qua terreberis propter ea, quæ videbis oculis tuis.

Timor, & suspensio in die iudicii erit grauius sicut pena.

Secundo patet, quia talis timor, & suspensio cordis erit pena quædam eorum, qui erunt ante iudicium, sicut dicitur Luc. 21. c. erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terra pressura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum aëscendentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi, & ita tantus timor erit in hominibus, quod aëscēt. deficcabuntur, & hoc non erit propter mala, quæ tunc patientur, sed propter mala, quæ expectabunt, & ita quanto fuerit grauiorum malorum expectatio, tanto erit durior pena eorum, quibus est talis expectatio: ideo si Deus volebat duram penam inferre David pro peccato, quod commiserat, debebat ei significare grauiam mala euentura, & quanto asperior posset haberi expectatio tanto esset conuenientius seruata tamen veritate prænuntiationis. ut expresse prænuntiauerit aliquod, quod non euenturum esset. Tertio patet, quia quedam istorum, quæ prænuntiauerunt David per Deum, nunquam visurus erat David, sicut illud gladium non recedet de domo tua, & visque in sempiternum. seq. lib. 12. c. Nam ipse non erat semper futurus viuēs, ideo ut haberet, de quo torqueri posset per cogitationem, in quo per præsentiam non posset affligi dixit ei de futuris: sic autem erat de quibusdam aliis, quæ aequaliter passurus esset David, & tamen ut non solum tunc affligeretur, quoniam illa pareretur, sed etiam quæ ventura cogitaret, debuit ei prænuntiare mala sua, & quia ex prænuntiatione inferebatur pena, quæ erat per cogitationem in expectatione malorum futurorum, & tanta esset pena, quanta malorum prænuntiatione, debuerunt significari mala futura magna: & ita fecit Deus in vtraque pena prænuntiauerit. Nam prænuntiauit ei homicidium pro homicidio dicēs: Vriam Hethæum percussisti gladio, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon, quamobrem non recedet gladius de domo tua, visque in sempiternum: hoc quidem verum fuit, quia quando durauit regni continuatio in filiis David, visque ad transmigrationem Babylonis semper fuerunt aliquæ interfectiones Regum, & seminis Regum, ut patet ex toto processu trium vltimorum librorum Regum, & tamen David non vidit, nisi occisionem duorum filiorum suorum: nam Absalon filius eius occidit Amnon fratrem suum primogenitum David lib. seq. 13. c. & Absalon filius David occisus est per Ioab. seq. li. 18. c. si autem prædixisset David omnes reges, & posteros suos qui gladio perituri erant, forte non tam durè affligeretur David sciens determinatè quantitatem mali, cum autem dixit ei in generali, & confuso non recedet gladius de domo tua visque in sempiternum: poterat cogitare valde maius malum futurum, & quod forte de filiis eius nullus maneret, aut pauci, & ita multo grauius affligeretur.

Alph. Toft. In Primum Regum.

Pœna data David pro adulterio. Quæst. CCXXX.

SIC autem fuit quantum ad penam adulterii, nam prænuntiauit Deus adulterium in domo David, & erat istud valde conueniens secundum modum, quo Deus infligit pœnas: nam infert eas diuersimodè, & in omnibus illis rebus, in quibus homines tristari possunt: & quia valde viri tristantur, quod alii cognoscant uxores suas, posuit Deus istam, ut vnam de pœnis pro transgressoribus legis. Deuter. 28. cap. scilicet uxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Et si hoc potest conuenire in penam aliorum delictorum, specialius tamen conuenit quantum ad illos, qui deliquerunt cognoscendo alienas uxores, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt, de David autem sic erat, quia alienam uxorem acceperat, atque cognouerat, ideo alius debuit cognoscere suam uxorem. Et voluit Deus grauius fieri, quam fecerat David. Primo quia David acceperat vnicam mulierem: Deus voluit quod acciperentur plures uxores eius. Secundo, quia David occultè fornicatus est: Deus voluit, quod publicè toto populo non solum sciente, sed etiam videntem cognoscerentur ab alio uxores David, & ita ei prænuntiauit, ut patet sequenti lib. 12. ca. scilicet eo, quod despexeris me, & tuleris uxorem Vriæ Hethæi, ut esset vxor tua, ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum eis in oculis Solis huius: tu enim fecisti absconditè, ego vero faciam istud verbum in conspectu omnis Israël, & in conspectu Solis huius.

Et adhuc tertium malum ibi additum est, scilicet, quia David alienus existens acceperat domum Vriæ Hethæi, quæ ad ipsum in nullo pertinebat: Deus autem fecit, quod homo de cognatione David, scilicet filius eius cognosceret uxores eius, & hoc minus tolerabile erat, quam si inferretur ab hoste, vel ab aliquo non pertinente ad eum, sicut dicitur Pal. 54. Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vti que: tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus: Deus autem omnia ista tam acerba prædixit David, ut valde affligeretur, & fuit modus conueniens, nam dixit uxores, & non expressit numerum, ut sic grauiora mala posset timere David, fortassis enim putaret, quod omnes uxores suæ acciperentur, cum dixisset absolute Deus tollam uxores tuas.

Etiam non tacuit publicationem infamie: David: nam dixit, quod fieret hoc coram toto populo, & adhuc ex verbis illis poterat colligi deterius facturum, quæ factum est, quia dictum fuit: tu enim fecisti absconditè, ego vero faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis huius: satis enim erat dici, quod fieret in conspectu plebis, sed & dictum est, quod fieret in conspectu, ut maior diuulgatio manifestetur, & significetur, quod per diem futurum erat, & non per noctem, ut aperius videri posset. Et quia poterant accipi uxores David ab alio, & forte nesciretur an cognoscerentur ab illo, & licet hoc præsumi potius, quam contrarium deberet, tamen non esset omnino certum, voluit Deus ad maiorem infamiam David facere, quod etiam vidente toto populo cognoscerentur. Etiam, quia dato, quod notum esset illas cognitatas fuisse non tanta infamia esset, neque dimidium eius, quod vidente populo istud fieret: ideo voluit Deus sic fieri. Et non solum hoc significauit Deus, sed etiam, quod ipse David videret, cum ait. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius: vnde David poterat ex hoc intelligere, quod ipse futurus esset præfens, quando acciperentur uxores eius, & videret eas cognosci ab alio, neque posset illas

V 2. cruce,

erere, aut iniuriam vicisci, non fuit autem sic, quia David non erat praesens, quando Absalon illas cognouit sequenti lib. 16. c. Sed dicitur in oculis suis factum, quia ipse illud sciuit, & prohibere non potuit, ac si videret fieri. Nunc ergo dicendum est, quod ex eadem causa dixit Deus de vxoribus, nam ille, quae cognita fuerunt, concubinae erant, & si Deus pronuntiaret David, quod alius acciperet concubinas suas, & de vxoribus nihil diceret, minus affigeretur David in expectatione mali, eo quod minus malum esset tolli concubinas, quam vxores, cum concubinae essent minoris status, & honoris apud viros, ut supra ostensum est: ut igitur magis affigeretur, dixit vxores, cum verum esset, quod ille essent vxores, & concubinae. Alia est causa est ad signandum maiorem vniuersalitate mali; nam si diceretur tollam concubinas tuas, non posset intelligi, nisi de concubinis, quia aliae erant vxores, quae non erant concubinae, cum autem diceretur tollam vxores, intelligi poterat vniuersaliter, tam de vxoribus, quam de concubinis, eo quod ille concubinae erant vxores, ut supra dictum est. Sed postea cum sacra Scriptura narravit rem gestam expressit eam eo modo, quo magis poterat excusari infamia David, seruata tamen veritate rei gestae, & quia maior infamia erat, quod essent vxores, quam concubinae: dixit quod erant concubinae cum verum esset, quia ille erant tales, quae simul erant vxores, & concubinae, & sic vocatur postea semper, ut patet sequenti lib. 16. c. Ingressus est Absalon ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel, & idem patet eo. lib. 20. c. Sed dicitur quare postea non vocatae fuerunt ille vxores, sicut vocauerat eas Deus in pronuntiatione.

Dicendum quod factum est, quia Deus sic debuit dicere pronuntians pro causa supra posita, postea autem, quod retulit rem gestam non habuit eandem, quia illa relatio non erat in penam David, cum David in hac re punitus fuerit dupliciter. Primo in expectatione rei anteuentum. Secundo quoniam res euenit: postea vero non fuit aliqua pena David circa hoc nec esse poterat, & tamen illa scripta fuerant, postquam res euenerat, ideo non debuit scribi eo modo, quo ad penam David pertineret, sed potius qualiter excusaret infamia David seruata veritate rerum, & ad hoc magis conueniebat dici concubinas, quam vxores, quia minor infamia erat cum essent concubinae in minori statu. Etiam magis hoc pertinebat ad veritatem rerum. Nam quanto ponit apertius veritas tanto est conuenientior narratio, sed dicendo vxores licet concubinae sint vxores, dubium maneret, de quibus an de vxoribus maioris status, vel de vxoribus concubinis intelligeretur. Cum autem dicitur de concubinis, notum est, quod non potest accipi de aliis vxoribus, & ita fuit iste modus conuenientior.

An pena David pronuntiata fuerit in concubinis, an in vxoribus ab alijs cognoscendis.

Quaest. CCXXXI.

Sed aliqui dicunt, quod aliud fuit causa huius mutationis: dicunt quod Deus, quando ait: Tollam vxores tuas in oculis tuis, intellexit de veris vxoribus, & tamen postea motus precibus, & poenitentia David alleuiavit penam, & fecit, quod non essent vxores, sed concubinae. Etiam istud confirmant, quia aliud fuit in verbis Dei, quod mutatum est: dixit enim tollam vxores tuas in oculis tuis, & tamen non factum est vidente David, sed absente. Dicendum, quod predicta non sunt vera. Primo quia isti, qui hoc dicunt putant, quod vxor, & concubina non sint idem, ideo dicunt mutationem factam esse quasi non fuerint vxores David ille, quae cognita sunt ab Absalone, sed solum concubinae, & tamen falsum est, quia tunc David ha-

Fberet concubinas, i. fornicarias eo modo, quo nunc accipimus: omnis autem talis concubitus illicitus est, & sic non posset excusari David a fornicatione cum illis, quod est falsum, ut ostensum est.

Secundo, quia Abraham sic fuit, quod haberet Agar, & Ceturam, quas scriptura vocat vxores alicubi, & postea vocat concubinas, quia id, de quo agitur illud exposcit, ut ostendimus, & ita hic cum istae mulieres essent verae vxores, & vere concubinae, poterant utroque nomine vocari, & quia diuersitas rei, de qua agebatur id exigat actum est, ut alicubi vxores, alicubi concubinae vocarentur.

Tertio patet, quia si Deus flexus poenitentia, & precibus David mutasset malum, quod pronuntiauerat, faceret de hoc scriptura mentionem, sicut de Ninuinitis. Praedixit enim, quod post quadraginta dies subuerteretur Ninive: long. 4. c. & postea signatur. eo. c. quod Deus non fecit, quod pronuntiauerat, cum dicitur, & vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus fuit super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit, & tamen hic non fit mentio, quod Deus cessauerit a pronuntiatione, vel alleuiaverit aliquid: ergo non est asserendum. Et adhuc istud apertius patet, quia ubi ponitur ista comminatio sequenti lib. 12. c. dixit David ad Natha, peccati domino. Dixit Natha ad David: dominus quoque transiit peccatum tuum: non morieris. Et sic significat, quod Deus non fuerit in aliquo flexus, nisi quod non occideret David: nam in quantum dixerat Natha ad David. Non recedet gladius de domo tua: poterat intelligi, quod ipse David moreretur, & postea peccatum suum extiteret quantum ad penam in posteros suos, & quantum ad se Deus mutauit sententiam suam David, quod significatur cum dicitur: Dominus quoque transiit peccatum tuum, non morieris, & ita intelligitur, quod quantum ad aliquid aliud non fuit mutata, nec alleuiata pena pronuntiata David: ideo si de vxoribus Deus intellexit, pronuntians in vxoribus completum est.

Quarto patet, & principalius, quia istae, quae cognita fuerunt ab Absalone, & vocantur concubinae, erant vxores: nam nulla femina vocatur vidua, nisi per mortem viri aut per separationem, ut si repudietur, fornicaria autem, vel meretrix non vocatur vidua, & si fornicator ab ea recedat. Nam cum nullo vinculo teneatur illi assignata recedente illo potest accipere alium, & ita non erit vidua, & tamen de istis mulieribus David dicit, quod fuerunt viduae, quando David separauit eas a se, ergo erant vxores: patet hoc, quia sequenti lib. 20. c. dicitur cumque venisset rex in domum suam in Ierusalem tulit mulieres decem concubinas suas, quas reliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam: alimenta eis praebens, & non est ingressus ad eas sed erant clausae, usque ad diem mortis suae in viduitate viuentes.

Absalon an cognouerit concubinas, vel vxores David.

Quaest. CCXXXII.

Alii autem dicunt, quod sacra Scriptura dicit, quod Absalon cognouit concubinas David, & non dixit vxores, ut ostenderet, quod nulla pena, aut infamia veniebat ex hoc David.

Sed dicendum, quod non stat. Primo, quia etiam si dicantur concubinae, erant vere vxores, sed cognita vxore ab alio est infamia viro, ergo erat hic infamia David.

Secundo, quia Absalon fecit hoc de consilio Achitophel, cuius consilium in diebus illis erat, sicut consilium angeli, vel quasi si quis consuleret dominum sequenti lib. 16. cap. & tamen ille sciens istas mulieres con-

concupinas David iussit, quod Absalon cognosceret eas, ut per hoc offenderet valde David, & putaretur non posse reconciliari: si grauius offensa valde esset illata patri a filio, pro qua putaretur, nunquam posse reconciliari, ergo sic credebatur valde magna infamia David, quod cognoscerentur illae concubinae eius, sic patet. eo. c. Dixit Absalon ad Achitophel mitte consilium, quid agere debeamus, & ait Achitophel ad Absalon ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum, & cum audierit omnis Israel, quod feceris patrem tuum, roboretur tecum manus eorum. Sed dicendum, quod licet esset infamia magna, & pena David, quod concubinae istae cognoscerentur ab Absalone multo grauior pena esset, si cognouisset vxores illas, quae non erant concubinae, & hoc est, quia maioris status, & honoris erant, quam vxores, quae vocabantur concubinae. Etiam David minus diligebat istas quam vxores, quod patet, quia maiori periculo exposcebat eas, nam quando recessit de Israel fugiens tulit secum omnia, quae potuit de domo sua. filios vxores & reliqua, quae potuit: ad custodiendam autem domum reliquit decem concubinas, ergo minus istas diligebat, nam sciebat venturum Absalonem in Ierusalem, & istas pati posse aliquid molestiae, sed neque cogitare potuit, quod aliquid tale euenturum esset, quia neque suspicabile esset, quod filius vellet hoc genus ignominiae inferre patri suo: sed quia vxores, aut filios non reliquit ad custodiendam domum, & reliquit concubinas apparet, quod minus curauit de malo illarum, quam vxorum, & ita minor infamia, & pena erat cum cognoscerentur istae concubinae, quam si cognoscerentur vxores non concubinae. Quod vero David reliquerit istas ad custodiendam domum, patet sequenti lib. 16. c. & utrobique vocantur concubinae, sed David postea nunquam cognouit eas, sed fecit clausas, & in viduitate, usque ad diem mortis earum e. li. 20. c. quod vero faceret eas manere separatas, ita ut ipse non cognosceret eas, videbatur esse propter quandam contractam affinitatem: filius enim cognouerat illas, non ergo debebat iam ipse cognoscere: nam vetitum erat de lege Dei, quod pater & filius eandem mulierem cognoscerent etiam fornicari, iuxta illud, pater & filius ibant ad puellam, & violabant nomen sanctum meum.

Secundo propter earum abiectiorem, cum enim mulieres ille coram toto populo cognitae essent, erant valde abiectae, & contempribiles reputatae, ideo et si filius suus non cognouisset eas, sed aliquis alius, non tangeret eas postea David, quia secundum hoc iudicaretur, & tactus earum immundus: sed fecit David, quod maneret clausae, usque ad mortem earum in viduitate. Serant eius vxores, ideo non debebat eis dari licentia, serant ab alio cognoscerentur, & quia cum David non esset eas cogniturus, forte ille vellet commiseri aliis viris, ideo ut non esset locus ad hoc, fecit eas David clausas manere diligenter obseruatas praebens eis alimenta, quia vxores suae erant, & ipse non peccauerat, sed vis eis illata fuerat.

Quartum exemplum de Leuita concubinam habente in quaestione 24. adductum remouetur.

Quaest. CCXXXIII.

Ad vltimam rationem est nunc respondendum factam. s. 24. c. de Leuita, qui habuit concubinam. Dicitur posse vno modo, quod si nihil aliud esset peccedere possemus Leuitam illum peccasse habendo concubinam, & quod sit illicita concubina, quia non tenemur excusare Leuitam illum, quia non constat esse virum sanctum. Secundo potest dici, & melius quod Leuita ille non peccauit, quia mulier illa erat vxor Alph. Toft. In Primum Regum.

A Leuita, nam eo. c. 19. Iudi. vocatur vxor, & concubina: & quia vxor erat, peccatum non erat eam habere, sed habere utrumque nomen, quia erat vxor forte indotata, aut de minori statu, quam Leuita, tales autem accipiebantur affectu coniugali, & ita erant vxores, tamen non eleuabantur ad honorem legitimarum vxorum. Sed aliquis dicit, quod hoc erat quod aliquis vxorem habens, aut vxores, accipiebat alias mulieres, quia tales non eleuabantur ad honorem priorum, & ita non vocabantur principaliter vxores, sed concubinae, & tamen nunc erat vnica, quam acceperat Leuita, ideo si esset vxor esset vere vxor, & non concubina, & tamen vocatur concubina, ideo non erat vxor.

Dicendum quod istud non stat, nam scriptura vocat eam vxorem, ergo erat vere vxor, & patet quia Iud. 19. c. dicitur quidem vir Leuitae habitans in latere montis Ephraim, qui accepit vxorem de Bethlehē Iuda, & postea dicitur quod nata recessit ab eo secutusque est eam vir suus, & tamen vir maritus est, potissime, quia additur suus. Etiam dicitur eo. c. quod cum audisset focer eius, & ita vxor erat, quia alias pater eius non esset focer viri. Etiam additur: Mansitque focer in domo foceris sui tribus diebus. Etiam dicitur dicitur pater puellae ad generum suum. Omnia ista significant matrimonium.

Ad rationem in contrarium dicendum, quod non est verum, nam si quis haberet vxorem vnam, aut plures poterat illo tempore accipere vxorem, quae esset concubina. Primo patet per Abraham: nam mortua Sara, & exclusa a se Agar manebat Abraham sine muliere, & tunc accepit Ceturam in vxorem, Gen. 25. c. & illa tamen fuit concubina. eod. c. sed certum est, quod nullam aliam mulierem tunc habebat Abraham, nam Agar ancillam expulerat de domo viuentis Sara, & iubete Deo. Gen. 21. c. Sara deinde mortua est. Gen. 23. c. & postea accepit Abraham Ceturam. Gene. 25. c. & sic quando illam accepit nullam mulierem habebat, tamen illa fuit vxor, & concubina. eo. c. ita ergo Leuita vna sola habens poterat illam habere in vxorem, & concubinam. Secundo patet, quia sic etiam erat in nouo testamento, nam vnam tamen mulierem licet cui libet habere, & tamen illa potest esse vxor, vel concubina. 34. dist. c. is qui, & c. christiano. si quis vxorem non habet, & pro vxore habet concubinam a ratione non repellatur, tantum ut vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinae sit commixtione contentus, ergo ita de Leuita esse poterat.

Quare vxor Leuitae fuit vocata vxor deinde concubina. Quaest. CCXXXIII.

Sed dicitur, quare ergo scriptura vocauit illam vxorem, & postea concubinam? Dicitur potest vno modo, quod factum est ad ostendendum veritatem rei: cum enim ista esset vere vxor, atque concubina, utroque modo potuit nominari, & conuenientius fuit nominari, quam vno tantum nomine, per quod non pateret veritas rei.

Secundo fuit hoc & precipue, quia locus diuersus exigit diuersum nomen, nam Iudic. 19. ca. a principio uocatur illa vxor ad ostendendum, quod Leuita non erat fornicator, etiam quia ibi dicitur quod illa recessit ab eo, & ille volens ei reconciliari, venit ad domum patris puellae, quod tamen non esset ita credibile fieri, si illa esset concubina, i. fornicaria, sicut si esset vxor, ideo dictum est, quod erat vxor, ut appareret manifestior causa eius, quod dicebatur.

Sed postea vocata est concubina eius ad alleuiandum infamiam, & ad inducendum viros Gabaa in liberationem viri Leuitae, nam viri Gabaa abusi sunt muliere illam eam inexplibili libidine vexantes, quousque eam occiderunt: erat autem hoc ad infamiam

Ad rationem in contrarium eius de quaest.

virī sui, & maior infamia erat, si esset vxor absolute, q̄ si esset de vxoribus concubinis, ideo dictum est, q̄ fuit concubina. Quod cernens homo eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendam. Aliqui autē dicunt, q̄ ista mulier erat verē vxor, & non concubina: tamen vocatur concubina, non quasi scriptura Sacra hoc afferat, sed quia refert dictum illius viri, q̄ Leuitam hospitio receperat, nam ille dixit habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas. Dicendum q̄ nō est hoc verum, quia tunc solum vocaretur concubina, vbi referuntur verba hoīs illius, & non alibi, & tamen etiā postea vbi sacra Scriptura de seipsa loquitur vocat concubina. s. q̄ cernens hō eduxit ad eos concubinā suā, & tradidit eis illudendam, etiam dī mane factō surrexit, & aperuit ostium, vt ceptam exeret viam, & ecce concubina eius iacebat ante ostium, & ita non est hoc verum. Sed obicitur, q̄ nec etiā causa supra posita sit vera. Nam fieret ad alleuiandam infamiam Leuitae, postquam semel incipit vocari concubina semper sic vocaretur, & tamē postea rursus vocatur vxor Iudic. 20. ca. f. veni in Gabaa Benjamin cū vxore mea, & ecce homines ciuitatis illius circumdederunt nocte domum, in qua manebam volentes me occidere, & vxorem meam incredibili libidinis furore vexantes, denique mortua est. Dicendum q̄ Scriptura sacra vocat mulierem illam aliquando vxorem, aliquando concubinam, sicut expedit iuxta conuenientiam ad rem, de qua agitur. Vocauit autem a principio narrationis eam vxorem, vt ostenderet legitimam copulam Leuitae cum illa. Deinde autem vocauit eam concubinā in medio narrationis, & hoc fuit propter duo. Primo & principaliter, quia vir, qui receperat Leuitam hospitio, sic eam vocare voluit, dicens: habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam educam eas ad vos, & quia scriptura debuit referre verba illius, nominauit concubinam. Ratio autem quare ille homo voluit eam vocare concubinam potius quam vxorē fuit, vt inclinaret facilius viros Gabaa ad intentionē suam, volebat enim auertere eos a desiderio abutendi viro quem petierant, & loco eius volebat dare duas mulieres, vnam filiam suam, & aliam mulierem Leuitae, & vt illas acciperet dimisso viro dixit, quod erat filia sua virgo, id est nulli alligata, scilicet q̄ non erat vxor alicuius, quia si esset vxor, forte accipere nollet fugietes adulterium cum non fugeret vitium Sodomiticum, similiter dixit de alia, quod concubina Leuitae erat, & non vxor quasi non peccarent contra matrimonium, vel non ita graueret, sicut cognoscendo vxorē alicuius. Secundo fuit ad aliquantulum excusandum, vel euitādū infamiam Leuitae dicendo, q̄ erat concubina, sic enim fuit de Dauid, vt iam dictum est, nam fuerunt mulieres eius cognitae per Absalonem vocatē vxores, sed postea fuerunt vocatē concubinae, vt alleuiaretur infamia Dauid.

Quod vero postea mulier Leuitae fuerit vocata vxor, fuit quia locus id exigebat: nam cetera pertinent ad ostensionem iniuriā factē Leuitae occidendo mulierem suam libidine, erat tamen valde maior iniuria si esset vxor quam si esset concubina, ideo debuit vocari vxor, & ita dicitur Iudic. 19. ca. reuersusque in domum suam arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes concidens: erat enim istud ad significandum toti Israel magnam iniuriam sibi factam, & tamen maior erat in vxore, ideo dixit, quod concidit cadauer vxoris. Et postea etiam in narratione, quam fecit Leuita coram toto Israel congregato in Malphat, dixit, veni in Gabaa Benjamin, cum vxore mea. Et postea ait circumdederunt domum me volentes occidere, & vxorem meam incre-

ditabili libidinis furore vexantes, tandem mortua est. Et ita generaliter dicendum est, q̄ quodocunque eadem mulier in scriptura vocatur vxor, & concubina, est verē vxor accepta per affectum coniugalem, & tamen non habet totum ius, aut honorem, q̄ vxor absolute dicta habere potest, & vocatur alicubi vxor alicubi concubina, quia locus, & res, de qua agitur, nomina ista diuersa exigunt.

An vxor possit licite accipere filias subditorum in focarias, panificas, & vnguentarias suas. Et quid hic intelligatur proprie per focarias. Quae. CCXXXV.

Nunc autem ex praedictis clarius patet solutio eius, quod petebatur supra quaest. 24. scilicet an liceret regibus accipere concubinas. Et dicendum, quod aut accipitur concubina pro illa, quae ad solum concubitum accipitur, & nullo affectu coniugali, sed fornicario retinetur, tales vocamus nunc concubinas. Aut pro illa, quae affectu coniugali accipitur, ideo tamen omnes conditiones habet, quas lex requirit ad hoc, q̄ vxor dicatur, & ideo lex illam nominat concubinam. 34. dist. c. omnibus. §. concubina. Accipiendo primo modo, dicendum q̄ nunquam fuit licitum regibus, aut aliis hominibus habere concubinas, quia illud est fornicari, & omnis fornicatio est contra legem naturae, sed solum concubitus coniugalis est licitus, vt Christus dixit, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo. Marth. 5. cap. & istud declarat Ambrosius lib. de Patriarchis, & habetur 32. quaestio. 4. cap. nemo sibi, & apertius dicit August. super Exodum, & habetur 32. quaest. 4. omnis mechia, vbi vult, q̄ omnis actus carnalis est prohibitus a Deo per illud praecceptum: Non mechaberis, praeter copulam viri, & vxoris. S. omnis illicitus, atque illosum membrorum nō legitimus vsus nomine mechiae prohibitus dēt intelligi. Accipiendo secundo modo dicendum, q̄ hīe concubina fuit, & est semper licitum, quia illa concubina est vxor, sed licitū est hīe vxorem, ergo & licebit hīe concubinam, sed tpe veteris testamenti, & prius licebat hīe multas concubinas, quia licebat habere simul plures vxores. Nūc vero post Christi praedicationem vnam tantum vxorem licet habere, ideo & vnicam concubinam. s. q̄ sit vnica mulier, siue illa sit vxor, siue concubina. 34. dist. c. is qui, & ca. christiano. Et isto modo maxime potest accipi illa litera. s. filias vestras faciet sibi focarias. i. concubinas, & dicuntur focariae a foco, quia ad eundem focum. i. in eadem domo habitant. Et non dixit Deus filias vestras accipiet in vxores, sed in focarias, id est concubinas, quia promptius erat accipi in concubinas, nam istud dicebatur in iugum, & penam totius populi, sicut cetera, quae hic ponuntur, quae ad totum populum Israel extenduntur, & tamen rex non acciperet vxores de toto populo, sed aliq̄, vel aliquas de excellentissimis, secus de concubina, nā in concubina poterat accipi quaecunque mulier tā ancilla, q̄ liberta, & ingenua obscuro loco nata, & inhonestae vitae, & de adulterio dānata, vt patet. ff. de concub. l. 1. & l. in concubinato: sic ē tpe Iudeorum fiebat, nam Abraham accepit Agar ancillam in concubina. Gen. 16. & 25. c. Sic ergo rex acciperet de populo Israel concubinas, de quocunque statu quantumcunque obscuro, cum iste licet verē essent vxores, nō eleuarentur ad honorem earum, q̄ erant verē vxores, & solum vocabant vxores: nā ille erant regine, concubinae autem nullum talem habebant honorem, sic patet 7. li. 3. c. 11. s. fuerūtque Salomoni vxores, quasi Regine sepungēte, & concubinae tredecē, & ita vxores vocatē fuerunt

Conclusio omniū supradictorum.

Applicat ad declarationem textus.

fuerunt reginae, concubinae autem solum vocatae sunt concubinae, quasi nullum alium honorem haberent, sic patet Cant. 6. c. vbi de vxoribus, & concubinis Salomonis agitur. s. sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, vxores vocantur reginae, & concubinae nullū nomen honoris appositū habent, tales igitur acciperent reges de toto populo, in quo forte Israelitae grauarentur. Si autem aliquis vellet dicere, q̄ reges accipiebant illas in focarias. i. concubinas, quae sunt fornicariae, quemadmodum apud nos dicuntur concubinae. Dicitur q̄ peccarent, & tamen promptius est, vt dicam⁹ eos habituros concubinas in modo, in quo non peccarent, quam in modo, in quo peccarent, & sic essent concubinae acceptae per affectum coniugalem, vnde & essent coniuges, & non peccarent habendo eas.

Focaria quid significet. Quae. CCXXXVI.

Omnia supra posita introducta sunt supra de concubinis, & vxoribus, quia istud nomen focaria apud Latinos est equiuocum significans eam, q̄ aliquid facit ad focū, & concubinam, vnum n. signat ex natura noīs, alterum vero ex consuetudine: nam signat eam, quae ad focum aliquid operatur, vt deriuatur ex foco, signat autē concubinam ex consuetudine. s. quia concubinae cohabitantes manent intra eandem domum, & ad eundem focum consueuimus concubinas vocare focarias. Similis modus locutionis est apud Arist. li. 1. Poli. cap. 1. vbi eos, qui sunt in eadem oeconomia. i. domestica communiōe, vocat s. m. diuersos auctores homosprios, & homocapnos, homosprios dicitur. i. vnus cibi. s. q̄ oēs, qui in eadem domo sunt coīcēt in cibo. s. quia ex eodem, & vno prouisionem habent in cibis: homocapnos eos vocat. i. vnus sumi. s. quia ad vnū fumū stant, vnitas autē sumi est ex vnitate ignis, & sic qui in eadem domo sunt, possunt noīari ab eodē igne, & ita possent dici confocarii, & ex hoc concubina focaria dī. Sed accipiendo proprie focaria est, quae ad focū aliquid facit, cuius instar est focus, & quia oēs cibi confecti parantur ad ignem, mulieres ille vocabūtur focariae, quae cibos parant, & isto modo dēt hic accipi, q̄ accipiet filias vestras focarias. i. paratrices ciborum cogendo sibi seruire in hoc officio, & non accipitur pro concubinis. Et patet hoc primo, quia si de mulieribus ad coitum intelligeretur, vocaret eas litera nostra concubinas, & non focarias, quia concubina est nomen proprium ad hoc cum signet coitum, focaria autē solū p translationem, & est parum vsitatum inter Latinos in significatione hac, nam non inuenimus in tota sacra Scriptura focariam pro concubina, nisi contēdat quis hic accipi. Secundo, & praecipue, quia hoc apparet ex lra hebraica, de qua ista translata est: nam ponit ibi dictio (Tabaoth) vbi nos dicimus focarias, & significat paratrices ciborum, vel iugulatrices animalium ad manducandum, & nullo modo significat concubinā: nam in hebreo pro concubina dī (pilegues) & in plurali pilgasin. i. concubinae, & istud vocabulum hīe vbi dī que in litera nostra dī concubina. Hic vero, quia ponitur in hebreo (Tabaoth) non transtulit litera nra concubinas, sed focarias, quod potuit dicere apertius iugulatrices animalium, vel paratrices ciborum, quia tamen iugulare animalia magis pertinet ad viros, quā ad feminas dixit eas ciborum paratrices, quod foeminarum propriū est, & tñ quia oīs cibus ad ignē parat, vocauit eas focarias, quod est breuius dictū, & hoc consuetudo Latini sermonis hēt. Tertio patet, quia non poneretur conuenienter ibi focaria pro concubina, quia concubina nō accipit ad ministrandū, vel seruī-

Nota vñ. nemi in concubina.

Alph. Tost. In Primum Regum.

dum, sed solum ad commixtionē carnalē, & tñ hic ponuntur solum ea, q̄ pertinent ad seruīendū: ergo inter ea non ponerentur concubinae, & sic focaria non erit concubina, nam dī tollet filios vestros, & faciet sibi aratores agrorum, & mēsores segetum, & fabros armorum, & curruum suorum, filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, focarias, & panificas: sunt ergo focariae ciborum paratrices. Quarto, quia Deus dixit solum ea, in quibus Iudei se grauari sentirent per regē suum, cum dicat, & clamabitis in die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos dñs, & tñ q̄ rex acciperet filias Israelitarum in concubinas non grauarentur ipsi, quia concubina apud hebreos vxor erat, licet non gauderet toto honore coniugis, vt supra fuit ostensum, & tamen sumi ad talem statum filias popularium non videbatur grauamen ipsum, sed potius q̄ ipsi gauderent: ergo non poneret hoc Deus inter grauamina, quae facturus erat rex Israelitis, & tamen ponitur, quod faceret filias eorum focarias, ergo non accipitur pro concubinis, sed p paratricibus ciborum, quod ad focum fit.

Et ideo tunc respondendo ad questionem propositam dicemus, quod si focariae accipiantur pro pulmentariis idem iudicium est de panificis focariis, & vnguentariis, scilicet, quia aut rex accipit foeminas istas ad famulatum suum nullo dato precio, aut data rationabili mercede, si autem nullum detur vel minus quam debet iniustum est, nec hoc licet regibus, & foeminae non obligantur ad ista seruitia. Si autem dato precio equali hoc fiat, aut volentibus istis foeminis, & parentibus earum, aut eis iniustus. Si primo modo iniustum nullum est. Si secundo modo est illicitum, quia isti famulatus pertinent solum ad regem in quantum est persona priuata, ideo non tenetur aliquis de subditis, potissimē cum ista non pertineant ad necessitatē regis, sed ad voluptates: litera autem ista intelligitur, q̄ violentē, & nullo dato precio filiae Israelitarū subijcerentur in famulatum regis in panificas, vnguentarias, & focarias.

Agros quoque vestros, & vineas, & oliuetra optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit, vt det Eunuchis, & famulis suis. Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui. Et clamabitis in die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos dominus in die illa, quia petistis vobis regem. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt. Nequaquam: rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus domini. Dixit autem dñs ad Samuellem: Audi vocem eorum, & constitue fu per eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel: Vadat vnusquisque in ciuitatem suam.

V 4 Agrosque

Agrosque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet. I. per tyrannidem, sicut Achab accepit vinea Nabaoth, & insuper fecit illum occidi, quia non sponte dederat, vt patet infra 3. libro, c. 2. r. istud tamen nequaquam licet regibus, quia quamquam tributa moderata pro eorum sustentatione, tamen consensu subditorum, illis imponere liceat: accipere tamen aliquid de possessionibus subditorum non licet, si fiat sine causa. Etiam si sit aliqua causa calumniola, vt si rex imposuit aliquam legem iniustam, vel fallacem continentem magnam penam, in quam faciliter possint incidere subditi sui, & ipse exigat ab eis penam: hoc enim illicitum valde est, ac si esset praeda publica. De hoc dicitur Isa. ca. 10. Vt qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causae humiliatae populi mei, vt essent viduae praeda eorum, & pupillos diriperent. Nequaquam ergo licet potissime, quia hic dicitur, quod rex acciperet ista pro seruis suis: Deus tamen vetuerat accipere aliquid reges de possessionibus subditorum ad dandum seruis suis, vt patet Ezechie. 46. ca. f. & non accipiet princeps de hereditate populi per violentiam, & de possessione eorum, sed de possessione sua hereditatem dabit filiis suis, vt non dispergatur populus vnusquisque a possessione sua.

Et dabit seruis suis. Accipiet ista oliueta, & vineas, vt seruos suos. Filios, qui sibi assunt, dicit de possessionibus subditorum.

Sed & reges vestras, & vinearum redditus addecimabit. Id est tollet decimam de omnibus fructibus vestris, & redditibus, tam de agris, quam de vineis. Istud autem pertinet ad genus impositionis. q. imponerent reges subditis suis, vt quilibet daret illis decimam partem fructuum suorum quolibet anno.

An sit licita regibus, & dominis impositio regalis de exigendo a subditis decimam partem fructuum. Et an peccent imponentes, & an aliquando inuent se praescriptione. Q. CCXXXVII.

QUAE R ET aliquis an talis impositio licita sit, & an illi, qui eam exigunt peccent. Respondendum est, q. regibus, & aliis dominis nihil licet imponere subditis suis sine manifesta necessitate: est. n. rex persona publica principaliter intendens vtilitatem populi, quam suam, si verè rex est, ideo populus debet ei providere de omnibus necessariis secundum statum, & honorem regalem, & hoc quidem non absolute, sed in cōparatione ad subditos. q. regi magno, qui habet multos subditos, & diuites abundantius debet provideri, quam regi habenti paruum potestatem, ad hoc autem debent fieri rationabiles impositiones in regno, quae pertineant ad iura regis, supra hæc autem non licet regi imponere quicquam nec grauare, aut inducere subditos, vt consentiant impositioni, nisi aliqua manifesta necessitas euenerit, vt bellorum, vel similis: tunc enim debet taxari per subditos, quantum rationabile est superaddi in impositiōibus regis, & illa quidem exiget rex quādiu fuerit in necessitate illa constitutus. Cum verò cessauerit causa non licet sibi exigere, nisi fortè subditi nouum consensum adhiberent, & purè spontaneū: alias autem tam ipse rex, qui primo hæc recepit, quam successores eius illicitè agunt, quamquam magis illicitè ille, qui incepit ista exigere, quam successores eius. Impositio autem decimæ est nimis magna, & non licet aliquid tale constitui ad solas necessitates regis regulariter: si tamen interdum euenerint aliquæ necessitates magnæ, & rationabiles, liceret regi decimam imponere consentientibus subditis pro tempore illo,

quo in necessitate est: postea autem non licet. Et dicitur, q. ista necessitas duraret per multa tempora. vt plures, quam quadraginta, vel quinquaginta annos, & postea cessaret, successores primi regis non poterunt se iuste tueri exigendo talem pensionem, quoniam praescriptio nihil iuuaret, quia praescriptio introducta est propter negligentiam hominum desidioforum, q. res suas perdi sinebāt, & permissum est, vt q. vnus desineret possidere, alius si possideret per longum tempus, suū efficeret, sic patet extra de praescri. c. vigilanti. hic autem rex non possidet hoc ius, quod est exigere decimam a subditis propter aliquam desidiā subditorum, per quam mereantur perdere res suas, q. gratuito possidet. f. quia ipsi sponte tribuunt ei illud pro tempore necessitatis, & igitur si duraret istud per annos mille, nunquam praescriberet aliquis de successoribus talia iura, & quando constaret, quod impositæ fuerant tales pensiones propter necessitatem regum priorum, successores iniuste exigerent illas. Quamq. in hoc differt, quia aut quando populus ab initio permittit super se fieri hanc impositionem, permittit similiter, aut cum praescriptione temporis, vel necessitatis. Si enim primo modo, q. subditi videntes tunc necessitatem regis propter illam permittunt sibi imponi decimam, & alias nequaquam permittissent, tamē nō dixerunt, q. permittebant solum pro tempore, quo duraret illa necessitas, sed simpliciter concesserunt, non est nimis iniqua ista exactio, licet postea successores eam exigant, si tñ cessante necessitate subditi reclamarent non exigi illam impositionē, teneretur rex cessare ab exigendo cum sciret, q. istud tributum cōcessum fuerat solum propter necessitatem, ideo illa cessante non iustè hoc sibi vendicare. Si autem impositio facta est cum limitatione certi temporis, aut fuit ista limitatio certorum annorum, aut pro tempore toto, quo necessitas illa duraret. Si primo modo adueniente illo tempore, non poterit rex ulterius exigere illam impositionem, etiam si tunc duraret maxima necessitas, nisi subditi hoc nouiter facerent. Si secundum modo, q. concessum est ei hoc pro toto illo tempore, quo maneret ista necessitas non poterit exigere finita ista necessitate, etiā si insurgeret alia immediata, & grauior, quia iam finitum erat tempus concessionis, non poterat amplius exigere, nisi nouiter concederetur ei pro illa superueniente necessitate. In istis ergo vltimis casibus manifestum est, q. nō poterit exigere rex impositionem decimæ, vel aliquis de successoribus eius, & si exigat nimis peccat, & tenetur ad restitutionem.

Apparet igitur, q. impositio decimæ regibus esset regulariter illicita, nisi propter aliquam magnam necessitatem. Potissimè, quia iniustū est, q. equalia sint iura hominis, & Dei, sed Deus nobis decimam imponit: ergo regi illicitū erit imponere, nisi ex causa dicta. *Vt det Eunuchis, & famulis suis. i. accipiet istos redditus decimarū rex a vobis, vt inde sufficiat seruis suis.* Vocantur autem hic Eunuchi milites speciales regi assidentes, quos ipse nimis diligit, quamquam Eunuchi aliquando vocantur viri castrati, sic habetur Mat. 19. Ista tamen castratio aliquando est in membris, aliquando in corde, vt ibidem dicitur. f. Beati, qui se eunuchizauerunt propter regnum celorum, & sic viri excellentes in virtutibus, qui amputauerunt a se omnia desideria passionalia vocantur Eunuchi, hic autē non accipiuntur Eunuchi aliquo istorum duorū modorum, sed pro militibus nimis regi adhaerentibus, quia cum rex specialiter eos diligit faciet magnas impositiones super subditos propter illos, sic vocant septem Eunuchi Esther. capitul. primo, de quibus dicitur, quod erant semper in conspectu regis ministrantes,

Præscriptio propter quod est introducta.

Iura hostis & Dei non debent esse equalia.

Exemplū peregrino.

tes, vel quod videbant semper faciem regis, *Seruos etiā vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, et asinas auferet, & ponet in opere suo.* Istud est aliud genus grauaminis, quia supra dicebatur, quod rex aliquando tolleret simpliciter res subditorum, vt daret seruis suis: nūc dicitur quomodo tolleretur interdū illas ad vsum cogendo, vt seruirent sibi, & dicitur, quod seruos, & ancillas poneret rex in opere suo, id est faceret, quod opera sua, scilicet tam agrestia, quam domestica fieret per seruos, & ancillas Iudaorum nullo dato precio per hoc: dicitur etiam de iuuenibus optimis, id est de robustissimis: illos enim potius rex eligeret, vt vacarent in operibus suis: dicitur etiam, quod asinas auferet ad signandum omne genus pecoris, & iumentis ad laborem proficientis, quoniam ista acciperet rex a subditis cogendo illos, vt ipsi aliquando seruiant in operibus regis, scilicet in edificatione magnarum domorum, vel in agricultura regis, & alijs operibus illius. *Greges quoque vestros addecimabit.* Id est tollet decimam singulis annis de cunctis gregibus vestris, scilicet tam de gregibus, quam de armentis. Istud autem sicut cetera praecedentia non est de iure regis, sed est sensus, q. rex vsurparet sibi ista, nam sicut decima omnium rerū imponere non licebat regi vniuersaliter, ita nec addecimare greges, sed istud ponitur hic ad signandum, quid reges facturi essent, & non quid facere possent: nec tamen omnes reges Israelitarum hoc fecerunt, quoniam multi eorum fuerunt boni, qui non grauauerunt populum magnis tributis: immo non legitur de eis an quisquam illorum tam graua tributa populo vnquam imposuerit, licet cōstet Salomonem multum grauauisse Israelitas tributis, ita vt ipsi afflicti dicerent filio eius Roboam: Minue aliquid de iugo grauisimo, q. imposuit nobis pater tuus, & seruiemus tibi infra 3. li. capi. 12. *Vosque eritis ei serui.* Id est ita affliget vos sicut seruos. Non est autem sensus, quod aliquis de regibus Israel posset omnes Israelitas facere seruos accipiendo propriè seruos, quia non posset eos vendere, & accipere omnia, quæ ipsi possidebant, vel reducere eos in talem famulatum, in quali sunt serui, sed est sensus, quod ita durè vos affliget, quasi si essetis serui illius, & non subditi: nam cum domini recipiunt a subditis ea, quæ rationabiliter suscipere debent, subditi sunt solū subditi. Cum autem grauant eos maioribus impositionibus reducuntur ad quædam modum seruitutis, & principatus degenerat in tyrannidem. *Et clamabitis in illa die a facie regis vestri, quem elegistis vobis.* Id est tantum vos affliget rex, quod clamabitis a facie eius, scilicet non potentes sustinere seruitutē, quam vobis imponet. *Et non exaudiet vos dominus in illa die.* Id est quamquam clametis ad Deum, vt auferat vobis regiam seruitutem non exaudiet auferendo illam. Cum enim Israelitæ viderent se nimis pressos a rege, clamabant, quod Deus auferret eis regem, & traderet alterum genus principatus, sed Deus non exaudiebat, & ipsi non poterant deponere regem, qm nimis erant confortati reges super illos. Eueniebat ergo Iudæis, vt a regibus, a quibus se putabant saluandos ab hostibus, lacerarentur magis quam ab hostibus, sic enim refert Aesopus de columbis, & accipit: nam dum essent libere, & milius aequaliter eas infestaret, petierunt sibi in regem accipitrem contra miluum, sed ipse miluum depellens in immensum plusquam miluis eis nocebat: sic enim ait.

Accipitrem milui pulsum bella columbae accipiunt regem rex magis hoste nocet Clamabant igitur Israelitæ interdum magis a facie regum suorum, quam alias clamauerant a facie hostili. *Quia petistis vobis regem.* Id est quamquam sitis in magna aduersitate, Deus non exaudiet vos liberans a gra-

uamine regis vestri, quia vos petiistis illum, si autem vobis non petentibus Deus illum propter peccata vestra imposuisset, sicut alia mala infligere solet, liberaret vos cum peteretis: nunc tamen non liberabit, quia vos ipsi voluistis. *Noluit autē populus audire vocē Samuelis.* Id est quamquam admonuisset Samuel Israelitas, ne acciperent regem praedicōdo eis mala, quæ futura erāt noluerunt aduertere, sed existimauerunt bonum sibi esse, quod haberent regem: dicit enim Iosephus, 6. Antiquitatum increpans in hoc Iudæos, quod erat populus in hac prouidentia futurarum rerum valde fatuus, & difficilis, vt consilium, quod semel in mēte collocauerat expelleret: nam neque audientes talia sunt cōuersi, nec eisdem sermonibus eos Propheta perterruit, sed magis vehementer instabant, & regem sibi ordinari nimie postulabant, nec cogitandum de uenturo esse censebant, sed fore necessarium secum pro afflictione inimicorum habere pugnaturum regem, quando nulla vicinarum prouinciarum in tali cōuersatione, & sine rege consisteret. Dicitur autem, quod noluerunt audire verba Samuel, id est non obediērūt. q. d. Samuel volebat, quod non eligerent regem praedicando eis omnia mala, & quia his non obstantibus voluerunt semper habere regem, dicitur quod non audierūt vocem eius. *Sed dixerunt, nequaquam: rex enim erit super nos.* Id est nullo modo fiet istud, quod dicis, scilicet quod propter iura regis nos dicamus alias desinamus eligere regem, sed rex erit super nos, quomodo docuque hoc accidar: de hoc autem, quod dixerūt, nequaquam, quasi animo valde obstinato redarguit eos Samuel bis ex parte Dei, vt patet 7. cap. 10. scilicet. Vos aut hodie proiecistis dominum Deum vestrum, qui solus saluabit vos de vniuersis malis, & tribulationibus vestris, & dixistis, nequaquam, sed regem constitue nobis. Iterū etiam infra 12. c. increpat eos dicēs videntes autem, quod Naas rex filiorū Ammon venisset aduersum vos dixistis mihi: nequaquam, sed rex imperabit nobis, cum dominus Deus vester regnaret in vobis. *Et erimus nos sicut cetera gentes.* Ista fuit vna causa, quare Israelitæ voluerunt habere regem. Videbant enim omnes gentes habere regem, & iste principatus erat honorabilis: putabant igitur, quod dedecus esset ipsis priuari regio honore, sed non erat, quia honorabilis erat esse sine rege, si cōmode esse possent, quia liberiore essent, quam habentes regem: arguebant etiam Iudæi ex statu omnium gentium, scilicet omnes gentes habent reges, & non eueniunt eis mala: sed hoc ergo habeamus nos sicut omnes habet, q. d. si malus principatus esset, non accepissent eum omnes gentes. *Et iudicabit nos rex noster.* Id est ipse habebit potestatem iudicandi super nos: nam ante hoc principatus iudicatus vltimatē erat in illo, qui constituebatur iudex ab omnibus Israelitis: nunc autem potestas hæc transferret ad regem, quia cum ceperūt esse reges nunquam fuerunt iudices constituta populo eo modo, quo illi de quibus habetur in libro Iudicum, sed erant alij iudices minores sub rege constituti per singulas vrbes: erat quoque domus iudicij, scilicet 70. iudices, qui erāt congregati in vna ciuitate Israel, inter quos summus sacerdos erat precipuus: rex tamen habebat potestatem super omnes istos. *Et egredietur ante nos.* Scilicet ibit ad bellum coram nobis: nam sic faciunt reges aliarū gentium. *Et pugnant bella nostra pro nobis.* Id est ipse habebit curā de bellis nostris, vt ipse faciat illa, scilicet rex erat dominus regni, ideo si hostes insurgerent ipse haberet curam expellendi eos tanquā sollicitus pro re sua: de iudicibus autem non erat sic, quia cum populus viuere sine rege, si aliqua bella insurgeret, totus populus habebat

Cap. 44

bebat curam de his, & tunc eligebant iudicem aliquē, si non habebat ut pugnaret pro eis. Cum autem regē haberent rex haberet sollicitudinem omnium istorū, nec attenderet populus quid super his fieri deberet, sed obediret regi iubenri: visus est eis igitur principatus iste conueniens, ut curam suam imponerent regi. Et audiuit Samuel omnia verba populi. Scilicet quomodo semper volebant regem exponētes se ad omnia, quęcunque euenire possent propter regem. Et locutus est ea in auribus domini. Scilicet postea apparuit ei Deus, & Samuel retulit ei, quę populus dixerat: non quidem tanquam Deus illa nesciret, sed quia volebat Samuel a Deo habere responsum super his proposuit ei ea, quę populus locutus fuerat.

Quomodo Samuel locutus fuit hic Deo. Et qui sunt modi, quibus loquebantur homines Deo. Quęst. CCXXXVIII.

Quæret aliquis quomodo Samuel locutus fuit hic ad Deum. Aliquis forte respondēbit, quod factum est aliquo de quatuor modis, qui declarati sunt Nume. c. 12. apparente aliquo Angelo in corpore formato de aere, vel facta aliqua voce nullo apparente corpore, vel immutando phantasiam Prophete in somnijs, vel eleuando intellectum illius in vigilia. Sed hoc non stat, quia isti modi sunt, quibus Deus loquitur Prophetis. Alius autem modus est, quo Prophete loquuntur Deo. Nā in predictis modis Deus pręueniebat Prophetam in loquendo illi. hic autem Propheta pręuenit Deum, & Deus respondet ad verba illius. Ad hoc autem dicendum, quę erant duo modi, quibus Propheta poterat pręuenire loquendo Deum, & interrogando eum. Primus erat introeundo in sancta sanctorum, & querendo coram propitiatorio: sic enim faciebat Moyses, qui quando vellet aliquid querere, ingrediebatur sancta sanctorū, & audiebat vocem loquentis ad se de medio duorum Cherubin, ut patet Nume. c. 7. Alio modo poterat inquiri aliqd a Deo in rationali, & Ephod, scilicet quod indueretur sacerdos illo ornamento, & inquireret a Deo, & tunc Deus respondebat: sic patet infra 23. ca. quando Dauid iussit, ut Abiathar sacerdos applicaret Ephod, & quereretur an tradendus esset a viris Ceile in manum Saulis, & respondit Deus, quod sic. Sic etiam patet 30. capi. vbi applicito Ephod consuluit Dauid dominum dicens persequar laurunculos hos, an nō, & comprehendam eos: dixitque ei Deus persequere, absque dubio. n. comprehendes eos, & excures predā.

Nunc autē dubium manet, an aliquis de his duobus modis conueniret Samuel. Respondendum est, quę regulariter nullus conueniebat. Nā introire in sancta sanctorum ad consulendum dominum nulli conueniebat, nisi summo sacerdoti. In Moyse autē fuit specialia aliquid, quia ipse fuit legislator, & doctor Hebręorum: Samuel autē non erat summus sacerdos: immo neque de sacerdotibus, sed de Leuitis Caathitis, ut patet 1. Paralipo. c. 6. ideo non conueniebat ei, quod ingredere in sancta sanctorū: immo dato, quod esset sacerdos magnus non posset ingredi ad consulendum dominum quandoquę vellet, sed solum in die propitiationis, ut patet Leui. 16. c. & ad Hebrę. 9. tunc autē non erat talis festiuitas, & dato, quod esset illa non celebrabatur in loco, in quo erat Samuel, scilicet in Ramatha, sed in loco sanctorū. Aliquis tamen posset adhuc dicere, quod licet non esset Samuel summus sacerdos, posset tamen, quandoquę vellet, introire in sancta sanctorum nulla facta cęremonia, sicut erat de Moyse, quia alia specialia concessa fuerunt Samuelem, scilicet quod posset offerre sacrificium, cum non esset sacerdos. Sed adhuc hoc dato non stat, quia tē-

Quibz modis loquebantur homines Deo.

Tempore illo nō erat sancta sanctorum habens arcā intra se ad hoc, quod aliquis posset intrare illuc ad consulendum dominum. Nam cum Moyses inquirebat oraculum dicitur, quod ingrediebatur in sancta sanctorum post velum, & audiebat vocem de medio Cherubin: hic autem non erat sic, quoniam non erat arca in sanctuario, sed in Cariathiarim erat custodita in domo Aminadab, ut patet precedenti c. templum autē alibi erat, scilicet in vrbe Nobe, ideo non poterat tunc aliquis ingredi coram arca, ut ibi reciperet responsum, sed adhuc aliquis fortē dicet, quod in domo Aminadab, vbi erat arca posita poterat audire diuina respōsa, quod quidem non videtur rationabiliter dictū: tamen etiam hoc concessio non potuit inquirere Samuel a Deo ista, quę habentur hic apparendo coram arca, quia ipse nō erat in vrbe illa, in qua erat arca: erat quippe arca in Cariathiarim, Samuel autē erat in Ramatha: nam ad ipsum conueniunt principes Israelitarum, & seniores in Ramatha, ut patet supra in litera, & non recesserunt ab eo quousque dedit illis respōsum, quod habetur infra, scilicet quod irent in terram suam, & ipse prouideret: ergo etiam Samuel non recessit de vrbe Ramatha ad consulendum dominū super hoc, sed ibi respondit, ergo non fuit ista locutio coram arca. Secundus modus inquirendi a Deo erat per vestes pontificales, de quo etiam dicendum est, quod regulariter nō conueniebat Samueli, eo quod ipse erat Leuita, & indui vestibus illis pertinebat ad summum sacerdotem. Ad hoc tamē diceretur, quod potuit hoc sibi conuenire ex dispensatione, sicut conueniebant quędam alia opera sacerdotalia, sed adhuc respondendum, quod non inquisit dominum applicito superhumerali, & rationali, quia ista erant ornamenta pontificis, & manebant in sanctuario: non erat autem Samuel nunc in loco sanctorū, quia erat in Ramatha, ut patet supra in litera, vbi non erat sanctorum, ideo non posset habere vestes illas ad inquirendum dominū. Sed dicendum, quod Samuel orauit dominum, ut appareret ei, & responderet ad ea, quę inquireret, & tunc Deus apparuit, & Samuel locutus est ea, quę populus dixerat, & Deus respondit, quod habetur hic: sic etiam patet de Ieremia cum occiso Godolia, quęsierunt ab eo principes Israel, ut oraret ad dominum, & responderet, an manere deberent Israelitę in terra sua, vel ire ad aliam, & Ieremias orauit dominum 10. diebus: quibus completis locutus est Deus ad Ieremiam, ut patet Iere. c. 42. Sic etiam fiebat ad Danielelem: ipse enim in ieiunio, & oratione iacuit coram domino per multos dies, ut monstraretur sibi aliquid de statu populi sui, & tūc venit ad eum Gabriel, & indicauit ei ea, quę petierat, ut patet Daniel cap. 9. sic quoque apparuit fuisse factum in Samuele: ipse enim orauit ad dominū, & Deus locutus est: sic patet supra, & orauit Samuel ad dominum, & tunc sequitur dixitque dominus ad Samuelem, scilicet tunc respōdit ei ad ea, quę volebat: hic autem non dicitur, quod orauerit, tamē intelligendum est, quod postquam populus dixit ei ista, quę habentur hic ipse orauit dominū, ut responderet illi, & tunc Deus locutus est ea, quę habentur hic. Audi vocem eorum. Idest consentias voluntati ipsorum. Et constituue super eos regem. Idest dic, quod vis constituere regem, quamquam immediate non constituas, sed expectabis tempus, quando ego tibi illum monstrauero. Et ait Samuel ad viros Israel. Scilicet ad illos seniores, qui conuenierant ad ipsum in vrbe Ramatha, & erant ibi spectantes, ut daretur illis rex.

Vadat unusquisque in ciuitatem suam. Idest non manentis hic amplius expectantes regem, quia ego constituā vobis regem, sed non possum immediate constituere quousque Deus mihi reuelat, quem constituam: vos autem

Secundus modus.

autem nō est tandiu opportunum hic manere spectātes, sed vadant singuli in ciuitates suas, & cum fuerit expediens, ego faciam vos omnes congregari ad accipiendum regem vestrum.

C A P. IX.

Erant vir de Benjamin nomine Cis filius Abiel filij Seor, filij Borchor filij Sareth, filij Aphia: filij viri Iemini fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul electus, & bonus, & nō erat vir de filiis Israel melior illo. Ab humero, & sursum eminebat super omnem populum.

Erant vir. Pertransito in superioribus de politia Hebręorum regulata sub iudicibus. Hic agit de eadem regulata sub regibus, & diuiditur in duo. Quia primo agitur de regno Saulis velociter labente. Secūdo de regno Dauid per multa secula permanente infra c. 16. Prima in tres partes, quia primo de scribitur Saulis regis institutio. secūdo instituti transgressio: tertio transgressoris reprobatio. Secūda infra c. 13. Tertia infra 15. ibi. Et factum est verbum domini. Prima adhuc in tres, quia primō describitur Saulis electio: secūdo electionis confirmatio, tertio populi increpatio. secūda infra c. 11. tertia infra c. 12. Prima in duas, quia primō describitur electio Saulis secreta, secūdo publicatio omnibus cognita circa medium decimi c. scilicet. Et vocauit Samuel populum. Prima adhuc in duas, quia primō ponitur Saulis electio, secūdo ipsius vnctio infra c. 10. Prima diuiditur in tres, quia primō describitur Saulis habilitas, secūdo a Samuele cognoscitur, tertio ab eodem honorificē suscipitur. Secūda ibi. Perierant autem. Tertia ibi. Assimens itaque.

An inter predicta, & sequentia sit ordo rectus, & magna tempora fluxerunt. Quęst. I.

Circa primum sicut in ceteris de continuatione huius ad pręcedētia, an sit ordo rectus aliquis dubitare posset, & dato, quod sic, an inter hęc, quę habentur hic, & pręcedētia magna tempora fluxerint.

Respondendum est quantum ad primum, quod hic est ordo continuatus: nam supra dicebatur, quomodo seniores Israel petierūt regem a Samuele: hic autem agitur, quomodo fuerit rex datus: an verō inter hęc multum tempus interciderit. Dicendū quod non, quia cum Deus promississet dare Israelitis regem satis breuiter dedit, & quamquam non dedit immediatē, ut petierunt seniores, sed postea quoniam non erat rex eligēdus in ipso loco, in quo tūc erat Samuel, scilicet in Ramatha, sed in Masphat, ut patet infra c. 10. & ob hoc remissit Samuel singulos Israelitarum in vrbes suas, tamen paucis interiectis diebus reuelauit Deus Samuele quem electurus esset super populum, & tunc ipse conuocauit omnes Israelitas in Masphat, ut patet in sequenti c. Et erat vir de Benjamin. Idest de stirpe Benjamin, scilicet erat iste vir famosus, & cognitus apud omnes, & filius suus adhuc erat melior, ut patet infra, ideo Saul conueniens fuit ad regnum, tam ex dispositione sua, quam patris sui. Dicitur autē de stirpe Benjamin, quia de ista primo fecit Deus reges in Israel, & fuerūt duo reges, Saul, & filius eius Isboeth: postea autē de tribu Iuda fuerūt oēs alij reges.

Saul primus rex de stirpe Benjamin.

Quomodo possit stare, quod habetur Gene. c. 49. quod non auferretur regnum de tribu Iuda quousque veniat Messias, & hic factus est rex de tribu Benjamin. Quęst. II.

Quæret aliquis circa hoc, cum Gene. 49. cap. prophetauerit Iacob de regno in tribu Iuda, scilicet Iuda te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum, adorabunt te filij patris tui. Et post hoc dicitur: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, & c. quomodo igitur Deus fecit regē de stirpe Benjamin? Aliquis respōdebit, quod ista nullo modo sibi aduersantur: quoniā dato, quod de tribu Iuda essent reges, tamen poterunt esse aliqui de alijs tribubus, scilicet de Benjamin, sic enim fuit ante hoc vnus rex de Manasse, scilicet Abimelech filius Gedeonis, ut patet Iudi. c. 9. Manasse tamen erat tribus ipsius Abimelech, & Gedeonis patris sui, ut patet Iudi. cap. 6. Ad hoc aliquis dicit, quod non est simile, quia Abimelech de tribu Manasse non regnauit per electionem Dei, nec per voluntatem populi, sed per tyrannidem: nec etiā regnauit super totum Israel, ut patet Iudi. c. 9. ideo regnum suum non erat permanentum, nec transitu ad aliquem de posteris: regnum tamen Saulis permanentum erat in æternum, si non peccasset Saul, ut patet infra c. 13. scilicet stulte egisti, nec custodisti mandata Dei, quod si non fecisses, iam nunc pręparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra regnum tuum cōsurget, ergo si iste non peccasset videtur, quod non fuisset propheta de regno tribus Iudę. Aliquis respondēbit, quod etiam si maneret regnum in stirpe Benjamin in æternum, poterant esse reges de stirpe Iuda, & completeretur propheta: nam sic fuit postea: quoniam nō solum fuerūt reges de tribu Iuda, sed simul erant reges de tribu Ephraim: solum enim mansit regnum integrum in Dauid, & filio suo Salomone: postea autem tempore Roboam diuisum est, & erant simul reges de tribu Iuda, & de tribu Ephraim, & semp hoc durauit quousque decem tribus Israel, super quas regnabat tribus Ephraim translātę sunt in terram Medorum, & Persarum, ut patet ex processu tertij, & quarti libri, ita igit potuissent esse de tribu Iuda, & Benjamin, quod simul essent reges de vtraque, & manerēt vtrique in æternū.

Respondendum est hoc non stare, quoniam Saul fuit factus rex super totum Israel, & sic Deus promisserat, quod manerent filij eius in æternum si non peccasset Saul, quod patet infra 13. scilicet, quod si non fecisses, iam nunc pręparasset dominus regnum tuū Israel in sempiternum, sed nō possunt esse duo reges in solidum eiusdem regni. Vel si vnus est rex in solidū, non potest alius esse rex saltem pro aliqua particula, ideo si mansisset regnum Saulis ipso non peccante impossibile fuisset, quod essent aliqui reges de tribu Iuda: de regibus autem Iuda, & Ephraim secus fuit, quia illud factum est per diuisionem regni. Dicendum igitur, quod propheta de regno Iudę complēda erat, quia illa nō fuit secundum exigentiam pręsentis status, sed secundum firman Dei prouidentiam, cū impletione autem illius non stabat id, quod dictum est ad Sanlem, scilicet quod regnum eius esset sempiternum, illud tamen verum erat, & Deus sic facere intēdebat, scilicet quod si non peccauisset Saul maneret regnum in æternum super totum Israel, quia tamen sciebat, quod Saul peccaturus esset, & ob hoc perditurus regnum, quod postea firmius transiturum erat ad tribum Iuda, stabat propheta de regno Iudę cum institutione regum de tribu Benjamin. Nōmine Cis. i. pater Saulis vocabatur Cis. In Hebręo autē vocatur. Quis

Quis, sed litera nostra non potest in sono correspondere quantum ad omnia idiomati Hebræorum, vt declaratum est super prologum Galeati huius libri in principio eius, & ob hoc necesse est, vt in plurimum nomina Hebræorum in Latinum translata corrumpi a proprietate hebraica. Filius Abiel, filij Saor. Hic ponitur cognatio patris Saul, & describitur per aliquos paucos, scilicet per quatuor, vel quinque: de quibus hic.

Quare prosapia Saulis numeratur hic per multos proavos. Et quare scriptura scribens alicuius stirpem interdum ponit multos proavos, & interdum paucos. Quæst. III.

QVAERET aliquis quare progenies Saul numeratur hic per plures proavos, & tamen non enarrantur omnes vsque ad caput ipsius tribus, vel familie, scilicet vsque ad Beniamin: nam vel deberet solum computari progenies alicuius nominando patrem solum, vel deberent nominari omnes intermedij vsque ad caput tribus: hic tamen neutrum fit. Aliquis respondet, quod hic describitur progenies Saulis vsque ad caput tribus, scilicet vsque ad Beniamin, quia dicitur in fine filij Abia, filij viri Iemini, sed iste vir dicitur esse Beniamin, vt multi volunt. Dicendum est, quod hoc non est satis solidum, & tamen si hoc datur oportet dicere, quod hic fit enumeratio generationum multis omissis, & pater, quia a patre Saulis vsque ab Beniamin, qui fuit principium tribus plures generationes transferunt, & habeantur hic: nam hic solum ponuntur sex generationes, & tamen vsque ad Beniamin necesse erat esse multas, quoniam fluxerit a principio vite eius vsque ad tempus istud plures, quam septingenti anni, in quibus necesse erat elabi plures, quam 10. generationes: potissime cum non computetur generatio vna tota vita vnus hominis tunc coincideret generatio patris cum generatione filij, & interdum cum generatione nepotis, & pronepotis: cum contingat eos simul vivere, sed computatur generatio vna a principio vite hominis vsquequo filium gignit, & sic multæ generationes cito transeunt: fuissent ergo necessario plures generationes inter patrem Saulis, & Beniamin, quam iste, quæ ponuntur hic, sed hoc non est inconueniens. Nam sic interdum accidit in scriptura, scilicet quod enarratur generatio alicuius, & multis interiectis veniatur ad principium ipsius lineæ: sic patet in genealogia saluatoris, secundum quod scribit eam Mattheus: nam subtrahuntur ibi tres reges Iuda, qui continui fuerunt, subtrahuntur etiam vt aliqui volunt aliquæ generationes inter Salmonem, & Booz. Similiter etiam in libris veteris testamenti aliquando fit sic, quod subtrahantur aliquæ generationes medię, sic patet Esther c. 2. vbi ponitur generatio Mardochei, scilicet quod fuit filius Iair Semei, filij Cis de stirpe Iemini: tamen manifestum est, quod inter eum, & Cis fuerunt plures generationes, quoniam fuit Mardocheus tempore captiuitatis Babylonicæ, vt patet prealle. c. tamen Cis fuit pater Saul, & stirps Iemini fuit multum ante: ibi tamen solum ponuntur due, vel tres generationes intermedie inter patrem Saulis, & Beniamin non esset hoc inconueniens. Dicendum tamen conuenientius dato, quod non fuerit Beniamin iste, qui ponitur hic extremus, quod hic computatur linea Saulis per aliquas generationes medias, & tamen non peruenitur vsque ad principium tribus: sic enim fit interdum in scriptura. Pro quo sciendum, quod scriptura interdum discurrere vult per generationem vsque ad principium tribus, vel familie: sic autem est in sacerdotibus, & Leuitis interdum, vt patet 1. Paralipo. c. 6. & in alijs locis

Responsio auctoris.

F eiusdem libri. Nam ibi vult scriptura declarare, quod ad illos pertinet officium sacerdotale: hoc autem non posset eis conuenire, nisi probaretur, quod erant de stirpe sacerdotali, ideo oportebat deduci eorum progeniem vsque ad principium tribus, vel familie, quod apparet 1. Esdre c. 9. & 10. vbi excluduntur ab officio sacerdotali illi, qui erant inter sacerdotes, tamen non poterant probare, an essent de genere sacerdotali. In istis ergo conueniens est, quod scriptura enarret lineam aliquorum vsque ad principium tribuum, & hoc maxime fit in 1. libro Paralip. fit etiam hoc ibi quantum ad alias tribus, quæ non pertinebant ad sacerdotium, quia scriptura enarrabat ibi generationes plurium virorum, & quia volebat monstrare eorum differentes progenies descripsit vsque ad principia tribuum. De hoc habet multa exempla. 1. Paralipo. a principio vsque ad 9. c. Interdum autem scriptura nihil intendit inducere ex enarratione progenie alicuius, & tunc non curat enarrare totam lineam alicuius vsque ad principium tribus, vel familie, sed ponuntur aliquæ cognationes, scilicet interdum vna, & interdum plures, scilicet quia interdum solum scribitur nomen patris alicuius, & sic est, vt communiter in Prophetis tam maioribus, quam minoribus in principijs librorum suorum: aliquando autem nominantur tres, vel quatuor proauj: sic patet supra c. 1. cum textitur generatio Samuelis: sic etiam patet Sopho. c. 1. Sed vt communiter quando ponuntur tres, vel quatuor proauj, & non ponuntur vsque ad principium illius tribus, fit hoc, quia ille, qui ponitur vltimus, fuit vir valde famosus: sic apparet hic cum describitur generatio vsque ad virum Iemini, eo quod ille fuit famosus, & hoc in duobus. Primo quia fuit fortis robore, sicut dicitur infra, scilicet filij viri Iemini fortis robore. Secundo quia terra quedam denominata est ab ipso, scilicet terra Iemini, vt patet infra cum dicitur transferunt per terram Iemini, & minime reperitur: sic quoque fuit enarrando progeniem Samuelis: nam describuntur aliquæ generationes, scilicet Samuel filius Elcana, filij Iero-boam, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph. Et ibi terminat neque peruenitur vsque ad principium tribus, scilicet ad Leui, vel vsque ad principium familie, scilicet ad Caath, qui fuit principium familie, & hoc, quia Suph fuit quidam vir multum famosus, a quo denominata est quedam terra, vt patet hic, scilicet cum venissent in terram Suph, & non inuenissent, &c. ideo scriptura non enarrat vterius lineam, quia per illum virum famosum ita cognosceretur stirps Samuelis, sicut per Leui, qui erat princeps tribus, ideo satis fuit vsque ad huc enarrari, sic ergo Esther. c. 2. solum enarratur progenies Mardochei vsque ad virum Iemini.

Filij Bechor. In Hebræo habetur Bechora, eo quod vt dictum est conditio latinæ lingue non potest profere sicut profert lingua hebraica. Filij Saor. Istud non habetur in litera hebraica. Filij Abia. In Hebræo habetur Apha eo, quod lingua hebraica multum differt a nostra in modo proferendi, & literæ non habent eodem sonos. Filij viri Iemini. Aliqui de nostris errant hic existimantes, quod Iemini sit hic genitiuus huius nominis geminus, & vocetur geminus ille, qui est duplex vir, vel vt aliqui volunt, qui vtraque manu tanquam dextera vtitur, sed falsum est quoniam accipitur hic Iemini in casu recto, quia in Hebræo sic habetur. I. Iemini.

An vir Iemini, de quo hic dicitur, sit Beniamin, vel aliquis alius. Quæst. IIII.

NUNC autem est dubium circa hoc, an iste vir Iemini sit Beniamin, vel sit aliquis alius, quoniam in Hebræo pauca differentia est cum scribitur Beniamin, vel

Opin. aliquorū impugnatur.

Inq. pced.

Conclusio

Laus Saul.

vel cum scribitur Iemini in loco isto, vt patet cōsiderantibus literam hebraicam, & sic plurimi Hebræorū existimant, quod hic accipitur Iemini pro Beniamin, & est aliquid verisimile, eo quod vir iste erat de stirpe Beniamin. Sed dicit aliquis, quod non stat, quia tunc si Iemini esset hic Beniamin Abia esset aliquis de filijs Beniamin, qui vocat hic filius Iemini, sed falsum est. Nam Beniamin habuit filios decem, Gene. 46. c. nullus tamen eorum vocatur Abia, vt patet hic. Idem patet 1. Paralipo. c. 7. vbi etiam ponuntur filij Beniamin, sed nullus eorum sic vocatur. Aliquis respondebit, quod Abia est filius Beniamin, & tamen vocatur alio nomine in Genesi, quia multotiens idem homo, vel locus habet multa nomina, sicut patet de patre Dauid, qui vocabatur Iesse, vel Iai: sic patet infra 2. li. c. 20. vbi vocatur Iai, & Mat. c. 1. vocatur Iesse: sic etiam rex, qui transfuit Israelitas in terram Medorum vocatur Salmanaçar infra 4. lib. c. 17. & tamen aliquando vocatur Assoraddam, vt patet 1. Esdre ca. 4. Sed ad hoc respondetur, quod adhuc non stat: nam inter Beniamin, & patrem Saulis plures fuerunt, quam sex generationes, de quibus hic: cum fluxerit anni ferè septingenti, vt supra dictum est: ergo iste Iemini alius vir. Ad hoc autem iterum potest responderi, quod fuerunt plures, quæ septem generationes inter Beniamin, & patrem Saulis: tamen hic non exprimitur omnes ille, sed subtrahuntur quedam: sicut aliquando fit in scriptura, vt supra dictum est. Sed dicendum est, quod adhuc non stat conuenienter, quia Iemini non scribitur in Hebræo sicut Beniamin, ideo non significatur idem vir. Item dicitur hic, quod iste erat vir fortis robore, & ponitur hoc ad significandum istum virum Iemini, sed Beniamin non habetur, quod fuerit vir fortis, tanquam per hoc specialiter cognosceretur, ideo non est idem Iemini, & Beniamin. Item patet hoc fortius, quia cum inquireret Saul a finas patris sui dicitur, quod transfuit per terram Iemini: si tamen acciperetur Iemini, & Beniamin, & pro eodem intelligeretur, ideo non transfuit per terram Beniamin. Sed hoc falsum est, quia non significatur hic tota terra Beniamin: nam in illa morabatur pater Saulis, sed significatur aliqua parua terra specialis, quæ satis erat coniuncta terræ, in qua habitabat Saul: nam non diceretur conuenienter, quod transfuit per terram Beniamin, cum in ipsa moraretur Saul. Dicendum ergo quod Iemini erat quidam vir valde famosus de tribu Beniamin, a quo fuit denominata quedam pars terræ Beniamin, & vsque ad istam enarratur lineam Saulis, quia iste erat vir famosus, per quem cognosci poterat genus Saulis, sicut denominato ipso Beniamin, qui erat caput tribus. Fortis robore. Fortis potest esse in recto, vel in genitiuo: si sit in recto refertur ad patrem Saulis nomine Cis, quia dicitur supra erat vir de Beniamin. Si autem sit in genitiuo refertur ad Iemini. Quod iste fuit vir fortis robore, & quamquam ex litera nostra non appareat, ad quem debet referri: tamen satis apparet ex litera hebraica, & refertur ad Iemini, scilicet quod ipse esset vir robustus, & ponitur ista additio ad notificandum eum, quia cum iste esset excellenter robustus, per esse robustum distinguebatur ab alijs, quia per hoc erat vir famosus, sic etiam in tribu. Manasse fuit Galaad, qui fuit vir pugnator, & ob hoc erat famosus, ideo apponitur ei istud ad distinctionem: sic patet Iosue c. 17. Manasse patri Galaad, qui fuit vir pugnator, & ob hoc ipse erat excellens vir in robore, fuit quedam terra ab ipso nominata in forte Beniamin, quæ dicitur terra Iemini, de qua infra.

Et erat ei filius vocabulo Saul. Hoc refertur ad Cis, qui erat pater Saul. Electus, & bonus. Idest Saul erat inter ceteros viros electus. Ista ponuntur ad designandum, quod erat vir dignus regno: nam non solum erat bonus,

sed etiam electus inter bonos, scilicet melior omnibus, hoc autem nimis conueniens erat ad hoc, quod esset rex. Sciendum autem, quod aliqui accipiunt hic Electum, & bonum, prout dicit bonitatem corporis, scilicet quod erat Saul vir corpore aptus, nec solum hoc, sed etiam erat excellentior, vel electus corpore quantum ad omnes, & satis significatur infra, scilicet quod ab humero, & sursum eminebat super omnem populum. Sed dicendum, quod verum est, quod Saul erat prestantior corpore ceteris Israelitis: tamen hic non accipitur bonus, & electus pro bonitate corporis, sed morum: sic patet immediate cum dicitur, quod non erat vir de filijs Israel melior illo, hoc autem proprie est esse electum, quia nullus illi equalis est. Et non erat vir de filijs Israel melior illo. Idest in toto Israel non erat aliquis vir ita bonus, & acceptus Deo: iuste agitur quantum ad hoc merebatur principatum regalem: nam non solum in monarchijs, vbi omnia committuntur vni, & in alijs politijs merebatur iste, accipere principatum, sed etiam in politia aristocratica, quæ est secundum virtutem: nam ibi maxime virtuoso traditur maximus principatus, vt patet 3. Politic. & 8. Ethic. Considerandum autem, quod ista bonitas Saulis maxime erat circa humilitatem, quod erat valde in eo admirabile: nam ipse erat vir in virtutibus excellens, & corporis statura admirabilis, quod solum homines superbos efficere: ipse autem hæc omnia habes, erat valde humilis, quod patet infra in litera, nam cum dixisset ei Samuel, quod optima, quæ erant in Israel, principatus regalis seruabantur ei, & domui patris sui, respondit nunquid non filius Iemini, ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes filios de tribu Beniamin, quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Apparet etiam hoc, quia quando totus Israel conuenit ad eligendum regem in Masphat, & Samuel prædixisset ei, quod erat futurus rex abscondit se reputans se indignum, vt patet sequenti c. Idem etiam postquam fuit rex, non deseruit hanc humilitatem, nam sicut prius exercebat agriculturam, ita & postea ipse sequebatur boues veniens de agro, vt patet infra c. 11. Deus quoque testimonium perhibuit, quod esset humilis, vt patet infra ca. 15, scilicet Nonne cum paruulus esses in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es? erat autem ista magna perfectio, scilicet quod esset vere humilis, ideo cum ipse esset perfecte humilis dicebatur de eo, quod non esset melior vir in Israel.

An Samuel esset melior Saule. Quæst. V.

QVAERET aliquis an Samuel esset melior illo, cui aliquis respondebit, quod non erat melior, quia hic dicitur, quod non erat in Israel melior illo: ideo poterat esse equaliter bonus, quia hoc non excluditur ex verbis istis: tamen non poterat esse melior. Respondendum est, quod per certitudinem cognoscere non possumus an esset melior Saul, vel Samuel, quia ista non potest aliquis mensurari, nisi in quantum scriptura testatur, satis tamen videtur dicendum, quod Samuel erat melior, quam Saul, nam propter Samuellem Deus fecit mirabilia in Israel, vt patet sc. 7. nam eo clamante Deus intonuit super Philistinios, propter Saul autem nihil fecit. Item quando regnavit Saul, Samuel dirigebat eum in omnibus, vsquequo peccauit, & reprobatus est a Deo, nam tunc fugit ab eo Samuel, vt patet infra 15. c. in his autem temporibus omnia, quæ fiebant, magis erant propter Samuellem, quam propter Saul, ideo sanctior ipse erat, potissime, quia Deus a pueritia reuelauerat se illi, vt patet supra c. 3. & elegerat eum specialiter, nam ipse miraculose

Quo accipitur hic electus, & bonus.

Bonitas Saulis erat in humilitate.

rauculose natus est ex matre sterili supra c.1. sanctior ergo erat, quam Saul, Cum autem dicitur hic, quod non erat in filiis Israel vir melior illo. Potest respondere, quod iste prepositiones vniuersales in scriptura non semper accipiuntur vniuersaliter, sed pro multis, ideo quia rari de Israelitis erant equales Sauli in bonitate, & rarissimi meliores, dicitur, quod non erat aliquis melior illo: esset tamen Samuel melior ipso. Aliter responderi potest, & melius, scilicet quod ista propositio vniuersalis accipiat proprie, ita quod inter Israelitas nullus omnino esset melior Saule: Samuel tamen erat melior, eo quod secundum regulam iuris persona loquens intelligitur excepta, sed Samuel loquebatur ista de Saule, ideo exceptus est ipse ab hac locutione, & sic poterat esse melior. Aliter potest intelligi, quod non erat aliquis vir melior Saule, scilicet de illis, qui erant apti ad regnum: nam scriptura volebat hic significare, quod Saul iuste electus est in regem, & hoc declaratur per bonitatem, quia cum principatus regalis sit maximus debet dari optimo viro, & sic dicitur de Saule, quod ipse erat optimus, scilicet quia nullus erat melior eo in Israel ad hoc, quod regnare posset: Si autem esset aliquis de valde senibus, quia nequaquam regnare posset, adhuc non debebat comparari Saul: sic autem erat de Saule: nam Samuel erat senex, & non erat aptus ad regnum, quod patet, quia ex eo, quod erat senex dimisit principatum iudicatum, quem prius tenuerat institutus filios suos iudices, ut patet precedenti c. latis ergo rationale est, quod non compararetur Samuel ad Saule, eo quod erat Samuel senex, & ineptus ad regnum, & sic etiam si essent multi alij valde senes inepti ad regnum; dato quod essent meliores, quam Saul, non diceretur, quod erat aliquis vir eque bonus in Israel, ut Saul.

Persona loquens intelligitur excepta.

An David fuerit melior Saule. Quest. VI.

Quaeritur ulterius an David fuerit melior Saule: Abquis respondet, quod verum est, quod fuit David melior tamen non erat eo tempore, quo fuit Saul: hic autem fit comparatio ad eos, qui erant tempore Saulis: nam intendebat scriptura dicere, quod erat Saul in regem assumptus, eo quod erat melior omnibus Israelitis: quod autem post eum alij meliores fuerint, nihil differt, si non esset tunc aliquis, qui melior esset eo, ita ut deberet accipere principatum. Sed adhuc dicitur, quod David erat tempore Saulis, & erat melior, quod apparet, quia regnante Saule ipse adductus est coram eo, ut psalleret in cithara, quando vexaretur Saul a demone, infra c. 1. etiam regnante ipso pugnavit David contra Goliath Gethem, ut patet j. 17. Respondet aliquid, quod quando assumptus est Saul in regem, David erat iuuenulus: ideo non poterat assumi in regem: unde licet esset melior Saule non vocaretur melior, eo quod non erat melior ad principatum, cum esset valde iuuenis. Sed ad hoc dicendum est, quod David satis erat iuuenis tempore Saulis, & tamen poterat sumi in regem, quia tunc pugnavit ipse contra Goliath Gethem, quod significat iam eum esse virum fortem, alioquin non pugnavisset contra Gigantem, & non solum tunc erat vir fortis, sed etiam aliquanto tempore ante hoc: nam j. 17. c. cum vellet pugnare David contra Goliath: dicebat ei Saul non vales resistere Philistheo isti, nec pugnare aduersus eum, & respondit David pascabat seruus tuus gregem patris sui, & veniebat leo, vel vrsus tollebatque animum de medio gregis, & persequeretur eos, & percuniebam, eruebamque de ore eorum: ergo illo tpe erat David vir fortis, & poterat accipi in regem. Respondendum est, quod tpe, quo assumptus est Saul in

Respondit auctoritas.

regem David non erat melior illo, nec erat aptus ad accipiendum regnum. istud sibi patet, quia quando principatus regalis alicui traditur non per successionem, sed per electionem, ille debet esse vir probus, & discretus atque aliquantulum maturus, David tamen eo tempore quo assumptus est Saul in regem, erat solum 10. annorum, ideo non erat aptus ad sumendum regnum. Hoc apparet, quia David quando cepit regnare erat annorum 30. ut patet j. 2. lib. c. 5. incepit tamen regnare immediate post mortem Saulis. j. 2. lib. c. 2. Saul autem regnavit annis 20. ut ait Iosephus 6. Antiquitatum, Etiam patet hoc, quia Actuum c. 13. dicitur, quod Saul regnavit 40. annis, & in illis quadraginta intelligitur tantum regnum Saulis, quod principatus Samuelis, ut computant omnes doctores, principatus tamen Samuelis fuit 20. annorum, ut declaratum fuit. 7. ubi dicitur. Erat quippe iam annos 20. & immediate fuit assumptus Saul in regem: ergo manent 20. anni, quibus regnavit Saul: cum incepit regnare David erat annorum 30. j. 2. lib. c. 5. ergo, quando incepit regnare Saul, erat David annorum 10. ablatis 20. annis, quibus regnavit Saul, sed in decimo anno non fit convenienter electio de aliquo viro ad principatum. Item non erat tunc melior David Saule, quia probitas viri possimum consistit in regulatione, & moderatione operum per prudentiam, sed in 10. anno constitutus hoc non euenit, quia licet interdum aliquod bonum agant, magis agunt ex inclinatione, vel leuitate quadam passionali, quam ex prudentia, ideo opera illorum non habent perfectam rationem boni. David igitur in decimo anno constitutus non poterat dici melior Saule, & sic verum est, quod tempore, quo electus est Saul in regem, ipse erat melior, quam David. Item non solum erat melior Saul, quam David a principio, quoniam electus in regem, sed etiam postea, cum regnavisset aliquanto tempore, antequam peccaret propter Amalecitas, & tunc erat David effectus vir: nam immediate, ut Saul peccavit, vexatus est a demone, & petiuit, ut adduceretur ei aliquis vir bene psallens. j. c. 16. & tunc respondit vnus de pueris Saulis: ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & hoc dicebatur de David: ergo tunc, quoniam peccavit Saul, erat effectus vir, & tamen paulo ante hoc eum nondum peccavisset, Saul erat melior, quam David. Sed arguetur, quia dicitur. j. c. 15. quod Deus transfudit regnum a Saule, & tradidit proximo suo meliori ipso, Item de David dicit Deus, quod inuenit virum secundum cor suum, ut patet Psalmus 88. & j. 13. c. ergo erat melior, quam Saul: de quo non dicitur, quod erat vir iuxta cor Dei. Respondendum est, quod David erat melior Saule postquam peccavit: Saul tamen antequam peccaret melior erat, quam David. Cum autem dicitur tradidit regnum proximo tuo meliori te non est intelligendum, nisi pro illo tempore, in quo ista verba dicerentur. Fuerunt autem ista dicta post peccatum Saulis, ut patet j. c. 15. & tunc verum est, quod David erat melior illo, & etiam quicunque alius. Cum autem dicebatur, quod de David dixit Deus, quod inuenit virum secundum cor suum, potest responderi, quod et erat Saul secundum cor Dei antequam peccavisset, quia tunc erat vere bonus, & omnes humilissimi sunt secundum cor Dei, quoniam ista dicta sunt ista de David iam non erat secundum cor Dei, eo quod iam peccauerat, & in suis iniquitatibus permanebat. Cum et peccatis suis postea peccata addiderit toties iniustissime persequendo David. Aliquis respondet potest aliter, scilicet quod David fuit secundum cor Dei, & hoc fuit sibi speciale: Saul autem non fuit secundum cor Dei, quoniam licet omnes boni quidam boni sunt Deo placeant, tamen illi soli proprie dicuntur esse secundum cor Dei, qui semper boni sunt, & in bono finituri: sic autem fuit de David: nam ipse semper fuit bonus, & con-

& continuè melior: unde scriptura testatur de ipso, quod David nunquam peccaverit, nisi in occasione Vriæ, & in adulterio, cum Bersabee. j. li. 3. c. 15. Saul autem fuit bonus a principio: tamen paruo tempore mansit, postea autem ad iniquitates declinavit, ita ut vexaret eum spiritus nequam infra cap. 16. non ergo fuit secundum cor Dei. Apparet igitur, quod isto tempore quo Saul electus est in regem, non erat aliquis vir in toto Israel melior illo. Ab humero, & sursum eminebat super omnem populum. Hic ponitur excellentia Saulis quantum ad corporis staturam: excellere enim omnes Israelitas corpore, scilicet ab humero sursum: sic patet in electione sua in regem. Nam stetit in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero, & sursum. j. c. 10. & tunc dixit Samuel: Certè videtis, quod elegit dominus: quoniam non est ei similis in omni populo, & secundum, quod erat Saul statura excellens, ita erat viribus robustus: sic patet. j. 17. c. ubi dixit David, quod portaret arma pertinebat ad Saul, qui erat vir fortis: ipse autem non poterat armatus incedere: sic etiam. j. 2. lib. c. 1. Cum plangeret David Saulem, & Ionatham, ait: Clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo a sanguine interfectorum ab adipe fortium: Saul, & Ionathas aquilis velociore: leonibus fortiores. Erat autem istud nimis admirandum, & extollendum, quod in aliquo viro concurrerent ista duo, scilicet esse virtutibus excellentiorem, & corpore prestantiorem omnibus: talis autem naturaliter aliorum est princeps: nam si propter suam pulchritudinem Priami dictum est de illo, pulchritudo Priami digna est imperio: iustius erat imperio dignus, qui anime probitate, & corporis excellentia ceteris preestabat. Terviant autem asina. Hic ponitur secundum cognitionem Saulis a Samuele, quod facta est dupliciter. Primo per humanam inquisitionem, secundo per diuinam reuelationem ibi. Dominus autem reuelauerat. Primum autem fuit, quia perditæ erant asine patris Saulis, & ipse querens illas peruenit ad Samuel, & cognitus est, & quia ista fuit occasio immediata cognitionis ponitur hic de perditione asinarum. Et dixit Cis ad Saul filium suum. Scilicet iussit ei, quod inquireret asinas. Aliqui autem existimant ex hoc, quod Saul erat nimis iuuenis nondum habens uxorem, sed manens in domo paterna sub patria potestate, quia pater iussit ei inquirere asinas, sed falsum est: erat enim Saul iam vir plurimum, quam 30. annorum, & forte 40. quod apparet, quia quando ipse assumptus est in regem habebat filium nomine Ionatham virum fortem, & bellicosum: nam immediate, ut factus est rex accepit tria millia virosum, & duo millia erant cum eo in Bethel, & mille cum Ionatha filio suo in Gabaa. j. c. 13. Etiam paulo post hoc in primo bello, quod legitur habuisse cum Philistinis, Ionathas, & armiger eius soli iuerunt, & percussereunt stationem Philistinorum. j. c. 14. Habebat ergo Saul iam filium magnum gratis, quando est factus rex, quia tamen erat vir valde humilis obediens, sicut paruulus ad omnia, quod iubebat pater suus, unde ipse cum vno de pueris iur ad querendum asinas. Tolle tecum vnum de pueris. I. de familia paterna: erat enim pater Saul vir diues habens familiam magnam, & de famulis eius tulit vnum Saul: non quidem principaliter ad honorem, sed propter itineris laborem, ut haberet comitem viam. Et confurgens vade, & quere asinas. Iste enim secundum Iosephum perierat de grege patris Saulis, & erant preciosæ inter omnes asinas. diligenter ergo fecit illas inquiri. Dicit enim Iosephus 6. Antiquitatum, quod delectabatur Iudei magis in his, quam in aliquo alio iumento, quod forte erat, quia tunc Israelitæ non habebant alia genera iumentorum, scilicet non habebant equos, nec mulos, & ob hoc non legitur, quod ipsi habuerint currus ante tempora Salomonis, sicut habebant

Cognitio Saulis a Samuele.

Lib. 6. c. 4.

Quare Iudei diligebant maxime asinas.

gentes vicinæ: habebant enim Philistheï multos currus, ut patet infra c. 13. Cum dicitur, quod congregauerunt Philisthini 30. millia currum contra Israel. Currus autem habebat quatuor equos, ut dicitur, & dato, quod haberet duos magna erat copia equorum. Diligebant igitur Israelitæ asinas, quia nulla alia iumenta habebant, vel rarissima: boues autem non erant iumenta, quamquam adiunxerunt, sed sunt pecora. Qui cum transissent per montem Ephraim. Idest Saul, & puer eius transierunt per montem Ephraim querentes asinas. est autem mons Ephraim ipsa terra Ephraim, quæ est montuosa, & communiter vocatur fors illa mons Ephraim, ut patet Iosue c. 17. & 20. Principaliter autem vocatur mons Ephraim quedam pars nimis montuosa in sorte Ephraim, per quam transierunt Saul, & puer eius: habitabat enim pater Saul in terra Beniamin: nam ipse erat vir de tribu Beniamin, ut patet s. Saul autem cum quesuisset asinas per terram patris sui, in sorte Beniamin introiit ad querendum eas in sorte Ephraim: sunt autem istæ terre coniunctæ, scilicet Beniamin, & Ephraim, ut colligitur Iosue c. 18. & ibi declaratum est: terra autem Beniamin habet valde modicum de latitudine, ut ait Iosephus 5. Antiquitatum: ideo cum paulisper declinaret Saul ab vrbe sua introiret in terram Ephraim, quam asinas quesuisset, quia poterant illuc declinare propter vicinitatem regionis. Et per terram Salisa. Ista est quedam pars terre in sorte Ephraim, quam perambulauerunt postquam transierunt montem Ephraim, nam non accipiuntur hic mons Ephraim pro tota terra Ephraim, sed pro quadam parte, ideo potest distingui contra alias partes sortis Ephraim. Et non inuenissent transierunt etiam per terram Salim. Idest non inuenierunt in monte Ephraim, & terra Salisa, & licet iam satis declinarent a terra sua, tamen quia exiuerant ad querendum nolabant redire vacui, ideo venerunt in terram Salim. Ista secundum aliquos est quedam ciuitas in terra Ephraim apud urbem Sichen, & pertinet ad prouinciam Sichen, in qua habitauit Iacob, quando venit de Mesopotamia, ut patet Gene. c. 33. Transiitque in Salem urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanana. Aliqui autem, & forte melius volunt, quod Salim sit quidam locus apud Iordanem, nam dicitur de beato Ioanne, quod baptizabat omnes ad se venientes in Iordane, Ioannis c. 1. & tamen Ioannes erat baptizans in Salim, ut patet Ioan. c. 3. Erat autem Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim. Ad istam autem terram accessit Saul cum puero suo. Et non inuenierunt. Scilicet quia non declinauerant asine ad terram illam, sed prope ab vrbe Saulis, & dum Saul quereret eas, pater suus inuenit illas in terra sua, unde quando venit Saul ad Samuglem, dixit Samuel, quod iam inuenite erant asine, ut patet j. Sed, & per terram Iemini. Idest Saul, & puer suus inquisuerunt asinas per terram Iemini, est autem ista terra quedam pars terre Beniamin, iuxta n. Saul, & puer eius de terra sua, quæ erat in sorte Beniamin ad terram Ephraim quia terra Ephraim, & Beniamin sunt coniunctæ: cum ambulauissent per terram Ephraim, rursus ingredi debantur in terram Beniamin, & iterum redibant ad terram Ephraim, sic enim factum est hic. Nam primo ambulauerunt isti per terram Beniamin, in qua erat habitatio Saul, deinde transierunt in terram Ephraim cum dicitur supra, quod transierunt per montem Ephraim. Iterum autem redierunt in terram Beniamin, cum dicitur hic, quod transierunt per terram Iemini, rursus autem venerunt in terram Ephraim, nam venerunt ad ciuitatem, in qua erat Samuel, & illa erat in tribu Ephraim, scilicet Ramatha, ut patet supra capi. 1. hoc autem fiebat propter propinquitatem istarum terrarum, & in ambulando hic modicum morati sunt, scilicet tribus diebus, sic. n. dixit eis Samuel, ut patet

paret infra, scilicet, & de asinis, quas perdidisti nudiustertius, ne sollicitus sis. Erat autē terra ista Iemini quaedam portio in sorte Benjamin, quę sic denominata fuerat, quia Iemini fuit vir excellens, & famosus, idē denominata est ab ipso terra: de genere autem huius erat Saul, vt patet supra, etiam infra dicitur, nunquid non filius Iemini ego sum. *Cum autem venissent in terram Suph.* Ista terra est in sorte Ephraim: nunc enim cum ambulauissent aliquotulum Saul, & puer eius per terram Benjamin reuersi sunt ad terram Ephraim, eo quod erant istę terre cōiunctę. quod autem terra Suph esset in terra Ephraim patet, quia dicitur hic, q̄ in terra illa erat ciuitas, in qua erat vir Dei Samuel, & tamen ciuitas illa erat Ramatha, quia ibi habitabat semper Samuel, vt patet supra c. 7. & Ramatha erat in sorte Ephraim, vt patet supra c. 1. scilicet: Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim de monte Ephraim, ergo Ramatha erat in monte Ephraim, de qua erat pater Samuelis Elcana: patet etiam hoc, quia ista terra Suph erat aliquotiter magna cōtines in se vrbes, & ibi erat vna Ramatha, ideo supra c. 1. dicitur, q̄ erat vir vnus de Ramathaim Sophim, idest de Ramatha, quę erat in terra Suph: nec differunt Suph, & Sophim, quoniam litera hebraica in extremitatibus dictionum interdū addit, & interdū minuit: sic patet, quia dicitur supra c. 1. quod Elcana pater Samuelis erat de Ramathaim, & tamen infra in eodem c. & supra 2. dicitur, quod erat de vrbe Ramatha: sic variatur Suph, & Sophim, scilicet quod aliquando vocatur terra Suph, & aliquando terra Sophim, sed eadem est: fuit autem ista terra nominata a quodā de proauis Samuelis, qui vocatus est Suph: sic patet supra c. 1. vbi in progenie Elcanę ponitur Suph: fuit autem iste vir famosus, & denominata fuit ab eo terra, in qua morabatur: nam Samuel, & tota progenies eius morabantur in terra illa, cū dicitur de patre Samuelis, supra c. 1. & 2. quod morabatur in terra Ramatha in vrbe ipsa: Samuel quoque in eadem vrbe habitauit supra c. 7. & ibi sepultus est infra 25. c. tota etiam cognatio eius ab antiquo habitauit ibi, & quia Suph fuit de panis Samuelis, vt patet supra c. 1. moratus est in terra ipsa, & sic Ramatha, & terra cōiuncta vocata est terra Suph, quia iste erat vir famosus, sic etiam in terra Benjamin a viro, qui appellabatur Iemini vocata fuit quaedam terra Iemini, vt patet supra in litera, quia ille erat vir famosus, & pp̄ excellentiam istorū, & claritatem nominis in descriptione linearū progeniei ipsi ponuntur vltimi: quamquam ipsi non sint capita tribuum neque familiarū, vt patet de Suph in progenie Samuelis, & de viro Iemini in progenie Saulis supra in litera. *Et non inuenissent.* Idest non inuenierunt asinas in terra Suph, quia non erant ibi, sed iā inuenite fuerāt in terra Benjamin. *Dixit Saul ad puerum suum, qui erat cum eo.* Iste est puer, quem tulit tecum Saul iubente patre, scilicet tolle tecum vnum de pueris, vt patet supra: *Veni, & reuertamur.* Scilicet non inquiramus vltius asinas, sed redeamus in domū patris mei. *Ne forte dimiserit pater meus asinas.* Idest ne forte iam non curet de eis: non potest enim accipi dimittere. i. abijcere, quia putabat Saul, q̄ non habebat illas, sed dimittere. scilicet a corde non curando de eis. *Et sollicitus sit pro nobis.* Idest forte iam magis tribulabit pater meus pro absentia nostra, quam pro perditione asinarum: sciebat enim Saul se a patre tenerrimē diligī, ideo cum fuisset absēns per aliquot dies putaret p̄r, quod aliquid simistrum ei accidisset: essetque pro eo nimis sollicitus quousque reuerteretur: voluit ergo cessare ab inquisitione asinarum, ne per longam absentiam patrem affligeret aduersa suspicātē. *Qui ait ei.* Idest puer locutus est ad Saulē: ista locutio de eundē in vrbe, in qua erat Samuel fuit a Deo inspirata

puero. s. quia ipse mouit puerum Saulis ad hoc, quod loqueretur ista: nā volebat Deus, q̄ Samuel cognosceret Saulem, & hoc modo eum cognoscendum trahebat: potissime quia precedenti die Deus apparuerat Samueli dicens hac ipsa hora, quę nūc est cras mitam ad te virum de terra Benjamin, & vnges eum regem super populum meum: oportebat ergo, q̄ ad cōpletionem prophetię Deus mitteret Saulem in vrbe Ramatha ad Samuelem, & sic inspirauit puero, vt loqueretur hoc, nam Saul non intendebat illuc ire, cū dixisset veni, & reuertamur. *Eccc vir Dei est in ciuitate hac.* Iste vir Dei erat Samuel, vt patet infra & vocabatur vir Dei, quia Deus loquebatur ad ipsum, vel quia ipse aliquid ex parte Dei denuntiabat: sic etiam patet. s. c. 2. de illo Propheta, qui Heli sacerdoti domus sue extremam significauit calamitatem, & dicitur venit autē vir Dei ad Heli, sic etiam Heliſeus, qui erat Propheta vocabatur vir Dei. 7. 4. lib. c. 4. & Angelus ille, qui venit ad matrem Samtonis vocatus est vir Dei, dixit. in ipsa, venit ad me vir Dei habens vultum Angelicum. Dixit autem puer Saulis est in ciuitate hac. s. in Ramatha, quę erat vrbs Samuelis, in qua semper habitabat supra c. 7. & in hac manebat pauloante hoc, cum venerunt ad eum seniores Israel petentes regem, vt patet precedenti c. & dixit in ciuitate hac, quia Saul, & puer eius erant tunc apud vrbes videntes vrbe prope se, quod patet, quia ipsi erant in terra Suph, quę erat quidam parua terra, & in hac erat vrbs Ramatha, in qua habitabat Samuel, vt supra declaratum est, ergo existētes in terra illa essent satis p̄p̄inqui vrbi Ramatha. *Vir nobilis.* Vocatur nobilis. i. famosus, sicut ignobiles vocantur incogniti, vel abiecti: erat autem Samuel vir valde famosus propter prophetiam, quia multa mirabilia ex parte Dei prenunciabat, & omnia eueniebāt, vt patet hic. s. omne, quod loquitur absque ambiguitate venit, & ob hoc erat cognitus in toto Israel, vt patet. s. c. 3. & cognouit vniuersus Israel a Dan vsque Bersabee, q̄ fidelis Samuel Propheta esset dñi. Vel vocatur vir nobilis. i. bonus, & honoratus, nam in toto Israel non erat aliquis tam honorabilis, ipse enim regēgebat Israel, & ad eū venerūt senes Israel petētes regē. *Omne, quod loquitur absque ambiguitate venit.* In hoc significatur certitudo prophetię, illa enim, quę predicunt a veris Prophetis inmutabiliter eueniunt, eo q̄ a Deo illa prenunciatur, qui autē fingunt se Prophetas cū tamen nō a Deo, sed a demonibus ista audiunt, sepissime inueniuntur mendaces, sic quoque illi, qui conant per aliquam aliam naturalem artem dicere abscondita, nam, q̄q̄ isti interdum verum dicant, sepius tamen falluntur potissime circa particularia, qui aſi a Deo audit prophetiam, mentiri non potest, quia Deus veritas inmutabilis est.

Quę propheta enunciant an semper eueniant, & de differentia certitudinis in Prophetis, & Astrologis. Quest. VII.

SED arguetur, quia Prophetę interdum enūciāt aliqua, quę non eueniunt, eo quod Deus non loquitur illa secundum certam prouidentiam, sed s̄m statum eorum ad quos prophetia fit, sic patet Iere. c. 18. vbi dicit Deus, q̄ subito loquet̄ de aliquo regno, vel gente, q̄ eradicabit illam, & destruet, & subito facta parua mutatione, dicit q̄ illam plantabit, & stare faciet: sic igitur Samuel interdum aliqua talia prophetaret, postea non euenirent, & sic nō veniret omne, q̄ loquitur. Dixit tamen hic puer Saulis, q̄ omne, q̄ loquitur absq̄ ambiguitate venit. Aliquis respōdebit, quod omne, quod loquebatur Samuel veniebat. s. plurima eorū, quę loquebatur, nā sic in scriptura accipiuntur cōiter propositiones vniuersales non

Quis erat ille vir Dei.

non, quod pure vniuersaliter significet, sed promulsi. Istud tamen non stat, quia tunc esset sensus, quod Samuel, vt in plurimum verum dicebat, & tamen interdum fallebatur: sed hoc nimis absurdum est: istud enim sufficiebat ad hoc, quod appareret Samuelem non esse prophetam domini, quia ad esse prophetam domini non solum requiritur interdum verum dicere, sed etiam nunquam mentiri: alioquin enim prophetę Dei nihil amplius haberent a maleficis, qui arte demonomum multa vera dicunt, sed interdum errāt, propheta autem Dei habet se circa veritatem inquirendam in comparatione ad maleficos, vel astrologos, sicut se habet scientia demonstratiua ad opinionem: scientia enim demonstratiua non solum verum dicit in plurimis, sed etiam impossibile est eam in aliquo errare: opinio autem licet multoties verum dicat, errare potest, & interdum errat: ita autem Propheta Dei, nam sicut scientia demonstratiua procedit ex principiis necessarijs, & quę sunt simpliciter principia, & ob hoc impossibile est eam errare, ita propheta Dei cognoscit veritatem per altissimam causam, & principium immutabile, scilicet, per lumen propheticum diuinitus infusum: malefici autem, & astrologi iudicarij procedunt ex quibusdā principijs permutabilibus, ideo scientia eorū est veritabilis in contrarium.

De Samuele autem quantum ad prophetiam, quę non est per firmam Dei prouidentiam, sed secundum statum rerum, & non semper euenit.

Dicendum, quod ipse non consueuerat prophetare in similibus, quia Deus non miserat eum ad aliquem populum, vel gentem, vt aliqua illi per promissionem, aut comminationem prophetaret, sed prophetabat in dubijs, quę inquirebantur ab ipso, & ista potissime erant circa res pręteritas, sicut nunc Saul, & puer eius inquirebant, in talibus autem nunquam est prophetia, nisi secundum firmam veritatem, ideo impossibile est aliquid mutari: prophetia autem, quę est secundum comminationem, vel promissionem in qua contingit fieri mutationem propter mutationem status illorum, quibus aliquid predicatur, nunquam est de pręteritis, sed semper de futuris, ergo Samuel, nunquam posset errare circa istas inquisitiones.

Alio modo potest responderi, quod Samuel interdum prædicebat aliqua quę erant secundum comminationem, vel promissionem: & tamen nunquam fallebatur, eo quod prædicebat illa cum conditione, vel si non prædiceret eum conditione an requeam illa mutarentur, prædicebat mutationem illorum propter mutationem status ipsorum, ad quos hæc dicta sunt, & sic nunquam fallebatur: sed adhuc prima responsio est melior.

Nunc ergo eamus illuc. Scilicet ad virum Dei in ciuitatem Ramatha, quę erat apud ipsos. *Si forte indicet nobis de via nostra, propter quam venimus:* i. si velit indicare nobis de eo, quod inquirimus: via enim propter quā aliquis venit non est iter, per quod ambulat: sed id, pp̄ quod ambulat, istud autem erat quantum ad asinas, quia eas inquirebant, ideo volebant, quod propheta eis indicaret de asinabus. Ponitur autem hic (si forte) quod significat dubium, in quo non importatur dubium, quantum ad id quod propheta diceret, scilicet, an id, qd̄ diceret esset verū, vel an propheta posset scire, quod ipsi inquirebant: non enim dubitabant, q̄ si diceret illud esse verum: nam ipsi supra dixerāt, quod omne quod dicebat vir ille absq̄ ambiguitate veniebat, vt patet supra: etiam non dubitabant, an posset denuntiate eis hoc, quoniam maiora horū ipse prædicebat: ideo posset hoc predicere, sed dubitabant, an forte

Alph. Tost. In Primum Regum.

vellet hoc dicere, nam existimare poterant, quod ille vir dedignaretur eis loqui, eo quod ipsi erant viri abiecti, & non habentes quid offerrent viro, vt patet infra. *Dixit Saul ad puerum suum.* Vidit enim Saul, quod recte loquebatur puer, nam in hoc noluit ei aduersari, sed inquisiuit quomodo possent honeste apparere corā illo, cum non haberent quid illi offerrent. *Eccc ibi panis quid feremus ad virum Dei.* Idest, si vadimus ad illum, qd̄ poterimus dare illi, quasi dicat, nihil habemus, quod dare possimus, & probat hoc immediate per ea, quę sequuntur, scilicet, quia nihil habebāt de cibis, nec de pecunijs.

Panis deficit in cistarijs nostris. Idest, non habemus panem in vasis nostris. In Hebręo habetur hic nomen generale, scilicet in vasis: posuit autem Hieronymus cistarijs: dicitur enim cistarium de cista, quę est quoddam vas de vimine complexum ad reponendū panem, & ab aliquibus calathus vocatur. Erat autem istud instrumentum, in quo portabant panem Saul, & puer eius: quilibet enim illorum detulerat secum vnum, in quo vię necessaria duxerant, nunc autem de pane nihil superfuert, vt dare possent aliquid Samueli: existimabat enim Saul, quod etiā si haberent duos panes, vel aliquid paruum, quod offerrent Samueli sufficiebat, nam siue hoc daretur in mercedem diuinationis propheticę, siue daretur, tanquam xenium, sicut solet portari viris magnis ab eis, qui apparent coram ipsis, putabant quod cūque satis esse, apud antiquos enim valde parua xenia dabātur etiam magnis viris. Quod patet, quia Samuel erat vir famosissimus, & honorabilis in toto Israel: tamen Saul, & puer eius voluerunt ei offerre in xenium vnum, vel duos panes aut quartam partem stateris.

Aliquis forte ascribet hoc simplicitati horū, quia nesciebant quid decens esset offerri magno viro: tamen alij viri prudentes maiora munera offerebant. Hoc in nō stat, quoniam pater Dauid, qui vir honorabilis valde, & diues erat in tribu suā, cum viri vellet mittere solenne munus regi Sauli recepturo filium eius Dauid in armigerum suum, misit ei asinum panibus onustum, & lagenam vini, & vnum hędum de capris, vt patet infra decimosexto cap. Istud tamen mittebatur ad regem, tanquam aliquid valde magnum, ergo munera illius temporis aliquid valde paruum erant.

Et sportulam non habemus. In Hebręo dicitur non habemus xenium, vel munus, & pertinet hoc ad pecuniam, scilicet nō habemus aliquam pecuniam, quam ei offeramus, illud idem significat sportula, nam sportule secundum iura antiqua dicebantur esse illa munera, quę dabantur iudici a litigatoribus, vt iudicaret: sic colligitur extra de vita, & honestate clericorū, cap. cum ab omni. Tractum fuit autem istud nomen sportularum a quodam vase de herbis contexto, vel de viminibus, in quo fructus ferunt, vel aliquid aliud, & quia in talibus muneribus antiquitus ferri solebant, inoleuit, vt ipsa quoque munera etiam si pecunię sint sportule appellentur. Dicebat autem hic Saul, quod non habebat sportulam, idest pecunias. *Neque quicquam aliud.* Idest nihil habemus, quod honeste offerri possit, ideo non possumus coram eo decenter apparere.

Rursusque puer respondit Sauli. Vidit enim puer, q̄ loquebatur rationabiliter Saul: ideo inquisiuit, an aliquid haberent, & sequitur quomodo inuenit quādam partem pecunię.

Eccc inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti. Puer enim immediate, vt Saul locutus est posuit manum ad bursam, an aliquid inueniret, & inuenit quartam partem stateris, quę erat moneta argentea: stater enim idē est siclus: est enim siclus moneta visitata in Suter qd.

Cistarijs quid.

Parua munera olim dabantur.

Sportule quid appellantur in iure.

ter Iudæos, & est argentea: continet autem viginti obolos. Exodi capitulo trigesimo. & Numeri tertio, & decimo octavo capit. omnis autem appreciatio inter Iudæos maxime ad res Sanctuarij, scilicet in his, quæ vouebantur, vel offerebantur, fiebat per siclum: vt patet Leuitici capitulo vltimo, scilicet omnis æstimatione siclo Sanctuarij ponderabitur: erat autem quarta pars stateris, vel sicli moneta parua argentea valēs quinque obolos: nam siclus viginti obolos valebat: erat autem ista moneta parui valoris: forte enim non valebat decem albas: quod patet, quia in terra Hebræorum vnus aries valebat rationabiliter duos siclos, scilicet, qui non esset de melioribus, sed de mediocribus: sic patet Leuitici capitulo quinto. vbi dicitur, quod pro peccato daretur aries, qui emi potest duobus siclis: sed vna quarta sicli est octaua pars duorum siclorum: ergo non valerent duo sicli quadraginta morapetinos, cum daretur vnus aries mediocris pro duobus siclis, & hoc erat in terra illa, quæ fertilis erat in gregibus: paruum ergo munus dare volebant isti propheta: sed in hoc sequebantur consuetudinem illius temporis, quæ erat in paruis muneribus, vt dictum est.

Et demus eam homini Dei. Idest Samueli propheta, qui vocabatur homo Dei, vt dictum est.

Vt indicet nobis viam nostram. Idest, det nobis iudicium de eo, quod inquirimus, scilicet, vbi sunt a sine, quas petimus: putabant enim isti, quod Samuel reciperet munera, vel mercedem pro prophetia, sed errabant, quia nihil suscipiebat, gratis omnia faciens. Vel forte dicitur, quod isti non dabant hoc pro mercede, scilicet, quasi Samuel suscepturus esset aliquid pro diuinatione, & alias non esset diculus, sed offerebant ei hoc gratis, quia putabant esse inhonestum apparere coram facie illius nihil tribuentes.

An licitum esset prophetis pro mercede prophetare: Et Apostolis predicare, & curare morbos precio.

Quest. VIII.

Q V AER ET aliquis, an licitum esset prophetare pro mercede. Aliquis dicit, quod sic, nam aduocatis, licet vendere iustum patrocinium, nec solum secundum quantitatem laboris, quem habent in studendo recipiunt: sed magis secundum magnitudinem patrocinij, etiam si ipsi in hoc parum laborent. propheta autem est huiusmodi, quia pertinet ad opus intellectus, sicut causidicatus: ergo poterit licite recipere pro diuinatione, sicut causidicus pro patrocinio.

Item docere est actus intellectus, sed magistri licite accipiunt pecunias pro doctrina, ergo propheta licite accipiunt pro diuinatione, acciperent autem illicitè magistri si forte promittentes se aliqua magna docturos illa docere nequeant, nec ipsi intelligant, quia tunc cum pecunias receperint pro illis iniuste agunt, & hos increpat Aristoteles Ethicorum, nono capitulo, vocans eos sophistas: si tamen doceant, quæ promittunt, iuste pecuniam recipiunt. Sic enim introducit ibi de Protagora exigente, & recipiente pecuniam a discipulis: ita igitur si propheta sit verus, & possit declarare veritatem rei de qua inquiritur, licite recipere poterit pecuniam, si autem fingens se prænunciare nequeat, vel falsum dicat, illicitè agit recipiendo pecuniam.

Item Samuel erat propheta Dei, & vir bonus, & isti volebant ei dare pecuniam pro diuinatione, sed non vellent dare, nisi scirent, quod ab alijs aliquid

recipiebat, ergo Samuel recipiebat aliquid, sed ipse non ageret hoc, si esset illicitum, ergo licitum erat propheta accipere aliquid pro diuinatione.

In contrarium videtur, quod non liceat, quoniam id quod Deus reprehendit est illicitum, sed Deus reprobauit nimis prophetas diuinantes pro precio. Nam per Ieremiam ait in magnum vituperium: Prophetæ eorum pro precio diuinabant: ergo valde erat illicitum velle accipere precium pro diuinatione.

Item actus Apostolorum, & prophetarum pertinebat ad idem, quoniam sicut propheta prænucciabant ea, quæ a Deo audiebant, ita Apostoli prædicabant Euangelium, quod a Christo Deo susceperant: sic patet Ioann. decimo quinto capitulo. scilicet. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis: ipse tamen iussit eis, & sine precio prædicarent, vt patet Matthæi, decimo capitulo. scilicet, euntes prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cælorum, infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, dæmonia eijcite, & sequitur: Gratis accepistis, gratis date, idest non accipietis precium pro illo: ideo nec prophetis licebit accipere precium: ideo minus liceret prophetis quam Apostolis, quia magis laborabant Apostoli prædicando quam propheta prænucciando.

Item ea, quæ dantur a Deo pure gratuite alicui homini, debent dispensari alijs sine precio: sic patet Matthæi capitulo decimo. scilicet. Gratis accepistis gratis date, ideo pro eo quod pure ex gratia accepistis, nullum precium exigere debetis: sic enim erat de potestate sanandi infirmos, & eijciendi dæmonia, & de scientia verbi Dei, quia ista susceperant Apostoli sine aliquo labore per solam gratuitam collationem spiritus Sancti, ergo debebant dispensare gratis. In prophetis autem idem modus est, quoniam nullo modo prophetia est per ingenium, aut inquisitionem humanam, sed per solam Dei reuelationem, sic patet, secunda Petri, capitulo 2. scilicet, hoc primum intelligentes, quod omnis prophetiæ scriptura propria interpretatione non fit: non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu Sancto inspirati locuti sancti Dei homines. Item recipere aliquid pro diuinatione prophetica est simoniacum, sed simonia est graue peccatum, ergo accipere mercedem pro diuinatione grauissimum est. Antecedens pater, quoniam simonia est, quando recipitur aliquid temporale pro spirituali, & maxime quando petitur, & exigitur: sed prophetia est aliquid spirituale pure, quia a solo Deo est: ergo non licebit pro illa quicquam accipere.

Item si accipere aliquid pro prophetia, licuisset, non fuisset Giezi percussus lepra: fuit tamen percussus: venerat enim Naaman Syrus ad Elifcum, vt sanaretur a lepra, qui propheticè dixit: vade lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, cumque esset mundatus obtulit munera Elifco, quæ non accepit: Giezi autem iuit post Naaman non vidente Elifco, & accepit munera, dicens, quod peteret Elifcus, cui dixit Elifcus lepra Naaman adherere tibi, & semini tuo in sempiternum, & confestim egressus est leprosus, infra quarti libri, capitulo quinto. ergo illicitum erat pro diuinatione accipere pecuniam.

Item si liceret propheta vendere donum propheticum, scilicet, accipiendo aliquid pro eo, quod propheticè prænucciatur, liceret alicui emere illud, quia nihil est, quod liceat vendi, quod emi non possit: nam isti duo contractus sunt vnus contractus realiter licet formaliter sint duo: non licet tamen alicui emere id quod est spirituale, scilicet id quod cognoscitur prophe-

Non licet vendere spirituale.

Simonia quid.

Risio ad quonem.

Quæ res licite vendi & emi possunt.

Cur scientia vendi nequit.

phetice: ergo non licebit alicui vendere illud, quod autem nulli liceat emere, hoc patet Actuum capitulo octauo. Cum Simon magus obtulit pecuniam Apostolis, vt darent ei potestatem spiritualem, cui Petrus ait: pecunia tua tecum sit in perditione, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri: non est enim tibi pars, nec fors in sermone isto. non licet ergo propheta petere pecuniam pro diuinatione, nec accipere si pro diuinatione offeratur.

Respondendum ad questionem, quod isti Propheta, qui aliquid recipere volunt, aut sunt propheta Dei, aut dæmonum: non est autem existimandum, quod aliquis propriè sit propheta dæmonum etiam si dæmonia colat, sed vocantur large Propheta dæmonum illi, qui a Deo reuelationem nullam recipiunt, sed a dæmonibus instruantur: vocantur tamen se prophetas, & scriptura eos sic vocat, sicut pater de quatuor centum prophetis Baal infra 3. libro, capitulo octauo. etiam eodem libro, capitulo vigesimo secundo. dicitur, quomodo vocati sunt Propheta Baal: & postea vocatus est propheta Dei. Michæas: sic etiam dicitur infra quarto libro, capitulo tertio. cum dixit Elifaus ad regem Ioram vade ad Prophetas patris tui, & matris tuæ, idest ad prophetas Baal, qui erant propheta inter decem tribus Israel.

Si autem de his prophetis dæmonum loquamur. Dicendum, quod isti non peccant, quia vendunt diuinationem, sed quia consilium dæmones, & quia dicunt se Prophetas Dei, cum non sint: venderet autem diuinationem in eis peccatum nullum est, nam non vendunt aliquid donum Dei spirituale, sed ea, quæ a dæmonibus didicerunt: hoc autem non est aliquid non vendibile.

Si autem accipiamus de prophetis Dei, scilicet, qui a Deo reuelationem recipiunt, siue illi boni sint, siue mali, non licet eis quicquam exigere pro diuinatione, quia tunc directe venditur id, quod est pure spirituale, quia ille, qui dat aliquid pro diuinatione, vult scire hoc, quod Deus declarat, & pro illo dat pecuniam, sed illud est pure spirituale, & gratuitum, ergo pro illo non licet dari, nec exigi.

Pro quo considerandum est, quod ille res licite vendi, velle possunt, quarum vnus pecunia est ponderabilis: sicut vnus panis, & vini, domus & equi, & sic de cæteris corporalibus: ideo omnia ista sunt pure venalia: illa autem quorum vnus, vel substantia nullo modo pecunia appreciabilis est, nec est aliquid in rebus humanis cadens sub commutatione, quod illis equiparari possit, non sunt venales.

Sic etiam est de habitibus intellectus: scientia enim que est habitus intellectus perficit illum, & non est aliquid in rebus humanis, quod scientiæ equiparari possit, quoniam cum scientia sit perfectio intellectus, & intellectus sit excellentissima particula esse humani, iuxta Aristotel. decimo Ethicorum. & nulla alia res possit perficere ipsum intellectum nisi scientia, omnes alie simul sumptæ non possunt ei equiparari, nec poterit iuste vendi datis omnibus illis pro ipsa: ideo quodocunque aliquid est sapiens, non potest vendere scientiam: sed si ab eo, qui docetur, pecuniam recipit, hoc non est, quia scientia transferitur in illum, sed quia iste in docendo laborat: vnde propter hoc fit, quod si quis multos docet, & aliqui eorum nimis proficiant, alij autem quasi nihil, non magis ab his quam ab illis exigit, quia tamen cum illis equaliter laborauerit, & sic non venditur ibi scire, sed labor, qui præcedit ad scire.

In causidicis autem idem est, quoniam ipsi vendunt. Alph. Tost. In Primum Regum.

dunt iustum patrocinium, eo quod adiuuando clientulos pro defensione inris eorum studendo laborant: vnde non recipiunt pecuniam propter hoc, quod ea, quæ intelligunt dicunt, sed quia illa non possunt dicere, nisi laborent: sic autem interdum, vt aliqui aduocati nimis periti paruo cum labore arduas valde causas defendant: alij autem nimis laborantes in paruis patrocinari sufficienter nequeunt: non tamen isti, qui amplius laborant debent abundantioiorem mercedem recipere, sed illi, qui in maioribus patrocinantur causis, quia quamquam isti, qui imperiti sunt nunc acius laborent, illi tamen, qui peritiores sunt ante hoc patrocinium, vt periti efficerentur, durius laborauerint, & quia isti inquietos viuendi modum voluerunt defendendi causas negocium suscipere, in quo vt periti essent magnam gratis partem grauium labore transigerunt, etiam si cum defendunt causas parum, aut nihil laborent, iuste possunt pro patrocinio magnam suscipere mercedem, quia quod nunc laboris non impendunt, ante hoc grauius expenderunt. Apparet igitur, quod actus intelligendi & habitus, & generaliter omnia, quæ ad animam pertinent secundum se iuste vendi non possunt, nisi quatenus ad laborem pertinent, & tunc non ipsa, sed labor venditur.

Ex quo sequitur, quod si sit aliqua scientia, aut intelligere, quæ nullo cum labore addiscantur, & postea sine labore ministrantur, non licet exigere mercedem, nec recipi pro talibus: quod patet, quia pro his quæ ad intellectum pertinent secundum se merces nulla est, sed pro labore: & tamen hic, tam in administrando quam in acquirendo ex hypotesi labor nullus est, ergo nullo modo venalia sunt. Sic autem est in prophetia: nam intellectio prophetica non est propter ingenium humanum, aut laborem, sed ex diuina inspiratione, secunda Petri capitulo secundo. in ministrando etiam labor nullus est, scilicet, dicendo dominus dixit hoc, vel hoc: ergo propheta nullam mercedem exigere, aut recipere potest oblatam: quia tunc nihil est ibi, quod venderet, nisi ipsam prophetiam, quæ est aliquid intellectuale, & quod amplius est ipsa est donum Dei: si autem esset aliquid pertinens ad intellectum, quod in acquirendo nullum haberet laborem, in ministrando tamen haberet aliquem laborem, vel occupationem, posset pro hoc aliqua exigere merces, valde parua tamen, & minor, quam ab alijs communiter exigebatur: verbi gratia, si Deus alicui homini nihil vnquam laboranti infudisset scientiam civilem abundantissime, ita quod sine aliquo labore ipse posset quascunque causas agere: iste in acquirendo nihil laborauit: & tamen si postea patrocinium exhiberet, poterat aliquid exigere: quia licet acquirendo istam scientiam nihil laborauit, tamen agendo causas laborat, & implicat se negocijs pro hoc labore, qui est in administrando scientiam istam, poterit iste exigere pecuniam, & quia iste valde minus laborat quam alij causidici, qui in acquirendo scientiam nimis laborauerunt, & postea in aduocando labore non carent, valde nimis exigere debent quam alij: quod si in equali causa parocinij equaliter exigere vellet, vel quasi equaliter nimis peccaret, quia iam aliquid venderet ultra laborem.

Si autem aliquid sit, quod totaliter, tam in acquisitione, quam in administratione laborem nullum habeat, nihil omnino exigi, aut recipi potest pro illo, & de hoc verissime intelligitur, quod habetur Matthe. X 2 cap. 10.

An liceat aduocatis aduocare pro proprio. Et an qui magis laborat teneat recipere.

Quo intel- ligitur gra- tis accipi- tis gratis date.

cap. 10. f. Gratis accepistis gratis date, id est id quod pu- re ex gratia sine aliquo labore vestro, & merito susce- pissetis, gratis date, scilicet, nihil omnino pro illo reci- pientes. Quod autem intelligatur de his apparet ex verbis Christi ibidem, scilicet infirmos curate, mor- tuos suscite, leprosos mundate, daemonia eijcite. In acquirendo autem potestatem istam Apostoli ni- hil laborauerunt, quia dicitur praallegat. cap. & con- uocatis 12. discipulis suis dedit illis potestatem spiri- tum immundorum, ut eicerent eos, & curarent om- nem languorem, & omnem infirmitatem. In mini- strando quoque labor nullus erat, quoniam non fa- ciebant aliquas ceremonias, sed solum loquebantur imperantes infirmitatibus, ut patet Actuum cap. 9. de Petro qui ad quandam Paralyticum iacentem ab octo annis in grabato ait: Aenea sanet te dominus Iesus Christus surge, & sterne tibi, & continuo surrexit. Etiam quaedam mulier mortua est Thabitha nomi- ne, & Petrus dixit Thabitha surge, & immediate aper- uit oculos, eodem capitulo. Et non solum loquentibus Apostolis fiebant miracula, sed interdum eis nihil lo- quentibus, nec facientibus propter eos miracula fie- bant, unde in principio Ecclesiae primitiua cum beatus Petrus esset Ierosolymis ponebantur languentes in plateis super lectos, ut transiente Petro umbra eius obumbraret aliquem eorum, & sanaretur, & sic fie- bat, ut patet Actuum capitulo quinto. pro his igitur di- scipuli nihil accipere poterant: quia pure sine labore eorum erant, nec recipere volebant si quis offerret. Et sic quando Simon magus obtulit pecuniam pro si- mili potestate, ait Petrus: Pecunia tua tecum sit in perditionem: Actuum cap. 8. Diuinatio ergo propheta- ric, quae pure ex Dei gratia est, & cum nullo labore, vendi non potest.

Propheta et si vellet non potest vendere prophetiam.

Sed adhuc considerandum est, quod propheta etiam si velit non potest vendere prophetiam: nam prophe- tia, ut declaratum est latius Numeri cap. duodecimo, & vigesimo secundo: non est tanquam habitus scientificus, qui postquam alicui inest, semper manet in in- tellectu eius, & potest cum voluerit operari per illum: sed est quoddam lumen infusum ad tempus per mo- dum actus raptim transiens, & cum propheta ha- bet illud lumen eleuatur ad intelligendum aliqua, quae nullo modo alias intelligere posset. Cum autem tran- sisset illud lumen, nihil magis, quam alij homines prophetae intelligunt, sed solum habent, quod recorde- rentur eorum, quae prius viderunt, vel intellexerunt etiam, si tunc non maneat spiritus Propheticus: alio- quin propheta non possent denunciare populis, id est scribere ea, quae eis reuelata sunt: non est ergo in pote-estate Prophetae diuinare cum voluerit, sicut est in po- testate habentis habitum scientificum intelligere per illum, quando voluerit, nisi organa phantastica sint indispota. Non poterat igitur vendere diuinationem, quia etiam si ipsi conuenirent cum aliquo, quod diui- narent de re quam ille volebat, forte postea Deus non declararet eis aliquid eleuando intellectum eorum: & tamen quia Deus multa tolerat per patientiam quan- diu hic viuunt, etiam sciens, quod aliquis propheta iniquus vult vendere diuinationem, ipse ei reuelat ali- qua prophetice: sic patet de Balaam qui erat iniquus, & tamen Deus apparebat ei, & cum ipse desiderauerit ire in terram Moab ad regem, ut acciperet pecuniam multam pro maledictione Hebraeorum, sicut ipse pollicitus erat, adhuc in ipsa terra Moab ei Deus apparebat reuelans multa, sicut apparuit Numeri vi- gesimo secundo ca. & usque ad vigesimum quintum. & tunc dicens est de his prophetis, quod si sunt prophetae Dei, siue sint mali, ut Balaam, & colen-

tes idola, siue sint boni, petendo aliquid pro diu- inatione peccant, vel etiam si nihil petant, si tamen ex hac causa, tanquam pro mercede aliquid recipiant peccant: possunt tamen prophetae recipere aliquid sponte oblatum ab inquirantibus, dum tamen illi non dent ex hac causa, & Prophetae non recipiant, tanquam in mercedem, sed alias tanquam gratis ob- latum, & ad sustentationem suam: sic enim com- munitur consueuerant omnes Israelitae, cum ibant ad consulendum Prophetas deferre aliquid eis tan- quam ad honorem, quia sicut Deus dixerat, non apparebis in conspectu meo vacuus: Exodi vigesi- motertio, & trigesimo quarto capitulo. etiam cor- am Prophetis, qui representabant Deum, nolebant apparere vacui, sed ferebant aliqua munuscula, & sic fecerunt Saul, & puer eius. Post tempus quoque istorum fiebat semper similiter in Israel: unde quando Ieroboam rex Israel misit uxorem suam ad Ahiam Silonitem, ut consuleret pro vita filij sui dominum: iussit ut portaret ei munus, dicens: Tolle in manu tua decem panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illum: ipse indicabit tibi quid e- venturum sit huic puero, ut patet infra tertio libro, capitulo decimo quarto. ista autem munera inter- dum suscipiebant Prophetae gratis, & non pro di- uinatione. interdum autem suscipere nolebant: sic patet de Eliseo, a quo cum sanatus fuisset Naaman Syrus a lepra, obtulit ei munera magna, di- cens: obsecro itaque, ut accipias benedictionem a seruo tuo: at ille respondit: viuunt dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, non acquieuit penitus, ut patet infra quarto libro cap. 5.

Nunc autem per hoc patet solutio ad rationes in contrarium.

Ad primam cum dicebatur, quod sicut causidici potest vendere iustum patrocium, ita Prophe- ta potest vendere diuinationem, cum utrobique sit actus intellectus.

Respondendum est, quod non est simile, quo- niam causidici, quando vendunt iustum patrocium, non vendunt scientiam, sed laborem: Prophe- ta autem nihil laborat, tam in acquirendo scientiam, quam in ministrando eam: ideo si aliquid suscipiant pro diuinatione peccant. Causidici autem in utroque laborant, scilicet, in acquirendo, & in ministrando eam, ideo licet illis exigere, & non prophe- tis.

Ad secundam rationem cum dicebatur de magi- stris, quod licebat illis exigere pecuniam pro scientia: eodem modo respondendum est, quod ipsi non exigunt pecuniam pro scientia, quae in discipulos transfunditur, sed pro labore, qui ab ipsis in docendo assumitur. Et cum confirmatur, quod illi, qui promittunt aliquid docere, & docent, iuste pecuniam recipiunt, qui autem promittunt, & docere nequeunt sunt sophistae, & vituperantur: ita ergo si Propheta pro his, quae recipit, vera annunciet non peccabit recipiendo pecuniam: scelus autem si non possit.

Dicendum, quod non est simile, quia illi magi- stri, qui promittunt aliqua docere, & docent, reci- piunt pecuniam iuste non tamen pro scientia, sed pro labore: illi autem, qui sophistae sunt recipiunt ini- iuste pecuniam, non quidem tanquam scientiam ven- dere non possint, sed quia non laborant iuxta ea, quae dixerunt, vel quia labor eorum inutilis est: cum ni- hil sciant. Propheeta autem si recipere pecuniam ni- hil vendere poterant, nisi donum Dei, quia ibi labor nullus

Ad primam rationem de causidici.

Doces non recipit pro scientia, sed pro labore.

nullus est, & hoc est illicitum, ergo non possunt quicquam suscipere.

Ad tertiam rationem, cum dicitur, quod Samuel erat vir bonus, & tamen suscipiebat aliquid pro diu- inatione, ergo licitum erat.

Dicendum, quod nihil recipiebat, & quando argui- tur, quod si nihil acciperet, isti nihil obtulisset, potest responderi dupliciter: vno modo, quod Saul, & puer suus faciebant hoc ex errore arbitrantes, quod Samuel susciperet aliquid in mercedem, nec est mirabile, quod isti sic opinarentur, quia erant viri simplices, & nun- quam venerant ad Prophetam.

Alio modo responderi potest, quod isti sciebant p- phetam nihil recipere in mercedem diuinationis, nec ferebant istud tanquam mercedem, sed ut aliquod mu- nus gratum ei propter honorem, ut sic honeste appa- zerent coram eo. & ista responsio est decentior: sic enim faciebant alij Israelitae cum veniebant ad prophe- tas consulendos, ut patet de uxore regis Israel infra 3. lib. c. 14. Prima tamen responsio magis coaptatur lite- ra, quia dicitur hic: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti demus homini Dei, ut in- dicet nobis viam nostram. Sed quomocumque di- catur nihil refert.

Olim in Israel sic loquebatur unusquisque vadens consulere do- minum. Hic interponitur aliquid ad declarationem isto- rum, & non sunt ista verba pueri Saulis, sed sunt ipsius scriptoris ad declarandum ea, quae habentur hic: nam dicitur infra, quod quae fuerunt isti, vbi est videns, cum deberent dicere, vbi est propheta, & ut detur ratio hu- jus dicti dicitur, quod ille, qui modo vocatur propheta o- lim vocabatur videns, & omnes euntes ad consulen- dum prophetas dicebantur ire ad videntes.

Quis apposuit istam clausulam. Quae. IX.

Stat dubium de appositione huius literae, quis eam posuerit.

Dicunt autem quidam, quod istud fuit addi- tum ab Esdra scriptore legis, quando restaura- uit legem combustam a Chaldeis, & hoc tenuit Beda. Hebraei autem dicunt, quod istud fuit positum a Samuele scriptore libri huius, & hoc verum est: nihil enim Esdras, vel aliquis alius ausus fuisset apponere li- bris legis Dei: posuit autem hoc Samuel quia ante te- pora sua vocabantur in Israel prophetae videntes, etiam dum ipse viueret, man sit magno tempore istud voca- bulum abolitum est, & inceperunt viri Dei vocari prophetae, & quia Samuel scripsit hoc circa finem vitae suae, iam erat abolitum vocabulum videntis, ideo dixit, quod olim in Israel prophetae vocabantur viden- tes quasi iam istud abolitum esset.

Venite & camus ad videntem. Scilicet illi, qui ibant ad consulendum dominum dicebant eamus ad viden- tem: non est autem intelligendum, quod quodocum- que Israelitae irent ad consulendum dominum, dice- rent eamus ad videntem, sed quodocumque irent ad consulendum illum per prophetas.

Pro quo sciendum, quod aliquando Deus respon- debat Israelitis per inquisitionem prophetarum non fa- cta aliqua alia cerimonia, & isti vocabantur videntes.

Aliter autem respondebat Deus per sacerdotem ma- gnum, scilicet in rationali, & Ephod: nam iste erat vestes sacrae, & intra rationale erat posita doctrina, & ve- ritas in laminis aureis, quibus cum indueretur sacer- dos consulebat dominum, de quibus vellet, & ille re- spondebat. Sic patet tempore David: nam Abiathar sacerdos consuluit bis Deum pro David applicito E-

Alph. Tost. In Primum Regum.

phod, & accepit responsum, ut patet infra 23. & 30. ca. sic etiam patet de Iosue, nam cum ipse factus est prin- ceptus Israel, & non liceret ei ingredi in sancta Sancto- rum ad consulendum dominum, sicut licuerat Moy- si, qui fuerat princeps ante eum in principatu populi dedit ei summum sacerdotem, ut patet Numeri capi- 27. scilicet pro hoc siquid agendum erit Eleazar sacer- dos consulet dominum: isti tamen non vocabantur vi- dentes, quia Deus non reuelabat eis propter seipso, sed quia erant sacerdotes, & induiti vestibus illis, per quas Deus promiserat se reuelaturum veritatem cum ipse diceret, quod in rationali summi sacerdotis erat iudicium filiorum Israel: Exodi 28. cap. Prophetae ergo soli vocabantur videntes. Et quia Israelitae raro in-quirebant aliquid per summos sacerdotes, sed per p- phetas, dicitur quod quando ibant ad consulendum dominum, dicebant vadamus ad videntem quasi sem- per irent ad Prophetas.

Qui enim propheta dicitur hodie vocabatur olim videns. Scilicet Israelitae ibant ad consulendum dominum per prophetas, & quia prophetae tunc vocabantur viden- tes dicebant eamus ad videntem: istud autem nomen ex maiori parte abolitum erat, ideo dicitur, quod ille, qui hodie vocatur propheta olim vocabatur videns. Iuste autem istud nomen prophetis conueniebat, quo- niam ipsi erant videntes, id est videbant ea, quae alij non videbant, scilicet, quod Deus reuelabatur eis, & non alij: sic ait Hieronymus in Epistola ad Paulinum. ca. quinto. scilicet. Unde & prophetae appellabantur viden- tes, quia videbant eum, quem ceteri non videbant.

Et dixit Saul ad puerum suum. Scilicet postquam ille inuenit quartam partem stateris, quam poterant dare viro Dei approbavit rationem illius.

Optimus sermo tuus veni, & camus. Ante hoc non con- sentiebat Saul puero suo, eo quod non habebant quid darent viro Dei, nunc autem inuenit, quod haberent dixit optimus est sermo tuus, scilicet, quod eamus ad virum Dei, & dicamus uiam nostram, atque offeramus quartam partem stateris.

Et ierunt in ciuitatem, in qua erat vir Dei. Scilicet erant apud ciuitatem Saul, & puer eius, & hoc deliberato introierunt in eam, erat autem ista ciuitas Ramatha, quia in ea manebat Samuel, ut dictum est.

Qui cum ascenderent cliuum ciuitatis. Cliuum vocatur collis, vel mons: erat enim ciuitas illa in excelso con- stituta: unde erat eis ascensus ad introeundum in ciui- tatem. non erant autem isti in ciuitate quamquam di- catur, quod ascendebant per cliuum ciuitatis, sed in- telligitur quod ascendebat per cliuum, quod erat ante introitum ciuitatis, super quo erat ciuitas posita, quae patet infra, scilicet ingrediētes vrberam, statim inuenie- tis eum: ergo nondum ingressi fuerant.

Inuenerunt puellas ingredienti ad hauriendam aquam. Sci- licet, quando Saul, & puer eius ascendebant per cliuum ciuitatis inuenerunt puellas: nam puellae descendebat de vrbe, quia vrbs erat super montem, & fluuius ad quem puellae ibant ad hauriendam aquam ad pedem cliui per prata labebatur.

Et dixerunt eis, num hic est videns. Id est, nunquid in ista vrbe est propheta Samuel: quamquam enim in vrbe illa moraretur, tamen dubitabant, an ibi tunc es- set, propter hoc autem fuerunt interposita illa verba, quae supra habentur de vidente, quia isti dixerunt hic, num hic est videns. Et ne aliquis putaret, quod pro alio, quam pro propheta inquirebant, dictum est, quod prophetae vocabantur olim videntes.

Quae respondentes dixerunt illis hic est. Gratia enim istae puellae respondebant Sauli, quod patet ex verbis ipsa- rum, nam ad plura respondebant, quam inquisiue- rat Saul.

X 3 Dicit

Prophetae iuste voca- bantur vi- dentes.

Deus mul- tipliciter respondebat Is- raelitis per prophetas.

Dicit autem Rab. Salom. quod iste puella multipli- cabant verba coram Saule, vt eum morari facerent, & sic facerentur pulchritudine illius, delectabantur enim nimis videndo eum: erat. n. pulcher corpore, & statim proceris, quoniam excedebat ab humero sursum omnes Israelitas, vt patet s. in litera, & sequ. c. erat autem delectatio magna puellis videre talem inueni, quoniam sic fruebantur pulchritudine illius: sic dicitur de duobus senibus, qui condemnauerunt Susanna: Daniel. c. l. Porro Susanna erat delicata nimis, & pulchra facie, ac iniqui illi iusserant, vt discooperiretur: erat enim cooperta, vt vel sic facerentur decore eius.

Ecce ante vos est, festinate nunc. Hortabantur puellę, vt festinaret Saul cum puero suo, quoniam Samuel erat in principio vrbs, & accessurus erat in excelsum, si autem festinaret possent eum inuenire priusquam ascenderet, & sic factum est, vt patet infra. dixerunt autem ante vos est, idest, non multum distat a vobis, scilicet, quia isti erant prope ciuitatem, & Samuel accessurus erat de aliquo habitaculo, quod erat apud portam vrbs.

Hodie enim venit in ciuitatem. Idest venit, vt colloqueretur cum illis, qui erant in ciuitate, & faceret sacrificium cum eis: ex hoc autem aliqui putant, quod ista non esset ciuitas Ramatha, in qua morabatur Samuel, quia dicitur, quod hodie venit in vrbe, sed non sequitur ex hoc, quia poterat esse, quod per aliquot dies steterit extra vrbe, & tunc venisset, quod autem ista esset Ramatha, apparet quia in illa erat mansio Samuelis, vt patet supra capitu. septimo. puer autem Saulis dixit: Est in hac vrbe vir Dei nobilis & c. si tamen non esset ista ciuitas Ramatha, nesciret puer Saulis, an ibi esset, quia in nulla alia ciuitate consueuerat morari, nisi in illa, quamquam aliquando transiret per alias discurrendo: nec tamen potest intelligi, quod puer Saulis diceret est vir Dei in hac ciuitate, idest nunc ibi est, sed dixit est, idest consueuit manere, vel habitare, nam si dixisset est, idest, nunc actualiter est, non quæsiuisset Saul, & puer eius, an Samuel esset in vrbe dicentes: Num hic est videns? & tamen quæsiuerunt: ergo intelligitur, quod ibi solebat commorari, & sic intelligitur de vrbe Ramatha, quia in illa morabatur, vt patet supra cap. 7.

Quia sacrificium est hodie populi in excelso. Idest propter hoc venit ad vrbe, quia populus facturus erat sacrificium magnum, & non poterant sine ipso comedere partes hostiarum. Et dicitur sacrificium populi, quia multi offerebant animalia, quæ illa die immolabantur. Dicitur autem in excelso, idest in parte celsiori illius ciuitatis: ibi enim constitutum erat altare.

Fecerat autem istud altare Samuel: nam dicitur de eo supra capitu. septimo. quod edificauit altare in Ramatha, vbi erat domus sua, & ei namque licebat hoc facere, & nulli alij Israelitarum, quia ipse erat propheta domini.

Dicunt autem Hebrei, & Nicolaus, quod hoc tempore licebat altaria edificari vbicunque, & offerri victimas, scilicet, postquam arca capta est a Philistinis toto illo tempore, quo mansit vsque ad edificationem templi Salomonis. Postquam autem templum constructum est, & dum manebat in Silo, non licebat alicui offerre extra Sanctuarium, sed istud non est verum: non est enim conueniens motuum eorum, sed quia dicitur, quod in hac ciuitate erat altare, & tamen hic non erat Sanctuarium, nam Samuel illud construxit. Etiam si non esset ibi Sanctuarium, sicut Elias construxit altare in monte Carmelo tempore, quo manebat templum Salomonis, vt patet infra tertio libro, capit. decimo octauo. si autem alia altaria essent in terra Israel tunc constructa, præterquam in vrbe ista illicitum

Licitum erat tpe Samuelis edificari altare vbicunque.

Tempore Samuelis vsque ad edificationem templi licuit fieri altaria vbicunque.

erat: non est tamen mirandum, quin essent plura alia: sic enim tempore omnium regum Iuda quamquam aliqui eorum boni essent, sacrificabat populus in montibus, ibi enim erant altaria constituta, & reges non auferre ea, erat tamen valde laudabile illa auferre, sic patet infra tertio libro, capit. decimo quinto. cum de rege Afa dicitur, quod fuit valde bonus, & exclusit idola de terra: tamen postea dicitur: Excelsa autem non abstulit, idest non destruxit altaria, quæ erant in montibus, quasi dicat, quod propter hoc nondum accesserat ad totalem perfectionem. De rege autem Ezechia magnæ laudes ponuntur, quia destruxit altaria, quæ erant in montibus, vt patet infra quarto libro, capitulo decimo octauo. scilicet. Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos. Siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum, ergo illo tempore peccatum erat inter Israelitas immolare in excelsis, & tamen erant ibi altaria. Ita igitur tempore Samuelis non est mirandum, quod essent aliqua altaria per vrbes: tamen æqualiter erat illicitum, sicut quando erat arca in Silo, & tamen posita fuit in templo Salomonis: nam si Israelitæ non habuissent aliquem locum, in quo offerrent sacrificia tempore, quo erat arca separata a Sanctuario, satis erat verisimile, quod liceret eis in multis locis habere altaria, ne totaliter cessarent a sacrificijs: tamen tempore, quod fuit inter euersionem de Silo, & positionem in templo Salomonis, habebant Israelitæ locum immolandi, sicut habuerant, quando erat arca in Silo, eo quod habebant Sanctuarium in vrbe Nobe infra vigesimo primo capitu. ergo nihil magis tunc erat licitum fieri altaria per diuersas vrbes, quam postquam constructum est templum Salomonis: sed postea erat illicitum, vt probatum est, ergo etiam in tempore Samuelis, sed in hac vrbe, in qua nunc erat Samuel non erat illicitum, eo quod ipse construxerat ibi altare. De isto sacrificio populi dicunt aliqui, quod non erat sacrificium, in quo fuisset facta aliqua immolatio animalium Deo, sed solum fuit quoddam prandium solenne, in quo fuerunt multi inuitati, & occisa sunt animalia multa, & hoc quia expectabatur aduentus Saulis, sicut infra patet, & istud potest habere verisimilitudinem, quoniam aliquando victimæ vocantur ipsa conuiuia, vt patet Gene. 43. capitu. scilicet. Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium, quoniam mecum commensuri sunt meridie.

Alij autem dicunt, quod non solum erat conuiuium populi, sed etiam fuerunt multa animalia immolata in sacrificio Dei, sed erat ista oblatio de hostijs pacificis, de quibus maior pars cedebat offerentibus, scilicet omnes carnes ipsarum hostiarum præter pectusculum, & armum dextrum, & colligitur Leuitici capitu. tertio, & septimo. & istud est verius, scilicet, quod esset sacrificium domini, & non solum esset conuiuium. De carnis tamen, quæ manebant pro offerentibus fieret conuiuium, & poterant multi inuitari, non solum ipsi qui offerebant, sed etiam quicumque alij, dum tamen essent mundi, quibus liceret usus rerum sacrarum, quod patet Deuteronomij capitu. duodecimo, & decimo sexto. vbi Deus iubet, quod Israelitę in magnis festiuitatibus, cum offerret sacrificia pacifica, vocarent ad comedendum secum de sacrificijs illis Leuitas, & pauperes, & aduenas pupillos, & viduas, & filios suos, seruos, & ancillas. ergo sicut omnes isti comedebant de sacrificijs, cum tamen nihil obtulissent, ita poterant comedere omnes alij, quos scriptura non repellit propter immunditiam.

Dicitur autem, quod erat istud sacrificium in excelso, idest in parte altiori ciuitatis, quod patet quia cum introierunt Saul, & puer eius in vrbe, inuenerunt

Excelsum quid appellabatur.

Samuelem ex aduerso, qui iam festinabat ascendere in excelsum ciuitatis.

Hebrei autem dicunt, quod hic intelligitur, quod sacrificium erat populi in altari, eo quod ponitur hic nomen conueniens altari & celsitudini: sed melius est, quod accipiatur pro excelso, quam pro altari. Quod patet, quia manifestum erat, quod sacrificium in altari fieri debebat, ideo non fecisset scriptura istam additionem, tam inutilem, si quod sacrificium fiebat in altari, si autem accipiatur pro excelso est conueniens determinatio, quia dubium erat, in qua parte vrbs fieret sacrificium, & dictum est, quod fiebat in excelso. Item patet, quia dicitur immediate, ingredientibus vrbe inuenietis eum cum antequam ascendat excelsum ad vescendum: sed manifestum est, quod ipse non accesserat ad altare ad vescendum, quia nullus in altari sumebat cibum, ergo accipitur pro celsitudine vrbs.

Ingredientes vrbe statim inuenietis eum. Istud dicebat puellæ ex opinione: sciebant enim, quod esset ascensus ad comedendum cum populo in excelsum, & nondum ascenderat, iamque prandij hora aduenerat, ideo rationabiliter loquebatur, si quod Samuel immediate ascenderet, & Saul, & puer eius inuenirent eum antequam ascenderet, & sic factum est, vt patet infra.

Antequam ascendat excelsum ad vescendum. Scilicet in excelso factum est sacrificium, & ibi manducaturus est populus de sanctificationis, ideo Samuel ascendit illic cum eis.

Neque enim comesturus est populus, donec ille veniat. Scilicet totus populus obseruabat eum, quia erat vir propheta, & honorabilissimus in toto populo, & nullus ausus fuisset comedere antequam ille venisset, & benediceret hostiæ. Aliquis autem putabit ex hoc, quod Samuel tunc nouiter veniebat ad vrbe, & populus fecerat sacrificium magnum: non erat tamen comesturus quousque veniret Samuel, nam sciebant eum venturum, ideo præstolabantur ad prandium: sed dicendum est, quod non, sed ipse Samuel steterat ad sacrificium, & ipse principaliter fecerat illud, completo tamen eo antequam esset hora prandij descendit Samuel ad partem inferiorem vrbs, & postea facta hora prandij regressurus erat in excelsum ad comedendum cum inuitatis, apparet hoc quia infra dixit Samuel ad cocum da partem, quam dedi tibi, & præcepi, vt reponeres apud te, & dixit Samuel ad Saulem: Ecce quod remansit pone apud te, quia de industria seruatum est tibi, ergo Samuel fuerat in vrbe antequam fierent sacrificia illa, cum ipse fecerit seruari a principio partes quasdam apud cocum. Item Samuel inuitauerat omnes istos populares ad conuiuium de carnibus huius sacrificij: ergo non veniebat ipse nunc nouiter ad vrbe: patet hoc, quia dicitur infra, de industria seruatum est tibi, quando vocaui populum, scilicet vocaui inuitatos ad prædium, ergo ipse fuerat ibi, & fecit omnia hæc.

Inter ludos ritus benedicendi ante cibos.

Quia ipse benedicit hostiæ. Idest propheta veniens ad conuiuium benedicit: erat autem inter ludos ritus benedicendi ante cibos, potissime quando sumebant cibos de rebus sanctificatis: sic enim erat hic: nam partes hostiæ pacificæ populus comesturus erat, & hoc litera dicit, si ipse benedicit hostiæ, idest partibus, quæ cesserunt populo de hostia pacifica, quas nunc comesturus est. Et deinceps comedent. Quasi dicat, non comedent antequam veniat propheta ad benedicendum, sed postquam benedixerit, comedent. Non est autem intelligendum, quod in Israel nullus sedebat ad prandium antequam veniret propheta ad benedicendum: quoniam non erat in quolibet loco Israel propheta qui benedicere posset. Etiam de locis illis, in quibus propheta essent non est verum, quod Israelitę non sedebant ad prandium antequam propheta benediceret. Alph. Tost. In Primum Regum.

rent ad prandium antequam propheta benediceret. Nam in vrbe ista Ramatha plures alij prædebant quæ illi, qui inuitati erant cum Samuele: quoniam isti erant solum triginta viri, vt patet infra. Samuel tamen solus venit ad benedicendum hostias in domo illa, in qua erant inuitati. Hoc ergo non obseruabatur inter Israelitas, si quod non comederent vsquequo Propheta benediceret: hoc tamen factum est, & puellę denunciauerunt, quod fiebat propter duo.

Primo, quia hic populus comesturus erat de partibus sacrificiorum. In sacrificijs autem debet obseruari plures cæremonie laudis diuinæ, quàm circa alios cibos, hic autem comedebant Israelitæ de sacrificijs, quia dicitur ipse benedicit hostiæ: ideo non erant comesturi quousque veniret propheta, qui erat in eadē vrbe, & benediceret.

Quare non comedebant inuitati a Samuele donec benediceret.

Alia ratio, & potissima erat, quia Samuel inuitauerat istos viros, qui comesturi erant in excelso: nullo modo ergo ipsi sederent ad prandium ante Samuelis aduentum: hoc enim erat contra bonos mores, ideo populus, scilicet, omnes illi inuitati expectaturi erant in excelso quousque ipse veniret. Quod autem omnes illi inuitati fuissent a Samuele, apparet quia dicitur hic ipse benedicit hostiæ, & deinceps comedent qui vocati sunt, & sic innuitur, quod nulli comesturi erant, nisi vocati, sed vocati sunt inuitati, ergo omnes inuitati fuerat a Samuele, quoniam nullus alius erat, qui inuitasset eos.

Item patet hoc, quia nullus est, qui iubeat de cibis sic, vel sic disponi apud ministros, nisi dominus ciborum, si faciens conuiuium. Et tamen J. dicitur, quod dixit Samuel coco da partem, quam dedi tibi, & præcepi, vt reponeres seorsum apud te. Ipse ergo erat qui fecerat istud conuiuium, quoniam antequam coquerentur cibi ipse de eis disposuerat, & postquæ cocti sunt, ministrabat cui volebat.

Item patet, quod ipse inuitauerit omnes istos comedentes, quia dicitur: ex industria seruatum est tibi, quando vocaui populum: ergo ipse Samuel vocauerat, idest inuitauerat.

Item cum Saul venit ad conuiuium dicitur, quod Samuel dedit ei, & puero suo locum in capite eorum, qui vocati fuerant, si tamen fuisset Samuel inuitatus, & non inuitans etiam si fuisset vir valde honorabilis, non determinasset ipse de locis, quia istud pertinet ad dominum conuiuij, sed ipse disposuit hic de locis dās Sauli, & puero suo locum priorem: ergo ipse est, qui inuitauerat ceteros. Nunc ergo conscendite. Scilicet per cliuum ciuitatis, quia antequam venirent ad ciuitatem, erat cliuum, & per illud ascendebant, in quo puellas inuenerant euntes ad hauriendum aquam, necdum tamen conscenderant ciuitatem. Quia hodie reperietis eum. Idest non poteritis declinare, quin reperietis eum hodie. In Hebreo dicitur. Sicut hodie reperietis eum. Et idem signat quamquam in modo loquedi Hebraico interdum addantur aliqua, quæ non pertinent ad significationem, & interdum multa decurtantur: quodlibet enim idioma suas habet passiones, sicut apparet in nostro vulgari Hispanico, quamquam illi qui lepidè, & perpolite loqui volunt quæque superflua abijciunt: Hebræi tamen dicunt, quod est sensus, sicut hodie reperietis eum, idest, sicut est verum, quod est ista dies hodierna, ita est verum, quod inuenietis eum.

Et ascenderat in ciuitatem. Scilicet, quia nondum erant in ea, sed in cliuo eius, in quo inuenerant puellas.

Cumque illi ambularent in medio vrbs. i. intra vrbe: non enim accipitur hic mediū per æquidistantiā, vel quasi, sed per interpositionem, si quod illud, quod est inter terminos dicatur esse in medio, siue æquidistet, siue non: & sic

fic est modus loquendi in scriptura, quia dicitur aliqd esse in medio populi, vel in medio terre, quando est intra populum, vel intra terram: & est sensus, quod ia Saul, & puer eius ambulabant in vrbe, & immediate Samuel apparuit eis.

Apparuit illis Samuel egrediens obuiam illis. Idest cum ipsi ambulauissent aliquantulum de vrbe viderunt Sa muelm egredientem obuiam eis, qui ibat in locum inuitatorum. Potest autem hoc intelligi dupliciter.

Vno modo, quod egrediebatur obuiam illis, s. quia Samuel spiritu prophetico cognouerat tempus aduentus eorum, & exiit obuiam eis, huic consonat litera sequens, s. dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diem, qua veniret Saul dicens: hac ipsa hora, qua nunc est, cras mittam ad te virum &c. videns igitur Samuel horam iam esse sciens promissa Dei esse vera exiit obuiam venienti certissime credens, quod veniret, & hoc videtur dicere Iosephus 6. Antiquitatum. s. porro Samuel in domo sedens tempus, quod ei promissum fuerat expectabat, quo adimpleto descendens ibat ad mensas.

Cap. 4.

Aliter potest intelligi, quod Samuel egressus est obuiam Sauli, & puero suo, non quidem sciens, quod ip si tunc venirent, nec egrediens ad recipiendum eos, quamquam sciret, quod eadem die venturi essent cu Deus hoc predixisset. Et iste est verior sensus, quod patet, quia dicitur hic egrediens obuiam illis, vt ascenderet in excelsum, quasi dicat, quamquam iuerit obuiam eis, non ibat ad recipiendum eos, sed vt ascenderet in excelsum ad conuiuium, accidit autem quod inuenisset illos. Item patet, quod non egredieretur obuiam eis tanquam sciens eos venire, quia dicitur j. ga cti aspexisset Samuel Saulem dñs ait ei: ecce vir que predixeram tibi ipse dominabitur populo meo, si tamen nunc Samuel fuisset egressus, sciens quod veniebat Saul, non oportebat, quod Deus iterum appareret ei ad denunciandum quis esset Saul, & tamen apparuit: ergo videtur, quod non egrediebatur Samuel ad recipiendum Saul.

Vt ascenderet in excelsum. Scilicet, volebat Samuel ascendere in excelsum vbi erat locus prandij, quia iam tempus prandendi aduenerat, & populus expectabat eum.

Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis. Hic consequenter ostendit quomodo Samuel cognouit Saul per diuinam reuelationem non solum quantum ad personam, sed etiam quantum ad dignitatem, scilicet, quia Deus dixit, quod ille futurus esset rex, & quia die hac venturus erat Saul ad Saulem, ne Samuel incautus esset nihil de hoc suspicans dominus apparuit ei per vnam diem antequam veniret Saul: dicitur autem hic quod dominus reuelauerat auriculam Samuelis, id est discooperuerat, vel aperuerat. Est autem reuelare aurem alicuius, quando quis loquitur alteri quicquam ad aurem, & ita factum est de Sauele, quia dominus apparuit ei, & reuelauit aduentum Saulis. Similis modus est in alijs locis: sic patet infra capit. 20. Cum dixit Ionathas ad Dauid: Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, id est annuntiabo tibi.

Ante vnam diem quam veniret Saul. Idest per vnam diem ante. Hic debet computari dies a momento in momentum, quia dicitur immediate hac ipsa hora, qua nunc est, cras mittam ad te virum. fecit autem hoc Deus per vnam diem ante, licet postea in aduentu Saulis iterum hoc reuelaturus esset, vt patet infra, ne esset incautus, & posset parare ea, qua pertinebant ad honorabilem receptionem Saulis: dicebat enim, vt cum immediate in regem assumendus esset honoraretur nunc eum recipiebatur: vnde ob hoc dicitur, quod fecit Samuel istud

conuiuium magnum, vt susciperet honorabiliter venientem Saulem, & poneret in capite inuitatorum, sic vult Iosephus sexto Antiquitatum. dicens: multos enim cum ea die pacere dicebant, & cum his, qui vocati fuerat eum primum discumbere: Samuel autem propterea multos tunc ad conuiuium vocauerat: nam dum precedenti die deprecaretur dominum, vt ei pdiceret quem constitueret regem: indicauerat ea hora altera die missurum se aliquem iuuenem de tribu Benjamin &c. Dicens hac ipse, que nunc est hora transmittam ad te virum de terra Benjamin. Poterat enim per hoc cognoscere certissime Samuel, quando veterus esset Saul cum determinatio horę ei prenunciata fuisset: sic enim aliquando fuit prenunciatio in scriptura, vt apparet Gene. 18. capit. cum predixit Angelus Abrahę, quod habiturus esset filium, dicens: Reuertens venia ad te tempore isto, vita comite, & habebit Sara vxor tua filium. Et iterum ibidem iuxta cōdictum reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite, & habebit filium Sara.

De terra Benjamin. Significauit hic Deus Samueli stirpem regis futuri, & hoc ad distinctam cognitionem eius, qui venturus erat cras, nam poterat esse, quod eodem tempore, quo Deus predixit etiam aliquis alius veniret ad Saulem, & tunc nesciret Samuel, quem eorum assumpturus esset in regem: declarata autem stirpe hoc manifestus erat.

Et vnges eum ducem super populum meum Israel. Fuit. n. bis vnctus Saul, scilicet primo in occulto a Sauele, de quo sequenti ca. & quia de hac vnctione nondum constabat alicui, nec quis de populo viderat eum, iterum vnctus est in regem de quo infra 10. capi. in fine. Quamquam ibi solum agitur mentio de institutione, de vnctione autem non: sed credendum est, quod vnctus fuerit cum apud Israelitas nullus constitueretur in regem sine vnctione. Iterum autem renouatum est regnum in Galgala. infra 11. cap. sed an ibi fuerit facta vnctio, non apparet.

An fuerit necessarium Saulem vngere Saulem manifeste, cum ab eo fuerit vnctus occulte. Quęst. X.

QVAERET aliquis, an cum fuerit vnctus in regem Saul a Sauele in abscondito, necesse erat, vt vngeretur iterum in manifesto coram toto populo, & si non esset necessarium, an esset honestum, vel saltem non esset inhonestum vngi.

Respondendum est, quod vnctio in regibus fiebat in Israel de oleo sacro, quo vngentur pontifices, in pontificibus autem postquam esset expleta consecratio eorum, nunquam iterum vngentur, potissime si ista vnctio esset, sicut collatio ordinis, quia ordo, qui semel confertur indelebilis est, ideo qualitercunque mutetur persona ad maiorem, vel minorem statum, nunquam iterum ordo, si igitur vnctio regum fuisset sicut ordo, vel sacramentum quodcunque imprimens characterem, nunquam potuisset iterari, vnde cum semel Samuel vnxisset Saulem in regem, dato quod nullus de populo vidisset eum vngi non iteraretur vnctio etiam si non constaret postea populo facta fuisset vnctionem: constat tamen, quod vnctio regalis non imprimebat characterem, ideo erat iterabilis, nam Dauid ter vnctus est in regem. Primo a Sauele in occulto in domo patris sui, infra 16. c. Secundo a tota tribu Iuda, vt esset rex super illam in Hebron. j. 2. lib. cap. 2. Tertio a toto Israel, vt regnaret super omnes tribus, j. 2. libr. c. 5. Patet igitur, quod non fuisset inconueniens aliquod contra substantiam vnctionis, quod vngeretur pluries Saul,

Dauid ter vnctus est in regem.

Nunc

Nunc autem manet dubium, an fuisset necessarium, quod vngeretur pluries. Et respondetur, quod non, quia vnctio fiebat ad tribuendum ius regni: est enim vnctio in regem, sicut institutio in regem, vel in Episcopum, & sicut per institutionem confertur canonicus titulus instituto, ita per vnctionem conferebatur inter Iudeos ius regni. Saul tamen fuerat iam semel vnctus in regem, & per hoc acceperat titulum regni, ideo non oportebat, quod iterum vngeretur, potissimum cum vnctio prima fuisset facta per Prophetam iussu Dei, nec poterat esse aliqua magis canonica institutio, ideo conferebat solidum titulum regni, nec erat necesse ulterius vngi, poterat tamen postea fieri vnctio ad solennitatem, s. vt totus populus videret vngi super se regem, cum ante non vidisset, tunc autem manet dubium, s. quod quamquam non esset contra conditionem vnctionis, quod sepe fieret, an repugnaret aliquid aliud in Saule propter, quod bis vngeretur. Ad hoc respondetur, quod non, quia sicut Dauid vnctus rex erat, & tamen ter vnctus est, ita potuit Saul ter, vel pluries vngi.

Aliquis dicit, quod non stat, quia cum vnctio sit, sicut institutio, & institutio confert titulum, & respectu eiusdem tituli nunquam sunt multe institutiones, cum titulus conferat dominium, & quod meum est ex vna causa ex altera causa meum effici non potest, nisi defuerit esse meum, ergo respectu eiusdem regni vnica erat vnctio, quia ad vnicum regnum vnicus titulus est. In Dauid autem fuit secus, quoniam ipse institutus est in duobus regnis. Primo enim in regno Iuda, & tunc vnxit eum tribus Iuda super Hebron, postea autem vnctus est in regem super totum Israel: eod. lib. cap. 5. Et quia erant duo regna, erant duo tituli, ad duos autem titulos sunt duę institutiones, sicut si quis transeat de vno Episcopatu ad alterum fit duplex institutio, quoniam ibi sunt duo tituli, ad vnum tamen Episcopatum vnica institutio est, nisi forte prima non fuerit efficax: Dauid autem quia ad duo regna assumptus est debebat bis vngi, Saul vero in vnico regno institutus est, ergo non debuit pluries vngi.

Sed dicendum est, quod hoc non stat, quia in Dauid aliqua vnctio facta est, qua non conferebat titulum, quia ipse fuit rex super duo regna, & tamen fuit ter vnctus, ergo aliqua istarum vnctionum nihil contulit ad titulum, sed ad solennitatem.

Ratio quorundam.

Aliquis forte dicit, quod fuerunt factę tres vnctiones, quia vna earum non fuit efficax, sicut si aliquis instituat in Episcopum, vel canonicum, & ex parte personę instituta valet institutio, eo quod idonea est ad hoc, quod instituat, tamen ex parte modi instituenti non tenet, quia erratum est in forma, vel omissa est aliqua cęremonia iuris, fiet alia institutio, quia prima non potuit conferre titulum, sic forte dicitur, quod aliqua de vnctionibus Dauid non fuit efficax, ideo repetita est, ita vt ad duos titulos fierent tres vnctiones, & institutiones.

Impugnatio.

Sed dicendum, quod non stat, quia quando est huiusmodi prima institutio non tenet, secunda autem est efficax, sed hic non potest dici sic, quod tunc daremus, quod vnctio prima Dauid facta per Saulem in Bethlehem non tenuit, quod est falsum: ista enim magis tenuit quam quilibet duarum sequentium, & verus contulit titulum: nam ista sunt facta iussu Dei, & per prophetam infra cap. 16. Alia autem dua fuerant facta solum hominum voluntate, & non legitur, quod Deus iussu fieri aliquam earum infra 2. li. c. 2. & 5. fuit igitur prima vnctio Dauid efficax, vnde oportuit, quod aliqua de duabus sequentibus non conferret titulum, sed esset ad solennitatem. Nec solum vna istarum non conferebat, sed etiam nulla duarum contulit quicquam,

quoniam quod meum est ex vna causa, nisi desinat esse meum non potest iterum fieri meum, extra de fide instru. cap. inter dilectos. sed titulus totius regni Israel pertinuit ad Dauid per vnctionem, qua vnxit eum Samuel: nam vnctus est Dauid in regem, quia reprobatus est Saul, & totaliter a regno eiectus, vt patet infra cap. 15. Scidit dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te, ergo per istam vnctionem consecutus est Dauid titulum regni super totum Israel, vnde superfluum erat, quod postea totus Israel vngeret eum in regem infra 2. lib. cap. 5. quatum ad substantiam, sed solum erat quantum ad solennitatem. Etiam superfluum erat, quod vngeretur in regem super tribum Iuda, quia ista non erant regna distincta, sicut duo Episcopatus, quod ideo habet duos titulos, & exigunt duas institutiones, sed erat, sicut pars ad totum, ideo cum aliquis institueretur rex super totum Israel instituebatur etiam super tribum Iuda, ideo non erant tituli distincti, nec requirebantur diuersę institutiones, & vnctioes. & sic sola vnctio Dauid facta per Saulem fuit necessaria. Duce autem relique fuerunt ex superabundanti ad solennitatem, ita igitur Saul potuit ter vngi in regem.

Saul potuit vngi ter in regem.

Primo a Sauele occulte in Ramatha. Secundo coram toto populo in Masphat. Tertio in renouatione regni in Galgala, de his sequenti cap. & infra 11. & ita credendum est, quod saltem bis vnctus fuerit, sicut in Ramatha, & in Masphat.

Sciendum est, quod hic dicitur vnges eum in ducem, id est in regem: nam nullus dux populi vngentur: fuerunt enim multi duces ante reges Israel, sicut patet de Iosue, qui non fuit iudex, nec rex, sed princeps. Post eum fuerunt quoque multi iudices vsque ad Saulem, de nullo tamen eorum dicitur, quod vnctus fuerit. Cuius ratio est, quia vnctio regum, qua fiebat in capite ex oleo sacro, fiebat propter maximam dignitatem, quod patet in vnctione sacerdotum, nam tam sacerdotes minores quam magni vngentur. Et differebat potissimum vnctio pontificis ab vnctione minorum sacerdotum, quia super caput summi sacerdotis fundebatur oleum vnctionis, in minoribus autem sacerdotibus nihil fundebatur in capite, vt colligitur Exodi 29. & Leui. cap. 8. & ibi declaratum est, sicut ergo erat in genere sacerdotum, quod excellentissimus eorum erat pontifex, ita in latitudine principum regalis principatus est excellentior, sed inter sacerdotes solus pontifex vngentur, ergo inter principes solus rex vngendus erat, iudices autem nunquam vncti sunt, quia licet dominarentur super totum Israel tamen potestas eorum parua erat, quia tributa nulla exigebant nec poterant imponere aliqua seruitia. Iura autem regis erant valde magna, vt patet supra cap. 8. quamquam omnia, qua ibi ponuntur non sint iura regis, vt ibidem declaratum est.

Quare reges antiqui inter Iudeos vngentur, alij iudices, & principes, & duces non vngentur.

Vnctio potestificis ab vnctione minorum sacerdotum quomodo differebat.

Alia autem causa erat quare vngentur reges, sicut dicitur Prouer. cap. 8. Per me reges regnant. Et quia sicut pontifices, qui sumebantur ad speciale Dei cultum vngentur oleo sancto, quod Deus iusserat confici quo nullus hominum poterat vti, vt patet Exodi cap. 31. ita volebat, quod vngerentur reges eodem oleo, vt sic significaretur, quod per voluntatem eius regnabant. Apparet autem hoc in regibus Gentilium: nam cum Deus volebat aliquem regem accipere ad aliquid exequendum de Gentilibus, faciebat eum vngi in regem, vt sic ipse sciret, quod Deus elegisset eum in regem. Sic patet de Elia, qui vnxit in regem Azael super Syriam, vt patet infra 3. lib. ca. 19. & hoc, quia Deus elegerat eum ad puniendum quendam peccata Israelitarum. Sic etiam quando Deus volebat accipere

capere in regem aliquem, qui non pertinebat ad genus regale faciebat eum vngi in regem, & sic intelligebat se a Deo sumptum in regem, sic patet de Eliseo qui iussit vni de filiis Prophetarum, ut iret ad vngendum Iheu in regem super Israel, & non erat ille de genere regio ad hoc, ut destrueret domum Achab regis, ut patet infra 4. lib. capi. 9. Prophetæ quoque interdum vngentur, ut essent prophetæ, sicut patet infra 3. lib. c. 9. vbi cum dixisset Deus ad Eliam, quod vngeret in regem Syriæ Azael iussit quoque, quod vngeret in Prophetam post se Eliseum. Per hoc autem existimabatur se isti pertinere ad Deum, & quod Deus elegisset eos, postea tamen cum sumptum fuisset in consuetudinē, quod omnes reges vngerentur, aliqui vngentur, quos Deus regnare volebat, sicut patet de regibus Israel, qui vngentur, sicut reges Iuda, & tamen de ipsis dicit Deus, quod volebat, ut regnarent, ut patet Osee c. 8. f. Projecit Israel bonum, inimicus persequitur eum, ipsi regnauerunt, & non ex me, principes steterunt, & non cognoui.

Super populum meum Israel. Scilicet super totum populum: non enim fuit Saul vnctus in regem specialiter super aliquam tribum, sicut Dauid in principio regni sui vnctus fuit solum super Iuda, & postea in diuisione regni vngentur reges solum super determinatas tribus, scilicet Iuda super tribum Iuda, & Benjamin, & reges Israel super decem tribus: Saul autem fuit rex omnium 12. tribuum, & sic fuerunt tres reges super totum Israel simul, scilicet ipse, & Dauid, & Salomon, postea autem fuit facta diuisio regni in regnum Iuda, & Israel.

Et saluabit populum meum de manu Philistinorum. Reges enim sunt principes populi, qui ponuntur ad conseruandum bonum statum politie, ideo principaliter hi debent attendere maximum bonum politie, est autem maximum bonum, quod opponitur maximo malo, sed nullum maius malum potest accidere homini quam quod efficiatur seruus, ideo maximum bonum est libertas, quæ opponitur seruituti, ista autem est in quantum aliquis defenditur ab hostibus, quia hostes subiiciunt hominem in seruitutem, ideo principaliter debent attendere reges, ut defendant subditos suos ab hostibus, & quia tempore Saulis nulli alij videbatur esse specialiter hostes in laorum, nisi Philistini expressum est, quod iste liberaret de manu Philistinorum, intelligendum tamen est, quod Saul constituebatur rex non solum, ut liberaret Israelitas de manu Philistinorum, sed etiam ab omnibus alijs hostibus Iudæorum. Erant autem alij hostes Iudæorum, scilicet Ammonitæ: nam immediate, ut assumptus est Saul in regem, rex Ammonitarum veniens labe Galaad voluit accipere in seruitutem viros vrbs illius eruen-do oculos dextris eorum, qui miserunt ad Saul, & ipse congregato Israele deleuit exercitum Ammonitarum infra cap. 11. & sic liberavit Israel de manu Ammonitarum, immo in tantum erant Ammonitæ hostes Iudæorum, quod propter eos incepit esse rex in Israel: nam Israelitæ nunquam petiissent regem, nisi propter regem Ammon, quia ille infestabat eos infra 12. capitu. scilicet. Videntes autem, quod Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi, nequaquam, sed rex imperabit nobis. Non tamen expressit scriptura de aliquibus hostibus, nisi de Philistinis eo, quod Ammonitæ pauco tempore persecuti sunt Israelitas, immediate enim post institutionem Saulis in regem, facta vno bello, cessauerunt, Philistini tamen non cessauerunt, sed dicitur infra 14. capitu, quod erat bellum potens aduersus Philistinos, & sic liberabat Saul Israelitas de manu Philistinorum, quia semper pugnabat contra eos.

Prophetæ
et aliquan-
do vngentur.

Qui, &
quot erant
hostes Iu-
dæorum.

Quomodo dixit Deus, quod Saul esset liberaturus Israel de manu Philistinorum, cum tamen toto tempore suo non fuit liberatus. Et an Israelitæ soluerunt semper tributum Philistinis usque ad regnum Dauid.
Quest. XI.

QVAERET aliquis quomodo dixit Deus, quod Saul liberaturus esset Israel de manu Philistinorum, quia toto tempore suo non fuit liberatus, sed erat bellum graue, ut patet infra 14. cap. Nec solum hoc, sed etiam tempore Saulis erat seruitus imposita super Israelitas a Philistinis: nam fecerant Philistini, quod nullus esset faber in Israel ponentes hoc ex lege, & cogebant Israelitas descendere in terram suam ad parandum omnia instrumenta agriculturæ, ut patet infra 13. cap.

Respondet aliquis, quod Saul abstulit istam conditionem: nam pugnavit contra Philistinos occidens multos eorum, ut patet infra capi. 14. & tunc Israelitæ potuerunt habere fabros in terram suam.

Sed dicendum est, quod dato, quod Saul abstulerit istam seruitutem, non penitus liberavit Israelitas de manu Philistinorum: nam adhuc manebat Israelitæ subiectioni sub tributo omnibus diebus Saulis, Dauid autem postquam constitutus est in regem, pugnavit contra Philistinos, & liberavit Israel a tributis verba vice subiiciens tributis Philistinorum, ut patet infra 2. lib. cap. 8. Post hæc percussit Dauid Philistinos, & humiliavit eos, & tulit frenum tributum de manu Philistinorum.

Respondendum est, quod liberari aliquem de manu alterius est eripi a grauamine, quod ille infert, & sicut grauamina multa esse possunt, ita potest aliquis multipliciter erui: nam potest quis erui a toto grauamine, vel a parte grauaminis, & utroque modo dicitur, quod eripitur quis de manu alterius, sed Saul eripuit Israelitas a grauamine, quod infligebatur eis per Philistinos, ideo dicitur eripuisse de manu Philistinorum.

Pro quo sciendum, quod Philistini imponebant Israelitis tributa, & quando nemo erat, qui posset defendere Israelitas imponebant tributa graua, quanta ipsi vellent. Cum vero haberent Israelitæ defensorē cogebantur Philistini leuiora onera imponere eis, sic autem fuit ante tēpus Saulis: nam Philistini grauius premebant Israelitas tributis, & omni seruitute: nam sicut seruis non permittuntur arma in recta politia, iuxta Aristote. 2. Polit. cap. 2. ita & Philistini non permittunt Israelitas habere arma, & statuerant ne aliquis faber esset inter illos, ne possent habere aliquod genus armorum, intantū quod quando aduenit dies belli non est inuentus ensis, aut lancea in recto Israel, nisi in manu Saulis, & filij sui Ionathæ infra cap. 13. ab hac autem seruitute, an liberauerit Saul Israelitas non constat: satis enim dici posset, quod liberavit, quia ipse tunc fecit bellum graue contra Philistinos, & percussit stationem eorum, quæ erat in terra Israel infra cap. 14. & postea semper pugnabat contra illos, ideo verisimile est, quod aliquid ablatum fuisset de seruitute Philistinorum quantum ad tributa, etiam eodem modo credendum est, si quod quamquam non fuerint penitus ablata, tamen ex aliqua parte minorata sunt. Erat autem modus iste, quod Philistini, qui potentiores erant regulariter Israelitis dederunt eis, nisi tantum pro tributo annuatim nobis dederitis, faciemus vobis graue bellum. Cum vero Israelitæ habebant ducem, qui posset eos aequaliter defendere, licet graue esset eis pugnare, tamen ne imponerentur magna onera pugnabant, vel saltem offerebant se ad pugnam, tunc Philistini videntes sic dispositos Israelitas cessabant

fabant a petitione magnorum tributorum, vel etiam ipsi non periebant magna tributa, ita ut inducerent Israelitas ad se defendendum. Cum vero Philistini imponebant parua tributa Hebræis, licet ipsi haberent defensorē, quia tamē graue erat eis pugnare, & Philistini erant regulariter potentiores eligebant potius sustinere aliqua tributa non magna, quam pugnare contra Philistinos, & hoc modo quamquam Israelitæ haberent reges valde potentes tamen sustinebant aliqua tributa, nisi cum reges eorum venissent ad valde magnam potestatem, sicut fuit tempore Dauid, qui totaliter subiecit Philistinos auferens frenum tributum de manu eorum infra 2. lib. cap. 8. & quia toto tempore vitæ Saulis fuit bellum potens contra Philistinos, ut patet infra cap. 14. & Saul prosperabatur in bellis, ut patet in duobus bellis, quæ scripta sunt, infra 14. & 17. ca. necesse erat, ut maximam partem seruitutis auferret a terra Israel, & sic quamquam non totale seruitutem auferret, quia tamen partem quandam abstulit dicebat liberasse Israelitas de manu Philistinorum, simile enim dicitur supra c. 7. de Samuele, scilicet liberavitque Israel de manu Philistinorum, & erat pax inter Israel, & Amorrhæum.

Aliter forte dici posset, quod Saul totaliter liberavit Israelitas de manu Philistinorum, sub omni seruitute, & tributis, quia cum essent continua bella inter Israelitas, & Philistinos infra 14. c. nihil solueret Israelitæ Philistinorum.

Sed tunc arguetur, quomodo post mortem Saulis manebant tributa in Israel, quia Dauid abstulit frenum tributum de manu Philistinorum? infra 2. libro, capitu. 8.

Respondi potest, quod postquam Saul cepit pugnare contra Philistinos, & preualuit contra illos, non fuerunt Israelitæ subiecti tributis, sed tota vita Saulis fuerunt liberi. In ultimo bello tamen, quod habuerunt Philistini contra Israel tempore Saulis mortuus est Saul, & tunc manentes Israelitæ sine adiutore, subiecti sunt Philistinorum, & soluerunt eis tributa. Nec solum hoc, sed etiam Israelitæ audita morte Saulis recesserunt de ciuitatibus, quæ erant apud terram Philistinorum, & Philistini venientes habitauerunt in eis. Post hoc autem Isboseth filius Saulis accepit regnum, & tenuit illud vsque ad mortem suam, quod fuit quasi per 7. annos, & dimidium, quibus regnauit Dauid in Hebron infra 2. lib. ca. 5. Et quia ipse erat vir piger, & parue potestatis, non potuit resistere Philistinis, potissimum cum in terra sua haberet bella ciuilia, & quia pugnabat contra Dauid regem Iuda, Israelitæ sustinuerunt tributa imposita a Philistinorum, & sic Dauid potuit auferre frenum tributum de manu Philistinorum quamquam non fuissent tributa tēpore Saulis, ista positio satis videtur rationalis, sed verior est prima, scilicet quod tempore Saulis fuerint tributa quamquam parua: sic enim patet de Samuele, nam supra c. 7. dicitur, quod ipse liberavit Israelitas de manu Philistinorum, & quod eo viuentē non ausi sunt Philistini redire in terram Israel, sed semper fuit pax, constat tamen, quod viuentē Samuele manserunt tributa, & seruitutes inter Israelitas: nam Saul successit immediate principatui Samuelis.

Sed in principio regni Saulis antequam faceret aliquid bellum cum Philistinis dicitur, quod erat positum mandatum, ne Israelitæ haberent inter se aliquos fabros ferrarios, & hoc obseruabant, quia ad parandum omnia instrumenta agriculturæ descende-bant Israelitæ in terram Philistinorum infra cap. 13. ergo viuentē Samuele, scilicet dum ipse fuit in principatu suo, manebat aliquæ seruitutes in Israel positæ a Philistinis, nisi forte dicas, quod iste non erant tempore Sa-

muelis, sed instituto Saule in regem impositæ sunt, hoc tamen non stat, quia tunc Saul pugnavit contra Philistinos si voluissent facere aliquam inuouationem imponentes iugum, cum ante hoc nullum esset, potissimum cum infra capitu. 14. Ionathas filius Saulis iniecit bellum contra Philistinos ipsis nihil facie-tibus, ergo tempore Samueles manebat ista seruitus.

Item patet hoc quoniam aliæ seruitutes præter has manebant tempore Samuelis: nam cum fuit Saul vnctus in regem occulte a Samuele, manebant in terra Israel Philistini aliqui obseruantes terram, & vel quantum ad impositionem, & exactiōem tributorum, vel quantum ad hoc, ne Israelitæ possent facere aliquid contra statum Philistinorum ad excludendam subiectionem, quam habebant super eos, de hoc sequenti ca. f. Post hæc venies in collem domini vbi est statio Philistinorum. Apparet igitur rationabilior dictum, quod Saul liberavit Israel de manu Philistinorum, sed non quantum ad omnia, sic quoque Samuel, solus autem Dauid liberavit Israel ab omni seruitute.

Quia respexi populum meum. Scilicet oculo pietatis exaudiendo preces eorum: Deus enim nihil respicere potest, quia nec oculos, nec potentiam visum habet, tamen secundum figuram dicitur respicere, quia sicut nos aliquem respicimus, quādo nos ad eum pie conuertimur, ita & Deus quando preces nostras exaudit, dicitur ad nos conuerti, cum vero non exaudierit, auersus est a nobis.

Veni autem clamor eorum coram me. Id est Israelitæ clamabant quotidie ad dominum, & Deus exaudiuit eos, erat autem clamor eorum de afflictione illata per Philistinos: nam Philistini premebant eos nimis, Deus autem voluit dare regem, qui eriperet illos. Clamabant etiam pro afflictione, quam infligebat rex Ammonitarum: ipse enim fuit causa immediata, ut Israelitæ peterent regem: nam licet Philistini maiori tempore premerent Israelitas, quam Ammonitæ, tamen Ammonitæ grauius illos affligere volebant, Philistini namque contenti erant, quod Israelitæ soluerent eis tributa, & nolebant præter hoc eos affligere corporaliter. Rex vero Ammonitarum volebat infamiam eternam Israelitis irrogare: nam cū pugnaret contra labe Galaad, dixerunt viri labe habeto nos fēderatos, & seruiemus tibi: respondit Naas Ammonitis in hoc seriā vobiscum fēdus, ut eruum omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium vniuerso Israel. Ante hoc autem venerat similiter Naas Ammonites contra Israelitas, & cum graues conditiones eis imponeret, venerunt ad Samuelem, ut daret eis regem, sic patet infra 12. cap. f. Videntes autem, quod Naas rex filiorum Ammon venisset aduersus vos, dixistis mihi, nequaquam: sed rex imperabit nobis. Clamauerunt etiam Israelitæ ad dominum, quia grauabantur nimis in iudiciis filijs Samuelis: nam illi declinauerant post auaritiam acceperantque munera, & peruerterant iudicium precedenti cap. Deus autem audiuit clamores istos, quia iusti erant: nam licet multi essent mali inter Israelitas, tamen multi eorum boni erant, & Deus exaudiuit preces eorum.

Sed tunc arguet aliquis, quod Israelitæ non peccauerunt petendo regem, quia si peccauissent esset malum petere regem, & tunc Deus non exaudiuisset, & tamen dicit, quod exaudiuit illos, ergo non erit malum.

Respondendum est, quod peccauerunt Israelitæ petendo regem: nam increpat eos ex hoc Samuel sequenti cap. & infra 12. Posset tamen dici, quod Deus exaudiuit eos, quia interdum Deus multa concedit iratus, quæ non concedit placatus, sic patet Numeri 11. capi. vbi Israelitæ petebant carnes, & plorabant, Deus autem respondit populo, dicens: sanctificamini cras comedetis car-

Quo Deus exaudiuit clamorem Iudæorum petentium regem cū peccarent in hoc. Multa concedit Deus petenti iratus quæ non concederet placatus.

gis carnes, & ibi dicitur quod Deus daret eis carnes ut quisque exiret per naves...

Cumque apfexisset Samuel Saulem. Istud fuit quando egrediebatur de domo ascendens in excelsum...

Dominus ait ei, ecce vir quem praxideram tibi. Deus locutus fuit hic Samueli...

Aliquis dicit, quod non erat necessaria ista locutio, quia Deus dixerat supra...

Qualiter Deus locutus est Samueli, quando ostendit Saulem facere regem. Quest. XII.

Quaerit aliquis quomodo Deus locutus fuit hic Samueli. Respondendum est...

Primus modus est, quod appareret aliquis Angelus in forma assumpta de aere...

Demostro- vit Deus Saulem Sa- mueli, & fuit conue- niens pro- pter duo.

Deus po- terat loqui prophetas quatuor modis.

Secundus modus est, ut Angelus Dei non as- sumptus pro aliquo corpore apparente in figura viri...

Tertius modus est, ut Deus per somnium moueat phantasia alicuius prophetae...

Immutatio intellectus potest esse dupliciter. Aliquis enim fit cum priuatione omnium sensationum...

Quartus modus est, ut Deus per somnium moueat phantasia alicuius prophetae...

Item

Item reuelatio in ecstasi nunquam fit, nisi quando sunt aliqua magna reuelabilia, sicut ostensio diuinae essentiae...

Item non stat, quia si audiuisset Saul ista verba, non respondisset ad Samuelem...

Aliquis respondebit aliter, quod quamquam fuisset facta vox ad Samuelem...

Item quando Moyses, & Elias loquebantur cum Christo in transfiguratione...

Item cum Christus suscitauit Lazarum facta est ad eum quedam vox a Deo, & turba...

Ioan. 12. c. non per me vox haec venit, sed propter vos, oportebat ergo, ut illi audirent...

Immutatio intellectus potest esse dupliciter.

sicut ab aliquo de popularibus. *Et respondit Samuel Saul dicens: go sum videns.* Sciebat enim Samuel, qd Deus miserat Saulem ad ipsum: ergo nolebat se aliquibus verbis palliatis occultare, sed indicavit immediate, qd ipse esset, quem querebat. *Ascende ante me in excelsum.* Scilicet in partem altiore, in qua erat altare, & ibi eduiuium factum est: erat enim istud conuiuium de partibus hostiarum pacificarum, ideo comedebantur carnes in loco sacro, scilicet apud altare, vel in aliqua domo propinqua, que esset facta ad hoc, qd offerentes possent comedere ibi partes hostiarum suarum. *Vt comedas mecum hodie.* Ex hoc apparet, qd Samuel faciebat istud conuiuium alioquin non dixisset, vt comedas mecum: quia solus ille, qui alios inuitat taliter loquitur: Samuel aut si esset, sicut vnus de inuitatis non inuitasset Saul ad comedendum, quia qui inuitatus est non inuitat alios. Item dato, qd Samuel inuitatus esset, & confidens de probitate eius, qui eum inuitauerat, duceret Saul ad conuiuium, tamen non diceret, ascende, vt comedas mecum, sed diceret, ascende, vt comedamus cum tali, vel tali viro. *Et dimittam te mane.* Hoc dixit Samuel ad obuiandum rñsoni; quam daturus esset Saul: nolebat enim Saul iam affligere patrem suum: intelligebat. n. qd pater iam dimitteret a sinas, & sollicitus esset pro eo, vt pater s. ideo se finanter reuerti volebat, si autē Samuel dixisset ei solum ascende in excelsum, vt comedas mecum, putaret Saul, qd aliquot diebus eum detinere volebat, & qd hoc esset graue patri suo, Saul non consentiret ascendere: ideo exclusit hoc Samuel, dicens, & dimittam te mane, s. non morabor te per aliquot dies, sed immediate expediam. *Et omnia, quae sunt in corde tuo indicabo tibi.* Hoc dicebat Samuel ad letificandum Saulem, s. non solum indicabo tibi de a sinabus, quas queris, sed et si aliquid aliud in corde habes ego declarabo. Ista litera non significat hic aliquid aliud speciale, quam declarationem ad interrogationem pro a sinabus, quia nihil aliud habebat tunc inquirendum: Saul, & satis apparet ex casto, & sequenti, qd nihil aliud inquisierat. Dicit tñ Nicol. qd ista expositio non multū consonat, quia iam immediate dicit, & de a sinas; quas perdidisti & c. & sic dicebat Samuel hic duo: Primum, qd clararet omnia, quae Saul habebat in corde suo. Secundo expediebat qñem de a sinabus, ideo Nicolaus aliter exponit dicens, qd versabatur alia in corde Saulis: & illa etiam expositurus erat Samuel, nam in libro de Hebraicis, qñibus dicit, qd Saul viderat in somnijs se esse in capite arboris palmæ, que visio signum regalis principatus erat, de quo erat Saul sollicitus, & hoc Samuel ei declararet. Sed ista signa sunt, & inducunt tñ ad expositionem literæ, tanquam de necessitate, s. sine illis non possit litera exponi, & tñ ista non sunt necessaria, immo nec conueniunt. Dicendum est aut, qd per istam clausulam, s. & omnia quae sunt in corde tuo: non significatur specialiter aliquid quod declaraturus esset Samuel, nam non habebat Saul aliquid in mente sua, preter questionem de a sinabus, & illa immediate exclusit Samuel, dicens, qd inuenire erant: ponitur ergo ista clausula ad significandum alias letificandum Saulem, s. si aliquid aliud volueris, etiam ego rñdebo tibi. De somnijs autem non est aliquid verisimile fuisse in Saule, qm regnum tradebatur sibi totaliter opere Dei: ideo non erat significandum per somnia: maxime quia dato, qd aliquod tale somnium Saul indicisset, non esset sollicitus pro illo, nec aliquo modo aduertisset, quoniam Deus prohibebat obseruari somnia, sic patet Deuter. cap. 18. s. non inueniatur in te, qui obseruet somnia: simile Leui. cap. 19. Saul autem erat vir bonus, & optimus, quia non erat melior illo vir in domo Israel, vt patet supra in litera: ideo non attendere aliquo modo ad somnia.

Vitio Nicolai.

Item dato, qd Saul tanquam minus sapiens in lege aliquo modo attendisset somnia, tñ Samuel, qui erat vir bonus, & doctor Israelitarum in lege non permitteret ei attendere ad ea, & dato, qd quareret Saul interpretationem alicuius somnijs, magis eum abijceret Samuel nollens rñdere ad ea, quae inquireret, qm sic daret occasionem mali, s. induceret homines ad obseruationem somniorum, qd nequaquam faceret propheta, ideo non se offerret expositurum somnium illius. *Et de a sinas, quas perdidisti nudius tertius ne sollicitus sis.* Nondum enim quicquā inquisierat Saul a Samuele, & tñ Samuel rñdit non expectans, qd inquireretur, qm ad alia maiora negocia ipse reducebat Saul. erat autē de istis Saul sollicitus, quia ipse nihil aliud inquirebat, nisi a sinas, ideo vt hilaris esset, dixit qd pderet hanc sollicitudinem, dicitur etiam nudius tertius, id est a tribus diebus, s. qd tres dies erant, quibus perdidit a sinas Saul. Sciendum tamen, qd aliquando accipitur nudius tertius pro tempore determinato, & significat tres dies preteritos, aliquando autem significat tempus indeterminatum, & potest poni pro magno, vel paruo tempore. Primo modo dicimus nudius tertius, nudius quartus, nudius quintus, & sic de alijs numeris: est enim nudius aduerbium temporis, & dicitur nudius quasi nunc dies. Cum autem additur connotatio numeralis significat tempus determinatum, vt cum dicimus nudius tertius, id est nunc est dies tertius, ex quo aliquid factum est, & cum dicimus nudius quartus, id est nunc est quartus dies, hoc modo solum trāsissent dies tres, ex quo aliquid perdidit fuerant. Alio modo accipitur prout significat tempus indeterminatum, sic patet Exo. 2. r. c. si autem sciebat, qd bos corrupta esset ab heri, & nudius tertius, ibi autem non accipitur nudius tertius pro tribus diebus, sed pro multis, hic autē melius est, vt accipiat pro tribus diebus determinate, s. qd tot dies solum transierant ex quo perdidit a sinas. *Quia inuenit eas pater tuus: sic enim renunciati est Sauli, cum rediret ad patrem suum in itinere infra sequen. cap.*

Quare Saul non obtulit munera Samueli, cum a principio disposuisset dare. Quasi. XIII.

Quaeret aliquis, quare Saul non dedit munera Samueli, vt indicaret ei de via sua: nam supra dicebat, qd non apparet honeste coram propheta, cum non haberet sportulam, & inuenta pecunia in manu pueri, dixit Saul optimus est sermo tuus. Alijs forte respondebit, qd Saul mutauit intentionem, s. a principio iudicauerat bonum esse aliquid offerre prophetae, postea autem putauit non esse rationabile. Sed dicendum est, qd hoc non apparet conuenienter dictum, quoniam supra totaliter deliberauerat Saul aliquid dare prophetae, immo videbatur sibi necessariū esse, quia alioquin non posset coram eo apparere. si igitur non videret aliquid, quare deberet recedere ab hac sententia, nullo modo recederet, sed non videbatur esse aliquid, nisi forte propheta renueret recipere munera, quod tñ non apparet. Aliter respōdebit aliquis, qd Samuel, & puer eius dederunt quartam partē stateris Samueli, scriptura tñ subicit, quia non omnia exprimit, que facta sunt. Sed hoc non stat, qm Samuel non reciperet pecuniam pro hac re, quia pecunia semper sonat in nomen precii. Cum autem debet aliquid offerri gratis non tanquam pro precio, sed ad honorem, vel alias, non offertur in pecunia, sed in alia specie, & potissime in rebus pertinentibus ad cibum, & potum, & pp hoc in collatione beneficiorum, vel aliarum rerum spiritualium si collator recipiat pecuniam,

Nudius tertius quid significet.

Simonia est, si quis accipiat pecuniam pro collatione alicui rei spalis, bene tñ potest suscipere esculentum, & poculentum in parua quantitate.

nam, etiam si parua quantitas sit, semper iudicatur simonia. Si autem recipiat donum in alia specie potissime esculentum, & poculentum, non iudicatur simonia, nisi donum sit valde magnū, quod verisimiliter possit mutare mentem collatoris ad conferendum, sic patet extra. de sumo. c. & si questiones, ideo intra cōcesserunt iudicibus posse suscipere esculentum, & poculentum, quod paucis diebus consumi potest, & non aliquid aliud donum: extra de rescriptis. in 6. c. statutum. Samuel ergo qui erat vir sanctus nollet accipere pecuniam, nec istud nouiter introductum fuit per iura humana, sed ab antiquo sic obseruabatur in eunibus ad prophetas consulendos, qm non ferebant eis pecunias, sed alia dona, & maxime, quae pertinerent ad cibum, sic patet de vxore regis Ieroboam, qm iuit ad Ahiam Silonitem: nam dixit ei Ieroboam tolle in manu tua decem panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illum: ipse indicabit tibi quid venturum sit huic puero, propter hoc autem vñ, qd Elifus reiecerit munera, quae offerebat ei Naaman Sirus quando mū datus est a lepra: nam dabat ei magna munera in pecunijs, s. decem talenta argenti, & sex millia aureos, & decem mutatoria vestimentorum infra 4. lib. ca. 5. ista autem videbantur esse aliquid in mercedem laboris quantum ad totum, vel quantum ad aliquod. Si autem obtulisset Naamā Elifus aliquid paruum, quod pertineret ad cibos, quia illud nullo modo videbatur esse in remuneratione prestante sanitatis forte receperit, & qd scriptura illud subtrahat. Sed dicendum est, qd Saul proposuerat offerre quartam partem stateris Samueli, ideo querebat vbi habitaret vidēs ad hoc, qd offerret ei munus illud, & deinde peteret de via sua, sed cū locutus fuisset Samueli Saul, Samuel preclusit eius interrogationem, & opus, respondēs anteq̄ quicquam diceret, vel ageret Saul, ideo Saul non habuit opportunitatem offerendi ei munus, quod destinauerat dare. Item quia dato, qd responderet Samuel antequam quereret Saul, forte Saul posset obtulisset pecuniam Samueli in munere, vel pro mercede, tamen immediate Samuel dixerat Saulem ad maiora loquens ei de regno, & inuitans ad prandium, ideo cum se videret Saul in tanta reputatione apud prophetam, erubesceret dare tam paruum munus, quod fere nihil erat, ideo substituit nihil dans. *Et cuius erunt optima quaeque in Israel: ista s. a postea legi relative, s. tu es ille cuius erunt optima quaeque, sed litera sequens prohibet sic legi, s. nonne tibi, & c. & cum illa responsua necesse est ista esse interrogatiua, & est sensus cuius erunt optima quaeque in Israel, id est cuius erit principatus regnatus, qui est optimus, quasi dicat, tuus erit. Accipitur hic optimum in genere boni vtilis: sunt enim tria bona iuxta Philosophum 1. Ethic. vtile, delectabile, & honestum, proprie autem bonū est ipsum honestū, quod absolute vocatur bonum. Alia autem vocantur bona s. in quandam relationem, & sicut ista duo prima non sunt proprie bona, non est in eis proprie optimum, oportet tamen dare dari, quoniam omnia vtilia non sunt equalia in genere vtilitatis, quod ergo maximum est, vocabitur optimum, sed nihil est, quod maiore vtilitate afferat, quam esse regem, quia ibi sunt maximi redditus, & suprema potestas, ergo optimum in vtilibus vocabitur principatus regnatus: ad bona autem delectabilia non pertinet principatus iste, nisi per accidens in quantum aliquis nimis delectatur i magnis pecunijs, & potestate eximia. Ad bonum autem honestum adhuc magis per accidens pertinet: nam non est in eo aliquod honestum, nisi in quantum ista magna potestas virtute regitur, alioquin*

Bonum proprie quid dicitur.

solum vtile est. *Nonne tibi, & omni domui patris tui.* Quasi dicit, tibi euenient omnia bona Israel: in hoc significabat Samuel, qd reuelatum erat sibi a Deo Saulem futurum esse regem. dicitur etiam omni domui patris tui, quia domus patris Saulis erat Saul, & fratres eius, & loquendo large omnes qui pertinebant ad eandem cognationem erāt minores, & est sensus, qd omnes cognati Saulis fuerunt facti in magna potestate: nam cum Saul factus esset rex eleuauit omnes cognatos suos ad magnos honores, nam Abner cognatus Saulis factus est princeps militiae infra 14. ca. & sic est intelligendum de omnibus alijs cognatis, qd dabat eis aliqua officia, vel honores. Aliqui autem intelligunt hoc de posteris Saulis cum dicitur, nonne tibi, & omni domui patris tui, id est non solum tu habebis principatum istum, sed etiam domus patris tui, id est posteritui: nam Isbofeth filius Saulis fuit rex post patrem suum toto tempore, quia Dauid fuit rex in Hebrō super tribum Iuda, & istud fuit tempus annorum 7. & quasi dimidij, vt patet infra 2. lib. c. 5. Sed non dicitur hoc conuenienter. Primo quia domus patris alicuius, proprie accipiendo, non vocatur omnes posterii illius, sed solum illi, qui tunc sunt in familia patris, & sic Isbofeth, qui erat filius Saulis, non proprie pertinebat ad domum patris Saulis, sed ad domum Saulis, hoc enim est accipiendo proprie in quantum distinguitur domus paterna a domibus filiorū, sic accipitur supra cap. 2. cum dicitur: Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in cōspectu meo vsque in sempiternum, & sic distinguitur ibi domus Heli a domo patris sui, ergo si hoc intendisset scriptura dixisset nonne tibi, & domui tuae, & non dixisset tibi, & domui patris tui. Secundo non stat, quia dicitur, & omni domui patris tui. Si autem domus accipiat pro posteris oportebat, qd omnes posterii Saulis accepissent principatū, sed falsum est, quia solus Isbofeth accepit illud, & iste paucio tempore tenuit, nam occisus est a feris suis infra 2. lib. cap. 4. & eo tpe, quo tenuit imperfecte habebat, qd simul erat cū eo rex Dauid, & quotidie deprimebatur regnum Saulis, & prosperabatur regnum Dauid. Melius ergo est, qd exponatur accipiendo domum proprie, s. domū patris Saulis, pro ipso Saule, & omnibus fratribus eius, & cognatis suis, qui tunc erant: nam omnes isti pertinebant ad domum patris Saulis, & tunc etiam est verum, qd omni domui patris Saulis prouenerunt bona, qm promotus Saule in regem, non fuit aliquis de cognatis suis, qd non accepisset maiorem honorem quam ante habebat, & sic stat litera proprie: quamquam si velimus accipere domum patris Saulis pro omnibus de posteritate illa, satis posset stare, quia quāquam proprie domus alicuius dicitur familia eius, quae est, quando ipse viuit, tamen interdum accipitur domus pro omni posteritate alicuius, sic dicitur domus Iacob, domus Aarō, domus Leui omnes, qui de posteritate illa manent: Psal. 113. sic quoque supra ca. 3. dicitur, s. dicitur eo iurari domui Heli, qd non expiet iniquitas domus eius victimis, & muneribus vsque in eternum, & sic non solum ponitur ibi durans domus Heli dum ipse manet, sed etiam in eternum post ipsum. Ad secundū cum dicitur omni domui patris tui, & tamen solus Isbofeth de posteritate Saulis regnauit, dicitur quod in eternum durauisset regnum in domo Saulis, nisi peccasset, vt patet infra decimotertio capitulo. Quod si non fecisset, iam nunc preparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, Deus autem loquebatur hic ad Saulem tāquam si mansurus esset semper in illo statu bonitatis, in quo tunc erat, quia tamen non mansit, non stetit promissio. Prima tamen expositio melior est.

Domini patris Saulis euentura omnia bona quomodo intelligit.

Respon-

Respondens autem Saul ait. Locutus fuit Samuel ad Saulem magna, quæ satis videbatur pertinere ad principatum regalem, cum dixisset de optimo, quod erat in Israel, Saul autem qui erat valde humilis credidit ista non pertinere ad se, ideo respondit Samueli tanquam illuderet eum, sic ait Iosephus 6. Antiquitatum scilicet minimus in sum in cognatione mea, & de ultima tribu, quæ apta non est, & ex inferiori patria vrbium ceterarum, sed tu magis illudis, & pro periculo me fatigare con tendis de tribus maioribus, quam ut mihi conueniat non loquendo.

Cap. 4.

Nunquid non filius Iemini ego sum. Quasi dicat, quomodo est verisimile, quod ego possem sumi in regē, quia ego sum filius Iemini? Accipitur autem Iemini prout est nomen Hebræum, & in Hebræo vocatur Iemini, est sensus, quod erat de tribu Benjamin, in qua erat vir Iemini, & non est sensus, quod Saul sit filius Iemini, scilicet immediate ab eo genitus, quia erat filius Cis. & Cis erat de stirpe Iemini sextus ab illo, ut patet in principio c.

Aliquis autem intelligunt, quod dixit Saul se esse filium Iemini, id est filium Benjamin, sed supra declaratum est, quod Iemini, & Benjamin non sunt idem, non minuit tamen Iemini, quia iste fuit excellens vir in tribu illa, ut supra dictum est.

In extr. mo qd. 3.

De minima tribu Israel. Id est de tribu Benjamin, quæ erat minima, credebatur enim Saul hoc nimis ob stare dignitati regali, scilicet, esse de parua tribu, cum iste principatus regalis esset valde desiderabilis, & excellentissimus, videbatur indignum, quod daretur tribui minimæ, sed maiori, & excellentissimæ. Item quia ille, q. debebat esse rex erat dominaturus toti populo, & debebat esse potens, ne alij vellent vsurpare principatum eius, vel non reddere debitum famularum, & quia ille, qui est in magno potentatu, si non habet consanguineos, etiam si habeat pecuniam cito perit, eo quod in grauibz periculis alienantur ab eo, qui olim propter pecuniam famulabantur illi, consanguinei autem ex quadam nature vnione, & retinaculo se sic non deserunt, ideo ad hoc, quod aliquis habeat ita bilem principatum consanguineis eget, & quia tribus Saul erat minima in toto Israel habebat paucos adiutores, ad custodiam huius magni principatus, ideo satis videbatur, quod non conueniret ei principatus regalis, sic enim excusabat se Gedeon, cum dixit ei Angelus vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian, qui respondit domine mi, in quo liberabo Israel? ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Iudic. 6. 6.

An tribus Benjamin esset minor omnibus tribubus Israel, ut dixit Saul. Quæst. XIII.

Quæret aliquis, quomodo dixit hic Saul, quod erat tribus sua minima inter tribus Israel. Nam videtur, quod alia erant minores, patet de tribu Leuitarum, nam cum computare sunt ceteræ tribus per viros a viginti annis, & supra. in quibusdam inueniebantur 70. millia, in alijs veto quinquaginta, vel quadraginta millia. In eis autem, in quibus parum erat reperiebantur ultra trigintaduo millia. Num. c. 1. Leuite autem computati sunt ab vno mense, & supra, & inuēti sunt vigintiduo millia: Numer. cap. 3. & secundum aliam computationē, qua computabantur a 30. anno, vsque ad quinquagesimum inuēnti sunt octo millia, & parum plus, Numeri cap. 4. & sic non fuit aliqua minor tribus inter Israelitas facta computatione in monte Sinai. Sic quoque in secunda computatione facta anno 40. ab exitu de Aegypto Leuitæ fuerunt pauciores omnibus,

F nam solum inuenti sunt 23. millia ab vno mense, & supra, in alijs autem tribubus inueniebantur valde plures plusquam in duplo, ut colligitur. Numeri 26. capitulo.

Aliquis forte dicet, quod isto tempore erat valde augmentata tribus Leui quamquam a principio fuisset parua: sic enim est in quibusdam progeniebus, aliquo enim tempore valde multiplicantur, & alio tempore nimis decrecunt.

Sed istud non stat, nam non solum in deserto tribus Leui erat minor alijs, sed etiam fuit postea semper minor, scilicet tempore isto, & immediate tempore Dauid: nam quando Dauid numerauit omnes sacerdotes, & Leuitas, & instituit eos in officijs suis, de quo primo Paralip. ca. 23. vsque ad 26. inuenti sunt triginta octo millia, ut ait Iosephus sc xto Antiquitatu, circa finem, & satis colligitur præallegat. capit. Paralipomen. tunc tamen erant alia tribus in valde magno numero. Nam etiam Dauid fecit computari omnes viros pugnatores Israel, & de sola tribu Iuda inuenti sunt quingenta millia virorum pugnatorum, de alijs autem tribubus simul inuenta sunt nongenta millia infra secundo lib. capit. 24. ergo qualibet tribus esset maior quasi in duplo tribu Leuitarum.

Ad hoc respondendum est, quod quando dicitur, quod tribus Benjamin erat minima omnium aliarum tribuum, intelligitur de alijs vndecim tribubus non comparando ad tribum Leui: nam Leuitæ non faciunt tribum, & quando nominantur duodecim tribus, non intelliguntur ibi Leuitæ, ut declaratum est Numeri capit. primo, & decimo tertio. ideo si esset minor alijs tribubus quamquam esset maior tribu Leuitarum recte dicitur, quod esset minima in tribubus.

Sed adhuc dicit aliquis, quod non erat minor tribus Benjamin alijs tribubus, accipiendo proprie tribum: nam in prima computatione, quæ fuit facta in deserto Sinai, maior fuit tribus Benjamin, quam tribus Manasse, ut patet Num. c. 1.

In secunda autem computatione, quæ fuit anno 40. ab exitu de Aegypto tribus Benjamin excessit multas tribus, fuit enim plusquam dupla ad tribum Simeon, Numeri capit. 27. fuit etiam maior quam tribus Ruben, & Gad, & Ephraim, & Nephthaim, sic patet præallegat. capitulo. ergo non erat minima. Item non solum nunc erat magna, sed etiam videtur, quod semper fuerit magna, & tribus Simeon fuerit minima inter tribus Israelitarum, quod apparet ex distributione fortium: nam tribus Benjamin magna fors data est, tribus autem Simeon, quia erat valde parua non fuit per se data fors, sed accepit quandam partem fortis Iudæ, sic patet Iosue 19. capitulo. scilicet hæc est hereditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas in funiculo, & possessione filiorum Iuda, quia maior erat, & idcirco possederunt filii Simeon in medio hereditatis eorum.

Respondendum est, quod tribus Benjamin ab introitu in terram Chanaan magna tribus erat, & regulariter tribus Simeon erat minima omnium, accidit tamen, quod tribus Benjamin efficeretur minima omnium, & etiam minor tribu Leuitarum, & hoc per bella: nam pro excessu virorum Gabaa, cum essent de tribu Benjamin, exposuerunt se ad pugnam omnes de tribu illa, & perierunt præter sexcentos, qui confugerunt ad petram Remon, & postea tribus illa incepit esse minor omnium, vnde tempore Saulis adhuc ceteris minor erat. De hoc Iudicum capit. vigesimo, & vigesimo primo. recte ergo dixit Saul, quod erat de minima tribu.

Quare

Quare Saul non excusauit se aliter, quam quod esset de tribu minima. Quæst. XV.

Quæret aliquis vterius, cum excusaret se hic Saul, dicens non conuenire sibi regnum, quia erat de minima tribu quare non ponebat aliam excusationem, quæ videbatur rationabilior. q. non esset ipse de tribu Iuda. Nam principatus regnatiuus propheticè promissus fuerat viris de tribu Iuda: Gen. 49. cum dicitur: Iuda te laudabit fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum. Et post hoc dicitur: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: deberet ergo credere, q. nullus posset accipere principatum regnatiuum, nisi esset de tribu Iuda, sicut nulli licebat ministrare in officio sacerdotali, vel Leuitico, nisi esset de stirpe Leui. Num. c. 1. & 3. & 18. potissimè autem cum principatus iste fuisset promissus firmiter tribui Iudæ, cum dicitur: Donec veniat, qui mittendus est. Aliquis in debet, q. Saul satis hoc credebatur, q. sciebat q. propheta loquebatur id, qd Deus iusserat, & non dubitauit, quin posset transferri principatus ad aliam tribum. Sed ad hoc dicitur, q. si pp hoc admirabatur Saul, q. propheta istud dicebat, ita non debuisset admirari, quia ad eum posset pertinere principatus regalis quamq. esset de tribu & familia parua. Aliter aut poterit rñderi, q. Saul erat vir non peritus in lege, sed rusticus, iō nesciebat ad quā tribum pertinere deberet principatus regalis fm prophetiā, sed credidit, q. ad quamcunq. tribu indifferenter posset venire: allegauit aut pro se id, qd quilibet est indoctus legis allegare posset. q. erat de minima tribu, iō non erat sustinens ad habendum principatum regalem. Aliter rñderi potest si conceditur, q. Saul erat vir sapiens, & aliquantulum in lege. q. quamq. ipse sciret principatū regnatiuum promissum esse tribui Iudæ, tñ poterat Deus mutare ad aliam tribum, sic. n. factum fuerat in sacerdotio: nam Deus punxit summū sacerdotiū Phinees nepoti Aaron, q. maneret in aternū in domo eius: Nu. c. 25. transiit tñ postea in domum Ithamar: nā Heli summus sacerdos, & posterius eius fuerunt de stirpe Ithamar, ut declaratum est sup. ca. 2. & postea rursum promissit Deus Heli sacerdotium in sempiternū, quia tñ filij sui nimis errauerunt Deus abstulit principatū sacerdotij de domo eius, & iterū rediit ad domū Phinees, ut patet sc. c. 2. loquens locutus sum, ut domus tua & domus pñs tui ministraret in pceptis meis vsq. in sempiternū: nunc aut absit hoc a me. Sed quonq. honorificauit me, glorificabo eū, sic ergo credebatur, q. posse fieri de principatu regnatiuo trahendo, vel incipiendo esse in alia tribu. Sed tunc stat arguit, quō ergo non credidit Saul, q. principatus regnatiuus ad eū posset pertinere, sed dixit, q. erat de minima tribu? Potest rñderi dupliciter. Vno modo, q. qd Saul sciret, q. principatus regnatiuus posset esse in alia tribu, q. in tribu Iudæ: tñ nesciebat, an Deus hoc diminuisset. Et si arguatur, q. dicebat illud ppheta. Rñdendū, q. putabat, q. vellet ei illudere, q. dato q. Deus vellet mutare principatū regnatiuum de tribu Iuda in alia tribu, non putabat, q. vellet mutare in illā tribu minimā, sed in alia digniore, & pro hoc allegauit sic. Aliter rñderi potest. q. credidit Saul principatū regale mutare de vna tribu in alia: tñ credidit, q. Deus ei vellet dare, sicut ppheta dicebat: loquebatur tñ verba ista ex humilitate, q. erat valde humilis, & reputabat se indignū ad tñ principatū: sic patet sc. c. 15. f. Non cū paruulus es in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? vtraq. ergo harum duarum solutionū stare potest. Et cognatio mea nominissima inter omnes filios de tribu Benjamin. Id est non solum tribus mea est parua, sed etiam familia, de qua Alph. Toft. In Primum Regum.

A sum in hac tribu: accipitur enim hic cognatio pro aliquo, quod est minus quam tribus. Primo enim diuidebatur totus Israel per duodecim tribus: deinde quilibet tribus per familias: postea quilibet familia per domos: deinde domos per viros: sic patet Iosue cap. 7. scilicet, Accedatisque mane singuli per tribus vestras, & quæcunq. tribum fors inuenierit accedet per cognationes suas, & cognatio per domos: domusque per viros: cognationes autem, quæ sunt ibi immediate sub tribubus, vocantur ibidem familiae: cum dicitur q. inuenta est tribus Iuda, quæ per familias suas oblata est: istæ autem familiae paucæ erant, scilicet, in qualibet tribu tres, vel quatuor, vel pauciores: quot autem essent familiae in qualibet tribu, patet Num. cap. 26. & ibi ponuntur septem familiae in tribu Benjamin, de quibus forte plures perierant in excidio Gabaa, cum remanserint de tota tribu sexcenti viri: Iudic. cap. 20. Sed adhuc in familijs, quæ manserant nulla minor erat, quā familia, de qua erat Saul, quod valde oberat ad magnum principatū: quia haberet paucos consanguineos auxiliares.

Cognatio quid.

Quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Quasi dicat cum tu scias omnia ista de cognatione mea, quare dicis mihi ista, cum scias me esse impotentem?

An Saul intellexerit per verba Samuelis se fore regem. Quæst. XVI.

Quæret aliquis an Saul intellexerit per verba ista Samuelis se constituendum regē. Respondendum est, q. sic, quod apparet ex verbis suis: nam si non intellexisset aliqua magna sibi dici, non dixisset, quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Sed tunc stat dubium, per quid poterit cognoscere Saul ex verbis Samuelis, q. dicebat de constitutione eius in regem. Posset responderi fm positionem Nicolai, & Iudæorum quorundam, quod hoc cognouit Saul per somnium suum, q. ipse esset in capite vnus arboris palmæ: q. significat fastigium magnæ dignitatis, i. regalis: & cum audiuit a Samuel, l. Et cuius erūt optima quæque in Israel intellexit verum fuisse somnium suū, ideo credidit certissime dici de principatu regali. Sed hoc non stat, quia etiā si Saul somniasset aliquid tale, non adhibuisset illi fidem aliquam, nec curasset de illo, quia lex prohibet obseruari somnia: Deut. 18. maxime quia Nicolaus, & Iudæi ponunt istud tanquam nihil aliud sit, per qd potuerit intelligere Saul, quod loqueretur Samuel de constitutione eius in regem, & tamen hoc satis poterat colligi ex solis verbis Samuelis, cuius erunt optima, quæque in Israel: manifestum est, q. optimū fm q. ab hominibus accipitur vulgariter est in maximis honoribus, & potestate, & diuitiarum ampla magnitudine: istud autem in nullo magis est, quam in maximo principatu: ergo satis poterat intelligere Saul, etiam si rudis esset, quod dicebatur de constitutione eius in principem. Sed adhuc dicitur, quod non colligebatur ex hoc aliquantulum, quod esset Saul futurus rex, quoniam ipse poterat habere omnia quæque in Israel, & tamen quod non esset rex, sed esset Iudex totius populi sicut fuerat ante hoc Samuel, vel si aliquantulum vellet intelligere de maioris honore, q. esset princeps eo modo, quo fuit Iosue, nam iste maiorem potestatem habebat super populū, q. iudices, qui post eum fuerunt, tamen non erat rex.

Impugnatur Lyanus.

Sed adhuc aliquis dicit, quod bene colligebatur ex hoc quod erat futurus rex, nam hic dicitur, quod optima Israel futura erant sua, sed inter principatus ipse regalis est excellentior alijs, ergo intelligebatur per hoc principatus regalis, & non iudicatiuus.

Y Dicitur.

Dicendum, q̄ non stat iste modus arguendi qm̄ si sic stricte acciperentur verba non solum concludere tur, q̄ Saul futurus rex esset Israel, sed etiā, q̄ oīa, quæ possidebant Israelitæ pertinere deberent ad Saulem, & q̄ ipsi Israelitæ futuri essent serui eius: nam maior principatus, & vrilitas est plusquā in decuplo, q̄ aliquis sit proprie dñs alicuius terræ. C̄p̄ omnia, quæ ibi sunt, sint sua, & oēs habitatores ipsius sint serui sui, q̄ si sit rex illius terræ, ergo de Saule sic intelligendum esset si stricte acciperentur verba, sed sunt accipienda ciuilitate, & tunc possent vocari optima Israel, q̄ aliquis esset iudex, vel princeps, sicut fuit Iosue, q̄ non esset rex. Item patet, quia similiter loquitur aliqui scriptura, sic patet s. c. 2. Cū dixit ad Heli, & videbis emulum tuū in templo in cunctis prosperis Israel, id est, q̄ habiturus esset ille omne bonum, vel prosperitatem Israelitarum, & tñ in hoc solum significabatur, q̄ futurus esset summus sacerdos, q̄ dicebat magnos redditus, & honores. Ita ergo hic per optima Israel poterit significari aliquis magnus status, quamquam non sit maximus, qui esse potest, & sic esset principatus iudicatus, vel talis qualem habuit Iosue: nam maior principatus erat, q̄ summi sacerdotes, ergo non oportet, q̄ per hoc significari principatus regalis. Rñdendū est, q̄ ex verbis Samuelis Saul, & quilibet alius intelligere potuisset se constituendum in principem, & habiturus magnos honores in populo, tñ nō concluditur, q̄ futurus esset rex, Saul tñ intellexit ex verbis istis se constituendum regem, qm̄ ante hoc totus Israel petierat regem a Samuele: preced. c. & ipse iussit ibi, q̄ recederent singuli in vrbes suas, ipse enim daret eis regem, & quia nunc dicebat, q̄ optima Israel pronuntia erant ad eū, non poterat intelligere Saul, nisi de principatu regnatio. Nam non poterat intelligere, q̄ efficeretur summus sacerdos, q̄ habebat magnos redditus, & honores, quia hoc non pertinebat, nisi ad aliquem de tribu Leui, & de stirpe Aarō. Etiā non poterat intelligere se constituendum in iudicem, sicut prius fuerat Samuel, & alij precedentes, quia iste principatus iam cessabat: petiuit enim populus regem dicēs nequaquam: rex enim erit super nos, & Samuel consentit huic dicto, ergo vr̄, q̄ iam cessaturi erāt omnes principatus populares præter regalem, sed ex verbis Samuelis colligebat Saul se assumendum ad aliquem principatum, ergo ad regalem solum intelligere debebat. *Assumens itaque Samuel.* Hic ponitur tertiu, in quo Saul a Samuele honorifice suscipitur, cognoscebat enim Samuel Saulem de proximo regem futurum, & quia regi competit maximus honor incepti Samuel istum honorem nunc impendere Sauli, etiam si nondum esset rex faciēdo eum sedere super omnes inuitatos, & dando ei solenniorem partem ciborum, & dñ. *Assumens itaque Samuel Saulem, & puerum eius.* Scilicet postq̄ locutus fuit Samuel ad Saulem de sublimatione regni, & respondit Saul, assumpsit Samuel Saulem, & puerum suum ducens eos in excelsum ad locū in quo comesturi erant. *Et introduxit eos in triclinium.* Iste est locus, in quo capiebant cibos, qui inuitati erant, erat enim quædam domus habens tres ordines mensarum facta specialiter ad conuiuia solēnia, & hoc erat, quia in excelso erat altare, in quo fiebant immolationes, & quia populus aliqui offerebat hostias pacificas, de quibus maxima pars proueniebat ipsis offerentibus: oportebat, vt haberent circa altare locum in quo epularentur, cum de offerentibus dicitur, q̄ debent epulari coram Domino Deute. c. 12. & 16. ad hoc ergo fuerat facta in excelso quædam domus magna disposita ad cōuiuia, & ista erat tricliniū, i. habens tres ordines mensarum, & dñ a tris, quod est tres, & cline quod est accubitus, vel acclinatio quasi

Tricliniū quid.

triplex accubitus, hoc enim est, quia sumentes cibos super mensam aliquam acclinantur, maxime autē erat hoc apud antiquos, qui qm̄ sumpturi erāt cibos super lectos accubabant, & inde triclinium dñ quasi essent tres ordines lectorum, in quibus homines ad conuiuia iacerent, & propter hoc scriptura pro cedere ad mensam dicit discumbere, vel recumbere, aut accubare, sicut sepe patet. *Et dedit eis locū in capite eorum, qui fuerant inuitati.* In hoc patet, q̄ Samuel inuitabat omnes istos cum dicitur, q̄ dedit ei locum in capite, &c. Sed non erant aliqui comedentes ibi quibus ante non posuisset Samuel Saulem, ergo non erant aliqui de ibi comedentes, qui non fuissent inuitati, & sic Samuel inuitauerat eos, etiam quia dñ, q̄ ipse dedit locum Sauli, & puero suo, non enim fecisset hoc, nisi ipse inuitasset illos, quia ad nullum alium pertinet iuhere de loco discubitus, nisi ad inuitantem, in hoc autem valde honorauit Samuel Saulem, quia non solum posuit Saulem in capite mēsa sed etiam puerum suū, quia propter Saulem etiam puer suus erat honorandus, maxime quia forte Samuel prauiderat istū puerum esse ad magnum honorem eleuandum, quia cū Saul in regem constituendus esset immediate, & iste puer erat nimis familiaris Sauli, verisimile est, q̄ Saul eum in aliquo honore præficeret, eum igitur voluit honorare Samuel. *Erat enim quasi 30. viri.* Scilicet illi q̄ inuitati fuerant erāt 30. & super omnes sederūt Saul, & puer eius, Iosephus 6. Antiquitatum dicit, q̄ erant quasi 70. viri, sed cum scriptura dicat 30. oportet intelligi non fuisse plures, nisi forte diceretur, q̄ isti 30. erant segregati, erant autem alij 40. scorsum discumbentes, & quia illi principaliter non pertinebant ad conuiuia non curauit scriptura de illis. *Dixitque Samuel cō. Samuel enim inuitauerat omnes istos, & ipse prius disposuerat de cibis, qui dandi erant, & quantum viniq; inuitato, & ibi fecit separari partem vnam pro Saule.* Cum autem sedit ad mensam petiuit Samuel partem illam. *Da partem quam dedi tibi.* Omnes partes ciborum dederat Samuel, quia ipse inuitabat omnes comedentes illa die, & tñ de ista parte dñ specialiter, q̄ dederat eam, id est dederat, & præcepit custodiri. *Et præcepit tibi, vt reponeres seorsum apud te.* Id est de illa parte præcepit specialiter, q̄ custodiretur ne immisceberetur inter ceteras. Disposuerat enim Samuel quantum dandum esset alijs inuitatis, & qm̄ ista pars erat solennior, iussit eam specialiter custodiri pro Saule. In hoc autem apparet, q̄ istud conuiuium factum fuerat pp̄ aduentum Saulis, scilicet Samuel, q̄ venturus esset Saul parauit conuiuium magnum, & inuitauit plurimos, dedit autem inter illos excellentiam Sauli in omnibus, quæ pertinebant ad conuiuium. Primo enim in accubitu, qm̄ in capite omnium non solum ipse, sed etiam puer eius prope eum positus est. Secundo honoratus fuit quantum ad cibos, quia pars maior, & solennior ei apposta est, vnde dicit Iosephus, q̄ Samuel præcepit, vt Sauli pars regalis apponeretur, s. pars illa, quæ consueuerat regibus dari, vel quæ excellentior est, & propter hoc quilibet honorabilis sibi eam accipit, ista enim differentia ciborum designat maiorē honorem, & dilectionem; sic enim patet de Ioseph inuitate fratres suos, cum nondum cognitus esset ab eis: nam singulis fratribus dedit partes singulas, maior pars tamen venit Benjamin, ita vt quinque partes excederet, vt patet Gene. quadragesimo tertio cap. Sed dicit aliquis, si volebat Samuel honorare Saule, & ob hoc instruebat cōuiuium magnum, potius eum honorasset inuitando illum singulariter, quam inuitādo eum cum tota illa multitudine. Nam maiora beneficia esse censemus, quæ nobis singulariter impenduntur, quam quæ nobis cum tota communitate adueniunt.

Mos antiquorum comedendi.

Cap. 4.

Samuel prauit conuiuium pp̄ Saulem.

Saul valde honoratus est in conuiuio.

Respon.

Respondendum est, q̄ Samuel rectē egit inuitando Saulem cum tota cōitate, nam solum voluit Samuel beniuolum affectum suum ostendere in Saule, sed et eum coram toto populo honorare: si aut eum singulariter inuitasset solum affectionem suam ostendisset illi, sed nequaquā honorasset, nullus. n. de populo præter eum iudicasset eum honorabile, cum tñ inuitatus fuerit Saul cum alia multitudine, & ipse præpositus fuit oibus tam in cibis, q̄ in loco, oēs existimauerunt eum esse virum honorabile, cum tñ a propheta honoraretur, in quo volebat Samuel monstrare, q̄ non solum Saul in regem cōstitutus est honorandus erat, sed et antequā rex esset honorabilis fuit. Cum autem dñ, q̄ magis æstimantur bñficia, quæ alicui singulariter dantur, q̄ quæ cum tota cōitate proueniunt: verum est si illa proueniunt alicui tanquam vni de cōitate solum, si tñ aliquis honoretur cum aliqua cōitate non tanq̄ vnus de cōitate, sed tanq̄ specialis persona, & tota illa cōitas pp̄ eum honoretur: magis honoratus est quā si ipse solum honoretur. Sic autem erat de Saule, qm̄ pp̄ ipsam conuiuium illud factum est, & satis hoc apparebat ex excellentia, quā Samuel in oibus impendebat Sauli, id magis honorabat eum sic quā si eum solum inuitasset. *Remanuit autem cocus armum, & posuit ante Saul.* Leuare est de olla educere: sic accipitur. s. c. 2. f. Veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, & hēbebat fuscinulam tridentē in manu sua, & mittebat eam in lebetē, vel in caldaria, & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. Separauerat aut Samuel armū, quia ista erat pars excellens, & posuit ante Saul.

Quomodo potuit seruari armus & dari Sauli, cum proueniret Sacerdoti. Quest. XVII.

Q V A E R E T aliquis quō potuit seruari armus p Saule, quia iste carnes, quæ dabantur inuitatis erant partes sacrificiorū pacificorū, de quib⁹ semper armus, & pectusculū veniebat in ius sacerdotū immolantium: Leui. c. 7. Saul autem non erat sacerdos, ideo non poterat accipere istam partem.

Aliquis forte rñdebit, q̄ quamquam ista partes de iure pertinerent ad sacerdotes, tñ ipsi remisissent eas inuitatis, & sic potuerunt peruenire ad Saulem, & ad alios. Sed dicendū est, q̄ non pot̄ stare, qm̄ non licebat sacerdoti dare de panibus, vel carnibus sanctificatis alicui, nisi esset de familia sua, vt patet Leui. c. 22. f. Omnis alienigena non comedit de sanctificatis, inquilinus sacerdotis, & mercenarius nō vescitur ex eis: quem aut sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius est, hi comedent ex eis. De filia quoq; sacerdotis dñ, q̄ si esset nupta alicui de populo non posset comedere de sanctificatis: peccaret ergo sacerdos si daret alicui de popularibus de carnibus sanctificatis, & sicut non licebat sacerdotibus dare illas popularibus, ita non licebat popularibus accipere eas scienter, etiam si darent sacerdotes, sic patet præalleg. cap. f. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem: hoc autem esset quādo populares comedebant sanctificatis. Si tamen nescirent esse carnes sanctificatas, & comederent tunc non peccabant, si tamē postea cognoscerent esse carnes sanctificatas debebant satisfacere, sic patet. e. c. f. Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam addet quintam partem cum eo, quod comederat, & dabit sacerdoti in sanctuario, non ergo poterat dici, q̄ iste armus pertinuisset ad sacerdotes, & ipsi concessissent eum popularibus. Aliquis ergo respondebit aliter. s. q̄ hic non fuerit sacrificium, sed magnum conuiuium, quod interdum vocatur sacrificium, sed hoc supra improbatum est.

Alph. Toft. In Primum Regum.

A Ideo dicendum quod hic sacrificium fuerit pacificum, & de omnibus animalibus immolatis pertinebat armus ad sacerdotem, tamen potuerunt alia animalia occidi præter illa, quæ immolata sunt in sacrificium, & de illis acciperetur armus. Vel aliter potest dici, quod dato quod omnia animalia, quorum carnes comedebantur ab inuitatis fuissent immolata in hostias pacificas, poterat manere armus pro Saule, de quolibet animali immolato in hostiam pacificam proueniebat sacerdoti solum pectusculum, & armus dexter: Leuit. c. 7. ergo armus sinister cedebat in ius popularium, & iste poterat apponi Sauli. *Dixitque ei Samuel.* Scilicet postquam posuit cocus armum coram Saule. *Ecce quod remanuit pone ante te, & comede.* Id est istud est, quod tibi specialiter seruatū est: ideo scinde & comede.

An quando Saul accessit alij inuitati comederant. Quest. XVII.

Q V A E R E T aliquis quomodo dixit Samuel: ecce quod remanuit: nam videtur ex hoc quod omnes inuitati iam comederant, & nihil restiterat de cibis, nisi armus ille. Respondendum q̄ aliqui dicunt, q̄ ante aduentum Saulis Samuel, & alij inuitati sedebant ad mensam, & ferre expleuerant prandium.

Cum autem vidit Samuel ingredientē Saule surrexit a mensa obuians ei ex reuerentia: Sed istud non stat, quoniam antequam ascenderet Samuel ad prandiū, Saul inuenit eum: sic enim dixerunt puellæ, cingrediētes vr̄bem statim inuenietis eum antequam ascendet in excelsum ad vescendum. Item quia dicitur supra: Cumque illi ambularet in medio vr̄bis apparuit illis Samuel egrediens obuiam illis, vt ascenderet in excelsum: nondum ergo ascenderat. Item Deus reuelauerat Samueli præcedenti die, quod venturus esset Saul ad eū hora illa, vt patet supra. hac ipsa hora, quæ nunc est cras mittam ad te virum. Cum ergo sciret Samuel certissimē, quod illa hora venturus esset Saul, & propter illum instruxerat conuiuium: nō est verisimile, quod sederet ad mensam antequam ille veniret, cum immediate venturus esset. Item dicitur supra quod accessit Saul ad Samuelem in medio portæ: ergo non erat Samuel in mensa, sed in porta domus suæ volēs venire in excelsum. Item dixit Saul ad Samuelem; indica, oro, mihi, vbi est domus videntis: si tamen Saul ascendisset in excelsum, & venisset ad Samuelem existentem in mensa, non peteret pro domo videntis, quia iam cognosceret ipsam videntē, vel saltem sciret eum esse ibi, & non diceret vbi est domus videntis, sed diceret, quis est hic videntis. Item dñ ibi q̄ rñdit Samuel ego sum videntis: ascende ante me in excelsum vt comedas mecum hodie, ergo vr̄ q̄ nōdum comederat Samuel, nec erat in loco prandiij, sed postea venit. Item dñ supra: assumens itaque Samuel Saulem, & puerū eius introduxit eos in triclinium: ergo nō erat Samuel in mensa, qm̄ venit Saul, quia tunc nō introduxisset Samuel Saulem in tricliniū, sed Saul introisset, & inuenisset iam sedentē Samuelem. Dicendum ergo q̄ qm̄ venit Saul ad ciuitatē nondum sederet Samuel in cōuiuio, nec ascēderat illuc, sed inuenit eum in porta domus suæ, & ascēdit cū eo in excelsum ad locum, in quo erat conuiuium. Cū aut dñ hic: Ecce quod remanuit, pone ante te: nō est sensus q̄ illud remāisset postq̄ alij comederūt, sed dñ q̄ remāsit, i. q̄ separatū est, vel repositū: qm̄ cum Samuel dedisset coco carnes p cōuiujs, illā partem separauit pro Saule: sic remāsit, i. separata erat. *Quia de industria seruatū est tibi.* q. d. non intelligas q̄ istam partem

Y 2

partē tibi do a casu, sed de industria separata est, id est ab intentione sic factum est: quoniam antequam tu venires, ego preceperam coco, q̄ separaret istam partem pro te. In quo volebat significare Samuel, quod aduentus Saulis nō fuit sibi inopinatus: sed ante hoc cognoverat illum, ideo priusquam veniret, iussit coco, vt separaret partem pro eo, scilicet, vt quando Samuel pereret illam partem cocus sciret distinde dare illam sibi. Quando populum vocavi. Id est quando inuitavi oēs istos, i. a principio istud factum est: & non intelligitur, quod separata est ista pars quādo inuitari sunt comedentes, sed q̄n voluerit dare carnes pro cōsibus eorum: tunc enim Samuel distinde dedit coco illā partem, & dicitur q̄n populum vocavi: non quidem q̄ totus populus inuitatus fuisset, quoniam solum fuerunt inuitati triginta viri, vt patet hic, & tamē in vrbe illa erant plures, sed dicitur populus inuitatus, quia multi erant inuitari, qui possunt vocari populus.

Et comedit Saul cum Samuele in die illo. Non solum comedit cum eo, sed etiam cum omnibus alijs, qui inuitati erant, quia tamen Samuel inuitauerat omnes dicebatur ipse comedisse cum eo, & omnes alij.

Excelsum quid.

Et descenderunt de excelsu in oppidum. Excelsum vocatur hic quidam locus arduus in ciuitate, in quo nō erant domus, sed altare Dei: & illa domus, quę vocatur nichilium, in qua erant inuitari: oppidum autem erat tota ipsa cōgregatio domorum vrbis, & ad illam descenderunt Samuel, & Saul post cōuiuium, vt maneret in die illa Saul apud Samuelem, & deinde recederet sequenti die, sicut dixerat supra Samuel, scilicet de ante me in excelsum, vt comedas mecum hodie, & dimittam te mane. Et locutus est cum Saule in solario. Scilicet Samuel locutus est cum Saule, & hoc fuit in solario, id est in parte domus discooperata, sicut testū, dicit enim solarium a sole, ille autem domus, quę solē ex omni parte recipiunt solaria vocantur, sic autē est, q̄n domus non sunt testē, & intrat Sol ex omni parte, hoc autem fiebat in terra Iudaeorum, quia recta domorum erant plana, & de terra, vel lateribus, ita vt posset super ea ambulare viri, ascendebant autem Iudei ad loca illa, & ibi habebant sua solaria, ista autem domus habebant in circuitu cancellos, vel murum paruum ad hoc, q̄ illi, qui essent in parte superiori non possent ruere: sic enim iusserat Deus: Deut. c. 22. l. cū edificaueris domum nouam, facies murum testi per circuitum, ne effundat sanguis in domo tua, vt sis reus labente alio, & in preceps ruente. In hoc autem solario, vel suprema domo collocati sūt Saul, & Samuel, quid autem locuti fuerint non patet, sed dicit Iudei, q̄ locutus fuerit Samuel ad Saulem de timore Dei, & custodia legis, satis autem verisimile est, q̄ cum iam Samuel sciret Saulem futurum regem, & hoc ei denunciasset, q̄ diceret ei aliqua perinētia ad instructionem regis, i. qualiter iste se deberet habere ad subditos, & qualiter ad Deum, temper enim antequā peccauerit Saul, & recessit ab eo, Samuel fuit preceptor eius, & quamquam Saul rex esset, nō Samuel dicebat ei quid agere deberet, & q̄n aliquid iubebat Saul non solum iubebat quasi ex nomine suo, sed etiam ex auctoritate Samuelis, vt patet ca. 11. q̄n iuit in bellū Saul p̄ regem Ammon: dicit enim: Quicumq; non exierit, secutusq; nō fuerit Saul, & Samuelē sic fiet bobus eius. Cū autē peccauit Saul i. d. occidendo regē Amalech, nec pecora, recessit ab eo Samuel, & non vidit Saule vlt; ad diem mortis sue 7. 15. c. Stratusq; Saul in solario. Sternere multa signa, hic autē accipit sternere, i. parere, & p̄nere ad testē, sic. n. dicimus stran. ēta ipsa opinio. i. testē, Saul autē est in datiuo, & est testis, q̄ Samuel strauit, i. parauit testē Saul in solario, i. in parte superiori domus discooperata. Et hoc forte, q̄ erat ips

Solarium domus qd.

vernale, vel estiuale, & erat gratū ibi dormire, potissimē, q̄ terra illa calidior est magis q̄ ista, cū sit partim in tertio, & partim in quarto climate. Et dormiuit. i. per noctē: nā post cibos p̄ diē nō erat ibi gratū dormire, cū esset locus soli paruius, in nocte autē erat gratū p̄ terrę calorē. Cumque mane surrexissent. i. Samuel, & q̄ erāt in domo sua: Saul n. nondū surrexerat. Et antequam dilucesceret vocauit Samuel Saulem. Dixit. n. Samuel, q̄ dimitteret Saulem seq. die, ideo voluit eum dimittere cito, vt opus suū expleret veniens ad terrā suā. In solario. i. lacertem in solario: nā ibi dormierat p̄ noctē, vt patet s. Surge, & dimittam te. i. volo te cito expedire, iō surge: erat. n. adhuc facturus q̄dam Samuel cū Saule, q̄ vncturus erat eū in regē, & denunciaturus signa, q̄ vntura erāt die illa, vt patet seq. c. vsque quo ad i. ita faceret non erat dimittendus eū. Et surrexit Saul. i. c. bedies immediate Samueli. Et nā q̄ ipse desiderabat cito redire in terrā suā, q̄a putabat p̄m suū grauari ex absentia eius, vt patet s. in lsa cū dixit ad puerū suū veni, & reuertamur, ne forte dimiserit p̄ meus a sinas, & sollicitus sit p̄ nobis. Egressi sunt ambo ipse videlicet, & Samuel. i. egressi sunt de domo Samuelis, nondum egressi fuerant de vrbe, vt patet immediate, scilicet cumque descēdisset in extremā partē ciuitatis, & cum dicitur, quod egressi sunt ambo, scilicet Samuel, & Saul etiā intelligendū est, q̄ puer ibat cum eis: nam immediate dicitur hic puer, vt antecederet nos, & transeat, ergo simul ibat cum eis, scriptura tamen fecit mentionem de principaliori.

Cū descendere in extrema parte ciuitatis. i. q̄n descendentes de domo Samuelis venerant ad extremā partem vrbis locutus fuit Samuel ista Sauli: & tō est, quia ibi volebat eum vngere in regem, & quia volebat, vt nemo hoc videret, fecit illud in extrema parte ciuitatis, in qua nemo apparebat, ēt p̄ hoc fecit, vt Saul cōsurgeret anteq̄ illo cēderet, quia tunc cū nondum surrexissent viri vrbis illi nemo videre poterat, quod fiebat. Dixit ad Saul die puero, vt antecederet nos & transeat. Ibat enim puer simul cum Samuele, & Saule, & nē etiam ipse videret, quod factum fuerat antequam declarari deberet, fecit Samuel, q̄ antecederet puer illos.

Quare Samuel, quando vnxit Saulem voluit, quod puer eius videret, & quid proficibat, quod puer Saulis non videret eum vngi. Quæst. XIX.

Quare Samuel, quando vnxit Saulem voluit, quod puer eius videret, quod puer Saulis non videret eum vngi. Quæst. XIX. Quare Samuel, quando vnxit Saulem voluit, quod puer eius videret, quod puer Saulis non videret eum vngi. Quæst. XIX. Quare Samuel, quando vnxit Saulem voluit, quod puer eius videret, quod puer Saulis non videret eum vngi. Quæst. XIX.

Item dato, quod attendisset non multum haberet firmam sententiam ex hoc, q̄ Saul futurus esset rex, quia vidit, quod Saul respondit prophete tanquam illuderet ei, & propheta nihil replicuit. Si autem fuisset aliquid

Puer Saulis non intellexit ipsum fore regem.

aliquid verum propheta replicuisset certificans eum, q̄ non illuderet, sed essent illa verba veritatis, & sic ex hac parte manebat puer dubius. Si autem postea vidisset, q̄ Samuel vnxit Saulem, manifestissimē cognouisset, q̄ efficiebat eum regem: non ergo voluit Samuel, q̄ puer Saulis videret hoc. Sed adhuc dicebat, q̄ dato, q̄ non vidisset eū vngi cognouisset postea, q̄ vnctus esset, q̄m Samuel effudit sup caput Saulis lenticulam olei, ergo aliqua gutta olei defluxissent per genas, & barbā, & vestes quas postea videret puer, & sic cognosceret eum esse vnctū: patet q̄m vnctio pontificum, & regum fiebat eodē modo, sed in pontificibus erat hoc, q̄ aspergeretur oleum vnctionis sup caput, & flueret per barbā, & vestes: sic patet Pf. 132. Sicut vnguentum in capite eius, quod descendit in barbā, barbā Aaron, quod descendit in orā vestimenti eius: sic ergo fieret in Saule, & puer eius cognosceret signa vnctionis. Rndendum est, q̄ etiā per hoc non potuit cognoscere: nam solum est oleum super caput Saulis, sed erat paucum, quod faciliter celari potuisset: vnde puer nunquam cognouit, & q̄n venit postea Saul in terram suam, cum respōderet cognatis suis, de omnibus alijs, quę acciderant ei cū Samuele de sermone regni: nihil respondit tanquā nullus hoc cognosceret, vt patet infra.

Qua vtilitas fuit, quod puer Saulis non intellexeret ipsum fore regem. Quæst. XX.

Quare Samuel, quando vnxit Saulem voluit, quod puer eius videret, quod puer Saulis non videret eum vngi. Quæst. XIX. Quare Samuel, quando vnxit Saulem voluit, quod puer eius videret, quod puer Saulis non videret eum vngi. Quæst. XIX.

Sed dicit aliquis, quod quamquam cognouissent Israelitę, quod Samuel vnxit Saulem absconditē nihil mali suspicari fuissent, nec murmurarent, quia sciebant, quod Samuel erat vir Dei, & nihil faceret, nisi quod Deus iuberet: qualitercūque ergo fecisset, rectē gestum esset.

Respondendum est, q̄ decuit sic fieri, quia quamq̄ Samuel haberetur ab omnibus tanq̄ propheta Dei, & crederet ipsi, in rebus valde magnis potissimē cum nimis tangunt statum nostrum interdum aliquibus non credimus, quibus alias credituri eramus: sic. n. patet de Moyse: nam Moyse tpe suo in maiori reputatione habitus est apud Iudęos q̄ Samuel tēpore suo. & Iudei nimis credebant illi etiam magis quā Saulem. Alph. Tost. In Primum Regum.

Ameli, cum Deus dixisset ei: Exo. cap. 19. Iam nunc veniam ad te in caligine nobis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum: & tamen q̄n Moyse fecit Aaron fratrem suū summū sacerdotē, & filios suos sacerdotes minores, q̄ fecerit corā toto populo, vt patet Exo. c. 29. & Leuit. c. 8. q̄ tū nō cōstabat nimis illud fuisse a Deo: plurimi Israelitarum insurrexerunt p̄ Moysem, & Aaron, i. Core, & 250. viri proceres, & Dathan, & Abiron cum sequacibus suis volentes tollere summū sacerdotiū Aaron: iamque totus populus concitatus erat; & in prōptu erat, vt lapidaret Moyse, & Aaron, nisi Deus fecisset plagā magnā super insurgētes: de quo Nu. c. 16. cum ergo Samuel esset minoris auctoritatis q̄ Moyse, & principatus regalis, quē ipse cōferebat Sauli esset maior q̄ summū sacerdotiū, q̄ cōferebat Moyse Aaron, & Samuel cōtulisset regnū in secreto, nō est dissimile vero q̄ murmurasset Israelitę nimis, cū murmurauerint contra Moyse. Voluit igitur Samuel, q̄ lateret illa vnctio, q̄ ipse in secreto fecit. Item patet hoc quia Israelitę vidētes, q̄ Deus elegerat Saule, q̄n oēs cōuenerunt in Masphat adhuc nō fuerunt contenti: nā aliqui detexerunt eū, dicentes: Num saluare nos poterit iste, & non attulerunt ei munera, vt patet inf. in litera: quātomagis murmurasset, si hoc fecisset in secreto? Melius ergo erat q̄ subiceretur vnctio Saulis viquequā pateret manifestē p̄ Dei electionē, q̄ ipse deberet esse rex: sicut quieuerunt Israelitę insurgere p̄ Moysem, & Aaron, q̄n Deus in dstrauit manifestum miraculū in virga Aaron germinante: Nu. 17. c. sic. n. dī ibi quē ex his elegero germinabit virga eius, & cohibebo a me quærimonia filiorū Israel. Sed adhuc dicit aliquis q̄ non tollebat per hoc totalis spiritio de facto secreto Samuelis, q̄ licet nūc non cognosceret illā vnctioē fuisse factā, tū cognituri erāt aliquanto tpe post, & cognouerūt: tunc aut poterant suspicari, sicut a principio, vel si tunc non suspicabant nec etiam a principio suspicari fuissent. Rndendū est, q̄ non est simile: nam si non cognouissent Israelitę a principio secretā vnctioē Saulis nihil suspicarent: & deinde adueniēte electione Dei in publico firmarentur corda eorum, & tunc licet cognoscerent factā fuisse vnctioem nihil suspicarent, quia corda eorū firmata erant in bona opinione: si tū a principio sciuisent Israelitę vnctioē factā in secreto prauē suspicarent: & q̄ postea veniret electio Dei publica, dissimularet tollerēt eis prima opinio mala, sed potius imaginarentur q̄ iste euentus sortitū, qui fiebat corā toto populo patiebat aliquā fraudē: nō fuit ergo cōueniēs q̄ sciret hoc puer Saulis. Tu autem subsiste paulisper. Id est indicem tibi verbum Domini. Id est indicam tibi quid Deus fieri iubet. Accipitur autē hic verbum pro ipsa re: sic enim Moyse cū velle consecrare Aaron itas corā toto populo ait, iste est sermo, quē iussit Dñs fieri, ista est res, quā iussit, i. consecrari Aaron: ita hic erat verbum Domini ipsa vnctio Saulis &c.

C A P. X.

VLIT autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait: Ecce vnxit te Dominus super hereditatem suā in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius.

Infra 16. c. 75. dist. c. 3. in ver. ex. p̄lo in glo. 2. q. 7. §. i. c. obj. citur. 1. q. 1. c. sacra. & c. Dñs, & c. prophetauit.

TVLIT autem. Dicto in precedētibus de Saulis electione, hic autem de eius vnctione, & diuiditur in duo. Primo ista vnctio ponitur. Secundo per signa notificatur ibi. *Cum abieris*, Circa primum nō potest hic dubitari, sicut in quibusdam alijs dubitabatur, an sit hic continuatio ordinis, vel aliquid anticipatum, vel recapitulatum: nam constat, qd hic nihil tale est, cum autem fuerit supra de electione, & hic agitur de vnctione, quae consequitur ad electionem. Rursus autem data ordinis rectitudine in quibusdam dubitabatur, an habeant se immediate, & an vnum post alterum immediate factum fuerit, vel fluxerit aliquod tempus in medio, hic autem dubitari non potest, qm̄ inter ista quae habentur hic, & precedenti c. non fuit aliquod tempus medium, sed in eadem hora facta sunt, mox quippe, vt dixit Samuel Sauli, qd substitit, & ipse substitit paulisper, fudit Samuel lenticulam olei super caput Saulis, sic dicitur hic.

Tulit autem Samuel lenticulam olei. Id est accepit eā ad fundendum super caput Saulis, non est autem sensus, qd tunc nouiter accepit Samuel lenticulam: nā portabat eam de domo sua, sed dicitur, qd accepit, id est accepit ad effundendū, quia ante hoc non effundebat, & tunc effudit, ipse tñ semper portabat eā in manu. Nisi forte dicas, qd portabat eam in manu Sauli, vel puer eius. Sed non ita, nam puer Saulis iam recesserat, & antecedebat eos paulisper, qm̄ Samuel fudit oleum super Saulem, & tunc dicitur, qd ipse accepit lenticulam, ergo non accepit eam de manu pueri Saulis, etiam Saul nō portabat illam: nā ipse nesciebat quid fieri deberet, quousque dixit ei Samuel, substitit paulisper, vt indicem tibi verbum domini preced. c. si tñ portauisset lenticulam sciuisset quid fieri deberet. Dicitur autem hic lenticula vas quoddam paruum, in quo continetur oleum a linien do dictum, quia ibi continetur id, quo corpora liniuntur, Soleum, erat autem istud vas, quod aliqui vocant lecythus sic patet j. 3. lib. c. 17. vbi dixit Elias ad mulierem Sareptanam hydria farinae non deficiet, & lecythus olei non minuetur, id est vas illud, in quo continentur oleum, communiter tñ vocatur lenticula, sic patet j. 4. lib. c. 9. vbi propheta quidam vnxit Iheum in regem Israel. Aliquid autem vocatur cornu, sic patet j. c. 16. cum dixit Deus Samueli imple cornu tuum oleo, & veni mittam te ad Isai Bethlehemitem, de ista lenticula dicitur, quod esset quoddam vas de auro, vel de argento ad conseruandum oleum sacrum.

Quo oleo Samuel vnxit Saulem, & an reges vngebantur oleo sacro, vel communi. Quaes. I.

QVAERETVR de isto oleo quale oleum esset, an esset de oleo cōi, vel oleo sacro. Pro quo sciendum, qd oleū cōe est illud, quod de oliuis exprimit nulla alia re adiuncta, & istud accipiebatur in Sanctuario ad hoc, qd arderet in candela bro, vt patet Exo. c. 27. f. p̄cipe filiis Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarū purissimum, piloque cōrsum, vt ardeat semper lucerna in tabernaculo, de hoc ēr Leui. 24. c. Accipiebatur quoq; istud oleum ad sacrificia, qm̄ in oī sacrificio offerbant libamēta praeterq̄ in sacrificio pro peccato. Nu. c. 15. erant autem quinque, scilicet farina, vinum, oleum, sal, thus, vt colligit p̄gal. c. & Leui. 2. istud autem oleum erat ad cibos humanos, quia erat simplex. Aliud autem erat oleum, qd magis vocatur vnguentum q̄ oleum, & istud erat ad multiplicē vnctionē, & ex multis speciebus facta opere vnguentali, ponebantur autem in eo aromata myrrhē electae, & cynamomimū, & calamus, & castia, & oleum oliuarū in diuersis ponderibus, de cuius compositione patet Exo. c. 30. Erat autem istud vnguentum ad vngendū omnia vasa Sanctuarū, qm̄ sanctificabatur, & ad vngendū

facerdotem magnū, & minores. Exo. c. 30. & 31. differenter tñ, qd summus sacerdos vngebatur oleo vnctionis in capite, quia fundebatur super crines illius, in sacerdotibus autem minoribus non fiebat sic, sed solū aspergebatur de isto oleo mixto cū sanguine super caput, & vestes omnium sacerdotū tam maioris q̄ minorum, vt patet Exo. c. 29. & Leui. 8. c. de ceteris autē dicitur caro hominis vngetur ex eo iuxta compositionē eius, non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctū erit vobis, homo quicumque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabit de populo suo: Exo. c. 30. omnes tñ doctores tam Hebraei q̄ catholici dicunt, qd nō solum sacerdotes vngebantur illo oleo, sed et reges, & ex illa litera quidem nō tollitur hoc, quia dicitur ibi caro hominis non vngetur, qd intelligitur, scilicet delectationem, qd tñ funderetur super crines regis ad substitutionem suā non erat, qd caro hoīs vngetur ex eo, quia non fiebat illud ad delectationē. Nec et vngebatur ibi caro, sed crines, & nō erat proprie illa vnctio, sed effusio. Item videbatur hoc satis rōnabile, quia sicut Deus eligebat summū sacerdotem ad cultum suū, & faciebat eum vngi in capite hoc oleo, cum ipse esset maximus ministrorū eius, ita eligebat regem ad hoc, qd esset maximus principū, vel solus esset princeps sup̄ populū Dei, & ipse Deus dicebat eum vngete, sicut dixit hic Samuel ad Saulem, Ecce vnxit te Deus super hereditatem suā in principē, ergo faceret eū vngi illo oleo, quod pertinebat ad sacerdotes magnos, quia liniri oleo cōi paruum quid esse videbatur. Sed tunc arguet aliquis qm̄ ergo poterat Samuel habere oleum ad vngendū Saulem: nā oleum sacrum obseruabatur in Sanctuario, quia nulli hominum talem compositionem licebat facere, vel habere penes se: Exo. c. 30. nō poterat ergo habere illud Samuel, nisi iret ad Sanctuarium, sed ipse non erat tunc in Sanctuario, quia non erat Sanctuarium in vrbe Ramatha, in qua nunc erat Samuel, sed in vrbe Nobe, vt declaratum est j. 7. c. 1. s. Ad hoc insidendi potest, qd Samuel ante hoc p̄miserat per aliquos dies Israelitis constitutere regē Deo iubere s. c. 8. iō cum sciret, qd constituturus erat regē, & rex fieri debebat per vnctionem, iret in Sanctuarium, & adduceret inde oleum vnctionis, sacerdotes autem libenter illi darent, quia ipse erat tunc doctor populi, & rector. ista est cōis positio, q̄ ego quoq; cū ceteris profero. Sed verius v̄, qd vnctio regū fieret cū oleo cōi: nam si dicatur, qd semper fiebat vnctio cū oleo sacro, sequitur inconueniens, patet hoc in vnctione Dauid: dixit n. Deus Samueli imple cornu tuū oleo, & veni vt mittā te j. c. 16. vbi n. iussit, qd nouiter impleret cornu oleo, quasi ante non esset ibi oleum, vel nō esset plenū, ergo si Samuel vnxiisset Dauid oleo sacro oportebat, qd iret in Sanctuarium pro oleo, quia alibi nō inueniret, & tñ nō stat, qd ierit illuc: nā Samuel nimis timebat Saulem: dixit n. audiet Saul, & interficiet me. eo. c. 10. non solum non auderet ire in Sanctuarium, sed et non audebat ire in Bethlehē quousq; Deus dedit ei modū quo latēter iret, & qd tolleret vitulū de armento, & diceret, qd ibat ad immolandum dño in Bethlehem, si tñ iussit in Sanctuarium pro oleo vnctionis cognitū fuisse a Saule, & occidisset eū, potissime, quia hoc dato nō poterat celari: cā aduētus eius, nā oleū illud nō esset, nisi p vnctione pontificū, & regum, ergo p̄staret, qd volebat vngete aliquē in regē, nō ausus fuisset ergo Samuel ire in Sanctuarium pro oleo. Et si dicas, qd Deus dabat ei iustitiae remediū ad hoc, falsum est: nā id, quod hic ponitur solū est ad occultandam causam progressus eius in Bethlehem, & qd portaret vitulū in manu sua, tñ ad hoc, qd occultaretur causa progressus in Sanctuarium non dabatur aliquis modus, & sic nō iuit Samuel in Sanctuarium, & p̄r non tulit oleum sanctum, sed commune ad vngendū Dauid.

Quo sacer dotes vngebantur, & in quibus paritib' cor poris.

Quo Samuel habuit oleū sacrum ad vngendum Saulem.

Opi. aut. de oleo quo vngebantur reges.

Item

Item quando Dauid vnctus fuit in regem super tribum Iuda, non fuit vnctus oleo Sancto, quoniam tūc erat diuisio regni, quia filius Saulis Isobeth vnctus fuit in regem super 11. tribus: Dauid autem solum super tribum Iuda, non poterant ergo illi, qui vnixerit eum habere oleum Sanctum, quia Sanctuarium tunc erat in Gabaon: nam destructa vrbe Nobe, in qua prius erat translatum fuit in Gabaon, vt declaratum fuit supra c. 7. & ibi mansit vsque ad tempora Salomonis, cum trāstulit illud in templum, quod edificauerat, vt patet 2. Paralip. c. 1. Viri ergo de tribu Iuda nō possent mittere pro oleo Sancto in Gabaon: qm̄ Gabaon erat in tribu Benjamin, & pertinebat ad Isobeth filium Saulis, qui non permetteret aliquos de tribu Iuda illuc venire, maxime ex hac causa, nam erat magna hostilitas inter Dauid, & Isobeth, vt patet j. 2. lib. c. 2. Non poterant ergo viri Iuda habere oleum sacrum ad vngendum tunc Dauid. Item Deus misit Eliam prophetam in Damascum, vt vngeret Azaelem in regem Syria. j. 3. lib. c. 19. ibi tamen non potuit habere oleum sacrum ad vngendum, quia in Damasco non erat Sanctuarium domini, nisi forte dicas, qd Elias secum tulit oleum sacrum, sicut alij prophetae, qm̄ ibant ad vngendū reges, tollebant secum lenticulam olei, vt patet de Samuele j. 16. c. & de quodam alio propheta j. 4. lib. c. 9. Sed dicendum est, qd non potuit Elias secum ferre oleum sacrum, quoniam quando Deus dixit, qd vngeret Azaelem in regem erat ipse in monte Sinai, quia fugerat de terra Israel timens Iezabel vxorem Achab regis, q̄ interminata fuerat ei mortem, vnde dixit ei Deus vade pro deserto in Damascum. j. 3. lib. c. 19. ergo nō poterat accipere oleum sacrum, quia illud solum erat in templo Ierusalem, sed vnxit eum oleo cōi. Item Eliseus iussit cuidam de filijs prophetarum, dicens: Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulā olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad, & vnge Iheum: ibi tñ non v̄, qd accepit Eliseus lenticulam olei sacri, quia non erat in aliquo loco, in quo posset habere oleum sacrum. istud namq; solum erat in Ierusalem, sed Eliseus non morabatur ibi: non accepit ergo oleum sacrum. Apparet igitur ex dictis, qd reges isti non vngebantur oleo sacro, quo vngebantur pontifices. Veritas autem in hoc est, qd ad vnctionē regum nihil referebat, an vngerentur oleo sacro, vel cōi, sicut referebat in pontificibus, qui nequaquā vngi poterant, nisi oleo sacro, vt patet Exo. c. 29. & Leui. c. 8. Interdum tñ reges vngebantur oleo sacro, & interdum oleo cōi. De cōi patet in exēplis allegatis: de oleo sacro patet in Salomone: ipse enim vnctus est oleo sacro, sic patet j. 3. lib. c. 1. Cum dñr sumpsitq; Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonē: manifestū est ergo, qd illud oleum erat sacrum, quia si fuisset cōe nō iussit Sadoc ad Sanctuarium pro illo, quia vbiq; reperisset. De Saule tñ, de quo hic, magis dicēdū est, qd fuerit vnctus oleo cōi, quia Samuel non erat in loco Sanctuarij, vt habere posset oleū sacrum. Sed adhuc arguet aliquis, qd reges illi, de quibus s. inducebamus, qd vncti fuerint oleo cōi, vngerent oleo sacro, qm̄ si oleū cōe sumeret vbiq; reperiri poterat, prophetae tñ secum portabant oleum ad vngendū, sic patet de Samuele. j. 16. c. nam dixit ei Deus imple cornu tuū oleo, & vade in Bethlehem, sic quoque Eliseus dixit ad vnum de filijs prophetarum accipe lenticulam hanc olei, & vade in Ramoth Galaad. j. 4. lib. c. 9. Rūndendum est, qd iste vnctiones fuerint facte in oleo cōi, pphetae tñ terebant secum oleum, vt non cognosceret, qd facere vellēt donec iam fecissent: si tñ non portaret lectū oleū, oporteret, vt peteret inter eos, quos ibat ad vngendū, & tūc ipsi, qd vngēdi erāt, vel aliqui alij cognoscerent qd fieri deberet, & forte impediretur opus, vt pote si ipse qui

Alph. Toft. In Primum Regum.

A vnctus erat, non consentiret se vngi, vel alij scientes impedirent, cuius signum est, quia qm̄ prophetae ibant ad vngendum aliquos non dicebant illis, qd velent eos vngete, sed accedebat ad eos, & fundebat oleum super ipsum qui vnctus erat, sicut patet de propheta, qui iuit ad vngendum Iheum: nam vocauit eum secreta ad cubiculum, & ibi fudit oleum super caput eius, quamquam ergo oleum commune esset, tñ ferebant illud secum prophetae, vt secretus fieret, quod volebant. *Et effudit super caput eius.* Id est super caput Saulis. Non est intelligendum, qd multum oleum fudisset, sed modicum super crines propter formam: nam multum, vel paucum oleum fundi nihil conseruabat ad titulum regni, & si multum funderetur esset immunditia quēdā. *Et deosculatus est eum.* Scilicet postquam fudit oleum osculatus fuit Saulem, hoc autem esse potuit in signum amoris, qm̄ amici, qm̄ a seiuicē recessuri sunt osculantur se, sic quoq; Samuel diligebat nimis Saulem, quia Deus elegerat eum, & erat vir bonus, ideo eum dimissurus esset eum a se fuso oleo in capite osculatus est illum: qd autem diligeret nimis Samuel Saulem, apparet, quia nō solum dum fuit bonus Saul diligebat, eum Samuel, sed etiam postquam peccauit diligebat, vnde quia Deo p̄dixit, qd auferret ei regnum iugebat semper Samuel pro illo j. c. 15. f. Veruntamē iugebat Samuel Saulem, qm̄ dominum penitebat, qd constituisset regem Saul super Israel, & mansit semper Samuel in isto lectu, quousque Deus increpuit eum iussitque alium vngete in regem infra ca. 16. f. dixit dominus ad Samuelem vsquequo tu iuges Saul. Cum ego abiecerim eum ne regnet super Israel, imple cornu tuum oleo, & veni, & mittā te, & c. Potuit quoque esse istud osculum tanquam quēdam cēremonia regalis vnctionis: sicut enim in collatione gradus magistralis, aut doctoralis, qui cōfert insignia osculatur ipsum, qui graduatur, & hoc est ei tanquam insignium inter cetera, ita in vnctione regali poterat esse hoc tāquam pertinens ad cēremonias vnctionis.

Reges apud Iudaeos, per quos vngi debebant, an per laicos, vel per sacerdotes, vel per prophetas. Quaes. II.

QVAERET aliquis p quos vngebantur reges apud Iudaeos, an p laicos, vel sacerdotes, vel per pphetas. Alijs dicit, qd vnctio regis fiebat p prophetas: nā hic Saul vnctus fuit per Samuelē, qui erat ppheta. Itē Dauid in prima vnctione sua p Samuelem vnctus est: ipse n. fudit oleū sup̄ caput eius j. 16. c. Itē Azael rex Syriae per Eliā pphetam vnctus est: ei n. iussit Deus, vt vngeret illū in Damasco j. 3. lib. c. 19. Item Iheum rex Israel p vnū de filijs prophetarum, q̄ ēt ppheta erat vnctus est j. 4. lib. c. 9. In p̄riū dicit aliquis, qd vnctio regalis fiebat p laicos: nam Dauid vnctus fuit in regē p tribū Iuda ab ipis viris de tribu illa, & tñ illi erāt laici, ergo ad laicos pertinebat de hoc j. 2. lib. c. 2. f. veneruntq; viri Iuda, & vnixerūt ibi Dauid, ergo vnctio facta est p laicos. Itē patet hoc p vltimā vnctionē Dauid sup̄ totū Israel: nā dicit, qd venerūt vniuersē tribus Israel ad Dauid in Hebrō, & vnixerūt ibi eū in regē sup̄ totū Israel. j. 3. lib. c. 1. & primo Paralip. c. 1. isti tñ erant laici. Alijs dicit in p̄riū, qd sacerdotes magni vngebant reges, sic patet j. 3. lib. c. 1. vbi Salomō vnctus fuit p Sadoc sacerdotē magnū. Rūndē dum est, qd vnctio regalis habebat aliquam similitudinem cum vnctione sacerdotis magni, quia super vtriusque caput fundebatur oleum, habebat tñ aliquam diffimilitudinem, qm̄ super caput summī sacerdotis semper fundebatur oleū sacrum: Exo. c. 29. & Leui. c. 8. super caput autem regis interdū fundebatur oleum sacrum, interdum commune, vt supra declaratum est, sic quoque

Vnctio regis, & summi sacerdotis aliquo modo differunt, & aliquo modo conueniūt. qd. p̄gce.

Y 4 erat

erat differentia quantum ad personas vngentes, quia sacerdos magnus habebat determinatum vngentē. s. quia semper vngebatur per sacerdotes minores, eo qd non erat aliquis summus sacerdos, qui eum vngeret cum nunq vngeret vnus summus sacerdos, nisi post mortem alterius, & sic sacerdotes minores vngebant eum: rex autem non habebat determinatū vngentē: nam poterat vngi per sacerdotes, vel per prophetas, qui non essent sacerdotes, vt patet in exemplis adductis: erat tñ regulare, qd reges vngerentur per summos sacerdotes, eo qd ipsi erant maximi inter sacerdotes, & vnctio erat quadam cæremonia directè pertinet ad sacerdotes. Sic patet de Salomone: nam tempore vnctionis eius erāt ibi propheta, & sacerdotes, scilicet Nathan propheta, & Sadoc summus sacerdos: tñ Sadoc vnxit eum, & quamq̄ dicitur j. 3. li. c. 1. vngat ibi eum Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in regem in Israel, ex quo nō apparet distinctē, quis eorum vnxerit, tñ postea in e. c. declaratur, qd Sadoc vnxit, cū dī: sumpsitq; Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem, sic quoque patet de rege Ioas, qui vnctus est per summum sacerdotē, vt patet 2. Paralip. c. 23. f. & constituerunt eum regem, vnxitq; eum Ioiada pontifex, & filij eius: sic enim intelligendum est, qd factum fuit in omnibus regibus Israel, & Iude, quamq̄ de eis non scribitur, cum tñ diuisum est regnum in Iudam, & Israel, nō manserunt sacerdotes inter Israelitas, sed erant oēs in tribu Iuda, vt veniēt ad ministrandū in Ierusalem in templo: Israelitæ autē 10. tribuum non hñtes sacerdotes fecerunt sibi sacerdotes de laicis. j. 3. lib. c. 12. & ibi quicunq; vellet effici sacerdos accipiebat sacrificium, & efficiebat sacerdos, vt patet præall. c. & j. 3. lib. c. 13. De his autē verisimile est, qd maximus inter istos vngeret regem, sicut pontifex inter viros de tribu Iuda ungebat regem: propheta autē nunq̄ vngebant regem, nisi essent ipsimet sacerdotes, & tunc non vngebant tanq̄ propheta, sed tanquam sacerdotes.

Prima opinio reprobat.

Ad primam rationem in contrarium qñ dicebat, qd propheta vngebant reges. Dicendum est, qd aut reges, qui vngendi erant manifesti erant. s. quia vngebatur per successionē, sicut succedebant in regnum, aut erant incogniti, utpote, quia nunq̄ de illa familia fuit fer aliquis rex, aut saltē lege successionis nō ueniebat principatus ad eum, qui vngebat. Si primo mō vnctio fiebat per summum pontificē, & sic fuit in vnctione Salomonis, quia de illo cognitū erat, qd successurus esset in regnū Dauid, cū hoc iuberet Dauid, iō q̄q̄ ibi esset propheta Nathan non vnxit eum ipse, sed summus sacerdos Sadoc. ita quoq; rex Ioas erat de stirpe regia, & ad nullū alium ptinebat successio, iō Ioiada summus sacerdos vnxit eum, & nō aliq; propheta, ut patet 2. Paral. c. 23. Si autē esset scdo mō, s. qd vnctio fieret qd successurus erat, nō poterat summus sacerdos vngere illum regem, & quia nemo sciebat uoluntatē Dei, nisi propheta, cui Deus se reuelat, nō poterat alius vnctio fieri. In casu autē, in quo cognitum erat quis esset futurus rex, nunq̄ propheta vngebant regē, qd apparet ex oibus istis argumentis in prium, cum. n. primo dī, qd Samuel, qui erat propheta vnxit Saulem. Dicendum est, qd Saul non poterat vngi per aliquē summum sacerdotē, eo qd ante Saule non fuerat aliquis rex, nec cognoscebat quis futurus esset: soli autē Samueli hoc Deus reuelauit, & iussit ei, qd vngeret regē. ergo nemo alius vngere poterat eum, qd nesciebat. Si tñ dicatur, qd postea Saul vnctus est corā toto populo in Masphat in electione, uel in Galgala in renouatione regni, de quo infra in litera. & seq. cap. Dicendum erit, qd non vnxit eum tunc Samuel, sed summus sacerdos, qd erat illo tpe, sic. n. fuit in Dauid:

quia prima vice vnctus fuit per prophetam, tamen in secunda non, nec in tertia: sed dicitur qd viri Iuda, & Israel vnixerunt eum. Cum autem secundū dicebatur, qd vnctus fuit Dauid per Samuelem prophetam: etiā dicendum est hoc fuisse, quia nesciebatur de Dauid, an regnaturus esset: quia tunc erat Saul rex, & videbatur qd de stirpe sua successuri essent reges: ideo nemo scire poterat, an Dauid regnaturus esset, nec posset eum vngere, nisi propheta: quod fuit in prima vnctione eius: postquam tamen cognitum est, qd vnctus esset Dauid in regem a Deo, non fuerunt necessarii propheta ad vngendum eum secunda, & tertia vice: quia dicitur, quod viri Iuda, & Israel vnixerunt eum: cum autem dicitur de Azael rege Syria, qui vnctus fuit per Eliam prophetam, dicendum quod non poterat iste vngi per alium propter duo. Primo quia incognitum erat, an iste successurus esset in regnum: nam non erat de genere regio, sed tunc Benadab erat rex Syria, Azael autē erat seruus eius, qui eum languentem in lecto occidit, & factus est rex pro illo: sacerdotes autem non possent hoc scire, nisi essent propheta: ideo non poterant eum vngere. Secundō nō pertinebat hoc ad sacerdotes, quia iste rex non erat in terra Israelitarum, sed in Syria Damasci: sacerdotes autem Dei solum erāt in terra Israel, ideo non erat eis licitum vngere in regem aliquem extraneum: propheta autem licuit, quia Deus iubebat illi. Cum autem dicitur de Iehu, qd vnctus fuit per prophetam: eodem modo dicendum est, qd non erat Iehu de genere regio, ideo non constabat, an sumendus esset in regem: & sic sacerdotes nescirent, an vngendus esset: reuelauit autē hoc Deus Elieo, qui misit vnū de filijs prophetarum, & vnxit eum: Cum autem arguebatur qd aliquando reges vngebantur a laicis, negandum est. Et cum dicitur qd Dauid vnctus fuit a viris Iuda semel: & iterum a viris Israel. Dicendum qd ipsi non vnixerunt ibi Dauid, sed sacerdos magnus: nam cum Dauid erat semper sacerdos magnus nomine Abiathar ex die illo, quo occisi sunt sacerdotes in Nobea Saule, fuerunt enim ibi occisi 85. viri sacerdotes, & euasit solus filius summi sacerdotis, scilicet Abiathar fugiens ad Dauid infra 22. cap. dixitque Dauid ad Abiathar: Mane mecum, ne timeas: si quis quesierit animam meam, quæret & animam tuam, mecum seruaberis: sic autem fecit Abiathar: nam mansit cum Dauid tota vita sua: sic patet infra 3. lib. cap. 2. f. Abiathar quoque sacerdoti dixit vade in Anathoth ad agrum tuum, es quidem vir mortis, sed hodie non te interficiam, quia portasti arcam coram patre meo, & sustulisti laborem in omnibus, in quibus ipse sustinuit: iste autem Abiathar erat cum Dauid, quando vnctus est in regem super Iuda. Ipse ergo vngeret eum & non laici: ita in secunda vice, quando vnctus est super totum Israel erat ibi Abiathar: & ipse etiam vngeret eum. Cum autem dicitur quod vnixerunt eum viri Iuda, vel totus Israel nō est sensus, quod illi fundebant oleum super caput eius, sed prebebant consensum vnctioni, & omnes aderant ad testuitatem vnctionis, solus tamen summus pontifex Abiathar vnxit eum. Simile patet de rege Ioas: nam infra 4. lib. cap. 11. dicitur de omnibus viis, quos congregauit sacerdos Ioiada, quod fecerunt eum regem, & vnixerunt, & plaudentes manu dixerunt viuat rex: & tamen 2. Paralip. cap. 23. dicitur, quod non vnxit eum populus, sed sacerdos magnus, scilicet, Et constituerunt eum regem, vnxitque eum Ioiada pontifex, & filij eius. Apparet igitur quod soli summi sacerdotes ungebant reges regulariter: & quando non erat cognitum, quis futurus esset rex, ungebatur per prophetas.

Que

Que cæremonia fierent in vnctione Regis. Quæst. III.

Quæritur vltius, quæ cæremonia fiebant in vnctione Regis.

Respondet aliquis, quod postquam sacerdos, vel propheta vngebat Regē, osculabatur eum, sic patet hic, nam Samuel postquam fudit lenticulam olei super caput Saulis, osculatus est eū & dimisit. Item fiebant in vnctione Regis sacrificia, sic patet infra 16. ca. nam cum iuit Samuel postquam fudit Dauid, obtulit sacrificium in Bethlehem, & postea vnxit Dauid, sic etiam patet de Adonia filio Dauid, quem voluit exercitus vngere in Regem, & cum celebrarent solennitatem vnctionis obtulerunt holocausta, & victimas apud lapidem Zoelth. vt patet infra 3. lib. c. 1.

Respondendum est, quod sicut in vnctione summi sacerdotis, & Regis erat aliqua similitudo, vt supra declaratum est, ita quoque quantum ad cæremonias vnctionis aliquis credit esse similitudinem. & verum est, quod aliqua similitudo erat, quia sicut summo sacerdoti, maximus honor impendebatur tempore consecrationis suæ. s. quia tūc efficiebatur summus sacerdos: ita regi impendebatur maximus honor tempore vnctionis, quia tunc instituebatur in regem, & conferrebat titulus regni: nam idem erat vnctio in regē, qd est in canonico institutio, vel in episcopo cōfirmatio, sed in consecratione summi sacerdotis fiebat magna solennitas sacrificiorum, & aliarum cæremoniarū, ideo in rege quoque fieri debebant cæremonie multæ: est tamen diuersitas, quoniam cæremonia, quæ fiebat in consecratione summi sacerdotis, erat de necessitate, quoniam erant institutæ a lege, & non licebat aliquam earum omitti: quia ageretur contra legē Dei, de his Exod. c. 29. & Leuit. c. 8. In rege autem vngendo cæremonie aliq̄e fiebant, sed istæ non erāt determinatæ a lege, & hoc quia magis erant de substantia consecrationis summi sacerdotis cæremonie, quam de substantia vnctionis Regis: non tamen est intelligendum, quod ita essent de substantia, quod sine illis non posset esse summus sacerdos, sed erant tantū de substantia, quod si aliqua earum omitteretur, ageretur contra legem. Patet hoc, quia Eleazarus factus est summus sacerdos moriente Aaron, tamen non fuerunt facta aliqua cæremonialia: immo nec fuit vnctio, sed fuit indutus vestibus sacris, vt declaratum est, Numer. c. 20. & tamen fuit summus sacerdos. Illud autē est, quia illa, quæ iusserat Deus fieri in consecratione sacerdotis magni non erant de substantia sacerdotii magni, sed de solennitate: non erat tamen talis solennitas, quam omitti liceret. In rege autem non erant determinatæ cæremonie per legem: fiebant tamen hæc, quod quando aliquis in regem instituendus esset collocabatur super sedem regis, & ponebatur diadema in capite eius. Deinde sacerdos magnus fundebat oleum super caput illius, & ponebatur in manibus regis liber legis Moysi, s. Deuteronomium, & promittebat rex obseruare legem illam: deinde clamabat totus populus viuat rex, viuat rex, & imprecabantur alia bona regi. Deinde ad solennitatē huius vnctionis fiebant sacrificia magna Deo de oī genere sacrificiorū, & populus faciebat omnia genera exultationis, quæcunque decens esset fieri pro rege nouiter instituto.

De primis cæremoniis istarū. Iste sede regis, & diademate, & vnctione, atque lege, patet in vnctione Regis Ioas, 2. Paralipomen. c. 23. Cum dicitur: Et eduxerunt filium Regis, & imposuerunt ei diadema, dederuntque in manu eius legem tenendam, & constituerunt eum regem, vnxitque eum Ioiada pōtifex & filij

eius, & imprecati sunt, atque dixerunt viuat rex, hoc idem patet infra 4. lib. cap. 11. in vnctione istius regis, cum dicitur: Produxitq; filium regis, & posuit super eum diadema, & testimonium feceruntq; eum regē, & vnixerunt, & plaudentes manu dixerunt viuat rex. De iocunditate autem ista patet etiā in vnctione Salomonis: nā iniunxit Dauid, qd in vnctione eius caneretur buccina, & fierent multa gaudia, nam dixit omnis populus viuat rex Salomon, postquā cecinerunt buccina, ascēditque vniuersa multitudo post eum, & populus canentium tubis, & lætantium gaudio magno, & insonuit terra a clamore eorum, & dixerunt corā rege Dauid: Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronum tuum, de hoc infra 3. lib. ca. 1. Sacrificia quoque magna fiebant; quod patet in Adonia, cū vellet vngi in regē: fecit enim sacrificia magna apud lapidem Zoelth iuxta fontem Rogel. eo. c. ista autē ex aliqua parte obseruata sunt in vnctione Saulis, nō quidem in prima; quia illa fuit occulta, & nihil ibi factum est, nisi effusio olei sup caput eius & osculatio. Postea tamen quando publicè sumptus est in regem conuenit totus populus in Masphat, ibique assumpto eo clamauerunt omnes; viuat rex, & miserunt munerera, vt patet infra in litera.

Iterum etiam cum innouatus est rex Saul in Galgala, conuenit omnis populus, & fecerunt ibi regem coram Domino, & immolauerunt ibi victimas pacificas, & lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis. sequen. c. iste autē sunt cæremonie in vnctione regū. Cum autem dicebatur, qd osculum erat cæremonia in vnctione regis: dicendum est qd non. Et quando arguitur, qd Samuel hic osculatus est Saulem: dicendum est, qd non fuit hoc tanquam cæremonia vnctionis, sed quia diligebat eum, & nunc recedebat ab eo ideo osculatus est eum, non conueniebat tamē talis cæremonia in vnctione regum, quia osculum est maioris ad minorem, vel equalis ad equalē, minor autem nō debet aggredi osculari maiorem, nisi maior hoc iusserit. In vnctione autem regali nullus maior est ipso, nec quisquam est ei æqualis, sed omnes sunt serui eius; ideo etiam ipse fundens oleum sup caput regis non debet tunc osculari eum, quia rex est tunc tanquā cunctis excellentior. In collatione autē magisterij, & doctoratus fecus est, quia tunc ille, qui largitur insignia maior est eo, cui largitur; ideo decens est, qd osculetur eum, cui insignia tribuit, quia hoc ad honorem ipsius ptinet. Cum autē dicebatur, qd in vnctione regis fiebat sacrificia, sicut fuit in vnctione Dauid. Dicendum qd verum est, non tñ fuit sacrificium illud oblatum ad dedicationē, & honoriē vnctionis, sed ex alia causa, scilicet occultandum id, quod fiebat: nā dixit Samuel, qd timebat ire ad vngendum Dauid iniquiens audier enim Saul, & interficiet me, & ait dominus: vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, ad immolandum Domino Deo veni, & vocabis Iai ad victimam. Sic ergo factum est, vt victima fieret ad occultationem, & non ad solennitatem vnctionis. Id enim quod solennitatem habet, publicè fit. Sed vnctio prima Dauid facta est valde occulte; ergo non fuit sacrificium ad eam solemnizandum, sed occultatum. De hoc infra 16. cap. Ecce vnxit te Dominus. Samuel vnxit Saulem, quia tamē Deus iusserat eū vngi, vt patet præcedenti c. dicitur, qd Deus illū vnxit. Super hereditatem suam. Id est super totum Israel: tota enim terra, & quidquid in ea est ipius Dei est, populus tamē Israeliticus acceptus fuit a Deo speciali modo, scilicet, vt coleret Deum magis, quā alie gentes, & vt Deus beneficeret illi super omnes alios populos, sic patet Exo. 19. cap. scilicet, Si ergo audieris vocem

An osculū esset cæremonia in vnctione regum.

vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Vocantur & Israelitæ hereditas Dei, quia sicut hereditas pertinet ad ius illius, cuius est, & apud eum firmiter manet, ita Israelitæ semper firmiter mansuri erant apud Deum, licet aliæ gentes variarentur per Idola. Iudei tamen interdum faciebant e contrario, quod magis ipsi variabantur per Idola, quam alia gentes non dereliquerent Deos suos, Israelitæ tamen derelinquebant Deum. De hoc Iere. c. 2. Deus dicit. tranfite vltque ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & videte si factum est huiusmodi, & si mutauit gens Deos suos; & certe ipsi non sunt dii; populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. Alio modo etiam vocatur hereditas Dei tota terra Israel: nam quando quis proprio labore, vel in bello iusto pugnando aliquid acquirit, illud est hereditas eius, Deus tamen acquirerat terram Israel de manu septem populorum Chanaanorum; ideo erat hereditas illius, & per hoc Israelitæ habitantes in terra illa non erant tanquam domini eius, sed tanquam coloni, & Deus poterat imponere terram illi legem, quam velle, sic patet Leui. 25. c. Cum dixit Deus, terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos coloni mei estis, unde & cuncta regio possessionis vestrae sub redemptionis conditione vendetur. In principio. Scilicet in regem: accipitur enim princeps hic stricte, nullus quippe de principibus vngebatur, nisi rex: nam Iosue, qui fuit magnus princeps: & deinde iudices post eum non fuerunt vincti. Et liberabis populum eius. Intellegitur ista liberatio, non quantum ad omnem ablationem grauaminis, vel seruitutis: quoniam non fuit totaliter liber populus Israel a iugo Philistinorum tempore Saulis, sed liberatus fuit tempore Dauid: ipse enim tulit frenum tributi de manu Philistinorum infra 2. lib. ca. 8. & declaratum est satis præcedenti cap. sed qualiscunque alienatio grauaminis dicitur liberatio: sic enim dicitur Samuel liberasse filios Israel de manu Philistinorum supra ca. 7. & tempore eius mansit aliquid de iugo Philistinorum, vt declaratum est. eo. ca. & supra c. præcedenti. De manibus inimicorum eius. Istud relatiuum eius potest referri ad populum Israel, vel ad Deum, & vtroque modo est verum: nam Israelitæ habebant aliquos hostes, a quibus liberandi erant, Deus quoque aliquos habebat, non quod ipse proprie hostes habeat, quia nihil odisse potest, vt patet Sapi. c. 11. s. miseris omnium, quoniam omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam: diliges enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, dicit tamen Deus habere hostes, quia cum Israelitæ essent specialiter populus Dei illi, qui erant hostes Iudeorum erant hostes eius, & pugnabat Deus contra illos, tanquam si essent hostes eius, sic patet Exo. 23. cap. 1. si audieris vocem eius, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Qui in circuitu eius sunt. Id est in circuitu populi Dei. Istud relatiuum eius refertur hic necessario ad populum Dei, quia alias non posset dici, quod in circuitu eius essent hostes. erant autem hostes in circuitu Israelitarum, quorum precipui erant Philistini, qui præbebant dure Israelitas, & erat ista hostilitas a magnis temporibus, sicut declaratum est supra c. 4. in principio, erat quoque Amalecitarum hostes Iudeorum, quia licet tunc non pugnarent contra Israelitas, tamen ante hoc pugnauerant, quoniam erant in deserto, unde Saul iussu Dei pugnauit contra eos, & deleuit illos. Erant autem Amalecitarum ad latus meridianum terra Israel, vt patet 1. 15. c. isti autem interdum faciebant prædas in terra Israel, & in

Deus nemine odit, tamen hostes habere dicitur.

terra Philistinorum, unde inuaserunt urbem Siceleg, & prædantes omnia, quæ ibi erant combusserunt illam, duxeruntque captiuas uxores Dauid, & virorum suorum infra c. 29. & 30. erant etiam hostes Iudeorum Ammonitarum, contra quos fecit primum bellum Saul. 7. sequens. c. erat quoque hostes eorum Idumæi Moabitarum, & Syri, quoniam isti non apparuerunt hostes tempore Saulis, sed tempore Dauid, & Dauid subiecit omnes illos, vt patet 1. 2. lib. ca. 8. Aliqualiter tamen pugnabant contra Israel tempore Saulis, & expugnabat eos Saul, vt patet 1. 14. cap. 1. & pugnabat in circuitu contra omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Saba, & quo cuique se verteret superabat, omnes autem isti habitabant in circuitu terre Israel ad Orientalem, & meridianam plagam. Et hoc tibi signum, quia vnxit te Deus in principem. Fuit supra posita vnctio Saulis, hic autem ponitur certificatio eius, & hoc tibi signum, quod vnxit te Deus, id est si forte dubitas, an ista vnctio sit facta per mandatum Dei, an solum ex voluntate mea, & an aliquid proficiat, vel non, poteris colligere per ista signa, quæ sequuntur, scilicet quod euenerint tibi ista, quæ infra habentur, & cum euenerint scies, quod Deus vnxit te. Si autem non euenerint scias vnctionem esse delusoriam factam sola humana voluntate: hanc enim probationem dat Deus Deutero. 18. c. ad cognoscendum an ea, quæ a prophetis dicuntur, sine a Deo dicta, vel non: cum dicitur, quod si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum, quod dominus non est locutus, hoc habebis signum, quod in nomine domini Propheta iussu plexerit, & non euenerit, hoc dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui Propheta confinxit; ideo non timebis eum. Similem etiam probationem ponit Christus. Ioan. 14. c. f. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis.

Propter quid Samuel dedit ista signa Sauli, cum iam factus esset rex, & Saul de hoc non dubitaret. Quæst. IIII.

QUÆRITUR alicuius ad quid proficiebant ista signa, quæ dantur hic? Respondendum est, quod dabatur ad certificationem, san ista vnctio ad aliquid proficeret, non erat tamen ad certificandum aliquem nisi Saulem, quia ista vnctio erat occulta Israelitis, ideo non poterat dari illis aliquid certificatiuum illius, Sauli autem datum est signum certificatiuum ad hoc, quod ipse crederet vere se esse regem: nam cum alicui offeruntur aliqua magna supra spem suam, vix sibipsum credit, nihil autem maius poterat Sauli conferri, quoniam quod esset rex, potissimum cum ipse esset de parua tribu, & familia; ideo vix crederet etiam si sibi diceret per Prophetam, sic patet a principio cum dixit ei Samuel cuius erunt optima quæque in Israel, nonne tibi, & omni domui patris tui? Respondit Saul nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes filios de tribu Benjamin, quare ergo locutus es mihi sermonem istum? postea autem Samuel honorauit Saulem in conuiuio, & deinde vnxit eum in regem, de qua vnctione nimis dubitare poterat Saul, an esset facta iussu Dei; ideo dedit ei signa, per quæ cognosceret: Israelitæ enim semper fuerunt huius conditionis, quod quamquam multi eorum essent boni, tamen difficiles erant ad credendum, & ideo etiam Deo non credebant in rebus magnis, nisi daret eis signa, & quamquam boni essent petebant signa a Deo, vt certificarentur de promissionibus, quas Deus faciebat ad illos. Sic patet de Gedeone, qui vir bonus erat, tamen quando Deus misit eum ad pugnandum contra Madianitas

Madianitas petiuit signum a domino. vt patet Iudic. c. 6. nec solum petiuit semel, sed pluries, vt patet ibidem: sic etiam Abraham bonus vir erat, & tamen cum Deus dixit ei, ego dominus, qui eduxi te de Hur Chaldeen, vt darem tibi terram istam, & possideres eam. At ille ait: domine Deus unde scire possum, quod possideris sim eam? Gen. c. 15. Sic quoque tempore Christi petebant frequenter ab eo Iudæi signum. sic patet Mat. 16. c. f. Accesserunt Pharisei ad Iesum, & rogauerunt eum, vt signum de celo ostenderet eis. Quod autem conditio esset Iudeorum petere semper signa, patet 1. ad Cor. c. 1. f. Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam querunt, ideo quoniam non peteret Saul signa, per hanc vnctionem: Samuel volens eum magis certificare, dedit ei signa. Sed tunc dicitur quid proficiebat, quod certificaretur Saul de ista vnctione, quod a Deo esset, quia post paucos dies publice asserendum erat in regem, & ibi cognosceret veram fuisse vnctionem.

Respondendum est, quod antequam publicaretur vnctio Saulis ipse facturus erat quædam, quæ iusserat ei Samuel, & si non esset certificatus de ista vnctione, nihil faceret, de hoc patet 1. in litera. f. quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, & istud pertinebat ad aliquam dispositionem ad statum regalem, quod non faceret Saul, nisi certificatus: unde Samuel recte dixit, quoniam euenerint omnia signa fac quæcunque inuenerit manus tua. q. d. antequam euenerint nihil facies.

Cum abieris. Hic ponitur secundum vnctionis certificatio per signa. Et diuiditur in duas partes: quia primo ista signa prædicuntur, secundo de facto reperitur tibi. Itaque cum auertisset. Circa primum dicitur. Cum abieris hodie a me. i. postquam recesseris a me, euenerint tibi ista, quæ prænuncio hodie. An vero omnia euenerint in die illa, vel aliqua, in sequentibus non multum refert. litera quoque satis indifferens est, quia potest referri istud aduerbium hodie ad istud verbum abieris, vel ad illud verbum, inuenies. Si primo modo, non inuenit, quod illa die aliquod signum illorum euenturum erat, sed siue illa die, siue sequenti euenerint, nihil referebat. Si secundo modo, oportet quod intelligatur, quod saltem aliquod signum illorum acciderit illa die. Illud quod ponitur primo de viris apud sepulchrum Rachel, si autem alia acciderint eodē die, vel non, nihil refert. In veritatem tamen omnia in die illa acciderunt, vt patet 1. cum dicitur itaque cum auertisset numerum suum, vt abiret a Samuele immutauit Deus cor aliud ei, & venerunt omnia signa hæc in die illa. Inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel. Nunc enim reuertebatur Saul de Ramatha urbe, vbi morabatur Samuel, & veniebat in terram suam, scilicet ad urbem patris, & transiturus erat apud Bethlehem, vbi est sepulchrum Rachel: est enim Ramatha 16. miliaribus distans a Ierusalem, vt patet in libro de situ terre Sanctæ: transitus autem de vrbe Ramatha in terram Saulis non erat per urbem Ierusalem, sed apud Bethlehem, quæ quatuor miliaribus distat ab vrbe Ierusalem, vt patet in libro de situ terre Sanctæ, sepulchrum autem Rachel, de quo hic dicitur, non est in vrbe Bethlehæ, sed circa illam. In itinere, quo itur de Bethlehem in Ierusalem. Sic patet Gen. 35. c. scilicet. Mortua est ergo Rachel, & sepulta in via, quæ ducit Ephratam, hoc est Bethlehem, sic etiam in Gene. 48. ca. f. mihi enim quando veniebam de Mesopotamia mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, & sepelii eam iuxta Ephratam, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. Est autem istud sepulchrum quadam magna pyramis, constructa in altum, & sub ea sunt 12. lapides in signum 12. filiorum Iacob, quæ vsque in hodiernum diem videtur a transeuntibus de Ierusalem in Bethlehem: distat autem sepulchrum illud milia-

Sepulchrum Rachel vbi sit.

Ario vno a Bethlehem, & tribus miliaribus a Ierusalem vocaturque locus ille Cabrata. De hoc in libro de situ terre Sanctæ. De hoc sepulchro habetur Gen. 35. scilicet: Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius: hic est titulus monumenti Rachel, vsque in presentem diem. In finibus Benjamin. Id est isti duo viri, qui erant apud sepulchrum Rachel erant in finibus Benjamin. i. in extremitate fortis Benjamin. Nicolaus arguit, quod hoc dictum implicat contradictionem, vt videtur, quia Rachel sepulta est iuxta Bethlehem. Gen. 35. c. Bethlehem autem est in sorte Iudæ. Math. c. 2. ideo non poterat esse sepulchrum Rachel in finibus Benjamin, id est isti viri, quos tu inuenies sunt nunc apud sepulchrum Rachel, quando tamen tu inuenieris eos erunt apud fines Benjamin, hoc tamen procedit ex habitudine locorum: est enim vtrunque verum. scilicet illi viri erant simul in finibus Benjamin, & apud sepulchrum Rachel: nam fors Iudæ est maxime meridianam in tota terra Chanaan, quod patet Iosue. cap. 15. nam illa loca, quæ ponuntur ibi tanquam termini meridiani ipsius fortis, ponuntur Num. ca. 34. tanquam termini meridiani totius terre Chanaan, fors autem Benjamin est coniuncta forti Iudæ. f. quod latus meridianum fortis Benjamin, & latus septentrionale fortis Iudæ sunt idem latus, quod patet, quia illa loca, quæ ponuntur Iosue. c. 15. in latere septentrionali fortis Iudæ ponuntur in latere meridiano fortis Benjamin. Iosue c. 18. hoc autem stare non poterat, nisi ista duo latera duarum fortium coniuncta essent, sic autem erat, quod Bethlehem erat in extremitate lateris aquilonaris terre Iudæ, ideo necesse erat, quod apud Bethlehem esset terminus australis terre Benjamin, est. n. Bethlehem ex vna parte, & Ierusalem ex alia, inter quæ est spatium quatuor miliariorum, & inter ista duo loca transeunt termini Iudæ, & Benjamin: est enim Ierusalem in terra Benjamin: Bethlehem autem in terra Iudæ: & apud urbem Ierusalem transit terminus iuxta fontem Rogel. Iosue c. 15. & fons Rogel est apud portam Ierusalem in quadam valle, vt patet infra 3. li. c. 1. ibi enim Adonias inuitauit eos, qui vngebant eum in regem. Maxima ergo pars spaci illorum quatuor miliariorum, quæ sunt inter Ierusalem, & Bethlehem pertinet ad terram Iudæ, & quia sepulchrum Rachel distat vno miliario a Bethlehem necesse est, vt sit intra sortem Iudæ, est tamen satis propinquum illud sepulchrum finibus Iudæ, & quia termini Iudæ, & Benjamin sunt idem, cum sit sepulchrum Rachel in finibus Iudæ est in finibus Benjamin, & sic accipitur hic, quod satis declaratur immediate in litera cum dicitur. In meridie. i. ad partem meridianam finium Benjamin. scilicet sepulchrum Rachel est meridianum respectu finium Benjamin, eo quod terra Iudæ est magis meridianam, quam terra Benjamin, vt declaratum est, sed sepulchrum Rachel est in finibus Iudæ: ergo necesse est, quod sit ad partem meridianam finium Benjamin. Salientes magnas foueas. Id est illi viri apud sepulchrum Rachel saltabant super foueas. Nicolaus dicit, quod non habetur hoc in Hebræo, nec in libris correctis, an vero in libris correctis sit, nescitur neque qui sint libri correcti, nisi rediretur ad originalia Hieronymi, quæ nullus nostrum vidit, sed quod hoc in hebræo habeatur, satis constat, licet non habeatur tam explicite, vt hic, nam vbi nos dicimus salientes magnas foueas, in hebræo habetur. *Becilza*. Quod a quibusdam putatur esse nomen proprium, & tamen est commune, quia Be in hebræo est præpositio, sicut apud nos est in: cilza significat saltare, & sic interpretatur Becilza. i. in saltando. Hieronymus autem, quia vidit hoc imperfectum dixit magnas foueas, & forte, quia apud locum illum erant magnæ foueæ, & videns sententiam esse incompletam cõpleuit illam.

illam. Hoc autem apparet, quia ubi dicitur: insiliet in te spiritus, ponitur tale nomen, sicut iste cilza, similiter etiam ubi dicitur, & insiliet in eum spiritus domini, ponitur idem vocabulum: ergo ita significauit hic becilza saltare, vel in saltando. *Dicuntque tibi inuenta sunt asinae, ad quas ieras perquirendas.* Isti viri forte erant de cognatione Saulis, vel de terra sua, & cognoscebant quomodo perditae fuerant asinae, & inuenta, & nunc nouiter venerant de vrbe Saul: ideo potuerunt ei denunciare, quo pater suus sollicitus erat pro eo, & asinae inuentae erant. Deus autem fecerat Saulem oberrare non inueniendo asinas, ad hoc, quod veniret in Ramatha, & ibi vngeretur a Samuele in regem: sic enim dixerat Deus Samueli, hac ipsa hora, quae nunc est, mittam ad te cras virum de Benjamin. *Et intermissis pater tuus asinis sollicitus est pro vobis.* Idest iam non curat de asinis, & dolet de absentia vestra, sed Saulis, & pueri eius: sic enim dixerat supra Saul precedenti cap. veni, & reuertamur ne forte dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis: non poterat autem pater Saulis intermittere asinas, quia iam inuentae erant, sed est sensus, quod pater Saulis intermissis asinis est sollicitus pro filio, & etiam si asinae non essent inuentae intermitteret illas, & minus curaret, quam nunc pro absentia filii. *Sollicitus est pro vobis, & dicit quid faciam pro filio meo.* Saul aberat per aliquot dies ultra, quam debuisset esse in quaerendo asinas, ideo iam pater eius putabat, quod non moraretur iam in quaerendo asinas, sed quod aliquod sinistrum ei accidisset. *Cumque abieris inde, & ultra transferis.* Scilicet progrediendo per iter, quod ducit in terram tuam, ad quam tunc festinabat Saul. *Et veneris ad quercum Thabor.* Ista quercus erat in via: erat enim ista arbor famosa, quia magna erat, & unica in loco illo, sicut dicitur de ilice Mambre, apud quam habitabat Abraham, de quo Gene. 18. cap. erat enim illa arbor valde magna, & famosa, mansitque magno tempore, ita autem erat ista quercus nimis famosa inter Israelitas, vocatur autem quercus Thabor, quia forte erat in monte Thabor: est tamen Thabor quidam mons excelsus in terra Israel, in quo sacrificia transfugeratus est coram tribus discipulis suis, de quo Mat. c. 17. & Marci. 9. erat autem iste mons in sorte Issachar, sicut ait Iosephus quarto Antiquitatum: est enim inter sortem suam, & sortem Zabulon, ut patet Iosue c. 19. in monte autem illo rarae arbores erant, sed erat ibi illa quercus, ideo ipsa per se nominata est tanquam nulla alia esset: erat autem transitus Sauli pro terra illa per locum illum.

Quercus Thabor.

Mons Thabor ubi.

Mons Thabor, in quo multa mirabilia facta fuerunt.

An arca domini fuerit in Masphat, & Galgala

Inuenient te ibi tres viri ascendentes ad dominum in Bethel. Idest apud montem Thabor obuiabis tribus viris euntibus in Bethel. Est enim magis meridianus locus Bethel, quam mons Thabor, quia mons Thabor est in sorte Issachar, ut dictum est: Bethel autem est in sorte Benjamin, ut patet Iosue 18. c. fors autem Benjamin est magis meridiana, quam Issachar: mons autem Thabor est in parte orientali Iudaeae quatuor miliaribus distans ab vrbe Nazareth, & ultra illum duobus miliaribus versus orientem est mons Hermon, in quo obuiavit rex Salem Melchisedech Abrahae reuertenti de caede regum, qui pugnaverant contra Sodomitas. Gene. 14. c. De hoc patet in libro de situ terrae Sanctae, dicitur autem, quod isti viri veniebant ad dominum in Bethel. *Ad faciendum sacrificia, quia ibi specialiter faciebant sacrificia Israelitae illo tempore.* Et ex hoc apparet, id quod dicebatur supra c. 7. quod non recte dicitur, quod arca domini fuit in Masphat, & in Galgala, eo quod quoniam Israelitae erant in illis locis, dicitur, quod erant coram domino: nam etiam hic dicitur, quod illi, qui ascendebant in Bethel ascendebant coram domino, & tamen nemo dicit, quod arca, vel sanctuarium fuerit

aliquando in Bethel: dicitur tamen in omni loco esse aliquis coram Deo, in quo Deus specialiter est, & quia in omnibus his locis fiebant sacrificia, & impendebatur Deo cultus, dicebatur ibi esse Deus, & quando erant ibi homines, dicebantur esse coram domino: apud istum autem locum Bethel a principio cum introisset Abraham in terra Chanaan construxit altare & immolabat ibi: de hoc Gene. c. 12. Cum dicitur, & transgrediens ad montem, qui est contra orientem Bethel, retendit ibi tabernaculum suum ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hay, edificauit ibi quoque altare domino, & inuocauit nomen eius: ob hoc autem specialiter Israelitae voluerunt colere Deum faciendo sacrificia in Bethel. Postea quoque apud locum illum viuente Alexandro magno, & transeunte per terram Iudaeae, ex eius concessione Samaritani fecerunt templum magnum, & ibi colebant dominum offerentes sacra. De hoc loquitur Iosephus in fine 11. libri Antiquitatum, & alibi magis declarabitur. De hoc autem quaesuit mulier Samaritana a Christo apud fontem dicens: Domine video, quia Propheta es tu, patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolimis est locus ubi adorare oportet. Io. 4. c. In hoc autem loco rex Ieroboam posuit vnum de vitulis aureis, quando fecit populum auerti a domino infra 3. lib. cap. 13.

Vnus portans tres haedos, alius tres tortas panis, alius portans lagenam vini. Isti tres viri ibant ad offerendum, & ista pertinebant ad oblationem, quia tres haedi poterant offerri in quocumque genere sacrificij, scilicet in holocaustum, vel hostiam pacificam, vel pro peccato: panes etiam offerri poterant, vel per se, vel tanquam partes aliorum sacrificiorum: per se enim, quia illi, qui pauperes erant non potentes offerre animalia offerebant saltem modicum de pane, & si ponuntur multa genera panis offerendi: Leui. c. 2. poterant etiam offerri panes tanquam partes sacrificiorum, sicut in sacrificio pacifico, de quo Leui. c. 7. vinum autem poterat portari, ut esset libamentum, quia semper in sacrificijs ponebantur libamenta, nisi illa sacrificia essent pro peccato, & vnum de libamentis erat vinum: Num. c. 15. hic autem ubi nos dicimus lagenam Iosephus dicit vitem, sed ad idem redit: nam lagenam magnum vas est apud Hebraeos, poterat etiam dici, quod portabant isti viri panes, & vinum pro itinere, & non pro sacrificijs, patet quia cum ipsi portarent tres panes, duos illorum dederunt Sauli, ut patet infra. *Cumque te salutauerint dabunt tibi duos panes.* Forte isti viri cognoscebant Saulem: ideo dederunt ei duos panes videntes, quod iter ageret, & egebat eis, Saul autem non erat petiturus panes, sed viri gratis obtulerunt ei, quod patet, quia iussit Samuel, quod acciperet de manu illorum, si tamen ipse peteret non est dubium quin vellent accipere de manu ipsorum, & non oportebat, quod iuberetur ei accipere. *Et accipies de manu eorum.* Scilicet, quia dignum erat, quod acciperetur de manu eorum, cum ipsi libenter offerrent.

Post haec venies in collem domini. Istud est vltimum signum, quod euenit Sauli, & fuit in colle domini, scilicet, ubi erant prophetae.

Rabbi Salomon dicit, quod iste collis erat Cariathiarim, qui vocatur collis domini, quia ibi erat arca domini in domo Aminadab supra cap. 7. & in vrbe illa erat collis magnus, in cuius parte quadam erat domus Aminadab, & ibi erat arca domini, sic patet primo Paralip. cap. 13. scilicet, quod iussit Dauid, ut adduceret arcam Dei de Cariathiarim, & ascendit Dauid, & omnes viri Israel ad collē Cariathiarim, & per hoc dicitur supra c. 3. quod posita est arca in Cariathiarim in Gabaa, quia Gabaa significat ibi collem, ad illum locum conuenienter

Collis domini ubi erat.

Opin. Nicolai reprobatur.

Opin. auctoris.

Statio quae significat.

uenienter prophetae venirent, ut ibi laudarent dominum in diuersis vasis musicis, eo quod ibi erat arca. Nicolaus autem dicit, quod non videtur hoc verum, quia iam translata erat arca de Cariathiarim in Masphat, ut ipse declarauit supra c. 7. sed istud est arguere ex fundamento erroneo, quia ubi probatum est nunquam fuit translata arca de Cariathiarim ad aliquem alium locum, usquequo Dauid transtulit eam, de quo infra 2. lib. c. 6. & primo Paralip. 13. Ponit tamen Nicolaus circa hoc alium sensum, dicens quod iste collis erat aliquis locus, in quo manebat prophetae, & probat, quia dicitur immediate, ubi erat statio Philistinorum, sed in talibus locis erat conuenienter statio. Dicendum tamen, quod iste locus erat quadam ciuitas, quae vocabatur Gabaa: & ita ponitur hic in Hebraeo: nam ubi litera nostra dicit collē, litera Hebraica dicit Gabaa, est autem Gabaa ciuitas quadam in terra Benjamin, & in ista ciuitate habitabat Saul, sic patet infra in litera, l. Et Saul abiit in domum suam in Gabaa, & infra c. 13. dicitur, quod erat Gabaa in Benjamin. Et apparet quod sit iste locus. Primum, quia hic ponitur Gabaa in Hebraeo, sicut infra ubi nominatur Gabaa Benjamin. Secundum, quia in Gabaa terminata sunt omnia signa, quae hic annunciatia sunt: nam habitabat in Gabaa Saul, & usque ad locum ipsum acciderat ei signa. Cum autem dicitur hic, quod venit ad collem Dei non ponuntur alia signa, ideo videtur, quod iste collis, siue Gabaa sit Gabaa, quae est ciuitas Benjamin. Tertium, quia in Gabaa habitabat Saul, ut patet infra in litera, & tamen in isto colle cognoscebat Saul ab omnibus, quia dictum est: Numquid Saul inter prophetas? ergo de illo colle erat ipse oriundus. Item immediate, ut accessit ad illum collem, dicitur quod quaesuit patris eius a Saule, postquam cessauit prophetae quid acciderat eis cum Samuele, ergo in loco illo, in quo Saul prophetauit, erat pater eius, & cognatio sua: ergo videtur quod ille locus erat habitatio Saulis: & conuenienter erat Gabaa. Item patet hoc, quia dicitur hic ubi est statio Philistinorum, scilicet in colle illo, siue vrbe erat statio Philistinorum: ista tamen erat in Gabaa terrae Benjamin, ut patet infra c. 13. percussit Ionathas stationem Philistinorum, quae erat in Gabaa: ergo iste collis domini erat in Gabaa, & ibi habitabat Saul, & cognatio sua, ut patet. In litera, & ista fuit causa, quare Deus fecit, quod Saul magis prophetaeret in Gabaa, quam in aliquo alio loco, quia ibi magis cognoscebat: si enim in aliqua alia vrbe prophetaeret non fuisset visum mirabile, quia putaretur propheta, & filius prophetae, hic tamen quia cognoscebat, quod nullo modo attineret ad prophetas, quia non erat filius prophetae, omnes admirati sunt, & patet hoc, quoniam dicitur, quae nam res accidit filio Cis, Num Saul inter prophetas? & dicitur ibi, quod dixerunt omnes, qui nouerant eum ab heri, & nudiustertius: erat igitur in loco suo, & ibi ei istud accidit, ut cognosceretur mutatio eius facta a Deo: nam Deus volebat de propinquo eum facere regem coram toto populo, id voluit monstrare aliqua signa in eo, quod Deus tangeret eum per aliquot dies ante. Vocatur autem ista ciuitas Gabaa collis Dei, quia ibi erant prophetae laudantes Deum. *Vbi est statio Philistinorum.* Scilicet in vrbe ista Gabaa erat statio, habitatio Philistinorum, statio enim a stando dicitur, & significat proprie portum inanis, in quo naues tranquilla sunt, sic patet Gen. 49. Zabulon in litore maris habitauit, & in statione nauium perueniens usque ad Sydonem. Aliqua autem accipitur statio, pro castris, vel loco, in quo manet acies ordinata ad bellum, & dicitur etiam statio, quia ibi stant. Aliqua autem vocatur statio habitatio, sicut ubi aliquis manet, sic autem erat statio Philistinorum in Gabaa, scilicet manebat ibi multi Philistini, & habitabant in loco

ipso, hoc autem erat, quia adhuc Philistini habebant onera tributo super Israelitas, & collocauerant ibi multos de terra sua ad colligendum tributa, quae recipiebant Philistini ab Israel. Etiam manebant ibi ad tenendum terram in pace, sine insurgerent Israelitae contra Philistinos. Etiam manebant ibi, ut sciret quid fiebat in toto Israel, & facerent obseruari leges, quas imposuerat Israelitis Philistini: uenerunt namque fabros ferrarios esse in toto Israel, sed quod descenderet Israelitae in terram Philistinorum ad parandum omnia instrumenta agriculturae, si autem non fuissent aliqui de Philistinis in terra Israel, qui cogerent ista obseruari fabricasset sibi Israelitae arma, & omnia, quae ad bellum necessaria erant. Manserat autem ista statio Philistinorum tempore Samuelem, sed cum fuisset Saul confortatus in regno, Ionathas filius Saulis, quem pater collocauerat in Gabaa cum mille viris, percussit omnes Philistinos, qui manebant ibi ad exigenda tributa, & conseruandas reliquias impositiones Philistinorum, de hoc dicitur supra c. 13. l. & percussit Ionathas stationem Philistinorum, quae erat in Gabaa, & tunc exiit se Israel aduersus Philistinorum, & ibi incepit bella pro tota vita Saulis & Philistinorum. Sed aliquis arguet, quia supra c. 7. dicitur, quod non apposerunt Philistini ultra, ut venirent in terminos Israel factaque est manus domini super Philistinos cunctis diebus Samuelem, liberauitque Israel de manu Philistinorum, eratque pax inter Israel, & Amorrhgom. Respondendum est, quod oibus diebus Samuelem, & toto tempore, quo mansit Samuel in principatu iudicatio, Philistini non redierunt in terram Israel ad pugnandum, eo quod fuit facta pax inter Philistinos, & Israelitas, tributa tamen semper manerunt super Israelitas, licet non essent graua, sicut a principio, & ex tempore illo est existere pace manebat statio Philistinorum in Gabaa, illi tamen non conturbabant terram facientes bella, sed manebant ibi in tranquillitate colligentes tributa, & tenentes terram in pace, ne insurgerent contra Philistinos. Et cum dicitur quod liberauit Samuel Israel de manu Philistinorum, non intelligitur, quod liberauit ab oibus oneribus, sed aliquantulum releuauit grauitatem seruitutis, & erat diebus eius pax inter Israelitas, & Philistinos. Cessatio a bellis, sed non a tributis. *Et cum ingressus fueris urbem.* Ista vrbs erat Gabaa, in qua erat collis domini, prius autem introiit Saul in urbem, quam ascenderet in collem, sic patet supra c. 7. ubi dicitur, quod cessauit prophetae Saul, & venit ad excelsum, prophetae tamen sua fuit in introitu urbis Gabaa, quia ibi inuenit prophetas. *Obuium habebis gregem prophetarum.* Idest ibi obuiabis multis prophetae, qui simul ueniunt de excelsu. Erant autem in multis locis iste congregationes prophetarum: sic enim patet de vrbe Ramatha: ibi enim erat cuneus prophetarum vaticinantium, & Samuel super eos infra c. 19.

Qui erant isti prophetae, quos obuios habuit Saul, & quomodo erant multi simul, & qualiter prophetabant, & de conditione spiritus prophetici. Quae sunt. V.

QVAERET aliquis de istis prophetis, qui erant, vel quomodo erant simul iuncti, & prophetabant in vno loco. Respondendum est, quod propheta, quando proprie accipitur, est ille, qui a Deo reuelationem recipit, & eleuatur lumine supernaturali ad aliquid intelligendum, quod alij intelligere nequeunt, & isti cognoscunt abscondita, siue praeterita, siue futura, & sciunt respondere de eis: isti autem vocantur a nobis prophetae, ut est Ieremias, Isaias, & omnes duodecim prophetae minores, & Samuel, Elias, Euseus, & similes, et in nobis nihil scriptum reliquerint. Alij autem vocantur prophetae, qui non enunciant aliqua de futuris, nec reuelant abscondita, nec Deus tangit mentem eorum ad cognoscen-

Prophetae multipliciter dicuntur.

Psalmi David pauci continent prophetiam.

scendum hec, tamen sunt viri, valde sapientes in scriptura, & magni iudicii, & per hoc sciunt formare magnas laudes de Deo faciendo pulchra cantica, & Psalmos, sic enim patet de Psalmis David: omnes enim illi dicuntur prophetici: tamen plurimi illorum sunt, qui prophetiam nullam continent, sed solum Dei laudem enarrando aliqua Dei facta preterita, vel declarando aliquas perfectiones Dei, vel eleuando mentem nostram in Deum. Aliqui tamen sunt qui continent aliquid futurum, & occultum, & quantum ad illos David erat verè propheta. In aliis autem magis erat sapiens, vel dictator quam propheta: huiusmodi autem erant multi viri in Israel, qui erant sapientes in lege, & magni ingenii ad excogitandum aliquid quod in lege non esset, & pertinere ad laudem Dei: vocabantur autem isti in templo cantores, & erant plurimi diuisi in 24. sortes per David, erantque principes eorum Heman, Ethan, Idithun, vt patet 1. Paral. 25. c. oēs autem de genere istorum, siue docti, siue indocti separati fuerunt ad hoc officium, vt canerent, & laudarent Deum, & hoc in diuersis instrumentis, quæ fabricauerat David, fecerat quoque cantica multa, quæ docebat istos cantores, & ipsi postea canebant in sanctuario tempore sacrificiorum: quando autem isti canebant coram dño dicebantur prophetae, sic patet preal. cap. cum dicitur. Igitur David & magistratus exercitus segregauerunt filios Aaph in ministerium, & Heman, & Idithun qui prophetarent in citharis, & psalterijs, & cymbalis secundum numerum suum dedicato sibi officio seruientes. Ex hoc autem apparet tripliciter, quod isti non erant prophetae, quæ dicantur prophetare. Primo quia dicitur, quod isti erant distincti sibi numerum suum. i. erat assignatus certus numerus istorum prophetantium: si tñ essent verè prophetae non posset assignari certus numerus eorum per hoies, quia spūs propheticus non est aliqd quod hō habeat labore, vel ingenio, aut natura, sed sola diuina inspiratione. 2. Pet. c. 2. Et dato, quod semel Deo aliquibus daret spiritum propheticum, non poterant illi per homines segregari in numerum prophetarū, quia spūs propheticus non est tanquam habitus scientificus, vel moralis, qui postquam acquisitus est, immanet ei, in quo est, & non potest per se diligenter eum tenere voluerit ille, cuius est, sed est spiritus propheticus lumen quoddam raptim transiens, & dum illud immanet, ille qui est propheta cognoscit occulta, quæ Deus ei tunc reuelat. Cum autem transierit illud lumen, nihil magis propheta cognoscit, quæ qui non est propheta. Contingit autem interdum, quod Deus alicui det spiritum propheticum semel, & postea nunquam det, sicut patet de nunciis Saulis, quos misit ad tenendum David in Ramatha: nam tñ misit nuncios, & omnes prophetauerunt quousque iuit ipse Saul, & etiam ipse prophetauit. 7. ca. 19. Constat tamen, quod isti nunquam postea prophetauerunt, quia prophetia non fuit eis data tunc, nisi ad experientiam miraculi, & vt non comprehenderent David: ita ergo esse poterat, quod alicui Deus daret spiritum propheticum, vt semel, vel bis prophetaret in sanctuario, & postea nunquam prophetaret. Si autem iste assumeretur in officium, & numerum prophetarū reperiretur postea ineptus, quia nunquam postea prophetaret: ergo non erat ista prophetia diuina reuelatio, sed quedam scia, quæ hominibus immanet firmiter, sibi quam poterant separari in numerum certum, & semper proficerent ad id ad quod separabantur. Secundo patet, quia dicebantur in his verbis dedicato sibi officio seruientes, & sic ponitur prophetare, tanquam officium, & ministrabant isti in officio suo, officium tñ est aliquod genus exercitationis, cui quis vacare potest, quando vult, & dicit officium quandam continuitatem. Id quod homo quo-

Spūs propheticus quid sit.

tidie facit: vnde officium ab efficiendo dicitur, quia est id, quod homo quotidie efficit, prophetare tamē non est huiusmodi, quia nō est in potestate pphetae, quando voluerit prophetare. Etiam nō est essentielle prophetæ prophetare, sed valde per accidens. s. quando Deus voluerit eum mouere, vel ei aliquid reuelare, sic patet de Ieremia: nam petierunt ab ipso principes Iuda, vt quæreret a domino, an manere deberent in terra illa, vel descendere in Aegyptum. Ieremias autem apposuit se, vt oraret, sed Deus non reuelauit se ei vsque ad decem dies, vt patet Iere. c. 42. nō potest ergo vocari officium, & tamē hic dicitur, quod isti prophetabant, & erant in officio eis assignato: ergo non erat prophetare. Item patet ex hac parte, quia David & magistratus exercitus distinxerunt ista officia, & assignauerunt quosdam in officio prophetarū, ergo erat i potestate David, & magistratū assignare istud officium quibus vellent, alioquin stulte agerent conando ad impossibilia, sicut si quis conaretur iubere nubibus, quod plueret; ergo erat i potestate David istud officium imponere, si tamē esset verè prophetare nō esset in potestate alicuius assignare cuiquā istud officium, sed pertinet ad illum cui Deus vellent reuelare, & quādo vellet, non erat ergo istud proprie prophetare. Tertiō patet ex eodem cap. quia dicitur, quod omnes filij Heman, Hethan, & Idithun fuerunt separati ad hoc officium, si tamē esset verè prophetia nō contingeret, quod omnes de cognatione istorum pphetaret, quia prophetia semper fuit rara, ergo erat quoddam aliud genus sciendi. Item dicitur de istis, quod doctus pariter, & indoctus fuerunt diuisi per sortes in isto officio, si tamen essent prophetae non vocaretur aliquis eorum indoctus, cum quilibet ppheta illustretur lumine diuino.

Item patet, quod non erat ista vera prophetia, sed aliquid pertinens ad eruditionem humanam, quia in prophetis sic est, quod vnus non erudit alium, sed omnis cognitio prophetica immediatè est a Deo, sed de istis prophetantibus dicitur, quod erant quidam doctores. s. 288. & isti erigebant canticum domini, ergo erant alij, qui erudiebantur ab istis, & isti incipiebant canticum tanquā sapientiores. Non erat ergo ista prophetia. Item prophetæ non vocantur sapientes, sed prophetae, nec est comparatio vniuoca inter sapientem aliquem, & prophetam. Nam prophetae interdū nihil sciunt, sed sunt penitus rustici, & ignorant aliquid, quod pertinet ad speculationem, sic patet in Amos, quod dixit: Non sum propheta, & non sum filius prophetae, sed armentarius ego sum, vellicans sicomoros, & tulit me dominus cum sequerem gregem, & dixit ad me vade, & propheta ad populum Israel, vt patet Amos. c. 7. q. d. ego totaliter erā rusticus, & nihil sciebam, vt præsumerem loqui ad totum populum: Deus tamen iussit mihi, vt loquerer. Sapientes autem cognoscunt multa de speculabilibus: ideo cōparatio inter sapientem, & prophetam est velut in non cōmunicatibus, vt si dicatur nix est albior coruo, vel è contrario, vel si quis velit facere minorem quādam equiuocationem dicens stilus est acutior voce. Isti tñ qui prophetabāt hic comparantur ad sapientes: ergo non erant pphetae patet hoc. 7. lib. c. 4. Cum dicitur, quod sapientia Salomonis præcedebat sapientiam omnium orientalium, & Aegyptiorum, & erat sapientior cunctis hoibus, & sapientior Heman, & Ethan, & sic ponunt ibi isti duo, qui erant principes canentium in Sanctuario tanquā sapientes magni: nam comparatur Salomoni, quod erat sapiens, & non ppheta: ergo non erant isti prophetae, interdum tñ aliqui istorū, qui erant viri boni accipiebant spūm propheticum, illud tamē, in quo ipsi dicebantur prophetare non erat prophetia, quod est magis patet,

Propheta interdū nihil sciunt, sed sūt penitus rustici.

patet, quia isti erāt tota die in oblatione matutina, & vespertina canētes, & in solēnitatibus, primo Paralip. c. 23. Et in hoc dicebatur prophetare, non tamē erat prophetare, quia tunc continuè esset in eis spiritus propheticus, & in quibuscūque horis ipsi vellēt, quod nulli hominum vnquā accidit: nā Moyses fuit maximus propheta, & tñ non prophetabat omni tpe, quia interdū quærebant ab eo aliqua, in quibus nesciebat rñdere quousque cōsuleret dñm, vt patet in qñe filiarum Salphaad, Num. c. 27. Item dicitur Num. c. 7. quod quā Moyses volebat cōsulare oraculum ingrediebāt in tabernaculum sederis, & ibi audiebat vocem loquētem de medio Cherubin: si tamen ipse omni tēpore haberet spiritum propheticum, nō oporteret, quod cōsuleret dominū introeundo in Sanctuarium: ergo non semper habebat spiritum propheticū, & cōsequenter nec isti habebāt: isti tamen dicebantur semper prophetare, quando volebant, ergo nō erat illud verè prophetare. Item ille qui prophetat solū habet quādam immutationem a quodam lumine interiori intra se: isti tamē dicebantur prophetare in psalterijs, & cymbalis, & tympanis, vt patet primo Paralip. ca. 25. ergo non erat prophetare. Si autem arguatur de Eliseo, qui quando voluit prophetare, dixit adducite mihi psalterium, & tunc prophetauit infra 4. lib. cap. 3. Respondendum quod ibi non prophetauit Eliseus in aliquo organo musico, sed ad hoc, quod ille prophetaret, fecit quod corā eo quidam caneret, & illo canente facta est manus domini super eum, & pphetauit, vt patet ibidem; sic ergo dicendum est de isto grege prophetarum, quos inuenit Saul descendentes de colle Dei, scilicet, quod ipsi non erant pphetae, sicut Samuel, Elias, & Eliseus, scilicet, quibus Deus reuelaret abscondita, sed erant viri sapientes, & deuoti, qui conueniebāt ad collem illum in Gabaa, & ibi laudabant Deum in canticis, & psalmis habentes diuersa vasa musica. Sic etiā dicendum est de grege prophetarum, quem inuenit nuncijs Saulis in Ramatha cum Samuele, & erāt ibi prophetantes, & tunc Saul prophetauit cum illis. An verò de istis essent aliqui verè prophetae non est difficultas, satis enim verisimile est, quod essent: & quādoque reperiantur similes modi loquēdi in scriptura, vel dicitur, quia multi sunt pphetae simul, aut quod erant prophetantes intelligendum est de istis prophetis, & non de verè prophetis. Descendentium de excelso. Istud excelsum erat quidam collis intra vrbē Gabaa, & vocabatur collis Dei, vt patet supra eo, quod ibi erat specialis locus cultus diuini, scilicet, quia ibi conueniebant omnes illi prophetae, & laudabant Deum in canticis, & organis, sicut postea fiebat in Sanctuario, facto templo Salomonis, vt patet primo Paralip. cap. 23. & 25. Cū autem Saul introiit in vrbem iam non erant prophetae in excelso, sed descendebant, erantque circa portam vrbis, nondum tamē desierant prophetare, quia prophetabant dum redirent, & tunc incepit prophetare eum eis Saul. Et ante eos psalterium. Id est isti prophetae habebant coram se vasa musica, in quibus canerent, & pulsarent coram domino. Aliqui dicunt, quod istud erat sicut de propheta Eliseo, qui quando voluit prophetare fecit coram se adduci psalterium infra 4. lib. cap. 3. Sed dicendum est, quod non est simile, quoniam ibi Eliseus nihil canebat in voce, vel pulsabat in aliquo musico vase, sed fecit, quod coram eo pulsaretur, & caneret quidam, tunc autem excitatus est spiritus eius, & irruit super eum spiritus domini infra 4. lib. cap. 3. isti autem prophetae, de quibus hic non habebant coram se vasa musica ad hoc, quod alijs increpantibus in eisdem vasis ipsi immutarentur a Deo, & inciperent prænunciare aliquid propheticum, sed ipsimet canebant in voce

laudes Dei, & faciebant melodiam in vasis musicis, eo quod ipsi verè non prophetabant, sed solum laudes Dei prænunciabant, sicut cantores templi de genere Leuitarum, qui erāt separati in ministerium, vt prophetarent in citharis, & psalterijs, & cymbalis secundum numerum suum dedicato sibi officio seruientes, primo Paralip. cap. 25. & ponuntur hic quatuor instrumenta. Primum eorum est psalterium, quod habet choras decem, et sic vocatur decachordum, vt patet in Psal. cap. 16. scilicet. In psalterio decachordo psallam tibi, id est in psalterio, i. o. chordarū. Et tympanum. Est enim istud quoddam instrumentum de ligno factum opertum pellibus animalium rasis, & dicitur tympanum a tinniendo, quia tinnitus reddit, percussit autem manu, & secundum variam percussionem variè sonat, prinet autem ad choreas, & gaudia puellarum. Et sistrum. Istud est instrumentum æneum factum ad modum tubarū: habet enim longos, & strictos sonorum meatus: ideo fortiter clangit: pertinet autem ad bellas voces, vt ebantur tamen Iudæi illo ad laudes Dei: quoniam etiam vtebantur in sacrificijs, & in laudibus Dei tubis argenteis, quæ pertinebant ad bella, sic patet Nume. cap. 10. vbi iubetur, quod sint duæ tubæ argenteæ ad vocandum populum, & mouendum castra, & ad festiuitates, & conuiuia, & ad bella. Et citharam. Istud est instrumentum habens 10. cordas, sicut psalterium, quamquam alio modo sonas, plestroque percussit, vt ait Iosephus septimo Antiquitatum. Dicit aliquis, quomodo vtebantur Iudæi istis instrumentis ad laudem Dei: nam deberent vti instrumentis honestis, & non illis, quibus puellæ choreas ducunt, sicut est tympanum, & similia, nec deberent vti illis instrumentis, quæ pertinent ad gaudia secularia. Respondendum est, quod Deus operibus nostris non mouetur, id est non curat an tales, vel tales ceremonias eis exhibeamus, sed solum mētem nostram considerat: ideo cum homines puro corde Deū honorare desiderant, siue istas, siue illas ceremonias exhibeant, dum tamē intendunt sic se exhibere honorem, nihil refert, sic autem isti prophetae erant viri boni verè desiderantes Deum colere, & vt cultus eorū maior appareret, in multis instrumentis canebant. Apparet autē hoc in David, qui fuit vir nimis deicola studens quantum valuit diuinum ampliari cultum: ideo quando ipse transtulit arcam de Cariathiarim in Ierusalem fecit, quod Israelitæ concreparēt in oibus instrumentis cuiuscunque generis, & ad quacunque gaudia pertinentibus, vt patet infra 2. lib. c. 6. scilicet. Omnis Israel Iudebant corā domino in omnibus lignis fabricatis, & citharis, & tympanis, & sistris, & cymbalis, nec solum hoc, sed etiam David faciebat ludos seculares nudatus coram arca, scilicet saliendo coram illa; nam dicitur, quod saltabat ante dominum totis viribus, ita vt despiceret enim vxor sua Michol: ista autem secundum se non erant valde honesta, sed potius vilem reddebant hominem, quia tamen siebant ex abundantia cordis ad diuinum cultū, Deus illa nimis suscipiebat, sic patet eodem cap. cum dixit David: Ludam ante dominum, qui elegit me, ludam & vilior fiam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Congruum ergo erat hoc modo applicare ad diuinum cultum omnia instrumenta, ipsosque prophetantes. Id est, & illi prophetae quando descendebant de excelso, prophetabant semper laudantes dominum. Et insiliet in te spiritus domini. Id est veniet super te virtus Dei, quæ faciet te prophetare.

Quatuor instrumenta, cū quibus canebant laudes Dei antiquis.

An debeant musica instrumenta applicari ad cultum Dei.

Quis

Quis spiritus Dei fuit, qui infuluit in Saulem, & de multiplici spiritu Dei. Quæst. V I.

QVAERET aliquis quis spiritus Dei fuerit iste. Aliquis respōdebit, q̄ fuit spiritus propheticus: nam dicitur immediatē, & prophetabis cum eis, s̄q̄ nesciebat ante hoc Saul prophetare, nunc autem veniēte spiritu Dei super se prophetavit. Rūndendum est, q̄ spiritus dī a spirando, & propriē significat statum ventorum, sic accipiē Psal.9. spiritus procellarum pars calicis eorum, id est status ventorum est pars tormentorum, & Psal.149. Spiritus procellarum, que faciunt verbum eius, id est venti obediunt Deo, sic ē Gen.c.1. Spiritus domini ferebatur super aquas. i. ventus missus a Deo ferebat super superficiē aquarum ad desiccandum eas, vt apparet terra arida. Ex hoc autē trāsmittitur spiritus ad multa, & quia origo spiritus est aspirando, & aspirare est cum quodam impetu, oīa, que habent quandam impetum vocant spiritus, & sic quia instinctus hoīs ad aliquid faciendum est tanquā aliquid impellens, vocatur spiritus, & sic dicimus de homine faciēte aliquid qm̄ nescimus, ad quem finem agit. f. nescio quo spiritu agitatus hoc egit. i. nescio, q̄ intentio eū movit. Sic accipitur spiritus Matth.c.4. Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, vt tentaretur a diabolo, id est quidam impulsus cordis eius movit eum in deserto, quia iudicavit bonum esse, q̄ tentaret a diabolo. Sic ē omnes habitus intellectui vocantur spiritus, quia spirant, id est impellunt hominem ad considerandum secundum genus obiecti, ab hac etiam origine omnes animæ vocantur spiritus, quia spirant, i. faciūt hominem flare cum anima existente in corpore aërem trahamus, quod est inspirare, vel respirare. hoc modo quidquid Deus in nobis infuluit, quia illud est aliquod impulsuum, vocatur spiritus, siue pertineat ad voluntatem, siue ad intellectum, de voluntate, vt est charitas, vel quæcumque virtus moralis: iste enim vocatur spiritus, quia impellunt hominem ad aliq̄d agendum, & sic fortitudo data a Deo vocatur spiritus, vt habetur Iudi. cap.11. de Iephthe Galadite: dicitur enim factus est super Iephthe spiritus domini, & tunc sequitur quomodo debellavit filios Ammon, vocatur autem ibi spiritus fortitudo, quia ante hoc Iephthe timebat Ammonitas cum multi essent, & potentes, nec audebat pugnare contra eos, factō autem in se spiritu domini, id est fortitudine pugnavit. Sic etiam accipitur sequenti cap. f. Et in silij spiritus dñi in Saul, & iratus est nimis, & vocatur ibi spiritus fortitudo a Deo data subito infusa cordi. Sic autem vocatur interdum spiritus Dei quædam virtus hominibus collata ad sanandum infirmitates, & faciendum alia miracula, sic accipitur Isai.c.61. f. Spiritus domini super me, eo q̄ vixerit me ad annuciandum maniferis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam. Aliquādo autem accipitur spiritus mixtum pro habitibus intellectus, & partim pro habitibus voluntatis, sic accipiē Isai.c.11. f. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eū spiritus domini spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replevit eum spiritus timoris domini: ecce oīa ista sunt dona Dei partim in intellectu, & partim in voluntate, & vocantur spiritus, quia a Deo sunt. Sic etiam accipitur interdum spiritus, id est desiderium, sic patet Psal.50. f. Spiritum rectum innoua in visceribus meis, sic etiam accipitur Luc. cap.11. f. Si ergo vos cum sitis mali nohis bona dare filijs vestris, quantomagis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se, id est

Spūs vnde dicitur. & q̄ multipliciter accipit in sacra scriptura.

dabit bonum desiderium, sic etiam accipitur Luc.9. c. f. Nescitis cuius spiritus estis: filius enim hominis non venit animas perdere, sed saluare. i. Nescitis ad q̄ intentionem vocavi vos, quia non vocavi ad occidendum homines, & mittendum ignem de cælo super ciuitates, sicut vos petistis, sed ad saluandum. Ita ergo in proposito, spiritus domini, qui in silij in Saul poterat esse multiplex, quia quodcumque donum pertinens ad voluntatem, vel intellectum vocatur spiritus: hic tamen non potest accipi pro aliquo pertinente ad voluntatem, quia dicitur in silij in te spiritus domini, & prophetabis, sed prophetare est opus intellectus, siue accipitur proprie, siue large: ergo necesse est, q̄ iste spiritus esset aliquid pertinens ad intellectum: non tamen erat spiritus propheticus, quia iste spiritus est quædam lumen illustrans intellectum humanum eleuādo ipsum ad intelligendum ea, que futura sunt, vel abscondita: non fuit tamen Saul morus ad intelligendum aliqua abscondita, sed canendum laudes Dei, cū alijs prophetis: nam illi prophete, qui descendebant de excelso non erant verē prophete, vt declaratū est, sed viri sapientes, & deuoti, qui sciebant facere Psalmos, & cantica mirabilia de Deo qualia nesciebant facere alij viri: Saul autem accepit spiritum in silij, scilicet quandam virtutem influxam ei in intellectu per quā sciuit mirabiles laudes Dei pronuciare, sicut alij, & iste erat spiritus Dei, quia cum ante hoc ipse nihil horum sciret, & tunc nouit incipit intellectu erudiente, sicut ceteri Deum laudare: necesse erat, vt fieret super eum spiritus domini: non solum autem nunc, sed etiā iterum in silij spiritus Dei super Saulem, quando iuit ad tenendum Dauid in Ramatha, & incepit ibi prophetare tota die, & nocte coram Samuele nudatus coram illo infra c.19. Et prophetabis cum eis. Id est pronuciabis laudes Dei: tunc scies facere cantica, & Psalmos, sicut alij prophete, quamquam nunc nescias.

Cum Saul accessit ad locum prophetarum, si nollet prophetare, an cogereetur a Deo. Quæst. VII.

QVAERET aliquis si quando accederet ad locum illum Saul si nollet prophetare cum alijs prophetis, an cogereetur. Rūndendū est, q̄ cum Samuel pronuciasset multa signa Sauli, & illa euensēt sibi anteq̄ accederet ad locum prophetarum non poterat dubitare quin ista a Deo fierent: adueniente ēt sibi spiritu ad prophetandum cum eum ante non habuisset, manifestum erat, q̄ Deus faciebat, & dabatur ille spiritus ad hoc, q̄ prophetaret: si ergo nollet prophetare repugnaret voluntati Dei, & sic peccaret. Et tñ præter hoc cogereetur inuitus prophetare, qm̄ spūs propheticus nō est sicut habitus noster speculatiuus: nā per hos habitus qm̄ volumus intelligimus, & qm̄ nolumus nihil intelligimus, sed respectu luminis propheticum non est in nobis libertas, quia sicut Deus per lumen propheticum mouet intellectū nostrū ad intelligendum, etiam si nolimus, ita mouebit labia nostra ad pronuciandum, ea que intelleximus: sic patet de Balaā, q̄ verē propheta erat, q̄q̄ malus, & conabatur maledicere Iudæis cū Deus iuberet bñdicere: Deus tū conuertebat linguam eius, & cogebat eum loq̄ bñdictionem, & q̄q̄ tristabatur nimis in hoc Balaam: tñ p̄ferebat verba bñdictionis, vnde ipse confitebatur se inuitum ad bñdicendū dicens non est Deus quasi hō, vt mentiatur, nec filius hominis, vt muret: ad bñdicendū adductus sum, bñdictionem phibere nō valeo. Et iterum dixit. Si dederit mihi Balac domū suam plenam auri, & argenti, non potero mutare verbum dñi Dei mei: Nu.c.22. & 23. & 24. Et sicut illi, qui sunt verē prophete cogūt a Deo ad pronuciandum ea, que intellexe-

vellexerunt. Sic etiam illi, qui non sunt prophete, sed vocantur hic prophete, quia canunt laudes Dei, coguntur interdum ad pronuciandum ea, que cōceperunt: sic patet de Saule: nam cum ipse vellet comprehendere Dauid existentem in Ramatha in grege prophetarum misit nuncios, vt tenerent Dauid, vt illi tamē accesserunt ad locum, inceperunt prophetare. Cūq̄ nunciatum esset Sauli, q̄ illi prophetabant, iratus nimis credēs, q̄ illi nolissent implere verbum eius, misit alios nuncios, vt tenerent Dauid, illi autē nolēbant prophetare, sed implere regis iussionem: mox tñ vt ad locum venerunt coacti sunt prophetare: missis ēt tertius nunciis idem factum est. Ad vltimum ipse Saul putans, q̄ illi nolent implere mandatū eius ipse iuit illuc, & coactus est prophetare tota die, & nocte nudus corā Samuele, nec tenuit Dauid, q̄q̄ videret eum, vt patet. j. c. 19. sicut ergo ibi coactus est prophetare: ita hic cogereetur, si conaret resistere spūi Dei: & tñ hoc dato si resisteret peccaret, & efficeretur indignus regno, sicut postea p̄ peccatum eius priuati sunt successores sui. Et mutaberis in virum alterum. f. quia tunc nescis prophetare, tunc autem scies prophetare, sicut Sortes sedens est alter a seipso non sedente: iste enim dñi accidentales faciunt alterum, sed non aliud, vt ait Porphyrius in Isagogis. Dē etiam mutari non quidem, q̄ sit hic verus motus, quia non est hic aliqua de speciebus quatuor motuum propriorum, de quibus. j. Physico. nec est etiam generatio, aut corruptio, sed est quædā alteritas fm̄ intellectum, motus autē nequaquam, quia in intellectu nō est motus. 7. Physic. Hoc modo quæcumque habitum scientificum, vel morale accipiamus, dicitur in nobis esse motus.

Quare mirati sunt populares de prophetia Saulis, ita vt dicerent num Saul inter prophetas. Quæst. VIII.

QVAERET aliquis de prophetatione Saulis, quia dē. j. q̄ oēs qui cognoscebant Saulem ab heri, & nudius tertius vidētes eum inter prophetas, dixerunt, q̄ nam res accidit filio Cis: & sic mirati sunt, quare mirati sunt, & quare Deus dedit hoc in signum quoddā ipsi Sauli, nā vt q̄ neutrum eorū esse debuerit: nam si hic Saul verē prophetasset, sicut dicimus prophetasse Eliam, Samuelem, Eliseum, & reliquos erat aliquid mirabile, de quo rōnabiliter possent obstupere videntes Saulem, & esset tale, q̄ posset dari in signum: non tñ prophetavit Saul, vt declaratum est, quia ēt alij cum quibus ipse prophetavit non erāt prophete, sed solum pronuciabant laudes Dei, hoc autē poterat scire quilibet homo per studium, vel naturale ingenium, qm̄ isti magis propriē vocantur sapientes, quam prophete, vt dictum est, ergo non erat admirabile.

Respondendum est, q̄ ea, que naturaliter fiunt, admirabilia nequaquam sunt, nisi illis, qui propter ignorantiam admirantur nescientes quid naturale, & quid supernaturale sit, de his autē, quæ Deus operatur admiratio est, qm̄ excedunt vires nostras, & nature. Similiter, quoque illa, que naturaliter eueniunt, non dantur conuenienter in signum, quia illa non sunt ad testificandum aliquid quod agitur, sed sunt ex principiis nature sic agētis ad conseruationem vniuersi, nec valet si quis arguat de iride, quæ naturaliter euenit, Deus tamen posuit illam in signum Genes. cap. 9. nam ibi ad hoc responsum est, ea quoque, quæ per nos voluntariē fiunt, non sunt conuenientia signa manifestatiua aliorum, que euentura dicimus: solum autem ea, quæ a Deo fiunt sunt signa sufficientia, sed Alph. Toft. In Primum Regum.

A hic dabatur Sauli in signum, quod inter alios prophetas prophetaret: ergo oportet, quod istud non esset ei naturaliter possibile, sed per Deum. Pro quo sciendum, quod cum aliquid a Deo fit, quod alias fieri non potest, quodcumque illud sit, mirabile est, & potest dari in signum sufficienter probatum cuiuscunque rei: sic igitur, q̄ Deus alicui homini daret supernaturaliter spiritum propheticum mirabile est, etiam q̄ aliquis homo illud habeat mirabile est, q̄ vero habeat habitum grammaticum, vel dialecticum non est mirabile, quia per humanum laborem acquiri potest: si tamen homine nihil addiscente Deus sibi illum habitum infundat mirabile est: nec est mirabilius, q̄ Deus alicui homini habitum propheticum infundat, quam q̄ si homo ille totaliter erat ignorans, infundat sibi simul habitum geometricum, vel astrologicum. Nec valet si dicas, q̄ habitus propheticus non potest naturaliter acquiri.

Respondendum est, quod quamquam possit acquiri naturaliter habitus astrologicus per successum in doctrina: tamen q̄ aliquis ante nihil sciens simul habeat perfectē habitū astrologicum nullo docente naturaliter impossibile est, ergo miraculum est, & reducendum erit in Deum: sic autem fuit hic in Saule, nam scientia illa per q̄ illi, qui vocantur hic prophete canebant laudes Deo, erat naturaliter acquisita, & non erat spiritus propheticus, vt supra declaratum est, ideo in illis non erat mirabile, nec aliquid signū, q̄ prophetarent: Saul autem nunq̄ aliquid horum dixerat, & qm̄ accessit ad locum illum, in quo erant prophete nihil sciebat: subito autē factus est sciens psallere cum alijs: & psallebat: ideo mirabile fuit, illi quoque, qui videbāt eum sciebant, q̄ Saul ante hoc nihil sciuerat. Certissime ergo cognoscebant, q̄ aliquid noui accidisset Sauli, & ob hoc admirantes dicebant, que nam res accidit filio Cis, num Saul inter prophetas fuit quoque signum, quia Deus vere operatus est in eo aliquid miraculosē, cū dicitur supra in silij in te spiritus dñi, & infra dicitur in silij in eū spiritus, & ob hoc illi, qui eum viderunt nihil minus mirati sunt, q̄ si vidissent eum prophetare enunciando futura, vel aliqua abscondita.

An semper manseris spiritus propheticus in Saule. Quæst. IX.

QVAERITUR vterius cum Saul accepit hic spiritum prophetandi, id est faciendi cantica, & laudes de Deo quas ante nesciret facere, an manserit ei semper spiritus propheticus. Pro cuius responsione sciendum, vt patet ex supra positis, quod prophetia accipitur dupliciter. Aliquando proprie pro lumine quodam, per quod aliquis cognoscit ea, que abscondita sunt, siue sint futura, siue non: aliquando autem accipitur prophetia pro scientia, per quam aliqui viri in veteri testamento valde sapientes faciebant cantica, & Psalms, que alij nesciebant facere.

Primo modo accipiendi prophetiam est, aliquid purē supernaturale, scilicet, quod a Deo infunditur, ideo de ista prophetia dicendum, quod nulli homini est semper immanens, quia non est aliqua cognitio habitualis, sicut sunt habitus scientifici, sed est quoddam lumen infusum intellectui prophete ad modū actus trāseuntis raptim, iō si maneret, prophetia semper in aliquo, necesse ēt, q̄ maneret in eo semper actus intelligendi, & considerandi circa ea, q̄ Deus supernaturaliter reuelat. Impossibile autē erat aliquē hōiem sic viuere, quia tunc nunq̄ sumeret cibū, nec potū, nec vacaret alicui actui, velut si quis esset semper in cōtinua

Z confu.

consideratione secundum habitum dialecticum, vel astrologicum.

Secundo modo accipiendo prophetiam pro scientia illa faciendi psalmos, & cantica ad laudem Dei, dicendum, quod ista potest stare dupliciter: nam aliquando, & cõiter est ista quedam scientia acquisita, interdum autem infusa. Primo modo accipiendo dicendum, quod propheta est habitus immanens, quia est quidam habitus scientificus, & illi qui habebant istam prophetiam poterant quandocunque vellent prophetare faciendo cantica, & psalmos: & isto modo dicitur 1. Paralip. 25. c. quod David separavit Heman, Ethan, Idithun, ut prophetarent coram dño in citharis, & tympanis seruientes officio sibi dedicato, & isti quotidie coram dño prophetabant, & omnes filij eorum, & aliqui erant docti, & aliqui indocti, eo quod istam prophetiam addiscebant, & non accipiebant a Deo infusam, & in istis non est dubium, quin esset immanens, sicut nobis est immanens habitus dialecticus.

Alio modo ista scientia faciendi cantica est infusa a Deo, sicut fuit in Saule, qui ante hoc nihil sciebat, & cum accessit ad prophetas insiliit in eum spiritus dñi, & prophetauit: sic etiam fuit in illis nunciis, quos misit Saul in Ramatha, ut tenerent David: nam illi ante hoc nesciebant prophetare, & tunc nouiter prophetare inceperunt. j. 19. ca. sic etiam fuit in 70. uiris quos duxit Moyses ad ostium tabernaculi, & inceperunt prophetare, ut patet Numer. cap. 11. Ante hoc tamen illi nunquam prophetauerant. Nunc autem dicendum, quod ista sapientia, que vocatur prophetica, cum sit quidam habitus scientificus, potest naturaliter acquiri: potest infundi a Deo dupliciter. s. per modum factus, vel per modum habitus, si primo modo non semper manebit, si secundo modo semper manebit, velut si Deus alicui nescienti, quicquam in dialectica subito infundat, quod aliquid sciat, potest infundere dupliciter. Vno modo, quod infundat sibi habitum per quem aliquid intendat in dialecticis, & si sic infuderit, manebit semper ille habitus, & quandocunque ille uoluerit, qui habet istum habitum, intelligere per illum intelliget, nec oportebit, ut quisquam eum doceat, velut si iste habitus esset acquisitus.

Si autem Deus infundat ista actum intelligendi dialecticum intelliget, tunc quando infunditur, & loquitur aliquas propositiones dialecticas, non est tñ iste actus manens: nam postquam semel cessauerit loqui, & intelligere iam nihil loquetur, aut intelliget dialecticè, quia non habet aliquid, per quod istud faciat. Sic quoque est de propheta accepta isto modo: nam potest infundi quantum ad habitum, vel actum eo, quod ipsa est quedam scientia, per quam aliquis potest facere diuina cantica, & laudes, quod si infundat Deus habitum, ille erit immanens, & dato quod semel illum infuderit, & per illum tunc ille, qui recipit operetur, etiam si cesset ab operatione poterit postea per illum intelligere, & diuina cantica formare. Si autem infundatur solum actus, postquam semel cessauerit prophetare non poterit prophetare. Nunc autem in Saule dicendum, quod si Deus infudisset sibi habitualiter ista scientiam, mansisset in eo, & quandocunque uellet prophetaret, sed non fuit hoc factum, si autem actualiter tñ solum prophetaisset, postea nunquam posset prophetare, nisi Deus iterum actualiter infunderet ei spiritum prophetandi.

Sed aliquis forte dicit, quod non apparet an in Saule actualiter, vel habitualiter fuerit ista prophetia. Sed dicendum, quod actualiter solum, quia Deus non fecit hoc ad constituendum eum prophetam, sed ad demonstrandum signum, quod esset in eo facta quedam mutatio. Iterum autem etiam incidit sibi spiritus p-

phetandi, sed non mansit, scilicet quando uoluit comprehendere David, infra capitu. 19. Et apparet hoc aliquo qualiter ex litera: nam si fuisset spiritus iste propheticus datus Sauli ad hoc, quod semper maneret, non diceretur, quod insiliit in eum, quia insilire signat quedam subitum motum, & transitum: si autem mansisset diceretur, quod requieuit: sic enim patet de 70. uiris, quos duxit Moyses ad ostium tabernaculi, ut essent iudices, & uenit super eos spiritus domini, & prophetauerunt, & non dicitur ibi, quod insiluit super eos, sed quod requieuit Nume. cap. 11. quod patet, nam dicitur, quod isti cum habuissent in se spiritum quiescentem prophetauerunt, & ultra non cessauerunt: sic etiam illa. c. 11. cum dñs de multiplici gra Messie, subdit egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, ibi enim quia spiritus mansurus erat semper in Messia, dicitur & requiescet, & non dicitur insiliet: hic autem de Saule dicitur, quod insiliit in eum spiritus, & postea dñs, quod insiliit in eum, quasi breuiter transierit, & subdit quod cessauit prophetare: de 70. autem senioribus, de quibus Num. c. 11. dicitur quod requieuit in eis spiritus, & quod prophetarunt, & nunquam cessauerunt, ergo spiritus Saulis fuit transiens.

Insilire, & quiescere quò diff. iunt.

An Saul fuerit mutatus quando prophetauit, vel antea. Quæst. X.

Quæretur ulterius cum dicatur hic, quod insiliet in te spiritus, & mutaberis in uirum alterum. s. quod mutatio futura esset, quando insiluit in eum spiritus, & tamen ante hoc habetur, quod mutatus fuerit, scilicet immediate, ut recessit a Samuele, quia dicitur: itaque cum auertisset humerum suum, & abiit a Samuele immutauit ei Deus cor aliud, ergo mutatio non fuit postea ad prophetandum, sed prius.

Respondendum est, quod Saul habuit duas immutationes, & solum de una earum locutus est hic Samuel. Prima fuit immediate, ut recessit ab eo. s. quod immutauit ei Deus cor alterum. s. quia ante hoc non perfecte credebatur Saul eis, que dicta fuerant de regno, & nondum gerebat animum regalem. s. quod non se disponebat in corde suo, ut dominaretur, sicut rex: uelut faceret quocunque inueniret manus eius, sicut dixerat ei Samuel. Cum autem Deus immutauit ei cor incepit habere animum regalem, & parare se ad ea, que dixit ei: ideo fuit ei necessaria ista immutatio, postea autem fuit mutatus in uirum alterum, scilicet quando obtinuit prophetis, & ista erat præter primam, quia: quamquam Deus mutauisset ante cor eius, tamen nondum habebat animum sciens prophetare, ideo dedit ei Deus, subito, quod prophetaret, & istud fuit, quod mutaretur in uirum alterum, scilicet quantum ad alteritatem sciendi.

Quando ergo euenierint signa hæc omnia tibi. s. ista tria signa supraposita, que euenierunt in illa die, ut patet infra, & erant sufficienter demonstratiua, quod moueretur Saul a Deo. Fac quæcunque inuenierit manus tua. Id est intellige te certissime esse regem, & fac quæcunque poteris, sicut rex.

Aliqui enim intelligunt, quod loquebatur Samuel de apparatu armorum, vel aliorum, que pertinerent ad solennitatem regalem, scilicet de uestibus, & similibus, quoniam decebat, quod in die, quo duceretur coram toto populo, ut sumeretur in regem, appareret ceteris excellentior, & non esset in habitu rustico, sicut prius. Magis tamen intelligitur hoc de eis, que facturus erat Saul, postquam acciperetur in regem, hortabatur

bat enim Samuel Saulem, postquam esset rex, ut puniret contra hostes ad liberandum Israelitas de manu Philisthij, & quia forte intelligeret adhuc se non esse regem opere Dei, sed uoluntate humana, & ob hoc quod Deus non faueret ei in bellis contra hostes: forte timeret quicquam aggredi contra Philisthinos, ideo Samuel abstulit ei istum timorem, dicens quod cum ista signa euenirent non dubitaret se esse regem, & a Deo fuisse unctum: ideo quod ageret quocunque inueniret manus eius. i. uiriliter ageret contra hostes, quocunque posset, & patet hoc ex litera sequenti, scilicet. Quia dominus tecum est. Id est non formides agere quocunque tibi occurrerit, quia dominus tecum est. s. te adiuuans contra hostes. Si autem intelligatur de apparatu uestium, vel aliarum rerum pertinentium ad honorem regalem non multum applicabitur ista litera, scilicet, quia dominus tecum est, quia istud pertinet ad adiutorium quoddam, in parandis tamen uestibus, & similibus non est adiutorium, sed in bello contra hostes. Similiter quoque litera sequens concordat huic sensui, & declarat, & non alteri. Et descendes ante me in Galgalam.

Quomodo exponi debet descendes ante me in Galgalam. Quæst. XI.

Circa istam literam est magnum dubium in expositione ipsius, quoniam dicitur infra septem diebus expectabis, quia non uidetur ad quod tempus referatur ista. Aliqui enim exponunt, quod istud intelligebatur de celebratione assumptionis regalis, scilicet, quod fuit festum factum, postquam sumptus est Saul in regem, & istud fuit in Galgala, & descendit illuc Saul, & Samuel, & septem diebus durauit solennitas illa offerendo uictimas, & isti aliter istam literam punctuant, quam habeatur in libris nostris, & hebraicis: dicunt enim descendes ante me in Galgalam, ego quippe descendam ad te, ut offeras oblationem domino, & imoles hostias pacificas septem diebus. Hic enim faciunt clausulam: deinde incipiunt aliam. s. expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias, & est sensus, quod tam Saul, quam Samuel descenderet in Galgalam ad offerendum ibi uictimas septem diebus, quia tamen Saul prius descensus erat, quam Samuel, dicebat Samuel, quod expectaret eum, quousque descenderet, scilicet, quod non faceret aliquod sacrificium, quousque iret illuc Samuel. In libris autem nostris, & hebraicis non potest haberi iste sensus, quia finis clausule est sic, scilicet ego quippe descendam ad te, ut offeras oblationem domino, & imoles hostias pacificas, & ibi finitur: deinde incipit alia. s. septem diebus expectabis, donec veniam ad te. Dicunt tamen, quod illa punctuatio prima habetur in libro de hebraicis questionibus, quem dicunt esse Hieronymi.

Iste sensus tamen non stat. Primo quia ille procedit præuaricando punctuationem literæ: cum contrario modo, tam in libris nostris, quam in hebreis punctuatur, & cum dicitur, quod in libro de hebraicis questionibus sic habetur, aliqui negunt illum librum esse beati Hieronymi, & consequenter ei fidem non adhibent. Sed dato, quod esset beati Hieronymi, non est uerisimile, quod ipse sic punctuaret, cum hic contrario modo punctuauerit transferendo de Hebreo in Latinum. Item secundum istum sensum intelligitur, quod septem diebus deberet fieri solennitas sacrificiorum pro assumptione Saulis in regem, hoc autem non legitur factum pro aliquo rege Iudeo, quantumcunque magno, aut sancto: hoc autem uult Nicolaus, & uerisimile, quod non legitur de alicuius regis unctio, quod

Alph. Toft. In Primum Regum.

duraret solennitas per tot dies: nam in consecratione Pontificum durabat solennitas septem diebus. Exod. cap. 29. & Leuitic. 8. pro regibus autem non iubetur, quod fieret tanto tempore solennitas.

Sed adhuc fortius arguitur, quoniam si isti septem dies essent pro celebratione assumptionis Saulis in regem fuisset facta solennitas eo tempore, quo ipse primo ab Israelitis publice assumptus est in regem, vel quando regnum postea innouatum est: bis enim fuit facta solennitas quedam: nam primo in Masphar fuit Saul in regem assumptus, & ibi conueniente toto populo facta est letitia, & dictum est, Viuat rex, miseruntque ei munera, & abiit cum eo pars exercitus, ut patet infra in litera. Iterum autem facta bello contra Ammonitas conuocauit Samuel totum populum in Galgalam ad innouandum regem, & ibi gauisi sunt nimis, atque obtulerunt uictimas, ut patet infra c. 11. non fuit tamen ibi facta solennitas septem dierum, quoniam infra cap. 13. dicitur de illis septem diebus, & quod uenit Samuel post illos dies: iam tamen non fiebat aliqua solennitas regis assumpti, sed ibi fiebat sacrificia ad bellum, ut patet ex litera: ergo non pertinebant illi septem dies ad solennitatem regis assumpti. Item quia si isti 7. dies deberent expendi in sacrificijs, fuisset factum sacrificium in illis, & tamen non fuit factum, nisi semel in uictima, & immediate descendit rex parando se ad bellum, ergo non pertinebant septem dies ad immolationem.

Item patet, quod isti septem dies referantur ad expectationem, quoniam dicitur infra c. 13. quod cum esset Saul in Galgala expectauit septem diebus, & in fine illorum obtulit holocaustum, cum iam ueniret Samuel, & sic stat punctuatio literæ istius, sicut iacet. s. quod illa determinatio septem diebus pertineat ad secundam clausulam, & referatur ad expectationem, & non ad durationem sacrificiorum. Hoc autem necessarium est, nisi forte dicas, quod isti septem dies, de quibus hic non sunt illi septem qui habentur infra ca. 13. sed hoc non stat: necesse est enim, quod sint iidem, quoniam ibi dicit Saul expectauit 7. diebus in Galgala iuxta placitum Samuelis, & non uenit Samuel: ergo pepigerat expectare illis diebus, sed hic ponitur de isto pacto, quod dixit Samuel septem diebus expectabis, donec ueniam ad te, & ostendam tibi quid facias, ergo necesse est intelligere, quod isti dies septem, & illi sint iidem.

Alia expositio est Andreæ, pro quo præsupponit, quod in magnis negocijs pertinentibus ad regem Saulem propter que deberet Deus primo placari, antequam illa inchoarentur, uolebat Samuel, quod Saul nihil faceret, nisi ipso presente, & tunc ipse offerret pro eo sacrificium, & consuleret dominum, & secundum hoc exponit literam. s. Descendes ante me in Galgalam. Id est si contingat tibi casus, in quo debeat placari Deus per sacrificia descendes ante me in Galgalam, ubi est locus orationis, & sacrificij, & subintelligitur, & significabis mihi descensum tuum ibi.

Ego quippe descendam ad te, ut offeras oblationem. Scilicet ut offeratur pro te sacrificium.

Septem diebus expectabis. Et subintelligitur postquam recepero nuntium tuum.

Donec ueniam ad te. s. ad offerendum pro te sacrificium, & consulendum dominum. Tertia expositio est Nicolai, dicit enim, quod ista expositio Andreæ non uidetur ei consona literæ, quia ex modo loquendi, & tempore uidetur, quod Samuel loqueretur Sauli non generaliter, nec indeterminate pro quocunque casu arduo indeterminate futuro, sed pro casu determinato, & imminente, ut post publicationem electionis ipsius in regem descenderet in Galgalam, ut ibi Samuel pro eo offerret sacrificium, & doceret eum de modo

Z 2 gu.

gubernandi regnum, quia hoc maxime indigebat in principio regni sui, & q̄ Samuel determinavit Sauli tempus descendendi in Galgala, licet non sit hic expressum, quia non omnia exprimuntur, quę sunt, & dicit, q̄ expectaret eum septem diebus. quia nesciebat Samuel an a Deo esset occupatus circa aliquid, & non posset immediate venire.

Sed ista expositio Nicolai non multum v̄ quocumque ista s̄a exponatur necesse est, vt isti septē dies sint illi, de quibus h̄ infra c. 13. qm̄ ibi d̄r, quod expectavit Saul iuxta placitum Samuelis, tunc autem non stat cōuenienter, quod dicitur, quia si propter hoc iubebat Samuel Saulem descendere in Galgalam, vt ibi doceret eum aliquid de modo regnandi, magis videtur, q̄ debuisset docere a principio, sicut ipsemet Nicolaus dicit, scilicet, quod in principio regni sui indigebat ista doctrina, nam ante hoc stetit Samuel cum Saule multoties. Primo enim quando fuit assumptus in regem in Masphat, ipse enim publicavit eum in regem: tertiūdo quando stetit cum eo in bello contra Ammonitas, & postea venerunt Israelitę in Galgalam cum Samuele, & innouerunt regem ibi.

Si igitur aliquid voluisset Samuel docere Saulem de regimine regni, ibi potuisset eum docere, & nō debuisset expectare multa tempora, si autem postquam recessit Saul a Samuele, nunquam conuenissent, v̄q; ad istud tempus de septem diebus conuentis, de quibus infra 13. cap. fuisset rationabile dictum Nicolai: conuenirent tamen multoties prius. Confirmatur etiam ex hoc expositio Andreę: dixit enim q̄ quando esset aliquod periculū, Saul debebat vocare Samuelem ad hoc, q̄ veniret in Galgalam, vt ibi consuleret Deum pro illo: sic enim factum est, infra 13. cap. nam illi septem dies fuerunt, postquam incepit se erigere Saul contra Philistinos, nam postquam Ionathas percussit stationem Philisthinorum, erexit se Israel aduersus Philisthim, & immediate descendit Saul in Galgalā, & Israelitę post eum, ibi autem expectavit septē diebus Samuel, & istud erat periculum magnum, scilicet quando pugnaturus erat contra Philisthim, ergo non intelligebatur istud, nisi quando Saul esset in aliquo periculo: tunc enim debebat vocare Samuelem in Galgalam, & expectare eum septem diebus.

Dicendum est igitur, quod intentio Samuelis erat hic exhortari Saulem ad liberandum Israel de manu hostium, & ad declarandum quomodo se habere deberet in periculis: Deus enim elegerat Saulem, vt eēt rex super populum suū, & liberaret Israelitas de manu Philisthinorum, vt patet p̄ced. cap. Samuel ergo volebat exhortari Saulem, q̄ postquam euenissent ei omnia signa hæc, & factus esset rex super Israel laboraret liberando Israelitas de manu Philisthim, quia ad hunc finem factus est rex, & hoc significauit, cum dixit quādo ergo euenierint signa hæc omnia tibi fac, q̄ inuenerit manus tua, id est facias quantum potueris contra Philistinos. Iste enim modus loquendi est in lege, vt patet Leui. cap. 12. f. Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sic ē Lenit, c. 5. & in aliis locis accipitur. At quia quando Saul aliquid ageret contra Philistinos necesse erat, vt Philisthini mouerent bellum contra Israel, quod erat magnum, dedit hic Samuel remedium pro tali casu. q̄ Saul descenderet in Galgalam, & mitteret nuncios ad Samuelem, expectaretque eū per 7. dies: ipse enim veniret ad significandum ei, quod fieri deberet: hoc autem patet, quia hoc modo secuta sunt opera Saulis: nam dixit hic Samuel, quod faceret Saul quęcumque inueniret manus eius, postquam euenierint signa: ita enim fecit, nam postquam assumptus est in regem conatus est immediate expellere Philistinos de terra,

Quarta expositio au-
toris.

Et accepit tria millia virorum dāns mille viros Ionathę, quem posuit in Gabaa, ipse vero cū duobus millibus mansit in Bethel, & tunc fecit, quod inuenit manus eius, id est quantum potuit, quia Ionathas mandato eius percussit stationem Philisthinorum, quę erat in Gabaa, ex quo sequebatur periculum magnum, scilicet, quod Philisthini pugnaret contra Israel, iō Saul cecinit buccina in tota terra Israel, & immediate descendit in Galgalam, in quo sequebatur mandatum Samuelis, scilicet, quod postquam fecit id, quod potuit descendit in Galgalam, quia sequebatur periculū ex eo, quod fecerat, & ibi volebat, quod Samuel consuleret dominum pro illo, & postquam venit in Galgalam expectavit ibi septem diebus, sicut iussit hic Samuel, & in vltimo venit Samuel: peccauit tamen Saul in hoc, quod antequam Samuel veniret, obtulit sacrificium: iste igitur est verus sensus literę, nec videtur, q̄ possit dari alius, quia per omnia applicatur eis, quę habentur infra 13. cap. ideo secundum hunc modum nunc est exponenda litera. f. Et descendes ante me in Galgalam. Id est postquam feceris id quod inuenerit manus tua. i. quantum potueris contra Philistinos, si aliquod periculum inde secutum fuerit non te exponas illi periculo, sine consilio meo, sed descende ante me in Galgalam. i. descende immediate in Galgalam, & mitte ad me nuncium, tunc autem ego veniam. Hoc autem accidit in pugna cōtra Philistinos, quia postquam fecit id, quod potuit percussit stationem Philisthinorum, quę erat in Gabaa, clamauit buccina, & descendit in Galgalam, & totus populus post eū: iussit autem Samuel, quod descenderet in Galgalam, quia ille erat vnus de locis, in quibus solebat Samuel iudicare Israel, vt patet supra cap. 7. & ibi immolabat hostias, nunc autem cum aliquod periculum accidisset, immolande erant hostię, vt patet hic: cum dicit, ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles hostias pacificas. Congregandus quoque erat populus, ideo visus est iste locus conueniens Samueli ad faciendum hæc: non tamen est intelligendum, quod in hoc loco esset sanctuarium, quia hic offerebat Samuel: nam etiam offerebat in Ramatha, supra cap. 7. & in Bethlechem, infra 16. c. & in quibuscunque locis vellet: tamen ibi nō erat sanctuarium: licebat namque Samueli offerre in quocunque loco vellet, eo quod erat vir propheta, & faciebat hoc in finctu Dei.

Verus sensus
ius infra
gabilis.

Quare Saul non descendit in Galgalam expectare Samuelem septem diebus, quando pugnauit contra Ammonitas. Quęst. XII.

Quare aliquis cum vidisset se Saul in periculo, quando pugnauit contra Ammonitas, quare non descendit ad dominum in Galgalam, vt expectaret ibi septem diebus Samuelem, sicut fecit postea, quando percussit Ionathas stationem Philisthinorum. j. c. 13.

Respondi potest vno modo, quod Samuel dicebat ista ad hoc, quod Saul nihil ageret sine consilio illius: nam posset agere contra voluntatem Dei, ideo habebat locum istud p̄ceptum quicunque eueniret Sauli aliquod periculum, & non esset p̄sens Samuel, tunc enim debebat vocare eum descendens primo in Galgalam. Si autem esset p̄sens, manifestum est, q̄ non haberet locum: sic autem fuit in bello contra Ammonitas, quia quando viri Iabes venerunt denunciantes quid ageret contra eos rex Ammon, erat Samuel in vrbe, in qua erat Saul: ideo non oportebat, quod descenderet in Galgalam ad petendum consilium: hoc patet sequenti capitulo ex verbis Saulis: dixit

dixit enim: quicumque non exierit, secutusque nō fuerit Saul, & Samuelem: sic fiet bobus eius: intelligebat ergo Saul, quod Samuel p̄sens esset illi bello, alius non posuisset tale edictum: sic etiam quando percussit Ionathas stationem Philisthinorum, si fuisset p̄sens Samuel in loco, in quo erat Saul non descenderet in Galgalam, quia tamen non erat ibi, descendit.

Aliter responderi potest, quod Samuel dixerat hic Sauli, quod faceret quęcumque inueniret manus eius, id est quęcumque posset contra hostes, & postea si aliquod periculum eueniret descenderet in Galgalam, & mitteret pro Samuele expectando eum diebus septem, sed quādo pugnauit Saul contra Ammonitas, nihil adhuc fecerat contra hostes, ideo cum nondum fecisset, quod poterat manus eius, non debebat mittere pro Samuele. Cum autem percussit stationem Philisthinorum, & congregati sunt contra eum iam fecerat, quod poterat manus eius, scilicet, quod percussisset Philistinos: ideo tūc poterat vocare Samuelem. Prima tamen responsio melior est, nam intentio Samuelis erat, quod Saul non se exponeret alicui periculo magno sine consilio Samuelis: ideo quod expectaret eum diebus septem: si ergo accidisset ei istud periculum antequam quicquam faceret, videbatur q̄ deberet vocare Samuelem: standum igitur primę solutioni, scilicet, quod erat ibi Samuel, quando Saul voluit pugnare contra Ammonitas, & non quando percussit stationem Philisthinorum.

Ego quippe descendam ad te. f. quando te videris in tali periculo, & descenderis in Galgalam, mitte ad me nuncios, quoniam ego descendam ad te: dicitur autē descendam. q. d. quod in quocunque loco esset Samuel, esset altior illo, & respectu illius esset descensus: hoc autem erat, quia Galgala erat in quadam valle profunda circa vrbelem Iericho versus Iordanem, nam in loco ipso steterunt Israelitę prima die, qua transierunt Iordanem introeuntes in terrā Chanana Iosue. cap. quarto, & quinto.

Vt offeras oblationem domino, & immoles hostias pacificas. Id est ego descendam in Galgalam, vt facias ibi sacrificium. non est autem sensus, q̄ Saul deberet per se offerre sacrificium, quoniam ipse non erat sacerdos, & peccaret, si vellet immolare, vel facere cęremonias sacrificiorum, sicut fuit in rege Ozia, qui voluit offerre incensum, sicut sacerdotes, & percussit eum Deus. supra, infra 4. lib. cap. 15. sed intelligitur, quod Saul daret animalia immolanda, & alius pro eo immolaret faciendo cęremonias, & isto modo populares dicuntur immolare sacrificia quęcumque, id est dare animalia ad quęcumque sacrificia. Erat autem intentio Samuelis, quod in arduis negociis consuleretur Deus, vt diceret quid fieret, & quia Deus non responderet, nisi placatus, volebat vt primo offerretur ei sacrificium, quia ista cęremonia nimis conueniebat eis in veteri testamento, & tunc placatus responderet.

Septem diebus expectabis. Hoc dictum est, quia forte cum descenderet Saul in Galgalam, si non inueniret immediate Samuel, forte vellet descendere in bellū, vel facere aliquid aliud, tanquam expectans, quod nō venturus esset, ideo dicitur, quod licet nō veniret immediate, quod expectaretur per septem dies: hoc dicitur, quia forte Samuel esset distans a loco illo, & nō posset cito venire, vel quia Deus implicasset eum aliis negociis. Intelligitur autem isti septem dies ab illo tempore, quo nuncii Saulis venirent ad Samuelem, sic enim factum est cum descendit Saul in Galgalam percussa statione Philisthinorum, nam expectavit septem diebus in Galgala, vt patet infra capitulo decimotertio.

Donec veniam ad te. Non est sensus, quod deberet Alph. Tost. In Primum Regum.

semper expectare, Saul quousque veniret Samuel, nā si post dies illos septem non veniret, non erat ulterius expectandus, sed dicitur expectabis donec veniam ad te. in septimo die, quia tunc veniam.

Et ostendam tibi, quid facias. Scilicet quid fieri deberet in periculo illo, intendebat enim Samuel, quod si nō vocaret eum Saul in magnis periculis, ageret aliquid inconsultē cōtra Dei voluntatem, & quia hoc vergeret in magnum totius populi damnum, volebat quod in omnibus duris expectaret consilium eius, ideo dicebat, vt ostendam tibi quid facias. f. ego consulā dñm, & ipse indicabit quid fieri debeat.

Sciendum autem, quod Samuel dedit hic regulam generalem Sauli, quādoocunque se videret in periculis magnis si non esset p̄sens Samuel. f. q̄ mitteret p̄ eo, & ipse interim descenderet in Galgalam expectaturus septem diebus, & quāquam Saul in solo bello, quod habuit contra Philisthim legitur venisse in Galgalam, & expectasse ibi Samuelem: tamen ista regula pro omni tempore erat.

Regula generalis in periculis data Sauli.

An Saul descenderit in Galgalam ad expectandum Samuelem in alijs bellis, p̄terquam quando pugnauit contra Philistinos. Quęst. XIII.

Quare aliquis an Saul aliis vicibus descenderet in Galgalam ad expectandū Samuelem, p̄terquam quando pugnauit cō Philisthim, & si non, quare factum est hoc.

Respondendum est, quod quando Samuel dedit istam regulam Sauli, erat Saul bonus, & putauit Samuel, quod semper sic futurus erat, & Deus ei semp faueret, ideo dedit ei regulam pro omni tēpore: Saul autem solum fecit semel secundum istam legem, scilicet quando percussit stationem Philisthinorum in Gabaa, & tunc descendit in Galgalā expectaturus Samuelem per septem dies. Sed in ista prima vice peccauit, nam ante finem septem dierum immolauit, cum nondum venisset Samuel: finito autē holocausto venit Samuel, & dixit Sauli, q̄ egisser stultē, & Deus trāstulisset ab eo regnum, post hoc autem nō legitur habuisse bellum, nisi quod tūc habuit vsquequo missus est ad pugnandum contra Amalecitas. j. c. 15. & tunc quoque peccauit, quia noluit occidere regem Amalec, & pecora sicut Deus dixerat. Ex eo autem tempore Deus abiicit totaliter Saulem, & Samuel recessit ab eo, nec vidit eum vltra vsque ad diē mortis suę: ideo quāquam tunc aliquod periculum accidisset Sauli, Saul non mittebat ad cōsulendum Samuelem, quia sciebat, q̄ abiecerat eum. j. c. 15. & recessit ab eo, Samuel quoque non consuleret dominum pro Saule, nec veniret, quāquam vocaret eum Saul. Ideo licet multa bella postea habuit Saul cum Philistinis, vt patet j. 17. c. & per discursum istius libri, tñ in nullo eorum vocauit Saul Samuelem, licet se videret in periculo magno per multos dies, sicut fuit qñ Goliath, Gethęus exprobrauit castra Israelitarum per 40. dies, & oēs Israelitę fugiebant ab eo. j. c. 17. consulebat tamen interdum dñm per sacerdotes, sicut patet j. 14. c. in bello, quod habuit contra Philisthim. In extremo autem vite suę in vltimo bello, quod habuit contra Philistinos, cum iam Deus nollet respondere ei per prophetas, nec per sacerdotes, nec per somnia, q̄ fuit augures, & Phyronissas: & tunc periiit a muliere Phyronissa, vt suscitaret ei Samuelem, & ille suscitatus dixit, quid interrogas me, cum dominus recesserit a te, & transferit ad emulum tuum, vt patet. j. c. 28. solum igitur ista regula fuit semel obseruata, & illa vice errauit Saul.

Itaque cum auerisset. Hic consequenter describitur euentus signorum predictorum, sicut predixerat Samuel, scilicet. Cum auerisset humerum suum, ut abiret a Samuele. Scilicet postquam vnxit Samuel Saulem, & dixit ei ea, que euentura erant, recessit ab eo Saul, & sic auerit ab eo humerum suum, scilicet terga auerit Samuēli. Immutauit ei Deus cor aliud. Bis mutauit Deus cor Saulis. Primo quando recessit a Samuele, vt dicit hic: Secundo qm̄ accessit ad prophetas, vt patet. J. distinguuntur aut̄ istæ duæ mutationes, quia prima p̄tinuit ad fortitudinem. s. q̄ Deus mutauit cor eius, qd̄ ante erat paruū, & seruire in cor regale. Secunda p̄tinēt ad intellectum, quia prius nesciebat prophetare, & tunc sciuit, & accipitur hic cor aliud largē. i. cor alterum, nam̄ isē dñæ accidentales alteratum faciunt, aliud vero minimē, vt ait Porphyrius in Isagogis.

Et uenerunt omnia signa hæc in die illa. I. ista tria signa superiora, & omnia in die, qua recessit Saul a Samuele: non enim multum distabat ciuitas Gabaa, de qua erat Saul oriundus a ciuitate Ramatha; de qua recessit, ideo potuerunt oīa hæc euenire, & sic dñs. s. cū abieris hodie a me, inuenies duos viros, & c. oīa, quæ nūc p̄nuncio tibi, inuenies hodie.

Veneruntque ad prædictum collem. I. ad collem, quem p̄nunciauerat Samuel: dixit enim post hæc uenies in collem domini, vbi est statio Philistinorum, erat autem iste collis intra urbem Gabaa, in qua habitabat Saul, vt supra declaratum est, & non est sensus, quod Saul, & puer eius uenerunt in collem, antequam fierent ea, quæ immediatē habentur: nam prius inueniunt prophetas, quam uenirent ad collem, vt patet supra cum dicatur, quod cum ingrederentur urbē, habent obuium gregem prophetarum descendendum de excelso. J. etiam dicitur, q̄ postquam cessauit prophetare Saul, uenit in excelsum.

Et ecce cuneus prophetarum obuius ei. Cuneus uocatur multitudo quedam ordinata ad bellum, & sic dicitur Num. c. i. & 2. q̄ filii Israel metabantur castra per turmas suas, & cuneos: hic aut̄ accipitur pro multitudine solum congregata, quia propheta illi erant multi, & accipiuntur prophetae non proprie, sed large pro uiris sapientibus facientibus laudes, & cātica Dei, vt supra declaratum est, & insiliit in eum spiritus domini, scilicet in Saulem. Iste erat spiritus non prophetandi, sed sciendi facere cantica. Nam vt supra declaratum est, Saul non prophetauit hic aliquid, sed solum incepit canere magnas laudes inter prophetas, & quia ante hoc Saul nihil sciebat, & tunc nouiter prophetare incepit, admirati sunt omnes, tanquā si aliqua abscondita reuelaret. dicitur autem, q̄ insiliit in eum spiritus domini, quia non fuit iste spiritus manens, sed ad horam fuit in eo solum, vt monstraretur, q̄ Deus immutauerat eum: si autem fuisset spiritus in eo manens diceretur, & requieuit in eum spiritus domini, sicut dicitur Num. i. ca. de 70. senioribus, quod cū requieuisset super eos spiritus domini prophetauerunt, & ultra non cessauerunt, sufficiebat autem spiritum Dei esse in Saule ad horam, quia Deus non faciebat hoc, vt Saul esset propheta eius, sed vt monstraretur, q̄ ab eo fuerat immutatus ad quod sufficiebat semel p̄phetare, sic enim fuit de nunciis, quos misit Saul, vt tenerent Dauid, qui prophetauerunt tamen solum semel, quia Deus non dabat eis spiritum propheticum, tanquam uellet eos facere prophetas inos, sed vt nō possent tenere Dauid, & ostenderetur, q̄ Deus uolebat, ne tenerent eum, ad quod sufficiebat semel eos prophetare.

Et prophetauit in medio earum. I. ingressus est inter prophetas, & cecinit laudes Dei cum illis. Aliqui querūt, quid prophetauerit hic Saul. Rñdetur aut̄ in libro de

hebraicis quaestionibus recitandis opinionē Hebræorum, q̄ prophetauit de bellis futuris Gog, & Magog, & de premiis iustorum, & penis malorum, sed tam q̄stio, quam responsio nulla est, nam qd̄ fundatur sup̄ falsa existimatione. I. q̄ Saul uerē prophetaret p̄nunciando aliquid futurum, sed falsum est, quia solum cecinit cum aliis laudes Dei, quas ante nesciebat, & hoc uocatur prophetare, vt supra declaratum est.

Quare Samuel non descripsit hic, nisi unum de signis datis Sauli. Quæst. XIII.

Quare solū descripsit hic Samuel istud signum, cum supra tria signa data fuerint. Respondendum est, q̄ omnia signa, que data fuerunt completa sunt in Saule, vt dicitur supra, scilicet uenerunt omnia signa hæc in die illa, scriptura tamen solum uoluit describere istud ultimum. Respondendum, q̄ hic data sunt tria signa, quorum duo prima pertinebāt ad solam certificationem Saulis. I. q̄ Deus vnxit eum, unde oīa uenerunt ei occultē. I. nullo uidente, nisi puero eius. Tertium aut̄ signum pertinebat, tam ad certificationem suam, quam aliorum. Cum n. p̄dixisset ei Samuel, q̄ immutandus erat, & prophetaret, & postea hoc eueniret satis sibi constare debebat, q̄ a Deo hoc fiebat, & quia datum fuerat, tanq̄ signum confirmationis credere dēbat, q̄ erat uere rex. Erat quoque istud signum certificationum Israelitarū, q̄ ipsi cognoscebant, q̄ Saul nesciebat prophetare, nūc aut̄ subito uiderunt eū prophetare, ergo firmissime constabat, q̄ a Deo motus fuisset, & q̄ ipsi nescirent ad quid iste motus fiebat, sciebant tñ, q̄ a Deo fiebat: cognouerunt tñ postea ad quid fieret: nam cum post hoc uiderunt per sortem Saulem fuisse assumptū in regem crediderunt certissime, q̄ Deus hoc fecisset, cum primo eum immutasset dando spiritum propheticum, ideo scriptura de hoc, tanquam de principali curauit, quia ipsius Saulis, & Israelitarum simul certificationum erat. Videntes autem omnes, qui nouerant eum. Agitur de admiratione omnium, qui uiderunt Saulem prophetantem, & dicitur de oībus, qui nouerant eum, qm̄ si Saul prophetauisset inter aliquos, qui non cognoscerent eum, non admirarentur de prophetia illius, quia putarent, q̄ ipse ante hoc consueuerat prophetare, gaudentes autem omnes, qui nouerant eum. Agitur de admiratione omnium, qui uiderunt Saulem prophetantem, & dicitur de oībus, qui nouerant eum, qm̄ si Saul prophetauisset inter aliquos, qui non cognoscerent eum, non admirarentur de prophetia illius, quia putarent, q̄ ipse ante hoc consueuerat prophetare, gaudentes autem omnes, qui nouerant eum.

Sed dicit aliquis, q̄ etiam si Saul alibi prophetauisset, secuta fuisset admiratio. Nam hic propter admirationem uersum est in prouerbiū: Num & Saul inter prophetas: vt pater in litera. Iterum tamen Saul prophetauit in Ramatha, & uersum est in prouerbiū: Num & Saul inter prophetas: & fuit ibi admiratio, sicut hic, tamen nō erat Saul in terra sua, sed in Ramatha, de quo. J. 19. ca. ergo Et si accidisset istud extra urbem Saulis secuta fuisset admiratio. Respondendum est, q̄ prophetatio Saulis, que facta est nunc, non fuisset admiranda si in alio loco accidisset, quia in nullo loco putaretur, quod nouiter prophetare incipiebat, sed q̄ ante hoc consueuerat prophetare. Cum autem arguitur, q̄ prophetauit postea in Ramatha, & secuta est admiratio. Respondendum est, quod hoc fuit, quia tunc Saul erat rex, & in toto regno cognitus, ideo ubique prophetaret, cognosceretur, q̄ non consueuerat prophetare, & sequeretur admiratio,

cio, nunc tamen cum uenit a Samuele nō erat cognitus inter Israelitas, quia nondum assumpserat principatum aliquem, propter quem cognosceretur: ideo nunc non esset signum, quamquam tunc fuit, nisi accidisset in urbe sua. Ab heri, & nudius tertius. Hic ponitur istud pro tempore indeterminate. i. omnes qui conuenerant eum ab aliquanto tempore ante hoc admirati sunt. Quod esset cum prophetis, & prophetaret. Nō erat admirabile, quod esset Saul cum prophetis, sed quod prophetaret cum eis, cum nihil omnino sciret. Dixerunt admiratim, quæ nam res accidit filio Cis. Sciebāt. n. quod ante hoc Saul esset indoctus, & nunc uidebant, quod prophetaret, sicut quilibet alius ex prophetis, ideo necessario concludebant, quod aliquid admirabile in eo accidisset, quod non posset fieri, nisi p̄ Deū: dubitabant tamen qualiter illud fuisset, ideo dicebant admirantes, quæ nā res accidit filio Cis. I. Sauli, & nominabant eum filium Cis ad denotandum miraculū. q. d. quia pater suus Cis erat uir indoctus, si autē Saul esset filius prophetæ nullus admiraretur, quod p̄phetaret, quia tamen non pertinebat ad eum aliquis, qui esset propheta, erat mirabile: sic enim dixit Amos de seipso: non sum propheta, nec filius prophetæ, sed pastor armentarius, uellicans sicomoros: Amos. cap. 7. Num & Saul inter prophetas? i. nunquid iam Saul est inter prophetas? quasi dicat mirabile est, quia ante hoc nesciebat quicquam, sed erat purē rusticus. Responditq̄ alter ad alterum, & quis pater eius? quasi dicat miraculum est hoc, quod Saul prophetaret, & potissime si attendatur, quis est pater eius. q. d. pater eius, nec aliquis de genere suo, nunquam prophetauit, quō ergo prophetauit Saul? Aliqui habent hic. Et quis pater eorum. Et sic refertur ad sensum oppositum, vt dicit Ra. Sal. sic exponendo. I. quis pater eorum. I. prophetarum. q. d. prophetia non h̄ per successionem paternam, sed Deus dat eam gratis cuique uoluerit, ideo non est mirandum, q̄ iste habeat spiritum propheticum, quāquam pater suus non habuit, nec aliquis de genere suo, sed iste sensus non agit ad propositum, nec est uera illa litera, ideo redeundum est ad primum sensum.

Quare admirabantur Saulem prophetare, eo quod pater eius nō esset propheta, cum prophetia non sit per successionem. Quæst. XV.

Quare aliquis quare mirabantur hic isti uiri, q̄ Saul prophetauit, cum pater eius nō esset propheta, nec aliquis cognatus suus: nam si prophetia esset per hereditariā successionem admirabile esset, quod aliquis, qui nō erat de genere prophetarū prophetaret, prophetia tamen non est per successionem hereditariam, tanquam extraduce sed sola Dei uoluntate, sic patet. 2. Petri. c. 2. & Sapient. c. 7. dicitur de sapientia Dei, cum sit vna omnia potest, & peimanens in se omnia inuouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, & prophetas constituit: ergo nō est prophetia in aliquo genere determinato, & hoc est accipiendū proprie prophetiam, sed etiam accipiendū eam largē non h̄ per successionem, nam uocatur isto modo prophetia quædam scientia, per quam aliquis scit facere Cāntica, & laudes Dei, quæ alii facere nesciunt: ista autem p̄ acquisitione n̄ h̄: quilibet ergo illam labore, & ingenio assequi potest. quam quam igitur non esset de genere Saulis, qui haberet illam, poterat ipse habere.

Respondendum est, q̄ hic admirati sunt isti uiri rationabiliter de Saule prophetante, cum pater eius nō esset propheta, & hoc, quia accipitur prophetia largē: nam de prophetia proprie sumpta, per quam reuelantur abscondita, non erat mirabile, q̄ haberet eam aliquis. Alph. T. ost. In Primum Regum.

quis, cuius pater non esset propheta. I. quia saltem nō erat contra communem modum: immo ē contrario rari fuerunt prophetae qui haberent patres p̄phetas, & ista prophetia interdum erat in laicis, interdum in sacerdotibus, & Leuitis: prophetia autem large dicta, quæ est scientia faciendi Cantica, & Psalmos non conuenerat a Deo dari per inspirationem, sed habebatur per laborē, sicut omnes alie scientie, & ob hoc cuiuslibet erat possibilis ista, quia tamen inter hebræos ministrū Dei erant sacerdotes, & Leuitæ isti uocabant sapientia, vt scirent omnia, quæ p̄tinerent ad legē, & scirent laudare Deum ex his, quæ erant in lege: alii autem qui erant in aliis tribubus rarissimē uocabant sapientie, præterquam in tribu Issachar, de qua inueniuntur aliqui uiri sapientes tempore Dauid, sed adhuc ista sapientia magis erat ciuiliis: de hoc. i. Paralipomen. cap. 12. de sapientia autem sacerdotum patet Malach. cap. 2. I. Labia sacerdotis custodient scientiam, & legē de ore eius exquirent, quoniam angelus domini exercituum est. Leuitæ quoque uocabant sapientia, & ipsi soli erant, qui separabantur in sanctuario ad prophetandum coram domino in uasis musicis, vt patet primo Paralipomen. cap. 16. & 25. & quia alie tribus nō uocabant huic sapientia, & illi prophetæ, qui descendebant de excelso, erant de genere Leuitarum, mirati sunt omnes, qui uiderunt, quod Saul haberet scientiam prophetandi, & non fuissent mirati de uera prophetia, & hoc quia non pertinebat Saul ad genus Leuitarum, de quibus erant isti prophetae.

Propterea uersum est in prouerbiū, Num & Saul inter prophetas? i. quia uisum est istud mirabile de prophetia Saulis uersum est in prouerbiū in uerbum uulgare, uel exemplare, scilicet, quod quando alicui in desperato dabatur donum prophetie, uel eueniebat ali-quod bonum subito præter communem conditionē dicebatur: num Saul inter prophetas? q. d. non est mirum, q̄ isti detur istud donum, quia etiam Saul datus est, q̄ esset inter prophetas, cū nullus de genere eius pertinuerit, vnquam ad prophetas.

Cessauit autem prophetare, & uenit ad excelsum. I. Saul inuenit prophetas apud portam uiribus, & ibi prophetauit cum eis: postea autem cessante prophetia ascendit in excelsum, de quo descendebant prophetae. ascendit aut̄ illuc, quia fortē habitatio patris sui in urbe illa erat in excelso, uel fortē, quia locus aliquis erat specialis in excelso, in quo Deus colebatur, & orabant illi, qui erant in urbe, ideo uoluit antequā iret in domum suā ascendere ad gratulandum domino in excelsum: hoc autem apparet, quia prophetae descendebant de excelso, scilicet, quia ibi prophetabant, non conuenirent autem ipsi ad locum illum ad prophetandum, nisi esset ibi specialis locus orationis, & forte erat ibi altare, in quo offerrebantur sacrificia, sicut in multis aliis locis erat tunc in Israel, vt in Ramatha, & in Galgala, & Masphat, & Bethel, & similibus, vt supra cap. 7. declaratum est, dicitur autem, quod cessauit Saul prophetare. I. quia prophetia non fuit in eo, nisi tunc saltē ex illa impressione, & ob hoc non dicitur, quod regeuit in eo spiritus domini, sicut dicitur de 70. senioribus, de quibus h̄ Num. ca. 11. q̄ cum requieuisset sup̄ eos spiritus dñi, prophetauerunt, & nunquam cessauerunt: hic autem dñs, q̄ insiliit in eum spiritus domini, quod significat quandam impetum transeuntem.

Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum suum. Ista ciuitas, in qua prophetauit Saul erat locus habitationis suæ, ideo cum cessauit prophetare accesserunt ad eum cognati sui: & patruus eius, qui erat quasi principalis, quæ fuit ab eo de itinere suo, nam cum uiderent cognati eius mutationem satis crediderunt, quod aliquid mirabile accidisset Sauli, ideo quesierunt, quo modo

modo erat: est autem patruus Saulis Ner, ut patet infra 14. c. Nā pater Saulis erat Cis, & auus eius Abiel. ut patet præcedenti capit. ergo Ner erat frater Cis, & patruus Saulis.

Quo abissis. Iste nescierat de recessu Saulis, & videns nunc, q̄ in reditu prophetavit, & ante hoc nesciebat prophetare credidit, q̄ ista mutatio acciderat ei ex loco, ad quem iuerat, ideo dixit, quo abierat. Et dato, q̄ sciret patruus Saulis, q̄ iuerat ad querendum asinas, tamen nesciebat loca ad quæ accessit, ideo dicebat, quo iuerat.

Qui responderunt quæere asinas. Istud non erat respondere de loco, sicut quæerebat patruus Saulis, sed respōdere de actū, vel de fine: ex hoc enim non apparebat aliqua radix mutationis Saulis.

Quas cum non reperissemus. s. discurrendo per plura loca terræ Benjamin, & Ephraim non inuenimus eas, ut patet præcedenti c. Vnum ad Samuelem. Iam enim desperauerat Saul de inuentione earum, dixitque q̄ reuertentur, quia p̄ eius iam magis angustiaretur p̄ illis, quam pro asinabus: puero tamen Saulis suadente uenerunt in Ramatha, ubi erat Samuel.

Et dixit ei patruus suus, indica mihi, quid tibi dixerit Samuel. Ex hoc accepit magnum fundamentum inquirendi patruus Saulis: nam cum iuisset ad prophetam credidit, q̄ ab eo potuisset illi aliquid euenire propter quod mutaretur, ideo uoluit scire ordinem rei, scilicet quid dixerit ei Samuel.

Et ait Saul ad patruum suum, indicauit nobis, quod inuenta essent asinae. Hoc enim dixit Samuel immediate, ut accesserunt ad eum. s. de asinis, quas perdidisti nudius tertius, ne sollicitus sis, quia inuenta sunt, ut in prece. c.

De sermone autem regni non indicauit ei. Dixerat enim Samuel Sauli, q̄ ipse futurus esset rex: nec solum hoc, sed etiam vnxit eum, totum autem hoc vocat sermo, quod iam interdum res uocantur sermones, sic patet supra præcedenti c. cum dixit Samuel Sauli, ut sciret paululum, quousque indicaret ei sermonem domini, id est quousque uingeret eum, & ille erat sermo, sic etiā dixit Moyses. c. 8. Iste est sermo quem iussit dñs fieri, & accipitur sermo pro consecratione sacerdotum.

Quem locutus fuerat ei Samuel. Non solum subicitur id, quod locutus fuerat, sed etiam id quod fecerat, scilicet uengendo eum, magis namque ipsum factū subtrahendum erat. Aliqui dicunt, q̄ subicitur Saul ex humilitate: erat enim valde humilis, & credebatur se esse insufficientem ad tantum regimen. Sic patet infra c. 15. s. Cum esses paruulus in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es, erubuit ergo de se hoc dicere, ne uideretur se iactare, si hoc crederet esse uerum: sic enim cum uenit quidam propheta ad uengendū Iheū in regem super Israel, cum ingressus fuisset, quæsiuerunt socii Iheū, quid egisset infans ille, dixit Iheū, non stis hominem, quid locutus sit. q. d. ex quo eum uocatis stultū bene scio, q̄ scitis quis sit, & quid loqueretur, quia si stultus est, fatua loqueretur, & sic quasi deprimendo uñtionem suam, q̄ nihil esset protulit illa, socii uero eius mox, ut audiuerunt, fecerunt eum regem, infra 4. lib. c. 9.

Sed uidetur magis dicendum, q̄ hoc fecit Saul, ut non concitaret inuidiam, & ut esset hic taciturnus, vsq; ad diem, quo Deus publicè illū eligeret uidente cuncto Israel: ob hoc enim fecerat Samuel, q̄ puer Saulis præcederet eos, & nō uideret Saulem vngi, ne posset illud denūciare, quia sequerentur inde murmurationes, ut declaratum est: Iosephus autem 6. Antiquitatū uult, q̄ tacuerit ne concitaret contra se, quia in subitaneis prosperitatibus etiam illi, qui cognati sunt emulantur, dicens: de regno autem, & eius euentibus, quæ etiam si audirentur, inuidiam, & incredulitatem pare-

Quare Saul nihil dixit de regno sibi collato patruo.

rent, tacendum esse decreuit, quod nec amico, & amplius sanguinis uicinitate coniuncto tantū, ut sapiens credidit, indicare dubitans, ut reor, de humana natura: quippe cum uerum sit, quod perfectè nemo deuotus est, nec amicus, nec cognatus, nec usque in Dei donis purum aliquis seruat affectum. Sed circa p̄fectus sublimium maliuoli, & inuidi esse noscuntur.

Et conuocauit Samuel. Hic consequenter ponitur electio Saulis publica: fuerat enim a Deo vnctus, & electus in secreto, nunc autem uoluit fieri illam in publico, ut totus Israel uideret quem poneret in regem eorum.

Quare Samuel conuocauit populum ad electionem regis, cum iam electus esset. Quæst. XVI.

Quare Samuel conuocauit populum ad electionem regis: si enim fieri debuisset electio per uota ludæorum conueniens fuisset, q̄ uocarentur. aut si quouis modo præstarent auctoritatem electioni, sed nihil horū erat, quoniam iam iste electus erat a Deo, & vnctus: ideo uñ q̄ fuerit superflua ista uocatio: solum enim debuisset Samuel nunciare Israelitis, q̄ facta fuerant: si. n. nondum fuisset vnctus Saul erat cōueniēs, q̄ ipsi uocarentur ad electionem, sed iam nihil deerat ei ad hoc, q̄ esset rex, nisi q̄ cognosceretur ab Israelitis, q̄ erat rex, suffecisset ergo, q̄ notificaretur eis, & non conuenirent ad ponendum sortes, quasi incertū esset, quis futurus esset rex.

Respondendum est, q̄ Deus uoluit in omnibus tollere Israelitis occasionem murmurandi, si enim Saul qui fuit in secreto vnctus denunciaretur postea fuisset vnctus, & q̄ Samuel diceret eum fuisset vnctus a Deo, alia tribus dubitaret de hoc nimis, & origo magni dubii erat, quia quælibet tribus anhelabat ad regnum. q̄ ergo in secreto Saul fuisset factus rex uidebatur esse aliquid suspectum cum ipsi non fuissent uocati, quorum intererat, nec innotuisset eis modus: potissime suspicari poterat, quia uerisimilius erat, quod principatus iste pertineret ad tribus excellentiores, q̄ ad illam tribum minimam, & adhuc maximè, quia Iacob prophetauerat de tribu Iuda, q̄ illa regnatura eēt, & nunquam regnum ab ea amouendum esset, iō poterant dicere uiri de tribu Iuda, q̄ non credebant Samueli hoc esse a Deo cum haberent prophetiam in contrarium, sed magis per fauorem humanum esse, sicut constitutio Aaron in summum sacerdotem facta per Moysen, quamquam esset Dei iussu, creditum tñ est, q̄ fuisset humana affectione, ut supra declaratum est. ut ergo tolleretur locus murmurandi, & oēs Israelitæ clarè uiderent, quem Deus acciperet in regē eorum, uocati sunt oēs in Masphat, ut ibi mitterentur sortes ad accipiendum regem, tanquam uñctio facta per Samuelem nihil omnino fuisset, ideo fuit necesse conuenire eos ad hanc electionem.

Quare Saul vnctus fuit a Samuele, cum talis uñctio nihil profectura esset. Quæst. XVII.

Quare Samuel conuocauit populum ad electionem regis: quia vnctio, quā fecit Samuel Sauli nihil profectura esset, ad quid Deus uolebat, quod uingeret eum: nam ipsa non fuit publicata populo, sed solum electio facta per sortes tribuit coram populo ius regnandi Sauli.

Respondendum est, q̄ illa, quæ facta sunt in uñctione Saulis ante istam electionē profuerunt tā p̄ Saule, quā pro Samuele, & pro populo, & primo de Samuele: nam petierat populus ab eo regē supra c. 8. ipse aut tunc

tunc dixit eis: vadat unusquisque in ciuitatem suam. s. donec ipse cognosceret a Deo quis futurus esset rex: unde si non cognouisset, nūquam uocasset populum in Masphat ad electionem per sortes nesciēs an Deus hoc uellet: nunc autem Deus reuelauit Samueli, dicens: cras mittam ad te uirum de terra Benjamin, ut in præcedenti c. & hunc vnxit Samuel, sicut Deus dixit: nunc ergo certificatus de uoluntate Dei, & rege futuro, conuocauit populum in Masphat ad accipiendum regem, quod non fecisset, nisi ante hoc cognouisset ista. Item profuit istud respectu Saulis: nā Saul uidens se esse de minima tribu, & familia, & paræ potestatis, alios autem esse in populo excellentiores formidaret accipere principatum regni, & fortè nollet, q̄ apparet, quia a principio qñ dixit ei Samuel, & cuius erunt optima quæque in Israel, nonne tibi, & omni domui patris tui? Saul uix ista credidit, magis putans se illud: fuit autem postea certificatus per multa. s. per signa sibi data, quæ omnia sibi eueniunt, ut dixerat Samuel, ut patet supra in litera. s. qñ eueniunt signa hæc omnia tibi, fac quæcumque inuenerit manus tua, quia dominus tecum est. fuit etiam certificatus per immutationem suam, quia immediate, ut recessit a Samuele immutauit ei cor Deus aliud, ut patet supra in litera. Immutauit quoque eum postea, qñ inliit in eum spiritus dñi, & prophetauit, per hoc autem confortatus Saul in seipso induit regale animum, quod non fecisset, si noniter eligeretur, & nesciuisset ante. Etiā honestius sic apparuit: ea enim, quæ preuisa sunt prudentius fiunt, si autem Samuel non vnxisset Saulem, nec quicquam ei locus fuisset, fortè ipse cum ceteris descendisset in Masphat ad electionem regis, nihil de se suspicans, & non esset in habitu decenti, & cum inueniretur, q̄ erat rex fortè expallescere, tanq̄ ex aliquo imperato, & nō demonstretur animum regalem, nunc autem cū prescisciisset, non uenit in Masphat, sed mansit in domo sua, & cum facta esset electio uenerit Israelitæ pro eo, & quia tñ ipse preuenerat, q̄ accipiendus esset in regem, potuit esse in habitu decenti, & uultum tranquillum, atque animum regale ostendere. Item profuit hoc respectu populi, quia sic magis fuit certificatus populus de diuina electione, q̄ alias. Primo quia si Saul non iuisset ad Samuelem, & non vnxisset eum, non dedit ei signa euentura, nec illa accidisset immutatio, ut prophetaret, quia ista immutatio facta est, ut cognosceret Saul uñtionem suam a Deo fuisse, ut supra declaratum est: populus quoque hoc cognouit: uiderunt. n. Saulem prophetatē, & admirati sunt scientes hoc a Deo euenire: iō qñ nescirent tunc ad quid illud fieret, tamē postquā uiderunt, q̄ Deus illum elegerat in regem confirmaretur eorum opinio, & sciret, q̄ Deus illum elegisset: nam non solum tunc, sed etiam prius in eo mirabilia sua monstrauerat. Item profuit hoc, quia quanto Deus plura signa monstrabat super Saulem magis certificabantur, q̄ elegisset eum, si tñ nō precessisset uñctio facta per Samuelem, ipse tanq̄ incautus descendisset in Masphat, & facta electione inueniretur ibi, nec ostēderetur super eum, nisi miraculū unum: nūc aut, quia post uñtionem certificatus fuit Saul de his, quæ fieri debebāt super ipsum, nō uenit in Masphat, sed abscondit se, & cum facta esset electio, cecidissetque sup eū fors non est inuentus. Consuluerunt aut Israelitæ dominum postea an uenturus esset Saul, & declarauit, q̄ esset absconditus domi inter uasa, & cum iuissent illuc Israelitæ sic inueniunt, & per hoc magis certificati, non tamen fuisset hoc si non precessisset uñctio: ergo illa multū contulit ad certificationē Israelitarū. Item quia, quamquam non cognouerunt Israelitæ uñtionem Saulis antequam fieret electio: cognoue-

runt tamen postea, quod etiam eis maiorem tribuit firmitatem, quia quanto signa accumulatiore sunt, tanto maiorem prestant fidem, cōueniens ergo fuit, q̄ ante hoc fuisset Saul vnctus. Et conuocauit Samuel populum. Ista conuocatio paucis diebus fuit post uñtionem Saulis, nam cum a Deo electus esset, nihil impeterat, nisi ut populus hoc cognosceret. Ad dominum in Masphat. Id est conuocauit eos, ut essent coram domino, ex hoc aliqui putant, q̄ arca, & sanctuariū erāt in Masphat, potissime cum dicitur infra, q̄ consulerunt ibi dominum, sed istud nihil est, quoniam etiam dicitur immediate, q̄ fecerunt Israelitæ Saulem regē coram domino in Galgala sequenti c. & supra in litera dicitur, q̄ ascendebant tres uiri ad dominum in Bethel, & etiam dicitur de colle domini in Gabaa, sed manifestum est q̄ non erat in illis locis arca, nec sanctuarium, ergo non dicebantur esse coram domino tanquam ibi esset sanctuarium, sed quia omnis locus, in quo domino aliquis specialis cultus impendebatur, vel ad quem aliqui conueniebant, ut impederēt Deo cultum, dicitur esse coram domino, & sic ad quæcumque locum uocaret Samuel Israelitas, ut loqueretur eis, diceretur esse coram domino.

Quare Samuel uocauit Israelitas in Masphat potius, quam in alium locum. Quæst. XVIIII.

Quare Samuel uocauit Israelitas in Masphat: quia vnctio, quæ facta est, quia in electione regis debebant fieri aliqua sacrificia, & illa nō possent fieri conuenienter, nisi in Masphat, ideo conuocati sunt illuc. Sed dicendum est hoc non stare. Primo quia non legitur, q̄ fecerint hic aliqua sacrificia, nec solennitatem magnam pro rege assumpto, sed ista facta sunt postea in inuentione, ut patet sequenti c. ideo pro hoc non debuisset magis eligi vnus locus, q̄ alius. Item non stat, q̄ propter sacrificia in ipso loco fuisset facta congregatio: non enim solum fiebant ibi sacrificia, sed etiam in alijs locis, ut in Galgala, ubi postea immolatæ sunt uictimæ in regis inuentione, ita in sequenti c. Etiam in Ramatha fiebat immolatio, ut patet supra c. 7. nō ergo fuit, ppter sacrificia, iste locus electus. Aliquis dicit, q̄ conuocauit Samuel ad locum istum Israelitas, eo q̄ erat ibi sanctuariū domini, & debebāt ibi consulere Deum, sicut postea factum est. s. ubi inueniretur Saul. Sed dicendum est, q̄ non fuit factum propter hoc, quoniam nesciebat Samuel, an Israelitæ consulti essent dominum pro Saule, an non, quia facta electione accidit, quod Saul non fuit inuentus in Masphat, ideo consulerunt dominum, ubi esset: nesciebatur ergo a principio, an istud consilium, vel consultatio fieri deberet. Item dato, quod sciretur, q̄ Deus deberet consuli, non erat magis opus hoc fieri in Masphat, quam in alio loco, quia Samuel consulturus esset dominum, & ille posset consulere ubicumque uellet, quoniam ipse non ingrediebatur in sancta sanctorum ad consulendum, sicut sacerdotes magni, sed cum oraret dominum, ut aliquid ei denunciaret denunciabat: etiam ipsi sacerdotes non consulebant dominum in sancta sanctorum, vel in aliqua parte sanctuarij, sed aliquando consulebāt in alijs locis: immo pluries consulebant extra, quam in sanctuario, quia solum consulebant in sanctuario in die proprietariis, quando introibat summus sacerdos in sancta sanctorum: alijs autem temporibus non consulebant ibi, sed ubicumque summus sacerdos inderet se Ephod, consulebat dominum, sic patet de Abiathar sacerdote, qui consuluit dominum semel in Ceila, quando Saul persequebatur Dauid. Iterum etiam consuluit

fuluit dominum in Siceleg applicito Ephod: de hoc infra 23. & 30. c. a fortiori autem Samuel poterat consulere dominum ubicumque veller, quoniam ipse non applicabat Ephod, cum non esset sacerdos magnus, sed consulebat orando sicut Propheta.

Item dato, quod non posset Deus consuli, nisi in sanctuario non sequeretur, quod deberet congregari populus in Masphat, quoniam non erat ibi sanctuarium: nam illi, qui ponunt sanctuarium in Masphat, dicunt hoc, quia hic dicitur, quod Samuel conuocauit populum ad dominum in Masphat, & quia infra dicitur, quod consulerunt dominum, & quod Samuel reposuit legem coram domino, & isti etiam dicunt, quod postea fuit sanctuarium in Galgala, eo quod ibi dicebant esse coram domino, vt patet sequenti c.

Sed hoc non stat: nam antequam conuenirent Israelitae in Masphat ad eligendum regem, erat locus oblationis in Galgala: nam Samuel dixit Sauli, quando recessit ab eo, descendes ante me in Galgalam, ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem, & tunc non dum conuenerat Israelitae in Masphat, ergo prius fuit in Galgala locus sacrificiorum, quia Masphat desineret esse locus sanctus: ergo simul erant ambo loca orationis, & oblationis, nec arguitur ex hoc quod esset sanctuarium in Masphat aliquando, aut in Galgala. Fuit igitur iste locus electus a Samuele, vt conuenirent ibi Israelitae: non quidem tanquam in nullo alio conuenire possent, sed quia iste visus est sibi conueniens: erat enim vnus de tribus locis, in quibus consueuerat Samuel iudicare Israelitas, vt patet supra c. 7.

Responso auctoris.

In hoc etiam iterum congregauerat Israelitas, quando pugnauerunt contra Philisthim, e. c. Et ait ad filios Israel. Scilicet postquam conuenerant omnes in Masphat, Hec dicit dominus Deus Israel. Hic Samuel declarauit Israelitis, quod male agerent petendo regem: a principio enim eis hoc dixerat supra e. 8. nunc quoque cum esset de proximo daturus eis regem admonuit, vt ab hac iniquitate desisterent, sed etiam non desisterunt. Ego eduxi Israel de Aegypto. Improperat Deus Israelitis beneficia, quae eis contulit, quoniam ipse solus contulit eis omnia bona, quae habuerant vsque in presentem diem, pro quo debuissent eum solum super se velle dominum: nunc autem abijciebant eum petentes regem. Incipit autem hic a primis beneficiis, scilicet quod eduxit Israelitas de Aegypto: alia autem fuerunt beneficia priora, scilicet quod Deus eduxerit Abraham de terra Chaldaeorum, & dedit ei terram Chanaan in hereditatem: deinde semper dedit prosperitatem posteris suis Isaac, & Jacob, & assumpsit eos sibi in populum: non tamen enarrat ista, quia hic ponuntur beneficia collata populo Israel: illa autem, quae fuerunt data Abraham, & Isaac, & Jacob, fuerunt tanquam beneficia personalia, quia tunc Israel non erat populus: in Aegypto autem creuerunt Israelitae ad magnum numerum, & tanquam germinantes multiplicati sunt Exo. c. 1. ita, vt in exitu de Aegypto essent sexcenta millia pedum: Exo. c. 12. ideo ex illo tempore inceperunt beneficia Israelitici populi, quia tunc Israel cepit esse populus magnus. Etiam incepit Deus ab hoc beneficio, quia istud fuit maximum, nam nullum maius bonum est, quam libertas, nec aliquod maius malum, quam seruitus, Israelitae tamen in Aegypto erant in maxima seruitute, vnde interdum dicitur, quod eduxit eos Deus de fornace ferrea Aegypti, vt patet Deuter. c. 4. Interdum autem vocatur ergastulum: Exo. c. 6. erat naque seruitus nimis grauis, vnde Deus dicit, quod abstulit iugum, vel catenas certicum Israelitarum, vt ambularent erecti, scilicet quia in Aegypto curui erant: Leuit. c. 26. Et erui vos de manu Aegyptiorum. Scilicet quando eratis in Aegypto, & ipsi super mare rubrum voluerunt

vos occidere: Exo. c. 14. ibi enim Israelitae omnes perijissent, nisi Deus aperuisset mare rubrum.

Et de manu omnium regum, qui affligebant vos. Ista sunt beneficia posteriora: nam postquam egressi sunt de Aegypto inuenerunt eos multa mala, & in his omnibus cum clamarent ad Deum eruebat eos.

Primus autem regum, qui afflixit Israelitas fuit rex Amalec: ipse enim pugnavit cum eis mox, vt transierunt mare rubrum in mansione, quae dicitur Raphidim: Exo. c. 17. & hoc dicitur Nume. c. 24. principium gentium Amalec, id est prima de gentibus, quae pugnavit contra Israelitas fuit gens Amalecitarum: ab his autem liberati sunt Israelitae, quia Iosue percussit Amalecitas. Exo. c. 17. c.

Post hoc autem rex Chananeus Arad persecutus est Israelitas anno secundo ab exitu de Aegypto in Cadesbarne. Nume. c. 14. c.

Iterum etiam anno 40. ab exitu de Aegypto pugnavit contra eos, & cepit praedam. Nume. c. 21. sed tunc Israelitae deleuerunt Chananeos, & omnes vrbes eorum destruxerunt.

Post hoc autem pugnauerunt contra eos duo reges Amorrhoei Sehon, & Og, & istos quoque occiderunt cum populo suo. Nume. c. 21. & Deuter. c. 2. & 3. c.

Post hoc ingressus Israelitis in terram Chanaan pugnauerunt omnes Chananej contra eos, & occidit Iosue 31. reges, vt patet Iosue. c. 12.

Post mortem autem Iosue, peccantibus Israelitis premebat eos Chusanrasathaim rex Mesopotamiae, quem occidit Hothoniel iudex Israel.

Post hoc iterum peccantibus Israelitis Eglon rex Moab premebat Israel, & liberati sunt per Aod iudicem Israel, de his Iudic. c. 3.

Post haec iterum premebat Israelitas Rabin rex Assor & liberati sunt per Barac Iudic. cap. 4. Deinde rex Madian conturbabat Israel magno tempore, & liberati sunt Israelitae per Gedeonem. Iudic. c. 7. Sic etiam patet de alijs regibus ex processu libri Iudicum, a quibus omnibus Deus liberauit Israel.

Vos autem hodie proiecistis dominum Deum vestrum. Hic panditur Israelitarum ingratitude, quia cum tanta suscepissent beneficia benefactorem Deum abiecerunt, dicitur proiecistis hodie, scilicet in die, qua petistis regem, nam eo, quod petebant alium dominum, abiciebant priorem, non est autem sensus, quod Israelitae abiecerint Deum, ita quod nullo modo vellent, quod ipse dominaretur eis, nam semper eum voluerunt in Deum, sed dicitur, quod abiecerunt, quia Deus volebat, quod non solum haberent eum in Deum, sed in dominum, volebat enim immediate regere eos, quasi esset dominus temporalis eorum. Cum vero ipsi peterent regem nolebant, quod Deus dominaretur immediate, sed mediate, sic patet infra 12. c. scilicet dixistis mihi, nequaquam, sed rex imperabit nobis, cum dominus Deus vester regnaret in vobis, An vero in hoc Israelitae peccauerint, manifestum est, quod sic, sicut declaratum est supra c. 8. Qui solus saluauit vos de vniuersis malis, & tribulationibus vestris. Istud ponitur ad signandum magnitudinem ingratitude: nam si Deus fecisset aliqua beneficia populo Israel, & etiam aliquis alius contulisset aliquid magnum, & desererent Deum, vt sequerentur alium benefactorem, licet esset malum: non tamen esset tam imputabile: tunc vero nullas alius contulerat bonum Israelitis, nisi Deus, & eum abiecerant, ergo erat ingratitude. Et dixistis nequaquam. Id est nequaquam fiet sic, scilicet vt Deus solus sit dominus voster.

Sed regem constituite nobis. Scilicet, vt habeamus regem sicut ceterae nationes: ista dixerunt Israelitae prima vice, quia conuenerunt ad Samuelem in Ramatha petentes regem

regem supra cap. 8. nunc autem Samuel repetit verba eorum, & quamquam Hebraei in Masphat, ista non dicerent tamē semper persistebant in dictis suis, alioquin penitissent, & nolent accipere regem: postea tamen penituerunt, quia fecerant regem, quando Samuel inuocauit Deum, & dedit pluuias, & tonitrua, vt patet infra 12. cap. tunc tamē Samuel noluit, quod desisterent, quia iam regem habebant, & super eos aliquanto regnauit tempore atque fecerat bella: si tamen nunc penitissent eos, quia petierant regem antequam eligeretur quisquam, quia res integra erat, consensisset Samuel.

Ordinatio Israelitarum pro electio ne regis.

Nunc ergo state coram domino. Hic ponitur dispositio Israelitarum ad eligendum regem per sortes: nam ad hoc omnes tribus, & familiae debebant esse ordinate eo, quod fors ponenda erat super omnes, & dicitur state coram domino, scilicet coram loco, in quo ponebantur sortes. Aliqui existimant ob hoc, quod sanctuarium, vel arca fuerit in Masphat, quia dicitur, quod starent Israelitae coram domino. Sed ad hoc iam responsum est: in multis autem alijs locis dicitur, quod erant coram domino, & non erat ibi arca, nec sanctuarium: tamen verum est, quod iste sortes consueuerat poni coram arca, vel in sanctuario: sic enim factum est, quando Iosue inquisit quis peccauit in anathemate Iericho: nam omnes tribus conuenerunt coram arca, & inquisitum est malefium per sortes, vt Iosue. cap. 7. Sic etiam, quando Iosue posuit sortes ad diuisionem terrae Chanaan: nam posite sunt in Silo coram domino, vt patet Iosue cap. 18. Sic etiam, quando pugnavit Saul contra Philisthim, & inuentum est peccatum in populo, cum Deus non respondebat, posite sunt sortes coram arca, vt patet infra 14. cap. Hic tamen fuerunt posite sortes, & non coram arca, quia etiam sic Deus manifestaret veritatem, sicut coram arca.

Per tribus vestras, & familias. Id est quod Israelitae essent ordinati per tribus, & familias, scilicet quod illi, qui erant de tribu Iuda non essent mixti cum illis, qui erant de tribu Ephraim, & de conuerso, sed quilibet tribus esset per se distincta, nec solum vna tribus ab alia, sed etiam familiae illarum tribuum debebant esse distinctae: habet enim quilibet tribus familias aliquas, sicut patet Nume. cap. 26. vbi ponuntur familiae singularum tribuum, debebat autem esse ordo, quod quilibet tribus esset ab alia separata: & rursus si in aliqua tribu essent tres, vel quatuor familiae, ille essent distinctae, ne aliquis de vna familia esset cum illis, qui pertinebant ad aliam familiam.

Quare seruatus est talis ordo inter eos. Quest. XIX.

Quare seruatus est talis ordo inter eos. Respondendum est, quod sortes, per quas iudicari deberet, cui proueniret regnum, debebant determinare primum tribum, deinde familiam vsque ad viros: si autem nulla esset distinctio tribuum, sed omnes essent sub vno cumulo, non possent poni sortes, nisi forte ponerentur pro singulis viris, quod erat difficillimum, & tunc oportebat, quod nullus maneret in Israel, quin omnes descenderent, quod erat quoddam infiniti laboris, & superuacuum: oportuit ergo tribus separari, quibus separatis si forte aliquis vir de vna tribu maneret inter illos, qui pertinebant ad aliam tribum fors erraret, quoniam non caderet super illam tribum de qua erat vir. Sed super illam tribum inter quos viros erat, & sic sequeretur postea

error, quando diuideretur tribus per familias: debuit quoque quilibet tribus diuidi per familias suas, & quod illi, qui erant de vna familia, non essent inter viros alterius familiae, quia tunc quando fors proiceretur inter familias, aut caderet illi familiae inter viros, cuius erat tunc ille vir, aut familiae de qua oriundus erat: si dicatur, quod caderet primo modo, sequeretur error, quia illi, qui essent de vna familia, cum deberent inter se sortiri, quis eorum esset rex, non consentiret, quod vir alterius familiae sortiretur cum eis, & sic fors frustraretur, quia ille, super quem ventura erat, abijceret: si autem fors eueniret illi familiae, de qua erat oriundus ille vir, sequeretur error, quia cum non reperiret ibi postea ille vir, frustraretur fors: oportebat ergo, vt etiam familiae diuise essent.

Et applicuit Samuel omnes tribus Israel. Scilicet applicuit eas coram domino ad ponendum sortes super illas: non est autem ista applicatio ad arcam, vel ad aliquid sanctum, in quo manifestaretur veritas, sed applicabat eas ponendo sortes pro illis, vel interrogando pro singulis.

Quomodo ponebantur sortes ad aliquid inueniendum, & quid erant istae sortes. Quest. XX.

Quare et aliquis quomodo ponebatur iste sortes, vel quid erant. Respondendum est, quod ista inuentio regis per tribus, & familias, & viros poterat fieri dupliciter. Vno modo per scripturam: alio modo in voce. Per scripturam autem esset iste modus, quod scriberentur nomina 12. tribuum Israel in 12. cedulis equalibus, & eiusdem figurae, & ille ponebatur in inuolucro quodam: tunc autem Israelitae, & ipse Samuel orarent dominum, vt per sortes illas demonstraret quem vellet esse regem in Israel: sic enim in positione aliarum forium factum est, quando Saul posuit sortem ad sciendum, quis peccauerat, & ibi fuit iste modus, scilicet quod totus populus fuit separatus in partem vnā, & Saul, & Ionathas in partem aliam: dixitque Saul domine Deus Israel da iudicium, quid est, quod non responderis seruo tuo hodie: Si in me, aut in Ionatha filio meo haec iniquitas est, da ostensionem, aut si est in populo haec iniquitas, da sanctitatem. Et deprehensus est Ionathas. Et Saul, & exiuit populus infra cap. 14. Post hoc autem Samuel, vel aliquis vir sanctus mitteret manum in inuolucrum cedularum, & educeret vnā cartulam, & illa tribus, cuius esset cartula illa, erat regalis. Et credebant Israelitae, quod in hoc non erat aliquis error, quia dominus dirigebat manum missam in inuolucrum, vt solui educeret illam literam, quā Deus volebat: sic patet Prover. c. 16. scilicet sortes in sinu mittuntur, sed a domino temperantur. Deus quoque iubeat sortes poni, vt patet Nume. 26. & 34. cap. ergo non erat in eis error: hoc autem facto considerabatur, quot familiae erant in illa tribu, & exprimebantur nomina earum in totidem cartulis, & mittebantur in inuolucrum, sicut prius, vt videretur, quae familia exiret: deinde diuideretur familia per domos, & fieret eodem modo sicut in tribu: inuenta autem domo, diuideretur illa per viros, scilicet tot cedulae, quot erant viri, & educeretur vna cedula sicut supra dicebatur, & vir cuius nomen esset ibi erat rex: hoc enim modo inuentum est malefium anathematis Iericho, Iosue cap. 7.

Aliter poterat fieri hoc sine positione cedularum per solum vocem, scilicet quod summus sacerdos indueretur Ephod, & consuleret dominum, quae tribus futura erat regalis, & tunc responderet: deinde diuideretur per familias, & quae res sacerdos de qualibet earum quosque veniret ad viros: sic enim consueuerant

uerant querere summi sacerdotes, de quacunque re vellent, & Deus respondebat, vt patet infra 23. & 30. capi. vterque autem modus satis conueniens erat.

Quo modorum predictorum vsi fuerunt Israelita. Quast. XXI.

QVARETUR autem nunc, quis istorum modorum est, qui fuit hic, vel quis eorum magis conuenit literę.

Respondendum est, quod primus istorum modorum fuit hic. Secundus autem nullo modo potest applicari literę, quamquam aliquando Israelite vterentur illo. Primò quia dicitur hic, quod fuerunt posite sortes, & cecidit fors super Benjamin: deinde diuisa tribu Benjamin per cognationes cecidit fors super cognationem Metri, si tamen cõsultisset summus sacerdos dominum, quem vellet esse regem, non essent alię sortes ibi, ergo non fuit hic talis consultatio. Item si fuisset hic facta inquisitio per consultationem summi sacerdotis superfluum erat, quod tribus separarentur, & diuiderentur per familias, nam sacerdotes, quęreret quomodo vellet, & nihil proficeret esse distinctas tribus, & familias, vel admixtas: nam posset querere, quis futurus esset rex, & tunc Deus responderet: hic tñ diligẽter fuerunt separate tribus, & familie ergo non fuit talis modus inquirẽdi, sed per cartulas. Item quamquam inter Hebręos iste modus inquirẽdi esset, tamẽ non conueniebat omni inquisitioni: sed quando erat determinata persona, vel negocium. De persona, vt si quęreret an iste futurus esset rex, vel nõ. De negotio, vt si quęreretur an bellũ futurum esset, vel non: cum tamen erat negociũ incertum, vel persona, non inquirebatur hoc modo. De persona patet, vt si quęreretur, quis furatus est, vel quis regnabit: de negotio, vt si dicatur, quid eueniet anno isto: ideo familia semper inquirebantur per sortes, & non per consultationem sacerdotis. Patet de furto Iericho, quia ibi cum non poneretur certa persona, de qua fieret quęstio, non cõsultuit dominum sacerdos, sed posite sunt sortes, & Deus sic iussit fieri Iosue capitu. 7. sic etiam quando inquirebatur, quis peccauerat in exercitu Saulis per sortes inuentum est infra capitu. decimo quarto. & postquam exiuit populus, & deprehensus est Ionathas, & Saul: ait Saul, mitte sortem inter me, & Ionatham filium meum, & captus est Ionathas.

Causa huius est, quia in his, quę inquirebantur a domino in voce, responsio Dei solum erat sic, vel nõ, vt patet infra capitu. decimo tertio. cum quęsiuit Dauid dicens, si tradent me viri Ceile, & viros, qui mecum sunt in manus Saul, & dixit dominus, tradent, & infra 30. capitu. quęsiuit Dauid, dicens: Persequar latrunculos hos, an non, & comprehendam eos: dixit Deus persequere. Cum autem esset negocium incertum, vel persona, de qua quęritur, non posset fieri talis quęstio, nisi cum magna difficultate discurrendo per particularia, & formando de quolibet quęstionẽ, vt patet si in furto Iericho voluisset hoc modo querere Iosue, debebat applicare quemlibet de Israelitis, & de quolibet eorum quęreret, an iste furatus est, vel nõ, & hoc modo esset negocium infinitum: Deus ergo prouidit pro talibus iubendo, quod ponerentur sortes, & hoc modo facilius inter viros quodcunque poterat inueniri, quod vellet, non faciendo quęstionem de aliquo eorum, & isto modo factum est hic. Potuisset autem aliter fieri, scilicet per inquisitionem sacerdotis magni, sed erat difficillimum, quia tunc de quolibet Israelita deberet quęri specialiter, an Deus vellet eum in regem, vel nõ, quod difficillimum erat.

Et cecidit fors super tribum Benjamin. Id est posite fuerunt cedule pro singulis tribubus, & cum mitteretur manus in inuolucrum, exiuit fors Benjamin, & sic apparuit ad illam tribum pertinere regnum.

Et applicuit tribum Benjamin, & cognationes eius. Id est applicuit Samuel tribu Benjamin per cognationes. Accipitur hic Et, id est per, quia non distinguitur Benjamin a cognationibus suis: nihil autem aliud erat ista applicatio, nisi positio sortis. Cum enim dicitur, quod applicuit omnes tribus est sensus, quod posuit sortes pro omnibus: applicare autẽ cognationes Benjamin est ponere sortem pro qualibet familia.

Et cecidit fors super cognationem Metri. Ista erat vna de familijs Benjamin: erant enim familie octo tribus Benjamin: Nume. cap. 26. sed non est verisimile, quod omnes ille manerent: nam tribus Benjamin penẽ deleta est in bello propter uxorem Leuite: vnde nõ mã sit vir, aut mulier senex, aut paruulus in tota illa tribu preter sexcentos viros, qui fugerunt ad penam Remon, vt patet Iudi. cap. 20. In his autem non est verisimile, quod manerent omnes familie, quę olim fuerant in tribu Benjamin, sed aliqũ earum, & inter illas fuerunt posite sortes.

Sciendum quod in Hebręo habetur hic Mathari, vel Meteri, vbi nos dicimus Metri. Et aliqui dicunt, quod non sit nomen alicuius cognationis denominatẽ ab aliquo viro, eo quod non reperitur tale nomen viri in tribu Benjamin, a quo posset denominari familia: dicunt ergo, quod est nomen commune significans generaliter quemcunque hominem rectẽ iacentem ad signum sagittas, vel lapides, aut telum, & ista positionem tenet Nicolaus. Ad quod sciendum, quod Mathari in Hebręo significat signum ad quod se exercitant sagittarij, vel fundularij, aut quicunque habentes signum. Vnde infra capi. 20. vbi dicit Ionathas ad Dauid, iaciam quasi exercẽs me ad signum. In Hebręo habetur ad Mathari, & sic in alijs locis: inde deriuatur hoc nomen Mathari, vel Methari. In Gabaa autem erant viri fundularij certissimi: vnde dicitur de eis Iudi. cap. 20. viri fortissimi ita sinistra, vt dextra preliantes, & sic fundis ad certum iacentes lapides, vt capillum quoque posset percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis differretur: debellatis autem viris Benjamin, vt patet Iudi. capi. 21. aliqui, vel saltem aliquis de illis euasit, & ab illa arte, in qua erant excellentes denominatus est vna cognatio Mathari. Satis autem stare potest, sed magis videtur, quod sit nomen proprium.

Et peruenit vsque ad Saul filium Cis. Id est continue diuidendo peruentum est vsque ad Saulem, fuit autem modus, quod facta diuisione tribus in familia diuisa est familia Metri in domos, deinde illa domus, super quam cecidit fors diuisa est per viros, & in hac diuisione positum est nomen Saulis in cedula vna, & exiuit illa, & sic viderunt omnes, quod Deus volebat illum esse regem: hic autem non ponitur de diuisione familie in domos, & domus per viros, sic tamen factum est, nam sic iussit Deus Iosue cap. 7. scilicet: Accediteque manẽ singuli per tribus vestras, & quamcunque tribum fors inuenierit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per viros.

Quomodo fors peruenit ad Saulem, cum Saul non esset ibi. Quast. XXII.

QVARETUR aliquis quomodo potuit fors peruenire, vsque ad Saulem, eum Saul non esset ibi, quod patet, quia dicitur immediate, quęsierunt ergo eum, & non est inuentus.

Notabile circa literã hebraicã.

Respondendum est, quod si fuisset facta inquisitio per sacerdotem in generali, scilicet quem vellet Deus esse regem, dato quod ibi non esset Saul, posita quęstione, posset de illo responderi: tunc tamen non fuit hoc factum per inquisitionem sacerdotalem, scilicet per sortes, vt supra dictum est: ideo aliter oportet dici, scilicet quod Samuel congregauit Israelitas in Masphat, & iuerunt illuc viri de omnibus tribubus, & familijs, quia ibant ad eligendum regem, non tamen conuenerunt omnes Israelite, sed de qualibet tribu, & familia aliqui tunc missis sortibus, vt dictum est: quãdo peruentum est ad cognationem Metri, & illa diuisa est per domos, domusque per viros, erant ibi aliqui qui sciebant quot viri erant in qualibet illarum domorum: descriperunt autem nomina omnium virorum, qui erant in illa domo, cui fors vltimate euenit, de quibus erat vnus Saul, & illi, qui scribebant nomina ista, non inquirebant an illi quorum nomina scribebantur essent ibi, sed cum ipsi optime nossent numerum, & nomina omnium virorum illius domus, scriperunt ea, cum autem exiuit fors Sauli, tũc inquisuerunt, an ibi esset, & non est inuentus, eo quod ante hoc non inquisitus fuerat, an ibi esset. De materia autem sortium an sortes licite sint, & quando, & an habeant aliquid naturale, & an liceat inquiri maleficia per sortes, & qualiter Deus operetur in sortibus in diuersis locis particulatim tactum est, scilicet Leui. 16. & Nume. 26. cap. & Iosue cap. 7. & 15. atque 18.

Quęsierunt ergo eum, & non est inuentus. Non quęsierunt eum quando fuerunt posite sortes: cum autem fors ei prouenit quęsierunt eum, quia debebat stare inter eos ad hoc, quod facerent illum regem, & cum in contribules suos quęreretur non est inuentus: abscondit enim se sciens euentum futurum.

Et cõsultauerunt post hac dominum. Putauerunt enim, quod aliquid accidisset illi, ita vt non possent eum habere, & nescientes de eo etiam contribules sui mirabantur, ideo cõsultauerunt dominum pro eo, & hoc quia volebant immediate eius presentiam: nam erat ibi totus populus, & cõgregatus, & volebant componere legem regni, & semel eum constituere regem. Si autem populus discederet de Masphat antequam ipse inueniretur, oportebat iterum totum populum congregari ad constituendum eum regem, quod erat laboriosum, ideo voluerunt eum esse presentem antequam inde recederent.

Quomodo cõsultauerunt dominum Israelita. Quast. XXIII.

QVARETUR aliquis quomodo Israelite cõsultauerunt hic dominum. Aliquis respondet, quod poterant dupliciter cõsultare, scilicet per sortes, vel per inquisitionem summi sacerdotis. Sed dicendum, quod non poterat fieri cõsultatio per sortes: nam fors semper ponebatur inter plures, quia siue sit diuisoria, siue cõsultoria, semper requirit plures, scilicet plures personas, vel plura negocia: hic autem erat vnica persona, de qua quęrebatur, & vnicum negocium, scilicet an Saul virturus esset, vel non, ideo non potuit poni fors: sed fuit alius modus cõsultandi dominum, scilicet per inquisitionem, & ista potuit esse dupliciter, scilicet per summum sacerdotem, vel per aliquem prophetam. Prima fiebat hoc modo, scilicet quod summus sacerdos indueretur rationali, & Ephod, & tunc Deus respondebat ad omnia, quę ille inquireret propter vestes, quas habebat, sic enim Achimaas cõsultauit dominũ pro Saule, sic infra capi. decimo quarto. sic etiã Abiathar, qui erat summus sacerdos cõsultauit bis dominũ.

pro David infra 23. & 30. capi. & ista consultatio potuit esse hic, quia cum totus populus conuenisset ad eligendum regem, verisimile est, quod summus sacerdos illius temporis, qui erat de maximis viris Israel, iussisset illuc cum ceteris. Alius modus esse poterat, quod propheta cõsultaret dominum, & hoc nõ erat applicito rationali, vel Ephod, sicut fiebat in consultatione summi sacerdotis, sed solum orabat propheta dominum, vt appareret ei, & loqueretur, & tunc apparebat, sic enim fuit de Ieremia, quem rogauerunt filij Israel, quod cõsultaret dominum pro eis an manere deberent in terra illa, vel non, & post decem dies apparuit illi dominus respondens ad hæc, vt patet Iere. 42. capi. Sic etiam fieri poterat de Samuele, & fiebat multoties, quia ipso petente Deus responderet ei, vt declaratum est supra capi. 8. Si autem dicatur, quis modus horum fuerit hic respondendum est, quod secundus per prophetiam inquisitionem: nam summus sacerdos nunquam poterat inquirere aliquid a domino, sine vestibus pontificalibus, ibi tamen, quãquam esset summus sacerdos fortẽ nõ haberet vestes pontificales, quoniam non preuidisset an deberet cõsultare dominum. Item quia cum esset ibi Samuel non est verisimile, quod aliquis alius cõsultaret Deũ, quia ipse erat propheta, qui sepe dominum cõsultabat, & erat princeps populi antequam eligeretur rex, ideo nemo cõsultaret eo presente: ipso autem cõsultante immediate Deus responderet, & hoc tenet Iosephus 6. Antiquitarum, scilicet Israelitis difficultatem patientibus, & cogitantibus, quod Saul non adesset, rogauit propheta Deum, vt ei vbi esset ostenderet, & inuenem manifestum efficeret.

Utrum nam venturus esset illuc. Id est cõsultauerunt dominum an possent habere Saulem ad hoc, quod veniret ad locum, in quo ipsi erant.

Quomodo Iudai tantum desiderauerunt nunc, vt appareret Saul, & postquam apparuit neglexerunt eum nimis. Quast. XXIIII.

QVARETUR aliquis quomodo Israelite tantum desiderauerunt nunc, quod appareret Saul, ita vt pro eo cõsulerent dominum scituri vbi esset: postquam vero apparuit neglexerunt eum, vt patet infra, scilicet filij vero Belial dixerunt: num saluare poterit nos iste? & despexerunt eum, & non attulerunt ei munera.

Responderi potest, quod hoc fuit, quod accidit communiter hominibus, scilicet, vt rem incognitam nimis desiderant, cum verò illam cognouerint despiciant, & minus appreciãtur, vt ait An. 9. Ethii. ita isti cum viderunt, quod Deus per sortem dedisset eis Saulem in regem desiderauerunt eum habere existimantes, quod esset aliquis vir valde excellens: cum autem fuit in cõspectu eorum, non apparuit tam excellens sicut existimauerant, ideo neglexerunt eum dicentes: num saluare poterit nos iste?

Sed dicitur contra hoc, quod Israelite non poterant rationabiliter despiciere Saulem, postquam eum cognouerunt: si ante hoc cum exiuit fors eius non despexerunt illum, quia non apparuit in eo aliquid, propter quod contemnendus esset, sed magis è contrario ipse apparuit excellentior omnibus Israelitis, vt patet infra, scilicet. Stetitque in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero, & sursum, & ait Samuel ad omnem populum certe videtis, quem elegit dominus, quoniam non est similis ei in omni populo: ergo non debebant eum despiciere, vifa presentia eius, sed potius è contrario, scilicet si antequam eum viderent desiderauerunt, magis debuissent postea deside-

Respon-

desiderare, quia eius presentia erat admiranda. Item non potest dici, quod a principio non cognoscebant, & ob hoc desiderabant, & postquam cognouerunt non desiderauerunt: nam ante hoc ipsi cognoscebant Saulem, vt patet ex predictis: nam eo non presente scriptum est nomen eius.

Resp. aut.

Respondendum est, quod tenendo priorem positionem posset dici, quod Saul non cognoscebatur a toto populo ante hoc, sed solum ab illis, qui erant de tribu sua, & ab his non penitus: illi autem, qui erant de alijs tribubus putauerunt, quod Saul erat aliquis vir minus potens in tribu Benjamin, cum autem viderent eum in medio populi cognoscentes, quod esset de minima familia, & parum potens, despexerunt eum, & dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Cum autem arguitur, quod Saul apparuit in toto populo altior vnuerfis, & eius presentia erat magis admiranda, quam fama. Dicendum, quod ista corporis proceritas existentibus alijs virtutibus corporis & anime, aliquid proficiebat ad aptitudinem regni, sed sola corporis magnitudo non arguebat magnam excellentiam illius, ideo cum sciuerunt eum esse de parua familia, & infimis natalibus, despexerunt eum, quamquam esset statura procerus.

Cum autem dicebatur, quod Israelite cognoscebant Saulem antequam appareret in medio populi cum scripsissent nomen eius, ideo non poterant contemnere eum postea in presentia.

Respondendum quod aliqui de Israelitis cognoscebant Saulem, scilicet illi, qui erant de stirpe sua: alij autem tribus non, vnde illi, qui erant de tribu sua scripserunt nomen eius, & alij tribus habebant causam ignorandi.

Aliter responderi potest, quod totus populus siue de tribu Benjamin, siue de alijs tribubus desiderauit, quod appareret Saul, & postquam fuit presens grauis fuit illi autem, qui despexerunt eum non fuerunt multi, & illi non solum murmurauerunt eo presente, sed etiam ante hoc, quamquam infra non exprimitur, nisi de innumeratione, que fuit presente Saule.

Respondet que dominus. Scilicet ad inquisitionem Samuels, vt dictum est. Sed dicit aliquis, quod modus fuit hic respondendi, scilicet apparendo, vel loquendo, vel qualiter. Dicendum, quod Deus hic respondit Samueli eo modo, quo declaratum est supra capi. 9. Cum dicitur, quod Deus locutus est Samueli, quando aspexit Saulem, scilicet quod locutus fuit immutando intellectum eius solum, ita hic cum orasset Samuel dominus eleuauit intellectum eius ad cognoscendum, quod Saul erat absconditus in domo, & ista fuit responsio.

Ecce absconditus est domi. Absconderat enim se Saul ex humilitate, quia iudicabat se indignum ad tantum principatum: latuit ergo ne saltem videret appetere id, quo indignus erat: hoc apparet infra capi. 15. scilicet: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? vixit que te dominus regem super Israel? Laudat autem nimis Iosephus Saulem, quod fuerit vir magnę continentię, scilicet quod sciens tantum bonum sibi futurum, potuit se continere, quin efflueret in magnum gaudium, dicens in 6. Antiquitatum, quod dum iuuenis agnouisset semetipsum abscondit nolens videri, vt arbitror, sponte suscipere principatum, sed tantam sui abstinentiam, & temperantiam demonstrauit, vt dum multi nec in parua felicitate gaudium valeant retinere, sed omnino conspiciunt esse desiderant, ille non solum semetipsum pro tanto regno, & tantarum gentium futurus dominus non ostendit: sed etiam a conspectu eorum quibus erat regnaturus eripuit, & querendum se non sine eorum fatigatione fecit.

Quo respondit Deus Samueli in quirenti Saulem.

Cucurrerunt itaque, & viderunt eum inde. Erant Israelite in Masphar, & domus Saulis erat in Gabaa, vt patet infra, misit tamen populus illuc cito, vt duceretur Saul in presentia omnium: interim autem expectauit populus in Masphar, quoniam si recederet inde, oportebat eos denuo congregari, ideo maluerunt tunc expectare vsquequo duceretur, & cito nuncij euntes duxerunt eum, non erat autem iste locus in tribu sua, quia Gabaa erat in tribu Benjamin, de qua erat oriundus Saul, vt patet infra: Masphar autem in qua tunc erat Israelite erat in terra Galaad, vt patet Iudic. capi. 11. ibi enim habitabat Iephte, qui erat Galadites, & erat hoc in tribu Gad.

Stetitque in medio populi. Quando ductus est Saul stetit in medio populi, vt omnes eum viderent, & propter honorem, & vt componeretur ibi cum eo lex regni, sicut infra patet.

Et altior fuit vnuerfo populo ab humero, & sursum. Idest non erat in toto populo aliquis, quem non excederet Saul ab humero, & sursum, erat enim proceritate, sic patet precedenti capi. scilicet ab humero, & sursum eminebat super omnem populum, ista autem magnitudo stature demonstrabat eum virum fortē ad bella, & secundum veritatem sic fuit, nimis enim laudat eum Dauid in psalmo super eum, & Ionathā infra 2. lib. capi. 1. Vnde fuit semper vir bellicosus: tota enim vita sua pugnavit contra Philisthijm, & contra alias gentes, & quocumque se verteret superabat, vt patet infra capi. 14.

Et ait Samuel ad omnem populum. Hic voluit Samuel laudare Saulem, dicendo eum esse dignum regno, quod declarabat ex magnitudine illius.

Certe videte quem elegit dominus. Idest manifestum est, quod istum elegit dominus. q. d. Deus non potest errare in eligendo, sed semper eligit, que meliora sunt, ideo quando manifestum est, quod aliquid, quod eligitur est melius omnibus alijs, inter que ponitur electio, constat illam electionem esse a Deo, ita autem declarabat hic Samuel, scilicet quia manifestum, quod esset Saul celsior toto populo: ex hoc arguebat excellentiam illius saltem quantum ad aliquod, quod apparebat, vnde dixit certe videtis quem elegit dominus, idest manifestum est, quod ista electio sit a Deo.

Quoniam non est similis ei in omni populo. Scilicet non est similis in corporis magnitudine, quoniam ab humero, & sursum excelebat super totum populum, vt patet 3. & sicut arguebat Samuel de magnitudine Saulis super alios, ita etiam arguebat, quod non esset ei aliquis similis, quantum ad alias perfectiones spirituales: nam modicum proficiebat corpore ceteros excellere, nisi simul, & bonitate preteret: maiora enim beluarum, quam hominum corpora sunt, sed ex hoc non arguimus eorum maiorem excellentiam, erat tamen Saul ceteros bonitate excellens in toto Israel, sic dicitur precedenti capi. erat ei filius vocabulo Saul electus, & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo.

Et clamauit cunctus populus. Scilicet cum viderent regem suum, & laudauit eum Samuel.

Vivat rex. Iste erat modus in assumptione regis, quia illi, qui eum accipiebant imprecabantur prospera, scilicet quod vinceret, & quod Deus sublimaret solium illius, & alia multa, sic patet infra 3. lib. capi. 1. Fiebant quoque multa alia ob solennitatem regis assumpti, vt supra declaratum est in principio capi. Non fuerunt autem omnia illa facta hic, quia non legitur, quod fecerint sacrificia, & satis apparet, quia postea in regis inuouatione facta sunt sequenti capi. an vero hic vnctus fuerit Saul a toto populo, vel solum vnctus fuerit a Samuele vnctione tacita, de qua supra non apparet, sed

Dispositio corporis arguit dispositionem animę.

Samuel locutus est ad populum legem regni.

sed satis verisimile est, quod vnctus fuerit, quoniam non consummatur regis assumptio sine vnctione. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni. Idest locutus est qualiter se debent habere Israelite cum rege suo: & hoc ne postea grauentur, quando rex imponeret eis aliqua onera, quasi existimantes se non teneri. Et rationabile erat, quod nunc poneretur ista lex, quia ante hoc non fuerat principatus regalis, sed iudicium, & ille erat minoris potestatis, & ferē nulla onera imponebat populo: principatus autem regalis erat maior, vnde Israelite magis grauentur in solutione iurium regalium, quam in precedenti politia, in qua liberiores erant: sic patet supra capi. 8. scilicet. Clamabit in illa die a facie regis vestri quem elegistis vobis, & quia nunc incipiebat regnum, conueniens erat, vt scriberetur lex regni, & proponeretur subditis.

Que lex regni fuit ista, quam nunc Samuel protulit coram populo. Quest. XXXV.

Quaerit aliquis, que lex fuerit ista. Respondendum est, quod ista non fuit aliqua lex, secundum quam rex deberet iudicare, quoniam ista iam erat per Moysen determinata, scilicet quod iudicaret sicut lege cautum erat, & ob hoc singuli reges Iudeorum quando vngebantur accipiebant librum legis in manu, & promittebant illam obseruare, vt patet de rege Ioas. 2. Paralipo. 23. c. scilicet & eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diademam, dederuntque in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum regem, hoc enim nimis commendauerat Moyses, scilicet quod cum federet rex in folio regni sui acciperet a Leuitis Deuteronomium legis, & haberet apud se, vt conseruaret iustitiam omni tempore, & disceret timere Deum: nulla ergo alia lex regni nunc imponenda erat, scilicet per quam rex iudicaret. Itē quia dicitur hic, quod locutus est Samuel legem regni, lex enim regni non est illa, per quam rex iudicat, quoniam omnes alij iudices per eam iudicant: sed lex, que pertinet specialiter ad regnum, idest ad ius regis, istud autē est, quam potestatem habeat rex super subditos, & quid debeant subditi ei prestare, & quid possit eis imponere.

Opin. aliquorum.

Nunc autem aliquis dicit, quod ista lex regni erat illa, que habetur supra capi. 8. scilicet filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, &c. nam ibi dicitur, verū tamen cōtestare eos, & predicare eis ius regis. Et iterum dicitur: hoc est ius regis, qui imperaturus est vobis. Sed dicendum est, quod non potest stare: nam hic Samuel imposuit ea, que reges poterant super subditos, sed ea, que habentur supra capi. 8. non pertinebant ad principatum regalem, sed ad tyrannicum, quia plurima eorum iniustissima erant, vt ibi declaratum est.

Item quia si illa esset lex regni, non oportuisset, quod Samuel iterum eam poneret, quia iam posuerat eam toto populo, qui petierat regem: hic tamen iterum posita est, ideo non videtur esse illa, nam ea, que habetur supra capi. 8. posita est ad terrorem etiam in presentiationem, scilicet quod aliqui reges inter Israelitas tyranni fierent, & illi imponerent populo omnia, que habentur supra capi. 8. & omne aliud genus cuiuscunque seruitutis, hic autem ponitur Samuel legem, quā habiturus erat Saul ad populum, & omnes alij boni reges, ideo non esset illa, que habetur supra capi. 8. sed aliqua alia de modo imponendi tributa, & pro qua causa, & que essent prouentiones regis communiter ad sustentandum exercitum, & sic quantum ad omnia alia, que tangunt habitudinem populi ad regem, & apparet hoc, quia immediate, vt Saul recessit de loco illo in domum suam, accepit partem exercitus, vt

patet hic, & pauco tempore interiecto elegit tria milia virorum, qui continue erant cum eo, & cum filio suo Ionatha infra capi. 13. postea autem, quando cunque reperiebat aliquem virum fortem sociabat eum sibi, vt patet infra capi. decimo quarto. Hęc autem facere non poterat, nisi haberet redditus, ideo videtur, quod immediate fuerunt ei assignati redditus in Masphar, de quibus potuit colligere exercitum.

Et scripsit in libro. Scilicet vt lex ista non deleteretur obliuione, quia non solum fiebat pro isto rege, sed etiā pro omnibus alijs regibus futuris, vt non haberent illi alia iura, quam ea, que nunc concedebantur, & haberetur illud pro lege Dei.

Et reposuit coram domino. Idest custodiuit legem illā scriptam in sanctuario. Hic non potest accipi coram domino, sicut accipiebatur in alijs locis: nam vbicunque congregabantur Israelite ad sacrificandum, vel ad faciendum aliquid, quod pertinebat ad Deum, dicebantur esse coram domino, & sic in Galgala, & in Masphar, & in Bethel, & in similibus locis dicebantur esse coram domino, vt patet supra in litera, & sequenti capi. & infra 13. Hic autem debebat ista lex reponi coram domino, ideo oportebat, quod esset aliquis locus, in quo conseruaretur, & ille dicebatur esse coram domino: hoc autem non poterat esse, nisi in sanctuario, quoniam ibi id, quod erat, dicebatur esse coram domino, quia Deus specialiter dicebatur habitare in sanctuario.

Quomodo lex regni erat coram domino, & quare. Quest. XXXVI.

Quaerit aliquis, quomodo erat ista lex regni coram domino, & quare.

Respondendum est, quod ista lex fuit lata non solum pro isto rege, sed etiā pro omnibus alijs, vt sciunt quid poterant imperare populo, & populus ad quid teneretur regibus, tā in preceptis, quam in tributis, & quia per istam legem debebant regulari, eo quod erat data a Deo, oportebat, quod conseruaretur, ne possent eam reges preuaricari in fauorem suum, vel subditi in fauorem suum: nullas autem erat conuenientior locus, quam vt conseruaretur in sanctuario, quia ad locum ipsum non poterat accedere populares nec reges. Etiam erat maioris auctoritatis id, quod ibi conseruabatur, quam si in alijs locis poneretur, & ob hoc Deus, quando volebat aliquid conseruari in testimonium, faciebat quod illud conseruaretur in sanctuario: sic patet de tabulis, quoniam tabule posite fuerunt in testimonium, quod Deus dedisset legem Israelitis, quia ibi continebatur, & iste tabule posite fuerunt in arca, vt patet infra 3. lib. capitu. 8. sic quoque manna fuit conseruatum in sanctuario mandato Dei in testimonium, quod Deus cibauisset Israelitas in deserto, & ob hoc iussit, quod custodiretur coram domino, sic patet Exo. capi. 16. scilicet: Dixitque Moyses ad Aaron: sume vas vnum, & mitte ibi man quārum potest capere Gomor, & reponere coram domino ad seruandum in generationes vestras, sicut precepit dominus Moysi, posuitque illud Aaron in tabernaculo seruandum. sic quoque Deus voluit, quod virga Aaron, que fronduerat maneret in testimonium, quod ipse dedisset sacerdotium filijs Aaron, & ob hoc iussit, quod reponeretur in sanctuario: sic patet Nume. capi. 17. scilicet: Dixitque dominus ad Moysen, refer virgam Aaron in tabernaculo testimonij, vt seruetur ibi ad signum rebellium filiorum Israel, & requiescat querele eorum a me, ne moriantur. Sic quoque Deuteronomij liber obseruatus est ad hoc, quod Israelite non negarent se obligatos ad

ad seruandam illam legem. Vnde iussit Deus poni illum in sanctuario in latere arce, vt patet Deutero. 3. 1. capi. Ista autem lex ponebatur in testimonium, ne Israelite negarent ad quid tenebantur regibus, vel ne reges aliquid vellent superaddere. Cum enim demonstraretur illa lex, compescerentur querele vtrinque: debuit ergo poni in sanctuario, vbi erat locus securus, & hoc patet, quia dicitur, coram domino: nam in omnibus in quibus dicitur, coram domino, intelligendum est, quod seruanda erant in sanctuario. Nec solum ista lex seruabatur in sanctuario, sed etiam alie leges principum minorum: nam Simon Machabeus frater Iudæ fuit princeps Iudæorum, & non rex, & tamen libertas illa, & honor, quam Romani dederunt ei super populum Iudæorum, fuit posita in monte Siō. Nam scriptum Romanorum dicebat, quod statuerit ei libertatem, & descriperunt in tabulis æreis, & posuerunt in titulis in monte Siō, & deinde dicitur, quod suscepit Simon istam scripturam, & dixerunt Iudæi pone eam in tabulis æreis, & pone eas in vestibulo sanctorum in loco celebri: exemplum autem eorum ponere in ærario, vt habeat Simon, & filij eius, vt patet 1. Machab. 14. capi. si ergo illa lex, que erat Romanorum, & solum data pro Simone, & filijs illius, posita fuit in sanctuario, quanto magis lex ista regni, que a Deo per Samuelem debuit poni in sanctuario? Et sic dicendum, quod quamquam non esset tunc sanctuarium in Masphat, sed vrbe Nobe, tamen Samuel scribens istam legem in Masphat coram toto populo, duxit eam in Nobe, & posuit in sanctuario, vt custodiretur ibi.

Omnes leges principum seruabatur in sanctuario.

An ista lex fuerit posita in arca fœderis. Quæst. XXVII.

QUÆRIT aliquis an fuerit posita ista lex in arca fœderis. Aliquis respondebit, quod non, quonia in arca nihil erat, nisi tabule testimonij, vt patet infra 3. lib. capi. 8. scilicet: In arca non est aliud, nisi due tabule lapidee, quas posuerat in ea Moyses in Horeb. Item non auderet aliquis aperire arcam ad ponendum ibi quicquam: nam accedere ad eam, quando erat nuda intra sancta sanctorum non licebat cuiquam, nisi summo sacerdoti: quanto magis aperire eam. Nam, & hoc non liceret summo sacerdoti: Samuel ergo non auderet aperire arcam ad ponendum ibi legem. De Moysse autem non est simile, ipse quippe fabricauit arcam, & posuit ibi tabulas, & clausit, & aperuit, quando voluit, quia Deus hoc iubebat, alijs autem non licuit sic, ideo non liceret Samueli. In contrarium dicitur, quod fuit posita ista lex in arca, quia de ea dicitur hic, quod reposuit eam Samuel coram domino: omnia tamen alia, de quibus dicitur, quod reposita fuerunt coram domino sunt in arca: ergo etiam fuit posita ista lex in arca, patet hoc, quia iussit Deus seruari tabulas in testimonium Exo. capi. 25. & illæ posite fuerunt intra arcam infra 3. lib. capi. 8. iussit quoque poni manna in vna coram domino in sanctuario: Exo. capi. 16. & positum est in arca fœderis, vt ad Hebr. capi. 9. iussit quoque seruari Deuteronomium in testimonium, & positum est in latere arce. Deuteronomij capi. 31. iussit quoque poni in tabernaculo coram domino virgam Aaron: Nume. capi. 17. & illa posita fuit in arca fœderis ad Hebr. capi. 9. ergo ista lex regni, que dicitur reposita est coram domino, vt patet hic, fuit posita in arca. Satis enim aliquis dicere poterat, quod fuerit posita in arca, quia nullum inconueniens est, & quia reperiuntur alia similia.

F Dicendum tamen, quod non fuit posita, quia Apostolus ad Hebr. capi. 9. ponit omnia, que fuerunt in arca: dicit tamen, quod in arca erat vna aurea habens manna, & virga Aaron, que frõduerat, & tabule testamenti, & sic nihil aliud ibi erat, ergo lex ista regni non erat ibi: Deuteronomius autem non erat in arca, sed in latere arce. Deutero. capi. 31.

Determinat auct.

Dicendum igitur, quod fuit reposita ista lex in aliquo loco securo in sanctuario, ne quis posset fraudare verba illius addendo, vel diminuendo: non tamẽ fuit in arca: sic fuit de scripto, quod remisertunt Romani Simoni Machab. de potestate eius, & filiorum suorũ super Iudæos, & libertate sua: nam fuit positum in vestibulo sanctorum in loco celebri primo Machab. capi. decimo quarto. Cum autem arguitur, quod in arca nihil erat nisi due tabule infra 3. lib. capi. 8. dicendum, quod responsum fuit Exo. 25. capi. Et in codẽ c. declarabitur.

Cum verò dicitur, quod non liceret Samueli, nec alicui alteri aperire arcam ad ponendum ibi quicquam. Dicendum est, quod non licebat summis sacerdotibus, quia isti solum agebant ea, que competebant eis de lege communi: prophete autẽ mouebantur a Deo specialiter, ideo poterant facere ea, que non licebant alijs hominibus, & sic erat de Samuele. Nam sicut licebat ei facere sacrificium, cum non esset sacerdos, & facere illud vbicumque vellent, sic licebant quecumque alia, que erant contra legem communem ceremonialem: licuisset ergo hoc: constat tamen, quod non fuit factum, quia solum erant in arca manna, & virga Aaron, & due tabule testamenti, vt patet ad Hebr. capi. 9.

Et dimisit Samuel omnem populum singulos in domum suam. Id est dedit eis licentiam recedendi, quia iam erant omnia expedita, que pertinebant ad regem assumendum, & non dicitur hic, quod Saul dimisit omnem populum, sed Samuel, quia Samuel erat hic, sicut princeps, ipse enim totum populum congregauerat, ideo ad eum pertinebat totum populum licentiarẽ ad eũdẽ, Saul autem erat nouiter assumptus in principẽ, nihil ergo tunc imperabar saltem: vique quo completerentur omnia, que pertinebant ad ceremonias assumptionis eius, sed Samuel qui eum instituebat, debebat iubere.

Set, & Saul abiit in domum suam in Gabaa. Id est non solum alij populares recesserunt in domos suas, sed etiã Saul, & iur in Gabaa, quia ibi erat domus sua a principio: non enim est sensus, quod nunc nouiter acciperet domum in Gabaa, sed quod prius erat ibi domus eius, & nunc etiam illuc redibat. Apparet autem, quia Saul erat de stirpe Benjamin, vt patet supra in litera. Gabaa autem erat ciuitas in stirpe Benjamin: Iosue capi. 8. non enim mutauit nimis statum Saul, quamquam fuisset sumptus in regem: sic patet sequenti capitulo: nam postquam fuit rex, sequebatur boues venientes de agro: habitauit autem Saul in principio regni sui in Gabaa, vbi prius habitauerat, vt patet hic: post paucum autem tempus elegit tria millia virorum, & reliquit filium suum Ionatham in Gabaa cum mille viris: ipse autem habitauit in monte Bethel cum duobus millibus infra 13. capi. Iterum autem redijt ad habitandum in Gabaa infra capi. 14.

Et abiit cum eo pars exercitus. Non intelligitur hoc de exercitu suo, quia ipse nondum acceperat exercitum cum illa esset prima dies, qua factus est rex, sed iur cũ eo exercitus ad honorandum ipsum, quia rex erat, & mansit cum eo aliquanta exercitus pars, paulo autem tempore post, ipse elegit tria millia virorum in exercitu: postea autem cũ magnificaretur magis cõtinue augmentabat exercitum, infra decimo quarto cap. 6.

Nam

Filij Belial q. sint.

Nam quemcumque videbat Saul virum fortem, & aptum ad prelium sociabat eum sibi. Quorum tetigat Deus corda. Dicitur hoc, quia aliqui de exercitu habebant bonum zelum, & illi acceperunt Saulem in regem, quia Deus illum elegerat: & secuti sunt eum vique in domum suam in Gabaa: alia pars exercitus erat virorum iniquorum, & isti contempserunt Saulem, nec secuti sunt eum, sed dixerunt num saluare poterit nos iste? Dicitur autem quoru Deus tetigat corda ad significandum, quod isti, qui mouebantur ad honorandum Saulem inciabantur bono zelo: & quia omnia, que bona sunt a Deo sunt, cũ Christus dixerit, Ioan. 16. cap. Sine me nihil poterit facere, & nullum bonum opus meritorium, oportet, quod Deus tetigisset corda illorum, qui bono zelo mouebantur: tangere autem cor alicuius, nihil aliud est, nisi quod Deus incitet eũ ad aliquod bonum, sic dicitur Apoc. cap. 2. f. Ego sto ad ostium, & pulso, & si quis aperuerit mihi, introibo & cenabo cum eo, & ipse mecum: stare autem ad ostium nihil aliud est, nisi cõtinue pulsare cor alicuius. Filij vero Belial dixerunt. Isti erant de exercitu: ista enim ratio est cõtinnua, quia supra dicebatur, quod pars exercitus, quorum Deus tetigat corda abiit cum Saule: ergo alia pars exercitus erat, quorum Deus non tetigat corda, nec iuerunt cum Saule, & dicitur immediatẽ filij Belial: ergo oportet, quod referatur hoc ad aliam partem exercitus.

Vocantur filij Belial, id est pessimi, & indomiti, vel sine iugo, & ita erant isti, quia volebat se subijcere principi electo a Deo, & cui totus populus se subijcebat: multoties autem accipitur istud nomen in scriptura, sic patet Iudic. 19. cap. vbi dicitur de viris Gabaa, f. venierunt viri ciuitatis illius filij Belial, sic etiam supra cap. 2. dicitur, quod filij Heli erant filij Belial nescientes Deum, nec officium sacerdotum: vocantur autẽ filij Belial, id est inobediens, vel sine iugo, vt patet Iudic. 19. vbi exponitur in litera.

Num saluare nos poterit iste. Quasi dicat non poterit, & in hoc negligebant eum pronunciantes eum in habilem ad regnandum: nam ipsi volebant regem principaliter ad hoc, quod liberaret eos ab hostibus: & quia iste non poterat eos liberare, erat ineptus, sic patet supra cap. 8. scilicet, iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Dixerunt autem hoc, quia forte cognouerunt, quod iste semper fuerat rusticus, & nunquam assuetus bello, nec alicui regimini: ideo non posset conuenienter eos saluare ab hostibus. Sciendum autem quod quamquam isti, qui hoc dixerunt erant de exercitu: tamen alij, qui non erant pars exercitus, hoc idem arbitrati sunt: & quamquam acceperunt Saulem in regem, quia Deus illum elegerat, tamen putabant se tanquam non habentes regem: nam viri Iabes Galaad, de quibus sequen. cap. cum venissent ad eos rex Ammon dixerunt, habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi: si tamen existimassent se habere regem, potenter defendere eos ab hostibus, non se subiecissent alienis.

Item patet magis, quia dicitur eodem capitulo. concede nobis septem dies, vt mittamus nuncios in vniuersos terminos Israel, & si non fuerit, qui defendat nos egrediemur ad te: putabant ergo, quod non esset aliquis, qui eos defenderet tanquam non haberet regem, cum dixerunt, & si non fuerit, qui defendat nos etiam si existimassent se habere regem, non misissent ad omnes terminos Israel, sed ad regem suũ: miserunt tamen ad omnes terminos Israel.

Alph. Tost. In Primũ Regum.

A Cuius erat iste exercitus, qui secutus est ante Saulem. Et quod in communitatibus Aristocraticis vel Democraticis milites haberentur suis stipendijs semper dispositi ad tutelam publicam. Quæst. XXVIII.

QUÆRIT aliquis de isto exercitu, de quo hic dicitur cuius erat: nam tunc non erat aliquis princeps, qui haberet istum exercitum. Respondendum est, quod quamquam ante Saulem non erant reges in Israel, tamen erant iudices, qui iubebant populum ire ad bellum, quando volebant: sic patet de Samuele, qui immediatẽ ante Saulem regebat populum: ipse enim cõgregauit totum populum in Masphat, & fecit eos ire in bellum contra Philistinum supra cap. 7. & quia erat continua hostilitas inter Iudæos, & Philistinios, oportebat quod Israelite haberent aliquos continuos defensores, qui saltem defenderent terræ confinia: quia totus populus non poterat semper esse in armis. Isti autem viri, qui essent semper dispositi ad usum armorum defendendo regionem recipiebant salarium a communitate, & isti vocantur exercitus quamquam nullius viri essent: sic patet in alijs communitatibus, qui haberent regimen aristocraticum, vel democraticum, quia quamquam ibi non sit aliquis vnus Dominus, tamen ciuitates habent magnos exercitus, quibus stipendia præbent, & imponentes eis duces faciunt pugnare illos pro vrbibus: sic igitur fuit exercitus tempore Iudicium in Israel: cum nullus esset rex, & iste conuenit ad eligendum regem. Cum vero electus fuit Saul intellexit exercitus, quod pertinebat ad eũ ideo pars quadam exercitus secuta fuit illum: postea autem exercitus non fuit sicut prius, scilicet a communitate conductus, sed rex accipiebat sibi exercitũ, quem volebat, & soluebat de stipendijs suis, que ipse percipiebat ab Israel, sic patet infra cap. 13. vbi dicitur, quod elegit Saul tria millia virorum, & infra cap. 14. dicitur quod quemcumque videbat virum fortem associabat sibi.

Et despexerunt eum. Scilicet existimantes, quod ille cum esset rusticus esset ineptus ad regnum: sic quoque arbitrata est maxima pars Israel: quãquam propter hoc nulli murmurauerunt, nisi pauci filij Belial, vt patet supra.

Et non attulerunt ei munera. Scilicet isti filij Belial, qui despexerunt eum. Erat enim consuetudo in omnibus alijs regnis, quod quocumque ordinarentur aliqui reges, populus offerebat munera magna, sic quoque quando aliqui alij assumebantur in dignitates, amici eorũ, & subditi munera offerebant. Isti autem in contumeliam non obtulerunt. Erat autem inter Israelitas ista opinio, quod rarissimi existimabant eum esse conuenientem ad regnum: tolerabant tamen, quia Deus elegit illum: nec vnquam habitus fuisset in Israel in honore regio, nisi euenisset pugna contra Ammonitas, vt ait Iosephus sexto Antiquitatum: sic etiam patet sequenti capitulo, nam quamquam murmurauerunt aliqui contra Saulem, nemo eos increpuit: postquam tamen vicit Saul Ammonitas dixit, populus ad Saulem: quis est ille, qui dixit Saul non regnabit super nos? Date viros & interficiemus eos.

Ille vero dissimulabat se audire. Scilicet, Saul audiuit quomodo viri Belial dixerant, num saluare poterit nos iste: tamen fingebat se non audire, ne videretur impotens ad vindicandum iniuriam, si non vindicaret eam immediare. Intelligebat tamen, quia vir sensatus erat, nec tamen seruauit eis vindictã: quia quamquam populus postea dixerit, Date viros, & interficiemus eos, Saul nõ consensit dicens, non occidetur.

Alph. Tost. In Primũ Regum.

An Saul remiserit iniuriam eorum qui despe- rant eum.

videtur quisquam in die hac: quia Dominus fecit ho- die salutem in Israel. Non tamen patet ex verbis il- lis, quod totaliter remiserit iniuriam, sed potius vi- detur, quod reliquerit eam vindicandam in alio tem- pore: quia dixit, non occidetur quisquam in die hac, & non dixit absolute, non occidetur quisquam. Item videtur quod egerit potissime ad solennitatem illius diei, & non animo remittendi iniuriam penitus, vt patet, quia dicitur ibi, quia hodie fecit Dominus salu- tem in Israel, quasi dicat, non est iustum, vt in illa die Israelitae occidantur, in qua Deus saluauit Israel.

CAP XI.

Factum est quasi post men- sem, ascendit Naas Ammonites; & pugnare cepit aduersum Ia- bes Galaad. Dixeruntque omnes viri Ia- bes ad Naas: Habeto nos fœderatos, & ser- uemus tibi.

ASCENDIT autem. Descripta in superioribus Saulis electione, hic agitur de eius confirmatione si- ue inuouatione: sic enim dixit Samuel: venire, & eam in Galgalam, & inuouemus ibi regem: habuit autem occasionem ista inuouatio a bello, quod egit Saul contra Ammonitas, nam antehoc non habe- batur in aliquo honore, tunc autem incepit honora- ri, & ob hoc agitur hic de bello contra Madianitas, & diuiditur in tres partes, quia primo ponitur hostiū incurfio, secundo eorum debellatio, tertio regis cō- firmatio. Secunda ibi, Venerunt ergo, Tertia ibi, Et ait populus.

De ordine sequentium ad precedentia. Quæst. 1.

IRCA primum aliquis quæret de ordine hu- ius ad precedentia an sit rectus, vel sit reca- pitulatio, vel anticipatio.

Respondendum, quod ordo est conue- niens, quia hic agitur de bello, quod habuit Saul cō- tra hostes postquam factus est rex: supra autem dice- batur de constitutione eius in regem: prius autem constitutus est rex, quam pugnaret; ergo non est re- capitulatio.

Item non est anticipatio respectu aliquorum, quæ infra sequuntur: quia in principio regni Saulis factū est hoc: quod patet, quia post istud bellum fuit regnum inuouatum, tanquam nouiter sumeretur in regem: si tamen transisset aliquantum tempus, non fuisset facta inuouatio, ergo non est anticipatio respè- ctu subsequenitium.

Aliud autem dubium est an ea, quæ habentur hic fuerint facta paucis, vel multo tempore post præce- dentia. Dicendum autem quod non potest constare quantum tempus fuerit: satis tamē apparet quod fuit paucum, & sic ponitur hic tanquam cōtinuatum ad precedentia, vnde in quibusdam Biblijs dicitur hic, & factum est, quasi post mensem, scilicet, quod vnus transierit mensis a constitutione Saulis in re- gem vsque ad bellum Ammonitarum non est tamē de textu, quomodo cunq; tamen sit paucum tem- pus transiit, cum ibi facta fuerit inuouatio finito hoc bello, quæ non fuisset si multi dies transiissent.

Ascendit autem Naas Ammonites. Iste Naas erat rex Ammonitarum: sciendum autem quod non solum

nunc ascendit contra Israelitas, sed etiam aliquanto tempore ante hoc ascenderat: & ille fuit occasio, vt Israelitae peterent regem, vt patet sequen. cap. scilicet, Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi nequaquam, sed sed rex imperabit nobis. Iterum autem ascendebat contra Israelitas, quia erat hostis eorum propinquus illis.

Quare Ammon pugnavit contra Israelitas. Quæst. 11.

VAERET aliquis quare rex Ammon pugna- bat contra Israelitas. Nicolaus respondet, q; pugnavit repetendo istam terram: adiuuit enim hoc ex eo quod habetur Iudic. cap. 11, vbi rex Ammon faciebat bella contra Israel peten- do terram, quam habebant Israelitae, quæ pertinuerat olim ad regnum suum: & verum est quod magna pars terræ Israel pertinuerat ad Ammonitas: ipsi ta- men non ceperunt illam de manu eorum, nec pug- nauerunt contra eos, sed ceperunt de manu regis Sehon, & Og, qui quoddam acceperat de manu Moa- bitarum, & Ammonitarum terram illam, vt patet Num. cap. 21. ideo Iephth Galadites, qui tunc erat Iu- dex nolens reddere terram defendens se iurè multi- plici pugnavit contra Ammon Iudic. cap. 11. Nunc autem dicit, quod cōfortato regno Ammonitarum rex iste Naas voluit repetere terram: ideo pugnavit contra Israelitas.

Sed magis dicendum est, quod rex Ammon pu- gnabat ad delendum Israel quam ad recuperandam terram. Alioquin accepisset conditionem, quam offerebant ei viri Iabes. Dixerunt enim habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi, ipse autē noluit, sed dixit in hoc seruiam vobiscum fœdus, vt etiam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobriū in vniuerso Israel. Sed videtur quod volebat habe- re iactantiam, quod destrueret Israelitas, & redderet eos opprobriosos, alioquin, vel occideret eos tanquā hostes, vel reciperet in seruitutem sub tributo: non tamen hoc videbatur velle cum peteret eorum oculos dextros, sic enim tenet Iosephus 6. Antiquitatū, scilicet Naas rex Ammon super Galadinos abiit, ca- straque ponens circa civitatem Iabes, legatos ad eos misit, quatenus ei se traderent, vt oculos dextros eorū auferret, quod si nolent, per obsequium eorū civitatem se interminabatur euertere: electionem vero in ipsis esse, vtrum vellēt partem corporis amitte- re, an certē vniuersi perire. Non ergo petebat rex Ammon terram, quæ olim sua fuerat: sed pugnavit contra Israelitas tanquam despiciens eos.

Et pugnare cepit aduersus Iabes Galaad. Contra istam civitatem pugnavit, quoniam erat propinqua terræ suæ: est enim coniuncta terra Galaad ex latere meri- diano Moabitibus: ab Aquilone autem, tendit ad confi- nia Ammonitarum: vnde multæ vrbes terræ Galaad olim pertinuerunt ad Ammonitas: cessavit tamen principatus eorum regnante Sehon rege, & Og. De his patet Iosue 13. & ibi declaratum est. Vocatur au- tem ista civitas Iabes Galaad, quia nomen eius est Ia- bes: nomen autem provincie est Galaad: viri huius vrbs fuerunt illi, qui introierunt in terrā Philisthijm per noctem, & acceperunt corpus Saulis & cadauera filiorum eius de muro Bersan, veneruntque Iabes, & combusserunt ea ibi, & miserunt ossa eorum, & sepe- lierunt ea in nemore Iabes infra 31. c. Dixeruntque omnes viri Iabes ad Naas. Scilicet deliberato consilio, quā cō- ditionē eligerent de illis, quas posuerat Naas rex Am- mon. Nā vt vult Iosephus proponebat eis, q; si trade- rent

Opin. Nia.

Opin. Au- storis.

Cap. 6.

rent se sine bello, erueret oculos eorum dextros, & permitteret eos liberos, vel si pugnarent, quod euer- teret civitatem eorum, & occideret omnes: eis autē vtraque conditio dura vita est, ideo neutrum accepe- runt, sed voluerunt aliquid medium, q; acciperet eos fœderatos sub tributo: hoc autem responderunt om- nes viri Iabes, quia intellexerunt quod aliter non erat eis salus, cum neminem scirent posse defendere eos: existimabant enim Saulem tanquam non esset rex: & dicitur hic, quod omnes viri ista locuti sunt, infra autem dicitur, quod locuti sunt seniores, sed intelli- gendum quod ista, quæ pertinebant ad magna consi- lia, relinquebantur senioribus, qui propter ætatem erant experti, & id quod ipsi faciebant dicebantur facere omnes viri Iabes, quia agebant ex concessio- ne omnium.

Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. In hoc patet id quod supra dicebatur, scilicet, quod Naas rex Am- mon non reperebat terram, vt haberet eam in do- minio suo, sed volebat facere Israelitas opprobri- osos, alioquin ipse confensisset, quia si curaret accipere terram, datis oculis dextris, excluderet ab vrbe, vel acciperet sub tributo seruientes: quia quocūque isto- rum modorum consequeretur, quod volebat: neu- trum tamen acceptauit, vt patet immediatē.

Quare Israelitae non petierunt Saulem, vt ascenderet contra Ammon, cum ad hoc esset rex postulatus a Iudæis. Quæst. 111.

VAERET aliquis cum Israelitae petierint regē propter Naas regem filiorum Ammon, vt patet sequenti cap. scilicet, videntes quod Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi nequaquam, sed rex imperabit nobis, quare nunc non petebat, vt rex suus ascenderet con- tra regem Ammon liberans eos.

Respondendum est, quod causa principalis, pro- pter quam Israelitae petierunt regem, erat vt pugna- ret pro eis, sic patet supra cap. 2. scilicet, Iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos & pugnabit bella nostra pro nobis: quando tamen assumptus fuit Saul in regem existimauerunt eum virum rusticum, & ineptum ad bella: ideo non curabant de eo, tanquā si non haberent regem. Putabant enim frustra esse petere ab eo auxilium: & ita viri Iabes non miserunt immediate ad regem suum, sed dixerunt, quod mit- terent nuncios in vniuersos terminos Israel ad sciend- um an aliquis esset, qui defenderet eos, & sic fece- runt, quoniam miserunt per totam terram Israel, vt si forte aliqui de contribulibus suis vellent eos adiu- uare, nec miserunt ad regem, sed casu venerunt nuncij eorum in vrbem Saulis, sicut ibant ad omnes alias vrbes: & tunc clamauit tota ciuitas, & Saul veniens de agro audiuit vlulatū: ad eum tamen non venerunt nuncios; erat autem causa huius, quia tunc magis vi- debatur rusticus, quam rex, quia sequebatur boues venientes de agro, & vacabat agriculturæ, tunc tamē factus in se spiritu Domini liberauit viros Iabes: si autē credidissent Israelitae, quod rex suus erat vir aptus ad bellum, non desperassent mittētes per omnes ter- minos Israel nuncios, & ad eum nequaquam, sed pe- tiuissent, vt ascenderet ad liberandum illos.

In hoc seruiam vobiscum fœdus. Id est cum hac condi- tione potero vobiscum facere pactum. Accipitur au- tem iste modus loquendi, quia inter antiquos, quan- do fiebant pacta, occidebantur aliqua animalia: & il- li qui componebant pactum transibant inter diuision- es significantes, quod ille, qui transgrediretur pa- Alph. Toft. in Primum Regum.

Suscitata terra ino- pem & de stercore erigit pau- perem.

Quare q; fiebant pa- cta occi- debantur animalia.

Etum diuideretur, sicut illa animalia. Nec solum hoc fiebat, quando homines inter se componebant, sed etiam quando componebant cum Deo aliquid: vnde si populus promitteret obseruare aliquam le- gem, faciebat similes diuisiones, & transibat omnis populus per medium illarum, sic patet fuisse factum tempore Sedechie regis Ierem. cap. 34. scilicet Dabo viros, qui prauaricantur fœdus meum, & non obser- uauerunt verba fœderis mei, quibus assensu sunt in con- spectu meo: vitulum, quem concenterunt in duas par- tes, & transferunt inter diuisiones eius principes Iuda, & principes Ierusalem, eunuchi, & sacerdotes, & om- nis populus terræ, qui transferunt inter diuisiones vituli: & dabo eos in manu inimicorum suorum.

Vt etiam omnium virorum oculos dextros. Scilicet om- nium virorum Iabes, solum intelligebatur de his vi- ris, nam erueret oculos feminarum nihil proficiebat ad intentionem suam: hoc autem faciebat rex Am- mon propter duo. Primò propter opprobrium, quia erat magnum opprobrium carere oculo dextro, & sic ipse dixit, ponamque vos opprobrium in vniuer- so Israel. Secundum erat, vt faceret Israelitas inuti- les ad bellum: viri enim in bello partem sinistram faciei scuto regunt: dextro autem oculo hostes aspiciunt, quod si dextro oculo careant, oportet totam faciem discoopertam habere, nec aliquid scuto tege- tur: hoc autem modo facile est omnes mori, ideo ca- rentes oculo dextro ad bella inepti sunt. Hoc autem faciebat rex Ammon omnibus alijs quos bello aut pace accipiebat, sic ait Iosephus sexto Antiquitatum scilicet rex Ammon sapientia atque tractatu sic infir- mus reddebat ne rursum ingum potuissent euadere seruitutis, nam etiam eis, qui ad eum, aut fide datā ve- nissent, aut quos lege bellica cepisse dextros oculos euellebat, quod ideo faciebat, vt sinistram partem vultus sui scuto celātes ad bellum inuitiles redderet.

Ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. Id est cum erueret oculos vestros, eritis opprobrium in tota re- gione vestra, scilicet, quod nulli homines erunt sic in toto Israel deturpati, in quo videbatur Naas rex Am- mon inducere eos ad bellandum propter duram cō- ditionem, quam eis opponebat, sed si pugnarent vole- bat eos penitus delere, ideo erant angustia magnæ Israelitis.

Et dixerunt ad eum seniores Iabes. Noluerunt enim aliquam de duabus acceptare conditionem, scilicet, nec pati erui oculos, nec in hostem congregari, quia se inferiores credebant, sed petierunt inducias aliquo- rum dierum, & dicitur hic quod seniores Iabes di- xerunt, scilicet, quia illis commissum erat a toto po- pulo, quod deliberarent, & responderent, vnde eis re- spondentibus dicebantur respondere omnes viri Iabes.

Concede nobis septem dies. Istos septem petierunt, quia si fortē magnum tempus peterent, hostis non permitteret, si autem minus credebant non posse ve- nire breuius eis auxilium contribulium, post septem autem dies si quis vellēt de Israel eis auxiliari venire posset, ideo vilius est sufficiens tempus: rex autem Ammon libenter concessit. Erat enim rex stultus, nam si voluisset immediate inuadere viri Iabes resi- stere non potuissent, sed paterentur quodcunq; vel- let rex: sic enim dixerunt, scilicet, & si non fuerit qui nos defendat egrediemur ad te. Contempsit tamen rex Ammon vires Israelitarum credens, quod nul- lus in toto Israel posset illis præbere auxilium, ideo post dies illos haberet intentum. Vt mittamus nuncios in vniuersos terminos Israel. Significauerunt enim viri Iabes veritatem rei, quam facere intēdebant, si quod volebant petere auxilium ab omnibus contribu-

Quare Ammon volebat erueret oculos dextros Iudæis.

Cap. 6.

libus suis : nec celauerunt hoc , vt darent aliquam causam , quare peterent inducias : etiam quia putauerunt , quod rex Ammon , cum esset superbus contemneret eorum auxilia : ideo concederet , quod congregarent vnde cumque vellent . Et si non fuerit , qui defendat nos egrediemur ad te . In hoc dabant Iabeseni aliquam securitatem regi Ammon , scilicet , quod ipsi non possent se defendere , ideo si nemo ad eorum veniret ad auxilium egredierentur ad eum , id est ad hoc quod facerent , vel paterentur , quod dixerat rex , scilicet , quod eruerentur oculi dextri . & potest intelligi egrediemur ad vos , id est egrediemur ad pugnandum , sed iste sensus non est conueniens , quoniam si Iabeseni haberent auxilium erant pugnaturi contra Naas regem , quoniam ad hoc auxilium petebant . Si autem non haberent , dicebant quod egredierentur ad ipsum : ergo non intelligitur ad pugnandum , quia tunc non est ista bona diuisio , cum vtrumque membrum in idem redeat , sed intelligendum quod egredierentur ad tradendum se regi Ammon ; sic ait Iosephus 6. Antiquitatum , scilicet , Galadim verò merentes in talibus neutri horum promittere præsumpsit nec semetipsum tradere repugnare : septem verò dierum inducias poposcerunt , vt ad contribules legationem mittentes solatium ab eis ex peterent , vt si quidem auxilium eis veniret pugnarent , si verò huius rei foret inopia , tradere se dixerunt passuri quodcumque placeret hosti . Significabant autem in hoc Iabeseni , quod non habebant regem : quod aliquis forte dicit factum fuisse , vt occularerit vires suas hosti : quoniam si intellexisset rex Ammon , quod Israelita habebat regem non concessisset eis inducias , ne forte ille in magna potestate veniens defenderet eos : cum autem putaret esse populum nullum sine pastore , non curaret an congregaretur , vel non ; quia putabat eos non posse congregari ; & si congregarentur , essent inutiles , tanquam non habentes Dominum , cui deberent obedire . Sed magis videtur quod dixerint hoc desperantes de rege suo , tanquam regem nullum haberent : sic enim fecerunt quoniam miserunt nuncios in terminos Israel , & non ad regem , Nec valet si dicas , quod venerunt ad urbem Gabaa , in qua erat rex , quoniam non solum ad eam venerunt , sed etiam ad omnes alias vrbes Israelitarum . Hic tamen scriptura non expressit de illis , quia non pertinent ad substantiam narrationis : cum solum intendat hic describere bellum Saulis contra Ammonitas , ideo solum narratur occasio eius , scilicet , quomodo venerint nuncios Iabes , & planxerit vrbs Gabaa : si tamen ad regem nuncios isti venissent primum ei literas detulissent , vel retulissent verba Iabesanorum : priusquam narrarent cæteris , vt viderent vrbes . Fuit tamē Saul motus audiens planctum vrbs nullo alio nuncio : ergo non fuit directa ad eum legatio tanquam ad regem , sed missa est per omnes terminos Israel tanquam non haberent ducem .

Iabeseni non cogitabant in auxilio regis .

Venerunt ergo nuncios in Gabaa Saul . Id est ad urbem Gabaa , in qua habitabat Saul : erat enim ista vrbs in tribu Benjamin , & pater Saulis atque omnes cognati habitauerant ibi , & ipse postquam fuit rex habitauit ibi , vt patet præcedenti capitulo , scilicet , Saul abiit in domum suam in Gabaa . Et loqui sunt verba audiente populo . Scilicet non veniebant isti nuncios ad regem directe : alioquin non nunciauerunt vrbi priusquam nunciauerunt regi : nunciauerunt tamen coram toto populo tanquam venientes ad querendum auxilium , & indicandum malum suum omnibus Israelitis , si quis forte auxiliaretur , & in hoc incipit secundum , scilicet hostium debellatio . Et leuauit omnis populus vocem suam & fleuit . Erat iste

Fletus magnus , quia erat publica , & alta voce , ita vt introeuntes urbem mirarentur : vnde Saul veniens de agro miratus est , & ait quid habet populus , quod plorat : sic enim factum est quando venit vir de Benjamin in Silo capta arca a Philistinis : nunciauit enim vrbi , & vlulauit omnis ciuitas , supra cap. 4 .

Et ecce Saul veniebat mane sequens boues de agro . Nicolaus dicit quod non est intelligendum quod postquam Saul sumptus est in regem publice ageret officium bubulci , sed veniebat de agro vbi fuerat causa sciendi vel se exercitandi in arte sagittaria , vel huiusmodi , & inde reuertebatur hora , qua solent boues ad domum reduci .

Sed hoc non stat , quoniam iste modus loquendi est multum alienus , scilicet veniebat sequens boues de agro : nam diceretur alias veniebat tempore boi de agro . Item non stat , sed necesse est , quod dicamus , quod ipse portabat coram se boues aliquos , & non solum hoc , sed etiam veniebat de arando : quod patet , quia portabat duos boues : dicitur enim infra , quod cum audisset verba hæc , iratus est furor eius , & assumens vtrumque bouem concidit in frustra : ergo ante se portabat boues , quia aliàs non potuisset eos concidere , & non veniebat tempore , quo veniunt boues de agro : etiam non veniebat de custodiendo boues , sed de arando : quia dicitur , concidit vtrumque bouem , scilicet , quod non habebat , nisi duos boues coram se , & illos diuisit in frustra : hoc tenet Iosephus 6. Antiquitatum dicens : flebant enim omnes calamitatem : Saul autem ab opere agri reuersus in oppidum inuenit flentes proprios ciues .

Quare Saul postquam factus est rex , exercebat per se agriculturam . Et an peccaret . Quest. IIII .

QVÆRIT aliquis quare Saul , cum esset sumptus in regē , vacabat per seipsum operi agriculturæ . Respondendum est , quod Saul erat vir nimis humilis , vt patet infra cap. 15 . scilicet , cum paruulus esses in oculis tuis , caput in tribubus Israel factus es : vnixitque Dominus regem super Israel : nunc autem postquam in regem sumptus est , illam eandem humilitatem seruauit aliquanto tempore , dum bonus fuit : sicut ergo prius vacabat agriculturæ , ita & nunc vacare voluit : hoc tamen non fuit semper , sed solum in principio regni sui , cum nondum vacauisset alicui operi bellico , nec essent aliqua negocia regni , quæ tractaret : factum autem isto bello contra Ammonitas non vacauit ulterius rustico labori , sed erat semper in armorum exercitatione : nam elegit immediate tria millia virorum , & posuit mille in Gabaa cum filio suo Ionatha contra stationem Philistinorum , quæ ibi erat : ipse verò cum duobus millibus stabat in Bethel & Machmas , vt patet infra cap. 13 . Et sicut a principio totus erat rusticus , ita postea totus fuit bellicus : forte autem in principio regni sui hoc faciebat , quia Israelita nondum facebant ei tanquam regi suo , sed multi eorum despexerunt ipsum , & dixerunt non regnabit super nos , vt patet infra in littera : ideo dum erat rex dubius , nolebat priore mutare statum : cum verò innouatum est regnum & fuit rex stabilis , non vacauit agriculturæ .

An Saul peccauit vacando per se agriculturam . Quest. V .

QVÆRIT aliquis , an Saul peccaret cum esset rex vacando per seipsum operi agriculturæ assidue , sicut rusticus .

Respon-

Respondet aliquis , quod non peccauit , quia arare , vel quæcumque opera agriculturæ facere non sunt per se mala , sed magis è contrario bona sunt , ideo nemo propter illa peccat , quin potius vocantur ista opera honorabilia , vt patet Eccle. 36 . & 38 . cap. quin potius videtur , quod Saul nimis mereretur faciendo hoc , quia qui se humiliat exaltabitur , & è contrario qui se exaltat humiliabitur , Lucæ 14 . cap. quanto ergo fuit humilitas maior , tanto videbitur actus maioris virtutis , sic autē est , quod rex humiliaret se ad opera agriculturæ : ergo fuit imputabile nimis ad virtutem Sauli , quod ipse vacaret agriculturæ cum esset rex .

In contrarium videtur , quoniam sicut aliquis excedit circa actum virtutum moralium , quæ habent superabundantiam , & defectum , ita circa humilitatem potest aliquis nimis se humiliando peccare , quia forte humiliat se magis , quam ratio expetit & ei , cui non se debet humiliare , quod igitur rex , qui est in maxima excellentia humiliaret se ad opera nimis seruilia , videbatur humilitas supra modum , ideo peccaret rex ista faciendo .

Item quodcumque aliquis auctoritatem , quæ requirit status suus propter opera sua perdit , nimis culpabilis est , vt si quis sit episcopus , requiritur in eo auctoritas ad corrigendum scelera , si non solum potestas , sed etiam quedam personæ dignitas , & grauitas morum , propter quam subditi reuerentur , & caueat scelera , si quis autem ex ipso statu episcopali dignitatem quandam accipiat quam propter vitæ prauitatem perdat , peccat non solum , quia mala egit , sed etiam quia mala agendo auctoritatem , quam requirebat status ille perdidit , & hæc grauis iniquitas est , quia si quis de platis propter opera sua reddat se contemptibilem omnibus subditis mala patranda audaciam subministrat , quod grauissimum est : tales enim peccant , quia ista dignitatem indignam reddunt , & sine honore : sic enim Deus increpat istos , qui cum sint peccatores prædicant , & euangelij auctoritatem diminuunt , sic patet Psal. 49 . Peccatori autem dixit Deus : quare tu enarras iustitias meas , & assumis testamentum meum per os tuum ? Constat tamē quod iste nullum alium malum facit , nisi quia tollit aliquam dignitatem verbi Dei , cum ipse malus sit : ergo ille , qui existens in dignitate adimit sibi auctoritatem , peccat : sic autē videbatur de Saule : nam ad dignitatem regiam , vt ab omnibus timeatur , & possit vitia corrigere pertinet excellentia quedam , sed Saul deprimebat se ad opera nimis seruilia , scilicet , vt ipsemet araret , ex quo sequitur quod contemneretur , & non proficeret in dignitate regali , ideo peccaret faciendo hoc .

Respondendum est , quod Saul non peccauit : nam hoc tempore dirigebatur a Samuele , qui videtur quod tunc erat ei præsens , iam ipse dixerit quando venit de agro , qui non secutus fuerit Saulem , & Samuelem sic fieri bobus eius , vt patet in littera : Samuel tamen non permisisset Saulem illud agere si malum esset , ergo non peccabat arando . Item Samuel increpuit Saulem de peccatis suis semper quousque recessit ab eo , vt patet infra cap. 13 . si dixitque Samuel ad Saul , stulte egisti , nec custodisti mandata Domini Dei tui , quod si non fecisses , iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel vsque in sempiternum . Et hoc fuit , quia ante aduentum eius sacrificium fecit . Item autem increpuit eum , quia non occidit Agag regem Amalech , & dixit pro eo ergo quod abiecit sermonem Domini abiecit te Deus , ne sis rex infra cap. 15 . & tunc recessit ab eo : nunquam tamen increpuit eum , quod vacauisset agriculturæ in principio regni , ergo non erat peccatum . Item & fortius si peccatum fuisset in Saule vacare agriculturæ quado ve-

Prelati vt auctoritatem exerceant .

Prædicatores male vitæ peccant prædicando .

Euag.

nit de agro esset in peccato : & tamen dicitur , quod tunc insiliit in eum spiritus Domini , ergo non erat in peccato : & consequenter licitum erat arare . Nec valet si quis dicat , quod spiritus Domini aliquando insiliit in malos : sicut patet de Balaam , qui valde nequam erat , & volens repugnare Deo maledicendo Israelitis , cum ipse iuberet benedicere , incidit tamen in eum spiritus Domini , sic patet Num. cap. 24 . scilicet , & irruente in se spiritu Dei , assumpta parabola ait &c . Nam spiritus prophetiæ benè consentit secuti iniquitatem : spiritus tamen virtutis non consentit secum vitium : hic autem erat huiusmodi , scilicet , spiritus , qui est fortitudo , & illa est donum , vel virtus : ponitur enim inter septem dona spiritus sancti Iai . cap. 1 . spiritus sanctus tamen fugit omnem hominem peccatorem : Sapientia cap. 1 . ergo Saul non erat in peccato .

Pro hoc autem considerandum est , quod cum Saul vacaret operi rustico , aut hoc faciebat ex cupiditate , scilicet , vt magis ex hoc locupletaretur , vel propter humilitatem , & delectationem exercitij , & similes causas . Si primo modo quamquam non esset peccatum in alijs personis priuatis vacare agriculturæ propter diuitias : erat tamen in Saule , quia ipse erat rex , & habebat vnde locupletaretur : ergo quærere officia seruilia , quæ indignificabant eum , vt ditior fieret , vituperabile nimis erat . Si autem fieret secundo modo , dicitur quod aut propter agriculturam cessabat Saul ab expeditione aliquorum negociorum regni , aut non : si cessabat , peccatum erat agriculturæ vacare , cum teneretur ipse agere ea , quæ propter agriculturam omittebat : si autem nihil omitteret . Dicendum , quod in Saule peccatum non erat , quia ipse non diminuebat auctoritatem suam arando , & hoc propter duo .

Primo , quia ipse non habebatur firmiter adhuc pro rege , & multi de Israelitis dixerant non regnabit super nos . Vnde ipse non se gerebat penitus pro rege , cum esset ei status suus dubius , & quia status suus prior erat rusticus , nunc quoque vacabat agriculturæ quousque status suus in altero firmaretur : huius autem signum est , quia postquam fuit regnum suum confirmatum , nunquam legitur vacauisse agriculturæ .

Secundo non peccauit , quia ante Saulem non fuerant reges in Israel , ideo quanta deberet esse regalis excellentia , nondum constabat , ideo licet ipse vacaret operi rustico , non diminuebat regalem auctoritatem , quia ante hoc reges auctoritatem nullam habebant , cum nulli fuissent : si autem præcessissent aliqui reges , qui fuissent in magno honore , sicut Dauid , & Salomon , & Saul esset post eos , & vacaret agriculturæ , esset reprehensibilis , quia dignitatem regiam minuebat : nunc autem nullam minuire poterat , cum nulla adhuc fuisset .

Sed dicitur quod dato , quod non minueret auctoritatem regalem , minuebat tamen auctoritatem aliorum principum , qui fuerunt in Israel , nam saltem debuissent habere excellentiam , sicut illi .

Respondendum est quod iudices , qui fuerunt ante reges paucam potestatem habuerunt in populo , ideo status eorum erat paruus , sicut aliarum personarum priuatarum . Nam ipsi vacabant agriculturæ sic fuit de Samgar iudice in Israel , qui percussit sexcentos viros de Philistinij vomere : ex quo patet , quod vacabat agriculturæ . De hoc Iudic. cap. 4 . Saul igitur quamquam iret ad opera rustica , non minuebat auctoritatem principatus sui , ideo non peccabat .

Cum verò arguebatur , quod peccauit , quia dedit occasionem Israelitis quod contemnerent eum .

Saul non dimittit suam auctoritatem arando .

Ad argumenta in opposit.

Dicendum est quod non dedit, ut patet ex dictis, quia alij principes qui eum precefferant sic faciebant.

Cum autem dicitur quod humiliabat se supra modum, scilicet, ut rex vacaret agriculturam. Dicendum quod si ante ipsum fuissent reges habentes magnam excellentiam, ipse autem humiliaret se ad opera rustica, minuebat auctoritatem regiam, quia tamen ante eum nulla fuerat auctoritas regum, sed nunc incipiebat, & tanta illa esset, quantum eam facerent reges, ipse qui primus erat non peccabat non ponendo statum regalem in magna auctoritate: potissime autem videbat facere hic Saul id quod pertinebat ad virum prudentem: ipse enim priusquam sumeretur in regem, erat rusticus: nolebat autem quod principatus honoraret eum, sed ipse honoraret principatum: quousque ergo ipse faceret aliquid dignum honore, nolebat se in honorabili statu ponere: cum vero pugnavit contra Ammonitas, & fecit ibi aliquid laude dignum incepit esse honorabilis: unde immediate elegit sibi tria millia virorum tanquam rex: & nunquam amplius aravit, ut patet infra 13. cap.

Et ait quid habet populus quod plorat, In hoc monstravit se Saul regem: quonia quousque quid esset illud, quod in populo fiebat tanquam ad illum pertineret: credebat enim, quod accidissent aliqua subita vulnerationes & rixae, & ex illo esset plangens populi: ad eum autem pertinebat tumultum sedare & punire excessus delinquentium.

Et narraverunt ei verba virorum Iabes. Scilicet nuncij Iabeseni locuti sunt coram toto populo, & fleverunt omnes. Nunc vero Saul inquisivit ab aliquo de popularibus, & ille retulit quae dixerant viri Iabes.

Et insilijt spiritus Domini in Saul, cum audisset verba haec, Scilicet, Erant ista verba magni doloris, & in talibus subuenire pertinebat ad eum, quia rex erat: concepit autem in corde virilem fortitudinem, ut expugnaret hostes: Deus autem immisit ei robur, ut auderet magna qualia ante nunquam egerat, & iste fuit spiritus Domini: dicitur autem insilijisse in Saulem, quia ante hoc non erat in eo, sed subito venit; etiam non mansit semper in illo, sed aliquando veniebat & aliquando recedebat: postquam autem peccavit Saul pro Amalecitis, recessit ab eo spiritus Domini nunquam rediturus, ut patet infra 16. cap. f. Spiritus autem Domini recesserat a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam a Domino.

Quis spiritus Dei fuerit iste, qui insiluit in Saulem, Quest. VI.

Spiritus Domini multipliciter accipitur.

Quaeret aliquis quis spiritus Dei fuerit iste, qui insilijt in Saul, & quomodo insilijt. Respondendum est quod spiritus Domini est multiplex: omnis enim influxus, quem Deus facit in animam alicuius sine sit super intellectum sine super voluntatem, vocatur spiritus: & quot sunt modi perfectionum, quas Deus insiluit intellectui alicuius, vel voluntati, tot sunt spiritus. Aliquando enim vocatur spiritus Domini spiritus scientiae datae a Deo: sic habetur Sap. cap. 1. f. Sanctus enim spiritus discipline effugiet fictum, & effugiet cogitationibus, quae sunt sine intellectu. Aliquando autem accipitur pro spiritu prophetiae: sic patet Nu. 24. cap. f. & irruente in se spiritu Domini, ait. & infra 4. lib. c. 3, dicitur facta est super eum manus Domini, id est spiritus eius, & eo. lib. c. 2, dicitur oro, ut fiat spiritus tuus duplex in me: & vocatur spiritus, scilicet spiritus prophetiae. Aliquando autem accipitur spiritus Dei pro gratia praedicandi, & virtute curandi morbos Isai. c. 60. f. Spiritus Domini super me &c. Aliquando autem multae virtutes tam

intellectus, quam voluntatis vocantur spiritus: sic patet Isai. c. 11, ubi omnia septem dona Spiritus sancti vocantur spiritus Dei. Nunc autem manet dubium de quo spiritu intelligatur: & dicendum est quod in eodem viro Deus mittebat interdum multiplices spiritus, ut patet de ipso Saule: nam supra venit in eum spiritus Domini ad prophetandum, & iste spiritus pertinebat ad intellectum, ut patet praecedenti cap. scilicet insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alterum: hic autem non potest accipi spiritus Domini pro spiritu prophetico, quoniam ad bellum non erat necessarius spiritus propheticus, sed fortitudo: misit autem Deus illi hanc fortitudinem: nam Saul ante hoc fuerat semper vir priuatus, qui nunquam egerat aliquid magnam: nunc vero quod auderet contra magnum regem Ammonitarum despicientem omnes Israelitas, pugnare supra vires suas erat. Cum autem virtus humana deficit, virtus diuina habet locum, ideo Deus videns Saulem timentem, infudit ei fortitudinem, ut audacter pugnaret contra Ammonitas: ista autem fortitudo vocatur spiritus Domini, sic patet Isai. cap. 11. f. & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis. Sciendum tamen quod quamquam spiritus fortitudinis fuit principaliter ille, quod Deus hic infudit Sauli: tamen alium spiritum infudit praeter hunc, qui pertineret ad intellectum: nam Saul indigebat fortitudine ad hoc quod auderet pugnare contra Ammon: indigebat etiam prudentia quadam, vel arte, ut sciret quomodo pugnandum esset, si quo tempore, vel qualiter disponeretur exercitus: Saul autem erat ante hoc bellorum inexpertus, & nunc prudenter nimis distinxit exercitum: & tali tempore aggressus est, quo faciliter omnes hostes percussisset, atque fugauerit, ut patet infra: ideo data est ei prudentia vel ars: & ista etiam fuit spiritus Domini: unde duplex spiritus fuit in eo. Interdum autem sunt plures spiritus Dei in homine, sicut dicitur Isai. cap. 11. quod in Messia esset septuplex spiritus Dei.

Et iratus est furor eius nimis. Ista locutio est nimis impropria, quoniam furor non irascitur, sicut amor non amat, & doctrina non docet, sed ista sunt, quibus aliquis formaliter talis est: est tamen sensus, quod iratus est furor eius, id est accensus fuit furor: fundatur enim ira super motum sanguinis: cum enim sanguis calefit ex corde feruet, & ille feruet vocatur ira: tunc igitur aliquis nimis irascitur, cum furor incenditur, si sanguis, super quem fundatur furor.

Quomodo Saul potuit irasci, cum esset in eo spiritus Domini. Et quis sit rectus usus ipsius ira. Et quod viri perfecti & etiam Christus saepe irascuntur, & quae ira erat ista, & quomodo ira aliquando est meritoria. Quest. VII.

Quaeret aliquis quomodo poterat nimis irasci, cum esset in eo spiritus Domini, quia ira peccatum est: Deus autem non infundit spiritum suum homini peccatori, vel quando est spiritus Domini in aliquo ipse non peccat, sed dicitur supra quod Deus infudit spiritum suum Sauli, ergo non iratus est: valde autem repugnat ira spiritui Dei, quia spiritus Dei reddit hominem tranquillum: ira autem nimis rationem perturbat, iuxta illud Catonis,

Ira impedit animum ne possit cernere verum. Respondendum est quod Saul iratus fuit nimis, scilicet propter mala, quae faciebant Ammonitas, & ista ira erat appetitus vindictae: desiderabat enim delere eos, quia nocebant Israel: non erat autem peccatum

Ira an sit semper vitium.

atum in ista ira quantumcumque magna foret, sed magis merebatur, nam cum Deus impelleret Saulem ad pugnandum contra Ammon, quod vellet pugnare, & delere Ammonitas erat obedire Deo, in quo virtus magna est, sed non poterat velle pugnare, & delere propter mala, quae faciebant Israelitis Ammonitas nisi irasceretur eis, quia ira est appetitus vindictae: ergo irascebatur, & non peccabat, quin potius, si non irasceretur, sed misereretur, peccaret: sic enim contigit in ipso Saule, nam misit eum Deus, ut destrueret omnes Amalecitas: ipse autem miserus est regi, & non occidit eum: unde iratus est Deus Sauli, & abstulit regnum de domo eius, ut patet infra cap. 15. erat ergo meritum, quod irasceretur. Pro quo considerandum quod ira non est nomen habitus vitiosi, nec actus, sed passionis: ideo secundum se ipsam non dicit aliquid malum, sicut concupiscere secundum se non est aliquid malum, sed est regulabile per virtutem: unde Philosophus Ethico. 4. posuit iram materiam virtutis, quae vocatur mansuetudo, in qua aliquando nimis irasci peccatum est: minus vero quam oportet irasci peccatum est, & quantum oportet est laudabile. ideo si irascatur absolute non dicimus quod peccat, quia potest irasci qualiter oportet, & bene ager: omnis enim passio quando regulata est habet actum laudabilem, vel saltem non vituperabilem. In quo sciendum, quod ira aut praecedit rationem aut subsequitur: si enim praecedat rationem, si irascamur, ratione non inbente, vel illa repugnante, peccatum est: si autem ratio praecedat iram, nunquam est ira vitium: & sic est quando ratio iudicat quod dignum est, quod irascamur, & irascimur: sic autem erat in Saule, quia ipse iratus est praeveniens ratione: nam ipse erat rex Israel, & pertinebat ad eum subuenire in omnibus malis, quae populo acciderent. Cum autem scivit, quod rex Ammon iniuste persequebatur Israelitas, iratus est: immo si non fuisset iratus non curando de iniuria, & damno, quae inferebantur subditis suis ipse peccasset, cum ad hoc solum eligeretur in regem, ut patet supra cap. 8. Rex noster egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis: iuste ergo iratus est, nec impediatur ista ira spiritum Domini, quin potius spiritus Dei subministravit ei iram: nam in opere bellico sic esse debet, si quod iudicium rationis praecedat ad dirigendum, ira autem subsequatur ad exequendum: qui autem in bello non habet spiritum furoris, nihil durum efficiet: sic enim inducit Arist. 3. Ethic. allegas Homerum, qui ait: Virtutem immitte furori, id est pone virtutem, si fortitudinem cum furore, id est cum ira: & hoc est quod arguit Seneca an debeamus secundum Aristot. vii ira, ut milite, & non ut duce, vel neutro modo. Conveniens ergo est iram esse in operatione fortitudinis, dum tamen ipsa non praecedat, & sic factum est in Saule. In viris quoque perfectis interdum ira est, sic debet esse in prelatiis ira, quae vocatur per zelum ad hoc quod corrigant subditorum vitia: si enim ipsi non dolent quod subditi peccaverint, & non irascuntur eis, peccant quia non corrigent. Et hoc modo Christus iratus est, & maledicebat, ut patet Matth. 11. cap. ubi maledicebat Corozain, & Bethsaida, quia non recipiebant praedicationem illius, & miracula. Interdum quoque in opere monstrat iram suam, sicut quando intravit in templum, & facto flagello de fomiculis eiecit omnes ementes, & vendentes de templo, & evertit cathedras vendentium columbas & mensas nummulariorum, & effudit es, Ioan. 2. Ista autem fiebat ex quadam ira, quae vocatur ibi zelus, unde dicitur ibidem, zelus domus tuae comedit me, id est pro amore domus tuae ego vream in corde, & irascebar peccantibus. quod ergo in Christo non erat vituperabile

Alph. Tost. In Primum Regum.

non esset vituperabile in Saule. Cui aut dicebatur quod ira est peccatum, & perturbat rationem, dicendum est quod si ira praecedat rationem, & nullo modo sequatur regulationem illius est peccatum, si tamen ira sit per rationis arbitrium, quando ipsa iudicat non est peccatum, sed magis est instrumentum virtutis, & isto modo Saul fuit iratus, scilicet, quia ratio hoc dicebat, ideo non peccavit.

Et assumens utrumque bouem. Scilicet solum ducebat duos boues, quando veniebat de opere rustico, ut vult Iosephus, utrumque autem assumpsit, scilicet ad dividendum. Concidit in frustra. Id est diuisit duos boues in partes paruulas ad hoc quod mitteret singulas per singulas partes Israel; non enim misit eosdem nuncios ad omnes terminos Israel, quia sic morarentur multis diebus in uocando, & in parando se ad bellum, etiam non venirent omnes simul, ideo misit nuncios multos per singulos terminos Israel, ut simul omnes vocarentur; singulis autem nuncijs dabat singulas particulas bouum. Misitque in omnes terminos Israel. Id est misit per singulas vrbes singulos nuncios, ut omnes se pararent, & non vocantur hic termini extremitates terrae Israel ubi coniungebantur terris aliarum gentium, sed omnes vrbes, & loca Israel vocabantur termini eius, quia erant intra terminos Israel. Per manus nunciorum. Non solum fuerunt isti nuncij viri, qui venerunt de Iabes Galaad, sed etiam multi alij, quos ipse misit, ut irent simul ad omnes vrbes Israel.

Quare Saul diuisit boues, & misit per omnes terras Israel. Quest. VIII.

Quaeret aliquis quare Saul diuisit hic boues, & misit per omnes terminos Israel. Respondendum est quod hoc fiebat ad comminationem, nam Saul diuisit boues suos in frustra, & iussit nuncijs quod dicerent per omnes terminos Israel quicumque non exierit, secutusque non fuerit Saul, & Samuelem, sic fiet bobus eius. Si autem Saul non diuisisset boues, non esset aliquid, per quod incuteretur timor Israelitis. Itē in hoc apparebat magna ira Saulis, & conatus animi sui, quia duo boues erant ei vriles, quod ergo diuiserit eos in frustra non fiebat incassum; magna ergo ira significabatur. Unde magnus timor incussus est omnibus Israelitis, sic patet immediate, scilicet inuasit ergo timor Domini populum, & egressi sunt quasi vnus vir, misit autem partes bouum per omnes terminos Israel, ut esset expressio maior irae suae, nam quamquam dicerent nuncij, quod Saul furore repletus diuiserat boues in duas partes, non crederent Israelitas, vel non multum mouerentur, nisi viderent, fuerunt ergo portata frustra per omnes terminos Israel; sic enim Leuita ille, cuius filij Benjamin uxorem occiderant vexantes Iudicem, diuisit uxorem in duodecim partes, & misit per duodecim tribus Israel, quod videntes Israelitae horuerunt facinus dicentes nunquam res talis facta est in Israel ex eo die, quo accesserunt patres nostri de Aegypto usque in praesens tempus: Iud. c. 19. & tunc vnus animo congregati sunt omnes Israelitae quasi vnus vir ad pugnandum contra paratores sceleris, Iudic. c. 20. nam nimis moti fuerunt visis partibus cadaueris; si autem non vidissent non tantum inhorruissent facinus, nec faciliter congregarentur, sic quoque Saul voluit permouere Israelitas, in quo intendit res efficaciores esse quam verba, diuisit ergo boues in frustra, & misit ad omnes Israelitas. Quicumque non exierit. Scilicet paratus ad bellum de vrbe sua. Secutusque non fuerit Saulem, & Samuelem. Hoc dixit Saul, quia nolebat ipse solus esse dux belli, sed etiam quod Samuel

Aa 4 esset

effet dux: ipse enim fecerat Saulem regem, & habebat eum tanquam magistrum in omni opere: hoc autem fuit quamdiu Saul bonus fuit, postea autem egit ex arbitrio suo contra precepta Samuel: & tunc peccauit: sic etiam dixerat ei Samuel, quod quando cunctique esset in aliqua aduersitate, vel periculo magno vocaret eum, & veniret ante ipsum in Galgalam expectans ibi septem diebus, & tunc descenderet Samuel, doceretque eum quid agere oporteret, ut patet precedenti cap. Obseruauit autem hoc aliquantulum Saul, ut patet infra cap. 13. quamquam non plene, quia ibi errauit immolans priusquam veniret Samuel.

Sed tunc dices, quare ergo nunc cum esset Saul in periculo pugnante rege Ammon contra Israelitas, non descendit in Galgalam iuxta preceptum Samuelis?

Dicendum quod precedenti cap. ad hoc responsum est, sed adhuc dici potest aliter, scilicet, quod dato quod Samuel non esset tunc presens Sauli non poterat compleri id, quod dixerat Samuel, scilicet, quod quando cunctique esset in aliquo periculo descenderet in Galgalam, & expectaret ibi septem diebus: nunc tamen fieri non poterat, quoniam Iabeseni solum habebant inducias dierum septem, & prius elaberetur tempus quam veniret Samuel, oportuit ergo quod aliter prouideret hic Saul.

Sic fiet bobus eius. Scilicet, sicut fecit Saul bobus suis. In quo est sensus, quod qui non exiret ad bellum perderet bona, & quia boues erant maxima bona Israelitarum, locus est de bobus: vel forte intellexit de omnibus alijs bonis per boues.

Dicit aliquis quare posuit Saul talem penam non eunti ad bellum, & non imposuit poenam mortis? Rabbi Salomon dicit, quod ista erat comminatio magna poenae, quia diuinitate illo tempore pro maiori parte erant in pecoribus: noluit autem comminari poenam mortis, vel detractionis membri, ne in principio regni sui a magno rigore incipere videretur.

Vel aliter dici potest quod hoc fecit Saul, quia non est ausus imponere maiorem poenam, ne forte Israelitae non obedirent: nam nunc erat principium regni nondum bene firmati, quoniam multi de Israelitis non plene obediebant ei: dixerunt enim Saul non regnabit super nos, ut patet infra in litera: dubitans ergo Saul an precepta sua reciperentur, posuit paruum poenam.

Inuasi ergo timor Domini populum. Id est totus populus incepit timere, & iste timor fuit a Deo incussus. Dicitur autem hoc, quia non erat humanum, quod omnes Israelitae timerent Saulem, qui nouiter in regem institutus erat: & nondum erat confirmatum regnum illius: timor tamen fuit incussus a Deo: ideo timuerunt nimis, quod apparet quia dicitur immediate egressi sunt quasi vir vnus, scilicet, quod nullus recusauit egredi: sic enim timor a Deo incutitur, ut fuit in Chananaeis quando filij Iacob destruxerunt urbem Sichem: quoniam omnes vrbes viciniae in circuitu erant paratae, ut deleterent Iacob, & domum suam: sicut ipse dixerat filijs suis turbastis me, & odiosum fecistis Chananaeis, & Pherezeis habitatoribus terrae huius: nos pauci sumus & illi congregati percipient me, & debor ego, & domus mea: Gen. 34. c. Deus tamen incussit timorem omnibus ciuitatibus Chananaeorum, ut non auderent persequi Iacob, & domum suam: Gen. 35. cap. scilicet, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes: sic quoque Deus incussit timorem suum omnibus Chananaeis antequam introirent Israelitae, ut fugerent a facie eorum, Exo. cap. 23. f. Terrorem meum mittam in praecursum tuum & occidam omnem populum, ad quem introieris: cunctorumque;

F inimicorum tuorum coram te terga uertam.

Et egressi sunt quasi vir vnus. Scilicet timuerunt Israelitae nimis: ideo omnes exierunt, sicut iusserat Saul. Non est tamen intelligendum quod omnes exirent, ita quod nemo maneret, quoniam valde plures exierunt quae trecenta triginta millia virorum, qui solum dicuntur fuisse hic: nam paulo post hoc cum regnaret Dauid numerari fecit omnes viros bellatores, & inueniuntur millies millia & quadringenta millia, scilicet nongenta millia de Israel, & quingenta millia de Iuda infra 2. lib. cap. 24. Sed credendum est, quod hic de qualibet vrbe iuerunt multi viri: illi autem assignauerunt aliquos, qui manerent in vrbebus ad custodiendam earum, & isti quamquam non irent ad bellum, non incurrebant in poenam. Dicitur autem quod egressi sunt quasi vnus vir, i. omnes vno animo: vel quasi vnus vir, quia sicut quando vnus vir ad aliquem locum vadit totus vadit, & nihil de eo manet, ita quando congregati sunt isti Israelitae venerunt simul, & non per partes quasi vnus vir esset, qui venit.

Et recessit eos in Bezec. Scilicet postquam congregati fuerunt oes Israelitae numerauit eos Saul: hoc autem factum est, quoniam multitudo in bello debet ordinari per duces suos, & partes: & quia non potest fieri ista ordinatio, nisi quilibet dux sciat quot viros habet sub ducatu suo, oportuit computari multitudinem: ad hoc etiam, ut sciatur quantum debet dari cuiuslibet duci de exercitu, totus exercitus debet esse cognitus: sic enim fecit Saul: nam postquam numerauit exercitum diuisit in tres partes, & sic irruerunt super hostes, ut patet infra. Dicitur autem quod recessit in Bezec, s. in quadam ciuitate, ad quam conuenerunt omnes Israelitae: nam Saul non expectauit eos in Gabaa vrbe sua, sed immediate egressus est cum exercitu, quem habere potuit in terra propinqua: & iussit nuncijs quod designarent certum locum, ad quem conuenirent omnes Israelitae: ipse autem cum aliquanta parte exercitus ad locum illum expectaturus omnes Israelitas. Quis autem fuerit iste locus, ubi congregari debebant omnes, non apparet. Iosephus autem dicit, quod iussit eos congregari ad Iordanem sequenti die: litera autem ista videtur innuere, quod iussit congregari in Bezec eo quod ibi fuit facta computatio: sed in hoc nihil refert, quia forte ciuitas Bezec erat apud Iordanem: est autem ista ciuitas, in qua regnauit rex Adonibezec, & percusserunt ibi Israelitae cum decem millibus virorum Iudic. cap. 1. Aliqui autem dicunt quod Bezec non est nomen vrbe, sed est nomen commune signans testam, & est sensus quod recessit Israelitas in Bezec, id est in testis, vel cum testis, scilicet, quod quia erant Israelitae multi, non numerauit eos per capita, sed fecit quod quilibet assumeret vnam testam, vel lapillum, & proiecerent in cumulo, postea autem computatis illis inuenta sunt 330. millia virorum: sic enim computauit Darius exercitum suum, quoniam venit in Alexandria, faciens quod singuli proiecerent singulas sagittas ad locum vnum, & per numerum sagittarum inuentus est numerus virorum: sic patet Alexandreidis lib. 3.

Qui fuerit locus congregationis. Tribus Iuda excedebat oes alias tribus in duobus.

Quis fuerit locus congregationis. Tribus Iuda excedebat oes alias tribus in duobus.

Fueruntque filiorum Israel trecenta millia: virorum autem Iuda triginta millia. Vocantur hic filij Israel vndecim tribus: filij autem Iuda erant etiam de filijs Israel: tamen ipsi non vocantur filij Israel eo quod per se accipiunt nomen quasi essent alia gens distincta: ponuntur autem hic pauci de tribu Iuda, 130. millia: nam cum computaret Iob oes viros pugnatores de tribu ista inuenta sunt quingenta millia virorum infra 2. lib. c. 24. Sed intelligendum est, quod hic non inueniuntur de tribu Iuda oes viri pugnatores, sed solum aliqui eorum: reliqui vero manserunt in vrbebus: sicut dicebat, & de alijs tribubus.

Iosephus tamen. 6. Antiquitatum ponit fuisse maiorem multitudinem pugnatorum. Septingenta millia de Israel. & septuaginta millia de tribu Iuda: litera tamen ista non ponit adhuc dimidium. In hoc tamen non est curandum de Iosepho, quia nulli hominum quantacunque auctoritatis contra sacram scripturam credendum est. Nisi forte aliquis dicat, quod Iosephus voluit tangere totum numerum pugnatorum: sacra autem scriptura partem solum tetigit, sed hoc non est conuenienter dictum, quia si dicamus, quod scriptura noluit hic tangere totum numerum, sed illius partem expressit, nihil magis erat, quod diceret quingenta millia fuisse de Israel, quam trecenta millia: vterque enim numerus pars est septingentorum millium, ideo totus iste numerus erit superfluus, nisi ponatur hic, quot erant praecise pugnatores de Iuda, & Israel quod est absurdum. Ideo dicendum, quod non erant plures quam hic exprimitur: Iosephus tamen intellexit, quod omnes Israelitae inueniunt ad pugnam, sicut iusserat Saul, & quia tempore Dauid inuentus est valde maior numerus Israelitarum. s. nongenta millia de Israel, & quingenta millia de Iuda infra 2. lib. cap. 24. ideo saltem intellexit, quod essent hic septingenta millia virorum de Israel. & septuaginta millia de Iuda.

Iosephus tamen. 6. Antiquitatum ponit fuisse maiorem multitudinem pugnatorum. Septingenta millia de Israel. & septuaginta millia de tribu Iuda: litera tamen ista non ponit adhuc dimidium. In hoc tamen non est curandum de Iosepho, quia nulli hominum quantacunque auctoritatis contra sacram scripturam credendum est. Nisi forte aliquis dicat, quod Iosephus voluit tangere totum numerum pugnatorum: sacra autem scriptura partem solum tetigit, sed hoc non est conuenienter dictum, quia si dicamus, quod scriptura noluit hic tangere totum numerum, sed illius partem expressit, nihil magis erat, quod diceret quingenta millia fuisse de Israel, quam trecenta millia: vterque enim numerus pars est septingentorum millium, ideo totus iste numerus erit superfluus, nisi ponatur hic, quot erant praecise pugnatores de Iuda, & Israel quod est absurdum. Ideo dicendum, quod non erant plures quam hic exprimitur: Iosephus tamen intellexit, quod omnes Israelitae inueniunt ad pugnam, sicut iusserat Saul, & quia tempore Dauid inuentus est valde maior numerus Israelitarum. s. nongenta millia de Israel, & quingenta millia de Iuda infra 2. lib. cap. 24. ideo saltem intellexit, quod essent hic septingenta millia virorum de Israel. & septuaginta millia de Iuda.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior. Quasi. IX.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior.

Ceteris: ipse enim erat in fronte castrorum, & ipse primo mouebat castra, quam reliquae: Num. ca. 2. & 10. ipse quoque princeps tribus Iudae propter tribum suam honorabatur magis quam alij principes: vnde in dedicatione sanctuarij fecit Deus, quod ipse offerret prima die Num. cap. 7. sic quoque post introitum in terram Chanana tribus Iuda fuit magis honorata quam ceterae: nam post mortem Iosue qui erat dux, consuluerunt Israelitae dominum, quis pugnaret pro eis contra Chananaeos Iud. cap. 1. f. Quis ascendet ante nos contra Chananaeam, & erit dux belli? dixitque dominus Iudas ascendet: ecce tradidi terram in manu eius. Iterum autem quando. 1. 1. tribus Israel pugnauerunt contra Benjamin propter viros Gabaa, contulerunt dominum atque dixerunt, quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Benjamin? Quibus respondit dominus, Iudas sit dux vester: Iud. cap. 20. cap. Propter hunc ergo honorem ab antiquo habebant Israelitae, quod quando computarent Israelitas, per se computarent tribum Iuda, & alias. 1. 1. simul: fuit etiam post hoc obseruatum, nam quando Dauid fecit computari omnes viros pugnatores Israel, per se computauit Iudam, & inuenit quingenta millia: alias autem tribus sub vna summa, & inuenit nongenta millia infra 2. lib. cap. 24. praecipue autem nobilitauit istam tribum Dauid, qui erat de illa, quando factus est rex: nam non solum computabatur illa per se, sed et in nominatione tituli regis per se appellabatur Iuda, ita ut diceretur rex Iuda, & Israel, & hoc fuit, quia Dauid primo vnctus est in regem super solum tribum Iuda infra 2. lib. ca. 2. postea autem vnctus est per totum Israel. e. lib. capit. 5. ideo vocabatur se regem Iudae & Israel, & alij reges quando vngebantur ita appellabantur, sic patet infra 3. lib. cap. 1. quando vnctus est Salomon: nam dixit Dauid impone Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gyon, & vngat ibi eum sacerdos Sadoc, & Nathan propheta in regem in Israel, & Iudam: computabatur ergo per se tribus Iuda. Aliquando tamen computabatur cum alijs tribubus, sicut fuit in pugna contra Benjamin, ut patet Iud. cap. 20. f. Virorum quoque Israel abiq; filijs Benjamin inuenta sunt quadringenta millia eductentium gladium: illud tamen raro fiebat.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat ceteris dignior, & numero maior.

Dubitatio.

Solutio.

Quare posuit poenam Saul bobis, & non mortis non enim tribus ad bellum.

Bezec qd.

Tribus Iuda excedebat oes alias tribus in duobus.

E

Ea, quae

Ea, quæ dixerat Saul, seras erit vobis salus, cum inca-
luerit sol. *Et latati sunt, & dixerunt mane exhibimus ad vos.*
Scilicet Lab-feni certificati fuerunt de auxilio, & co-
gnouerunt, quod totus Israel conuenerat: vnde credide-
runt, quod facilliter possent expugnare Madianitas, & li-
berarentur ipsi, ideo miserunt ad dicendum illis, ma-
ne exhibimus ad vos: a principio enim dixerant viri la-
bes regi Ammonitarum, quod concederet eis septem dies
ad mittendum nuncios per omnes terminos Israel, quod
si non esset aliquis, qui defenderet eos, egredieretur ad
illum: nunc autem, quia ferè elapsi fuerant dies septem
a tempore concessarum induciarum Lab-feni mise-
runt ad regem Ammon dicentes mane exhibimus ad
vos: erat, n. rex Ammon apud Iabes fixis castris suis ex-
pectans per illos septem dies, ne quis egredieretur de
vrbe, vt completo termino euerteter vrbe eorum
per obsessionem, vel exirent ad eum Iab-feni, vt erue-
rentur oculi eorum: nunc autem quasi iridentes con-
fidentes de salute sua miserunt ad regem Ammon di-
cetes mane exhibimus ad vos, quod aliquater facie-
bant ad fallendum hostem. f. vt intelligeret rex Am-
mon, quod Israelitæ non habentes aliquem adiutorem,
veniebant ad eum passuri quicquid ipse vellet: in hoc
tamen magis fallebatur, quoniam ipse securus existi-
ret quasi iam Israelitæ non haberent aliquem adiu-
torem, & tunc subito irruerent in eos Israelitæ. Et sic fa-
ctum est, quia sequenti die in vigilia matutina intro-
ierunt Israelitæ castra Ammon, & ferè omnes pere-
merunt. *Et facietis nobis omne quod placuerit vobis.* In hoc
rident conditioni, quam posuit rex Ammon. f. quod aut
subuerteret vrbes eorum pugnando, vel si se ei tra-
derent erueret oculos dextros ipsorum: nunc autem dice-
bat, quod exituri erant ad eum, vt erueret oculos eorum, vel fa-
ceret quod vellet eis, ex quo apparet, quod illa litera supe-
rior. f. si non fuerit, qui defendat, nos egrediemur ad
te: non intelligitur, quod egrediemur ad pugnandum, sed
ad hoc, quod eruat nobis oculos. *Et factum est cum venisset
dies crastinus.* Scilicet dies ille, in quo futura erat salus
Iab-fanorum. *Constituit saul populum in tres partes.* Nō
fecit hoc per diem, sed per noctem: nam dicitur, quod in
vigilia matutina ingressus est in castra Ammonitarum,
& tamen ante hoc diuisit populum in tres partes. Di-
cendum ergo, vt ait Iosephus, quod tota nocte ambula-
uerunt Iudæi. f. vt in vigilia matutina irruerent sup ca-
stra: nam præcedenti die non ausi sunt Israelitæ veni-
re vsq; ad locum castrorum Ammon, ne ipsi cogno-
scentes aduentum eorum ad pugnandum fugerent,
vel pararent se ad bellum, & esset durum bellum Iudæis:
manferunt ergo præcedenti die in Bezec, vbi fue-
rant computati omnes pugnatōres, & sequenti nocte
ambulantes venerunt vsque ad castra in vigilia matu-
tina, & tunc irruerunt super Ammonitas. Diuisit au-
tem populum Saul in tres partes, vt magis terribiles
apparerent Ammonitis, cum ex tribus partibus ca-
strorum inuaderentur. Etiam vt facillius eos compre-
henderent: nam si ab vna parte venisset totus exerci-
tus poterant fugere Madianitæ: ex alia parte castrorum,
cum autem diuisus esset populus in tres turmas clau-
serunt vndique castra Ammon, ne quisquam valeret
effugere. *Et ingressus est in media castra in vigilia matutina.*
Scilicet subito introiit Saul in castra Ammonitarum,
non enim putauerant illi adesse hostes, & cum illi se-
cuti dormirent in aurora, inuasit eos Saul ingrediens
in medio castrorum non sentientibus Ammonitis.
Vocatur autem vigilia matutina tempus aliquod ante
ortum solis. f. pars extrema noctis, vel crepusculū,
& eo tempore aggressus est, quia tunc omnes opore
tenebantur. *Et percussit Ammon usque dum incalcesceret
dies.* Durant percussio facta super Ammonitas vsque
quo esset dies calida. f. ad horam tertiarum, vel vlti-

rius: cepit autem in vigilia matutina, & vsque tunc
durauit: postea autem non mansit quisquam, qui ce-
deretur, quia vel omnes occisi fuerant, vel iam di-
spersi, ita vt non manerent aliqui in castris Ammon.
Reliqui autem dispersi sunt. Scilicet omnes alij, quos nō
percussierunt Israelitæ usquequo dies incalcesceret di-
spersi sunt, & fugierunt: nam quamquam alæ israeli-
tarum clausissent vndique castra Ammonitarum, ta-
men dum israelitæ ad quorundam cædem intende-
rent, alij fugiebant. & sic dispersi sunt. *Ita ut non relin-
queretur in eis duo pariter.* Scilicet non effugerunt multi
de Ammonitis, & ipsi qui fugerunt non ibant simul
tanquam pars exercitus, sed quilibet ibat per se: hoc
autem fuit, quia cum israelitæ clausissent castra Am-
mon non poterant effugere, nisi illi, qui elabeban-
tur dum israelitæ instarent occisioni aliorum, & ita
rari erant, qui egrediebantur de castris fugientes, ita
vt de eis non manerent duo simul, sed in diuersa, vt
fors eis obtulerat, fugiebant.

Et ait populus ad Samuelem. Hic ponitur tertium. f. re-
gis inuouatio, quæ ortum habuit ex præcedenti bello:
nam cum israelitæ vidissent, quod Saul tam animosi-
tate quam prudētia hoc clarum bellum prospere cō-
fecisset, voluntariè se subdiderunt illi iam existimātes
eum dignum regio principatu, & quia aliqui offen-
derant ante hoc Saulem nolentes eum regnare super
se, populus petiuit istos ad mortem tanquam male-
meritos de Saule, & locuti sunt israelitæ hoc ad Sa-
muelem, quia ipse veniebat tunc de bello, & erat tan-
quam dux: potissimè quia hæc offensus facta fuerat
Saul, & nō decebat, quod ab eo peteretur executio vindi-
ctæ, quia fortè putaretur nimis crudelis, quia erat prop-
ria cautā: petuerunt ergo a Samuele, quod ipse daret vi-
ros, & faceret eos occidi. *Quis est ille, qui dixit Saul
non regnabit super nos?* Quasi dicat locutus est blasphemiam
contra regem, qui dignus erat accipere princi-
patum, ideo mortis reus est talis vir: dixerunt tamen
hoc aliqui: nam præcedenti cap. dicitur, quod filij Belial
dixerunt, Num saluare nos poterit iste? & despex-
erunt eum. Isti etiam dixerunt Saul non regnabit sup
nos, & ista verba tunc audita sunt a populo: nullus ta-
men tunc eos ad vindictam petijt, eo quod nondum scie-
bant, an Saul esset aptus ad statum regalem: vnde plu-
rima pars populi dubitabat, cum autem claruit Saul
esse dignum regio principatu, voluit populus contē-
ptores illius occidere. *Date viros & interficiemus eos.*
Idest declaratur qui sunt illi viri, & exhibeantur atq;
occidemus eos hic: putabant enim iam iniustum re-
gis sui iniuriam iniustam pertransire: fuit autem om-
nium horum causa bellum prospere actum, in quo
percussi sunt Ammonitæ & occisus est rex eorum
Naas, vt ait Iosephus. 6. Antiquitatum. Dicit etiam
hoc opus clarum fecit valde Saul, & apud omnes He-
bræos eum laudabilem demonstrauit, magnamq; fe-
cit gloriam fortitudinis adipisci: nam si qui primitus
fuerant, qui preuerant eum, tunc conuersi sunt, vt
honorarent, & meliorem cunctorum ad principatū
iudicarent, non enim sufficit tantum modo Iab-fen-
nos eripuisse, sed etiam cunctam studuit pugnando
Ammonitarum subuertere regionem, prædamque
sumens exinde copiosam clarus ad propria remeauit.
Populus ergo pro rebus, quæ gesta fuerant a Saul ma-
gna exultatione gaudebant, & quia regē talem ordi-
nauerant exultabant, contra illos autem, qui eum ni-
hil rebus prodesse dixerant exclamabant, vbi sunt il-
li? exsoluant penas, & reliqua similia adiecebant, quæ
solet vulgus sclicitate detentus euomere in eos, qui
in principijs huiusmodi rerum esse vidētur auctores,
Et ait Saul non occidetur quisquam in die hac. Audiuit Saul
quomodo populus peteret a Samuele viros ad penā,
& quia

Inuouatio
regis Sau-
lis.

& quia si ipse consentiret occiderentur viri: voluit
amplius benignitatem suam ostendere, vt sicut excel-
lens apparuerat in fortitudine contra hostes, ita quo-
que excellentior esset in clemētia erga subditos: mul-
tum enim virtus ista principem extollit: vnde ait Se-
neca in libro de clementia, nullum ex omnibus mag-
gis decet principem quàm clementia: magni enim
animi proprium est placidum esse, tranquillumq; of-
fensas, & iniurias remittere: muliebri autem est litiga-
re, & morem iræ suæ gerere.

Quia hodie fecit dominus salutem in Israel. Ista est causa,
quare non debuit sumere vindictam de hostibus. sine
eadem esset dies liberationis, & effusionis sanguinis
Israel, sic enim sequens lætus præteritam victoriam
maçularet. Sic ait Iosephus. 6. Antiquitatum. f. Saul
autem horum quidem circa se fauorem amplecteba-
tur, & voluntatem. Iurauit autem nulli se nocere cō-
tribulorum, nec illa die necari permittere, cum esset
nimis incongruum si data a Deo victoria proprij ge-
neris sanguine sedaretur, sed deceret, vt gratiam ha-
bentes ad inuicem festiuitatem potius celebrarent.

*An Saul vindicauerit se aliquando de his, qui dixerunt eum
non regnaturum. Quæst. X.*

QUÆRET aliquis, an Saul aliquando vindictā
sumpsit de his qui dixerant, Saul nō regna-
bit super nos.

Respondendum est, quod ex hac litera satis appa-
ret, quod Saul die illa nullum occiderit de contemptori-
bus suis, cum ipse hic promiserit istud, an tamen pos-
tea vindictam de eis sumpsit non constat: nā quā-
quam ista dicta fuerint, non inducitur quod Saul eis iniu-
riam penitus remisit, quod potius ex verbis his magis
quodam modo inducitur, quod non remisit simplici-
ter: quoniam dicitur hic, non occidetur quisquam
in die hac, ergo pro die illa videbatur remittere. f. quod
nō vlcisceretur, ita breuiter iniuriam, sed differret ad
alia tempora. Hoc autem magis patet, quod remisit, p
illo die, & nō postea, quia subditur hic causa. f. hodie
fecit salutem in Israel. f. liberando de manu Ammon
& occidendo hostes eorum, ideo in illa die non erat
rationabile, quod aliquis de populo occideretur propter
magnam lætitiā victoriæ: quod tamē in alia die, in quo
Deus non fecisset salutem in Israel Saul nō occideret
cōtemptores suos nō innuebatur ex hoc, quoniam ma-
gis hic ignoscebatur diei quàm personæ: simile autē
accidit in Dauid: ipsi enim irrogatæ sunt aliquæ iniu-
riæ, quas noluit suo tempore expetere: iussit tamen Sa-
lomon filio suo post mortem suam, quod illas vindica-
ret, sic patet de Ioab principe militiæ Dauid, qui occi-
dit Abner principem militiæ Saulis, de quo nimis do-
luit Dauid, quia tamen erat nouiter vnctus in regem,
noluit occidere tunc Ioab, vt patet infra 2. lib. cap. 3. f.
Num ignoratis, quoniam princeps & maximus ce-
cidit hodie in Israel? ego autē adhuc delicatus & vn-
ctus rex? Porro viri isti filij Saruie duri mihi sunt: re-
tribuat dominus facienti malum iuxta malitiam suā,
Post hoc autem cum moretetur, iussit Salomoni,
quod occideret Ioab sic patet. 3. lib. c. 2. f. tu nosti, quæ fe-
cerit mihi Ioab filius Saruie, & quæ fecerit duobus
principibus exercitus Israel, & effudit sanguinem bel-
li in pace: facies ergo ei iuxta sapientiam tuam, & nō
deduces caniciem eius pacificè ad inferos. Similiter
quoque Semei filius Gera de tribu Ioseph maledixit
Dauid die, quo egrediebatur de Ierusalem fugiens a
facie Abfalonis, mittebatque lapides ad Dauid & ad
exercitum eius: quem cū voluisset Abisai occidere,
prohibuit Dauid. infra 2. lib. ca. 16. cum autem occiso
Abfalone reuersus est Dauid in pacē in Ierusalē, oc-

Dauid ius-
sit in testō
suo sumi
vindicatam
de aliqui-
bus, qui
eum offen-
derant.

currit ei primus de omni tribu Benjamin petens, ne
recordaretur iniuriam illatarum, dicēs: ne reputes
mihi domine mi iniquitatem, nec memineris iniu-
riarum serui tui die, qua egressus es de Ierusalē, nec
ponas rex in corde tuo: agnosco enim seruus tuus
peccatum meum: idcirco hodie primus veni de om-
ni domo Ioseph infra 2. lib. cap. 19. Dauid autem licet
alias voluisset occidere eum, quia tamen in die illa fa-
ctus fuerat rex in Israel, noluit occidere eum, vnde cū
locutus fuerit Semei, dixit Abisai filius Saruie: Num
quid pro his verbis non occideret Semei, qui maledi-
xit Christo domini, & ait Dauid quid mihi, & vobis
filij Saruie? cur efficimini mihi hodie in satan? ergo
ne hodie interficietur uir in Israel? an ignoro hodie
me factum regem super Israel? ait rex ad Semei nō
morieris. Ita præalleg. cap. Postea tamen iussit Salo-
moni filio suo, quod occideret eum, nō quidem directè
sed ex cogitata aliqua industria, sicut factum est. e. c.
Sic igitur fieri poterat in Saule, quod in die illa non pun-
nirer contemptores propter lætitiā victoriæ: postea
tamen puniret: non tamē de eo legitur, quod aliquā-
do puniret: nihil ergo refert quid tenere voluerimus
horum.

*Quomodo Israelitæ pugnauerunt contra Ammonitas, cum do-
minus prohibuerit eis hoc. Quæst. XI.*

QUÆRET aliquis quomodo Israelitæ pugna-
uerunt contra filios Ammon, quia Deus p-
hibuit Hebræis pugnare contra eos, & hoc,
quia erant de cognatione eorum, filij Loth:
Gen. cap. 19. & Deuteron. 2. Loth autem erat conso-
brinus Abraham. f. filius fratris eius Haran: Gen. ca. 11.
Et quia secutus fuit semper Abraham multiplicauit
Deus bona Loth propter Abraham, ut Gen. cap. 13.
Deus quoque tradidit Ammonitis terram illam, in
qua habitabant, sicut tradidit Israelitis. Vtuit ergo
Deus Israelitis pugnare contra Ammon, & Moab, vt
patet Deuteron. cap. 2. f. Tu transibis hodie terminos
Moab vrbeam nomine Ar, & accedens in vicinia filio-
rum Ammon, caue ne pugnes cōtra eos, nec mouea-
ris ad prælium: non enim dabo tibi de terra filiorum
Ammon, quia filijs Loth dedit eam in possessionem.

Respondendum est, quod licuit Israelitis pugnare cō-
tra Ammon: nam quando nunciata sunt verba viro-
rum Iabes in Gabaa coram Saule, insilijt in eum spiri-
tus domini, qui incitabat eum ad bellum, ut patet su-
pra, si tamen non licuisset Israelitis pugnare contra
Ammonitas, non insilijset spiritus domini super Sau-
lem incitans eum ad bellum. Samuel quoque propheta
erat, & uir iustissimus, iuitque in bellum cum
Saule, ut patet supra. f. quicumque nō exierit secutus,
que nō fuerit Saul, & Samuelem sic fiet bobus eius,
si tamen esset iniustum bellum, non iussit illic Sa-
muel, sed magis distuaderet Sauli, ergo non egerunt
contra præceptum domini pugnando.

Cum autem arguebatur, quod Deus vetuit pugnam
contra Ammonitas: dicendum est, quod hoc vetuit. f. quod
non aggredierentur Ammonitas: nam Israelitæ, cum
introierunt in terram Chanaan transierunt per con-
finia Moabitarum, & Ammonitarum, & ibi pugna-
uerunt contra regem Sehon, & Og: possederuntque
terram istorum duorum regum. Et quia Israelitæ vcl-
lent etiam pugnare contra Ammonitas cum essent
coniuncti, Deus hoc vetuit, si tamen Ammonitæ in-
surgerent in bellum contra Israelitas non vetabatur
eis defensio, & repugnatio. patet hoc in præalleg. au-
doritæ. f. caue ne pugnes cōtra eos, nec moueans ad
prælium: moueri autem ad prælium est incipere, & non
pugnantibus repugnare: nunc autem Ammonitæ
pugnauerunt

primo incepertunt pugnare contra Israel obsidentes. **E**rbem habes Galaad, ideo licebat Israelitis se defendere. Nec solum hoc, sed etiam si Ammonitæ aliqd læssent in terra Israel, licebat israelitis ire in terram Ammon, & tantundem lædere. Aliter autem potest dici, qd illa lex data fuit pro tempore illo, quando Israelitæ introierunt in terram Chanaan, sed non obligauit pro posterioribus, ideo nunc poterant Israelitæ pugnare contra Ammonitas non solum se defendendo, vel repetendo iniurias, sed etiam quodcumque aliud iustum bellum indicendo. Patet hoc in prælle. auctoritate Deuteronom. cap. 2. f. Tu transibis hodie terminos Moab urbem nomine Ar, & accedens in vicinia filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos. ergo solum verabatur bellum in transitu illo, sed de posterioribus temporibus nihil crebatur, simile patet de Moabitibus. Nam etiam dictum est de eis Deuteronom. cap. 2. Non pugnes contra Moabitas, nec in eas aduersus eos prælium: non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs Loth tradidi eam in possessionem. Dauid tamen pugnavit multum contra Moabitas, occiditque plurimos, residuosque subiecit tributis infra 2. lib. cap. 8. f. Et percussit Dauid Moab, & mensus est eos funiculo coæquans terræ. Mensus est autem duos funiculos unum ad occidendum, & unum ad visitandum, & factus est Moab Dauid seruiens sub tributo. Poterat igitur sic Saul pugnare contra Ammon, quousque subieceret eos sibi in tributarios, quia eodem privilegio gaudebant Ammonitæ, & Moabitæ quantum ad illud præceptum Dei.

Aliter etiam responderi potest. **H** Deus vetuit ibi pugnam Israelitarum contra Ammonitas. Et non pugnant ad accipiendum eis terram: non tamē venit simpliciter pugnare, ideo poterant aliàs pugnare.

Hoc autem, quia quando datum est illud præceptum introibant israelitæ in terram Chanaan, & pugnares contra reges Schon, & Og acceperunt terras eorum Deuteronom. cap. 2. & quia putarent Israelitæ sibi licere accipere terram gentium, quæ erant in circuitu, Ammonitæ autem & Moabitæ, & Idumæi erant in circuitu terræ duorum regum Amorrhæorum, quam tunc ceperant Israelitæ. e. c. ideo iussit Deus, ne pugnarent contra Idumæos, Moabitas, & Ammonitas ad accipiendam aliquid de terra ipsorum. Sic enim dicitur ibidem. **T**ransibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, & timebunt vos: videte ergo diligenter, ne moueamini contra eos, nec enim dabo vobis de terra eorum quantum potest vnus pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Seir. De Moabitibus dicitur ibidem: Non pugnes contra Moabitas, non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs Loth tradidi eam in possessionem. De Ammonitis dicitur: Accedens in vicinia filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filijs Loth dedi eam in possessionem. Solum ergo verabatur hic pugna, quæ erat ad accipiendum aliquid de terra, sed nunc Saul non pugnavit ad accipiendum quicquam de terra Ammonitarum, sed ad defendendum subditos suos, & refarciendum iniurias, ideo licuit ei pugnare: hoc quoque obtinuit Dauid, quia licet pugnasset nimis contra Moabitas & Idumæos, fecissetque eos sibi tributarios nihil de terra eorum sumpsit, vt vniret terræ Israel. Nec valet si dicas, qd Dauid posuit custodes in Idumæa statuitque præsidium. **J**. 2. lib. c. 8. quia illud non fecit, vt acciperet terram illam sibi, sed ne repugnaret in præstatione tributorum: semper tamē permisit esse reges in Moab, & Idumæa.

Dixit autem Samuel ad populum. Periterat populus, & occiderentur repugnantes Sauli, & quia Saul remisit

illis propter gaudium illius diei, voluit Samuel, & inuocaretur rex, & confirmaretur regnum, quod etiam pertinebat ad magnam lætitiā, & solennitatem illius victoriae. Venite & camus in Galgalam. In loco isto volebat Samuel confirmare regnum Saulis.

Quare autem in Galgala magis voluerit Samuel confirmari regem quam in alio loco, dicit Nicolaus, quia hoc fuit, quia sacrificia ibi fieri debebant, & facta sunt, vt apparet infra. Hæc autem conuenienter fiebant in sanctuario, sed tabernaculum domini illo tempore erat in Galgala, ergo ibi hoc fieri debuit.

Ista responsio non stat: non enim erat tabernaculum domini in Galgala, nec ibi vnquam fuit, sed post urbem Silo fuit in Nobe. Nicolaus autem vult, qd ibi fuerit tabernaculum, quia ibi facta sunt sacrificia: etiam quæcum esset ibi populus dicebatur esse coram domino, sed ista non sunt conuenientia motiua, vt declaratur est supra cap. 7. Item non stat, quia ipse dicit, qd fuit tabernaculum & arca in Masphat, deinde in Galgala, & qd quando Saul sumptus est in regem erat tabernaculum in Masphat, nunc autem erat in Galgala. Sed hoc dato sequeretur nimis velox mutatio tabernaculi, & sine causa. Quia inter tempus, quo Saul in regem sumptus est, & tempus, quo pugnavit contra Ammonitas paucum intercedit, tamen ipse dicit, quod tempore sumptionis Saulis in regem erat in Masphat, & tempore huius belli erat in Galgala. Nec stat præcipue, quæ non apparet aliqua causa mutationis huius: nunquam tamen fiebat sine causa magna. Item si aliquis velit protentire, qd fuit facta mutatio de Masphat in Galgalam aliqua causa fuerit quamquam non appareat adhuc non stat, quia antequam veniret Israelitæ ad eligendum Saulem in Masphat, erat locus sacrificiorum in Galgala, & dicebantur ibi esse viri coram domino, & tamen tunc impossibile erat, quod esset ibi sanctuarium, quia si nul esset in Masphat, & in Galgala, apparet hoc, quia præcedenti cap. die, qua Samuel vnxit Saulem antequam esset eius electio publica, dixit illi: descendes ante me in Galgalam, ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles victimas pacificas, ergo non poterat esse ibi sanctuarium, vel nunquam fuit in Masphat, quod esset contra positionem Nicolai. Dato autem, quod fuerit, vt ipse vult Galgala erat locus sacrificiorum antequam esset ibi sanctuarium, tamen secundum veritatem non fuit ibi sanctuarium, nec in Masphat cum ex fundamentis quibus ad hoc vitur Nicolaus, ducatur in contradictionem.

Dicendum igitur, quod Samuel voluit confirmari Saulem in regem in Galgala non, quod ille locus magis conferret ad hoc, quam alia loca, sed quia iste erat vnus de locis, in quibus consueuerant congregari Israelitæ, quando iudicabat eos Samuel, vt patet supra cap. 8. f. Iudicabat quoque Samuel Israel cunctis diebus vite suæ, & ibat per singulos annos circueiens Bethel, Galgala, & Masphat, & sicut supra visus est sibi conueniens locus Masphat ad regis electionem, ita Galgala visus est conueniens ad eius confirmationem. Aliter dici potest, quod in loco isto facta est confirmatio, ne cogentur Israelitæ diuertere ad alia loca: veniebant enim de bello, quando facta est ista confirmatio, & quia transitori erant per Iordanem, & apud Iordanem est Galgala, fiebat eis in itinere iste locus, ideo visum est conueniens ibi fieri, vt breuius expediretur, ne diuerteret totus populus ad alias vrbes. **E**t inuocemus ibi regem. Scilicet confirmemus regnum, tanquam nunc nouiter assumemus regem.

Quare Samuel uoluit regem confirmari in Galgala.

Opi. auct.

Qua

Que fuit causa inuocationis regni Saulis, & quid in ea factum est. **Quest. XII.**

QVAERET aliquis quæ fuit causa huius inuocationis, vel quid in ea factum est. Aliqui respondent, qd fuit ad supplendum aliqua, quæ omiſſa erant: nam in regem vnctione sunt multa cæremonia: vt sacrificiorum, & aliorum gaudiorum: aliquid autem horum omiſſum fuerat in Masphat, ideo voluit Samuel, qd compleretur in Galgala. Apparet autem hoc, quoniam non legitur facta tunc aliqua sacrificia in Masphat: in Galgala autem facta sunt, ideo forte ad completionem horum facta est inuocatio.

Sed dicendum, qd hoc non stat, quia verba ista reputant: dixit enim Samuel: inuocemus regem. Inuocare autem non est aliquid omiſſum supplere, sed re a suo principio repetere, ergo fuit solennitas repetita. Item dicitur infra fecerunt ibi regem Saul coram domino in Galgala: si tamen ista fuisset solum supplementio eorum, quæ omiſſa fuerant, nõ diceretur Saul fieri rex, sed dicitur, qd fecerunt ibi Saulem regem tanquam ante hoc non fuisset rex, ideo non fuit ista inuocatio ad explendum aliquas cæremonias.

Sed dicendum, qd fuit ista inuocatio confirmatio quædam regni Saulis, & facta est, quia licet a principio fuisset Saul electus per sortes voluntate Dei in regem, tamen populus non consentit plenè electioni illi, quidam namque dixerunt. Num saluare nos poterit iste? & despexerunt eum, & non attulerunt ei munera, vt constat præcedenti cap. Nec solum hoc, sed etiam dixerunt, qd non regnaret super eos, vt patet supra in litera. Nunc autem manifestata probitate Saulis, & qd principatum regium mereretur, omnes gratulabantur, qd esset rex eorum, ideo tunc fuit opportunum inuocari eum, vt maneret firmum regnum eius, & præcedens contradictio nihil noceret.

Quid factum est in ista inuocatione. **Quest. XIII.**

QVAERETVR amplius quid factum est in ista inuocatione. Respondendum est, qd sicut supra dicebatur ista inuocatio non fuit supplementio aliquorum omiſſorum, sed repetitio cæremoniarum a principio cum vocetur inuocatio: unde oportet, qd omnia, quæ fiebant in regem vnctione, nunc fierent. An vero hic fierent ea, quæ postea facta sunt in vnctione posteriorum regum, non constat: nam posterior ætas semper aliquid nouitatis adauget: Saltem tamen rationabile est dicere, qd cæremonia illa, quæ facta sunt in Masphat in electione Saulis denuo fierent: ibi autem nõ exprimitur aliqua, nisi qd totus populus clamauit. viuat rex: hic autem eadem cæremonia videtur facta: nam dicitur, qd lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis infra in litera. Præter hoc quoque facta sunt sacrificia multa in ista inuocatione, quæ non leguntur facta in Masphat. Omnia quoque verisimile est facta fuisse in Galgala, quæ prius facta fuerunt in Masphat: aliud autem erat magis substantiale constitutioni regis, quam omnia hæc, scilicet quod vgeretur. De hoc autem non habetur hic, an factum fuerit: Constat tamen, qd fecit illud Samuel in principio, quando venit ad eum Saul. De alijs tamen vicibus, quibus a populo constitutus est in regem, scilicet in Galgala, & in Masphat, non constat, an fuerit facta vnctio: satis est tamen verisimile, quod facta fuerit vtraque vice, quia vnctio ista erat repetibilis: sic enim tenet Iosephus. 6. Antiquitatum, quod Saul in Masphat, & in Galgala vnctus est dicens: illic enim eos venire præ-

ceperat, & rursus populo videte propheta vnxit Saul oleo sancto, & secundo denunciavit regem, & tunc ponetur triplex vnctio Saulis, scilicet vna occulta, & duæ manifestæ, sicut factum est in Dauid, vt declaratum est præcedenti cap.

Et perrexit omnis populus in Galgalam. Scilicet ad inuocandum ibi regem. Dicitur autem perrexit. f. quia non erant in Galgala, quando Samuel ista dixit populo, sed erant in loco, vbi deleuerant Ammonitas, & tunc concordia sententia venerunt in Galgalam. Dicitur autem omnis populus, scilicet non totus populus, sed omnis populus, qui iuerat ad pugnam, quia illi censabantur velut totus Israel. **E**t fecerunt ibi regem Saul. Scilicet inuocauerunt eum: nam iam factus fuerat rex. Vel dicitur, quod fecerunt eum regem, quia tunc proprie fuit rex, prius quippe non consentiebat totus populus, unde non erat regnum Saulis stabile: nunc autem firmatum est. Vel dicitur hoc, quia in inuocatione regis repetita sunt omnia, quæ requirebantur ad constituendum aliquem in regem tanquam ante hoc nihil factum fuisset. Nunc autem proprie cepit mutatio politia iudaica ad alterum genus. De qua Iosephus vbi supra ait. Itaq; isto modo Hebræorum respublica ad regum iura conuersa est. Nam tempore Moyſi, & Iosue discipuli eius, qui post eum dux fuit, optima ducis conuersatione regebantur: post illorum vero mortem annis decem, & octo populus sine principe fuit, & postea ad conuersationem pristinam sunt reuersi: ei quippe qui bello & fortitudine cunctos excelleret, tribuentes iudicij potestatem, & propterea tempus conuersationis huiusmodi, nimis eximium vocabatur. **C**oram domino in Galgala. Scilicet ibi factus est rex Saul. Et dicitur coram domino, quia ibi Deus specialiter esse videbatur, non qd tabernaculum ibi esset, sed quia erat locus, in quo impendebatur Deo speciale obsequium, scilicet sacrificiorum, & quia congregati erant omnes Israelitæ ad faciendum aliquid, quod pertinebat ad Deum, & immolauerunt ibi victimas pacificas, an alia sacrificiorum genera immolauerint non constat: satis tamen stat, quod non obtulerint alia.

Quare oblata fuerunt hostia pacifica in inuocatione regis. **Questio. XIII II.**

QVAERET tunc aliquis quare magis offerretur hostia pacifica quam alia genera sacrificiorum. Respondendum est, quod ista conueniebant solennitati populi, quam habebant in presenti: alia autem sacrificia nequaquam. De hostijs pro peccato apparet: iste enim non conueniebant propter duo. Primo quia non erat aliquis finis, ad quem offerrentur, quia non erat tunc aliquod peccatum populi, pro quo offerrentur. Nec valet si dicas, quod erat peccatum constitutionis Saul in regem: nam petendo regem offenderunt Deum, vt patet sequenti capitulo, quia quamquam peccauerint, tamen Samuel nondum declarauerat eis peccatum istud, sed postea, vt patet ex ordine literæ, ideo non obtulerunt pro illo peccato. Etiam non erat satis conueniens offerri pro peccato, quia tales oblationes pertinent ad quandam tristitiam, cum recognitio peccati debeat esse dolorosa, tunc autem Israelitæ erant in gaudio magno: Nam dicitur, quod lætati sunt nimis viri Israel. Item populus volebat gaudere in epulis propter solennitatem regis assumpti, & victoria habitæ, sed de sacrificijs pro peccato nihil pertinebat ad offerentes, sed aut totaliter cremabantur extra castra, aut perueniebant totaliter in ius sacerdotum iuxta distinctionem, quæ habetur

betur Leuit. cap. 6. holocausta quoque non pertine- runt ad hunc diem. sicut hostia pacifica, quia licet sit holocaustum sacrificium laetitiae, tamen de illo, non pertinet quicquam ad populares, sed totum crematur. Israelitae tamen volebant nunc gaudere in epulis propter solennitatem regis nouiter assumpti: etiam propter solennitatem victoriae: ad hoc autem conueniebant hostia pacifica, quia de his maior pars offerentibus proueniebat. Sic enim fecit Adonias filius regis Dauid, quando uoluit uinci in regem: nam immolauit victimas multas, & postea uocauit ad conuiuium omnes amicos infra 3. lib. cap. 1. sic ergo conueniens nunc fuit offerri hostias pacificas magis quam alia sacrificia, ut rotus populus comederet, & letaretur. Coram domino. Id est immolatae sunt istae victimae coram domino, scilicet quia in loco illo censebatur esse Deus propter obsequia, quae ei impendebantur, ideo quidquid fieret ibi, uidebatur esse coram Domino.

Iura istarum hostiarum quibus proueniebant. Quaesitio. XV.

QVAERET aliquis quibus proueniebant iura istarum hostiarum pacificarum. Respondendum est, quod diuidebantur in tres partes, scilicet Deo proueniebant adipēs, sacerdotibus autem immolantibus perueniebant pectusculum, & armus dexter Leuit. 3. cap. & 7. caetera autem offerentibus. De primo non est dubium, quin omnes adipēs offerrentur hic Deo, sed de alijs est dubium. Et primo de sacerdotibus: nam non constat, an Samuel immolauerit hic victimas, uel sacerdotes: aliquando enim Samuel faciebat sacrificia, licet ipse sacerdos non esset: si autem sacerdotes fecissent, proueniebant eis partes de omnibus sacrificijs. Si uero Samuel eodem modo ad ipsum, & ad familiam suam pertinebat, nec in hoc est dubitandum, quamquam ipse sacerdos non esset, nam sic etiam erat de Moyse: ipse enim erat Leuita solum, & antequam consecrarentur sacerdotes, faciebat ipse sacrificia: Exo. 29. & Leuit. cap. 8. & partes, quae alias prouenturae erant sacerdotibus proueniebant ei de hostijs pacificis, ut in eisdem cap. Sic igitur esset de Samuele, qui erat Leuita, quod acciperet partes sacrificiorum, quae proueniebant sacerdotibus immolantibus. De partibus autem, quae proueniebant offerenti dicendum, quod pertinebant hic ad totum populum: nam totus populus obtulit sacrificia ista pro victoria, quae communis erat, & pro rege nouiter sumpto, qui etiam ad omnes pertinebat: unde omnes de populo comederent de sacrificijs illis, nisi essent aliqui immundi. Et letatus est ibi Saul. Scilicet de victoria habita, & de noua constitutione in regem, quoniam tunc confirmabatur regnum eius. Et cum esset in Israel nimis. Etiam letati sunt Israelitae, scilicet pro victoria, pro qua nunc offerebant, & in epulis gaudebant: de rege quoque suo letabantur, quia optimus erat, & nunc ei reconciliati fuerant.

Figura belli facti per Saul contra Naas regem Ammonitarum uolentem euertere oculos filiorum Israel signat Christum qui uocatur Israel, id est viros spirituales, qui uocantur Israel, id est uidentes Deum, uel fortes cum Deo. Querit autem oculos dextros euertere, & sinistros relinquere, id est ut sapientia, quae desursum

est, & ad salutem animae penitus auferatur, & sapientia, quae terrena est, & animalis, & diabolica restet: Iacobi cap. 3. ut sic homines uisus implicentur. Contra ipsum autem venit rex Israel, id est Christus qui super omnes viros spirituales dominatur, & est caput ecclesiae: ad Ephe. cap. 4. & diuidit exercitum in tres partes, id est in tres ordines Apostolorum, Martyrum, & Confessorum. incipit autem pugna a vigilia matutina usquequo incalescat sol, quia a principio praedicationis euangelij coepit potestas diaboli diminui, & adueniente iudice in magno splendore, & quasi ardore diurno in extremo iudicio totaliter auferetur: iam enim non manebit luctus, aut clamor, nec ullus dolor, quoniam priora transferunt: Apocal. capitulo septimo.

C A P. XII.

DIXIT autem Samuel ad uniuersum Israel: Ecce audiui uocem uestram iuxta omnia, quae locuti estis ad me, & constitui super uos regem, & nunc rex graditur ante uos.

DIXIT autem. In superioribus descripta regis constitutione, hic agitur propter regem peti si de populi increpatione. increpat. n. Samuel Israelitas, quod peccauerint grauius petendo regem. Et diuiditur in duo, quia primo Samuel ostendit suam innocentiam: secundo populi culpam ibi. Et ait Samuel.

An ordo sequentium ad praecedentia rectus est. Quaesitio. I.

CIRCA primum de ordine dubium est. Respondendum est autem, quod est rectus ordo: nam postquam factum est bellum contra Ammonitas, & rex innouatus est, increpuit Samuel Israelitas de petitione regis, nec intercedit tempus aliquod inter ea, quae habentur hic, & praecedenti cap. quia illa facta sunt in Galgala, scilicet ibi innouauerunt regem, quo innouato Samuel proposuit ista coram Israelitis, & satis apparet, quia dixit hic Samuel: presto sum, loquimini de me coram domino, & coram Christo eius. & sic erat ibi Saul, & erant coram domino. quod erat in Galgala, quia ibi erant Israelitae cum Saule, & dicebantur esse coram domino, ut praecedenti cap.

Quare Samuel increpuit nunc Israelitas, & non antea de regis petitione. Quaesitio. II.

QVAERET aliquis quare Samuel increpuit nunc Israelitas de petitione regis faciendo ea, quae fecit & non ante hoc. Nicolaus responderet, scilicet quod populus uiderat regem electum prospere egisse, & ideo poterat credere, quod petendo regem non peccauerat, quia alioquin prospera non euenissent. Sed adhuc conuenientius dici potest, scilicet quod Samuel intendebat Israelitas increpare grauius pro petitione regis, & quia si forte increpasset eos ante istam pugnam, & confirmationem, uoluissent desistere a rege dimittendo regem electum, quod erat in praesenti.

in praedictum Saulis iam regnantis, & contra uoluntatem Dei, ideo non fuit facta increpatione usque ad tempus istud, in quo non poterant Israelitae desistere, & hoc erat propter duo: primo quia iam confirmauerant facientes eum secundo regem: secundo quia nolent dimittere, eo quod prospere egissent, & scirent eum nimis aptum ad regnandum: si autem electo Saule antequam fecisset bellum contra Ammonitas Samuel increpauisset dure Israelitas, sicut increpuit hic, reliquissent dure Saulem, & dato quod propheta postea diceret, quod acciperent eum, nolent propter duo. Primo quia ab initio non consenserant plenae electioni illius, sed multi despexerunt eum. dicentes: Num poterit ipse saluare nos? & dixerunt non regnabit Saul super nos. ideo si modicum incitasset Samuel increpans eos pro petitione regis, reliquissent regem: potissimum, quia non cognoscebant eum aptum ad bellum, sed magis uirum rusticum, & agricolam, & ob hoc despexerant eum. Secundo quia non confirmauerant, ideo haberent occasionem ad faciendum eum deserendum, unde toto tempore illo Samuel fabricauit. Cum autem confirmatus est Saul, increpuit populum: hoc autem erat, quia licet Israelitae peccassent petendo regem, tamen iam Deus nolebat, quod desisterent a rege, & quia si ante hoc Samuel increpauisset Israelitas pro petitione regis, desisterent a rege, non increpuit usque modo.

Sed dicit aliquis, quod etiam ante hoc increpuit, Primo enim cum populum petiuit ueniens ad eum in Ramatha supra cap. 8. Iterum autem increpuit eos, quando uolebat eis dare regem in Masphat supra cap. 10. & tamen increpiti non cessauerunt, sed dixerunt, nequaquam, sed regem constituae nobis, sic ergo uidetur quod facerent etiam si increparentur ante istam confirmationem, & bellum Ammonitarum.

Respondendum est, quod si ante hoc Samuel increpauisset Israelitas post constitutionem Saulis in regem, deseruissent eum, quod apparet ex praedictis. Cum autem arguitur de duabus increpationibus praecedentibus, in quibus non desisterunt a rege. Dicendum, quod non est simile propter duo: primo, quia ille increpationes fuerunt factae antequam esset assumptus in regem, & tunc putabant, quod Deus daret eis aliquem regem, in quo nimis gauderent, ideo licet increparentur non desisterant. Cum autem datus est Saul in regem non placuit oculis plurimorum, ideo libenter eum despexerunt. Alia ratio erat, quia in praecedentibus increpationibus Samuel solum loquebatur dicens, quod peccauissent Israelitae petendo regem, tamen non probabat: unde ipsi non multum aduertebant, nunc autem probauit illud per signa magna, faciens quod subito uenirent tonitrua, & pluuia, & tunc totus populus timuit: dixitque ad Samuelem, ora pro seruis tuis ad dominum, ut non moriamur: addidimus enim uniuersis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem. In alijs tamen increpationibus quamquam facilius erat eos desistere, & penitere, tamen nunquam cognouerunt se peccasse, nisi nunc: si enim in prioribus increpationibus cognouissent, desisterent, quia res adhuc erat integra, & ista etiam fuit causa, quia non fecit Samuel signa, quando increpabat populum antequam eligerent regem, quia Deus ex aliqua parte, uolebat quod eligerent, ex aliqua parte uolebat quod non: si autem omnino noluisset, quod non eligerent, a principio fecisset signa, & tunc desisterent a petitione regis. Sed tunc dicitur, quare ergo nunc facta sunt signa?

Respondendum est, quod Deus uolebat, quod Israelitae cognoscerent se peccasse, quia si solum increparetur uerbis, sicut fuerunt supra increpati, nun-

quam cognouissent, sed dicerent, nequaquam, sed rex erit super nos, ut patet supra cap. 8. & 10. ergo dicitur fieri signa, & de populo cognouit peccatum, & doluit.

Dixit autem Samuel ad uniuersum Israel. Scilicet quia omnes congregati erant in Galgala, intelligendo de trecentis & triginta millibus ueniens de bello, qui uocantur totus populus. Ecce audiui uocem uestram. Probat hic Samuel, quod peccauerint petendo regem, & primo demonstrando innocentiam suam, in quo praemittit, quod ipse audierit Israelitas faciendo regem, sicut ipsi uolebant, tamen ipse non consensit in aliquo horum: displicuit enim nimis ei, ut patet supra cap. 8. scilicet. Displicuitque sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent: da nobis regem, ut iudicet nos: & in hoc quod significat se non fecisse sponte, sed propter eorum importunitatem, innocentiam suam ostendit, eos autem reos: etiam innocens est, quia cum ipse ante hoc populum rexisset, & filij sui: nunc autem petebant tolli principatum ab eo, & non subterfugit propter honorem suum, quo minus fieret.

Iuxta omnia, quae locuti estis ad me. Id est nihil omisi de his, quae locuti estis: petebant enim solum Israelitae regem, sicut caeterae nationes, & hunc dedit ei Samuel. Et constitui super uos regem. Istud est expositio praecedentis: nihil enim aliud est, quod Samuel audierit omnia uerba Israelitarum, nisi quod dederit eis regem, quem petebant. dixit autem quod ipse constituerat, eo quod ipse constituit dominum pro rege, & Deus designauit ei modum & personam, & ipse congregans populum fecit, sicut Deus iusserat, & si Samuel non uoluisset consulere dominum pro rege, uel totaliter restitisset, dicens, quod Israelitae non poterant habere regem, nequaquam ipsi aucti fuissent constitutere, Item Samuel, & filij eius dominabantur tunc, & si ipse non cederet libenter principatum, non poterant Israelitae constitutere aliquem in regem, ipse tamen Samuel immediate cessit, ideo dicitur constituisse regem. Et nunc rex graditur ante uos. Id est rex quem constitui uobis dominatur uestri, & ipse praecedit ad ea, quae facere debetis: dixit hoc Samuel, quia uolebat nunc grauius increpare Israelitas, quia petierant regem, & quia forte Israelitae crederent, quod Samuel dure ferebat regem esse in Israel, quod propter ipsum ab eo, & domo sua ablatum erat principatum, increparet nunc Israelitas de petitione regis, ut desisterent ab illo, & rediret pristinus principatus filiorum eius, ut tolleretur ergo suspitionem, dixit: Et nunc rex graditur ante uos, ego uolo uos increpare pro petitione regis, non tamen intelligatis, quod hoc est quasi ego uelim, quod relinquatis eum, quia iam graditur ante uos. iam dominatur uestri, & si ego uoluissim increpare ad hoc, quod relinquere regem: non fecissem nunc quando rex est confortatus super uos, sed a principio antequam habuissetis. Ego autem senui, & incanui. Id est multorum dierum sum, & tamen in toto tempore isto, cum dominarer uobis, nunquam iniuste egi, & iste senus apparet ex litera sequenti, scilicet itaque conuersatus coram uobis ab adolescentia mea usque ad diem hanc ecce praesto sum, &c.

Quare Samuel ponit hic innocentiam suam increpando Israelitas. Quaesitio. III.

QVAERET aliquis quare Samuel ponit hic innocentiam suam ad acculandum Israelitas, quod peccauissent petendo regem. Dicendum quod ratio est, quia in principibus nunquam debet aliquis inuari, dum bene regit, immo et si non sit totaliter

lex quam non fit bona, si non est nimis permissio non debet mutari.

totaliter utilis, dum tamen non sit nimis perniciosus mutari non debet: quamquam politia illum posset mutare. De legibus namque & principibus idem est, quae leges sunt directiue subditorum, ita etiam principes dirigunt, potissime quia non omnia legibus constare possunt, sed in legibus sic est, quod non debet lex mutari in politia, si bona est quandoque inuenitur alia melior, immo etiam si lex non sit bona, dum tamen non sit nimis nocua non debet mutari, ut probat Aristot. 2. Polit. c. de politia Podami. De principibus ergo sic erit, quod princeps quamdiu bonus est, mutari non debet, et si alius melior inueniat: et si aliquo modo est inutilis non debet mutari, nisi perniciosus fuerit, cuius causa est, quae sic per sequentem mutationem principum diminuet auctoritas principatus, & subditi fient insolentes, & assuefient ad manendum sine iugo. Istam rationem dat Philosophus in legibus. scilicet quod auctoritas legum absolute perit, vel saltem minuitur per frequentem mutationem: dicens, quod non tantum proficiet lex bona, quae introducta est quantum nocebit mutatio legis, quae ablata est: sed sic erat de Samuele, quod ipse in toto principatu suo vixit iustissime: peccabant ergo Israelitae abijciendo principatum eius, & petendo regem: istud autem peccatum, quamquam esset in Deum, tamen directius erat in Samuelem, quia ipse iniuste priuabat principatu, si autem ipse iniuste dominatus fuisset, non haberet quid conquereretur contra Israelitas si peterent alium principem: inducit ergo hic innocentiam suam, & est modus arguendi decuratus, ut quando solus ponit maior, vel minor, quo frequenter vult Anst.

Sed dicit aliquis, quod non conuenienter increpabat Samuel Israelitas de petitione regis, obijciendo innocentiam suam: hoc enim fuisse, si tunc diceretur ipse, tamen non dicitur, sed constituerat filios suos iudices, eo quod ipse tenuerat, & iam non poterat iudicare conuenienter, filij autem sui post auaritiam declinauerant, ut patet supra cap. 8. ergo conquerebatur populus iuste, & Samuel non bene arguebat.

Dicit aliquis, quod Samuel poterat resumere principatum, si filij non bene regerent, & sic stat semper quod ipsi auferretur principatus. Dicendum est quod hoc non stabat, & Israelitae iam considerant ad hoc. scilicet quod Samuel erat senex & non poterat resumere principatum: unde Israelitae quod petierunt regem a Samuele proposuerunt hoc, dicentes: Ecce tu tenuisti, & filij tui non ambulauit in vijs tuis, constitue nobis regem. 8. cap.

Respondendum est, quod iuste conquirebatur Samuel, quia licet ipse esset senex, ita quod non posset conuenienter discurre in anno per totum Israel semel iudicando in tribus locis: sicut facere consueuerat in iuuentute sua 8. c. 7. tamen adhuc erat ipse potens ad iudicandum Israelem si conuenirent in loco vno, post hoc enim adhuc constituto Saule in regem ipse iuit ad bellum contra Ammon praecedenti c. post etiam aliquanto tempore impetu facto lanauit regem Agag a malechitarum in partes. 7. c. 15. Non erat ergo impotens, sed ut non tantum grauaretur laboribus, constituerat filios suos iudices, non quasi totaliter ipse cessisset principatu, sed quia subdelegabat sibi filios suos, ideo quando fuit ablati principatus filijs suis ei ablati est: unde grauabatur: dato etiam quod principatus translatus fuisset ad filios suos, & ipsi iniqui fuissent, non debuissent interim mediante Israelitae petere regem, sed petere Samuelem, quod corrigeret eos, & hoc propter reuerentiam Samuelem, & tunc forte destitissent ab iniquitate, vel si non destitissent habebat Samuel aliud remedium. scilicet quod ipse resumeret principatum, vel quod subdelegaret sibi alios viros bonos, dum tamen penes eum potestas resideret: sic namque Heli summus sacerdos, cum tenuisset filium suum Phinees, iussit ministrare in summum

facerdotium: semper tamen summi sacerdotij dignitas penes eum reledit, & sic quocumque res se haberet principatus iudicatus maneret penes Samuelem, ideo iuste poterat ipse conuenire de petentibus regem, quod grauarent eum auferentes ei principatum, & hoc ostendendo innocentiam suam.

Porro filij mei vobiscum sunt. Id est quamquam ego tenuerim, & incanuerim, & videar aliquo modo impotens: tamen filij mei vobiscum sunt, qui poterant pro me regere, nec oportebat, ut peteretis regem. Si autem arguantur inique regebant stant superiores responsiones. scilicet quod ipse corrigeret eos, vel daret modum, per quem non grauarent populum, vel committeret eis parua negocia, ipse autem maiora iudicaret, sicut faciebat Moyses, qui committebat negocia parua alijs iudicibus: in magnis autem ipse solus iudicabat Exo. capit. 18. & Deuteronom. cap. 1. Nicolaus autem aliter introducit istam literam. scilicet porro filij mei vobiscum sunt, id est ipsi remanebunt pro me obsides ad satisfaciendum si ad aliquid teneor & satisfacere non possum: melius tamen videretur, sicut dictum est. Alioquin non consonat litera superiori. scilicet Ego tenui, & incanui, & exponendo sicut supra, consonat.

Itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea. Id est a tempore, quo in adolescentia accepi principatum: non enim intelligitur hoc, nisi de tempore, in quo Samuel fuerat princeps, quia dicitur hic si calumniatus fuit aliquem, vel oppressit aut recepit munus vult restituere: istud autem pertinet ad habentem iurisdictionem, vel potestatem. De alio autem tempore, in quo Samuel non fuit in principatu, non curat hic, quia in illo neminem ledere poterat, & dato quod aliquem laesisset, nihil referrebat si postquam assumptus est in iudicem iuste se habuisset semper ad populum: dicitur autem ab adolescentia mea ad significandum, quod satis erat iuuenis quando assumptus principatum, nam immediate post mortem Heli factus est iudex, & tamen tunc iuuenis erat. Præsto sum loquimini de me. Id est de toto tempore, quod transiit ab adolescentia mea, quando ego factus sum princeps vsque nunc arguatis me si vultis, quia praesto sum respondere, & satisfacere, si quid erraui. Coram domino. Dicebantur esse coram domino, quia erant in Galgala, ubi fecerant sacrificia, & ibi specialiter dicebatur esse Deus, etiam quia congregati erant ad aliquid spirituale, & coram omnibus talibus Deus est: sic patet Mat. 18. c. 1. Quando fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. Et coram Christo eius. Id est coram rege Saule, qui vocabatur Christus. i. vnctus in regem, vocatur autem Christus domini, id est vnctus a Deo, quia Deus iusserat eum vngi, sic enim dixit Dauid de Saule propiti? sit mihi Deus, ut non mittam manum meam in Christum domini infra cap. 24. sic etiam infra 26. cap. dixit Dauid, quis enim extendit manum suam in Christum domini, & innocens erit? & semper loquitur de Saule, & intendit dicere Samuel Deus sit iudex, & rex sit iudex eorum, quae contra me proposueritis, ut iuste iudicent quid malum merui, vel aliter. q. d. bonos iudices habetis. scilicet Deum & Christum domini, ideo si aliquid vultis proponere proponatis. Vtrum bouem cuiusquam tulerim, an asinum. Id est arguatis me de iniusto principatu si vultis, est autem ut communiter iniquitas principatus in accipiendo bona subditorum per manifestam violentiam, vel per calumniam, ideo ponit hic de istis, & primo exprimit in speciali. an tulerit bouem, vel asinum alicuius, quod intelligitur tollendo quantum ad aliqua opera. scilicet ut cogeret Samuel iumenta Israelitarum laborare in opere suo sine precio deinde restitueret dominis suis: nam & hoc iniustum

Iniquitas principatus in quo.

iniustum est, posuit autem exemplum in his animalibus, quia ista communiora erant apud Iudaeos: sic enim cum quidam de Israelitis accusarent Moysen, & Aaron de iniusto principatu dixit Moyses ad dominum, tu scis, quod nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam illorum Numeri cap. 16.

Si quempiam calumniatus sum. Calumniari est bona alicuius tollere iniuste, quæsito aliquo colore, sicut interdum principes faciunt aliquas leges, vel constitutiones duras, in quas necesse est incidere subditos, & hoc faciunt, ut ab eis penas exigant & est proprie calumnia, poterit autem aliquis dicere, quod quamquam Samuel non acceperit violententer aliquid a subditis, acceperit tamen per quosdam modos excogitatos sub colore iustitiae, & quia istud nimis conuenit principibus excusauit se de calumnia ante omnia Samuel: de his enit quae faciunt per calumniam principes habetur. Isai. capit. 10. scilicet. Ve qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent caecis humilium populi mei, vt esset. viduae præda eorum, & pupillos diriperent.

Si oppressi aliquem. Opprimere est per violentiam aliquid tollere nullo colore iustitiae quæsito, & hoc solent interdum facere domini, quia propter potestatem impunitas eis inest, de quo etiam Samuel se excusat, quod neminem vnquam oppressit: In his autem rebus peccatis si aliquis incederet, tenebatur reddere id, quod abstulerat per calumniam, vel violentiam, & insuper quintam partem ei, cui hæc ablata fuerant, & præter hoc pro peccato dabat arctem domino Leuitici cap. 5. sed quomodo teneatur declaratur infra quæst. 8.

Si de manu cuiusquam munus accepi. Scilicet ad peruerterendum iustitiam, quia in hoc casu illicitum est accipere munera, aliis autem cum pro nulla causa munera offeruntur, sed gratis, vel amabiliter non est illicitum illa recipere, in iudicijs tamen semper causat suspicionem mali munerum susceptio: ideo indifferenter vetatur acceptio munerum in lege Exodi 23. & Deuteronom. 16. capitu. Samuel autem erat iudex, ideo acceptio muneris, etiam si non esset ad peruerterendum iustitiam in eo esset suspecta, ideo simpliciter excusat se de illa, quod nunquam acceperit. erat autem in hoc sanctior filiis suis, quia filij eius recipiebant munera, & iniuste iudicabant supra cap. 8. scilicet. Et non ambulauerunt filij eius in vijs illius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperunt munera, & peruerterunt iudicium.

Contemnam illud hodie. Id est si accepi aliquid, siue calumniando, siue opprimendo, siue in munere, ego contemnam, scilicet non curabo retinere, sed dimittam immediate.

Restituiamque vobis. Scilicet illis, a quibus accepi.

An Samuel teneretur restituere, si aliquid acceperat in suo principatu, & quando iudices tenentur restituere munera, quae recipiunt a partibus siue sit Simonia, siue non, & quibus tenentur restituere illa. Quæst. 1111.

Quæret aliquis, an teneretur Samuel ad restituendum hæc, sicut se obligabat hic. Respondendum est, quod quandoque aliquis recipit quicquam, & non potest facere illud esse suum, vt quia non habet titulum acquirendi, teneatur restituere vel illi, a quo accepit, vel alteri. Samuel autem si acceperat aliquid horum, aut illud esset per calumniam, vel oppressionem, aut per munera. Alph. Tost. In Primum Regum.

Si primis duobus modis, tenebatur restituere, quia nunquam habuerat titulum lucratiuum, ille quoque, cui hæc ablata sunt nihil peccauerat, quare perdere deberet, ideo tenebatur restituere, & etiam illi, cui abstulit. Restituere quidem, quia ipse non habuit causam acquirendi, illi vero, a quo abstulit, quia ille non habuit causam perdedi. Si autem acceperat munus, aut ipse acceperat illud ad peruertendum iustitiam, & offerens ad hoc contulit. Aut accepit amabiliter, & non ad aliquem alium finem, nec collator habuit aliam intentionem. Aut accepit aliquid munus, & peruerit iustitiam, licet collator ad hoc non obtulisset, sed gratis dedisset tanquam amico. Aut collator dedit ad hoc, quod ipse peruerteret iustitiam, & ipse non peruerterit.

Si primo modo Samuel non poterat acquirere illud munus, quia illicite susceperat, ideo tenebatur restituere, cum ipse esset iniustus possessor, non tamen tenebat restituere illi, qui dederat, quia sicut Samuel non habuit causam acquirendi, quia iniuste recepit, ita etiam ille, qui dederat non habebat causam recuperandi, quia illicite dederat, sed tenebatur restituere alteri. In hoc tamen differt, quia aut ille iudex, qui recepit hoc modo munera iam executus fuit id, pro quo munera data sunt, aut non, si non fuit executus, teneatur restituere munera ei, qui dedit, & non peruertere iustitiam, si autem iam peruerit iustitiam pro muneribus, non debet restituere munera ei, qui contulit, sed alteri, ne ille sit in duplici lucro iniuste, sed erit tunc, sicut in lucro alearum, scilicet quod si perdens est in maiori culpa, vel quia impulit, vel sollicitauit lucrantem ad ludum, non tenetur lucrans restituere illi, sed pauperibus.

Nota bene pro Iudo alearum.

Si secundo modo, scilicet quod amabiliter suscepit, & sic conferens obtulit, non obligabatur ipse perdere, quia iustam causam habuit acquirendi, scilicet per donationem licitam, nec collator recipere poterat, quia sponte transtulit a se dominium rei conferendo alteri.

Si autem tertio modo recepit munera, scilicet quod collator obtulit tanquam amico, & non ad peruertendum iustitiam, iudex autem ad hoc accepit: distinguendum, quod aut iam peruerit, aut non, si nondum peruerit, tamen nunc si incipiat nolle pervertere iustitiam, sed velit tenere tanquam amabiliter collatum, poterit possidere, cum sic collatum fuerit, & incipit iam esse iustus possessor: si autem iam peruerterit iustitiam pro muneribus, non poterit possidere munera, quia iniuste suscepit, & semper manet ei iniquus titulus, nec tamen tenetur restituere ei a quo recepit, quia cum ille sponte tradiderit transtulit a se dominium, sed debet restituere pauperibus, si tamen voluerit restituere collatori peccatum nullum est, quia ille non fuit in culpa.

Si autem quarto modo, scilicet, quod collator dedit ad hanc intentionem, ut iudex corrumpere iudicium, & tamen iudex non accepit hac intentione, aut iudex cognoscebat a principio, quando munus collatum est, quod hac intentione offerebatur, aut non, si cognouit peccauit, non quidem, quia iustitiam peruerterit in re, aut in affectu, sed quia accepit id, quod pro iniquitate dabatur. Debent ergo talia munera a principio respui, vel si iudex cognoscebat recipiat, debet restituere postquam suscepit, & restituere offerenti, quia nunquam habuit iustam causam possidendi. Si autem a principio iudex putauit amabiliter conferri, cum tamen ex alia causa daretur, a principio habuit iustam causam possidendi, scilicet bonam fidem, postea tamen incipit esse in mala fide, ideo non habet titulum lucratiuum, tenetur igitur restituere, non tamen tenetur illi, quia ille semel perdidit eo, quod contulit.

B b

lit, & alius acquisiuit, eo quod habuit bonam fidem, & possedit iuste aliquanto tempore, tunc autem erat iste dominus rei, sed simul non possunt esse duo domini in solidum alicuius rei, ideo offerens desijt esse dominus, sed postquam aliquis desinit esse dominus rei, non habet ius aliquod ad rem, nisi iterum acquirat, non debet fieri ei restitutio, quia restitutio fit ei qui habet ius in re.

Dico autem, quod non debet fieri ei restitutio, scilicet, quod non tenetur possidens ei restituere, si tamen voluerit non videtur peccare, potest tamen restituere pauperibus. Causa huius diuersitatis a primo membro est, quia ibi pro munere suscepto iudicium corruptum fuit, & sic conferens suscepit commutationem pro munere, non debuit ergo superlucrare iniuste. Iste autem, de quo hic non suscepit commutationem, quia iudex pro illo non iudicauit iniuste, licet ipse aliquantulum mereretur perdere, quia pro iniqua causa dedit. Ista autem omnia sunt, quando datur, aut suscipitur munus pro causa iniqua, si autem recipiatur munus pro causa iusta, scilicet, quia litigator aliquid offert iudici, ut pro eo iuste iudicet, aut hoc offert, quia iudex aliter non vult iudicare pro eo iuste, nisi munera conferat, aut iste conferens dat, licet iudex non petat dari.

Si primo modo iudex peccat, sicut si reciperet munera, ut inique iudicaret, & semper tenetur restituere quia nunquam habuit iustam causam possidendi. Tenetur etiam restituere offerenti, quia ille non omnino sponte dedit, sed inductus, ne perderet causam, & ipse non habet causam perdendi, quia licuit ei dare, ut redimeret ius suum, cum hoc sit cuiuslibet permittum.

Si autem iudex non petente, nec inueniente hoc litigator dedit aliquod munus, aut iudex intellexit, quod pro hoc offerebatur, ut iuste pro eo iudicaretur, vel non intellexit.

Si non intellexit, sed putat gratis collatum, non tenetur restituere collatori, nec alicui alteri, quia iustitiam solum habuit acquirendi.

Si autem intellexit, quod pro hoc dabatur, tenetur restituere ipsi collatori, vel a principio respicere, & hoc quia collator dedit ad redimendum ius suum, quia licet iudex velle iudicare iuste, collator forsitan intellexit, quod velle iudicare iniuste, & ut moueret animum illius contulit, vel forte dedit, ut magis firmaret animum iudicis in bono, quia licet non crederet eum velle iniuste iudicare tamen dubitabat an velle: vel forte egit, ut iudex citius expediret, quia litigatori grauis erat dilatio diffinitionis causae, quocumque autem modo horum est redimere ius suum, licet indirecte, ideo iudex nunquam potest taliter accipere, & peccat, si receperit. Collator autem potest offerre. Hoc vltimum colligitur extra de simon. cap. etiam si quaestiones. vbi dicitur, quod si collatori beneficij, vel dignitatis offeratur aliquid, quod verisimiliter possit illius mentem mouere ad conferendum, vel non conferendum est simonia, si autem sunt talia, quae verisimiliter non possunt mouere mentem collatoris non est simonia. In alijs autem causis, in quibus transgressio non causat simoniam eodem modo dicendum est, quod si iudex recipiat aliquid, quod verisimiliter possit mutare mentem illius iniustum est recipi. Si autem oblata sunt talia, quae non possunt mouere mentem, non est iniustum recipi: hoc autem est, an iudex intelligat sibi datum esse, ut conferat, vel ut iudicet, vel non, quia si intelligat datum esse ex hac causa, licet paruum sit, iam mouetur mens illius, quia inclinatur aliquantulum si recipit: iura autem non fecerunt istam distinctionem, tanquam in se munus magnum, vel paruum aliquid agat, nisi in quantum iudex intelligit ista data esse pro

F tali causa, ideo semper erit illicitum recipere hoc modo.

Ad cauendum ergo omnia ista valde esset honestum, quod iudices nihil suscipiant a litigatoribus, nisi quod iure dare coguntur, ut in locis, in quibus statutum, quod iudici pro qualibet sententia diffinitiuam detur tantum, vel tantum, & sic de alijs actibus iudicialibus, vel si forte aliquid recipere volunt, honestius esset, quod reciperent post diffinitiuam causam, quia tunc litigator non posset dare, ut iudex prauiuicicaretur iudicium, nec etiam, ut redimeret ius suum, iudex etiam non poterat recipere ex aliqua causa iniqua, omnia autem munera, quae ante diffinitionem litium offeruntur, licet interdum secundum iura non sint suspecta, tamen secundum naturam, & iudicium prauitatem non potest omnimoda adimi suspitio.

Si Iudex probasset Samuelem suscepisse munera, vel oppressisse aliquem, quomodo puniretur. Quest. VI.

QUAE RETUR vltimus, quid si Israelite contendissent contra Samuelem, ut ipse volebat, & probassent, quod ipse egisset aliquid horum, in quo puniri deberet.

Respondendum est, quod aut acceptet aliquid per violentiam, vel calumniam, aut per munera, in quibus non est aequale iudicium, ut infra declarabitur.

Quidam tamen dicunt, quod in quocumque horum tenebatur restituere id, quod acceptet, & quintam super partem, & praeter hoc debebat offerre arietem vnum pro peccato: sic habetur Leuitici, capitulo quinto.

Respondendum, quod non stat, quia illa lex intelligitur quocumque non agitur iudicialiter, sed ille qui fecit haec dolet, quod ista egerit, & vult absolui debet satisfacere illo modo in iudicio, tamen grauior est fer punitio. Quod autem non intelligatur de his, quae iudicialiter fiunt, patet, quia iudices semper iudicabant per leges forales, & nunquam imponebant aliquam poenam, quae pertineret ad sacrificia, sed omnes pertinebant ad interesse partis, vel ad ius publicum, nunquam autem iubebantur fieri caremoniae, ut patet inquirendo omnes leges iudiciales, quae habentur Exod. cap. 21. vsque ad 24. & in libro Numeri, atque Deuteronomio.

Dicendum ergo, quod maior esset poena in iudicio, & apparet manifeste, quia si aliquis furaretur hominem, & venderet morte moriebatur, si conuinceretur iudicialiter Exodi cap. vigesimo primo. si tamen non conuinceretur ageretur per legem, quae habetur Numeri cap. vigesimo quinto. si quis etiam furaretur vnum bouem conuictus soluebat quinque Exod. cap. vigesimo secundo. & tamen per legem, quae habetur Leuitici cap. quinto, tenetur solum restituere vnum bouem, & quintam partem valoris insuper, & offerre arietem pro peccato, ergo non intelligitur ista lex in foro iudiciali. Item patet, quia ista lex habetur c. 5. & tamen ibi dicitur, quod illi, qui huiusmodi peccauerunt, confitebuntur peccatum suum, & soluent, quae dicta sunt, si tamen in iudicio esset non diceretur, quod ipse confitebuntur, sed oporteret eos a partibus conuincti. Intelligitur ergo sine iudicio lex ista, sed nunc dicitur, quod Samuel conuinceretur coram Saule, quem posuit iudicem sibi de aliquo istorum, ergo aliter iudicandum erat. Distinguetur ergo sicut prius, quia aut erat in calumnia, aut in oppressione, aut in muneribus. Si in primo saltem necesse erat, quod fieret restitutio, sed an aliqua poena infligi deberet, non apparet, quia lex de hoc nihil cauit, satis tamen est verisimile, quod maiori plecte-

Iudices a litigatoribus, & pnis suspectis, non debent munera quantuncumque parua suscipere.

Secundum legem Moysayca pro furto nemo tenetur ad mortem.

Quo iudices recipiunt munera, puniuntur in veteri lege.

plecteretur poena, quod patet quia iudex, qui calumniatur non solum delinquit contra partem accipiendam, quod non debet, sed etiam delinquit in officio suo, quod est sibi commissum a republica. Pro delicto autem in litigatore saltem ad aequale tenebitur. Pro calumnia autem non est contra rem publicam, & est delictum in officio, erit aliqua alia maior poena, & forte corporalis.

Item poena, quae infligitur in iudicio sunt maiores illis, quae inferuntur in foro non iudiciali. Quod patet, quia iudicialiter condemnatur quis pro vno boue ad quinque si furatur, in foro autem non iudiciali teneatur ad vnum bouem, & quintam partem, & vnum arietem: Exodi vigesimo secundo, & Leuitici cap. 5. sed si quis calumniatur tenebitur in foro non iudiciali plusquam ad aequale, scilicet ad tantum, & quintam partem insuper, & vnum arietem, ergo in foro iudiciali teneatur plusquam ad aequale. Si autem accipiatur de oppressione, scilicet quando quis violenter abstulit, vocatur istud rapina, & secundum leges humanas tenetur huiusmodi ad mortem, sed secundum legem Moysaycam pro furto nemo tenebatur ad mortem, sed ad restitutionem, vel quod videretur si non posset restituere, ut colligitur Exodi vigesimo secundo capitulo. Et non distinguitur, an sit furtum occultum, vel rapina, quae est publica, & est violenta. Ideo non apparet, an pro hoc posset infligi mors, constat tamen, quod deberet infligi aliqua magna poena, quia graue delictum est, si autem tenebatur in his restituere Samuel, & non posset, poterat vendi, sicut pro furto, eo quod deliquerat, & iudices sententiabant huiusmodi venditionem, ut Exodi cap. 22. Si autem conuinceretur, quod recepisset munera, aut erat in casu, in quo posset iuste recipere secundum distinctionem supra datam, aut non.

Si primo modo non tenebatur illa restituere, quamquam ipse promisit, & ob hoc iam tenebatur.

Si secundo modo, aut pro illis muneribus iniuste iudicauerat, aut non, si non iudicauerat iniuste quamquam recepisset inique, tenebatur ad restituendum, sed an ad aliquid alterum tenebatur, non apparet ex lege. Si autem iudicasset iniuste pro illis, aut in causa criminali, aut ciuili, si in ciuili tenebatur restituere munera, & insuper litigatori tenebatur ad totum damnum, & interesse, & quia iniuste condemnauerat, tenebatur ad aliquid aliud insuper, si autem in causa criminali tenebatur restituere munera, & insuper pati debebat poenam, quam iusserat infligi, scilicet si mortem, quod pateretur mortem, & sic de ceteris penis secundum legem talionis. Quod patet, quia testes false testificantes tenebantur ad talionem. Deuteronomio, decimonono capitulo. a fortiori ergo iudices, quia iudices magis directe poenam infligunt quam testes.

Et dixerunt non est calumniatus. Obtulit se Samuel iudicialiter responsum, si vellent Hebraei, ipsi autem dixerunt, quod non erat necesse, confessi enim fuerunt veritatem, scilicet, quod nullum malum egisset, de quo vellent cum eo contendere, & dicunt non es calumniatus, id est non abstulisti nobis aliquid sub colore iustitiae per legem iniquam, vel statutum.

Nec oppressisti. Scilicet non fecisti nobis violentiam, scilicet, inferendo alicui iniuriam, vel auferendo violenter res nostras, sed magis refertur ad iniuriam.

Nec tulisti de manu alicuius quippiam. Id est nunquam accepisti ab aliquo munus. Poterat etiam hoc exponi de ablatione alicuius rei inuoluntaria, sed magis debet exprimi de munere, quia dicitur non tulisti de manu alicuius, quoniam offerens manu peccat, si au-

Alph. T. off. In Primum Regum.

tem intelligeretur de ablatione inuoluntaria non diceretur, nec tulisti de manu alicuius, sed diceretur: non tulisti ab aliquo quippiam. *Dixitque ad eos.* Postquam Israelitae confessi sunt in iudicio, quod Samuel nihil inique egerat contra eos, ut confessio rata maneat, & non negetur, inuocat ipse testes contra illos.

Testis est dominus aduersum vos. Dicitur fuerat supra, quod Samuel volebat contendere contra Israelitas coram domino, & coram Christo eius, & quia Deus ibi erat tanquam praesens, poterat haberi in testem.

Quomodo Samuel ponit hic Deum, tanquam testem, cum primo accepit in iudicem. Quest. VI.

QUAE RET aliquis, quomodo dicit hic Samuel testis est dominus, quoniam supra dicebatur, quod contenderet Israelitae coram domino contra Samuelem, & ibi ponitur Deus tanquam iudex: ergo non potest induci in testem, quia in iudicio semper debent esse quatuor personae distinctae extra, de verborum significatione. & ibi ponuntur testes, & iudex distincti.

Aliquis respondebit, quod regulare est illud in iudicio quantum ad omnes homines: Deus tamen quia omnia nouit, & imperuertibilis est, potest iudicare, & testificari, & sic dicit Deus de seipso Ierem. capitulo vigesimo nono. scilicet, Ego sum iudex, & testis, dicit dominus.

Sed ista responsio non stat, quia non solum dicitur hic de Deo, quod esset testis, sed etiam de Saule, scilicet, & testis est Christus eius, & tamen etiam iste Christus, scilicet Saul ponebatur supra, ut iudex, cum dicitur loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, aut non.

Dicendum est ergo, quod Deus & Saul inducti sunt hic conuenienter in testes: nam quod iudex & testis sint personae distinctae verum habet in eodem iudicio, scilicet, quod non potest aliquis in eodem iudicio esse iudex, in quo est testis, vel e contrario: bene tamen poterit esse respectu diuersorum iudiciorum. Verbi gratia, ut si duo litigarent, & vnus contumeliose loqueretur contra alterum coram iudice, illud fiebat in iudicio, si autem pars peteret sibi satisfieri de iniuria, & necesse esset induci aliquem testem, non posset ille iudex testificari, & sententiarum: si tamen coram alio iudice verteretur causa, bene posset ipse testificari de his, quae viderat: ita ergo hic, Deus & Saul erant positi, ut iudices, si vellent contendere Israelitae contra Samuelem, & fuerunt etiam iudices ad recipiendum istam confessionem in praedictum partem, ut videretur iudicialiter facta, nunc autem inducebat eos Samuel in testes, non quidem in hac causa, scilicet ad probandum, quod vera erant ista, quae confitebantur Iudaei, sed in alia, scilicet, quod rogabant nunc, ut essent testes, ut si forte aliquando vellent Israelitae contendere contra Samuelem, vel ipse contra eos posset se iuuare ex hac confessione, & tunc induceret istos in testes, & iam non essent iudices, & sic non sunt iudices, & testes respectu eiusdem causae.

De Deo autem dicebatur, quod erat iudex, & testis & est speciale, & intelligitur in eadem causa, quod nulli hominum conuenit, hic autem iudex, & testis est, sed non in eadem causa vnde nihil habet amplius, quam Saul, qui iudex & testis est.

Et testis est Christus eius. Id est Saul rex est testis, scilicet quia ipse erat praesens huic disceptationi.

Quare solus Saul acceptus est in testem. Quæst. VII.

QVAERET aliquis, quomodo solum fuit hic inductus Saul in testem de hominibus, cum ibi essent multi alij viri boni, qui poterant testificari.

Aliquis respondebit, quod hoc factum est propter dignitatem Saulis, scilicet, quia erat rex, ut maior fides eius dicto adhiberetur.

Sed dicendum est, quod non fuit propter hoc, sed quia non erat ibi aliquis alius quem posset Samuel inducere in testem, quia reus, & testis sunt personæ distinctæ, sed omnes alij Israelitæ erant rei, ideo nemo debebat duci in testem: hoc autem pater, quia Samuel accusabat eos, quod peccauissent, vel non apparet esse sub numero peccantium, nisi Saul. Quod pater, quia hic culpabantur, quod petiissent regem, totus autem Israël petiuit regem, scilicet nomine totius Israël, de quo s. cap. 8. & iterum cum congregasset eos Samuel in Masphat postquam vixit secretè Saulem dissuadebat regem petere, sed populus dixit; nequaquam, sed regem constitue nobis s. cap. 10. In hoc autem non peccabat Saul, quia ipse non petebat regem a principio, nec post; ideo solus populus accusabatur, & non Saul. Vel aliter hic fit accusatio de petitione regis, rex autem, & petentes regem distincti sunt: ideo populum petentem accusauit, Saulem autem nequaquam. unde eum solum habuit de hominibus, quem in testem posset producere. In die hac. Id est hodie fit testis, scilicet quia in die illa Israelitæ confessi fuerant innocentiam Samuelis, cuius ille volebat habere testes: non dicitur tamen, quod sit testis in die hac, id est hodie testificetur, quia ut supra dictum est, Deus, & Saul pro illa die erant iudices, & non testes, & in alio iudicio possent induci in testes, & tunc non essent iudices, sed dicitur testis est hodie, id est hodie rogo eum, ut sit testis, scilicet audiendo ea, quæ dicuntur, ut cum opportunum fuerit, in iudicio productus testificari possit.

Quomodo potest vocari Deus in testem. Quæst. VIII.

QVAERET aliquis, quomodo vocabatur hic Deus in testem, nam aliquis rogatur, ut sit testis, ut postea testificetur, quando petatur a parte: Deus tamen non testificatur coram nobis, quia non loquitur nobis, ideo potest conuenienter esse testis. Respondendum est, quod Samuel non inuocabat hic Deum in testem, tanquam producturus esset eum aliquando in iudicio, sed vocauit eum ad timorem Israelitarum, scilicet quia cum dictum esset, quod Deus erat testis, Israelitæ timerent negare, quod confessi fuerant. Vel aliter, quia Deus ductus fuit in testem si forte negarent Israelitæ confessionem, Deus formaret aliquam vocem, quæ testificaretur pro eo, scilicet iuberet alicui Angelo loqui, sicut Angeli loquebantur ex præcepto eius: sic enim dicunt Hebræi accidisse hic, scilicet quod cum dixisset Samuel: testis est dominus aduersum vos, & testis est Christus eius: responderunt Iudei testis sit, & tunc quædam vox in aere audita est quæ dixit, ego sum testis: si ergo hoc fuisset, sicut ibi Deus rogatus professus est se esse testem, ita cum peteretur a Samuele, quod testificaretur in iudicio, similem vocem formaret testificantem, quod factum fuerat. Sed quia istud dictum Hebræorum dubium est, aliter potest responderi conuenientius, scilicet quod Deus producebatur in testem, quia tunc oportuno poterat testificari, modus autem erat, quia cum Samuel vocasset nunc Deum in testem, si Hebræi aliquando negarent istam confessionem suam Samuel inuocaret dominum, ut faceret aliquod miraculum in testimonio huius rei, & Deus illud face-

ret immediate, sicut patet infra, nam Samuel volebat probare Dei testimonio, quod peccauissent Israelitæ petendo regem, & ad hoc inuocauit Deum dicens: Nunquid non messis tritici est hodie? inuocabo dominum, & dabit voces, & pluias, & scietis, & videbitis, quia grande malum feceritis in conspectu domini petendo super vos regem, & immediate Deus exaudiuit. Unde sequitur, & clamauit Samuel ad dominum, & dedit dominus voces, & pluias in die illa, & timuit omnis populus nimis dominum, & Samuelem, sic ergo fieret si Hebræis negantibus veritatem Samuele peteret testimonium sufficiens magis quam humana reificatio. Istud namque signum dedit Deus Hebræis ad cognoscendum quis esset verus propheta, scilicet si diceret propheta aliquid se audiuisset a Deo, & in testimonium illius induceret miraculum aliquod, erat verus propheta, & iubebat Deus sibi credi, Deuteronomio c. 18. Ita ergo si Samuel diceret, quod Israelitæ confessi fuerant innocentiam eius, & ad testimonium huius peteret aliqua signa de celo, & venirent, constabat verum esse quod ille dicebat. Item non solum ista probatio erat sufficiens, sed etiam Hebræi magis assentiebant illi, quæ cuiusque alteri, quia Iudei signa quarunt, Græci sapientiam, ut in ad Corinthios c. 1. unde cum supra peteret Israelitæ regem, & bis increpauisset eos Samuel, dicens, quod peccarent, non crediderunt, sed dixerunt: nequaquam, sed regem constitue nobis, ita s. ca. 8. & 10. Et sic quamquam Samuel esset magne auctoritatis, non credebant ei, nunc autem quia induxit signum de celo, quasi increpabat eos, timuerunt nimis, & confessi sunt se peccasse. In littera. scilicet dixit vniuersus populus ad Samuelem ora pro seruis tuis ad dominum, ut non moriamur: addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum, ut petemus nobis regem: hoc igitur modo poterat Deus esse testis. Quia non inueneritis in manu quippiam. Id est, quod non inuenistis me accepisse aliquid, aut iniustum commisisse toto tempore principatus mei. Dicitur enim in manu mea, id est in me, quia omnis operatio humana modo loquendi scripturæ attribuitur manui eius, quamquam non fiat per manum, sic patet infra c. 16. f. Et ait dominus virulum de armamento tolles in manu tua: & tamen manifestum est, quod non poterat Samuel tollere in manu vitulum, potissime cum ille esset viniens.

Et dixerunt: Testis. Id est Israelitæ dixerunt volumus, quod Deus sit testis, quamquam non oportebat, quod Israelitæ acceptaret esse testes eos, quos vocabat Samuel in testes: tamen ad maiorem abundantiam acceptauerunt. In Hebræo habetur hic. Et dixit, testis. Ad quod sciendum, quod Hebræi dicunt, quod quando Samuel vocauit dominum in testem, quædam vox formata est in aere, & illa dixit: ego sum testis, scilicet, quod Samuel est innocens, vel aliter ego sum testis, scilicet quod confessi fuistis hodie innocentiam eius.

Et ait Samuel ad populum. Hic ponitur secundum, in quo Samuel declarat populi culpam, & hoc dupliciter. Primo in verbo, secundo in miraculo ibi. Sed nunc state. Circa primum Samuel increpat Israelitas improperando eis misericordias domini. Dominus, qui fecit Moysen, & Aaron. Non accipitur hic facere, id est creare, vel producere, scilicet quod Deus fecerit nasci Moysen, & Aaron, quamquam aliquando sic accipitur, ut patet Deuteronomio cap. 32. f. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit, & creauit te? nam tunc non esset aliquid speciale, quod fecerit Moysen, & Aaron, quia sic etiam fecit omnes alios, sed dicitur quod fecit eos, scilicet nuncios, & habentes potestatem ad educendum Israelitas de Aegypto, sic patet infra. f. misit dominus Moysen, & Aaron, & eduxit patres vestros ex Aegypto.

Quare

Quare Samuel enarrat ista gesta præteritorum temporum, quæ nihil videntur attinere ad reprehensionem. Quæst. IX.

QVAERET aliquis cum Samuel intendat hic arguere Israelitas, quod male egissent petendo regem, quare enarrat eis ista gesta præteritorum temporum, quæ nihil videntur at-

tinere. Respondendum, quod hoc fit propter duo: primo ad increpandum Israelitas de ingratitude, scilicet quod cum Deus fecisset eis tanta bona, propter quæ debuissent in æternum ei gratias referre, & subditi esse, & Deus vellet super eos habere principatum regalem, abiecerunt eum petentes regem hominem, & ut videatur eorum ingratitude, referuntur collata beneficia, quod autem fiat propter hoc, apparet immediatè cum dicitur, nunc ergo state, ut iudicio contentam aduersum vos de omnibus misericordijs, quas fecit vobiscum. Patet etiam infra, cum dicitur dixistis mihi nequaquam, sed rex imperabit nobis, cum dominus Deus vester regnaret in vobis, quasi dicat, ingrati fuistis petendo alium regem, cum Deus vellet regnare. Secundo inducuntur omnia, quæ habentur hic ad probandum, quod vane egerint Iudei, & quod motuum suum ad petendum regem fuit stultum. Volebant enim regem ad hoc, quod liberaret eos a periculis bellorum, quasi intelligentes, quod alias non possent liberari, nisi regem haberent: sic patet supra cap. 8. f. rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & indicabit nos rex noster, & egredietur ante nos: & pugnabit bella nostra pro nobis. Quod magis patet infra in littera, scilicet videntes, quod Naas rex Ammon venisset aduersum vos dixistis mihi nequaquam, sed rex imperabit nobis, quasi dicat, non poterimus habere alium principatum, per quem eruamur ab hostibus, nisi per regalem quod si fuisset verè recte petiissent Israelitæ, sed falsum est: poterant enim liberari ab hostibus sine rege, & hoc probat Samuel inducitur per maiora pericula Israelitarum, scilicet ipsi fuerunt in Aegypto in maxima seruitute, & liberauit eos Deus inde per manum Moysi, & Aaron, & hoc sine rege; ergo poterat eos semper liberari dato, quod non haberent regem: sic etiam liberati sunt de manu Chanaanorum Moabitum, & reliquarum gentium; & tunc non habebant regem, ergo a ceteris periculis futuris poterant liberari sine rege, vanè ergo petierunt regem. Item inducit Samuel fortiorum probationem ad maiorem confusionem Hebræorum, quia non solum vane, sed etiam stulte egerunt, nam si præteritis temporibus Deus liberasset semper Israelitas sine rege, nunc autem acciderent maiora pericula, quamquam Israelitæ culpabiles essent, si peterent aliud genus principatus pro istis maioribus periculis, quia diffidebant de Deo, tamen stulti non erant, nunc autem non factum est sic, sed cum a principio accidissent valde magna pericula, & ab illis sine rege liberati fuissent Israelitæ, nunc in valde paruis periculis petebant regem. Ad hoc inducit Samuel, quod habetur infra. f. videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon &c. quasi dicat in comparatione periculorum præteritorum, quæ hic referuntur quasi nullum erat periculum, quod imminere ab incurso Ammonitarum: ibi tamen Israelitæ petierunt regem dicentes: Nequaquam sed rex imperabit nobis, ut patet infra, ergo stulte egerunt, & hoc inducit Samuel per totam istam litteram. Et eduxit patres vestros de terra Aegypti, adest. i. Deus, qui liberauit patres vestros est pater, hoc dicit Samuel, quia infra dicitur: nunc ergo state, ut iudicio contentam aduersum vos coram domino, & quia Israelitæ non vi-

Alpha. T. O. In Primum Regum.

debant dominum non putarent se contedere coram domino: dicit Samuel, quod Deus adest, id est presens est inter illos, quod probauit immediate per miraculum quod ibi Deus operatus est. Ponuntur autem hic duo beneficia, scilicet missio Moysi, & Aaron, &eductio Israelitarum de Aegypto quamquam infra ponantur, quia ista principalia sunt inter omnia, unde sepe referuntur.

Nunc ergo state, ut iudicio contentam aduersum vos. Id est, Samuel volebat contendere aduersum Israelitas probando eos peccasse, nec quidem contendit hic probando innocentiam suam, quia iam ipsi hanc confessi fuerant, sed contendit probando eorum culpam, & hoc iudicio, id est iudicialiter, scilicet proponendo ipsos ipso existente iudice, & expectando, si quis eorum respondere vellet.

De omnibus misericordijs, quas fecit vobiscum. Id est contentio est ad probandum iniquitatem Hebræorum, & hoc per omnes misericordias, quas Deus fecit eis, non est tamen sensus, quod contendeat de misericordijs Dei, scilicet volens probare, quod Deus fecisset misericordias multas Iudeis, quoniam has ipsi concedebant, sed contendit de misericordijs, id est ex misericordijs probando eorum ingratitude, & sic (de) dicit hic habitudinem principij, & non materiam, vel obiectum. Et cum patribus vestris. Dicitur hoc, quia omnes istæ misericordiæ, quæ hic enarrantur, non fuerunt factæ istis Hebræis, qui nunc vivebant, sed plurimè ipsarum fuerunt factæ patribus eorum, id est prædecessoribus. Dicitur autem hic, quod contendit Samuel cum Israelitis de omnibus Dei, id est de multis. De omnibus enim contendere non poterat, quoniam infinitæ sunt misericordiæ Dei, nobis quoque semper, & quotidie miseretur, ita ut nemo sufficiat enarrare quantum sibi miseretur, quanto magis de misericordia, quam habet erga populum vnum magnum. Sed ut taceamus de misericordijs vulgaribus, quæ sunt, cum Deus concedit nobis esse & viuere, victum & liberationem a periculis, quæ incidere poterant, loquendo de misericordijs specialibus, quæ sunt de valde magnis rebus, Samuel non expressit omnes misericordias domini super Hebræos, sed de multis pauca hic retulit, velut si quis consideret beneficia collata Israelitis ex ipsa afflictione Aegypti vsque ad tempus Samuelis in principio diligenter processum medium scripturæ: Samueli tamen sufficit ad inducendum id, quod volebat, scilicet ingratitude Hebræorum ista pauca beneficia enarrasse, sicut si omnia retulisset. Quomodo ingressus est Iacob in Aegyptum. Scilicet tempore famis, ut aleretur ibi.

Quare Samuel enarrat aliqua beneficia Dei in Israelitis, & aliqua tacet. Quæst. X.

QVAERET aliquis, quare non posuit hic Samuel alia beneficia populi Hebræorum, quæ fuerunt ante hoc, & quare posuit istud cum non videatur beneficium.

Ad primum dicendum, quod ante hoc Deus fecit alia beneficia magna Israelitis, scilicet, quod separauit eosa ceteris nationibus, ut colerent eum, & ut ipse beneficeret illis, & hoc educendo patrem eorum Abraham de terra Chaldeorum, promittendo quoque ei magna bona, scilicet, terram Chanaan, & Messiam nasciturum de semine suo: Gen. duodecimo, & decimo tertio, & trigesimo secundo cap. Etiam benefecit Abraham prosperando eum contra hostes: Gen. capit. 14. & dādo ei filium, de quo nati sunt omnes Hebræi, cum esset vxor sua sterilis: Gen. decimo octauo capitulo. Sic quoque cum natus esset Isaac pater eorum

Bb 3 bene.

benefecit eis dans filios, cum esset sterilis vxor eius, p 20. annos concipere non potuit: Gene. 25. ca. Et quod fuit maius genitis duobus gemellis, s. Iacob, & Esau, Deus elegit sibi Iacob faciens sibi populum de stirpe eius, & neglexit Esau: hoc autem beneficium, tanquam magnum Deus Israelitis improperat Malach. cap. 1. f. Dilexi vos, dicit dominus, & dixistis, in quo dilexisti nos? nonne frater erat Esau Iacob, dicit dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui, & posui montes eius in solitudine, & hereditatem eius in dracones deserti: nullum tamen horum beneficiorum improperat hic Samuel Hebræis, cuius causa est duplex.

Prima est, quia Samuel volebat enarrare principaliter beneficia, quæ data fuerunt Israelitis tanquam populo, illa autem, quæ data sunt Abrahe Isaac, & Iacob a principio, non erant tanquam beneficia data populo, sed personis singularibus, quia isti nondum erant populus, ceperunt autem Israelitæ esse populus in Aegypto, ideo ab illo loco incipit enarratio beneficiorum eis collatorum.

Secunda ratio est, quia Samuel voluit breuiter enarrare beneficia, & quia in quibusdam posterioribus beneficijs includuntur priora, subicit ea: sic enim est de istis beneficijs enarratis, quia omnia hæc possunt intelligi per hoc, quod Deus multiplicauit Israelitas in Aegypto, cum præsupponantur.

Alia causa esse poterat, s. quod Samuel solum intēdebat hic inducere ingratitude Israelitarum, & ad hoc sufficiebat quæcumque beneficia inducere, ideo sicut incipiendo a beneficijs collatis in Aegypto vsq; ad tempus Samuelis multa hic Samuel omisit, ita etiā illa priora ante ingressum in Aegyptum prætermisit.

Ad secundum articulum, cum dicebatur, quare posuit hic, & quare retulit Samuel descensum Iacob in Aegyptum, cum istud non sit beneficium.

Respondendum est vno modo, quod fuit beneficium, s. quod tempore, quo descendit Iacob in Aegyptum, fames vastabat totā terram potissimè terram Chanaan, & Aegypti: Iacob autem habitans in terra Chanaan, non habebat vnde sustentaret familiam suā nisi cum mitteret pro alimentis in Aegyptum, ita Genes. 42. & 17. & 18. Hoc autem fuit in paucis temporibus, si autem manere debuisset in terra Chanaan septem annis sterilitatis magnæ perijisset ipse cum familia sua, nec tamen audebat descendere in Aegyptum, quia ibi etiam putabat se periturum, vnde cum Deus iussisset Iacob descendere in Aegyptum adhuc timebat, quanto magis si non iussisset Gen. 46. Quod ergo fecerit eum illuc descendere, beneficium fuit, nec paruum, quia sic conseruatus est populus Hebræorum, quæ alias periturus erat, ideo ponitur hic descensus iste tanquam beneficium.

Aliter responderi potest, s. quod per descensum in Aegyptum intelliguntur omnia beneficia, quæ Israelitæ receperunt in Aegypto, licet ipse descensus non sit beneficium: ibi enim multa receperunt, quæquam ad vitium indigie passi sunt.

Primo enim receperunt beneficia, quia Pharaon rex Aegypti dedit eis diuitias multas, & plaustra, vt educerent filij Iacob eum cum tota cognatione sua in Aegyptum: Gen. 45. cap. Præter hoc autem dedit eis postea terram optimam, in qua habitarent quam ipsi petierunt, & terram Gessen: Gen. 46. & 47. Postea autem multiplicauit Deus Israelitas in Aegypto, tanquam germinantes: Exodi cap. 1. ita vt in paruo tempore peruenirent ad sexcenta millia virorum: Exodi cap. 12. Multa quoque alia in Aegypto receperunt, quæ intelliguntur nomine descensus Iacob in Aegyptum. Durauerunt autem beneficia Aegyptiorum circa Hebræos quandiu mansit Ioseph, & aliquāto tempore post mor-

Quare posuit hic descensum Iacob in Aegyptum.

tem eius: surrexit autem postea rex nouus, qui ignorabat Ioseph, & ille coepit opprimere Israelitas, vt patet Exodi capitu. 1.

Aliter potest dici, quod descensus Iacob in Aegyptum non ponitur hic, tanquam beneficium, sed est quoddam præmissum ad ea, quæ sequuntur de beneficijs: nam hic agitur de liberatione Israelitarū de Aegypto, quod fuit maximum beneficium, & ad hoc, vt liberarentur de Aegypto, oportet, quod aliquādo descendissent, cum non fuerint ibi semper, ideo debuit præmitti iste descensus in Aegyptum.

Et clamauerunt patres vestri ad dominum. Dicitur de patribus eorum, quia isti non fuerint ibi, nec aliquis ipsorum: transferant enim ab exitu de Aegypto vsque ad tempus istud, quasi anni quatuorcentum, & viginti, quod patet, quia ab exitu de Aegypto vsque quo incepit Salomon construere templum, fluxerunt anni quatuorcentum octoginta, infra tertio libro, capit. 6. sed ab isto tempore vsque ad constructionem templi fluxerunt anni sexaginta, quod patet, quia istud erat in primo anno regni Saulis, cui attribuuntur anni quadraginta, Actuum capit. 13. & isti partim pertinent ad Samuelem, & partim ad Saulem, scilicet viginti anni vtrique eorum, vt declaratum est supra capi. 8. ab hoc ergo tempore, in quo ista dicebantur vsque ad principium regni Dauid fluxerunt anni viginti. Dauid autem regnauit annis quadraginta, vt patet infra tertio libro cap. 5. & infra tertio libro, cap. 2. Post Dauid regnauit Salomon, qui secundo anno regni sui cepit construere Sanctuarium infra 3. libro, capitu. sexto. ideo fluxerunt anni quasi sexaginta duo a tempore, quo Samuel dicebat ista vsque ad edificationem templi, qui si dematur de quatuorcentum octoginta, supererunt quatuorcentum decem octo. vel quasi: hi autem transferant ab exitu de Aegypto vsque ad tempus, quo ista dixit Samuel, & sic nemo de istis fuit in Aegypto, sed patres eorum, clamauerunt autem isti ad dominū, quia Aegyptij opprimebant eos durissimè deducebantque ad amaritudinem vitam eorum operibus duris luti, & lateris omnique famulatu, quo in terra operibus opprimebantur, nec suffecit eis hoc, sed etiam occidebant paruulos eorum in flumine suffocantes, & obsterribus in ipsa effusione ab vtero masculos necari iubebant Exodi cap. 1.

Et misit dominus Moysen, & Aaron. Scilicet ad liberandum Israelitas de Aegypto, non tamē misit eos equaliter, sed principaliter Moysen, ipse autem dixit se impedire linguæ, ideo quod esset inutilis ad hoc: Deus autem respondit Aaron frater tuus Leuites scio, quod eloquēs sit, ipse egredietur in occursum tuum, loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ostendā vobis quid agere debeatis Exod. capit. 4. Moyses ergo missus est tanquam dux, Aaron autem solum missus est, vt minister Moysi, vt loqueretur ea, quæ iubebat Moyses, vt patet eod. c. f. Ille loquetur pro te ad populum, & erit os tuū, tu autem eris ei in his, quæ ad Deū pertinent. Sic etiam Exo. c. 7. dicitur ecce constitui te Deū Pharaonis, Aaron frater tuus erit propheta tuus.

Et eduxit patres vestros ex Aegypto. Non refertur istud verbum ad Moysen, & Aaron, quia tunc diceretur, & eduxerunt eos, sed refertur ad Deum, qui eduxit, s. faciendo signa magna, & prodigia. Sed aliquis forte dicit, quod refertur ad Moysen solum, quia licet Moyses, & Aaron missi fuissent ad liberandum Israelitas: quia tamen Moyses principalis erat, attribuitur ipsi eductio, sicut in naturalibus actio semper attribuitur principali agenti, & non instrumentum, sed Aaron erat tanquam instrumentum Moysi, quia erat os illius, vt patet Exod. capi. 4. ideo non debet attribui eductio vtrique, sed solum Moysi.

Respondendum hoc satis rationabiliter dici, tamē adhuc non stat, quia neutri eorum attribuitur eductio, quod patet, quia in mediare dicitur, & collocavit eos in loco isto, & tamen potest referri ad Moysen, & Aaron simul, nec ad aliquem eorum per se: nam vtrque mortuus est in deserto, & neuter intrauit in terram Chanaan: Numeri cap. 20. scilicet. Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introduceris hos populos in terram, quam dabo eis: ergo non attribuitur eductio alicui eorum, quia educere, & collocare referuntur hic necessario ad eundem propter copulam. Et collocavit eos in loco isto. Scilicet in terra ista optima manāte lacte, & melle, & in hoc significānt magna beneficia, quia collocatio Israelitarū in terra Chanaan nō fuit sine magnis laboribus, licet enim ingressus non fuit nimis laboriosus, ita ad hoc tamen, quod excluderent gentes, quæ habitabant prius in terra ista multa bella fuerunt per magnum tēpus, vt patet in processu libri Iosue, & hoc fuit collocare, scilicet, in pace possidere: nunc autē intelligenda sunt ista, scilicet Deus misit Moysen, & Aaron, & liberauit patres vestros de Aegypto collocans in loco isto, sed omnia ista facta sunt sine rege, ergo sic poterat vos liberare Deus ab omnibus alijs periculis sine rege. Vel aliter, Deus fecit ista vobis, quæ erant magna beneficia, pro quibus debuissetis in æternum ei subditi esse, nunc autem abijcientes eum, ne regnaret super vos, petiistis vobis hominem regem, ideo nimis ingrati fuistis.

Et in manibus Philistinorum. Id est et traditi sunt Israel.

Respondendum hoc satis rationabiliter dici, tamē adhuc non stat, quia neutri eorum attribuitur eductio, quod patet, quia in mediare dicitur, & collocavit eos in loco isto, & tamen potest referri ad Moysen, & Aaron simul, nec ad aliquem eorum per se: nam vtrque mortuus est in deserto, & neuter intrauit in terram Chanaan: Numeri cap. 20. scilicet. Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introduceris hos populos in terram, quam dabo eis: ergo non attribuitur eductio alicui eorum, quia educere, & collocare referuntur hic necessario ad eundem propter copulam. Et collocavit eos in loco isto. Scilicet in terra ista optima manāte lacte, & melle, & in hoc significānt magna beneficia, quia collocatio Israelitarū in terra Chanaan nō fuit sine magnis laboribus, licet enim ingressus non fuit nimis laboriosus, ita ad hoc tamen, quod excluderent gentes, quæ habitabant prius in terra ista multa bella fuerunt per magnum tēpus, vt patet in processu libri Iosue, & hoc fuit collocare, scilicet, in pace possidere: nunc autē intelligenda sunt ista, scilicet Deus misit Moysen, & Aaron, & liberauit patres vestros de Aegypto collocans in loco isto, sed omnia ista facta sunt sine rege, ergo sic poterat vos liberare Deus ab omnibus alijs periculis sine rege. Vel aliter, Deus fecit ista vobis, quæ erant magna beneficia, pro quibus debuissetis in æternum ei subditi esse, nunc autem abijcientes eum, ne regnaret super vos, petiistis vobis hominem regem, ideo nimis ingrati fuistis.

Qui oblitus sunt domini Dei sui. Hic incipiunt alia beneficia, s. quod Israelitæ postquam fuerunt in terra Chanaan rufus conclusi sunt in manus hostium, & indiguerunt auxiliatore: Deus autem liberauit eos, dicitur autem oblitus sunt Dei sui, quoniam Israelitæ abierunt in terram Chanaan toto tempore, quo vixit Iosue, & aliquāto tempore post mortem eius coluerunt Israelitæ dominum, eo quod recordabantur operum eius: postea autem oblitus sunt beneficiorum illius, nō quidem simpliciter tanquam non recordarentur, quod Deus introduxisset eos in terram illam, sed oblitus sunt quantum ad hoc, quod non agerent gratias Deo pro beneficijs impensis: sic patet Iosue 24. & Iudicum c. 2. f. seruiuitque Israel domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, qui longo tempore vixerunt post Iosue, & qui nouerant omnia opera domini, quæ fecerat in Israel.

Et tradidit eos in manu Sisara magistri militiae Afor. Iste Sisara fuit quidam magnus dux Chanæorum, & vocatur magister militiae Afor, id est dux, vel rector belli in militia regis Afor, non est enim Afor nomen regis sed ciuitatis, quæ erat olim potentissima in tota terra Chanaan, & omnes reges Chanaan obediebant regi Afor, vt patet Iosue cap. 11. f. Afor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. Hanc ciuitatem ceperunt Israelitæ tempore Iosue, & combusserunt eam: Iosue cap. 12. postea tamen Chanæi confortati recuperauerunt illam urbē, & reedificauerunt eam sicutque ibi rex potens, sicut a principio. Erat autē rex iste Iabin cuius militiae magister erat Sisara. premebat autem nimis Israelitas Iabin per annos viginti, quæ habebat militiam multam, tunc inito bello Sisara magister militiae Iabin venit in pugnam contra eos, & fugiens a quadam femina nomine Iael occisus est Iudi. cap. 4. non est tamen intelligendum, quod istud fuerit primum, in quo liberauit Deus Israelitas postquam fuerunt in terra Chanaan, quoniam prius liberauit eos de manu regis Syrie per Hothonielem, vt patet Iudi. cap. 3. liberauit de Philistinibus per Samgar: Iudicum cap. 4.

Et in manibus Philistinorum. Id est et traditi sunt Israel. Alph. Toft. In Primum Regum.

lite Philistinibus, qui opprimebant eos, oppresserunt autē primo tempore Samgar, qui occidit sexcentos eorum in vomere, vt Iud. 4. Postea autem traditi sunt aliquāto tempore manui Philistinorum, vt Iudi. 10. ca. Iterum autem fuerunt sub manu Philistinorum tempore Samfonis: Iudicum ca. 13. Et istud durauit vsque ad tempora Saulis, & Dauid: liberabatur tamen interdū ab oppressioibus secundum partem, vt tempore Samfonis, de quo Iudic. cap. 13. vsque ad 17. Liberati sunt etiam per Semuelem, de quo supra c. 7. & postea multoties per Saulem, qui toto tempore regni sui habuit bellum magnum contra Philistinos, vt infra cap. 14. hic autem agitur de liberatione Philistinorum non de totali, quia non fuerunt liberati Israelitæ penitus de manu ipsorum vsq; ad tempora Dauid, quæ abstulit stenum tributi de manu Philistinorum, ita infra 2. libr. cap. 8. De hoc declaratum est supra cap. 4.

Et in manu regis Moab. Iste erat rex nomine Eglon, qui oppressit Israelitas 18. annis. Misit autem Deus iudicem nomine Aod qui occidit regem Moab, & quasi 10. millia Moabitarum vt patet Iudi. c. 3.

Et pugnaverunt aduersus eos. Scilicet iste gentes regis Afor, & Philistinorum, & Moabitarum pugnaverunt contra Iudæos ad hoc, quod subicerent eos in seruitutem, istæ autem pugne erant antequam Israelitæ essent subditi horum, tunc iste gentes pugnant, & Hebræi non potentes resistere illis subijciebantur seruituti magnæ, vt apparet præallegat. cap.

Postea autem clamauerunt ad dominum. Modus autem erat in his aduersitatibus, quod cū Israelitæ desererent Deum, tradebat eos in manu hostium, sub quibus manebant aliquāto tempore non clamantes ad Deum, cum autem iā induraretur malum super eos cognoscebant iniquitatem suam, & tunc gemebant ad dominum, qui miserebatur illorum mittens eis aliquē, qui liberaret eos, sicut colligitur ex processu libri Iudicum, quoniam tunc ipsi afflicti fuerunt, hoc autē prædixerat Deus per Moysen: Leui. 26. cap. f. ambulabo ego contra eos, & inducam eos in terram hostilē, donec erubescat incircumcisā mens eorum, tunc orabunt pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Iacob, Isaac, & Abraham, hoc autē erat, quod Israelitæ clamarent: aliquāto autem, licet clamarent non exaudiebat Deus illos immediate, vt punirentur pro peccatis suis, & sic manebant aliquāto in potestate hostiū annis 20. vt sub rege Iabin, aliquādo 18. vt sub rege Eglon. De hoc Iudi. c. 3. & 4. Et dixerunt peccauimus, quia dereliquimus dominū. Confitebantur Israelitæ peccatum suum, quia vexatio dabat eis intellectionem: nam a principio non cognoscebant Israelitæ, quod propter peccatum suum venirent eis mala ista. Postea tamen cum nimis dolerent, cognoscebant, quod veniebant propter iniquitates suas, & erubescabant Leuitici c. 26. & dicebat peccauimus, quia dereliquimus dominum, sicut patet hic, aliquāto tamen Israelitæ putabant, quod quando colebant idola, veniebant eis bona, cum vero desinebant colere illa, & colebant Deū cæli inueniebant eos mala, sic patet Ierem. 44. cap. vbi responderunt omnes Israelitæ Ieremiæ in Aegypto, scilicet, sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Dei nostri, non audiemus ex te, sed faciemus omne verbum, quod egredietur ex ore nostro, vt sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, & principes nostri, & reges nostri in urbibus Iuda, & plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus, ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indignemur omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus.

Quis modus clamandi.

Nomina idolorum. *Et seruimus Baalim, & Astaroth.* Ista sunt nomina idolorum, quae coluerunt Iudaei: multos enim Deos colebant, omnium gentium, quae in circuitu erant, s. Philistinorum, Moabitarum, & Ammonitarum, & Sidoniorum. Praecipue tamen coluerunt Baalim, & Astaroth, ideo de eis fit magis mentio hic: sic pater Iudicum cap. 10. s. Filij Israel fecerunt malum in conspectu domini, & seruierunt idolis Baalim, & Astaroth, & dijs Syriae atque Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philistinorum: ob hoc etiam quando Samuel hortatus est Israelitas, vt excluderent malum idolatriam expressit de istis specialiter, vt patet supra cap. 7. s. si in toto corde vestro reuertimini ad dominum auferte Deos alienos de medio vestri Baalim, & Astaroth. Et ibi subditur: Abstulerunt ergo filij Israel Baalim, & Astaroth, & seruierunt Deo soli. quamquam autem ista duo idola essent communissima inter Israelitas, tamen adhuc magis colebant Israelitae Baalim quam Astaroth, qui interdum vocatur Baal, intantum quod totus Israel post diuisionem regni sequebatur Baalim, & habebat prophetas multos, & sacerdotes, ita vt Elias occideret quatuorcentum prophetas Baal, vt infra tertio libr. cap. 18. Sic etiam Ihu rex Israel percussit omnes sacerdotes Baal, & erat templum plenum. infra 4. libr. cap. 10.

Nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum. Hoc dicebant Israelitae quocumque essent in aliqua aduersitate, & premebantur nimis agentibus, tunc enim quamquam indigni essent Deus exaudiebat eos, quia sic pepigerat cum patribus ipsorum Leui. cap. 26. scilicet, tunc orabit pro impietatibus suis, & recordabor fcederis mei &c.

Et seruimus tibi. In hoc proponebant vltra non peccare, non est autem intelligendum, quod quia Israelitae dicebant domino, quod seruierunt ei deberet eos eripere, quoniam in hoc nihil vouebat cum ad hoc obligati essent, sed intelligitur per hoc contritio de peccatis, & propositum nunquam errandi, nam Israelitae ante hoc peccabant in hoc, quod deseruerant Deum: nunc autem proponebant seruiri ei, ideo recedebant ab iniquitate, & contrebantur de peccatis suis.

Et misit dominus Ierobaal. Iste est, qui vocatur alio nomine Gedeon, Apostolus autem vocat eum Gedeonem, sicut communiter vocatur in scriptura: interdum tamen vocatur Ierobaal, vt patet Iudicum cap. 9. s. bene egistis cum Ierobaal, id est, cum Gedeone, & Iudic. ca. 8. sepe vocatur Ierobaal, & sepe Gedeon, istum autem misit Deus, s. ad pugnandum contra Madianitas, & Amalechitas, & occidit plurimos, sicut constat Iudicum cap. 6. & 7.

Et Bedan. Iste est alius iudex, qui vocatur Samson, non est autem Bedan nomen eius proprium, sed coe significans cognationem: est enim Bedan compositum de Ben, & Dan: Ben autem in Hebreo significat filium, Dan vero significat tribum quaedam, s. quod Samson erat de filijs Dan: sic pater Iudicum cap. 13. ideo raro sub hoc nomine inuenitur. iste Bedan, id est Samson missus fuit contra Philistinos, ipse namque per viginti annos iudicauit Israel, Iudicum cap. 16. intulit damnata multa Philistinis, vt pater a capit. 14. vsque ad 17. Iudicum.

Et Barac. Iste fuit alius iudex Israel, qui vocatur filius Abinoen, fuit autem missus ad pugnandum contra Sisaram principem militie regis Iabin cum decem milibus viris, & conterritus est Sisara, fugitque ab eo, ita Iudicum cap. 4.

Et Iephie. Iste fuit alius iudex, quem Deus misit cum Israelitae premerentur nimis ab Ammonitis tentibus terram, quam possidebant Iudaei, pugnauit autem atrociter Iephie contra illos, & contriuit eos percussitque viginti ciuitates eorum, vt Iudicum ca. 11.

Et Samuel. Id est misit Deus Samuelem in iudicem, vt etiam liberaret Israelitas de manu Philistinorum, ipse quippe liberauit eos, quia dicitur supra cap. 7. facta est manus domini super Philistinos cunctis diebus victis Samuelis, & reddidit sunt vrbes, quas tulerant Philistini ab Israel ab Acharon vsque Geth: liberauitque Israel de manu Philistinorum. Eratque pax inter Israel, & Amorrhoeum. Ponitur autem hic de Samuele, tanquam de iudice, quia ipse fuit vltimus in iudicibus, nam durauit status iudicum vsque quo mutatus est in alterum genus principatus, s. in regalem, & quia primus rex fuit Saul, & ante eum Samuel regebat Israelitas, fuit Samuel vltimus iudicum.

Quomodo Samuel scripsit hic proprias laudes. Et qualiter scriptores coguntur interdum de se scribere aliquas laudes. Quast. XI.

QVAERET aliquis, quomodo Samuel scripsit hic de seipso, quod hoc videbatur pertinere ad iactantiam: viri autem virtuosius laudes suas semper occultant, nam non solum non se laudant, sed etiam laudantes non libenter audiunt.

Aliquis respondebit, quod Samuel non scripsit istum librum, sed aliquis alius, & ille potuit conuenienter describere laudes Samuelis.

Sed dicendum est, quod non stat, quia omnes, tam Hebraei quam Latini dicunt, quod Samuel scripsit librum istum, vnde iste liber cum sequenti vocatur libri Samuelis, sic vocat eos Hieronymus in Prologo Galeato, qui est super librum istum, ideo non stat, quod alius scripsit.

Aliquis tamen ad hoc respondet, quod dato, quod Samuel istum librum scripsit, tamen non scripsit ipse istud verbum, sed aliquis alius post eum, s. Euidras, quando restaurauit legem a Chaldeis exultam.

Sed hoc non stat, quia sicut declaratum est Deute. cap. 1. & in quibusdam alijs locis, nullus auferet quicquam addere, vel detrachere sacre Scripturae, sed adhuc dato, quod Euidras aliquid apposuisset in alijs locis, non poterat esse istud verbum appositum ab eo, quia non solum Samuel scripsit librum istum, sed etiam proposuit ista verba increpatoria contra Israelitas, vt apparet hic, & litera testatur, quod ipse dixerit ista: si autem ipse non protulisset istud verbum, & Euidras illud addidisset testaretur, quod dixisset Samuel, cum ponatur inter verba, quae ipse dixit, & tunc esset falsum in sacra Scriptura, quod est impossibile. Dicendum igitur, quod Samuel vtrunque fecit, s. scripsit istud verbum, & etiam protulit illud coram Israelitis: cum autem dicitur, quod erat laus eius in hoc, & ipse non proferret talia.

Respondendum est, quod si Samuel relinqueretur soli arbitrio suo, non dixisset hoc, quia viri virtuosius laudes suas suppressere: erat tamen Samuel propheta, & loquebatur ista, quia Deus iubebat, ideo non poterat loqui, nisi quod Deus mandabat. Quod autem Deus ista iuberet apparet, quia cum dixisset ista Samuel ad probandum, quod Israelitae peccauerant, induxit immediate diuinum miraculum, dicens: Sed nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus, & immediate illa secuta est. Si tamen Deus non locutus fuisset Samueli ista, non aunderet dicere, quod miraculum vrturum erat: timeret enim, ne Deus nollet consentire voci eius, sed immediate secutum est miraculum, sicut ipse dixit: ergo a Deo ista acceperat: est enim ista sufficiens probatio, s. quando propheta aliquid praenunciat ex parte Dei, & adiungit signum, & illud euenit: manifestum est, quod Deus illa dixerit, si autem non eueniret, Deus non locutus fuit, sed propheta confin-

confinxit, ita Deuter. cap. 18. sed venerunt ea, quae dixit Samuel, ergo Deus locutus fuit ei, sed quando Deus aliquid iubet prophetae dicere non potest aliud loqui quam id quod Deus iubet, sicut patet de propheta Baalam, cui Deus iussit, quod non malediceret Israelitis, & cum ipse conaretur maledicere Israelitis, non poterat, sed e contrario benedicebat: Nume. cap. 23. & 24. Et si Deus permittat prophetae libertate in loquendo circa ea, quae ei reuelant, tamen nimis peccat si aliud locutus fuerit, quam Deus dixit, vel si non omnia protulit, quae Deus dixit, vel iussit: Samuel autem erat vir sanctus, & nihil ageret contra id, quod Deus dicebat: ergo si Deus imperaret ei, quod de se aliquid proferret pertinens ad laudem illud exprimeret: similiter quoque si aliquid pertinens ad ignominiam eius iuberet illi dicere, illud quoque dixisset, nec etiam est mirandum, quod Samuel de se ista protulerit, quia Moyses erat vir sanctior, & tamen de se maiorem laudem protulit, sic pater Nume. cap. 12. scilicet. Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabatur in terra, nulla fere maior laus de aliquo dici poterat: Samuel ergo istud diceret de seipso, quod minus erat.

Quare Samuel non expressit omnia bella facta tempore iudicum sed tantum Philistinorum, Moabitarum, & regis Asor. Quast. XII.

QVAERETUR vltetius cum alia bella Deus fecerit contra gentes tempore Iudicum propter haec, quare solum expressit hic de Philistinis, Moabitibus, & rege Asor, quod autem fuerint alia apparet, quia prima afflictio, quam sustinuerunt Hebraei mortuo Iosue, fuit quando peccantibus eis post mortem illius, Deus tradidit eos in manu Chusanrasathaim regis Mesopotamiae, qui afflixit eos annis octo, vt constat Iudicum cap. 3. tunc enim suscitauit Deus primo iudicem Israel, s. Hothoniel, & deleuit regem Mesopotamiae, vt eod. capit. Similiter quoque Gedeon iudex Israel pugnauit contra Madianitas, & Amalechitas occiditque eorum maximam multitudinem Iudicum cap. 7. & 8. de quo nihil hic. Item Ammonitae oppresserunt Israelitas volentes recipere terram eorum, & reunire regno Ammon, contra quos suscitauit Iephie, Galadite iudicem, qui deleuit Ammonitas, vt Iudicum cap. 11. & sic de quibusdam alijs bellis.

Respondendum est: quod quamquam praeter has fuerint aliae afflictiones Israelitarum tempore iudicij, a quibus Deus eos liberauit: Samuel tamen has solum expressit propter tria. Primo, quia intentio Samuelis erat solum probare, quod Israelitae erant ingrati diuinis beneficijs, vel quod liberauerat eos a periculis sine rege, ad hoc autem sufficiebat ei enarrare aliqua eorum quaecumque vellet, etiam si non omnia, ideo narravit haec cetera omittens.

Secunda ratio est, quia quocumque aliquis det enarrare gesta alterius ad laudem illius, vel ad probationem alicuius bonitatis, si non vult cuncta colligere debet saltem ea, quae praecipua sunt tangere: Samuel autem sic intendebat probare misericordias Dei erga Israelitas, non referendo omnia, ergo debuit tangere ea, quae erant praecipua, sic autem fuit in his, quia quamquam alia bella, & liberationes Deus fecisset, pro Israelitis, haec tamen maxima fuerunt in illis, quae acciderunt tempore iudicum. Sic etiam quando quis vult alicuius ingrati tudinem probare in multis, quae ei collata sunt, si non vult omnia percurrere, debet saltem ea, in quibus maxima ingrati tudo est tangere, quatenus autem ingrati tudinis est secundum quantitatem impensu be-

neficijs, sed volebat Samuel succincte probare maximam ingrati tudinem Hebraeorum: igitur debebat maxima beneficia referre, & haec sunt, quae hic retulit, ergo satis fuit ista protulisse.

Tertia ratio est, quia sacra Scriptura est breuiloqua inquantum potest, ita tamen, vt non reddatur nimis obscura, & ob hoc, quoniam aliquid est, quod bis, vel pluries narrari debet ex necessitate, scriptura non exprimit illud quaelibet vice perfecte, nec facit in illis pluribus narrationibus aliquam perfectam, sed omnes imperfectas: dum tamen quaelibet earum addat aliquid super alteram, & aliquid subtrahat, quod habetur in alia, ita vt ex pluribus imperfectis reddat vna perfectissima: sic patet Exo. ca. 12. vbi agitur de agno Paschali, quia cum ibi Deus diceret Moysi, quas caeremonias Iudaei obseruare deberent in agno Paschali, non fuerunt omnes expresse, cum autem postea Moyses illas populo protulit alias expressit, quae non fuerant in prioribus, & multas ibi subtrahit, quae iam dictae erant, vt patet eod. c. Sic etiam fuit hic Samuel debebat proferre pericula, a quibus Deus liberauerat Israelitas, & quia ad ista pericula missi sunt iudices, si enarraret pericula, & deinde iudices exprimeret, esset bis idem proferre, ideo breuius agens expressit aliqua pericula, quorum iudices liberatores non posuit, & posuit aliquos iudices, quorum bella, & liberationes non proposuerat, quod patet, quia hic dicitur, quod Deus liberauit Israelitas de manu Moab, & tamen non ponitur iudex per quem facta est liberatio ista, ille autem fuit Aod, qui occidit Eglon regem Moab, ita Iud. 3. cap. e contrario autem ponuntur hic aliqui iudices, quorum bella, & liberationes non exprimuntur supra, sicut patet de Ierobaal, qui vocatur Gedeon: iste enim pugnauit contra Madianitas, vt Iud. ca. 7. & 8. de quo hic nihil agit. Sic quoque ponitur Iephie iudex, qui pugnauit contra Ammonitas, vt Iudicum cap. 11. tamen non fuit hic expressum bellum, & hoc modo exprimuntur per duas narrationes imperfectas omnia bella, & liberationes Iudaeorum tempore iudicum: non enim pugnauerunt illo tempore Hebraei contra aliquam gentem, nec ab illa liberati sunt, nisi contra regem Mesopotamiae, & Moabitas, & Philistinos, & regem Asor, & Madianitas, & Ammonitas, omnium autem istarum gentium bella exprimuntur hic, vel nomine bellorum, vel nomine iudicum, ideo non oportuit, vt exprimerentur hic alia bella.

Quot fuerunt iudices Israel, & nomina, & successiones eorum, & quare fuerunt hic pauci expressi a Samuele. Quast. XIII.

QVAERETUR vltetius, quare solum dicitur, quod misit Deus istos iudices, qui hic ponuntur: nam multos alios misit. Hic enim quatuor exprimuntur, & tamen fuerunt 13. Primus eorum fuit Hothoniel contra regem Siriti post mortem Iosue Iud. cap. 3. Secundus iudex fuit Aod, qui missus est contra Eglon regem Moab, Iud. cap. 3. Tertius iudex fuit Samgar, qui missus est contra Philistinos, & occidit sexcentos eorum vomere: Iudicij cap. 4. Iudex quartus fuit Barac cum Debbora propheta tissa missus contra Sisaram principem militie Iabin regis Asor: Iudicum cap. 4. Iudex quintus fuit Gedeon, sive Ierobaal missus contra Madianitas: Iudicum ca. 6. & vsq; ad 9. Iudex sextus fuit Abimelech filius Gedeonis, qui quamquam imposuerit sibi diadema regni, & vnctus fuerit in regem, tamen inter iudices computatur sic Iudicum cap. 9. Iudex septimus fuit Ithola de cognatione Issachar de quo Iudicum cap. 9. Octauus iudex fuit Iair Galadites, de quo Iudicum ca. 10. Iudex

Nofa iudicum Israelitarum.

15. Iudices habuerunt Israelitae.

Iudex nonus fuit Iephte Galadites pugnans contra Ammon, vt Iudicum cap. 11. Iudex decimus fuit Abefan: Iudicum cap. 12. Iudex vndecimus fuit Aialon: Iudicum cap. 12. Iudex 12. fuit Abdon eod. cap. Iudex 13. fuit Samson: Iudicum cap. 13. & vsque ad finem. De his solum habetur in libro Iudicum. Fuerunt tamen preter hos alij duo iudices, scilicet Eli summus sacerdos, qui successit Samsoni, vt ait Iosephus 5. Antiquitatum. De hoc patet supra cap. 4. Senex enim erat vir, & gra deus, & ipse iudicauit Israel 40. annis. Quintusdecimus iudex, & vltimus fuit Samuel, qui iudicauit filios Israel 20. annis, & iudicabat quolibet anno in tribus locis Israel, vt patet supra c. 7. De his 15. iudicibus solum exprimuntur hic quinque.

Respondent aliqui, quod solum fuerunt isti expressi, quia hic dicitur, quod Deus misit istos, alij autem non fuerunt missi a Deo, ideo non exprimuntur hic, hoc autem volunt, quia dicunt, quod illi non erant per inspirationem Dei, sed per electionem solum populi.

Sed hoc non stat, quia de alijs, qui non exprimuntur hic habetur, quod missi fuerint a Deo, vt patet de primo iudice Hothoniele, de quo dicitur Iudicum c. 3. & clamauerunt ad dominum, qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos Hothoniel, sic etiam patet de secundo iudice, scilicet Aod, vt eod. cap. f. Qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, & ita fuit de alijs, tamē isti non exprimuntur hic, ergo non fuit hoc, quia Deus misit istos, & non alios, omnes enim iudices misit, quamquam de quibusdam dicatur, quod missi sunt, de alijs autem non dicitur, immo de Samone, & Samuele, qui ponuntur hic, non legitur supra, quod missi fuerunt a Deo in locis, vbi dicitur de principatu eorum, ita autem de alijs intelligendum est.

Respondenti ergo poterat aliter, sicut supra dicebamus questione precedenti, quod Samuel noluit hic exprimere omnes preter quinque propter tria. Primo, quia solum intendebat probari ingratitudinem Hebræorum quantum ad misericordias domini, & quod liberati fuerint a Deo per iudices sine regibus, ad hoc autem non erat opus exprimere omnes iudices, sed satis erat aliquos expressisse, voluit ergo solum hos quinque exprimere.

Secunda ratio est, quia ille, qui enarrat aliquid quā docunque non vult omnia percurrere, debet tangere ea, quæ principalia sunt, Samuel autem volebat referre hic aliqua nomina iudicum ad probationem suā, debuit ergo tangere principales iudices, fuerunt autem isti qui habentur hic, ideo putauit satis esse hos scriptisse.

Tertia ratio est, quia scriptura volebat facere hic vnam perfectam narrationē ex duabus imperfectis, scilicet iungendo nomina iudicum nominibus aliquorum bellorum, si autem expressisset hic nomina omnium iudicum, vel multorum fuisset aliquid superabundans, quia vt supra declaratum est ex nominibus iudicum hic positorum, & nominibus bellorum concluditur vna perfecta narratio omnium afflictionum, a quibus liberati sunt Israelitæ tempore iudicum. Sed adhuc aliter, & conuenientius dici potest, quod Samuel expressit solum nomina istorum iudicum, quia ipse volebat significare quomodo tempore iudicum liberati fuerint Israelitæ a gentibus sine rege, inducit ergo solum illos iudices, qui liberauerunt Hebræos ab hostibus, & quia multi iudices fuerunt, qui nulla bella egerunt, non fuit necesse hos exprimere, sic patet de Abimelech, qui fuit iudex, & tamen nihil pugnavit contra hostes, sed contra Israelitas, vt legitur Iudicum cap. 9. Thola quoque nihil pugnavit, vt eod. ca. Iair autem nihil pugnavit: Iudicum cap. 10. Abefan autem Aialon, & Abdon nihil pugnaverunt sic Iudicum 12. Heli

autem non legitur habuisse pugnas tempore suo, nisi quando arca domini capta est supra cap. 4. & tunc mortuus est ipse corruens de Sella, & quia istud bellum non fuit liberatum Israelitarum de potestate gentium, sed magis tunc ceperunt Philistini dominari Israelitis, ideo non exprimitur, & sic patet de istis septem iudicibus, qui nominati sunt, quare non fuerunt hic expressi. Relinquuntur autem octo iudices, quorum quinque nominantur hic, quia tempore horum facta sunt bella, in quibus liberati sunt Israelitæ de potestate gentium: de Iephte patet Iudicum cap. 11. Nam ipse pugnavit contra Ammonitas. Ierobaal autem, id est Gedeon pugnavit contra Madianitas: Iudicum ca. 7. Barac pugnavit contra Sisaram ducentem regis Asor, vt Iudicum cap. 4. Samson pugnavit contra Philistinos: Iudicum cap. 14. & vsque ad 17. Samuel pugnavit contra Philistinos supra cap. 7. & omnes hi liberauerunt aliquam gentem suā ab angustijs: manent alij tres iudices, & isti non exprimuntur, nam Samagar, qui fuit vnus eorum fecit parua bella, quia solum legitur occidisse sexcentos de Philistinis vomere: Iudicum ca. 4. ideo non curatur de eo: Vel aliter, & melius, quia ipse pugnavit contra Philistinos, & hic tangit in litera de bello contra Philistinos, ideo non fuit necesse eum exprimere. Alij autem duo sunt Aod, & Hothoniel. Aod autem pugnavit contra Moabitas. & hic agitur de bello isto, ideo non fuit ipse expressus. Hothoniel autem magnum bellum fecit contra regem Mesopotamie, & non exprimitur hic: vnde de hoc non habetur ratio sicut de alijs, sed dicendum, quod non expressit Samuel illum, quia suffecit expressisse alios.

Et eruit vos de manu inimicorum vestrorum. Hoc refertur ad Deum, & non ad iudices, quia quamquam iudices pugnant, Deus tamen faciebat victoriam: nā cum essent Iudæi pauciores alijs gentibus, & gentes essent confortate, non possent, immo non auderent Israelitæ pugnare contra illas, nisi Deus fortificaret eos, vnde plurima horum bellorum Dei miraculo fiebant, sic patet in bello, quod fecit Gedeon contra Madianitas, quia nihil fecerunt pugante Gedeone, & socijs suis, sed tenentibus buccinas, & lucernas in manibus Madianitæ seipsos occiderunt, sic quoque in bello, quod fecit Barac contra Sisaram: nā dicitur, quod perterritus dominus Sisaram, & omnes currus eius vniuersamque multitudinem in ore gladij ad conspectū Barac ita Iudicum cap. 4. & sic de alijs factum est.

Per circuitum. Id est liberauit de manu hostium, qui erant in circuitu, omnes enim isti reges, & gentes contra quas pugnaverunt iudices erant in circuitu Israelitarum, scilicet Philistini a parte Meridiana: Moabite, Madianite, & Ammonite a parte Orientali: Mesopotamii a parte Septentrionali, ab occidente autem non habebant Iudæi hostes, quia ibi solum habitabant Tyrii, & Sidonii, qui non leguntur pugnasse contra Iudæos. Reliqua autem pars occidentalis terræ Iudæorum tangebatur mare Mediterraneum, & ex ipsa parte non habebant hostes.

Et habitauit in confidenter. i. sine timore, scilicet habitatis defensores fortissimos, ita vt hostes contriti a facie vestra non auderent redire in terram vestram, & sic habitauit securi quasi regem non habentes.

Videntes autem, quod Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum vos. Hic autem ponitur increpatio, reuelerat enim supra Samuel multas misericordias domini, a quibus Israelitæ debebant Deo seruire in æternum, nunc autem ponitur, quod abiecerunt eum petentes regem hominem: vel aliter est increpatio, scilicet quod in omnibus periculis supra positjs, quæ erant magna, liberauit Deus Israelitas sine rege, nunc autem presentem pe-

Increpatio Iudæorum.

te periculo paruo regem petierunt. Sed dicit aliquis, quod non petierunt regem propter aduentum Naas regis Ammon, nam ille venit postquam Saul electus erat in regem, vt patet precedenti c. dicendum, quod bis venit Naas contra Israelitas. De primo aduentu non exprimitur quid egerit: constat tamen, quod venerit & aliquam affligerit Israelitas, vnde ipsi venerunt ad Samuelem petentes regem, qui pugnet pro eis. ca. 8. scilicet, rex noster egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra nobis.

Dixistis mihi, nequaquam, sed rex imperabit nobis. Id est, non erit, sicut tu vis, sed oportet, quod des nobis regē in quo præsupponitur, quod quādo Hebræi petierunt regem, Samuel respondit eis, quod non erat bonum, & quod peccabant contra dominum, quia ipse poterat eos eruere de periculis sine rege, sicut prius fecerat, ipsi autem non assentientes huic, dixerunt: nequaquam, id est, non erit sic, sed regem constitue nobis, hoc patet s. c. 10. Hęc dicit dominus Deus Israel, ego eduxi Israel de Aegypto, & erui vos de manu Aegyptiorum, & de manu omniū regum, qui affligebāt vos, vos autem hodie proiecistis Deum vestrum, qui solus saluauit vos de vniuersis malis, & dixistis: nequaquam, sed regem constitue nobis.

Cum dominus Deus vester regnaret in vobis. id est male egistis, quia cum haberetis Deum in regem, voluistis hominem habere in dominum, vnde increpat Iosephus istos 6. Antiquitatum dicens, & dum quidem regem probauerunt nescientes quoniam vtilissimū est ab omnium rerum excelso iuari, cum Deus vtiq; sit omnium solus excelsus, elegerūt autem se hominem habere regem, qui eis velut iumentis subditis consilio, & desiderio suo alijsque voluptatibus sit vsurus, & potestatem suam sine aliqua parcitate sit collaturus, quique non ita, sicut Deus proprium opus atque facturā tueri genus hominum festinabit, quod Deum solum semper constat efficere.

Quomodo Deus ante electionem regis regnabat super Israelitas & quomodo post electionem abiecerunt eum. Et quomodo Deus se habebat ad regimen politie Iudæicæ. Quæst. XIII.

Quærit aliquis, quomodo Deus regnabat super Israelitas ante regem electum, & quomodo assumpto rege abiecerunt Deū, ne regnaret. Nā videtur, quod si aliquid regnū vel dominium habebat Deus in Israelitis ante electionem Saulis quod illud idem postea habuit: nam si intelligamus de dominio Dei, quod naturaliter habet super omnem gentem, quia omnipotens, & vniuersalis gubernator est, nihil ademptum fuit Deo in Israelitis instituto Saule in regem, quia ille principatus est fit Deo naturalis a nemine ei aufertur, aut diminui valet. si autem intelligatur de alio principatu speciali, quod aliquam dependet a voluntate humana, vt quod homines aliqui vellent Deum accipere sibi specialiter in Deum, & offerre ei speciales cærimonias cultus, etiā hoc non fuit ablatum, vel diminutum tempore Saulis: nam Israelitæ acceperant Deum in Deum suum, & Deus acceperat eos in populum peculiarem, sicut legitur Exodi cap. 19. & hoc fuit quantum ad legem eius, quam obseruabant, hanc tamen legem obseruauerunt Israelitæ assumpto Saule in regem. ergo non erat aliquid ablatum de diuino principatu per summionem regis.

Respondendum est, quod Deus potest vocari rex dupliciter. Vno modo generaliter quantum ad oīa regna terræ, & hoc in quantum Deus est dñs omnium, et in quantum habet prouidentiam oīum, quæ sunt disponens

singula. Hęc enim duo pertinent ad regē, scilicet dominari, & prouidere, Deus autē in oībus habet prouidentiam, quia nihil omnino fit, sine eius dispositione, etiam si minimum sit, sic patet Matth. c. 10. f. Nonne duo passeris affe veniunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro, vestri autem capilli numerati sunt. Vocatur ergo rex quantum ad omnem gētem, quia omnium curam habet: nam solem suum facit oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & peccatores Matth. 5. c. & quantum ad hoc vocatur princeps omnium regum terræ sic Apoc. c. 1. & rex regū, & dominus dominantium. Alio modo Deus potest vocari rex specialiter alicuius gentis, scilicet si habet curam specialem de negocijs illius gentis, & afficitur ad illa velut si essent sua, hoc modo Angeli dicuntur esse principes terrarum: Deus enim constituit illos singulos super singulos populos, & super singula regna, & isti, ita afficiuntur ad negocia illorum regnorum, vel populorum, & vellent, quod prosperarentur, sicut si essent homines geniti in populo illo intantū, quod isti Angeli principes populorum interdum pugnant inter se pro salute, & honore illorum populorum, sicut pugnant reges terræ pro populis, sic patet de Gabriele, qui erat vnus de principibus gentis Iudæorum, & Michael erat maximus princeps ipsorum, pugnavit autē Gabriel contra Angelum, qui erat princeps Persarū viginti, & vno diebus quousque venit in auxilium eius, & præualuit Gabriel princeps Hebræorum. Erat autē pugna, quia Gabriel volebat, quod egredierentur Israelitæ de Babylone ad terram suam, princeps autem Persarum volebat, quod manerent ibi. De hoc Daniel. c. 10. cū dicit Gabriel ad Danielelem, ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum resistit mihi viginti, & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi iuxta regem Persarum. Sic autem de Deo erat respectu Hebræorum: nam ipse videbatur, ita affici ad politiam Hebræorum tanquam ipse esset vnus de illo populo, ita vt diceret, quod hostes Iudæorum erant hostes sui, & amici eorum erant amici eius Exo. ca. 23. f. quod si audieris vocē eius, & feceris omnia, quæ loquitur inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. habebat quoque Deus specialem curam de negocijs huius populi, non sicut de negocijs aliarum gentium, de quibus habet prouidentiam in generali, sed sicut est in omnibus politijs gentium, quod illa negocia, quæ magna sunt non fiunt sine præcogitatione, & deliberatione ipsius principis, ita quoque Deus in politia Iudæorum circa magna negocia habebat curam volens, quod per ipsum determinarentur, nihilque facerent Iudæi sine eius iudicio, vnde bella, & alia magna negocia ipse volebat diffinire, & quod non fierent sine ipso, vnde in principio populi huius, scilicet quā exiuit de Aegypto Deus dedit Moyfi principi Iudæorum, quod posset requirere diuinam sententiam, quā vellet, ideo quocumque Moyses dubitabat super aliquo facto populi, consulebat dñm intrās in sancta Sacerdotum, & ibi respondebatur ei, vt constat Num. c. 7. Nec solum in magnis, sed interdū in paruis, si in causis iudicialibus requirebat Moyses diuinam sententiam si nesciret qualiter determinandū foret, sicut fuit in quōne filiarum Salphaad: Num. 27. c. Post Moysen autem successit Iosue in principatu, cui et Deus dedit modum, quo consulere posset eum in omnibus negocijs dās ei summum sacerdotem Eleazarum, qui consuleret dominum pro eo in quocumque negotio: Num. c. 27. postea autem toto tpe, quo durauit status Iudæorum habuerunt Hebræi quō consulerent dñm, quia interdum per summos sacerdotes, interdum autem per prophetas inquirebāt, & Deus volebat, quod inquirerent, respondebatque gratis, quod specialiter

Angeli dicuntur esse principes terrarum, & quod Gabriel erat vnus de principibus gentis Iudæorum.

cialiter tetigit Moyses tanquam pertinens ad honorem politiae Iudeorum, ita Deut. c. 4. f. Non est alia ratio tam grandis, quae habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Sicut autem Deus habebat specialem curam huius politiae quantum ad negocia temporalia eius, ita volebat, quod Hebraei haberent eum non solum in Deum, & dominum generalem, & in Deum specialiter quantum ad cultum, sed etiam haberent tanquam dominum specialem, sicut putarent eum esse regem suum dominum specialem in illo populo, & quia Hebraei petierunt sibi regem hominem abiecerunt Deum, ne regnaret super eos: nam in eodem regno duo reges speciales esse non possunt: assumpto ergo aliquo rege inter Iudeos iam non habebant Deum in regem quantum ad specialem principatum, & quantum impendebatur de honore Sauli regi, tantum adimebatur Deo: nam Deus volebat habere quamcumque excellentiam domini in populo illo, quibus autem praeteritis iudicium nihil adimebatur Deo de honore, quia illi solum erant ministri eius, nemo tamen vocabatur dominus, sed erant velut personae privatae: rex autem, qui institueretur habebat dominium, ideo adimebatur in hoc Deo speciale dominium relicto ei dominio generali, quia dixerunt rex noster pugnabit bella nostra pro nobis quasi iam non faceret mentionem de Deo, quod pugnaret pro eis, & in hoc abiecerunt Deum ne regnaret super eos specialiter, cum ante hoc habuissent regnum, & hoc grauius tulit tanquam iniuriosum, quod autem dicebatur, quod nihil ablatum est Deo de dominio suo naturali, nec de cultu, verum est, fuit tamen ablatum de dominio speciali, quod gerebat in illo populo. Nunc ergo praesto est rex vester. Id est iam habetis regem, sicut petuistis, & coram vobis est, facite ergo, ut bene vos habeatis cum eo: ponitur enim hic doctrina, qualiter se habere deberet post electionem regis, sicut quamquam peccauissent, tamen adhuc possent se bene habere, ponitur autem hoc Samuel, quia propter verba increpatoria superiora, & propter signum, quod infra sequitur putant forte, quod Israelitae cognoscetes se peccasse vellent dimittere regem, ne manerent semper in peccato, ideo dicit, quod quia peccauerunt petendo regem, tamen iam postquam acceperunt non congruit eum dimittere, quia habendo eum possunt sequi dominum, & prosperabuntur. Quem elegistis, & petistis: Istud relatiuum non refertur ad suam antecedens sub conditione antecedentis: nam dicitur: Ecce rex vester, praesto est, & ibi significatur determinate Saul, quem coram se habebant. Cum autem dicitur quem petistis, & elegistis non refertur ad istum regem in speciali, sed ad regem in generali, nam ipsi non petierunt Saulem in regem, sed petierunt aliquem regem, immo quoniam Deus dedit eis Saulem plurimi eorum non respexerunt eum, quo animo quibusdam dicentibus: Num saluare nos poterit iste? ut supra c. 10. alij autem: Non regnabit Saul super nos, ita praeced. c. Sciendum etiam, quod cum dicitur hic, quem elegistis non est sensus, quod illi elegerunt, quia rex datus est eis per sortes missas coram domino, & per illas dominus monstrabat quem elegisset, ipsi autem nihil elegerunt, sed electum a Deo receperunt. Dominus tamen elegit, quia ad eligendum conuenerunt per tribus ius, & familias distincti supra c. 10. Ecce dominus dedit vobis regem. Scilicet non gratis, sed ad petitionem vestram impertinam, vnde ex hoc non debet concludi, quod non peccauerint, cum dominus eis dedisset regem, quia non dedit tanquam velle, & gratum haberet, sed quia importuni erant Iudaei dicentes: Nequaquam, sed regem constitue nobis, ut patet s. c. 8. & 10. Deus autem interdum multa concedit iratus, quae non concedit placatus, quod apparet, quia s. c. 8. cum Iudaei

lita petierunt regem, Deus voluit eos arcere ab hac infamia, ideo dixit Samueli, contestare eis ius regis, sicut ut timore horum iurium cessarent a petendo regem, sed nec sic cessauerunt dicentes nequaquam, sed regem constitue nobis. Si timueritis dominum. Scilicet quamquam peccastis a principio petendo regem, tamen nunc non peccatis retinendo illum, ideo si Deum timetis custodientes mandata eius prosperabimini. Et accipitur hic timor pro timore filiali, sicut cessarent ab operationibus malis, quae Deum offendere poterant non timore poenae, sed timore offensionis diuinae, & iste est timor sanctus, nec tamen solum intelligitur iste timor, sed etiam timor seruilis, sicut timerent Deum facientes quod iusserat timore poenae, quam Deus infligere poterat. Erat namque verus testamentum lex timoris, quoniam in timore magno data est, quia Deus voluit, ut Israelitae conspicerent Deum, tanquam terribilem in datione legis, & timore eius non auderent legem infringere, patet Exo. c. 20. cum dixit populus, loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur, & ait Moyses ad populum, nolite timere, ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Voluit ergo Deus timorem poenae esse in Iudaeis ad conseruandum legem, quod satis declarat Apostolus ad Hebr. c. 12. ponens differenciam noui, & veteris testamenti, ergo de timore poenae magis hoc intelligitur. Et seruiertis ei. Scilicet faciendo omnia, quae iubet. Et audieritis vocem eius. Scilicet obediendo in omnibus, si aliqua nouiter iusserit. Et non exasperaueritis os domini. Exasperare os domini alias alicuius dicitur, quando quis alteri asperum sibi facit, id est iracundum propter verba, sicut quamquam ille sepe iubeat iste nihil agit, ita ergo in Deo si aliquid mandaret Hebraeis, & illi nihil facerent exasperarent os domini. Eritis vos, & rex, qui vobis imperat sequentes dominum. Duplitter hoc intelligitur. Primo modo, quia Samuel admonet Hebraeos ne abijciant regem quamquam petendo illum peccauerunt, & hoc, quia peccatum istud erat emendabile sine regis abiectione, putarent enim Israelitae, quod cum peccauissent eligendo regem quoniam diu illum haberent semper essent in peccato, & non possent sequi dominum, dicit autem Samuel, quod quamquam peccauerunt semel petendo, tamen iam non peccant retinendo, ideo possunt sequi dominum, & essent grati illi habendo regem, & hoc significant omnia praedicta, scilicet, quod si illa fecerint tam ipsi quam rex eorum, erunt cultores Dei, & sequentes ipsum. Sin autem non audieritis vocem domini. Scilicet non obediendo mandato eius tam ad legem, quae scripta iam est, quam ad ea, quae per prophetas dicuntur ex parte Dei: nam in omnibus his tenemur Deo obedire. Sed exasperaueritis sermonem eius. Scilicet feceritis vobis Deum asperum propter sermonem suum, quod est non obediendo ei eum ad iram prouocare. Erit manus domini super vos, & super patres vestros. Id est Deus immitteret vobis poenam, quasi dicat, licet habeatis regem non effugietis poenam Dei, si non colitis eum. Et dicitur super vos, & patres vestros, quod intelligitur Nicolaus, id est sicut fuit manus Dei contra patres vestros, quando praecedentibus temporibus peccauerunt, ita erit contra vos. Sed ista littera non multum tolerat istum sensum: debet enim referri ad simultatem, scilicet, quod simul infligeretur poena Israelitis, & patribus suis, vnde potest intelligi de iuuenibus, & senibus, scilicet tam vos, qui iuuenes estis, & venistis ad bellum, quam patres vestri, scilicet seniores, qui non sunt hic simul, a Deo puniuntur, vel intelliguntur hic per patres principes, vel praelatos, qui sunt patres populi, quod maxime conuenit principati re-

Opin. Nicolai refel litur.

Principat' regalis est paternus, seu debet esse.

tui regali, quando rectus est: nam Aristo. s. Eth. Vocauit principatum regalem principatum paternum allegans auctoritatem Homeri in Iliade, qui Agamemnonem patrem, & pastorem populorum appellauit, & ille erat rex, & sic est sensus, quod tam Israelitae quam patres sui perirent, si reges eorum: noluit tamen exprimere hic Samuel nomen regis, ne saltem in verbo eum offendere videretur, cum nondum peccauisset. Sed nunc state. Hic ponitur Samuelis increpatione contra populum per diuinum miraculum: nam si solum increpasset verbis, Israelitae adhuc non crederent se peccasse, vt ergo manifestum esset eis induxit diuinum miraculum de tonitruis, & pluuia, in quibus erat manifesta probatio.

An pluuia, & tonitrua, quae uenerunt Samuele uocante fuerint miraculosa, & de tribus generibus miraculorum. Quaes. xv.

Miraculose fieri aliquid quando dicitur.

QVAERIT aliquis circa hoc, an pluuia ista, & tonitrua, quae facta sunt Samuele inuocante dominum fuerint miraculosa.

Pro quo considerandum est, quod illud dicitur miraculose fieri, quod natura nequaquam facere potest, vel tunc, aut qualiter fit facere nequit. Primo modo dicuntur proprie miracula, scilicet illa, ad quae natura operatio, nequaquam pertingit, sicut mortuum suscitare, cezum sanare, & celum quiescere, ideo quando ista fiunt, manifestum est miracula esse.

Secundo modo dicitur aliquid miraculum quando natura aliquid facere potest, & tamen non potest tunc, aut taliter facere, qualiter fieri videmus, sicut aliquem hominem nihil scientem posse fieri valde scientem naturaliter, & ex opere humano constat, quod tamen qui nihil sciebat subito efficiatur valde sapiens sola Dei operatione fit sic quoque pluuia, & conuulsio nes, atque omnes Methaeo. impressiones naturaliter fiunt, quod tamen in tempore, in quo nulla Methaeo. eleuata est ad regionem aeream, vt transmutetur, & fiant imbres, vel aliae impressiones, sola Dei operatione fit, & miraculum est. Tertio modo vocat aliquid miraculum quodcumque Deus per se sine causis naturalibus operantibus illud efficit, quamquam fieri possit naturaliter, & sic quodcumque Deus faciat per seipsum, etiam si naturaliter fieri possit in illo tempore, in quo Deus facit, & taliter qualiter ipse facere videtur miraculum est, in his tribus modis licet miraculum sit, tamen non est apparet miraculum nisi in duobus eo, quod naturaliter fieri potest id, quod fit miraculose. Tertio modo, vt aliquid potest frige fieri, vel desiccari naturaliter, vel operatione diuina, si autem aliquid infrigidatum, vel desiccatum fuerit, quamquam utroque modo fieri possit, tamen nos credemus naturaliter factum fuisse, quia non habemus per quid constet, an Deus per se egerit, ita autem in proposito Samuel inuocauit hic pluias, & tonitrua quae poterant fieri naturaliter, vel opere diuino, ideo dubium est, quo istorum modorum facta fuerint.

Pluuia, & tonitrua nunciata per Samuelem miraculose facta.

Dicendum est, quod necesse est fuisse hic aliquod genus miraculi saltem tertium, sicut quod Deus fecerit illa, licet naturaliter fieri possent: nam Samuel praedixit, quod inuocaret Deum, & uenirent pluuia, & tonitrua, & immediate, vt inuocauit uenerunt, ideo Deus faciebat. Iste tamen tertius modus miraculi propter magnam cognitionem, quam habet cum operatione naturae valde dubie miraculum est, ideo questio est, an fuerit hic miraculum aliquo de primis duobus modis. Videtur primo, quod non, quia tonitrua, & pluuie naturaliter gignuntur, miraculum autem nunquam

Arguit primo, quod non

est in his quae natura facit. Item non solum inuenerunt miraculose, sed etiam ratione temporis non erat miraculose, quia istud tempus, in quo facta sunt haec, erat tempus messis, vt patet immediate, nunquid non messis tritici est hodie? In hoc tamen tempore solent interdum pluuia accidere, & tonitrua.

Item non solum ratione temporis, sed etiam ratione terrae non videtur esse miraculum, quod acciderint pluuia, & tonitrua, quia in terra Chanaan tempore messis replentur nimis flumina, ista autem repletio est ex aquis pluuiialibus, ergo tunc sunt magna pluuia in terra illa, apparet hoc Iosue. c. 3. Jordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat, & hoc dicitur de tempore transitus filiorum Israel. nec etiam aliquis ad scribat hoc alicui speciali accidenti, sicut tunc accideret ex speciali operatione caeli, alijs tamen temporibus nunquam contingit tempore messis repleri Jordanem, nam non solum tunc, sed etiam quolibet anno tempore messis impletur: Ecclesiast. 24. c. f. Qui adimplet quasi Euphrates sensum, qui multiplicat, quasi Jordanis in tempore messis, ergo solitum est Iordani tempore messis inundare.

In contrario videtur, quod fuerit miraculum, quia Samuel ponit hic illud tanquam miraculum, & ad probationem eius, quod intendit, si tamen non esset miraculum, vane loqueretur Samuel. Item non solum loqueretur vane, sed etiam false, quia dixit state nunc, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus in conspectu vestro. si tamen non esset miraculum non esset res grandis, ideo miraculum erat. Item si missio pluuiarum, & tonitruorum non esset miraculosa non timuissent Israelitae, nec credidissent se morturos, nisi forte quis insanus esset, qui de naturalibus stuperet, totus tamen populus timuit nimis, & rogauit Samuelem, vt oraret pro eis ad dominum, vt patet hic, ergo fuit miraculum. Item quando Samuel orauit Deum, vt daret tonitrua, & pluias, aut erat celum obductum caligine, ita vt omnes conspicerent, quod confestim pluuia caesa esset, aut erat valde serenum, ita vt nulla dispositio appareret ad pluendum. si primo modo Samuel non diceret ista, quia tunc ridicula esset philosophia sua, quilibet enim hoc cognosceret, quia oculo conspicerentur. Si autem secundo modo miraculum fuit, sicut celum totum serenum esset nulla apparente dispositione ad immediate pluendum, & quod Samuele inuocante Deum mox ueniret pluuiarum multitudo. Respondendum est, quod miraculum fuit, quia aliquoquin non induceretur hic in signum, non est tamen id miraculum primo modo, quia illud est de rebus, quod nullo modo naturaliter fieri potest, sicut mortuum suscitare: pluias autem, & tonitrua accidere naturale est, saltem in aliquibus terris. Dicendum tamen, quod fuit miraculum secundo modo, sicut quando aliquid fit, quod naturaliter effici potest, natura tamen non potest, ita breuiter, vel tunc illud facere, sicut dicebatur de non sapiente, quod naturaliter potest effici sapiens, non tamen potest subito effici sapiens naturaliter, sed miraculose: in terra autem Chanaan non erat miraculum pluuere, quia multoties pluebat, vt patet Deuter. c. 11. f. Terra ad quam ingredieris, non est, sicut terra Aegypti, sed montuosa est, & campestris de caelo expectans pluias, & immediate dicitur dabit pluiam terre vestre temporaneam, & serotinam; erat tamen miraculum, quod tunc plueret, scilicet in tempore messis, ideo Samuel allegauit naturam temporis, quasi contrariam pluuia in terra illa, dicens nunquid non messis tritici est hodie, & inuocabo dominum, & dabit pluias? quasi dicat miraculum est, quod in tali tempore pluuie sint, tamen euenient. Fit autem hoc in terra illa, quia est satis calida, eo quod partim est in tertio climate, ideo tempore messis

fuerit miraculum prius, vel iecundo modo.

fit

sis cum Sol multum accedat versus eos, taliter terra disponitur, ut tunc non possint gigni pluvia, aut tonitrua. Sic et quaedam terrae sunt, in quibus nulla de impressionibus Methæo. fit eo, quod deficiunt ibi materialia, s. vapor, & exhalatio, quæ elevatur calore Solis a terra: quaedam autem terræ sunt ubi propter æternitatem, & immensum frigus nullæ pluvie grandines, coruscationes, fulmina, aut aliæ impressiones fiunt, eo quod ibi radii solis nihil possunt eleuare s. sublime, sicut est sub vtroque polorum, vel in habitationibus, quæ sunt iuxta polos: aliæ autem terræ sunt, in quibus propter æternum calorem, nihil eleuatur de vapore, aut exhalatione in sublime, sed totum quicquid calore solis de terra erigitur, eius nimio ardore in superficie terræ exurit, ita ut nihil ascendat in sublime ad generationem impressionum Methæo. terra autem Chanaan non habet aliquam harum duarum extremitatum, s. maximi frigoris, aut caloris, est tamen taliter disposita, quæ in quodam tempore propter calorem non possent ibi fieri pluvia, & similes impressiones, sic autem est tempore messis tritici, quia tunc accedit eis versus cancrum, & fit magnus æstus in terra illa. Ad rationes in contrarium respondetur.

Ad primam cum dicebatur, quod tonitrua, & pluvia naturaliter fiunt, ergo non est miraculum, dicendum, quod naturaliter fiunt, quædam tamen terræ sunt, in quibus nunquam naturaliter fieri possunt, ut declaratum est. aliæ autem terræ sunt, in quibus quodam tempore naturaliter fieri possunt, in alijs autem temporibus non fit sine miraculo, sic autem est de terra Chanaan, in qua interdum pluit naturaliter, tempore tamen messis triticeæ non pluit, nisi miraculose.

Ad secundam rationem, cum dicitur, quod non erat miraculum ratione temporis.

Respondendum, quod quædam terræ sunt, in quibus non est miraculum hoc fieri, sicut in illis, quæ declinant a quarto climate versus polum arcticum, in illis tamen, quæ sunt a tertio climate versus æquinoctiale, & ex alia parte æquinoctialis distinguendo similitur tria climata versus polum antarcticum miraculum est, quia rarissime, vel nunquam fit, & in hac regione est terra Chanaan, ideo miraculum erat, quod tempore messis triticeæ ibi plueret.

Ad tertiam rationem, s. quod non erat miraculum in terra illa, ideo communitur accidebat, quod in tempore messis inundarent flumina in terra Chanaan, hoc autem fiebat ex pluuijs.

Dicendum, quod istud esse poterat tempore messis ordeaceæ non tamen tempore messis triticeæ, cuius ratio est, quia messis ordeacea incipit in terra Chanaan immediate mense Martii, vel quasi, quod pater Leuitici cap. 23. ubi iubetur, quod offerrent Israelitæ manipulum spicarum secundo die Azymorum, & ante hoc non merebant ordeum, immo nec colligebant grana ad comedendum, ex ea autem die licebat eis iam metere, ut patet eod. cap. s. panem, & polentam, & pulces non comedetis ex egæte vsque in diem, quo offerretis ex ea Deo vestro, erat autem iste dies 16. Martii, ut patet eod. ca. messis autem triticea incipiebat in fine Aprilis, vel in principio Maii in terra Chanaan, & quia tunc magis appropinquabat Sol ad zenith Iudæorum, non erat terra disposita ad pluiam, sicut tempore messis ordeaceæ propter maiorem calorem, ideo licet inundarent flumina ex pluuijs tempore messis ordeaceæ, non tamen inundarent tempore messis triticeæ, nunc autem erat messis triticea, cum dicitur, nunc quid non messis triticea est hodie, quod autem inundatio Iordanis fieret tempore messis ordeaceæ, apparet, quia quando Israelitæ introierunt in terram Chanaan, & Iordanem transiuri essent, Iordanis impleuerat

ripas aluei sui tempore messis: Iosue cap. 3. Constat tamen, quod tunc erat messis ordeacea, s. principium eius, quia die 10. mensis primi, s. mensis Martii transferunt Hebræi Iordanem: Iosue capi. 4. & immediate die 15. eiusdem mensis fecerunt Phasæ: Iosue c. 15. tunc autem est messis ordeacea, quia ante hoc non mittitur falx in aliquam messem: Leui. c. 23. ergo erat messis ordeacea, quando Iordanis inundauerat, & illo tempore regulatim inundat quolibet anno, nunc autem erat messis triticea, ergo non inundabat, & consequenter non erant pluvia illo tempore.

Aliter responderi potest, & melius, quod istud, quod dicitur de inundatione fluminum, non erat in omnibus fluuijs terræ Chanaan, sed solum in Iordane, vel in paucis alijs, & non erat causa inundationis multitudine pluuiarum, sed liquefactio niuium: nascitur enim Iordanis ad radices Libani apud ciuitatem, quæ vocatur Cæsarea Philippi, mons autem Libanus est altissimus, ideo ibi sunt perpetua niues, quamquam terra Chanaan in alijs locis planis est nimis calida, diluuntur autem istæ niues tempore messis, & tunc Iordanis, qui est ad radices Libani replet aquis, & durat illa inundatio, dum manet liquefactio niuium, quod autem niues sint super montem Libanum quamquam sit in tertio climate, vel in principio quartæ, ubi est terra satis calida, apparet Ierem. c. 18. Numquid deficiet de petra agri nix Libani, aut euelli possunt aquæ erupentes frigide, & fluentes: quasi dicat, non: quia ibi perpetua niues sunt, & aquæ defluentes ex niuibus liquefactis, vel ex pluralitate fontium montis Libani, patet ergo, quod in terra Chanaan non pluit tempore messis triticeæ, ergo hic fuit miraculum.

Sed nunc state, & videte rem istam grandem. Scilicet miraculosam, quia non poterat hoc fieri, sine miraculo, ut declaratum est. Quam facturus est dominus. Scilicet non poterit fieri opere naturali in isto tempore, sed Deus faciet, & hoc requiritur ad miraculum.

In conspectu vestro. Id est immediate vobis presentibus, s. non differetur istud vsque ad aliquot dies, quia interim posset fieri naturalis immutatio, & plueret naturaliter. Cum autem Samuel inuocauit dominum, & immediate venit pluvia, sine dubio apparet, quod Deus fecerit.

Nunquid non messis tritici est hodie? Quasi dicat, licet hodie sit tempus messis tritici, in quo nunquam sunt pluvia in terra ista, tamen inuocabo dominum, & dabit pluias. Non poterat autem tempore illo pluere in terra Chanaan, quia pluvia fit ex humida exhalatione facilliter conuertibili, tempus autem messis triticeæ est valde calidum in terra Chanaan, id non potest esse tunc aliqua exhalatio humida, quæ in pluiam conuertatur, tempore autem hiemis possunt ibi pluias gigni.

Inuocabo dominum. Quasi dicat, nihil aliud faciam, nisi inuocare Deum, non obseruando aliquam ceremoniam astronomicam, vel coniunctionem, aut aspectum planetarum, aut mansionem eorum in certis signis, quæ naturaliter ad pluiam faciunt, ex quo apparet, quod ipse Deus faciet pluiam.

Et dabit voces, & pluias. Voces vocantur hic tonitrua, quia sunt ad modum vocum, vel cum magno sono, sic potest accipi Exo. c. 20. s. Cunctus autem populus videbat voces, & sonitum buccinæ, & lampades, montemque fumantem, fuerunt autem hic pluiæ ad admirationem, & probationem rei, tonitrua autem erant ad terrorem Iudæorum, fuerunt enim magna nimis, id Hebræi conterriti orauerunt Samuelem, ut intercederet pro eis putantes se morituros, ut patet infra.

Et scietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu domini petentes super vos regem. Quasi dicat, per

Ortus Iordanis ad radices Libani.

per istas pluias, & tonitrua cognoscetis manifeste, quod peccaueritis petendo regem: erat enim ista sufficiens probatio, quia quocumque Propheta aliquid dicit, & postea pronunciat aliquod signum veterum ante rem dictam, si illud venerit vere Propheta locutus est, sed Samuel predixerat, quod Israelitæ peccauerat petendo regem, & ad probationem huius dixit, quod sequerentur tonitrua, & postea secuta sunt, ideo probatio sufficiens est, quod peccauerant. Et clamauit Samuel ad dominum. Scilicet immediate postquam ista dixit, incipit clamare, & hoc, ut non putarent Israelitæ, quod expectabat aliquam ceremoniam astronomicam, si aliquantulum moraretur. Et dedit dominus voces, & pluias in die illa. Scilicet immediate misit procellam aquarum multarum, & magnitudinem tonitruorum: credendum est enim, quod ista fuerunt valde magna, quia ea, quæ Deus per se facit ad hoc, quod videantur habere differentiam a rebus naturalibus semper sunt valde excellentia, hoc autem est, quia pluias essent magne subitanæ, & impetuosa, & tonitrua essent dura nimis: aliquid tamen Deus mittit aquas miraculose, & ille veniunt non subito, sed successiue, sic patet infra 3. lib. cap. 19. Cum dixit Elias ad Achab regem: ascende, & comede, & bibe, quia sonus multæ pluiæ est, & tamen tunc posuit se Elias super genua sua orans dominum pro pluvia, cum que mitteret puerum ad videndum, an appareret pluvia vidit nihil, & postea orauit continuo quousque misit puerum septies, & in septima vidit nubesculam paruum quasi vestigium hominis, & dixit ad Achab iunge currum tuum, & descende, ne occupet te pluvia, cum que se verterent huc, atque illuc, celi contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluvia grandis: ibi tamen non inducebatur pluvia principaliter in miraculum, sed magis inducebatur in subsidium terræ: nam tribus annis, & dimidio non pluerat, ut patet Iaco. c. 5. Et timuit omnis populus nimis Deum, & Samuelem. Scilicet quando populus vidit tonitrua magna, & voces timuit Deum, quod intelligitur tripliciter. Vno modo, quod timuit Deum, s. timore seruili, quia ante hoc negligebant Deum tanquam non potentem, vel non curantem infligere penas peccantibus, nunc autem cum viderunt, quod faciebat miracula timuerunt nimis sciētes, quod iam posset, vel curaret punire iniquos. Aliter potest intelligi, quod timuerunt Deum, id est timuerunt, quod occideret eos tunc, quia tonitrua erant magna, & tanto fragore concussi putauerunt, quod subiret terra, & quod perirent: sic enim in datione legis, cum loqueretur Deus, & sonarent voces durissimæ timuit populus, quod moreretur, quamquam non esset sibi conscius sceleris, sed quia erant illæ voces terribiles, ita Deute. ca. 5. s. Cur ergo morimur, & deuorabit nos hic ignis maximus: si enim vltra audierimus vocem Dei nostri, moriemur. Aliter potest intelligi, quod Israelitæ ante hoc non putabant se peccasse, quamquam Samuel eis diceret, ideo non se existimabant dignos penam, nunc autem cum per miraculum cognouissent, quod peccauerant sciebant se dignos morte, & putabant quod Deus vellet eos occidere in posterum, ideo rogauerunt Samuelem, ut oraret pro eis, quod non morerentur, non quidem tunc, sed postea, quia tonitrua, & pluvia sciebant venisse ad ostensionem miraculi, & non ad mortem eorum, sed timebant, quod Deus postea vellet eos occidere, dicitur etiam, quod timuerunt Samuelem, & hoc, quia petente Samuele venerunt ista miracula, ideo sciebant eum valde acceptum apud Deum, & quia ipsi valde offenderat Samuelem petentes regem cum abstulissent ab eo, & a domo eius principatum, putabant quod uellet, quod Deus destrueret illos, ideo timuerunt, quod occasione data cum apud Deum esset potēs vellet eis nocere. Vel dicitur, quod timuerunt Samuelem

Iudæos timuisse Deum postquam tripliciter intellexerunt.

lem, quod habuerunt eum in reuerentia, quia ante hoc non nimis curabant de eo, nunc autem, quia viderunt, quod apud Deum tam acceptus esset magis honorauerunt eum, etiam timuerunt scientes, quod posset ipse infligere bonum, vel malum, quando vellet, quia apud Deum gratus erat. Dixitque vniversus populus ad Samuelem. Scilicet omnes, qui erant in Galgala, & venerunt de bello: nam non erat ibi totus Israel, & isti omnes timuerunt nimis, quia viderunt mirabilia Dei, ideo omnes rogauerunt, ut pro eis oraret dominum. Ora pro seruis tuis. Omnes rogauerunt Samuelem, quod oraret pro eis, quia ipsi putabant se indignos exaudiri, eo quod nimis offenderat Deum, Samuel autem erat acceptus Deo, ut ipsi experti fuerant, s. quod eo orante immediate Deus misit pluias, & tonitrua, ideo putabant, quod quæcumque alia oraret immediate, impetraret: dixerunt etiam pro seruis tuis, in quo nimis se humiliauerunt cum totus populus vocauit se ibi seruum Samuelis, quod quidē ex vrbantate dicitur, nam ipsi non erant serui Samuelis, nec per hoc se exhibebant ei tanquam seruos, & Samuel non habebat eos tanquam seruos, nunquam. n. fuerat dominatus eorum, sed regebat eos tanquam esset vnus ex eis. Ad dominum Deum tuum. Iste Deus Samuelis erat Deus omnium Israelitarum, dicebant tamen Israelitæ esse Deum Samuelis, quasi esset specialis Deus illius, & hoc propter duo. Primo quia Samuel erat magis acceptus Deo quā alij Hebræi, ideo Deus magis pertinebat ad eum, quam ad ceteros, quia ad alios erat tanquam dominus, ad eum autem erat tanquam dominus, & amicus, quia nimis familiariter loquebatur ei, sic dicitur de Moyse Exo. c. 33. quod loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Aliter potest intelligi, s. quod loquerentur hoc Israelitæ, ut magis placaret Samuelem dicentes Deum ad ipsum specialiter pertinere. Ut non moriamur. Timebant enim, quod morerentur, s. immediate cum erant illa magna tonitrua, vel quod Deus postea occideret eos, eo quod tunc cognitum erat peccatum eorum. Addidimus enim vniversis peccatis nostris malum. Id est super peccata, quæ feceramus prius nos, & patres nostri, addidimus hoc peccatum, s. quod peteremus regem. In quo confitebatur Israelitæ se peccasse eligendo regem, & dolebant, quod peccauerant, nunc autem petebant remissionem, & quia Deus placatur super afflictionem cordis nostri iuxta illud: Cor contritum, & humilitatū Deus non despiciet. Ut peteremus nobis regem. Scilicet hoc fuit malum nostrum, quod non erat malum s. seipsum, sed iniquum erat contra Dei voluntatem, qui volebat specialiter dominari in populo illo, & non permiserunt Israelitæ cum peterent sibi regem. Sciendum tamen, quod ista petitio regis non fuit peccatum a principio, s. antequam Israelitæ cognosceret, an Deus hoc acceptaret, vel non, cum tamen cognouerunt per Samuelem, quod in hoc abiiciebant Deum, & dixerunt nequaquam, sed rex erit super nos peccauerunt supra cap. 8. & 10. Dixit autem Samuel ad populum nolite timere. Vidit Samuel, quod Israelitæ timebant de prauo commisso, & quantum in ipsis erat volebant nunquam petiisse regem, videbat etiam, quod timebant nimis, ideo misertus eorum dicit, quod non timerent, s. quia non erant morituri propter peccatum illud tunc, vel postea. Vos fecistis vniversum malum hoc. Id est vos fecistis malum, propter quod secuta sunt omnia hæc, quæ videtis, hic demonstratur per istud pronomen demonstratiuum peccatum petitionis regis, illud autem non erat presens ad hoc, quod demonstraretur, aliquando tamen fit demonstratio quasi ad oculum eorum, quæ presentia non sunt secundum rem, dum tamen quantum ad intentionem presentia sunt, s. quod de eis intrin-

An a principio petitio regis fuerit peccatum.

Miraculum est, quod pluit tpe messis in terram Chanaan, & quare.

Messis ordeacea quo mense incipit in terra Chanaan.

retamur, vel de eis loquamur: sic autem erat hic, quia Samuel loquebatur de illo peccato. Veruntamen nolite recedere a tergo domini. Id est quamquam peccaueritis, non credatis vos penitus relictos a Deo, vel morituros propter hoc, quia si serueritis ei nihilominus benefaciet vobis, sicut prius fecerat. Est autem recedere a tergo domini, id est recedere a disciplina, vel lege eius: quoniam sequitur alium in preceptis, vel in moribus dicitur ire post tergum illius, cum autem desinit eum sequi, recedit a tergo, scilicet, quod non imitatur vestigia eius, sic recedimus a tergo Dei, quando legem Dei non custodimus. est autem hic metaphora tracta a viatoribus, quia quando aliquis ceteros dirigit in via ille precedit, & reliqui vadunt post tergum illius, & cum aliquis non vult sequi directionem illius, dicitur recedere a tergo eius.

Quid est recedere a tergo Dei.

Gentiles non colebant Deum toto corde.

Et seruite domino in omni corde vestro. Scilicet in tota cogitatione, volitione, & viribus nulli alteri seruientes, est autem iste modus loquendi frequentatus in sacra Scriptura, & prouenit a Gentilibus, nam inter gentes sic erat, quod ipsi non colebant vnicum Deum, sed multos, unde non colebant aliquem eorum toto corde, quia non impendebant vni totum famulatum quem impendere poterant, sed partim vni, & partim alteri. hoc quoque cepit esse inter Iudaeos, nam aliqui Iudaeorum partim colebant Deum verum, & partim idola, sicut patet de Samaritanis, qui Deum celi timebant, & tamen idola colebant infra 4. libro capitulo. 17. sic quoque aliqui de Iudaeis ex genere faciebant, nam quamquam colerent Deum, veruntamen etiam colebant Deos gentium, sicut fuit tempore Samuelis, qui dixit Hebraeis si in toto corde vestro reuertimini ad dominum auferite Deos alienos de medio vestri Baalim, & Astaroth, & preparate corda vestra, & seruite illi soli. & sic patet, quod ad hoc, quod hebraei seruirent Deo in toto corde suo, oportebat quod abicerent Deos alienos, alioquin partim seruirent Deo Israel, & partim idolis, & illud non esset seruire in toto corde. Et nolite declinare post vana. Declinare ad vana est, quando aliquis sequitur viam veram, & deinde recedens ab illa, sequitur viam inutilem, quae ad nullum finem proficit, ita est de Israelitis, qui prius loquebantur Deum verum, si deinde sequerentur idola dicerentur sequi vana, quia illa ad nihil proficiebant.

Quae non proderunt vobis. Scilicet ad liberandum vos de manu hostium: nam idolanihil sunt: ideo nihil operari possunt: Israelitae autem volebant eripi ab hostibus, & ob hoc colebant Deum, sed ad istud nihil proficiebant idola, quod patet, quia non solum poterant non defendere cultores suos, immo etiam non poterant defendere seipsa, quod apparuit, quando intravit arca in terram Philisthim, nam ibi cecidit Dagon Deus Philisthinorum coram illa, vt supra capitulo. 5. sic etiam in Aegypto Deus educens Israelitas inde fecit iudicium super Aegyptios, & super Deos eorum: Numeri capitulo. 33. Etiam non proderant ista idola ad dandum abundantiam bonorum temporalium, quae desiderabant Israelitae, sed Deus dabat hoc Exodi capitulo. 23. quamquam perfidi Israelitae dicebant, quod quando colebant Deum verum veniebat super eos fames, & gladius, cum autem colebant Deos gentium erant saturati, & non inueniebant eos mala. Ierem. capitulo. 44.

Idolum nihil esse.

Nec eruent vos, quia vana sunt. Id est non poterunt liberare vos de manu hostium, scilicet, quia vana sunt, id est nihil sunt: vanum enim vocatur illud, quod non consequitur finem suum, vel vanum, id est vacuum, scilicet, quod in se nihil continet, & ita erant idola vana, quia nihil in se boni continebant, cum solum sint signa, & non res, sicut ait Apostolus prima ad Corinthios. capitulo. 8. Idolum nihil est, id est in se ipso non est aliqua res, sed

signum alterius rei, quod autem nihil est, nullam potentiam habet, sed erueri aliquem ab hostibus est magna potentia, ergo non conuenit idolis.

Et non derelinquet dominus populum suum. Hic dat Samuel bonam spem Israelitis, & quia ipsi habebant hic duos timores, scilicet ad Deum, & ad Samuelem, facit eos confidere quantum ad vtrumque, scilicet, quod nihil mali eueniet, & primo quantum ad Deum, timuerunt autem Israelitas, quod cum ipsi peccauissent hic grauius contra dominum, Deus vellet eos occidere tunc, vel saltem referuaret eis punitionem in posterum, aut si non puniret, saltem relinqueret eos in manu hostium, quae peccauerant, & hoc eis esset idem, ac si occideret eos, quia si a Deo derelinquerentur, necesse erat, vt hostes eos premerent: Samuel autem eos securos facit hic quantum ad Deum, scilicet, quod non occidet eos, etiam quod non derelinquet, quamquam peccauerint, sed reget eos, atque iuuabit, sicut a principio, dum tamē sequerentur eum.

Propter nomen suum magnum. Id est, quamquam Israelitae mereantur relinqui a Deo, tamen Deus non deseret eos propter gloriam nominis sui, scilicet, quia videretur aliquo modo deprimi honor suus, nam dicerent gentes in circuitu, quod Deus Israel non poterat defendere cultores suos ab hostibus, ideo relinquebat eos, ne autem gentes hoc improperearent, Deus uolebat relinquare Israelitas: sic enim, quando vellet occidere omnes in deserto pro adoratione vituli, Moyses dixit ei, quod gentes, quae erant in circuitu, dicerent calidē eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleteret de terra, ita Exodi capitulo. trigesimo secundo. & cum iterum vellet eos delere in Cadesbarne propter murmur rationem, dixit Moyses, quod gentes dicerent, non poterat introducere populum in terram pro qua iurauerat, idcirco occidit eos in solitudine: Numeri capitulo decimoquarto. & istud erat diminui nomen domini, id est fama eius, quia Deus habebat ante hoc famam magnam inter omnes gentes, quod liberasset potentissime populum suum de Aegypto, si autem nunc viderent istam famam, crederent, quod prior fama fuit mendax, & minueretur nomen domini: sic enim dixit Iosue, quando vidit Israelitas fugere a facie gentium, haec facies nomini tuo magno Iosue capitulo septimo. quasi dicat, istum honorem pones tibi ad hoc, quod fama tua magna proficiat, quasi dicat, non proficiet sic, immo deficiet.

Quia iurauit dominus facere vos sibi in populum. Id est, etiam hoc faciet, quia iurauit, quod haberet vos in populum, & si nunc derelinqueret videretur infringi iuramentum illius, Deus enim iurauerat hoc Abraham, quod multiplicaret semen eius, sicut stellas caeli, & quod daret eis terram Chanaan in eternum, vt constat Gene. decimoquinto, & vigesimo secundo. propter hoc autem faciebat bona Israelitis, & non propter merita eorum, vnde Deuteronom. cap. octauo. Ne dices in corde tuo fortitudo mea, & robor manus meae haec mihi omnia praestiterunt, sed recorderis domini Dei tui, quod ipse tibi vires praebuit, vt impleat pactum suum, quod iurauit patribus tuis. Et dicitur hic, quod iurauit vos facere sibi in populum, id est iurauit vos habere in populum. Iam enim acceperat eos in populum a principio, quando elegit patrem eorum Abraham, & separauit eum a ceteris gentibus vel magis, quando dedit eis legem in monte Sinai, & ipsi susceperunt: dixit enim Deus si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum eritis mihi in peculum de cunctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta: Exodi capitulo decimo nono. & tamen quamquam hoc fecisset, poterat Israelitas derelinquere: ideo

ideo dicitur, quod iurauit facere eos sibi in populum, id est retinere semper tanquam populum.

Abstine a me. Hic Samuel securos Israelitas facit quantum ad seipsum, nam supra dicitur, quod timuerunt dominum, & Samuelem: timebant autem Samuelem, quia credebant, quod cum offendissent eum priuando eum principatu in petitione regis, & ipse esset nimis Deo acceptus, quod oraret Deum contra eos, & tunc ipsi perirent, vel saltem non oraret dominum in fauorem eorum, & eodem modo perirent, quod ipsi viderunt, quando erat in Masphat. nam conuenerat contra eos Philisthini, hebrei autem timētes, quod inermes erant, dixerunt necesse est orare ad dominum pro nobis, & tunc cum Samuel oraret pro Israel, & Philisthini inirent bellum, inuonuit Deus de caelo fragore magno super Philisthim, & ceteri sunt ab Israelitis, supra capitulo 7.

Si autem non orauisset pro eis Philisthini circumdantes eos, quia inermes erant, omnes trucidassent, tantum ergo erat Israelitis, quod Samuel desereret eos, sicut quod peteret a Deo, quod occideret illos: ideo Samuel securos fecit eos, quod nunquam desereret eos, etiam si grauius offendissent eum.

Hoc peccatum in domino, vt cesset orare pro vobis. Id est non committam tale peccatum, quod desistam ab oratione, quam pro vobis fundere soleo.

Quando quis tenetur orare pro alio. Et an peccaret Samuel si cessaret orare pro Israelitis. Quasi. XVI.

Dicit enim Samuel, quod peccatum sibi esset si desisteret orare pro Israelitis, quasi diceret se obligatum ad orandum pro illis, eo quod omnis homo tenetur contra nullum alium hominem orare. si pro nullo mala petere: non tenetur orare pro quolibet. Fallit autem hoc in casibus specialibus, si quis videt proximum in maxima aduersitate, & potissime in periculo aeternae, & credit, quod forsitan pro oratione in suam iuuabitur, peccat, si non orat pro eo: nam sicut quis tenetur, cum videt alium in extremo periculo constitutum ad vitę perditionem succurrere ei quantum potest: ita tenetur a fortiori in periculo animae orare, sed hoc speciale est: prelati tenentur generaliter orare pro subditis suis, & agere diligenter curam illorum. Si autem aliquis negligentia eius perierit, requiritur de manu illius, tanquam ipse occidisset illum: sic patet Ezechiel. c. 3. & 33. Fili hominis speculatorē dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annuncabis eis ex me. Si dicente me ad impium morte morieris: non annunciaueris ei, vt auertatur a via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Samuel autem erat ad hoc obligatus dupliciter. Primo, quia erat prelatus, scilicet constitutus index a Deo super Israel, & ante hoc fuerat prelatus quantum ad omnia, tam spiritualia, quam temporalia: nunc autem constituto Saule in regem erat prelatus saltem quantum ad spiritualia, ideo tenebatur orare pro Israelitis. Secundo tenebatur, quia erat propheta: tenetur autem prophetae annunciare populo ea, quae a Deo audiunt, & de eis intelligitur, quod dixit Ezechiel: nam ad Ezechielem dicta sunt haec ipse autem non erat prelatus populi, Samuel autem erat propheta in tempore illo, ideo tenebatur ad erudiendum populum, & orandum pro eis: vnde si cessabat, dicebat se peccare in Deum. Et docebo vos viam bonam, & rectam. scilicet qualiter debeatis colere Deum, quia Israelitae in multis ignorabant: Samuel autem sciebat legem, & super hoc propheta erat sciens Dei voluntatem, poterat ergo dicitur.

Ad quid tenetur prelati.

Alph. Toft. In Primum Regum.

Facere secundum veritatem quid sit. Facere secundum apparentiam, & hoc quia Israelitae quantum ad verbum dicebant se nimis diligere Deum, & velle colere eum, tamen secundum veritatem nihil faciebant sic dixit Ihuas de eis. c. 29. f. Populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est a me: maxime autem conueniebat hoc quibusdam Hypocritis, qui vocabantur Pharisei inter Iudaeos, de quibus Matr. 23. c. f. Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei: omnia quaecumque dixerint vobis, seruate, & facite, secundum opera eorum nolite facere. dicunt enim, & non faciunt: alligant autem onera grauiora, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Et de his dicit Christus, quod intelligitur prelati, auctoritas Ihuas, vt patet Mar. 15. ca. f. Hypocritae bene prophetauit de vobis Ihuas dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me: seruire autem Deo in veritate est non solum verbo, sed magis realiter seruire. Et ex toto corde vestro. Id est seruite domino ex toto corde, quod supra expositum est, vt Deum solum adorarent, & non simul & idola, tanquam vtrisque poterent cul tum impendere: nam cultus Dei, qui sic exhibetur nullus est. Vidistis enim magnifica, quae in vobis gesserit dominus. Id est res magnas, & admirabiles, quod potest dupliciter intelligi: vno modo pro beneficijs impenfis populo Israel, quae supra narrauit Samuel, scilicet vidistis magnifica, scilicet audiistis a me res magnas, quae Deus in vobis praeteritis temporibus egit, ad quas vos fuistis ingrati, nunc autem si amplius manetis in malitia vestra, si ingratitude, vel si declinatis ad idola, sicut ante hoc feceratis, peribitis. Aliter potest intelligi, scilicet vidistis magnifica, id est mirabilia, quae Deus egit nunc coram vobis, scilicet iterum tonitrua, & pluuias, & illa facta sunt ad manifestationem peccati vestri, licet Deus noluit vos occidere nunc: tamen si amplius manetis in malitia vestra occidet vos. Quod si perseraueritis in malitia. Hoc potest intelligi dupliciter: vno modo per ingratitude, scilicet quod Deus multa beneficia contulerat Israelitis, ipsi autem ingrati fuerant, scilicet excludentes Deum a se, & petentes reges; quam iniquitatem Deus remisit, & permisit, quod haberent reges, si tamen ulterius committerent aliquam ingratitude, dicit quod peribunt. Aliter potest intelligi, quod non permaneat in malitia sua, scilicet colendo idola: nam ante hoc Iudaei non coluerunt Deum in toto corde suo, sed partim Deum, & partim idola: vnde Samuel admonuit, quod excluderent Baalim, & Astaroth, & seruirent Deo in toto corde suo, si autem hoc non fecerint, sed manserint in cultu illo idolorum peribunt, & ille cultus est iniquitas, vel malitia. Et vos et rex vester pariter peribitis. Concluditur hic ex omnibus superioribus, quod quamquam Israelitae peccassent petendo regem; tamē non debebant eum dimittere: nam si habendo regem vellet audire vocem domini, prosperarentur, velut si nunquam peccauissent eligendo regem, si autem manerent in malitia sua, non gratulantes, quod eis remisisset hoc peccatum, tam ipsi, quam rex eorum, scilicet qui tunc erat, vel quicumque alius postea veniret, perirent.

Cap.

ILIVS vnus anni erat Saul cum regnare cepisset: duobus autem annis regnavit super Israel. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel: & erant cū Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel, mille autem cum Ionatha in Gabaa Benjamin.

FILIIVS. In superioribus scripta Saulis electione, hic agitur de eius reprobatione: nam non māsit ei regnum perpetuum, sed trāslatum est ad domum David. Fuit autē vt quidam volunt triplex causa reprobationis eius: prima fuit diffidentia, & vlturpatio, l. quia non custodiuit pactum cum Samuele: secunda temeraria iratio, vt fecit cap. tertia cupiditas & electio infra cap. 15. De his autem an omnes fuerint cause reprobationis eius, vel que illarum infra declarabitur. Diuiditur autem prima in quatuor: qā primō ponit diffidentia rō: secundō diffidentis vlturpatio: tertio hostiū incurſio: quartō ad resistendum nulla apparatio. Secunda ibi. At ergo Saul. Tertia ibi. Porro Philisthinorum. Quarta ibi. Porro faber ferrarius. Causa autem diffidentia fuerunt duæ propter percussione Philisthinorum in Gabaa, ex quo putavit Saul, q̄ omnes Philisthini venirent super eum. Secunda fuit dilapsus populi a Saule ppter metum ibi. Quod cum vidisset.

De reprobatione Saulis causa.

Causa diffidentie Saulis.

Cap. 6.

Offo intel ligit filius vnus anni erat Saul.

AN ISTA continuantur ad precedentia. Quæst. I. IRCA primum dubiū est de habitudine huius cap. ad precedentia an sit ordo continuatus, vel sit aliqua transmutatio.

Respondendum est, q̄ ordo continuatus est hic: nam postquam confirmatum est regnū Saulis in Galgala, cepit ipse gerere se pro rege, quia ante hoc status suus erat dubius, cū multi de Israelitis dixissent non regnabit super nos supra cap. 10. ideo tēpore precedenti non fecerat aliquem apparatum tāquam rex, sed manebat in simplicitate sua vacās agriculturæ, sicut prius supra cap. 11. Cum autem confirmatum est regnum eius in Galgala cepit immediate pro rege se habere, & elegit exercitum. Sed hic agitur de electione exercitus, ideo continuus ordo est inter hæc, & precedentia. Patet autem ista cōtinuatio ex verbis Iosephi 6. Antiquitatum dicentis: igitur Samuel dum hæc dixisset Hebræis confirmato secūdo Saulis regno, populū remisit ad propria, Saul igit̄ eligens quasi tria millia virorum ex omni plebe, &c. Ecce qualiter continuauit ea, quæ habentur precedentia cap. ad ea, quæ habentur hic. Item non est putandū, q̄ magnum tempus transierit inter cōfirmationem Saulis, quæ habetur precedentia cap. & inter ea, q̄ hñr hic, quia verisimile est, q̄ Saul immediate, vt cognouerit firmatum regnum suum, voluerit se gerere p rege. Et istud est, q̄ elegerit exercitum, sicut hñr hic. Filius vnus anni erat Saul, cum regnare cepisset. Ista litera s̄m corricem videtur signare, q̄ Saul erat filius vnus anni, ab vno anno genitus, q̄n regnare cepit, quia interdum scriptura describit tēpora regum, q̄n regnare ceperunt, & annos regni, vt sic cognoscatur totū tempus vitæ illorum regum, sic patet de David. j. 2. lib. c. 5. f. filius 30. annorū erat David, cū regnare cepit, & 40. annis regnavit, f. q̄ ipse erat, 30. annorū, q̄n

incepit regnare. Sic et habet Iere. 52. c. de Sedechia, f. filius 21. anni erat Sedechias cum regnare cepisset, & 11. annis regnavit. Sed isto modo non potest exponi litera hæc, quia Saul non erat atatis vnus anni, q̄n incepit regnare: sed iam erat vir integer, quod patet ex eis, quæ habentur supra ca. 9. & 10. Nam si Saul regnasset per successionem, ita q̄ pater suus fuisset rex, non erat mirabile, q̄ vnus anni esset, quando inciperet regnum eius, l. q̄ pater eius citō defunctus fuisset, fuit tamen Saul electus in regem per Deum, vt erueret populū, & ipse fuit primus: ideo oportebat, ut esset vir atatis maturæ. Exponunt ergo quidam, q̄ filius vnus anni erat Saul, id est habebat filium vnus anni, quando incepit regnare, & tunc Saul ponitur in datiuo, l. q̄ ei erat filius genitus ex vno anno.

Aliqui autem volunt, q̄ iste esset Ionathas filius eius. Sed non stat, quia in principio regni Saulis erat Ionathas iam vir fortis potens ad bellum: nam patet, quia dedit ei mille viros, vt maneret in Gabaa, & ibi manens pugnavit contra stationem Philisthinorum, vt patet infra in litera. ideo in principio regni Saulis iste esset plurimum, quā 30. annorum.

Alij autem volunt, q̄ filius, qui erat vnus anni in principio regni Saulis erat Isboeth, q̄ regnavit post Saulem. Iste enim videbatur esse minor inter filios Saulis. Ista est positio Rabani, & est in gl. ordinaria. j. 31. cap. Sed adhuc non stat, quia Isboeth quando vnctus est in regem super Israel erat annorum 40. j. 2. lib. cap. 2. regnum tamen Saulis duravit solum annis 20. nondum completis: nam totum regnum Saulis dicitur esse annorum 40. Act. 13. & in hoc computat̄ simul tempus regni Saulis, & principatus Samuelis, f. a morte Heli sacerdotis: Samuel tamen annis 20. rexit populū, & aliquo tempore vltra, vt patet s. c. 7. ergo manent alij 20. anni, vel quasi pro regno Saulis, sic computat Iosephus 6. Antiquitatum in fine. Cum igitur Isboeth in vltimo anno regni Saulis, scūdo ipse vnctus est in regē post patrem suum erat annorū 40. vt j. 2. lib. ca. 2. oportet q̄ in primo anno regni Saulis esset annorum 20. nō potest ergo intelligi de illo. Aliqui autem volunt, q̄ intelligatur de ipso, eo q̄ Saul dñr regnavisse annis 40. Act. 13. & in fine illius tēporis erat Isboeth annorum 40. ergo in principio regni, vel paulo ante genitus est Isboeth. Sed nō stat, eo q̄ illi 40. anni non attribuantur integraliter Sauli, sed medietas Sauli, vt dictum est. Sed adhuc dicunt, q̄ hic computatur regnū Saulis a morte Heli sacerdotis, quā quā non ceperit immediate regnare, sed 20. annis post, & tunc bñ statet, q̄ Isboeth erat vnus anni, q̄n incepit regnare Saul, sed iste modus loquendi est multum alienus, q̄ scriptura accipit hic distinctē tempora regum nō miscendo, nec computat regnum alicuius, nisi ex eo tempore regnet. Ideo dicendum, q̄ ista litera ponitur ad laudem Saulis, f. q̄ quādo sumptus est in regem erat vnus anni, id est ita innocens, & bonus sicut puer vnus anni, in quo non est macula, & propter bonitatem istam sumptus est in regem, sic patet s. c. 9. f. erat ei filius vocabulo Saul electus, & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo, ponitur autem hic ista laus Saul in bonitate, quia immediate agit de peccato, & abiectioe eius, vt cognoscatur, q̄ bonitas humana valde mirabilis est, Duobus autem annis regnavit super Israel. Istud quod dicitur de duobus annis plurimi Iudæorum accipiunt sic indistinctē, f. q̄ solum regnavit duobus annis, & in fine illorum mortuus fuerit in bello Philisthinorū. Sed istud non stat, quia ipse fecit plurima bella, vt apparet infra sequenti cap. contra gentes multas, quæ non potuisset facere in duobus annis. Deinde ponitur varia persecutio Saulis contra David per totum istum

An Ionathas vel Isboeth filius Saulis esset vnus anni, cum regnare cepisset.

I

R

istum librum, quæ satis videtur requirere magnum tempus, ideo necesse est, quod regnum eius fuerit maioris temporis.

Item Aduinum 13. dicitur, quod Saul regnavit quadraginta annis, & pars illorum pertinet ad Samuelē, vt supra declaratū est, & sunt 20. anni, vel paulo plus. necesse est igitur, quod regnavit Saul annis 20. vel quasi. Item patet hoc, quia Iosephus genere Iudæus, & sacerdos ac inter eos sapientissimus diligenter scribens totam historiam hebræorum ab exordio seculi, dicit regnum Saulis fuisse annorum viginti 6. Antiquitatum. f. regnavit que Saul viuentē Samuele annis 18. mortuo autem illo alios duos, qui huiusmodi habita conuersatione defunctus est: fuerunt ergo tempora regni Saulis plusquam duo anni, quia tamen dicitur hic de duobus annis regni eius oportet, q̄ hæc referatur ad alium sensum. Potest autem intelligi vno modo, q̄ regnavit duobus annis, scilicet quod transierat duo anni de regno eius, antequam faceret ea, quæ habentur hic. f. q̄ eligeret exercitum: nam cum dicitur hic duobus annis regnavit super Israel, sequitur: & elegit sibi tria millia de Israel. f. postquā regnaverat istis duobus annis, & iste sensus satis est cōueniens. f. quod computato tempore a principio regni Saulis, vsquequo pugnavit contra regem Ammon, & tēpore, quo inde fluxit, vsquequo elegit tria millia virorum inueniuntur duo anni, vel quasi: nam in scriptura annus incēptus pro completo habetur: satis autem verisimile est, q̄ a principio regni Saulis, vsquequo elegit sibi exercitum, de quo hic, fluxissent quasi anni duo. f. annus, & dimidius.

Alter potest intelligi, q̄ regnavit duobus annis. f. in bonitate: nā hic dicebatur, q̄ filius vnus anni erat Saul cum regnare cepisset. ita immaculatus, sicut si esset vnus anni, manens autem in hac innocentia solum regnavit duobus annis, reliquum autem regni eius fuit in iniquitate, quia nō obediuit dño, & persecutus fuit David, fecitque alia mala plurima.

Hanc sententiam tenet Nicolaus, & dicit poni hic totum tempus regni eius, quasi nihil amplius regnaverit, eo q̄ non mansit in bonitate maiori tempore. Ista sententia est satis conformis literę precedentis. f. tēpore vnus anni erat Saul. Alter potest intelligi, q̄ regnavit duobus annis. f. computando, vsque ad tēpus, quo David vnctus est, nam cum Saul effectus fuisset manus iussit Deus Samueli, q̄ vngeret David in regē, quod fecit infra 16. c. & vsque ad illud tempus fluxerunt duo anni de regno Saulis, quibus dicitur regnavisse, eo q̄ tunc proprie ipse erat rex: nam dato, q̄ nequam esset, quia tamen vnctus fuerat a Deo, & toto populo, habebat titulum regnandi. Postq̄ autem Deus fecit vngi David cū per vnctionem conferat̄ titulus, & non possint duo hñe in solidum titulum eiusdem rei, non poterat iam Saul hñe titulum regni cū David incepisset hñe, quia Deus dedit ei titulum, qui iuste pot mutare dominia rerū. ex illo ergo tpe Saul non fuit rex, sed iniuste, vel per violentiam possidebat rem. Iste sensus satis est solidus, q̄ vñr ei obuiare computatio tēporum regnum, quia si isti duo anni solum computarentur de regno Saulis necesse esset, q̄ omnes alij anni, quibus regnavit computarentur in regno David, & sic non diceretur, q̄ regnavit David solū 40. annis, vt patet infra 2. lib. c. 1. sed q̄ regnavit pluribus, quā quinquaginta: nam 18. anni, vel quasi de regno Saulis deberent computari sub eo, sed non computantur.

Item sequetur aliud. f. hoc mō David esset annorum 12. q̄n vnctus est in regē, quod patet, quia mortuo Saule fuit immediate David vnctus in regē super tribū Iuda, & tunc erant annorū, vt hñr 20. j. 2. lib. c. 5. sed Saul regnavit annis 20. vt declaratū est, ergo in primo Alph. Toft. In Primum Regum,

David quo tennis esset quādo vnctus fuit.

anno regni Saulis erat David annorum decē, sed hic dicitur, q̄ regnavit quobus annis Saul, & volumus, q̄ post illos duos vnctus fuerit David: ergo erat duodecim annorum quando vnctus est, quod aliquis forte non habebit pro inconuenienti: nam infra 16. cap. dicitur. Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oves. Et dixit hoc Itai de filio suo David, quem volebat vngere Samuel, & immediate deus fuit ac vnctus.

Sed non stat, q̄ tam paruulus esset, vt tunc esset annorum duodecim, nā eodem cap. dicitur, quod a die illa, qua David vnctus est in regem, directus est in eo spiritus domini bonus, & recessit a Saule, atque exagrabat eum spiritus nequam, sed immediate dicitur quod serui Saulis dixerunt ei, q̄ prouideret sibi hominem scientem psallere, vt cum spiritus nequam arripere eum psalleret coram illo, & leuius ferret, & tunc vnus de seruis Saulis dixit ei: ecce vidi filium Itai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, si ramen David tunc esset duodecim annorū, vel tredecim, non dicerentur de eo ista, quia hæc pertinent ad virum fortem, qui iam est plurimum, quā viginti annorū: ergo a principio regni Saulis vsquequo vnxit Samuel David, transierunt plures, quā duo anni, scilicet decem, vel amplius. Satis ergo videtur bona ista sententia, sed quia patitur ista inconuenientia, recurrendum est ad alios duos sensus precedentes: quicumque enim illorū satis conueniens est.

Veritas a Gloria.

Cum Saul hebuerit multa peccata, vsque ad quod peccatum suum computantur isti duo anni. Quæst. I I.

QVÆRET aliquis dato, quod intelligamus literam istam, quod regnavit Saul duobus annis, scilicet in bonitate: postea autē fuit iniquus, ipse autem fecit multa peccata, vsque ad quod illorum computetur iste terminus duorum annorum. Peccauit enim primo, quando non expectauit Samuelem vsque ad septem dies in Galgala, & dixit ei: stultē egisti infra in litera. Peccauit etiam postea, quando missus est contra Amalecitas, & non occidit regem, nec pecora infra 15. cap. peccauit etiam sepissime persequendo David iniuste, vt patet ex processu libri huius. Peccauit etiam, quia occidit iniuste sacerdotes domini, & destruxit urbē Nobæ propter eos infra cap. 22. Peccauit etiam, quia cōsuluit phytomissam de aduentu belli. infra 28. cap.

Aliquis dicet, q̄ computantur isti duo anni vsque ad peccatum primum, quod fecit, f. non expectando Samuelem debito tempore: nam propter primum peccatum perdidit ipse innocentiam, sed s̄m hñc expositionē isti duo anni fuerunt, quibus vixit innocenter, sicut puer vnus anni, ideo oportet q̄ vsque ad illud computentur isti duo anni.

In contrarium aliquis dicet, q̄ non stat: nam si ab illo peccato computaretur, non trāsuisissent duo anni de regno Saulis: immo nec vnus mēsis, quia supra cap. 10. quando Samuel vnxit Saulem, dixit: Descendes ante me in Galgalam, ego quippe descendam ad te, vt immoles hostias pacificas dño septē diebus expectabis donec veniā ad te. De istis autē septē diebus dñr j. in litera, q̄ non plenē expectauit Saul Samuelē septem diebus, & ob hoc peccauit: ergo a principio regni Saulis, vsque tunc nō transierat duo anni, sed secundum hanc expositionē regnavit duobus annis, antequam peccaret, ergo nō intelligit de hoc peccato. Item dñr, q̄ Saul regnavit duobus annis anteq̄ peccaret. f. anteq̄ faceret peccatum aliquod, pp quod Deus ei auferret regnū, sed non fecit aliquod peccatum, p quo Deus eū priuaret ante p̄l̄m, q̄ fecit relinquēdo regē Amalec viuū, & pecora multa: ergo

Cc 2 ab illo

ab illo tempore computari debet. Apparet hoc infra 15. cap. c. Erat Samuel ad eum: scidit dominus regnū Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te: ergo ante diē illum non fuerat scissum regnum de domo Saulis, & toto tempore precedenti regnare dicebatur. Item patet, quia quando ponuntur peccata, pro quibus Saul priuatus est regno, & occisus, non computatur peccatū, quod habetur hic de expectatione septem dierum, sed alia peccata, vt patet 1. Paralipo. cap. 10. f. mortuus est Saul propter iniquitates, eo q̄ prauaricatus sit mandatum domini, quod praeceperat, vt custodiret, insuper & phytionissam consuluit, nec sperauit in domino, propter quod interfecit eum: ergo ab aliquo illorum peccatorum debet accipi terminus iste duorum annorum, & nō ab isto, de quo hic.

Respondendum est, q̄ oportet cōputari istos duos annos vsque ad primum peccatū Saulis, quia isti duo anni sunt de regno in innocentia Saulis, sed innocentia eius ablata est per primum peccatum, ergo ab illo computandum est. Item non solum Saul nō fuit bonus post primum peccatum, sed etiam pro illo Deus priuauit eum regno, vt patet infra in litera, s. dixit Samuel ad Saulem: stultē egisti, nec custodisti mandata Dei tui, quā praecepit tibi, quod si non fecisses iā tibi praeparasset dñs regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam regnum tuum confurgeret: quasi tibi dominus virum iuxta cor suum, & praecepit ei, vt dux esset super populum suum, eo q̄ non seruaueris, quā praeceperit dominus: ergo p̄ isto peccato fuit priuatus regno, & ab hoc debet accipi terminus horum duorum annorum.

Item si nō accipitur ab hoc peccato terminus regni, non erit maior ratio, q̄ accipiat a secundo peccato, quā a tercio, & quā ab vltimo, & tunc diceretur, q̄ non solum Saul regnauit duobus annis, vsque quo peccauit, sed etiā regnauit. 20. quia in extremo vitā suā, san tequam moreretur per tres dies, vel duos peccauit, s. quia consuluit phytionissam, vt infra cap. 28. regnum tamen suum fuit annorum 20. vt supra dictum est, ergo debent computari hic 20. anni regni Saulis. Nisi forte dicatur, q̄ istud primum peccatum fuit tale, quod non meretur dici peccatū, ideo transitur ad secundum. Sed falsum est, quia infra dī, q̄ regnum Saulis nunquam confurgeret p̄pter hoc, & q̄ iam Deus quesierat aliū virum vsque ad illud, ergo in tempus debent computari isti duo anni.

Ad rationes in contrarium respondetur. Ad primā cum dicebatur, q̄ non potuit esse istud peccatū duobus annis, postquam Saul incepit regnare, immo nec vno mēse, sed solum septem diebus. Dicendum q̄ non sunt computandi isti septimi dies ab illo tempore, quo Samuel ista dixit: nam litera ipsa repugnat supra cap. 10. f. Septem diebus expectabis me, donec veniam, ergo isti septimi dies computandi erāt postquam venisset Saul in Galgalam, est autē sensus literę, vt ibi declaratū est, q̄ Samuel in hoc instruebat Saulem qualiter se deberet habere circa pericula quādo cunctis ei euenerent, & dixit, q̄ iret in Galgalā, & ibi expectaret septem diebus eum primo illi significans periculū, quod accidisset, & tunc descenderet Samuel in Galgalam ad Saulem. Poterat ergo istud quod dicitur de septem diebus accidere post duos, vel tres annos, vel etiam in fine regni Saulis, quia illa regula data erat ad omne tempus, quando cunctis Sauli accideret pericula: potuit ergo esse in fine duorum annorum regni Saulis, vel anni, & dimidij, q̄ accideret istud periculum Philisthinorum, & tunc descendit Saul in Galgalam, & peccauit.

Ad secundam rationem, cum dicebatur, quod nō

fuit Saul priuatus regno a Deo pro aliquo peccato ante peccatum Amaleitarum: dicendum quod fuit priuatus regno immediate propter istud peccatum, vt patet infra in litera, scilicet, quod si non fecisses, iā nunc praeparasset dominus regnum tuum sup̄ Israel in sempiternum, sed nequaquam ultra regnum tuū confurgeret: quasi tibi dominus virum iuxta cor suum, & c. Et cum dicitur infra ca. 15. scidit hodie dominus regnum Israel a te, nō est sensus, quod tunc primo priuauisset eū regno: priuauerat enim ante hoc, sed peccatum primum poterat habere veniam, & habuisset si Saul non addidisset secundum: ideo proprie in secundo abscissum est regnum, de quo magis infra in litera declarabitur.

Ad tertiam. Ad tertiam rationem, cum dicebatur, quod inter iniquitates, p̄ quibus Saul regno priuatus est, & mortuus, non computatur istud peccatum. Dicendum q̄ etiam si ibi non computaretur, non sequebatur, non esse peccatum illius: nam alia peccata fecit Saul, quae non computantur patet primo Paralipo. cap. 10. scilicet. Occidit sacerdotes domini, deleuit urbem Nob, & persecutus est iniuste Dauid, pro quorum singulis mercebatur perdere regnum. Sed ad huc aliter respondendum est, scilicet, q̄ computatur ista iniquitas inter peccata Saulis 1. Paralipo. cap. 10. Nam dicitur: mortuus est Saul propter iniquitates suas, eo q̄ prauaricatus sit mandatum domini, quod praeceperat, & non custodierit illud: sed istud peccatū, de quo hic, fuit prauaricatio mandati domini, vt patet infra, s. Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quā praeceperat tibi. & iterum ibidem: Quasi tibi dominus virum iuxta cor suum, & praecepit ei, vt esset dux super populum suum, eo q̄ non seruaueris, quā praeceperit dominus. ergo ista iniquitas computata est inter illas, pro quibus Saul priuatus est regno. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel. Id est tria millia virorum pro exercitu. Illud fuit immediate post confirmationem regni: nam Saul sciebat, quod Israelitae petierant regem ad hoc, quod liberaret eos de manu hostium supra cap. 8. scilicet: Rex noster egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra p̄ nobis: Deus quoq; ad hoc elegerat Saulem, vt patet supra cap. 9. scilicet: Mittam ad te virum de terra Benjamin, & vnges eum ducem super populum meum Israel, & saluabit populum meum de manu Philisthinorum. Samuel quoque hoc ei commendauit, quando vnxit eum secrete dicens: Ecce vnxit te dominus super hereditatem suam in principem, & liberabis populum eius de manu inimicorum eius. Saul ergo electus a principio regni hoc agere voluit, sed q̄ in principio status eius fuit dubius, dicentibus quibusdam: Saul non regnabit super nos supra 11. cap. interim siluit rusticam vitam ducens vsque ad pugnam cōtra Ammonitas, tunc autem quia cōfirmatus fuit in regem incepit toto animo se disponere ad hoc, quod pugnaret contra hostes. Elegit ergo exercitum, scilicet tria millia virorum, quod fuit in principio regni: nam postea cum quotidiana essent bella continue augebat exercitum, & quemcunque inuenisset virum fortē, & aptum ad praelium, sociabat sibi sequenti cap.

Et erant cum Saule duo millia in Machmas, & in monte Bethel. Diuisit Saul istum exercitum ad custodiam terrae, & partem eius accepit ipse, partem verō tradidit Ionathae filio suo: morabatur autē tūc Saul in Machmas, & Bethel, quia ista loca erant propinqua terrae Philisthij, & contra Philistinos erat p̄cipuē insultus: sunt autem istae duae vrbes, s. Bethel, & Machmas: est enim Bethel in sorte Benjamin, vt patet Iosue 18. c. de Machmas non apparet an esset in eadē tribu, quae non ponitur inter vrbes Benjamin. Et cum dī, q̄ erat Saul

Ad tertiam.

Ionathas vir belliosus.

Saul in his vrbus est intelligendū, q̄ aliquando erat in vna earum, & aliquādo in alia, quia ipse inter se modicum distat. Vel potest aliter intelligi. s. quod Saul diuisisset exercitum duorum millium virorum, & aliquos haberet secum in Machmas, & alios haberet in Bethel sub aliquo alio duce, sicut posuerat mille viros cum Ionathā in Gabaa. Sed primus sensus est melior. Dicit autem Iosephus, q̄ habebat Saul istum exercitū in vrbe Bethel: hic autem dicitur, quod erant in monte Bethel, quae aliquis forte existimat esse vnum, & eundem locum. Sed falsum est, quia Bethel est in terra Benjamin Iosue c. 18. Bethlehem autem in sorte Iudae Mar. c. 2. Sed dicendum magis, q̄ fuit corruptio quaedam in litera Iosephi propter similitudinem literarum inrer Bethlehem, & Bethel. Mille autem cum Ionathā in Gabaa Benjamin. Erat enim Ionathas vir fortis, & bellicosus, quando accepit Saul principatum, ideo immediate commisit ei exercitum, vt per se esset in vrbe Gabaa cōtra hostes, & quia erat vir fortis pugnauit contra eos, & percussit, vt patet infra. Dicitur autē in Gabaa Benjamin, quia ista ciuitas erat in sorte Benjamin, vt patet Iosue c. 18. Ponitur autem hoc ad differentiationem, quia aliquando Gabaa reperitur in alijs vrbus, vt patet supra c. 7. f. venerunt viri Cariathiarim, & relaxerunt arcem domini, & intulerunt eam in domo Aminadab in Gabaa, & sic ponitur Gabaa in Cariathiarim, est tamē Cariathiarim in sorte Iudae Iosue c. 15. ideo positum fuit hoc ad differentiationem hic. Sic ēt fit interdum in quibusdam alijs nominibus locorum, sicut patet in isto nomine Bethlehem: nam reperitur Bethlehem in terra Iudae, vt patet Michae. c. 5. & Mar. c. 2. reperitur etiam Bethlehem in tribu Zabalon: Iosue c. 19. ideo nominatur eum differentia Mar. c. 2. f. Bethlehem Iudae. Porro ceterum populum remisit vnumquemque in tabernacula sua. Id est de reliquo populo nullum accepit, sed misit omnes ad vrbes suas intelligit autem hoc de tempore, quo venerit Israelitae de bello contra Ammon: nam ibi veniebat multus populus Israel. s. 30. millia virorum, vt patet supra c. 11. qui omnes cum Samuele confirmauerunt regnum Saulis in Galgala, quo facto accepit immediate Saul tria millia virorum, quae elegit de tota illa multitudine: omnes autem alios viros. s. 27. millia remisit ad loca sua: dicitur autem, q̄ misit eo, q̄ tunc, quando ipse elegit ista tria millia omnes congregati erant. Vel posset intelligi de toto exercitu Israel: nam ante Saulem erant Israelitae habentes exercitum: vnde quando ipse recessit de Masphat in vrbem suam, dicitur q̄ pars exercitus quorum Deus tetigerat corda, fuit cum eo: reliqua autē pars magis cōtempserat illam supra c. 10. & potest intelligi, q̄ de ista multitudine exercitus accepit ipse partem, quam voluit. tria millia virorum. Sed primus sensus melior est, quia dicitur: ceterum populū, in quo significatur magna multitudo. s. omnes, qui iuerant ad bellum contra Ammon, & nunc erant cōgregati in Galgala. Percussit Ionathas stationem Philisthinū, quae erat in Gabaa. Posuerat enim Saul Ionathā in Gabaa cum mille viris: ipse autem erat cum duobus millibus in Bethel, vt patet supra, & tunc pugnauit Ionathas contra stationem Philisthinorum, id est cōtra aciem, vel multitudinem eorum, quae erat in Gabaa, & percussit eos abigens inde. Erat Ionathas vir fortis & animosus valde, aggrediens semper res magnas: vnde nondum facto aliquo bello contra Philistinos tempore Saulis ipse cum mille viris suis ausus est aggredi, & percutere Philisthinorum stationem: maiora autē postea ausus est: nam conueniente numero Philisthinorum exercitu contra Israelem, de quo infra in litera ipse cum vno armigero suo ausus est ingredi in illorum congregationem, & percussit ex illis viros Alph. Ios. in Primum Regum.

multos, scilicet 20. postea autem reliqui inter se conrurbati multis vulneribus concidebant ira precedēti cap. & sic fugati sunt Philisthini a facie Israel.

Quomodo statio Philisthinorum erat in Gabaa, & quomodo Ionathas pugnauit contra illam. Quest. III.

Quaeret aliquis de ista Philisthinorū statione, quō erat in Gabaa, vel quō pugnauit contra eam Ionathas. Aliquis dicit, q̄ statio ista erat acies quaedā, vel multitudo Philisthinorum, quae veniebat in pugnam contra Israel, & cum perueniret vsque ad Gabaa, vbi erat Ionathas pugnauit cōtra illam multitudinem, & percussit sunt Philisthini.

Sed non stat, quia statio ista Philisthinorum non erat nouiter veniens ad bellū, sed erat ex magno tempore in terra Israel: fluxerant enim iam duo anni, vel quasi de regno Saulis, & tamē antequam ipse regnaret, erat statio Philisthinorum in terra Israel, in Gabaa, vt patet s. c. 10. cum dixit Samuel ad Saule, post hac veniens in collē dñi, vbi est statio Philisthinorū, ergo ab illo tpe, & ante erat statio illa, & non venerat ad bellum nunc. Item apparet hoc, quia dī, q̄ statio ista erat in Gabaa, & Ionathas erat in Gabaa, nō posset autē illa esse in Gabaa, si venisset ad pugnam, nisi prius Philisthini expugnassent Ionatham. Sed falsum est, quia ipse potius percussit stationē, quae erat in Gabaa. Item non videtur, q̄ venit ad bellum statio ista, quia tunc, quamquam percussisset Ionathas istos Philistinos, nō rupisset pacem, sed magis Philisthini, sed Israelitae, facto hoc, parauerunt se contra Philistinos tanquam rupissent fœdera, vel aliquod aggrauatorum illorum fecissent, cum dicitur j. quod cū audissent hoc Philisthini, Saul cecinit buccina in oī terra, dicens: Audiant Hebrei, & c. Item dicitur infra, q̄ immediate descendit in Galgalam, & torus populus Israelitarum descendit post eum. Apparet etiam hoc, ex eo, quod fecerant Philisthini: nam hoc audito congregati sunt ad pugnam contra Israel, si autē Philisthini cepissent hic bellum, non diceretur, q̄ tūc congregati sunt ad pugnam contra Israel: nam prius congregati essent. Item patet clare, quia dicitur infra, q̄ Saul cecinit per totam terrā Israel, s. percussit Saul stationem Philisthinorum, & erexit se Israel aduersus Philisthim, ergo in ista percussione Israelitae abstulerunt sibi aliquod iugum, quod ante habebat, cum dicitur, q̄ erexerunt se contra Philisthim, & ipsi inchoauerunt hoc.

Respondendum est, quod ista Philisthinorum statio non venerat ad bellandum contra Israel, sed manebat ab antiquo in terra illa, & hoc quia Philisthini erant domini Israelitarum, & premebant eos tributis, imponebantque eis leges, quas volebant. Ad faciendam autem hac omnia seruari, & vt non rebelarent Israelitae contra Philistinos, erat posita acies eorum in Gabaa, quae proprie vocatur statio a stando dicta, eo quod illa non veniebat ad bellum, sed ab antiquo ibi erat: ista statio Philisthinorum est, quae cogebat Israelitas non habere fabros ferrarios in terra tua, sed ad omnia opera operandi ferri descendebant in terram Philisthim, vt patet infra: hanc enim legem posuerant Philisthini, quam nō obseruassent Israelitae, nisi essent aliqui conuene de Philisthini in terra Israel, qui cogere ad obseruāciam illius legis, alioquin nescientibus Philisthis Israelitae haberent fabros armorū: vnde ad hoc dicit Iosephus fuisse stationem istā in terra Israel. 6. Antiquitatū, s. Palestini, nāque, q̄ in Gabaa morabant, arma Iudae abstrulerāt, & muni-

Responsio aucto.

E

& munitissima loca suisque castris opportuna detinebant, interdicentes Hebræis ut ferro, propter quod agricolæ siquod instrumentum esset necessarium ad culturam venientes ad Philistinos fabricabāt illud. Ita etiam statio continebat populum, ne faceret seditiones non permittendo cōgregationes fieri Israelitarum ad cōsilia, ut sic non rebellarent. hanc stationem percussit Ionathas: nam Saul, qui vnctus erat ad liberandum Israelitas de manu Philistinorum, voluit huic dare operam: ideo fecit qd filius suus iniret bellū cōtra Philisthijm: ista enim erat occasio libertatis Iudæis & belli: nam statio Philistinorum, quæ erat in Gabaa premebat Israelitas seruitute Philistinorum, scilicet, ut seruarentur leges postitæ a Philistinis, & ut colligerentur tributa. Excluserunt ergo Hebræi hanc stationem, quia ea existente non poterāt Israelitæ esse liberi, & quia hoc faciendo nimis præiudicabant Israelitæ Philistinis, Saul parauit se ad pugnam annuncians hoc per totam terram Israel, ut patet infra in litera. *Quod cum audissent Philistini.* Non illi Philistini, qui erant in statione in Gabaa, sed illi, qui erant in terra Philisthijm, laudierunt, qd Israelitæ percussissent stationem suam. Tunc enim Saul fecit ea, quæ infra dicuntur. Et non est intelligendum, qd fecerit, quando illi audierunt, quia nesciebat Saul, quādo illi audiebāt, sed dicitur: Quod audissent Philistini, i. cū Saul putasset eos audire, quod fuit immediatē post expugnatam stationem, quæ erat in Gabaa: credens enim Saul, qd Philistini immediatē hoc scirent, nam non poterat latere eos, cum magnum damnum eis nunc intulissent Iudæi, eratque terra eorum coniuncta, ideo Saul immediatē se parauit ad bellum putans, qd immediatē sciretur hoc a Philistinis. *Saul cecinit buccina in omni terra.* Id est fecit cani: non enim canebat ipse, sed præcones missi velociter per omnē terram Israel, quod faciebat ad hoc, qd congregarentur omnes Israelitæ post eum ad pugnam, buccina autem signum pugnæ erat.

Quare Saul non diuisit boues ad rotandum Israelitas ad bellum, sicut fecit in bello contra Ammon. Quæst. IIII.

QUÆRET aliquis quare Saul nō diuisit hic boues in frusta mittens per oēs terminos Israelitarum, ut cito venirent, sicut fecit in bello contra Ammon. Nam cum mississet particulas bouum minutatim cōsorum per nuncios suos in totam terram Israel omnes Israelitæ videntes obstupuerunt. Inuasit enim eos timor Dei, & egressi sunt quasi vnus vir supra cap. 11. sic autem cū Saul vellet hic congregare omnes Israelitas in bellū, quia maius certamen erat, quàm contra Ammonitas debuisset eos sic vocare.

Respondendum est, quod non expediuit sic vocari, quia vocatio illa per particulas bouum fuit facta ad incutiendum timorem: Saul enim non se gerebat totaliter pro rege, eo qd Israelitæ contempserant eum a principio, quando electus est, cum multi eorum dixissent, non regnabit super nos, ut constat supra c. 11. timuit ergo, qd non obediretur mandato suo de vocatioe ad pugnam, ideo volens eis incutere terrorem misit boues in frusta celsos significans animositatem suam, adiciens etiam verba dura, scilicet quicumque non exierit, secutusque non fuerit Saul, & Samuel sic fiet bobus eius, & tūc timuit populus, & exiuit ita supra cap. 11. Nūc autem Israelitæ timebant Saulem, & amabant scientes, quod esset idoneus ad bellum, eo quod pugnaisset fortiter contra Ammonitas: vnde confirmato regno eius gratis se subiecerunt ei, sicut habetur supra cap. 11. credens ergo Saul, qd Israelitæ

litæ cōfessim obedirent ei ad omnia, quæ iuberet, nō misit particulas bouum, sicut prius timorem inculsurus, sed fecit vocari clangore buccina, quod est signum bellicum.

Sciendum autē, qd istæ buccinæ erant argenteæ, & sacre, scilicet, quæ erant in Sanctuario custoditæ: nā Deus iusserat Moyse facere duas buccinas argenteas Numc. cap. 10. & iussit qd Israelitæ clangere illis in bello, ut Deus recordaretur eorum. ipse autem fecerunt multas: nam in introitu in terram Chanaan cōtra Iericho pugnaturi Hebræi præmittent septem sacerdotes cum septem tubis, ut patet Iosue. ca. 6. Porterant tamen istæ esse alię tubę de vulgaribus, & non sacris: nam ad bellum iustum erat, qd Israelitæ vterentur sacris tubis, nunc autem non erat bellum, sed erat congregatio ad bellum, postea autem in bello reuebantur clangere tubis sacris. Sciendum tamen quod si istę tubę, quibus fecit Saul vocari populum, erant sacre, oportebat, ut clāgerent in eis sacerdotes, & ipsi mitterentur per omnes partes Israel ad vocandum Israelitas: non licebat enim alijs clangere in buccinis illis, quia erant sacre, sic patet Numc. cap. 10. scilicet. Filij Aaron sacerdotis clangent tubis, eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. *Dicens audiant Hebræi.* Id quod audierunt, & quod præcones clamabant, erat quod infra dicitur, scilicet percussit Saul stationem Philistinorum, & exiit se Israel aduersus Philisthijm: hoc em iubebat cani Saul tanquam ipse non iuberet vocari Israelitas ad bellum ex arbitrio suo, sed significabat eis quid factum esset, ut scirent an opus esset bello, & tunc ipsi omnes libenter congregati sunt ad Saulem, ut patet infra.

Et vnuerfus Israel audivit huiusmodi famam. Scilicet istam famam, quam canebant nunciij tubis, & dicitur qd audivit vnuerfus Israel, quia missi fuerant nunciij per totam terram Israel, sicut dicitur supra, Saul cecinit buccina in omni terra. *Percussit Saul stationem Philistinorum.* Istud est quod canebant tubicines, & est exhortatiuum ad bellum, & quamquam non ponitur per modum præcepti, sed per modum indicationis facti, tamen præceptum erat, qd congregarentur omnes Israelitæ, dicitur autē quod percussit Saul stationem Philistinorum, quamquam secundum veritatem non percussit ipse, sed Ionathas, ut patet supra, quia tamen Ionathas erat constitutus sub rege, & fecit hoc auctoritate illius, dicebatur ipse fecisse, & ex nomine suo mittebat illud denunciari per rotum Israel, & hoc etiam forte erat, quia volebat Saul sibi gloriam, & propter hoc omnia gesta magnifica, quæquam essent aliorum, volebat sibi attribui, alioquin irascebat. Sic patet cum reuenteretur Saul de bello contra Philisthæos: mulieres namque tūc exeuntes canebant, dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia, iratusque est Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste, dixitque: dederunt Dauid decem millia, & mihi dederunt mille infra cap. 18.

Et exiit se Israel aduersus Philisthijm. Istud etiam denunciabant tubicines: quamquam enim Israelitæ nō se erexissent cōtra Philisthijm, quia ipsi nihil horum sciebant: tamen quia rex exiit se, dicitur, quod ipsi se erexerāt. Nam quod rex agit, totum regnum agere dicitur, eo qd in persona omnium agit, & ad eum spectat omnis dispositio istorum: dicitur autē quod exiit se Israel, id est rebellauit aduersus Philisthijm: nam ante Philisthini erant domini Israelitarum, sga imponebant eis tributa, & leges quascunque vellent: intantum qd cogere eos non habere arma, nec aliquos fabros ferrarios: tolerabāt etiam Israelitæ, quod essent in terra Philisthini ad opprimendum eos, & compellendum obsequare leges Philistinorū, nunc autem

Buccinæ
cuius
modi
talli
erant

Opin
quæ
reucitur.

QUÆRET aliquis quare Saul descendit in Galgalam annuncio bello, & ibi congregauit exercitum: Aliquis forte respondebit, qd hoc fecit, ut exiret obviani hostibus ad aliqua loca propinquiora, sicut fecerat in bello contra Ammon. Nam non congregauit exercitum in loco, in quo ipse erat, sed in quodam alio loco magis coniuncto terre Ammon. In Bezech, ut patet supra ca. 11. est. nulle locus magis coniunctus Ammonitis, quàm Gabaa, vbi illo tempore morabatur Saul, ut declaratum est. eod. cap. Sed dicendum, qd non stat, quia Galgala non erat locus magis coniunctus illi loco, vbi nunc erat Philisthini congregati contra Saulem, quam locus, in quo tunc habitabat Saul: nam Philisthini conuenerant in Machmas, ut patet. j. ibi autē morabatur Saul. Serant duo millia cum Saul in Machmas, & in monte Bethel, Galgala autem distabat inde, quia erat apud Iordanem. vbi primo castrametati sunt Israelitæ introeuntes in terram Chanaan, die qua transierunt Iordanem. Iosue. ca. 4. ergo magis videbatur Saul recedere ab hostibus, quam appropinquare. Sed aliquis dicet, qd Saul non erat tunc in Machmas, sed in monte Bethel, quia supra dicit, qd erat cum Saule duo millia in Machmas, & in monte Bethel. dicitur autem, qd Galgala erat locus magis coniunctus hostibus, qd Bethel, vbi tunc erat, ideo descendit in Galgalam, & fecit, qd illuc cōueniret totus populus. Sed hoc non stat, quia Philisthini posuerunt castra sua in Machmas, sed Machmas est apud Bethel, ergo magis distat inde Galgala, quam Bethel, quod patet, quia infra dicit, qd Machmas est ad orientem Bethauem. cuiusdā loci, qui vocatur Bethauem, apud Bethauem autē est Bethel, ut patet Iosue. ca. 7. f. cumque mitteret Iosue de Iericho viros j. Hay, qd est in xtra Bethauem ad orientalē piagā oppidi Bethel, ergo Machmas Bethel, & Bethauem sunt loca pinncta. Apparet et hoc, quia Galgala est in extremitate terre Chanaan a parte orientali. f. apud Iordanē, ut patet Ios. c. 4. Bethel autē est locus magis occidentalis in sorte Benjamin, ut patet computando ciuitates, quæ habentur in sorte Benjamin, & incipit numerus earum ab oriente, ut Iosue. ca. 18. Philisthini autem veniebant a parte occidentali, quia terra sua est occidentalis in terra Chanaan prope mare mediterraneum, ut patet Iosue. c. 15. ergo quanto magis aliqs recederet a loco in quo posuerant castra Philisthini, tanto magis accedebat ad Galgala, sed Galgala est in extremitate terre Chanaan ad orientem: Ios. c. 4. ergo cum illuc iret Saul, magis recedebat a castris Philistinorum, quam in quocunque alio loco esset. Dicendū est igitur, qd non faciebat hoc Saul, ut magis accederet ad hostes, sed potius, ut impleret mandatū Samuelis: dixerat. n. sibi Samuel, qd vnxit eum in regem, qd faceret quodcumque inueniret manus eius. i. quodcūque posset pro libertate patrie, & si aliqd periculū sibi eueniret deiceret ante eum in Galgalā, ut ibi offerret victimas pacificas, & ostenderet ei quid facere deberet supra c. 10. & quia nunc grauissimum periculū acciderat Sauli, si quia veniebant oēs Philistini contra eum descendit in Galgalā, ut ibi erudiret a Samuele quid facere deberet. Apparet hoc, quia dicitur, qd expectauit ibi septē diebus iuxta placitum Samuelis; & cū non veniret in leptimo fecit sacrificium, ut patet. j. si autē Samuel alium locum assignasset Sauli, in quo eū expectare deberet illuc iussit: non enim descendit in Galgalā, ut magis appropinquaret hostibus, nec rursus, ut ab eis fugeret. *Et Philistini congregati sunt ad pugnam contra Israel.* Scilicet, qd audierunt, qd Israelitæ percussissent stationem suā, & forte non solum congregati sunt hic Philistini, sed et multæ aliæ gentes de confinibus suis cum eis. Nam tantum exercitū congregari de terra Philistinorū, quantus. j. nominat, difficile alicui videret. qd in hoc nihil moueri deberemus, cum Philistini essent multi nimis, quia terra eorū, licet non esset nimis spatiosa, erat tñ valde populosa. *Triginta millia currum.* Nunquam legitur tātus numerus currum ab aliquo congregatus, quamquā exercitus aliqui fuerit maior congregatus ab alijs: nam in alijs regibus potentissimis pro abundantia habebatur qd aliquis haberet mille currus: nā Pharao rex Aegypti potens valde erat, qd tñ persecutus est Israelitas, exeuntes de Aegypto vsque ad mare rubrū, & ducēs totas vires regni ad persequendum Hebræos paucos currus habuit, quia dicit Exo. c. 14. qd tulit Pharao ducēs totos currus, & qd dicit Aegypto currū fuit, quasi pauci currus essent. Iosephus autē 2. Antiquitatum dicit, qd excenti currus tunc persequerentur Israelitas, & equites 50. millia, & ducēta millia pariter armatorū, illi tñ erāt oēs currus, qd in Aegypto haberi poterant. Item Iabin rex Asor ponitur tanquā valde potens in scriptura, & qd nimis opprimebat Israelitas. Ad significandum autē maximam potentiam eius exprimitur multitudo currū, Iudic. c. 4. f. Clamauerūt filij Israel ad dñm: nongētos enim habebat currus falcatos, & per 20. annos vehementer opprēsserat eos. Iosephus autē, qui conuenit ponere semper maiores numeros, dicit qd habebat tria millia currum, ut patet 5. Antiquitatum, sed quocunque ponatur nihil attinet ad numerum 30. millium currum, Philistini tñ, qui dicuntur habuisse istos currus nō erant gentes multe, s. multa regna, ita ut particulatim possent colligi de regnis illis. 30. millia currū: solum. n. habebant quinque vrbes principales s. c. 6. a quibus denominabatur quinque Satrapæ. eo. cap. vel quinque reguli Iosue. c. 13. maior autē erat, nec in parum terra Israel, quā terra Philisthijm. Vnde qd diuisa fuit tota terra Chanaan in sortes, cuius pars quædam erat terra Philisthijm. Iosue 13. c. ferē tota terra Philistinorū cecidit in sortē Iudæ, & multę alię vrbes præter terrā Philistinorū, Iosue. c. 15. & ibidem declaratum est, si tamen fuisset terra Philistinorum tanta, ut reliqua terra Israel, nō fuisset data toti tribui Iudæ, sed quinque, vel sex tribubus. Non est ergo magna terra.

QUÆRET aliquis quare Saul descendit in Galgalam annuncio bello, & ibi congregauit exercitum: Aliquis forte respondebit, qd hoc fecit, ut exiret obviani hostibus ad aliqua loca propinquiora, sicut fecerat in bello contra Ammon. Nam non congregauit exercitum in loco, in quo ipse erat, sed in quodam alio loco magis coniuncto terre Ammon. In Bezech, ut patet supra ca. 11. est. nulle locus magis coniunctus Ammonitis, quàm Gabaa, vbi illo tempore morabatur Saul, ut declaratum est. eod. cap. Sed dicendum, qd non stat, quia Galgala non erat locus magis coniunctus illi loco, vbi nunc erat Philisthini congregati contra Saulem, quam locus, in quo tunc habitabat Saul: nam Philisthini conuenerant in Machmas, ut patet. j. ibi autē morabatur Saul. Serant duo millia cum Saul in Machmas, & in monte Bethel, Galgala autem distabat inde, quia erat apud Iordanem. vbi primo castrametati sunt Israelitæ introeuntes in terram Chanaan, die qua transierunt Iordanem. Iosue. ca. 4. ergo magis videbatur Saul recedere ab hostibus, quam appropinquare. Sed aliquis dicet, qd Saul non erat tunc in Machmas, sed in monte Bethel, quia supra dicit, qd erat cum Saule duo millia in Machmas, & in monte Bethel. dicitur autem, qd Galgala erat locus magis coniunctus hostibus, qd Bethel, vbi tunc erat, ideo descendit in Galgalam, & fecit, qd illuc cōueniret totus populus. Sed hoc non stat, quia Philisthini posuerunt castra sua in Machmas, sed Machmas est apud Bethel, ergo magis distat inde Galgala, quam Bethel, quod patet, quia infra dicit, qd Machmas est ad orientem Bethauem. cuiusdā loci, qui vocatur Bethauem, apud Bethauem autē est Bethel, ut patet Iosue. ca. 7. f. cumque mitteret Iosue de Iericho viros j. Hay, qd est in xtra Bethauem ad orientalē piagā oppidi Bethel, ergo Machmas Bethel, & Bethauem sunt loca pinncta. Apparet et hoc, quia Galgala est in extremitate terre Chanaan a parte orientali. f. apud Iordanē, ut patet Ios. c. 4. Bethel autē est locus magis occidentalis in sorte Benjamin, ut patet computando ciuitates, quæ habentur in sorte Benjamin, & incipit numerus earum ab oriente, ut Iosue. ca. 18. Philisthini autem veniebant a parte occidentali, quia terra sua est occidentalis in terra Chanaan prope mare mediterraneum, ut patet Iosue. c. 15. ergo quanto magis aliqs recederet a loco in quo posuerant castra Philisthini, tanto magis accedebat ad Galgala, sed Galgala est in extremitate terre Chanaan ad orientem: Ios. c. 4. ergo cum illuc iret Saul, magis recedebat a castris Philistinorum, quam in quocunque alio loco esset. Dicendū est igitur, qd non faciebat hoc Saul, ut magis accederet ad hostes, sed potius, ut impleret mandatū Samuelis: dixerat. n. sibi Samuel, qd vnxit eum in regem, qd faceret quodcumque inueniret manus eius. i. quodcūque posset pro libertate patrie, & si aliqd periculū sibi eueniret deiceret ante eum in Galgalā, ut ibi offerret victimas pacificas, & ostenderet ei quid facere deberet supra c. 10. & quia nunc grauissimum periculū acciderat Sauli, si quia veniebant oēs Philistini contra eum descendit in Galgalā, ut ibi erudiret a Samuele quid facere deberet. Apparet hoc, quia dicitur, qd expectauit ibi septē diebus iuxta placitum Samuelis; & cū non veniret in leptimo fecit sacrificium, ut patet. j. si autē Samuel alium locum assignasset Sauli, in quo eū expectare deberet illuc iussit: non enim descendit in Galgalā, ut magis appropinquaret hostibus, nec rursus, ut ab eis fugeret. *Et Philistini congregati sunt ad pugnam contra Israel.* Scilicet, qd audierunt, qd Israelitæ percussissent stationem suā, & forte non solum congregati sunt hic Philistini, sed et multæ aliæ gentes de confinibus suis cum eis. Nam tantum exercitū congregari de terra Philistinorū, quantus. j. nominat, difficile alicui videret. qd in hoc nihil moueri deberemus, cum Philistini essent multi nimis, quia terra eorū, licet non esset nimis spatiosa, erat tñ valde populosa. *Triginta millia currum.* Nunquam legitur tātus numerus currum ab aliquo congregatus, quamquā exercitus aliqui fuerit maior congregatus ab alijs: nam in alijs regibus potentissimis pro abundantia habebatur qd aliquis haberet mille currus: nā Pharao rex Aegypti potens valde erat, qd tñ persecutus est Israelitas, exeuntes de Aegypto vsque ad mare rubrū, & ducēs totas vires regni ad persequendum Hebræos paucos currus habuit, quia dicit Exo. c. 14. qd tulit Pharao ducēs totos currus, & qd dicit Aegypto currū fuit, quasi pauci currus essent. Iosephus autē 2. Antiquitatum dicit, qd excenti currus tunc persequerentur Israelitas, & equites 50. millia, & ducēta millia pariter armatorū, illi tñ erāt oēs currus, qd in Aegypto haberi poterant. Item Iabin rex Asor ponitur tanquā valde potens in scriptura, & qd nimis opprimebat Israelitas. Ad significandum autē maximam potentiam eius exprimitur multitudo currū, Iudic. c. 4. f. Clamauerūt filij Israel ad dñm: nongētos enim habebat currus falcatos, & per 20. annos vehementer opprēsserat eos. Iosephus autē, qui conuenit ponere semper maiores numeros, dicit qd habebat tria millia currum, ut patet 5. Antiquitatum, sed quocunque ponatur nihil attinet ad numerum 30. millium currum, Philistini tñ, qui dicuntur habuisse istos currus nō erant gentes multe, s. multa regna, ita ut particulatim possent colligi de regnis illis. 30. millia currū: solum. n. habebant quinque vrbes principales s. c. 6. a quibus denominabatur quinque Satrapæ. eo. cap. vel quinque reguli Iosue. c. 13. maior autē erat, nec in parum terra Israel, quā terra Philisthijm. Vnde qd diuisa fuit tota terra Chanaan in sortes, cuius pars quædam erat terra Philisthijm. Iosue 13. c. ferē tota terra Philistinorū cecidit in sortē Iudæ, & multę alię vrbes præter terrā Philistinorū, Iosue. c. 15. & ibidem declaratum est, si tamen fuisset terra Philistinorum tanta, ut reliqua terra Israel, nō fuisset data toti tribui Iudæ, sed quinque, vel sex tribubus. Non est ergo magna terra.

Maximus
exercitus
Philistinorū.

An Philistini
habebant
triginta
millia
currū
ut litera
dicit.

Vnde Nicolaus non credit, qd tot currus haberi potuissent: ideo dicit, qd nō est intelligendum, qd fuerint 30. millia currum, sed intelligitur de hominibus, qd erant super currus, s. qd omnes, qui erant in curribus, erant. 30. millia. Non tñ est conueniens iste modus loquendi, quia nimis alienum est nominare currus ipsos hostes existentes in curribus, nec est rationabile recedere a litera sacre Scripturę, nisi cum videmus necesse esse accipere alium sensum. De curribus tamen istis non videtur, cur non debeamus confiteri tot currus fuisse in terra Philisthijm in isto bello: ideo non debemus diuertere ad alium sensum. Nam posset dici, quod Philistini erāt nimis bellicosi, & laborabant pro copia armorū, & quia currus pertinebant

Opinio
Nicolai.
Impugnatio.

ad fortissimum genus pugnandi illius temporis, fabricaverat sibi multos currus: maxima enim inopia curruum, vel paucitas non provenit propter ipsos currus, sed propter equos, quia quilibet currus habet quatuor equos, ut dicitur, sed etiam dato quod habeat solus duos, difficile est habere tot equos, inter Philistinios tamen erant multi equi: ideo non erat difficile ibi esse multos currus. Apparet quia dicitur immediate, quod fuerunt in exercitu illo sexcenta millia equitum: ubi ergo tot equi poterant haberi pro equitibus, possent haberi multi equi pro curribus.

Item possent dici, quod isti currus, quos hic Philistini portabant, erant alterius modi, quam currus, de quibus com muniter dicitur in scriptura, & erant minoris valoris, unde multi illorum haberi poterant, quam quae de alijs non. Vel aliter potest dici, quod omnes isti currus venerunt in bellum, non tamen erant omnes de terra Philistinorum, sed volentes Philistini penitus deletere Israelitas congregaverunt exercitum magnum partim de terra sua, & partim ab amicis, & confederatis, & partim habuerunt milites conductos, sicut mos est regibus, vel populis habentibus parvam militiam, & abundantibus in pecunijs, de conductitijs magnum construere exercitum, & ita Philistini, quamquam forte non haberent in terra sua quinque millia currum, poterant modo praedicto congregare, 30. millia currum, nec mirari debet quisquam de ista multitudine currum, quia nulla talis legitur in scriptura, nisi pariter miretur de equitibus, quia nunquam talis multitudo equitum legitur in scriptura.

Nec obstat si quis dicat, quod Zara Aethiops habuit in exercitu suo decies centena millia. 2. Paralip. 14. c. nam non erant omnes illi equites, sed pedites: forte enim in tota illa multitudine non erant viginti millia equitum, hic autem ponuntur sexcenta millia equitum: deinde ponitur pedites sine numero, sed circa equites non possumus distorquere, sicut circa currus, sed necesse est dicere, quod fuerint sexcenta millia. De curribus igitur mirari non debemus, sed dicemus, quod fuit exercitus iste nimis magnus, ita ut nullum videretur equitum. Differt in equitibus tunc, & nunc, quia tunc omnes habentes equos et si leuissimam haberent armaturam duntaxat equis infidentes pugnarent equites dicebantur: nunc vero multi alij apparatus requiruntur, ideo qui hoc modo habet, 10. millia equitum, posset illo modo plusquam centum millia habere. Et sexcenta millia equitum. Magnus exercitus erat, sed an totus esset de terra Philistinorum, vel pars eius aliunde ducta non multum constat, nec multum differt. In Hebraeo autem solum ponuntur hic sexcenta millia equitum. Credendum tamen quod magis sit error inter Hebraeos, sicut in aliquibus locis declaratum est. Et reliquum vulgus. Scilicet homines pedites, & qui habebant leuorem modum armaturae. Ponuntur enim hic tria genera pugnatorum: quidam enim in curribus pugnabant, alij autem in equis, ceteri vero pedestres, & isti pedites vocantur vulgus propter duo. Primo propter multitudinem: nam sicut vulgus est ipsa multitudo populi, ita pedites in bellis sunt in maiori numero, quam alij armati. Secundo vocantur vulgus propter paucitatem apparitionis, & defectum doctrinae bellicae: nam sicut vulgus dicitur quaedam multitudo indoctam, & rusticam, ita pedites in bellis habent leuissimum genus armaturae, & plurimi eorum inexerti sunt. Sicut arena, quae est in littore maris plurima. Idest isti erant in numero magno, sicut arena maris. Hoc autem dicitur, quia non designat numerum istorum: tantus enim fortis erat, quod ipsis Philistinis in cognitum erat. Sciendum autem quod Iosephus quasi semper solet ponere maiores numeros, quam scriptura in his

qua narrat, posuit minorem numerum hic quantum ad literam nostram, sed non quantum ad literam Hebraicam, ut patet 6. Antiquitatum, scilicet erant trecenta millia peditem, & currum, 30. millia & 60. millia equitum, cum litera ponat sexcenta millia; & quantum ad hoc non solum posuit paruum numerum equitum, quia cum litera dixisset hic, quod erant sexcenta millia equitum, & reliquum vulgus, i. pedites erant sicut arena, quae est in littore maris, oportebat quod plures essent, quam equites, unde forte essent ultra millies millia: posuit tamen solum trecenta millia peditem, ergo etiam paruum numerum posuit peditem. Fuit tamen ille numerus conveniens assignationi equitum, quam fecit, scilicet essent 60. millia equitum, plures tamen fuerunt, in hoc autem non est dubium, cui credere debemus, quia manifestum est, quod est credendum sacrae Scripturae, postquam cum ipsa ponat hic maiorem numerum, quam Iosephus, si autem poneret minorem secus esset: quoniam tunc posset dici, quod scriptura posuit numerum paruum subicendo maiorem, & quod Iosephus maiorem numerum posuisset, diceretur, quod verum dixit, cum in sacra Scriptura ponit maiorem numerum, non debemus admittere Iosephi. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas. Scilicet Philistini ascenderunt de terra sua, quae est occidentalis iuxta mare, & terra, in qua castrametati sunt est orientalis & altior ideo dicitur, quod ascenderunt. Fuerunt autem castrametati in Machmas, quia Philistini veniebant in regem Saulem, & ipse morabatur in Machmas, & Bethel: ideo posuerunt castra apud locum ipsum, rex tamen Saul non erat ibi tunc: iam enim descenderat in Galgalam, quia immediate, ut Ionathas percussit stationem Philistinorum, & Saul misit ad annunciam dum hoc per omnem terram Israel descendit in Galgalam, & quoniam Philistini venerunt in Machmas erat Saul in Galgala, ut patet 7. s. vidi quod dilaberetur populus a me, & tu non venires iuxta placitos dies, porro Philistini congregati fuerant in Machmas, dixi, nunc descendent Philistini ad me in Galgala, &c. Ad orientem Bethaueum. Idest Machmas, apud quam castrametati fuerant Philistini, erat ad orientalem partem vrbis Bethaue: istae vrbes sunt ad partem orientalem terrae Chanaan versus Iordanem, Machmas, & Bethaueum. Aliqui autem existimant, quod Bethaueum, & Bethel sint idem locus. Sed falsum est, quia Iosue, 7. c. ponuntur ista, tanquam distincta, cum dicitur: Cumque mitteret Iosue de Iericho viros quatuor, qui est iuxta Bethaueum ad orientalem plagam oppidi Bethel; si tamen essent vnus locus, non poterat dici, quod esset vnus ad orientalem plagam alterius, ut in eo. cap. et declaratum est. Sciendum est, quod ista castra Philistinorum, quae posita sunt apud Machmas erant etiam apud Bethel, quia ista duo loca sunt coniuncta, ut supra dictum est, & cum in vtroque horum locorum solitus esset habitare Saul vbicunque esset, erant prope ipsa castra Philistinorum. Sciendum est, quod Philistini hac vice duxerunt in Hebraeos tantum exercitum quantum nunquam postea duxisse leguntur, nec ante hoc duxerant. Fuit autem hoc quia ante hoc Israelitae erant subiecti Philistinis soluentes eis tributa, & obseruantes impositiones eorum, Nunc autem non solum ista noluerunt solvere, sed et occiderunt stationem Philistinorum, quae erat in Gabaa. Iudei quoque ante hoc nunquam habuerant regem, nunc vero hunc ceperunt, & Philistini intellexerunt quod propter regem siebat tota ista rebellio, ideo voluerunt habere magnum exercitum in illi regem, & simul illum cum populo suo deleterent, alioquin si nunc permitterent Iudei facere, quae fecerunt, nihil vltius Philistini haberent super eos. Quod cum audissent viri Israel. Hic ponit scriptura rationem diffidentiae, scilicet propter recessum populi a Saule: erant enim multi Philistini, cum Saule autem erant pauci: non omnes recesserunt propter sexcentos viros, ut patet 7. in Ista. Et diffidentia audissent

Philistini quare duxerunt tantum exercitum contra Israelitas.

Iosephus solet ponere maiores numeros, quam scriptura in his

audissent viri Israel, multitudinem Philistinorum nimiam venisse super eos. Non enim viderunt illam, quia Israelitae erant in Galgala, Philistini autem erant in machmas, sed audierunt Israelitae a nuncijs, quod erat multitudo numerosa Philistinorum. Se in arcto positos. Idest in stricto, vel perplexitate. Caudiendo, quod erat tanta multitudo Philistinorum, cui ipsi nequaquam resistere poterant, sciebant se esse in perplexitate, & non erat aliud audire se in arcto positos quam audire multitudinem Philistinorum conuenisse contra eos. Afflictus enim erat populus. Idest pro timore mortis: nam nullum videbat sibi esse refugium, quod tamen erat ex defectu confidentiae ipsorum: nam si ipsi confiderent in domino poterant sperare, quod Deus contereret hostes coram facie ipsorum nihil eis laborantibus: sic enim multoties accidit, unde cum Israelitae essent in littore maris rubri, Pharaon persequabatur eos a tergo nullum relinquens eis fugiendi locum, sed dixit coarctati sunt a terra, & conclusit eos desertum ut Exodi cap. 14. Deus tamen pugnavit pro eis, eis non pugnantibus. Unde dixit Moyses eod. cap. dominus pugnavit pro vobis, & vos tacebitis. Sic etiam accidit rat ipsismet Israelitis, qui tunc erant tempore Samuel: dixit enim totus populus ad Samuelem in Masphat, cum congregati essent aduersus eos Philistini, quod oraret pro eis, & tunc contereret dominus Philistinos facta fragore magno de caelo, & fugerunt a facie populi nullo pugnantem supra cap. 7. nunc tamen diffidebant, ideo fugerunt, & alij absconderunt se in diuersis locis inhoneste.

Magna diffidentia Israelitarum propter multitudinem exercitus Philistinorum.

absconderunt se in speluncis. Hic ponuntur Iudaei diffidentes timore, & alij fugiebant timentes, & quorum terra erat distantior, alij autem quorum terra erat propinqua terrae Philistinorum abscondebant se, ut patet hic, & quidam in speluncis, s. in locis obscuris, & magnis terrae quae non possent inueniri a Philistinis, alij autem in abditijs, s. in locis secretis tam vrbium, quam domorum, quae non sunt speluncae magne, sed quaedam alia receptacula, alij autem abscondebant se in petris, s. in foraminibus, vel fissuris petrarum: sunt enim quidam lapides concaui, vel diuisi, & in locis illis ad latendum ad munitulum praestant. Sic dixit Deus Moysi Exodi cap. 33. Ecce inquit est locus apud me super petram, cumque transibit gloria mea ponam te in foramine petrae. Alij autem erant in antris, quae sunt loca defossa in terra, & vocantur caeuernae. Sic dicitur in Hymno beati Ioannis, s. Antra deserti, &c. quod beatus Ioannes morabatur in antris in deserto, sicut alij morantur in domibus in vrbe, alij autem erant in cisternis, & in puteis, & quibuscumque latibulis, quoniam nullam sibi remedium superesse putabant, nisi latere a facie tanta multitudinis. Hebraei autem transierunt Iordanem. Scilicet fugientes, erant autem isti, qui specialiter pertinebant ad duas tribus, & dimidiam, & non dicitur hic Hebraei autem, quasi illi qui latebant, ut dictum est, non essent Hebraei: omnes enim tam qui latuerunt, quam qui fugerunt, erant Hebraei, sed dicitur, Hebraei autem, id est quidam de Hebraeis, scilicet, qui erant de tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasse: nam isti habebant habitationem distantiore a terra Philistinorum, quam omnes alij Hebraei cum habitarent ad orientalem partem Iordanis in terra duorum regum. A morrhogorum: isti enim transierunt Iordanem, s. fugiendo, quia sic recedebant a Philistinis: nam terra eorum est magis distans a terra Philistinorum quam Galgala. Philistini enim sunt occidentales in terra Chanaan habitantes prope mare: Iosue ca. 15. Galgala autem est apud Iordanem a parte Occidentali, terra autem duarum tribuum, & dimidia est ultra Iordanem, a parte Orientali eius, ideo cum fuge-

rent ad eam, recedebant magis a terra Philistinorum. Isti autem fugerunt, quia existimabant, quod Philistini non transirent Iordanem ad pugnandum, vel praedandum, qui autem erant citra Iordanem, s. ad partem Occidentalem eius sciebant, quod Philistini progressuri erant per terram illam, absconderunt se, quoniam, si apparerent putabant se non euasuros mortem.

Terram Gad & Galaad. Idest transierunt multi de Hebraeis Iordanem ad terram Gad, & Galaad. erat enim terra Galaad ultra Iordanem ad orientem, & illa diuisa est in duas partes, medietas eius provenit tribui Gad, alia autem medietas tribui dimidiae Manasse, ut patet Deuteronom. c. 3. qui ergo transibant in terram Gad transibant in terram Galaad quantum ad medietatem Galaad, quae provenit isti tribui. Poterant etiam alij transire in terram Galaad, & quod non transirent in terram Gad, scilicet, qui transibant in dimidiam tribum Manasse, in terram Galaad, quam habebat ista dimidia tribus trans Iordanem.

Cumque adhuc esset Saul in Galgala. Idest antequam inciperetur aliquod bellum, neque dum venissent Israelitae ad videndum Philistinos, sed cum essent in Galgala timuerunt nimis, ita ut fugerent, nec voluerunt consistere etiam si hortaretur istud Saul, nec etiam poterat eos per iussionem suam tenere in castris, quia plures erant, qui recedere volebant, quam qui stare, mansit ergo Saul quasi solus manentibus cum eo solis sexcentis viris, ut patet infra in litera.

Uniuersus populus porterritus est. Scilicet omnes, qui conuenerant ad Saulem in Galgala. a principio enim cum Saul fecit tuba cani per terram Israel omnes Israelitae congregati sunt ad ipsum putantes non esse magnum periculum, sicut fuerat in bello contra Ammonitas, nunc autem videntes, quod esset nimia multitudo, cui non confidebant se posse resistere, recesserunt.

Qui sequebatur eum. Scilicet qui venerat in Galgalam ad sequendum Saulem, ut iret in bellum. Et expectabat septem diebus iuxta placitum Samuelis. Idest secundum, quod pepigerat cum Saule. Accipitur autem hic placitum, id est pactum, vel conuentio: fuerat enim conuentum inter Samuel, & Saulem, quod expectaret Saul septem diebus Saulem in Galgala, & illis diebus expectauit, scilicet, quod quamquam haberet exercitum paratum ad pugnandum, tamen non ibat ad bellum, quia expectabat Samuel, dixerat enim Samuel, quod expectaret eum ibi septem diebus, & ipse veniens erudiret Saulem quid facere deberet, & istud fuit occasio, ut discederet exercitus a Saule. Nam si immediate, ut rotus exercitus congregatus est, voluisset Saul ire ad bellum contra Philistinos, cuncti fuissent secuti ipsum, sed quod mansissent ibi septem diebus expectantes quotidie inuadebat eos magis timor, quia audiebant semper maiora dici de exercitu Philistinorum, unde iam in fine septimi diei de toto populo Israel nullus manserat cum Saule, nisi 600. viri.

Quomodo accipiuntur septem dies, quibus debebat Saul expectare Samuel in Galgala. Quae. 1.

Quaerit aliquis quomodo accipiatur isti septem dies, quibus pepigerat Saul cum Saule expectare eum. Respondendum est, quod in principio regni Saulis, s. die, qua vnctus est dixit Samuel Sauli: Ecce vnxit te dominus in principem super hereditatem suam, & liberabis populum eius de manu inimicorum eius, isti autem inimici erant Philistini, ideo Saul daturus erat operam, ut destrueret dominum Philistinorum super

super Hebraeos, & quia ex hoc ventura erat pericula. q. Philistini inuaderet terram Israel, voluit Deus q. Saul non se exponeret illis periculis sine Dei determinatione, qui daret modum in hoc, ideo quando Saul recessit a Samuele, dixit ei Samuel, quando euenierint signa hæc fac quæcūq; inuenerit manus tua. labora contra Philistinos quantum potueris, & tūc dedit ei regulam de periculis, dicens: Et descendes ante me in Galgalam: ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles hostias pacificas: septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias. Post istos autem septem dies erat descendurus Samuel: ibi autem pepigerunt Samuel, & Saul. Sauli promisit Samuel, q. expectaret eum septem diebus in Galgala, & q. non se exponeret alicui discrimini, quouique descenderet in Galgalam, & ibi quæreret sententiā eius: Samuel autem pollicitus est, q. descenderet in Galgalam ante finem septem dierum, cum vocatus esset a Saule, sic autem factum est hic: nam cum Ionathas percussisset aciem Philistinorum, quæ erat in Gabaa: Saul sciens, q. omnes Philistini vērari essent super ipsum, fecit congregari populum, & ipse descendit in Galgalam expectans ibi septem diebus Samuelem, quibus pollicitus fuerat expectare: hoc autē dixerat Samuel Sauli, vt pater infra in litera. Nam cum Saul non expectasset Samuelem septē diebus cōpletis, increpuit ipsum Samuel dicens: Stultē egisti, nec custodisti mandata dñi tui, quæ p̄cepit tibi. Ergo Deus mādauit, q. expectaret illis septem diebus. Sciendū autē, q. Saul obseruauit istud hic. q. in mediāte qñ illud periculū venit ipse misit ad dicens Samueli, q. descenderet in Galgalā, & tunc expectauit ibi septē diebus aduentum Samuelem. Iosephus autē. 6. Antiquita. dicit, q. istud pactū nouiter factū fuerit. q. in mediāte, vt accidit istud periculum, ipse descendit in Galgalā, & rogauit Samuelem, q. descenderet illuc mittens ei nuncios, quasi nō venisset Saul in Galgalā p̄ pactum, & p̄ceptum dñi, de quo s.c. 11. sed ip̄ote sua, ita inq. mensiq; Saul ad prophetā vocans eum, vt cū eo de bello & rebus suis cogitaret, ille autē sustinere cū p̄cepit septē dies, & vt hostias p̄pararet venturus ad eum septimo die, & sacrificantes ita cōgredere ad bellū. Dicendum tñ est, q. Saul non descendit in Galgalā, quasi ip̄ote sua, sed quia p̄ceperat Samuel. s.c. 10. nec enim expectauit septem diebus, quasi tunc nouiter dedisset istud pactum, & spatium Samuel, sed quia inter eos iam conuentum fuerat.

Saul an peccauerit hic non expectando, & in quo peccauit. Questio. VII.

QVAERET aliquis vterius cum hic Samuel redarguerit Saulem, an peccauerit Saul. Aliquis dicit, q. nō peccauit, q. p̄ctm istud esset in transgressionē p̄ceptorū Samuelem. s. non expectando tpe conuento, sed Saul expectauit t̄to tpe hoc, ergo nō peccauit. Pater hoc, quia dñs imediāte q. expectauit Saul Samuelem septē dieb; iuxta placitū Samuelem, & nō venit Samuel in Galgalā: magis ergo v̄, q. peccauerit Samuel nō veniēdo tpe debito, q. Saul. Itē apper hoc, q. Saul dixit. j. ad Samuelem, q. vidi q. dilaberet populū a me, & tu nō venires iuxta placitos dies &c. ergo Samuel peccauit, q. non venit, & Saul nō. In tr̄ium v̄, q. peccauit Saul, q. Samuel increpat hic Saule, non tñ increparet eū, si nō peccauisset. ergo peccauit. Item dñs. j. stultē egisti, nec custodisti mandata Dei tui, q. p̄ceperat tibi, sed qui nō custodit mandata, peccat, ergo peccauit Saul. Item dñs. j. q. si non fecisses iā nunc p̄parasset dñs regnū tuū sup. Israhel in sēp̄iternū, sed nequaquā vltra regnū tuū p̄surget.

sed Deus nō priuar aliquē bono, qd̄ hēt nisi pro p̄ctō ergo Saul peccauit cū pro hoc meruit regno priuari. Respondendum est, quod Saul peccauit hic, & per hoc increpitus fuit a Samuele, alioquin non increpisset eum Samuel: potissimē, quia Samuel erat vir iustus, & bene agentem nunquam increparet, precipuē, quia Saul erat rex, & Samuel diligebat eum nimis: non ergo increparet illum sine magna causa. & hoc est peccatum. increpitus ergo fuit Saul, quia nō custodit mandatum Domini sicut dicitur infra in litera. & istud mandatum est, qd̄ datū fuerat supra c. 10. Sciendum tamen q. non fuit transgressus illud totaliter Saul: nam ipse venit in Galgalam expectaturus Samuelem, sicut dixerat: etiam expectauit ibi septem diebus septem, sed peccatum suum fuit, quia non expectauit complete illis septem diebus: nam debebat expectare toto septimo die quouique transiret hora sacrificiorum, sed nō expectauit: nam Samuel venit t̄pore debito, & Saul iam compluerat sacrificium suum, vt pater infra in litera. Sic ait Iosephus 6. Antiquitatū. s. qui sustinuit quidē sicut propheta mādauit: mādātū vero cū perfectione nequaquā seruauit: habuit tñ impulsū ad non perfecte explēdū, s. q. cū nimis moraret, oīs populus recedebat ab eo, ideo nepenitus solitarius relinqueretur pauloante consummationem t̄pis obtulit sacrificium, ideo p̄ctm suum fuerat facilius remissibile, si ipse voluisset in mediāte confiteri. Ad rōnes in tr̄ium respondetur. Ad primā cum dicebatur, q. expectauit iuxta placitū Samuelem. Dicendum q. ipse expectauit s̄m q. pepigerat cū Samuele: non tñ obseruauit per oīa pactū cum eo initum, quia paulo anteq̄ debuisset obtulit sacrificium, & sic qñ venit Samuel iam obtulerat illud. Ad secundam eodē mō r̄ndetur cum dixit Saul: Vidi q. dilaberetur a me populus: tu autē nō venires iuxta placitos dies. Dicendum q. Samuel venit in tpe, in quo conuenerat cum Saule, ante cōsummationē diei septimi: Saul tñ exultauit eum venturum aliquanto, tpe ante consummationē t̄pis cōuenti, & quia venit quasi ad vltimum in principio diei septimi cum nondū venisset: putans Saul, q. nō esset iam venturus Samuel obtulit holocaustum, & hoc est quod dñs. vidi q. non venires iuxta placitos dies, iam putabam, q. non venturus es in tpe conuento, eo q. in breui finiendum erat spatium, & tu adhuc non veniebas. venit tamen ante consummationem illius temporis.

In quo peccauit Saul. Questio. VIII.

QVAERET vterius de isto p̄ctō Saulis magis in speciali, in quo peccauerit. Sciendum autē q. p̄ctm istud dependet ex mandato dato supra cap. 10. quia in transgressionē illius fuit, & quia illud p̄ceptum multipliciter exponitur: ita transgressio Saulis hic oportet q. multipliciter assignetur: oēs autē expositiones habent hoc cōe, q. Saul debebat expectare Samuelem septem diebus integris. oēs ē dicunt q. Samuel venit in tpe debito, & Saul non expectauit toto illo tpe. Sed variā quātū ad aliquid, q. prima expositio dicebat q. Saul iturus erat in Galgalam, vt ibi septē diebus Samuel offerret sacrificia, p̄ illo in honorem dedicationis, & vnctiois in regem: non tñ expectauit illis septem diebus, sed Saul incepit offerre anteq̄ veniret Samuel, qui p̄occupatus fuerat: & tunc conturbatus Samuel, quia vidit, q. ant aduentū eius obtulisset Saul recessit, & omissa est illa solēnitās oblationis dierū septem. Sciendū autē q. s̄m istam expositionē non tenebatur expectare septem diebus Saul: quia isti septē dies s̄m hoc non referunt ad expectationē, sed ad solēnitatē oblationū: vñ Samuel nō increpat Saule, q. nō expectauit eū septem diebus.

diebus, sed quia sine ipso obtulit. Sed ista expositio s.c. 10. improbata est, ideo increpatio, quæ fundatur super istam expositionem nō tenet: nam necesse est, q. isti septem dies referantur ad expectationem, cum litera dicat istud hic, & s.c. 7. Secunda expositio erat Andree, s. q. expectaturus esset septem diebus ad hoc, q. veniret Samuel, & ostēderet ei, quæ facturus esset. s̄m istam expositionem dicit Andreas, q. Saul peccauit in hoc, quia non expectauit Samuelem septē diebus, sed solum sex: nam debebat expectare Saul Samuelem septem diebus postquam recepisset eius nūcium, ita q. illa dies, in qua Samuel recepisset nūciū non erat de numero septem dierū expectationis Saulis, sed Saul illam diem intra septem dies inclusit, & sic sex diebus t̄tum expectauit. Ista expositio satis conueniēs est, vt j. declarabitur. Tertia expositio erat Nicolai, s. q. Samuel p̄dixisset tempus Sauli, in quo descenderet in Galgalā, & tūc expectaret ibi septem diebus, & s̄m hoc dicit Nicolaus, q. Saul peccauit in tribus. Primo quia non expectauit Samuelem septē diebus complete, vt erat conuentum inter eos. Quod patet ex litera, cum dñs, cumq; compleisset offerre holocaustum, ecce Samuel veniebat, ita q. venit die septima, & tali hora, q. posset offerri sacrificium, quia vsque ad horam iugis sacrificij vespertini poterant alia sacrificia offerri. Secundo peccauit, quia officium sibi illicitum, offerendo per seipsum vsurpauit, quod est graue peccatum. De hoc tñ, an verum sit j. dicitur. Tertio peccauit in hoc, quia peccatum suum non recognouit humiliter cum argueretur a Samuele dicēte sibi, quid fecisti? sed se voluit excusare ex necessitate imminentis belli, quia talis oblatio sacrificij nō est placatio Dei, sed magis offensio, ideo excusatio sua nulla erat. Dicendum autē circa hoc, q. peccauit Saul, & peccatum suum solum fuit in hoc, q. non expectauit tempus debitum: nam solum expectauit vsque ad aliquam partem diei septimi, tenebatur tñ toto die septimo expectare: nam Samuel venturus erat ad Saulem, vt offerret victimas in Galgalā, vt pater s.c. 10. Descendens ante me in Galgalā, ego quippe descendā ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles hostias pacificas, & quia toto tempore diei septimi vsq; ad occasum solis poterant offerri quæcūq; sacrificia popularium, tenebatur expectare vsq; ad solis occasum diei illius Samuelem, constat tñ, q. non expectauit toto die, sed in aurora obtulit. Vnde cum venisset Samuel iam obtulerat Saul. Non potest tñ dici, q. obtulerit quarto, vel quinto die, aut aliquo alio de septē, sed obtulit in ipso septimo die, & paulo anteq̄ Samuel venisset, & cum veniebat iam consummauerat sacrificium, vt pater in litera, s. cumq; compleisset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat. Sed de expectatione eius potest dupliciter dici, vno modo, q. expectauerit diebus septem, s. computando inter illos illum diem, quo nunciū Saulis venerūt ad Samuelem, & tunc dies sextus computatur tanquam dies septimus, & expectauit Saul septem diebus, & in illis nullo sacrificium obtulit, postea autem sequenti die q. s̄m intentionem suam non erat de numero septē dierum obtulit holocausta, & tunc venit Samuel. & hoc modo stant ea, quæ dicuntur a Saule, cum dicitur hic, expectauit septem diebus, s. septem diebus completis. Hoc tamen fuit s̄m intentionem eius, & non s̄m cōputationem veram. Sic etiam intelligitur infra. s. quia vidi, q. dilaberetur a me populus, tu autem non venires iuxta placitos dies, id est non venires in septem diebus, qui iam totaliter poterant. Secundo istam positionem aliter etiam poterat intelligi, s. q. Saul computasset conuenienter dies septem, & ille dies, in quo venit Samuel ad eum, erat dies septimus, quia tñ iam

appropinquabat finis t̄pis, & non veniebat Samuel, putauit Saul, q. non esset venturus, ideo obtulit holocaustum. Et hoc modo intelliguntur ea, quæ habentur in litera, s. Vidi, q. tu nō venires iuxta placitos dies, id est iam putauit, q. non venturus esses cum tantū morareris, & ob hoc egi sacrificium quasi elapsus esset terminus.

Et non venit Samuel in Galgalam. s. in septem diebus. Quod potest intelligi dupliciter: vno modo computādo, sicut computat Andreas, s. sex dies pro septem accipiendo diem, in quo venerant nunciū Saulis ad Samuelem: & tunc est sensus, q. non venit in septem diebus, quia ipse venit in die septimo, qui dies s̄m istam computationē erat octauus. Secundo modo accipiendo, s. q. bene computentur isti septem dies, dñs, q. non venit Samuel in septem diebus, s. quia iam t̄tum morabatur, diffidebat de aduentu eius in illis septem diebus: venit tñ die septimo ante elapsū termini. Dilapsusque est populus ab eo. Id est a Saule, s. cōgregatus fuit totus Israel ad Saulem in Galgalā, vt irent ad bellum, & si immediate voluisset ire Saul, iussit cum eo totus populus, quia tunc non timebat eo, q. erat primus impetus, & non tantum respiciebant ad terribilia. Cum autem manserunt in Galgalā expectātes diebus septem, quotidie incidebat populo maior timor ex propinquitate Philistinorū. & quia audiebat semper terribilia de eis, ideo fugiebant cōtinue viri a Saule: ita vt in fine septem dierum solum sexcenti viri inuenti fuerint cum eo. Et ista fuit causa quare voluit Saul facere sacrificium ante aduentum Samuelem: nā timebat, quod si aliquātulum amplius expectasset totus populus fugisset ab eo, ita vt relinqueretur solus. At ergo Saul, afferte mihi holocaustum & pacifica. Id est afferte animalia de quibus fiat holocaustum, & hostias pacificæ: nam holocaustum ipsum non poterat afferri: eo q. est holocaustum animal totum combustum. sed quādo sic animal est, aut totum iam combustum est, aut totum actualiter crematur in altari. talia autē afferri non possunt, nec peterentur, sed intelliguntur animalia adhuc viuientia, vt immolarentur.

Quare Saul iussit sibi afferri holocaustum, & pacifica, & non hostiam pro peccato. Questio. IX.

QVAERET aliquis, quare solum iussit Saul afferri sibi animalia pro pacificis, & pro holocausto, & non pro peccato, & quare ista duo & non vnicum.

Respondendum est, q. oblatio, quæ erat voluntaria simpliciter, s. q. non fiebat ex necessitate legis, vt in votis iam factis, & in rebus determinatis a lege, sicut in quibusdam generibus purificationum, s. parientibus, & leprosis, & in quibusdam alijs pro peccato commissio: oēs qui volunt aliquid sacrificare intendunt Deo placere, & laudare eum. & quia non est aliq̄ sacrificium, per quod tantum Deus laudetur, nec tantum directe ei cōueniat, sicut est holocaustum, omnes qui huiusmodi sunt principaliter intendunt offerre holocaustum, sic autem Saul volebat Deum laudare & placere ei, a quo expectabat triumphum, vel saltem defensionem ab hostibus, ideo obtulit holocaustum. Hostiæ autem pacificæ erant ad alium finem, nam erant ad laudandum Deum quadam intentione generali, sicut omnia sacrificia, & omnes cæremoniæ legales, sicut etiam tamen pertinebant ad gaudium ipsorum offerentium, quia de istis hostiis comedebant maximam partem offerentes, scilicet omnes partes præter adipem, qui semper Deo cremabantur Leuitici capi. 3. & præter pectusculum, & armum dextrum, quæ proueniebant sacerdotibus Leuitici capi. 7. In hoc autem erat diffi-

differentia holocausti ab alijs sacrificijs quantum ad laudem Dei, vel conuenientiam ad ipsum: nam holocaustum totum Deo applicabatur nulla parte eius proueniente sacerdotibus aut offerentibus, sed totum dño cremabatur Leui. c. 1. In alijs aut sacrificijs nihil quasi Deo proueniebat, nisi adipis, sic n. erat in hostijs pacificis. Nam cum offerentes volebant Deo placere, & ipsi gaudere, offerebant hostias pacificas, de quib⁹ poterant comedere ad abundantiam. Vnde saepe dicit Deuter. c. 12. & 16. q. comederent, & latarentur corā domino. s. de carnibus sacrificiorū pacificorū. Hic autē Saul non offerebat hostias pacificas, quasi uellet ipse iocundari, quia magis erat afflictus pp bellum grauisimum imminēs, sed offerebat ad placandū sibi dñm. Dicuntur n. hostia pacifica a pacificando. Et hoc dupliciter, quia aliqñ hostias pacificas sunt Deo. s. q. Deus dedit eis aliqua bona, quæ petierunt a Deo, & illa nō poterant obtinere, nisi Deus eis esset placatus & fauere, iō pro placatione illa, vel pacificatione p̄terita hostias interdum offerebant, & illę vocātur pacificę, & pro gratiarum actione, vt patet Leui. c. 7. Aliqñ autē hostes uolunt aliquid adipisci, qđ sciunt se non posse hēre, nisi Deus eis faueat, & sit placatus, vt ergo placet Deum, cuius fauore ista obtineant, offerunt ei sacrificium anteqđ ista hēant de eis, quæ intendunt, & istud uocatur sacrificiū pacificū uotiuum Leuit. c. 7. Saul ergo obtulit hostias pacificas non pro gratiarū actione, quia nondū acceperat, qđ intendebat, vt pro eo gratias referret, sed offerebat, vt placaret Deum, vt daret ei, qđ desiderabat. s. uictoriā de hostibus. Vnde non erat aliqđ sacrificiū, qđ propriē cōueniret petentibus aliquid a Deo, nisi hostia pacifica, quæ uocatur bona, vel ad obseruationes: Saul ergo obtulit hic ista duo gña sacrificij. s. holocaustū, vt Deum laudaret: hostiam uero pacificā, vt Deū placatū sibi redderet ad uictoriam impetrandā: sacrificiū autē pro p̄tō non obtulit, quia illud non cōueniebat ei pro tunc: offerē. n. istud qđ quis peccauit taliter, q. lex iubet eum offerre certum genus sacrificiū: Saul autē non peccauerat in aliquo tali, pro quo deberet offerre sacrificiū pro peccato, ideo non obtulit. Etiā apparet, quia sacrificia p peccato s̄m legem semper sunt ex necessitate, Saul autē nō offerebat hic ex necessitate, sed uoluntariē, iō non ueniebat ei, nisi holocaustū, & uictima pacifica.

An Saul obtulerit hic sacrificia per se sine sacerdote. *Questio. X.*

QUÆRETUR ulterius an Saul per se obtulit hic sacrificia. s. q. fecerit caeremonias immolationis, & cremationis per seipsum sicut sacerdos, vel commiserit alicui sacerdoti hæc faciēda, ipse autē solū obtulerit aīalia ad immolandū sicut faciēbant oēs alij offerentes. Aliquis rñdebit, qđ ipse per se obtulit, quia dixit hic: Afferte mihi holocaustum, & pacifica. i. afferte animalia, de quibus immolē ista duo sacrificia. Item quia dicitur immediate, & obtulit holocaustū. ad ipsummet Saulē ptinere vñ. s. qđ ipse obtulerit sacrificia hæc. Itē quia dicitur: Cūq; compleisset offerens holocaustū: ecce Samuel ueniebat. Cōplere autē oblationē holocausti nō est offerre ipsi sacerdoti, vt immolet, quia in hoc nō est multitudo caeremoniarū, respectu quarū aliquis dicit in chœre, & desinere, nec ēr est aliqua caeremonia longa moræ, sed subito fit. s. p̄ntare aīalia sacerdoti: non ergo dicit hoc nō aliquis cōplere holocaustū offerre, vel holocaustū oblationē. Sed accipit oblatio holocausti pro obus caeremonijs, quæ sunt in holocausto. s. immolando, decorando, cremando. Item quia si acciperet hic offerre holocaustū. i. offerre aīalia ad holo-

caustum, nondum esset consummatum aliquod peccatum Saulis, quia dicitur, quod cum compleisset offerre holocaustum, ecce Samuel ueniebat, ergo nondum immolata fuissent animalia: Et sic potuissent referuari, vt Samuel illa immolaret, quia res adhuc integra erat, & nullum peccatum fuisset patratum, sed quando uenit Samuel iam erat patrata iniquitas: Vnde sacrificium nullū fecit, sed recessit inde: ideo necesse est accipi oblationem holocausti pro omnibus caeremonijs pertinentibus ad holocaustum. Item quia dicitur infra necessitate compulsus obtuli holocaustū, ergo ipsemet Saul obtulit holocaustū per se.

In contrarium dicit aliquis, quod nō obtulit, quia offerre pertinebat ad solos sacerdotes accipiēdo illo modo: Saul autem sciebat sibi esse interdictum hoc, ideo non obtulisset. Item nullum motiuum erat ad hoc, quod Saul per se offerret sacrificium: nam Saul festinauit offerre ante aduentum Samuelis, eo quod habebat aliquam occasionem offerendi, scilicet, quia Samuel non uidebatur iam uenturus: & Philistini propinqui erant, quos timebat subito irruentibus super se. Ad hoc tamen quod ipse per se offerret, non habebat aliquam occasionem: nam erant ibi sacerdotes, qui poterant offerre sacrificia: nam ad castra semper ibant aliqui sacerdotes, q. possent facere opera sacerdotalia: nō ergo offerret Saul per seipsum.

Respondendum est, quod Nicolaus tenet, qđ Saul per se obtulerit: unde dicit eum tripliciter peccasse hic. Secundum autem peccatum eius fuit, quia per se obtulit.

Dicendum tamen est, quod non obtulit per se, quia si per se obtulisset, Deus inflixisset ei magnam penam tanquam transgredienti legem Dei, & usurpanti officium alienum, sicut factum est in rege Ozia, qui quamquam semper bonus fuisset, quia tamen conatus est offerre thymiam coram Domino, sicut sacerdos, percussit Deus eum immediate lepra, & mansit leprosus vsque ad mortem suam, vt apparet 2. Paralip. 26. cap. Factus est etiam terremotus magnus tunc, ita vt scinderetur vnus mons magnus qui erat apud Ierosolimam, de quo Amos cap. 1. & Zacha. c. 14. ita ergo Deus inflixisset immediate aliquam penam Sauli, sed nulla inflicta est, ergo nō obtulit per seipsum.

Item si per seipsum obtulisset, cum istud esset maius peccatum, quam quod non expectauerit Samuel, quando Samuel increparet eum, Saul excusasset se de hoc, sed nullo modo se excusauit, nisi de hoc qđ ante tēpus obtulit, vt patet in litera, quia uidi qđ dilaberetur populus a me, & tu non uenires iuxta placitos dies, & c. ergo nō obtulit per se holocaustū.

Item si per se obtulisset Samuel magis increpasset eum de hoc quam quod non expectasset diebus septem: tamen non increpuit, nisi solum quod non expectauit, vt patet infra, scilicet, stultē egisti: nec custodisti mandata Dei tui, quæ præceperat tibi: ergo peccatum Saulis solum fuit in transgrediendo illud præceptum, quod specialiter ad eum dictum fuerat. Istud autem est, quod habetur supra cap. 10. s. quod expectaret septē diebus in Galgala: illud enim Deus dixit, quod licet Samuel diceret, quia tamē propheta erat, non iubebat, nisi id quod Deus dixerat. Quod autem Saul non offerret uictimas non dictum fuerat ei, ideo non redarguebatur hic quod obtulisset, vel non obtulisset: cum solum redarguatur, quod transgressus fuerit præceptum Domini datum sibi. Item nulla erat ratio, vel occasio, quæ impelleret Saulem ad offerendū per seipsum: habebat n. multos sacerdotes secum in castris, & non solum sacerdotes, sed etiam arcam, vt patet sequen. cap. ubi dicitur, qđ erat

ibi

ibi Achias, qui utebatur Ephod, & erat etiam ibi arca in diebus illis. Præter hoc etiam semper ad omnia bella tenebatur ex lege ire aliqui sacerdotēs: nam iussit Deus Deut. cap. 20. quod appropinquante prelio staret sacerdos ante aciem, & loqueretur sic: Audi Israel, vos hodie contra inimicos uestrōs pugnam committitis, nō pertimescat cor uestrum. nolite metuere, nec formidetis eos, quia Deus uester in medio uestri est, & pro uobis contra aduersarios dimicabit. Tenebantur etiam sacerdotes ire ad bellum ad clangendū in tubis sacris, quia in omni bello debebant clangere Israelitæ his tubis unde Numeri cap. 10. s. Si exieritis ad bellum de terra uestra contra hostes, qui dimicant aduersus uos, clangetis uulantibus tubis, & erit recordatio uestri coram domino, vt eruamini de manibus inimicorū uestrorū. In his tamen tubis nemo clangere debebat, nisi sacerdotes, vt patet eod. cap. s. Filij Aaron sacerdotis clangent tubis, eritque hoc legitimum sepulchrum, ergo necesse erat sacerdotēs aliquos ire ad omne bellum, & sic Saul poterat habere copiam sacerdotum, qui offerrent holocaustum, & non induceretur ipse ad offerendum. Ad rationes in contrarium, cum arguebatur ex litera, satis apparet responsio. Ad primam cum dicitur, afferte mihi pacifica, & holocaustum, non est sensus, quod adduceretur animalia ad hoc, quod ipse illa immolaret, sed vt præsentaret sacerdoti. semper enim offerens debebat animal præsentare sacerdoti ad ostium tabernaculi, quando offerebat in Sanctuario, vt patet ex discursu Leuitici. sic ergo in alijs locis, cum fieret sacrificium debebat offerens præsentare animal sacerdoti existenti apud altare disposito ad immolandū, & quia Saul erat hic, pro quo offerebat, oportebat, quod ipse præsentaret animal sacerdoti. Ad secundam, cum dicitur, quod obtulit holocaustum. Respondetur, quod offerre non accipitur ibi pro immolare, & facere caeremonias sacrificij, sed pro præsentare sacerdoti immolanti, sic accipitur Leuitici cap. 1. s. Homo, qui obtulerit ex uobis hostiā, id est qui præsentauerit animal ad hoc, quod immoletur in hostiam, & non solum offerre, dicitur de popularibus, sed etiam interdum ipsi dicuntur immolare. Quod patet supra cap. 10. in isto præcepto dato Sauli, s. Ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationē domino, & immoles hostias pacificas, ergo non solum dicebatur Saul offerre, sed etiam immolare, & tamen utrunque accipitur pro præsentatione animalis ad immolandū. Ad tertium cum dicitur: Cumque compleisset offerens holocaustum, concedendum est, quod ibi accipitur offerre, id est facere omnes caeremonias sacrificij. Sed tunc non est intelligendum, quod ipse Saul per se illas fecisset, sed faciebat eas aliquis sacerdos. Nec ualeat, quod dicitur, cumque compleisset offerens holocaustum, quia dicebatur ipse facere hoc cum alijs faceret pro eo. Sic patet supra cap. 10. s. Ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles hostias pacificas. Et tamen manifestum est, quod ibi uolebat Samuel, quod Saul per se offerret immolando, sed quod alius pro eo faceret. Ad quartum cum dicitur, necessitate compulsus obtuli holocaustum. nō intelligitur, quod offerret, id est immolaret, sed obtulit, id est præsentauit sacerdoti animalia, & fecit, quod ille offerret, in quo peccauit nō, quia obtulit, sed quia offerri fecit ante tempus. Sed obtulit holocaustum. Scilicet Saul obtulit: intelligendo offerre, id est præsentare sacerdoti ad offerendum in altari. Vel obtulit, id est fecit caeremonias sacrificij, nō quidem, quod ipse eas perfecerit, sed fecit, quod alius pro eo ageret. Cumque compleisset offerens holocaustum, ecce Samuel ueniebat. Id est iam consummatum erat sacrificium, & modicum tempus elap-

sum fuerat post hoc, & tunc uenit Samuel. In quo est sensus, quod Samuel uenit in tēpore debito, quia oblatio ista facta est die septimo, in quo sinebatur tēpus conuentum inter Saulem, & Samuelē. Supererat tñ adhuc tēpus ad offerendū sacrificia die illo, quia per totum diem poterant offerri vsque ad solis occasum, cum incipit offerri sacrificium uespertinum, & dato quod Samuel non uenisset vsq; ad solis occasum, qñ iam nullum tempus supererat ad offerendum nō debuisset Saul offerre sacrificium, quia Deus non tantū acceperat sacrificia quantum obedientiam, vt patet j. ca. 15. s. Nunquid uult Deus holocausta, aut uictimas, & non potius, vt obediatur uoci domini? melior est enim obedientia quam uictima, & auscultare magis, quam offerre adipem arietum. Sed huiusmodi fuerat Sauli, quod expectaret per illos septem dies: ergo magis Deo placitum foret, quod expectante Saule transirent illi septem dies sine aliquo sacrificio, quam quod in extremo saltem septimi diei, vel post elapsum tempus Saul sine Samuele offerret. Sic n. uoluerat Deus magis, quod Saul occidisset omnia pecora Amalechitarum, quia ipse iusserat, quam quod obtulisset centū millia holocausta, quia sacrificia per se non placent Deo, sed solum ex deuotione, & dispositione offerentis: obedientia autem per se ipsam placet, quia uirtus est nullo alio adiuncto. Sciendum autem, qđ cum dicitur hic de holocausto, intelligendum est etiam de hostia pacifica. s. quia non solum completum fuerat holocaustum, sed totum sacrificium. Et egressus est Saul obuiam ei, vt saluaret eum. Id est obuiam Samueli. Nunciatum est enim ei, quod ueniret Samuel, & exiit obuiam ei, s. ad honorandū eum: erat enim Samuel honorabilis super omnes filios Israel, & Saul honorabat eum nimis, eo quod ipse fecerat eum regem. Etiam quia ipse diligebat eum in omnibus, nunc autem forte exiit obuiam ad salutandū, vt eum sibi placaret, nam cum audiuit Saul, qđ uenisset Samuel, timuit, quia putabat eum non uenturum, & ob hoc eo absente obtulerat, nunc autem uidebat eum uenire tempore debito, ideo timuit, qđ increparet eum, & ob hoc exiit obuiam ei, vt sic saltem per obsequium illum placaret sibi, quia obsequium amicos parit, vt ait Terentius in Andria. Locutusque est ad eum Samuel, dicens, quid fecisti? In hoc præsupponitur, quod Samuel cognouerat, qđ Saul iam obtulerat sacrificia. & hoc sine sciuerit Deo reuelante, siue quia aliquis alius ei hoc dixit, & Saul quoque cognouit, quod Samuel hoc sciret: ideo respondit ei, tanquam scienti quid contigerat.

Respondit Saul, quia uidi quod dilaberetur populus a me. Incipit Saul se excusare: uidi enim qđ Samuel uenerat quem iam non expectabat uenturum, ideo credidit se male egisse offerendo. etiam uidi Samuel in uerbis suis durum, tanquam iam increpantem eum pro peccato: ideo nō uidi sibi aliquod remedium, nisi excusationis, incepit autē exponere causam, s. quod non egisset hoc tanquam inobediens, vel contemnēs mandatum Dei, sed necessitate compulsus, & quia populus recedebat ab eo propter diurnam expectationē. Etiam quia Philistini propinqui erant, timebatque Saul, quod repente super eum irruerent, sibi tamen non satis equum uidebatur, quod non placato Deo per sacrificia ad bellum procederet: obtulit ergo sacrificium, tanquam iam non expectans Samuel uenturum. Dicit enim uidi, quod dilaberetur populus a me, id est ferē totus populus recesserat, ita vt de toto Israele q. conuenerat soli sexcenti relictī essent, qui & breuiter recessuri erant, nisi Saul offerret holocaustū, & inde castra moueret, ideo obtulit, quasi dicat, etiā si pluribus diebus te expectari conuenisset supra tempus placitum expectassem utique, nisi populus me uideret:

Excusatio Saulis quare obtulit ante aduentū Samuelis.

geret: totus tamen dilaberetur a me, ideo obtuli. Et tu non venires iuxta placitos dies. Idest etiam vidi, q tu non venies in tempore conueto, vel placito inter nos. Et ista fuit causa potissima: nam etiam si populus dilaberetur a Saule primo, vel secundo die istorum septem, non debuisset offerre sacrificium, sed semper expectare, quia magnum supererat tempus, in quo rationabiliter venire potuisset Samuel, quia tamen iam elapsi erant dies placiti, vel erat eorum finis, ita vt non expectaretur iam Samuel venturus, potuisset rationabiliter habere occasionem ad offerendum sacrificium, nec tamen facere debebat, quia vt dictum est supra melius fuisset etiam non veniente Samuele manere dies illos sine sacrificio, dñi tamen semper expectaretur, quam quod in fine illorum offerretur a Saule.

Cum autem dicitur hic, quod nō veniret Samuel iuxta placitos dies, intelligendum est dupliciter, vt supra dicebatur. Primo modo, quod Saul male computauerat dies istos, scilicet computādo in eis diem, quo nunciū venerunt ad Samuelem, qui non erat cōputandus, & tunc Saul bene expectauit septem diebus, & elapsus est terminus dierum placitorum ante aduentum Samuelis, tamen ipse male computauit. Alio modo intelligitur, quod non venit ad placitos dies, scilicet quod ille dies, in quo venit, erat dies septimus etiam secundum computationem Saulis, tamen quia in die septimo in aurora non uenit, putabat Saul, quod iam non veniret, & sic dicitur, quia vidi, quod non venies iuxta placitos dies, idest iam non putabat eum venturum in tempore conueto.

Porro Philisthim congregati fuerant in Machmas. Idest etiam erat aliud, quod me vigeret ad hoc, scilicet q Philisthini congregati erant iuxta me, & cito venturi. Dicitur quod erant in Machmas, quia non multum distat iste locus a Galgala, quia Machmas est apud Bethel, vt supra declaratum est in litera. Bethel autem est circa Iericho, & Galgalam, vt declaratum est Iosue. cap. 7. ideo cum esset Saul in Galgala, & Philisthini in Machmas timuit, quod subito irruerent super eum, & quia inconueniens erat eum non esse paratum p̄missio diuino sacrificio, obrulit.

Dixi tunc: descendit Philisthini ad me in Galgala. Idest cogitavi apud me, q breuiter, vel subito irruerent Philisthini super me in Galgala. i. venient de Machmas in Galgalam. Dñ autem descendit, quia Galgala erat locus humilior, q Machmas, quia Galgala est apud Iericho in valle magna, per quam transit Iordanis, cum aut eatur de Galgala, & Iericho q Bethel, est ascēsus, vt pater Iosue. c. 18. vbi ponitur, q de Iericho occidentem ascenditur ad montana, & peruenitur in solitudinē Bethauē, & pertransitur vsq; in Bethel, sed Philisthini erant circa Bethel. s. in Machmas, ergo eundo in Galgalā descendebant. Et faciem domini non placuit. Quasi dicat vidi, q iniustum erat, q irem ad bellum ante q placarē dñm: placare aut eum erat per sacrificia, ideo voluit prius offerre quā ire ad bellum: in hoc autem habebat rectam doctrinā Saul, q in omni operatione pertinente ad nos p̄mitti debet diuina placatio, & primum quod est in operibus n̄ris debet esse respectus ad Deum, deinde ad nostra progrediamur. Hoc aut est bonum, & utile: bonum quidem, quia honestū est, vt cum Deus sit maximū bonum, ab eo incipiant oēs operationes, & in eū primō tendant affectus nostri. Nam s̄m ordinem finitū ille, qui architectus est, optimus est, & ad eum ordinant ceteri fines, & omnis potentia volitua primo eū respicit, & propter eum oēs alios fines, magis quidē vt instrumenta quā fines, de quo Arist. 1. Ethico. Secundo est utile ad Deum respicere ante omnes opera-

tionēs nostras, nam cum Deus omnium prouidentia & dispositionem habeat, nihil boni, aut mali nobis euenire potest quin Deus illud iudicauerit euenturum, & voluerit quod eueniat, sic patet Matth. c. 10. f. Nonne duo passeres assē veniunt, & vnus ex illis nō cadet sine patre vestro? scilicet, etiam res minimæ non possunt perire, vel gigni sine Dei dispositione, qui illarum prouidentiam habet, quātomagis erit hoc in rebus magnis, sicut sunt calamitates, & prosperitates humana? Cū ergo ad Deum respexerimus, ipse temperabit dispositionem suam circa nos merito bonæ inclinationis nostræ, & humilitatis corā ipso, ita vt sic magis prosperentur negocia nostra sine magno labore, quā aliās magnis cum laboribus fieret. Sic dicitur Matth. cap. 6. Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Modus autem placandi Deum pro principijs operationum nostrarum multiplex est, scilicet, p̄ orationem, per ieiunia, per eleemōsynam, per vigilias & labores, & generaliter per omne opus bonum, qd̄ in Deum directē tendit. Apud Hebræos autem etiā erant multi modi, sed modus communior apud eos erat in sacrificijs, quia nihil est, quod magis in Deo attestetur, quod sit Deus, quā quod offerantur ei sacrificia. Nam multa alia opera bona, quæ in Deum dirigimus, possunt quoque in homines dirigi: sacrificium autem ad solum Deum est. Per hoc etiam magis placabant, & ideo Samuel cū daret consiliū, & præceptū Sauli de modo, quo se deberet habere, quando euenirent pericula, dixit: descendens ante me in Galgalam; ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem Domino, & immoles hostias pacificas. Ista tamen præmittēbatur ad hoc, quod Samuel consuleret Dominum pro Saule: & Deus placatus per sacrificia responderet.

Necessitate compulsus obtuli holocaustum. Idest ista prædicta compellebant me: & potissime descēsus repentinus Philistinorum, quem suspicabar, ideo obtuli sacrificium non sponte, quasi mandatum cōtemnēs, sed compulsus necessitate, ne irruerēt super me Philisthini, ideo non egi iniquē. Accipitur autem hic holocaustum generaliter tā pro holocausto, quam pro hostia pacifica, quia quando venit Samuel iam Saul obtulerat omne sacrificium, quod oblaturus erat, ipse tamen tam hostias pacificas quam holocaustum obtulit: nam supra dixit: afferte mihi holocaustum, & pacifica, idest animalia ad faciēdum quodlibet horum sacrificiorum.

Dixitque Samuel ad Saul: stultē egisti. Quamquā enim excusasset se Saul de oblatione, tamen Samuel non acceptauit excusationem illius, dicens, quod non est legitima, nam potius debuisset permittere quod populus dilaberetur ab eo, & Philisthini irruerent super ipsum, quam quod ipse ante tempus offerret non explens mādatum Domini, ideo dixit, stultē egisti, idest nesciisti, quid te agere oporteret: melius enim erat complere præceptum, exponendo te ad omne periculum. Nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepi tibi. Nimis enim Deus abominatur inobedientiā, & quia Saul peccauerat per inobedientiā meruit priuari regno. Et non peccauit contra aliqua præcepta, quæ essent de lege cōi, s. data vniuersaliter, sed peccauit cōtra ea, quæ specialiter fuerūt data sibi, ideo erat magis inobediens. Et ad signandum magnam inobedientiā expressit hoc Samuel, dicens: Quæ præcepi tibi, i. fuisti inobediens cōtra illa præcepta, quæ fuerunt tibi data specialiter. Ista autem fuerunt, quæ habentur supra cap. 10. f. qd̄ descenderet Saul in Galgalam ante Samuelem, expectaretque ibi septē diebus: hæc aut non cōpleuit totaliter, vt supra declarātū est.

Modus multiplex placandi Deum.

In oibus operibus primo debemus ad Deum respicere.

An Saul propter istam inobedientiam meruerit priuari regno, & an propter istud peccatum de non expectatione, priuatus est, vel propter alia. Quest. XI.

Quæret aliquis, an Saul propter istud peccatum meruit priuari regno, & propter illud priuatus est: nemo enim dubitabat Saulem regno fuisse priuatum, s. quantum ad posteros suos, qui successuri erant ei, & non successerunt. Hoc etiā fuit propter peccatum illius, quia alioquin cōfirmasset Deus regnum illius in sempiternū. manet ergo nūc dubium, an propter istud peccatum priuatus sit.

Aliquis dicit, quod non, quia peccatum de inobedientia contra Amalecitas fuit, propter quod Deus priuauit Saulem regno, ergo nō fuit priuatus propter istud. Pater hoc, quia infra 15. ca. dicitur: pro eo, quod abiecisti sermonem domini abiecit te dominus, ne sis rex, & ibi abiecit sermonem domini cōtra Amalecitas, vt declarauit Samuel, ergo tūc meruit priuari regno, & tunc priuatus est.

Item patet hoc, quia eodem ca. dicitur, ait Samuel ad Saulem, scidit dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te: ergo ante illū diem scissum nō fuerat regnum a Saule, sed illud peccatum fuit post istud, ergo pro isto peccato non priuatus fuit regno.

Item scriptura refert aliqua peccata, propter quæ Saul priuatus est regno, & mortuus est, sed istud non est de illis, ergo non fuit priuatus regno propter hoc. Quod patet 1. Paralipomen. cap. 10. Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eo quod præuaricatus sit mandatum domini, quod præceperat, & non custodierit illud, sed in super etiam Phitonissam consuluit, nec sperauit in domino, propter quod interfecit eum, & transfudit regnum eius ad Dauid.

Item patet hoc auctoritate Iosephi sexto Antiquitatum in fine, cum ait: Hunc itaque finem Saul prophetante, Samuele habuit, quia obediens Deo non fuit, propter mandata, quæ contra Amalecitas habuerat, & quia Abimelech sacerdotis generationem, & ipsum Abimelech, & sacerdotum simul peremit vrbem. sed ibi non ponitur peccatum istud, quod habebat hic, ergo non fuit priuatus regno propter hoc.

In contrarium videtur, quod propter istud peccatum meruerit Saul priuari regno, & priuatus fuerit: quia infra in litera dicitur, quod si non egisses, iam nunc preparasset dominus regnum tuum super Israel vsque in sempiternum, ergo videtur, quod propter hoc regnum Saulis non fuit perpetuum, hoc autem fuit priuari regno, ergo propter hoc priuatus est.

Item patet, quia infra dicitur, sed nequaquam vltra regnum tuum consurget, idest post hoc iam nunquā erit regnum tuum firmum, sed ante hoc regnum Saulis duraturum erat vsque in sempiternum, vt patet infra ergo propter hoc priuatus est regno.

Item patet, quia infra dicitur: quæsiuit sibi dominus virum iuxta cor suū, & precepit ei, vt esset dux supra populum suum, eo quod non seruaueris quæ præcepit tibi dominus, sed Deus non elegisset alium, nisi abiecisset Saulem, ergo pro isto peccato Saul priuatus est regno.

Non fuit Saul priuatus regno propter istud peccatum, quia priuatus est.

Respondendum est, quod istud peccatum inobedientiæ fuit magnum, propter quod meruit Saul priuari regno, & tamen propter hoc non priuatus est, quia si postea non peccasset, Deus non abstulisset ei regnum, & posteros suos, quia Deus misericors est, & non punit, nisi cum homo nimis meruerit. & sic quam per primum peccatum Saul meruit, quod priuaretur regno, vt significatum est hic in litera, tamen

non priuatus est, regnum quoque semper ei remansisset, & semper mansurum erat, nisi peccaret, quando postea missus est ad Amalecitas. Nā post illud peccatum Deus habuit Saulem tanquam regem, & misit Samuelem ad eum, vt loqueretur tanquam regi, vt pater infra capitu. 15. scilicet. Et dixit Samuel ad Saulem, me misit dominus, vt vngerem te in regem super populum eius Israel, nunc ergo audi vocem domini, vade & percutite Amalec, &c. & sic Deus loquebatur ibi Sauli tanquam regi, & propter hoc referebat ibi beneficium institutionis in regem, si tamen iam Saul a Deo priuatus esset regno, frustra Deus cōmemoraret ei istud beneficium, ergo nondum abstulerat ei principatum regnatum propter istud peccatum.

Item patet hoc, quia Numeri capitu. 24. quando prophetauit Balaam de statu regnorum, & accessit ad statum Iudæorum ait: Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur regnum eius. Agag autem fuit rex Amalecitarum, ergo propter illum priuatus fuit Saul regno, s. quia non occidit illum. Et de isto peccato habetur infra 15. capitu. scilicet, quod fuit peccatum in dimittendo regem Amalec viuentem, & pecora terræ eius, ergo non fuit priuatus Saul regno propter istud peccatum, sed propter illud.

Item patet hoc ex differentia modi loquendi hic, & ibi: nam hic peccauit Saul, & Samuel locutus fuit ei dure, tamen nondum dixit, quod ablatum esset regnum eius, sed quod non consurgeret vltra: infra autem decimo quinto capit. dixit Samuel Sauli, scidit dominus regnum Israel a te hodie. Etiam hic dicitur, quæsiuit dominus sibi virum iuxta cor suum, non tamen dicitur, quod iam tradidisset ei regnum, cum autem peccauit eundo contra Amalecitas non solum hoc dictum est, sed etiam, quod iam Deus tradiderat regnum alteri, vt patet infra 15. capitu. scidit hodie dominus regnum Israel a te, & tradidit illud proximo tuo, ergo pro illo peccato priuatus est regno, non pro isto.

Item patet, quia quamquam nunc peccauerit Saul, tamen non dixit ei Samuel, quod dominus abiecisset eum: infra tamen 15. capit. dicitur, quod Deus abiecisset eum, ne esset rex super Israel. Item pater, quia quāquam hic peccauit Saul, tamen Samuel non dimisit eum penitus, cum autem peccauit dimittendo regē Amalec, recessit ab eo Samuel, nec voluit vltra eum videre. Vnde dicitur infra 15. abiit autem Samuel in Ramatha, Saul vero ascendit in Gabaa in domum suā, & nō vidit Samuel vltra Saulem vsque ad diem mortis suæ. Item patet, quia post istud peccatum Deus nō fecit aliquam mutationem quantum ad regnum Saulis, postquam tamen peccauit dimittendo regem Amalec iussit Samueli Deus, quod vngeret Dauid in regem infra 16. ca. ergo non perdidit Saul regnum propter istud peccatum.

Item quamquam peccauit hic Saul, tamen spiritus domini semper mansit in eo vsquequo peccauit contra Amalec, s. dimittēdo regem, & vnctus est ob hoc Dauid: nam ex illo tempore spiritus domini bonus recessit a Saule, & vexabat eum spiritus nequā, ergo non fuit ablatum regnum nunc, sed postea. Hoc autē concedendum est, & verum est, q pro quolibet peccato de his quæ refertur fecisse Saul merebatur perdere regnum, sed propter nullum perdidit actualiter, nisi si quando dimisit regem Amalec viuere.

Ad rationes autem in contrarium responderem. Ad primam cum dicitur, quod Deus abiecit Saulem, ne regnaret propter peccatum Amalec. Dicendum, q verum est, q tunc actualiter abiecit, tamē ante hoc meruerat abici, s. pro peccato, quod nunc fecit, non tamen

tamen abiecit enim Deus actualiter, nisi quando peccavit contra Amalech.

Ad secundam rationem cum dicitur. scidit dñs regnum Israel a te hodie. Eodem modo rñdendum. scilicet qd actualiter nunquam fuit regnum Israel abscissum a Saule, yfque quo peccavit in Amalech: tñ ante hoc meruit qd abieceretur: Deus tamē non abiecit. ppter misericordiam: expectans si adhuc Saul postea bonus esset.

Ad tertiam rōnem. scilicet qd istud non est de illis peccatis, propter quā Saul pdidit regnum & mortuus est. Rñdendum est, qd quāq. i. Paral. cap. 10. non enarrat istud inter cetera: non tñ tollitur quin etiam propter hoc priuatus fuerit, vel meruerit priuari, qd multa & graua fuerunt peccata Saulis, quā non exprimitur ibi, sicut occisio sacerdotum & destructio vrbis Nobe, & persecutio Dauid iniusta. Aliiter potest dici, qd ibi ponitur illud peccatum, quia dicitur, qd mortuus est Saul propter iniquitates suas, eo qd prauaricatus fuit mandatum dñi, quod praeceperat, & non custodierit illud. sed etiā sic dicitur, quod prauaricatus hic fuit mandatum dñi, ergo potest accipi, qd istud enarratur ibi.

Ad vltimam rationem pro hac parte ex auctoritate Iosephi. Dicitur qd etiam Iosephus non enarrat oēs iniquitates Saulis. scilicet et persecutionem Dauid, & qd consulerit Phitonissam, & sic non enarravit istam iniquitatem: non tñ tollitur ex hoc quin ppter istam meruerit regno priuari.

Ad alias rōnes in rñdendum. Ad primā cū dicebatur, qd si non fecisses iam nunc pparasset dñs regnum tuum &c. Rñdendum est, qd per illud meruit Saul, qd regnum eius non ppararetur in sempiternum: tñ non fuit propter illud actualiter priuatus.

Ad secundam cum dicitur: sed nequaquam ultra regnum tuum confurget. Sciendum, qd hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo per modum prophetiae non respiciendo ad aliquā pām. Alio modo, qd istud sit quasi quaedam pñunciatio pñae. Primo modo verū est, qd hic pñunciatio auit Samuel Sauli, qd regnū eius non confurget. i. non firmaretur, nec permaneret vltra in posteris, & tñ hoc non erat, qd tunc ei auferretur, quia ē ante quā peccaret uerum erat, qd regnum Saulis non erat prosperandum, & poterat ei istud pñunciari: tñ nondū aliquid meruerat ppter qd non prosperaret. Si autē accipiatur secundo modo. lvt est quādam pñunciatio pñae: non est sensus, qd non confurget vltra regnū tuū. i. hodie a te ablatū est, sed qd merebaris, qd hodie a te auferretur, & verē auferret, nisi esset Deus misericors.

Ad tertiam rōnem cum dicitur: quāsi fuit dñs sibi virū iuxta cor suum, ergo iam Saul priuatus erat, quā aliās non quærerēt alius, cui daretur regnū. Rñdendū est, qd non sequitur ex hoc, qd fuisse iam ablatū, quia nō dicitur hic: tradidit Deus alteri regnū, sicut dicitur. j. 15. c. Sci dicit Deus hodie regnū Israel a te, & tradidit illud pximo tuo meliori te: sed, qd fuit. Est autē sensus, qd qd ista vice non fuit Saul priuatus regno, tñ quia nunc peccavit, & Deus ē sciebat, qd in breui iterum peccaturus esset, & ob hoc regnū actualiter tolleret ei, dicitur qd iam qd fuerat virum iuxta cor suū, & iste est modus loquē di humanus. scilicet qd quā hōies sciunt, qd aliqua re indigent, quāq. actualiter nō indigent illa, tñ inquirunt eam, & ista est prudentia. Ita autē Deus dicitur hic inquisiuisse virum iuxta cor suū, quasi nūc nouiter inquireret visō casū, vel rōnem inquirendi. ab aeterno tñ ipse pcongnoerat quē facturū esset regem. Quod si non fecisses iam tibi nunc pparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. q. d. si non cōmississes hanc inobedientiam, nunc Deus firmasset regnum tuum, ita qd in aeternum posterū tui succederēt tibi, sed tunc nō fiet.

An si Saul non peccasset isto peccato, regnum eius fuisset firmatum in sempiternum. Quæst. XII.

Quæret aliquis dato qd Saul non peccasset nūc, an pp hoc regnum eius esset simpliciter firmatum in sempiternum. Et vñ qd non, quā nunc Saul pp pñm meruit priuari regno, qd ergo nunc non peccaret, postea faceret peccata maiora his sicut accidit in eo, ergo etiam pp illa priuaretur regno: qd nunc non peccasset. Respondendū est qd si Saul nō peccasset regnū eius mansurū erat in sempiternū, sicut litera dicit, & cum dicitur qd si postea faceret maiora peccata pp illa priuaretur regno: qd ante hoc nūc peccasset: concedendū est hoc. Erat tamen modus talis, scilicet qd si Saul nunc obediisset Deo expectando Samuelē merito istius obediētiæ cōseruasset eū, ne incurreret in voluntaria pñā, pp qd deberet regno priuari, & sic confirmatū esset regnū eius: nunc autē quia peccavit, iam Deus nō conseruauit illum, & incidit in alia peccata, pp quā meruit priuari, scilicet quia non obediuit Deo p Amalec. Sic etiam factum est in angelis bonis & malis: nā eo qd angeli boni in primo actū, qd non erāt confirmati libere in Deum conuersi sunt, meruerunt confirmari, lvt amplius peccare non possent, quod illis nō pronētiūc ex natura, sed ex Dei bonitate, qui voluit eos pro illo bono actū amplius in bono confirmare: mali autem quia in primo actū malos se reddiderunt nūc amplius ad bonum reuersi sunt. sic etiam de primo homine dicunt futurum fuisse, scilicet quod si ad primam tentationem diaboli resistisset confirmasset eū Deus, vt vltra peccare non posset, propter illud peccatū tamen meruit oīa mala, quā ipsi & nobis venerunt.

Quomodo poterat regnum Saul firmari in aeternum, etiam si non peccasset, cum prädixisset Deus regem fore de tribu Iuda. Quæst. XIII.

Quæretur vterius quō dicitur hic, qd regnum Saulis firmaretur si nō fecisset hoc? quia dato qd Saul nūc peccasset, Deus tñ prädixerat, qd reges futuri essent de tribu Iuda, vsque ad aduentum Messia, sicut auferretur sceptrū de tribu Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mitendus est, Gen. 49. Respondet aliquis qd satis poterat stare, nam postea accidit, qd regnum Israel divideretur in duas partes: ipe Roboam, ita poterat esse qd fieret postea, & manerent quidam reges de genere Saulis, & alij de tribu Iuda, sicut postea accidit qd essent quādam reges de tribu Iuda, & alij de tribu Ephraim. Respondendum est, quod non stat, quia Deus fecerat Saulem regem super totum Israel, vt patet supra cap. 9. & hic. Si autem non peccasset non merebat quantum ad aliquid minorari, nec fuisset minoratus: ergo non potuisset compleri pñunciatio de regibus futuris de tribu Iuda. Responder Nicolaus ad istam quæst. qd ordinatio diuina de aliquo futuro aliquādo accipitur, prout est in diuina pñciantia, & sic immutabilis est. Alio modo accipitur, scilicet dispositionem causarum secundarum, scilicet fm merita, & demerita hominum, ex quibus disponuntur, vt per hanc puniantur vel pñmientur, & talis ordinatio est mutabilis, sicut merita, & demerita hominum, & frequenter contingit, qd ordinatio diuina de aliquo futuro isto secūdo modo in sacra scriptura exprimitur, sicut Ionā cap. 3. dicitur: Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur. quia demerita illius ciuitatis exigebant eius subuersionem a Deo futuram; sed quia egerunt poenitentiam, ista ordinatio fuit mutata, quia ciuitas non fuit subuersa. Isto modo dicitur in Saule: Quod si non fecisses, iam non pparasset Dñs regnum tuum, i. si

Ordinatio diuina de aliquo futuro dupliciter.

non fecisses qd mādātū Dei, & stetisses in bonitate, in qua eras, qd regnare cepisti, esses dispositus, vt confirmaretur tibi regnum, & filiis tuis. Sed ista responsio, licet vera sit, tñ non multum satisfacit quæsto, quia solum declarat quomodo aliquæ diuine pñciantiae, vel pñciantiones fm diuinam pñciantiam sunt, & aliq. fm merita nostra, qd tñ sunt duæ pñciantiones, quæ ambæ sunt secundum diuinam pñciantiam, si videntur hñe aliquam cōtrarietate quō stare possint non tetigit. Hic autē sic est, quia prophetia de regno mansuro in tribu Iuda erat fm Dei pñciantiam immutabilis: prophetia quoque qd habuit hic Samuel ad Saulem. scilicet iam nunc pparasset dñs regnum tuum erat fm Dei pñciantiam, & necessaria: nā necesse erat, qd si Saul mansisset in bonitate, in qua a principio fuit, & filij eius secuti fuissent eandem viam, qd regnū maneret in eternum in posteritate eius, quia hic nō potest aliquid aliud subintelligi cum ipse status meritoiū exprimitur. scilicet quod si non fecisses. Nunc autē ambæ prophetiæ sunt fm firmam Dei pñciantiam, ideo dubiū ē. Rñdendum est, qd quæcunq. duæ pphetiæ, quarum vna est fm firmam pñciantiam, & alia fm merita rerū, stare pnt simul, qd tuncque pñciantia sit, eo qd vna intelligit conditionaliter, & alia sine pñciantia. In vna est immutabilis status. In alia autē mutabitur. Si tñ sint duæ prophetiæ, & ambæ intelliguntur fm firmam pñciantiam, & habent aliquam pñciantiam, nō possunt stare, nisi forte vna earū sit conditionalis, quia tunc illa resoluūt in prophetiam, quæ est secundum merita rerū, & conditio illa nunquam aduenit: verbi grā sicut hic. hñe duæ pphetiæ de regno tribus Iudæ, & de regno Saulis erant fm firmam Dei pñciantiam: prima tñ est sine conditione, secunda pñciantialis: Ideo prima necessario stabit, secunda autē ēt necessario adueniente conditione, sed pñciantio nunquā aduenit, nam si adueniret, necesse esset alteram pphetiam esse falsam, & quia sic erat hic. scilicet Deus sciebat, qd Saul pñciantis erat istam iniquitatem, dixit Samuel, qd si nō fecisset hoc, Deus cōfirmasset regnū eius in sempiternū: si tñ Saul peccaturus non fuisset, non esset hoc ei pñciantiam absolute de perpetuitate regni Iudæ. Et hoc modo solui possunt multæ aliæ difficultates, quæ suboriuntur ex apparenti cōtrarietate sacræ Scripturæ in prophetijs. Sed nequaquam regnum tuum vltra confurget. Id est quia hoc fecisti iam non prosperabit regnum tuum, scilicet non manebit tibi firmum, quia post Saulem nemo regnauit de posteris eius, nisi Isbo seth, & iste valde pauco tempore, & in aduersitate, quia dum ipse regnabat etiam regnabat Dauid super tribum Iuda, & erat pñciantis inter vtrumque regnum: semperque pñciantis regnum Dauid. De hoc infra 2. lib. cap. 2. & non est sensus hic nequaquam regnū tuum vltra confurget, id est non habebis iam prosperitatem in regno, sicut ante habuisti, quia etiam Saul post istud prosperatus est in multis bellis, vt in bello Amalec, & p multas alias gentes, scilicet Moabiturū, Ammonitarum, Philistinorum, & Idumeorum, & cōtra oēs pñciantis, pñciantis in fine vite sue, qd cecidit gladio Philistinorum, vt patet sequēt. Saul cōfirmato regno sup Israel pugnabat p circūitū aduersus oēs inimicos eius, p Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philistheos, & quocunq. se vteret superabat: Sed ē sensus, qd Saulis regnū vltra hoc nō confurget. i. ante hoc merebat Saul, qd cōfurgeret regnum eius. scilicet qd perpetuaretur in posteris eius. Nunc autē vltra non placebit Deo, vt illud confirmet in posteris Saulis. Quæsiuit enim sibi dominus virum iuxta cor suum. Reddit hic cā pñciantis. scilicet qd nō pparasset regnum Saulis, quā iam quæsitus erat alius, qui regnaret, & nō erat de stirpe Saulis. Dicit autē iuxta cor Alph. Tost. In Primum Regum.

suum, ad significandū, qd Saul non placuit Deo nimis, sicut placebat Dauid, qui nunc electus erat. Dicit autē istud, non qd Saul non fuerit vir fm cor Dei, qm ipse elegit illum, sed quia nō totaliter placuit ei, nec semper placiturus erat, sicut placuit Dauid, pnterit autē hoc ad illos, qd perpetuat principatus. Sic n. patet de Heli sacerdote, & de Sadoc, nā Deus elegit Heli sacerdotem, vt ministraret corā dño, vt patet. s. c. 2. Locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. Deus nāque elegit hunc specialiter, quia ipse erat de domo Ithamar, ad quam non pertinebat summum sacerdotiū, & Deus transtulit de filiis Eleazari, & Phinees sacerdotium ad ipsum: tñ non dicitur in electione eius, qd Deus inuenit virum iuxta cor suū, & sic nō permanit principatus in sempiternum in domo eius, de Sadoc autē summo sacerdote dicitur, qd elegit Deus sibi virum, iuxta cor suum, & mansit principatus illius in sempiternū, ita supra. c. 2. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciat, & edificabo ei domum fidelē, & ambulabit corā Christo meo cunctis diebus. Ita etiam Saul a Deo electus est. s. 9. c. 1. Cras mittā ad te virum de Beniamin, & vnges eum ducem sup populum meum. ibi tñ non dicitur, qd erat vir fm cor Dei: vt non perpetuatum est regnum eius. De Dauid autē dictum est, qd erat vir fm cor Dei, iō posterū eius manserunt in perpetuum in regno. scilicet vsque ad Messie aduentum.

Quomodo fuit verum, quod Deus elegerit virum secundum cor suum, cum Saul non esset electus. Quæst. XIII.

Quæret aliquis quō dicebat Samuel, qd Deus elegerat virum fm cor suum, qd non erat prius electus Saul, vt. s. declaratū est, si post hoc non peccasset non fuisset priuatus regno ipse, aut posterū sui, sed cum incertum erat, an iste priuatus erat, non erat alius in regem eligendus.

Respondendum, qd vt supra declaratum est Saul nō fuit priuatus iure regni actualiter propter peccatū istud, sed meruit solum priuari. Deus autē ab eternō sciebat quantum iste permanens esset in regno, & an posteritas eius successura erat sibi, ideo nō inquirerebat virum aliquem post peccatū Saulis, nec ante. Sed iste modus loquendi cōuenit negotijs humanis. scilicet qd homines, qui prudentes sunt habent de rebus suis prouidentiam, & antequam opus habeant, actualiter inquirunt ea, vt cum opus fuerit ex penuria non perturbentur, sic etiam erat hic, quia cū Saul peccasset, Deus prouiderat, qd adhuc iterum peccaret, & mereretur priuari regno, ideo quasi ante tempus voluit quærere quem acciperet in regem illo tempore, quō Saul priuaretur: non tamen accepit eū immediate: nam non dicitur hic, accepit virum secundū cor meum, sed quæsiuit, ideo non vnxit eum immediate in regem, sed postea.

Sciendū autē, qd Samuel dicebat ista prophetiæ de viro quæsitō: tñ nesciebat quem virum, Deus quæsiuerat: vnde qm misit eum Deus ad vngendum vnum de filiis Isai, nesciebat quis erat, & applicuit oēs singillatim, & quærebat de quolibet, nunquid est coram dño Christus eius, infra 1. 6. c. si tñ ipse sciuisset determinate virum electum non inquisisset per diuersos. Sciebat tñ qd vnū inquisitus erat: nam hoc Deus sibi reuelauerat, & sic dixit, quæsiuit Deus sibi virum. Et præcepit ei, vt esset dux super populum suum. i. ad hoc quæsiuit eū, vt esset dux. Rex. Et non est sensus, qd Deus iam reuelasset Dauid, qd esset futurus rex, & iussisset ei hoc, nam ad istud nō oportebat esse præceptum: Et ad Dauid non fuit facta reuelatio aliqua, quousque vnctus est

in regem: nam reuelatio fit per spiritum propheticū: Dauid autem nondum non habuerat spiritum dñi in se, vsque ad diem, qua vnctus est, vt patet. j. 16. c. f. spiritus dñi directus est in Dauid a die illa, & in reliquo. f. a die illa, qua vnctus est, & postea in reliquo tempore, ergo non fuerat reuelatum Dauid ante tempus illud, q̄ esset futurus rex, sed est sensus: p̄cepit ei, vt esset dux. iad hoc inquisiuit eum, vt p̄cipere ei, q̄ esset dux. ista tamen p̄ceptio postea fuit. f. quando Dauid institutus est in regem a Samuele. *Eo quod non seruaueris, quæ p̄cepit dominus.* Id est si tu seruauisses p̄cepta Dei, non qua: suisset sibi Deus alium regem, sed quia non obediisti que: suuit alterum. f. qui obedit sibi in omnibus, qua: iusserit, & etiam quantum ad hoc d̄r Deus inueniēs virum secūdm cor suum. f. q̄ cor illius viri erat, sicut cor Dei: sic habetur. j. cap. 16. f. Ne respicias vultum eius, nec altitudinem stature, qm̄ abieci eum, nec iuxta intuitum hominis iudico: homo enim videt ea, que: parent: Deus autem intuetur cor. Erat autem cor istius, sicut cor Dei, quia ea, que: volebat cor Dei, volebat cor istius, & exequabatur ea, p̄ceptum autem, quod non seruauit hic Saul erat illud, quod habetur supra in litera, & s. 10. c. f. de expectatione septem dierum: postea etiam p̄uaricatus fuit alia p̄cepta propter quorum singula merebatur regno priuari. *Surrexit autem Samuel, f. postquam increpuit Saulem, quia fecisset hæc.* Et descendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. f. nunc erat Samuel in Galgala, quando increpuit Saulem, inde autem descendit in Gabaa. f. noluit amplius morari in loco illo: nam ad ipsum conueniant Israelit̄, vt Samuel consulere dominum pro Saule, & pro eis, & quia Saul transgressus est p̄ceptum domini offerendo ante tempus, noluit Samuel consulere dominum existimans, q̄ iam nihil eēt prosp̄erum, sed recessit mox in Gabaa.

Samuel p̄pter peccatum Saulis noluit consulere dominum.

An Samuel peccauerit non consulendo dominum pro Israelitis. *Quæst. XV.*

QUÆRIT aliquis an Samuel peccauerit hic nõ consulendo dominum pro Israelitis, & docendo qualiter facere deberent. Er videtur, q̄ sic, quia quamquam Israelit̄ peccauissent, tamen nõ debebat cessare ab oratione, & doctrina pro eis: sic. n. fecerat supra, nam quamquam peccauisset populus petendo regem, tamen postea quando venerunt tonitrua, & pluuie super populum, orauit Samuel pro eis, p̄ced. c. nec solum hoc, sed etiam dixit, q̄ erat peccatum si cessasset orare pro eis, vt patet ibidem. f. absit autem hoc peccatū a me in domino, vt cessem orare pro vobis. Hic autem sic erat, q̄ peccauerat Saul faciendū sacrificium ante tempus: ergo debuit Samuel orare pro ip̄o, quamquam peccauisset, & consulere dominum.

Aliquis dicit in contrarium, q̄ non debebat consulere, sed quia peccanti debet poena infligi, & Saul peccauit, debuit in hoc puniri, vt Samuel non consulere dominum pro eo.

Respondendum est, q̄ Samuel non debuit cōsulere dominum, nec peccauit non consulendo: non tamen propter rationem, quam isti dant, quia tūc sicut p̄ peccatum cessare deberet Samuel a consulendo dominum pro Israelitis, vel pro Saule: ita deberet cessare ab orando. Nam ad idem pertinent ista duo, & tamen peccatum erat in Samuele, si cessaret orare pro populo, q̄ peccauisset, vt patet p̄ced. c. ergo etiam peccatum erat non consulere si solum p̄ hoc nõ cōsulere. Item apparet, q̄ teneretur cōsulere, sicut orare, quia p̄ced. c. d̄r: Absit a me hoc peccatum in dño, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonā:

ergo cessare a docendo viam bonam erat peccatum, sed ista via bona ostendenda erat aliqñ per doctrinā legis, aliqñ aut consulendo dñm in his, q̄ dubia sunt, quorū vtrunq̄ possibile erat Samueli, eo q̄ erat p̄pheta: ergo si cessaret cōsulere dñm pro Israel in tpe necessitatis peccaret. Nec valet rō. f. q̄ peccauit Saul, ideo debebat ei dari poena ex parte Samuelis, q̄ increparet eum coram toto populo, ex parte aut̄ Dei fuit poena, q̄ regnū suum non confugeret vltra: ergo non erat in super addendum, q̄ non consuleretur Deus p̄ Saule. Dicendū tñ, q̄ hic Samuel non consulit dñm pro Saule, sed non fecit hoc, tanquam iratus recederet ab eo, sed quia videbat, q̄ iam nihil esset prosperū: vel forte, q̄ Deus nollet r̄spondere. Primo mō est sensus, q̄ Samuel videns Saulem peccasse credidit frustra esse consulere dñm pro illo ista vice, quia Deus nunc non daret ei aliquid prosperum, & credendum magis est, q̄ Samuel cognosceret, quid Deus disposuisset de Saule pro hac vice, q̄ si iret ad bellum periret, sicut sciuit, q̄ regnū Saulis pro hoc peccato non erat p̄mansurum: non debebat ergo Deum nunc consulere, quia eo non consulente iā Deus respondisset. Aliter dici p̄t, q̄ Samuel sciebat deum non esse iratū Sauli, ideo credidit, q̄ nollet r̄spondere ei. Sic factum est seq. cap. qñ peccauit Ionathas comedens de melle, & Deus noluit respondere quousque inquisiuit eum, q̄ peccatum esset in populo, & per quem venisset, cur Deus r̄spondere nollet. Sed adhuc primum melius est. f. q̄ iam Samuel sciebat, quid hac vice accidere debebat ex reuelatione Dei: nam si nesciuisset exposuisset se dubio consulendo. Cum aut̄ c̄f, q̄ peccauerit, quia cessauit consulere, responderetur, q̄ si cessauisset consulere solum, quia peccauisset Saul, esset ei peccatū, sed cessauit, quia iam sciebat quid Deus responsurus eēt, ideo frustra esset consuli Deum.

Quare Samuel recessit de Galgalis, & iuit in Gabaa. *Quæst. XVI.*

QUÆRIT aliquis quare Samuel recedēs de Galgala iuit in Gabaa. R̄spondetur, q̄ hoc fecit, quia iam populus non erat mansurus in Galgala, sed iturus in Gabaa, & quia hostes erant prop̄. in Machmas, populus aut̄, qui erat cum Saule erat paucus. f. sexcenti viri, vt patet. j. & isti timerent a multitudine hostium, ideo, vt confortaret eos recedendo, iuit cum eis vsque Gabaa, & hoc apparet, quia dum procederent viri, qui ibant cum Saule versus Gabaa, hostes pugnabant p̄ eos, quousque venirent in Gabaa, vt patet immediate. Aliter p̄t dici, q̄ Samuel venit in Gabaa, quia ipse erat vir propheta, & vacabat diuinis laudibus in prophetando, & quia in Gabaa erat congregatio prophetarum, venit ad locum ipsum, vt ibi cū eis Deum laudaret. Quod autem in Gabaa essent p̄pheta, apparet. s. c. 10. f. post hæc venies in collem dñi, vbi est statio Philistinorum, & cum ingressus fueris in urbem obuuium habebis gregē prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalteriū, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosque prophetas. Isti autem consueti erāt manere in loco ip̄o, & ad excelsum ascendere, vt ibi coram domino prophetarēt: quia forte erat ibi locus orationis specialis. Quod autem Samuel solitus erat manere cum prophetis, apparet: quia quando Saul misit, vt raperent Dauid existētem cum Samuele in Ramatha, inuenerunt p̄ncipii gregem prophetarum vaticinantium, & Samuelē super eos. j. ca. 19. & quia nunc nihil tractaturus erat de negociis belli, iuit forte, vt maneret cum prophetis in laudibus Dei.

Quare

Quare Samuel iuit in Gabaa confortando exercitum Israelitarum, & noluit ire cum eo contra Philistinos. *Quæst. XVII.*

QUÆRIT aliquis tenendo primam positionem. f. q̄ Samuel iuit in Gabaa, vt non timeret exercitus, qui transibat in Gabaa de Galgala, qñ non erat cum eis eundo p̄ Philistinos, quia sicut adiuuabat eos, ne Philistini nocerent eis in via, ita adiuuaret eundo contra Philistinos, vt pugnarent.

Respondendum, q̄ hoc fecit Samuel, quia credidit Deo esse gr̄tū: nam si non peccasset nunc Saul Deus tradidisset Philistinos in manū eius, quia tñ peccauit noluit tradere: sed adhuc non tantum iratus est Deus pro isto peccato, vt vellet tradere populum suū in manū hostium. Concessit ergo eis defensionem, v̄tōriā tñ non largitus est, quia hac caruerunt propter malitiam, illam vero asserunt sicut Dei misericordia: Nimis autem distitit inter hoc, q̄ Deus alicui concedat, q̄ superet hostes suos, vel q̄ concedat, q̄ non superet ab eis. Primum autem noluit Deus largiri Israelitis, ideo Samuel non iuit cum eis p̄ Philistinos. Secundum autem concessit, ideo iuit Samuel cum populo vsque ad Gabaa confortando eos. Simile h̄r Numer. c. 14. Deus enim dixerat Israelitis, q̄ adiuuaret eos cōtra omnes hostes suos. Exo. c. 23. f. terrorem meū mitam in præcursum tuum, & occidam oēm populum, ad quem introieris, & in dorum que inimicorum tuorū coram retergam vertam. Hoc aut̄ intelligebat, qñ Israelit̄ Deo obedirent, vt patet. eo. c. f. q̄ si feceris oīa, que loquor inimicus ero inimicis tuis, & affligā affligentes te. Cum aut̄ peccauerunt Israelit̄ in Cadesbarne, iā Deus volebat eis dare vires. p̄ hostes, nolebat tñ, q̄ perirent ab hostibus, ideo cū essent ibi apud Amalecitas, & Chananeos, hostes suos, iussit, vt inde recederent ne hostes sui irruerent super eos, ita Numer. c. 14. f. Qm̄ Amalecites, & Chananeus habitant in vallibus crās in monte castra, & reuertimini in solitudinem per viam maris rubri. Hoc aut̄ erat, quia Deus nolebat eos adiuuare ad impugnandum hostes: nec erat ad defendendum, sed si super eos hostes irruerent, non monstraret miraculum super indignos: nolebat tñ q̄ perirent, ideo iussit, q̄ recederent longe ab hostibus, & quia ipsi non solum non recesserunt, sed ascēderūt sequenti die p̄ hostes, dicente Moyses: nolite ascēdere, non. n. est Deus vobiscū ne corruiatis coram inimicis vestris: percussit sunt plaga magna ab Amalecitis, & Chananeis. eod. ca. D̄r autem hic, q̄ descendit Samuel de Galgalis. i. de Galgala, quia aliqñ declinatur singulariter, & aliqñ pluraliter, sicut Ierosolyma, & Ierosolymis. Et dicitur, q̄ venit in Gabaa Benjamin, quia ista ciuitas erat in forte Benjamin, & ponit ista adiectio ad differentiam signandam, quia erat alia Gabaa, que non erat in tribu Benjamin, vt supra in principio. c. declaratum est.

Et reliqui populi ascenderunt post Saul. i. reliqui de populo. f. immediate, vt recessit Samuel de Galgala recessit ēr Saul, & cum eo iuerunt illi, qui manserunt de populo. f. sexcenti viri, & populi non est hic pluralis numerus, sed est genitiuus singularis numeri. f. reliqui populi, id est residui de populo: nam si acciperetur in plurali intelligeretur, q̄ multi populi ibant cum Saule. Sed falsum est, quia solum iuerunt sexcenti viri, vt patet infra. Sed est sensus, q̄ omnes, qui reliqui erant. i. residui de populo iuerunt cum eo. f. q̄ totus populus Israel congregatus fuerat cum Saule in Galgala, vt patet supra in litera. f. clamauit ergo populus post Saul in Galgala, postea autem, cum nimis moraretur Saul expectans Samuelē recessit populus ab illo, vt patet Alph. Toft. In Primum Regum.

supra. f. & non venit Samuel in Galgala dilapsusq; est populus ab eo. Tor aut̄ de populo recesserunt, vt solum manerent sexcenti viri. & istherant reliqui de populo. f. de populo congregato in Galgalis, & isti ascenderūt cum Saule, quando iuit de Galgalis in Gabaa.

Aliter potest intelligi, q̄ populus, qui erat cum Saule in Galgala. f. sexcenti viri diuisi sunt, & aliqui eorū iuerunt cum Samuele in Galgala. Postea aut̄ Saul iuit cum reliquis, qui manebant, ita vt essent diuisi in duas turmas, tunc autem non accipitur populus pro toto populo, qui congregatus fuerat in Galgala ad Saule, sed pro sexcentis viris, qui diuisi sunt in duas partes, sed primus sensus melior est.

Obuiam populo. Id est isti, qui ibant cum Saule de Galgala in Gabaa ibant obuiam populo.

Sed quis esset iste populus, esset dubium. Aliqui dicunt, q̄ esset populus Israel, & isti qui ibant de Galgala in Gabaa habebant populum obuuium. f. quia Israelit̄ egrediebantur obuuiam Sauli, vt honorarent eū, & ducerent in locum suum Gabaa.

Quis erat iste populus.

Sed non stat, quia d̄r immediate, qui expugnabant eos. f. q̄ ille populus qui exiuit obuuiam Sauli expugnabat illos, qui veniebant cum Saule. Si tamen essent Israelit̄ non expugnassent viros Saulis: nam hoc modo non venirent ad honorandum Saulem.

Aliquis aut̄ dicit, q̄ debet aliter intelligi. f. q̄ viri, qui veniebant cum Saule, expugnabant populum obuuiū, & tunc (eos) & (venientes) nõ sunt eiusdem casus, sed (eos) refertur ad populum obuuiū (venientes) autem ad viros, qui ibant cum Saule refertur.

Sed tunc etiam dicitur quomodo stat, quia viri venientes cum Saule expugnarent alios Israelitis. Dicit aliquis, q̄ hoc fiebat in poenam defertionis aciei: nam iste populus, qui exibat obuuiam Sauli erat de illis, qui fugerant a Saule, quando erat in Galgala, & tanquam male meritis expugnabat eos exercitus Saul. Sed hoc non stat, quia Saul quando erat in Galgala videns populum a se dilabi, neminem ausus est percutere pro dilapsu cum tunc haberet maiorem partem exercitus, quanto magis nunc, quando erant pauci cū eo. Item dato, q̄ ipse posset punire eos, qui fugerant de acie cum tunc neminem puniret, potissimē modo bellico, quia totus Israel simul non poterat intrare in Philistinias, quanto magis si fierent bella inter istas: nihil enim est, quod magis rempublicam breui calamitate subuertat.

Dicendum ergo, quod iste populus, erat populus Philistinorum, qui erat in Machmas, & quia Gabaa non multum distabat a Machmas, & Israelit̄ venturi in Gabaa transire debebant non longe a castris Philistinorum: Philistini egressi sunt obuuiam Israelitis, & expugnabant eos, dum venirent de Galgala in Gabaa.

Qui expugnabant eos. Id est populus Philistinorum, qui egressus est obuuiam viris Saul expugnabat eos. i. viros istos. Venientes ex Galgala in Gabaa. i. venerunt viri Saulis de Galgala in Gabaa, & in ip̄o itinere cū traherent circa castra Philistinorum expugnauerunt eos Philistini, & tunc venientes, & eos est eiusdem casus, quod totum refertur ad viros Saulis, & dicit venientes, quia cū erant in Gabaa, vel Galgala non expugnabant eos, sed solum in via, quia ibi facilius poterant p̄ualere a dieris eos.

In colle Benjamin. Id est venerunt ad Gabaa, vbi erat collis Benjamin. Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod in forte Benjamin esset aliqua terra montuosa in cuius parte esset Gabaa, ideo dicitur esse in colle Benjamin, id est in montibus terræ Benjamin. sic dicitur de forte Ephraim, quod quedā ciuitates sunt in monte Ephraim, vt patet. Ios. c. 20. f. Sichē D d 2 in

in monte Ephraim. i. erat vrbs Sichem in terra montuosa fortis Ephraim. Alio modo potest intelligi. scilicet erat in colle Benjamin. i. Gabaa erat ipsemet collis, quoniam in vrbe Gabaa erat quidam collis excelsus, ut patet supra c. 10. vbi dicitur: post hec venies in collem domini. scilicet in Gabaa, & cum ingressus fueris vrbem, obuium habebis ibi gregem prophetarum descendendum de excelsu, & sic erat excelsus, vel collis magnus intra vrbem, & ille vocatur collis Benjamin, quia est in vrbe Gabaa, quae est in terra Benjamin, & iste sensus est melior.

Quare Saul recessit de Galgala immediate post Samuelem. Quasi. XV III.

Quaeret aliquis, quare Saul recessit de Galgala immediate, ut recessit Samuel, & quare venit in Gabaa. Quantum ad primum dicendum, quod Saul non venerat in Galgala propter aliud, nisi quia iusserat Samuel, supra cap. 10. Descendes ante me in Galgalam, ego quippe descendam ad te, & hoc erat, ut Samuel consuleret dominum pro Saule, & quia iam non consulebat, sed recessit inde, superfluum erat manere in Galgala: potissimum, quia non erat locus fortis Galgala. De secundo dicendum, quod venit Saul in Gabaa, eo quod ipse non poterat pugnare contra Philistinorum pugna manifesta: potissimum, quia Deus non adiuvabat eum, volebat ergo se tueri in aliquo loco forti: talis autem erat locus Gabaa, quia dicitur hic, quod erat collis, ideo confugit ad illum; Galgala autem non erat locus fortis, ideo non mansit in eo. Stetit autem Saul in loco isto, quousque factum est prelium, ut patet sequitur. Et recessit Saul populum, qui inveni fuerunt cum eo. Ista numeratio fuit in Gabaa, postquam illuc venit Saul, habuerat enim populum multum in Galgala, & dilapsus fuerat ab eo, nesciens autem ad extremum, quot erant cum eo computavit eos. Fecit autem hoc, quia iam isti mansuri erant in Gabaa cum Saule, & quia ipse missurus erat eos ad aliqua opera, voluit scire, quot erant in omni bello, oportet certum esse numerum pugnantium, & ducum, & ordinem eorum inter se. Quasi sexcentos viros. i. reperti sunt, quasi sexcenti, eo quod omnes alii dilapsi fuerant a Saule cum esset in Galgala, & ob hoc non numeravit ibi exercitum, quia continue dilabebatur ab eo populus, & non haberet numerum certum. Cum autem venit in Gabaa non erat ab eo dilapsus populus, ideo maneret numerus certus.

Et Saul, & Ionathas filius eius, & populus qui inventus fuerat cum eis. Isti omnes erant simul: venerunt enim simul de Galgala in Gabaa, quia licet a principio esset Ionathas in Gabaa, & Saul in Bethel, ut patet supra in litera: tamen postquam percussit Ionathas stationem Philistinorum conuenerunt omnes, tam ipse, quam Saul, & reliquus populus in Galgala. Nunc autem redibant simul, & computauerunt viros, qui erant cum eis: nominatur autem hic Ionathas, quia ipse erat vnus dux, sicut Saul, qui per se ante habebat exercitum. Erat in Gabaa Benjamin. i. tamen Saul, & Ionathas, & exercitus erant in Gabaa. Dicitur autem populus, qui inuentus est cum eis. scilicet sexcenti viri, quia isti solum inuenti sunt.

Porro Philistinorum confederant in Machmas. i. exercitus Philistinorum erat in Machmas, quando recesserunt Israelitae de Galgala, etiam a principio quando venerunt Israelitae in Galgalam, ut patet supra in litera: erat autem Gabaa circa Machmas, quod patet sequitur. quia quando erant Saul, & Ionathas cum exercitu in Gabaa Ionathas dixit ad armigerum suum: veni transeamus ad stationem Philistinorum, quae est trans locum illum, & sic ad oculum videbat Ionathas locum, vbi erat castra Philistinorum, & tamen erat tunc ipse

in Gabaa, ergo non distabat longe a Machmas.

Et egressi sunt ad praedandum. Hic ponitur tertium, scilicet hostilis incursum, quomodo Philistinorum terram Israel depopulabantur, & quia Philistinorum erant in castris, & volebant saltem ad cibum aliquid tollere pro vsu quotidiano, exhibant aliqui de castris, qui praedarentur per loca, quae erant in circuitu castrorum tamen Philistinorum semper manebant, & ibi erat pleraque pars hostium. Isti autem qui egrediebantur de castris non ibant, tanquam castra diuiderentur in plures partes ad eundem per diuersas regiones Israel, sed ad procurandum necessaria pro exercitu mittebantur. Intendebant autem Philistinorum praedare contra Israelitas: interitum terram vastabant. In hebreo dicitur: egressus est damnificans de castris. Vocatur autem damnificans exercitus qui praedatur, quia damna infert. Tres cunei. i. praedatores egressi de castris Philistinorum diuisi erant in tres cuneos. Vocatur autem cuneus bellicus apparatus: ibant enim tres cunei. i. tres turmae ordinatae ad praedandum. Diuidebantur autem Philistinorum in tres partes, quia non timebant Israelitas. Putabant enim eos omnes fugisse, & reliquisse vacua loca: ipsos autem absconditos esse in speluncis, quod & sic factum erat, ut patet supra. scilicet cum vidissent viri Israel se in arcto positos absconderunt se in speluncis, & in abditi, in petris quoque, & in antris, & in cisternis: nec solum hoc, sed etiam Philistinorum sic existimabant, ut patet sequitur. Scilicet dixeruntque Philistinorum: en egredientur hebrei de cauernis, in quibus absconditi fuerant.

Vnus cuneus pergebat contra viam Ephraim. Ponitur hic ad quas terras istae partes exercitus pergerent ad praedandum. Primus autem ibat contra terram Ephraim. In hebreo habetur hic, contra viam Ephraim. Differunt enim Ephraim, & Ephra. Satis autem est verisimile, quod scriptores nostri peruerterint propter facilem similitudinem: hinc tamen istud nomen Ephraim. i. c. 6. f. Venit angelus domini, & sedit sub quercu, quae erat in Ephra. Contra terram autem illam pergebat cuneus iste. Quod vero non possit esse hic Ephraim apparet, quia dicitur, quod pergebat contra viam Ephraim ad terram Saul. Quocumque autem accipitur terra Saul non stat, quia pergerent ad terram Saul contra viam Ephraim: nam si accipitur terra Saul largae terra, cui ipse dominabatur, tota terra Israel erat terra Saul, si vero accipitur terra Saul stricte pro terra, in qua natus est, vocabitur terra Saul fors Benjamin, quia in illa terra natus est. Sed neutro modo stat, quia primo modo non poterant dici Philistinorum ire ad terram Saul. i. ad terram Israel, cum essent intra terram illam. Secundo modo et non potest stare eadem ratio, quia Philistinorum erant intra tribum Benjamin, quae erat terra Saulis, ideo non poterant ire ad eam, sed ibant contra viam Ephraim, quae est contra eam, & non ibant ad terram Saul. Ad terram Saul. i. ibat iste cuneus ad terram Saul, etiam vbi hic corruptio literae nostrae, quia in hebreo habetur: ad terram Saul, sed permutationem literarum facile est dici, & sic facta est corruptio. Est autem terra Saul aliqua regio specialis in terra Israel, sicut dicitur terra Salim, vel Salisa, supra cap. 9. Porro alius cuneus egrediebatur per viam Bethoron. Iste cuneus inclinabatur ad partem septentrionalem, quia Bethoron est in terra Ephraim, ut patet Iosue. cap. 16. Sors autem Benjamin est meridiana, ideo cum veniatur ab ea versus Bethoron, quae est in sorte Ephraim, & est septentrionalis respectu Benjamin, veniatur a meridie in aquilonem. Est autem duplex Bethoron. scilicet Bethoron superior, & Bethoron inferior, ut patet Iosue. capit. 16. & 18. vtraque autem est in sorte Ephraim, ut patet Iosue. c. 16.

Tertius autem vertebat se in terra Soba. Id est tertius cuneus ibat contra terram, quae est Soba. An ista terra sit in terra Israel, vel extra non patet. Certum est, quod terra, quae pra-

Seboim nomen vrbis submersae in valle Sodomorum.

praedabantur Philistinorum erat Israel, sed illa, quae ibat poterat non esse terra Israel, sed aliqua coniuncta ei. Et forte dicitur, quod terra Soba erat ad meridiem terrae Israel, & ibi habitabant Gentiles, quos aliquando pugnauerunt Israelitae, ut patet sequitur. Saul confirmato regno pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos: contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba. Ad iter termini imminens vallis Seboim. i. cuneus iste ibat contra iter cuiusdam terrae, quae est super vallem Seboim. Est Seboim nomen vrbis vnus de quatuor vrbibus, quae submersae sunt in valle Sodomorum de quibus Gen. c. 13. & Deute. 29. Erit autem sensus, quod Seboim cum aliis tribus vrbibus erant in valle, & per iter quod tendit ad regionem quaedam, quae est super vallem illam, ibat iste cuneus Philistinorum.

Sed dicit aliquis non posse sic accipi, quia Seboim non erat iam ciuitas, sed erat ibi lacus quaedam magna, in qua etiam erant aliae tres ciuitates. Dicendum est, quod quamquam iam non esset ciuitas, quia tamen manebat locus in quo illa fuerat, potest nominari, tanquam terminus. Sic patet Gen. c. 10. vbi ponuntur termini terrae Chanaan tpe Moysi, & ponuntur ibi pro terminis vrbes Sodomorum, quae iam submersae erant, & cum eis Seboim: factique sunt termini Chanaan venientibus a Sidone Geraram, vsque Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorram, & Adama, & Seboim, sic ergo poterant poni hic istae quatuor vrbes, vel aliqua earum, tanquam terminus. Fuit autem posita Seboim, & patet quod intelligatur sic, quia dicitur imminere desertum. scilicet ista vallis Seboim erat desertum. Est autem istud desertum inter terram Israel, & Edom, & pro hoc mare Sodomorum, quod est in loco, vbi fuerant ciuitates Sodomorum vocatur mare deserti, ut patet Deute. c. 3. & Iosue. c. 3. vocatur mare solitudinis, quod idem est, quia est circa solitudines Edom. Alii dicunt, quod Seboim est nomen eadem apud hebreos significans pictores, & dicunt, quod quaedam vallis vocabatur vallis pictorum, & quod eam iuit vnus cuneus praedantium, sed primus sensus melior est. Contra desertum. i. erat ista vallis desertum. scilicet desertum Edom, ut supra declaratum est, quia Seboim, & omnis regio Sodomorum erat in extremitate Israel apud solitudines magnas. Porro faber ferrarius. Hic ponitur quartum, scilicet hebreorum ad resistendum Philistinorum nulla apparatus: est apparatus belli in armis. Inter hebreos autem non inueniebatur aliqua arma, quia nec gladius, nec lancea fuit in manibus alicuius de populo, tpe quo iniendum fuit bellum cum Philistinorum. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel. scilicet nec vnus faber erat apud Israelitas. Hoc autem ponitur ad significandum, quod esse potuit id, quod infra habetur, quod alicui videretur incredibile. scilicet cum venisset dies prelii non inuentus est ensis, aut lancea in manu totius populi. Hoc autem erat, quia nullus faber in toto Israel relictus fuerat, ideo positum est de fabris.

Quomodo possibile esset, quod in tanta terra Israelitarum nullus faber esset, cum esset magna terra. Et quomodo fuit introducta ista seruitus. Quasi. XIX.

Quaeret aliquis quomodo esse poterat, quod nullus faber esset in tanto regno, penes non videtur incredibile, etiam si gens illa rusticissima esset. Respondendum quod inter Israelitas a principio fabri fuerant, sicut in aliis populis, quando tamen Philistinorum dominati sunt Israelitarum, fecerunt quod nullus faber esset in terra Israel, ut non possent Israelitae fabricare sibi arma ad repugnandum Philistinorum, & quia quamquam Philistinorum iuberent, ne fierent aliqua arma in terra Israel, dum tamen manebant Alpha. Tost. In Primam Regum.

rent ibi fabri, semper fierent aliqua licet occulte: ideo ut securus esset Philistinorum, transfuderunt omnes fabros, qui olim erant in Israel in terram suam, & de his manebant multi in terra Philistinorum. Vnde quando descendunt hac vice ad pugnandum Philistinorum contra Israelitas, duxerunt secum illos Iudeos, & erant in castris illorum, ut patet sequitur. sed hebrei, qui fuerant cum Philistinorum heri, & nudius tertius ascenderant, cum eis in castris, reuersi sunt, ut essent cum Israel. Sed adhuc dato, quod Philistinorum abstulissent omnes fabros Israelitarum, poterant ipsi ducere fabros de aliis nationibus, qui arma fabricarent, ideo ut securus eis magis esset, posuerunt praeter hoc custodias in terra Israel de Philistinorum, qui obseruarent diligenter, ne hebrei arma fabricarent. Istud autem faciebat statio Philistinorum, quae erat in Gabaa, ut ait Iosephus 6. Antiquitatum, & hoc modo non poterant Israelitae habere aliqua arma. Sed adhuc aliquis dicit, quod hoc non sufficiebat, quia quamquam non haberet Israel fabros armorum in terra sua, tamen poterat emere arma ab aliis gentibus. Fortè responderi possit, quod omnes in circuitu hebreorum erant hostes eorum, ideo nullus eis arma vendere volebat, & sic ablatiis fabricis sufficienter tollebantur arma. Sed adhuc magis dicendum, quod non solum prohibebant fabros Philistinorum in terra Israel, sed etiam verabant, ne quis arma emeret, & si apud aliquem inueniretur diripiabant, vel forte capite pledebant tanquam seditiosi: alioquin potuissent hebrei ab aliquibus confinibus, qui non erant hostes arma venalia accipere, vel saltem ipsi per mare de longinquis gentibus ducere. Habebant enim Iudei in litore maris mediterranei: totum enim occidentale latus terrae eorum illo mari clauditur: sicut constat Nume. trigesimo quarto c.

Quo tempore Israelitae positi fuerunt in tanta seruitute, ut non possent habere fabros. Quasi. XX.

Quaeret vtriusque vterius, quomodo fuit introducta tanta seruitus, vel quando in Israelitas, ut ipsi non possent habere aliqua arma, vel fabros. Non enim potest dici, quod fuit introducta tempore Saulis, quia a principio regni sui, vsque nunc non fecerant Philistinorum aliquod bellum contra ipsos Israelitas, si tamen voluissent Philistinorum introducere aliquam seruitutem, non passus fuisset hoc Saul, cum postea pugnauerit semper contra Philistinorum, & nunc non existente aliqua causa Ionathas percussit stationem Philistinorum, ut supra in litera. Item quod amplius est, ista seruitus erat tempore Saulis non vncti in regem. scilicet quando dominabatur Samuel, ut scilicet 10. Nam die vnctionis suae dixit ei: post hec venies in collem domini, vbi est statio Philistinorum: ergo sicut tpe Samuel patiebantur Israelitae esse Philistinorum in terra sua, qui cogere eos ad ea, quae vellet, cum essent hostes eorum, ita cogere ad omnia alia, sed non habendum arma, & ad excludendum fabros de terra sua: potissimum, quia Iosephus 6. Antiquitatum dicit, quod ista statio Philistinorum in Gabaa erat ad cogendum Israelitas, ne haberent arma aliquo modo. Tempore ergo Saulis non fuit hoc introductum, sed tempore Samuelis. Sic, n. dicit Rab. David Kimhi, quod Samuele perueniente ad senium praevaleuerunt contra Israelitas Philistinorum, & imposuerunt eis hoc iugum, & alia iuga tributorum. Sed dicit aliquis contra, quia supra cap. 7. dicitur: liberavit Samuel Israel de manu Philistinorum, & fuit manus domini super Philistinorum cunctis diebus Samuelis.

Aliquis dicit, sicut Rab. David, quod tempore quo

Opi. Rab. David reprobatur.

quo Samuel fuit iuuenis, & potuit pugnare ꝑ Philistinos liberauit Israel. Cum autem ipse genuit Philistini preualuerunt contra Israel. Sed hoc non stat, quia tempore, quod intercedit inter iuuentutem Samuelis & regnum Saulis, non fuit aliquod bellum: nam vltimum bellum Samuelis fuit in Masphat contra Philistinum, vt patet supra c. 7. Post ipsum autem vsque huc non est aliquod bellum, nisi Ammonitarum, quod egit Saul: ergo si tempore iuuentutis Samuelis non erat imposita ista seruitus, non fuit postea imposita. Item patet, quia inter tempus, & quod fuit a iuuentute Samuelis vsque ad regnum Saulis, fuerunt iudices filij Samuelis, vt patet supra c. 8. factum est autem cum genuisset Samuel, posuit filios suos iudices super Israel: deinde conuicti sunt Israelitice de eis, & perierunt regem. c. c. non tñ conuicti sunt, q̄ aliquod bellum venisset, in quo propter eorum negligentiam lesus fuisset Israel, sed solum conuicti sunt, q̄ non ambulauerunt filij Samuelis in vijs illius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iustitiam. Si tñ aliquod bellum fuisset, in quo Israel propter eos lesus fuisset, vt pote inducta huiusmodi seruitute, maxime illud obiecissent, quia grauius illud erat, quam accipere munera, & peruertere iudicium: ergo non fuit aliquod tale. Item patet magis hoc, quia qñ Israelite elegerunt regem in Masphat, & postea confirmatus est in Galgala, Samuel increpans eos, ait, q̄ liberati fuisset de manu Philistinorum, Moabitaram, & omnium gentium: videntes autem, quod Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum eos, dixerunt nequaquam, sed rex imperabit nobis. Apparet ergo, quod nulla alia occasio fuit bellorum Israelitis ad petendum regem, nisi quia venit contra eos rex Ammon: alioquin non sufficeret, vel non bene increpauisset Samuel Israelitas ponendo solum istud bellum, quod nullum fuit si habuissent alia magna bella in quibus nimis fuissent lesi: conseruerunt tñ Israelite verbis Samuelis, & dixerunt se peccasse, vt patet supra c. 2. ergo non acciderant alia bella inter iuuentutem Samuelis, & principium regni Saulis, in quibus potuissent imponi ista seruitus Israelitis. Sed dicendum est, q̄ ista seruitus fuit posita a longo tempore: nam Philistini dominabantur continuè Israelitarum ab antiquitate, scilicet antequam esset index in Israel Samlon, vt declaratum fuit supra c. 4. & forte tunc, vel tempore Heli fuit posita huiusmodi seruitus, que nunq̄ postea ablata est vsque ad tempus Saulis, in quo aliquater respirauerunt Iudei de iugo Philistinorum: nec tñ proles liberati sunt. Cum autem dicitur, quod fuit manus domini super Philistinos cunctis diebus Samuelis: hoc fuit quantum ad hoc, q̄ non adderent quotidie nouum iugum, sicut facere soliti erant, qñ Israelite non habebant defensorem: tunc n. veniebant in terram Israel quoties volebant. Tempore tamen Samuelis non venerunt ultra cum semel fugati sunt, vt patet supra c. 7. & humiliati sunt Philistini: nec apposerunt ultra, vt venirent in terminos Israel. Cum autem dicitur, q̄ liberauit Samuel Israel de manu Philistinorum, non est sensus, quod ademisset seruitutem, q̄ tunc habebat Israel, sed q̄ fecit ne vltior seruitus apponeretur. Vel dicitur, q̄ liberauit, quia etiam de seruitute que stabat, aliquam partem abstulit, & quam non totam tulerit, liberauit dicitur. Sic enim dicitur de Saule, quod liberatus erat Israel de manu Philistinorum. Deus enim hoc dixit supra c. 9. non tamen abstulit omnem seruitutem, quia etiam manserunt tributa super Israel vsque ad tempora David, qui abstulit fructum tributi de manu Philistinorum infra 2. li. c. 8. Quamquam ergo Israelite passi fuerint hæc seruitutē toto tpe, quo Samuel iudicauit Israel, &

Responso auct.

etiam ante hoc, non tollitur, quin dicatur liberauit Israel de manu Philistinorum cum fecerit ea, que habentur supra c. 7. *Cauerant enim Philistini.* Id est posuerunt legem. Cauere enim proprie pertinet ad leges prohibitivas, & quia Philistini veterant Israelitas facere arma, dicebantur cauisse. Non solum autem venerunt hoc, sed etiam abstulerunt eis fabros ducendo illos in terram Philistinorum. Etiam fecerunt ne emerent ab alijs gentibus. Hoc autem fecerunt Philistini, vt ipsi securiores essent. Volebant enim habere terram Iudæorum sibi tributariam, & subiectam ad omnem seruitutem, & si Israelite habent arma possent rebellare, cum esset magnus populus: ideo abstulerunt eis fabricationem, & emptionem armorum, in quo non solum fecerunt eos tributarios, sed equauerunt illos vere feruis. nam secundum Arist. 2. Polit. c. 2. in recta politia feruis debent adimi arma, ne cum fuerit magna seruatorum turba in liberos possint insurgere, sicut interdum in vrbe Romana; & alijs vrribus factum est. In hoc autē prudenter se habebant Philistini, quantum ad bonum sue reipublice, licet erga Iudæos iniuste: cum indignum imponerent eis seruitutis onus. *Ne forte facerent hebrei gladium, aut lanceam.* q. d. non verabantur Iudæis fabricaciones instrumentorum rusticorum, sed armorum, quia tamen si haberent fabros ad opera rustica, illi quoque possent abscondite facere aliqua arma, que Philistini in eorum credebant calamitatem, securius eligentes abstulerunt hebreis omnes fabros: nam non inueniebatur faber ferrarius in toto Israel. Quod autem dicitur hic de gladio: & lancea intelligendum est et de ceteris armorum generibus: nam eadem ratio subsistit, sed ista expressit de eis gratia exempli, vel quia ista communiora sunt. *Descendebat ergo omnis Israel ad Philistinorum.* Hic ponitur corollarium ex precedentibus: nam supra dicebatur, q̄ nullus faber ferrarius reperiebatur in Israel. Necessè ergo erat, quod Israelite nonnulla haberent rustica instrumenta, vel ad alias gentes irent ad illa emenda; & apparanda, & sic dicitur quod descendebat omnis Israel in terram Philistinorum ad parandum omnia instrumenta rustica. Et intelligendum est etiam, q̄ descendebant ad emendum illa, si interdū opus erat. Hec enim nō veterant Philistini, quia inde eis nullum periculum, aut grauamen inferebatur, quin potius si ista non permitterent facilius ab eis rebellaret, non potentes vitam sine rusticis ducere instrumentis: & Philistinis hoc in eodem modū esset, quia hoc modo in terre nascentibus depauperarentur, & non possent tributa eis reddere. Intelligendum autem, q̄ iste descensus erat ad paranda rustica instrumenta dum Philistinis, & Iudæis pax fuit. Postea autem nec Philistini impune hoc permisissent, nec etiam Israelite, permittentibus Philistinis, hoc voluissent. Sed intelligendum, q̄ cū Ionathas percussit stationē Philistinorum, & iussit Saule tuba cani, q̄ Israel exererat se ꝑ Philistinorum, vt patet. s. in lra. Israelite ceperunt hñe fabros procurantes habere oia, q̄ eis proficere poterant, cum essent iam hoies sui iuris: potissime, quia in isto bello recuperauerunt fabros, quos duxerant Philistini in terram suam: nā ibi venerunt cum eis in bello, & videntes prosperari Israelitas iunxerunt se eis ꝑ Philistinos. J. ca. 14. Et hebrei, qui fuerant cū Philistinorum heri, & nudius tertius, ascenderuntque cū eis in castris, reuersi sunt, vt essent cū Israel: isti autē erant fabri, vt s. declaratum est. Vnde postea pro alijs bellis poterunt hñe maiorem copiam armorum reductis ad se fabris. *Vt aueret vnusquisque vomerem suum.* Id est descendebant ad acuendos vomeres. Ista enim sunt nimis necessaria instra rustica. Et dicitur exacuendo, per quod intel-

intelligitur omnis apparatus etiā de nouo fabricatus: nam in rusticis instrumentis nihil prohibuerant Philistini, cum ex hoc nullum sequeretur eis damnum. *Et ligonem, & securim, & sarculum.* i. descendebant Israelite ad exacuenda ista, vel quocunq̄ue apparanda, vel et de nouo facienda. Ponuntur autē hic tria instra, scilicet duo rustica, & vnum ad alios vsus. Ligō, & sarculum sunt rustica: securis autem ad opera carniū magis pertinet, q̄ potest transferri ad alia opera scissionis: ligō autem ad fodiendum est: sarculum autē ad scindendum vepres, & ressecandum omnia arbuta, que impediant agriculturam, & est in modum falcis, vel securis. *Refusa itaque erant acies vomerum.* i. hebetes erant vomeres, & ligones, & omnia rustica instra. Quod dupliciter potest intelligi: vno modo, q̄ ista instra essent retusa ex diuturnitate temporis, quo non apparata erant. & hoc, quia distulere erat Israelitis non habēdo fabros in terra sua descēdere pro qualibet operatione instrumentorum in terram Philistinorum. morabantur ergo magno tpe, & sic erant instra retusa. Secūdo mō intelligitur, q̄ prius q̄ impugnasset Israelite cum Philistinorum, descendebant Israelite qñ volebant in terram Philistinorum ad parandum rustica instra, & tunc non erant retusa acies eorum: nunc vero, quin postquam inceperat erectio hebreorum contra Philistinos nō descenderent in terram Philistinorum ad aliquid parandum: erant iam retusa acies omnium instrorum. In hebreo dicitur duplex erat lima vomerum, & ligonum, quod intelligunt Iudei. s. q̄ erant duę lime ad parandum omnia instra. s. q̄ per limaturam fererit apparatio. Sed istud non stat, quia vomeres, & ligones, & reliqua, que exprimitur hic non exacuuntur limando, sed alijs modis: nihil ergo ista litera proderet si sic intelligeretur, quia non esset ad propositum. Lra autē nostra conuenienter transtulit sensum ex sensu, licet non verbum ex verbo. Est autē modus intelligendi, qm lima vocat hic acies gladii. s. quia acies est ad secandum, vel limandum. Dr autē, q̄ lima erat duplex. i. duplicata. s. quia ex diuturnitate apparationis acies, vel lima instrorū erat duplata. s. conuersa a rectitudine, ita vt non possent secare, & hoc sonat istud nomen retusa, qm ex tunc sonibus. s. percussionibus fit retusio. Hebrei autem in exponendo errant, eo q̄ ipsimet nesciunt transformationes nominum literę sue: putant limam accipi proprie, sed falsum est, quia tunc litera nihil ageret ad propositum, sed est transformatio accipiendi limam pro acie. Sic enim conuenit sacra scriptura in alijs sepe transmutare. Vnde J. c. 17. ferrum gladij vocatur flamma, & multoties sic appellatur. Hoc autem propter splendorem suum, quia ferrum splendet quando politum est; manubrium autem nequaquam. vocatur autē acies ipsa acuties instrumentorum: nam acies aliquando significat apparatus belli: aliquando autem significat extremitatem acutam gladij extensam, qua scinditur. & dicitur acies quasi acuties, quia ex ea parte gladius acuitur. Omnibus autem instrumentis etiam vomeribus, & ligonibus ex aliqua parte datur acies: quia aliqua pars est ex qua magis acuantur, quam ex alijs. s. ex ea per quam operantur. *Ligonum tridentium, & securim.* Tria instrumenta sunt ad diuersos vsus. Ligonem ad rusticam fossionem, tridentes autem possunt hic vocari rastri, qui dentes habent, & pertinent ad rusticum opus. Vel vocatur tridens sarculum, quia aliquando falcatum est: curuum in modum falcis, & dentatum. Vel potest accipi proprie tridens pro infuso coquinario. s. pro fuscina, q̄ in ollam mittitur ad exponendas carnes, & in quadam extremitate dentata est ad arripiendas carnes, & leuandas de olla, & modo dē tium vocatur tridens. Sic accipitur. s. c. 2. f. Veniebat Alph. Toft. In Primum Regum.

puer sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuscinalem tridentem in manu sua, mittebatque eam in lebetem, vel ollam, &c. Sic etiam ponuntur tridentes, tanquam in ista altaris holocaustorum ad vsus carniū, que coquantur de sacrificiis, vt patet Num. c. 4. Secures autem instrumenta cognita sunt, quæ a secando dicuntur. s. omnium istorum erant acies retusa ex diuturnitate apparationis. *Et vsque ad stimulum corrigendum.* Ista litera non continuatur immediate literę, sed superiori ad illud verbum descendebat. s. vnu quisque descendebat, vt exacueret in terra Philistinorum vomerem, & ligonem, & securim, & sarculum, & vsque ad stimulum corrigendum. i. et vsque ad hoc, qd minimum est. q. d. cum non haberent fabros aliquos in terra sua, necesse erat, q̄ etiam pro minimis operibus irent in terram Philistinorum, vt pro apparatione stimulorum. *Cumque venisset dies prelij.* Ponitur hic id, propter quod posita fuerant superiora. s. q̄ cum pugnauerunt Israelite cum Philistinis nullus de Israel habebat lanceam, aut ensē. Hoc autem, quia non erant fabri in populo. Et dicitur hic dies prelij. s. de prelio, quod habuerunt cum Philistinis. Quod habetur sequen. c. nam ibi cum fugerent Philistini a facie Israelitarum. s. Ionathę, & armigeri sui, reliqui qui erant cū Saule persecuti sunt eos, & tamen tunc non habebat lanceam, aut gladium. *Non est inuentus ensis, aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha.* i. nemo de omnibus, qui fuerant in Gabaa cum Saule, & Ionatha habuerunt ensē, aut gladium, vel lanceam. s. de omnibus illis sexcentis viris, qui supra computati sunt. Sic quoque de alijs generibus armorum, que ad ferrum pertinēt, intelligendum est. s. q̄ nullus thora-cem, aut galeam, aut aliquid simile habuit. Dicit tamen Rab. David, q̄ habuerunt alia genera armaturę. s. tela, arcus, & fundas. De fundis enim, & arcibus satis accipi possent, q̄ sine fabris ista fieri possunt, de telis tamen eadem ratio est, quoniam arma ferrum habentia sunt, ideo sicut non permittentur habere lanceas, ita nec tela. Sciendum tamen, q̄ non est intelligendum, q̄ in toto populo nullus erat, q̄ haberet arma. Aliqua n. erant arma, sed in comparatione tanti populi, quasi nulla erant, alioquin non solum hic, sed et in bello ꝑ Ammonitas dictum fuisset, q̄ non inuentus est gladius, aut lancea in manu totius populi, sed nihil dicitur, quasi intelligatur, q̄ haberent arma, vt patet. s. c. 11. hic autem dicitur, q̄ non est inuentus ensis, aut lancea, quod intelligendum est, quantum ad sexcentos viros, qui erant cum Saule, & Ionatha. Accidit n. q̄ isti nulla arma haberent, quamquam aliqui alii de Israelitis haberent arma. Hoc patet, quia dicitur hic, in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha. Populus tñ, qui erat tunc cum eis, erant sexcenti viri, quos adduxerant de Galgala in Gabaa, vt patet. s. in litera, nec adhuc quisquam alius accesserat ad illos, quoniam seq. cap. dicitur, q̄ solum erant sexcenti viri cū Saule, & Ionatha tpe belli. Aliqui autem alii de Israelitis absentibus arma habebant, licet rari. Quod erat, quia ista lex, que vetabat arma Israelitis, erat satis antiqua, vt supra declaratum est. Tunc tamen cum posita est, non fuerunt ablata arma, que possidebant Israelite: illorum tamen plurima per diuturnitatem defecerunt, aut per vsum confraeta sunt. *Excepto Saule, & Ionatha filio eius.* i. non fuit inuenta lancea, aut ensis, nisi in manu istorum. Dicitur autē hebrei, q̄ miraculose per angelos adducta sunt arma tunc Sauli, & Ionathę. Sed hoc satis fictum est: nam cum aliqui in Israel haberent arma, licet non haberent isti sexcenti viri, qui erant cū Saule: verisimile est, q̄ rex, & filius eius haberent arma, D d 4. quo-

quoniam isti excellentiores ceteris sunt, & saltē si pauca arma essent in populo, ipsi illa haberent. Egressa est autem statio Philistinorum, ut transcenderet in Machmas. Hic autem vocatur statio ipsa castra Philistinorum. Statio enim a stando dicitur: & quia tunc castra Philistinorum manebant, nec progrediebantur in acie, statio appellatur. Sic dicitur, quod percussit Ionathas stationem Philistinorum. In ista, eo quod illa erat stans in Gabaa. Erant autem ista castra, vel statio Philistinorum ante hoc apud Machmas: nam supra dicitur: Porro Philistini confederant in Machmas. Nunc autem dicitur, quod egressi sunt, ut transcenderent in Machmas. Ieixerunt de loco illo, in quo erant, ut irent ultra Machmas, vel ad ipsum locum, & non intelligitur hoc de illis tribus cuneis, qui egrediebantur ad praedandum, de quibus supra dicitur, sed de ipsis castris totalibus Philistinorum: nam illi, qui ibant ad praedandum, pauci erant respectu multitudinis infinitae, quae manebat in castris eorum.

C A P. XIII.

Accidit in quadam die, ut diceret Ionathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum: Veni & transeamus ad stationem Philistinorum, quae est trans locum illum.

De temeraria iuratio nis Saulis. Et accidit. Descripta in superioribus Saulis reprobatione pro dissidia, & usurpatione, hic agitur de transgressione eius, quae fuit per temerariam iurationem. Et diuiditur in duo. Primo ponitur iurandi occasio. Secundo ipsa iuratio ibi. Adiuravit autem Saul. Occasio autem iurandi fuit Sauli desiderium occidendi omnes hostes, qui miraculose fugerant timore solius Ionathae, & armigeri sui. Circa quod tria ponuntur. Primo ipsius Ionathae constans audacia. Secundo mirabilis pugna. Tertio pugnae notitia, secunda ibi. Et ait Ionathas. Tertia ibi. Et respexerunt speculatores.

Rectus ne sit ordo sequentium ad praecedentia. Quasi. I.

Circa primum de ordine huius ad praecedentia est dubium. An sit hic rectus ordo, vel aliqua permutatio. Respondendum est, quod est rectus ordo: nam praecedenti cap. dictum est, quod Philistini congregati fuerint contra Israelitas fixis castris in Machmas. hic autem agitur de pugna, quam habuerunt Israelitae contra eos manentibus castris ipsorum in eodem loco. Dicendum quoque est, quod istud paucis tempore accidit post superiora, quasi immediate: nam dicitur praecedenti cap. quod Saul, & Ionathas venerunt de Galgala in Gabaa cum sexcentis viris, & tunc erant castra Philistinorum in Machmas. Hic etiam dicitur quomodo Ionathas iuvenit contra Philistinos manentibus castris in eodem loco. Manifestum est tamen, quod Philistini non haberent castra multis diebus in Machmas, quia dum ibi essent nihil faciebant. Non obsidebant aliquem locum, nec pugnant contra hebraeos: ergo paucis tempore intercederat. Item patet, quia dicitur hic in principio literarum, & accidit quadam die, scilicet dum esset Saul, & Ionathas in Gabaa, quasi dicat, postquam venissent paucis tempore quadam die Ionathas aggressus est, quod habetur hic. Item quia praecedenti cap. habetur exor-

dia belli. Quasi quoddam prelium ad bellum inter Philistinos, & Israelitas. Hic autem hic de ipso bello, ideo verisimile est, quod pauci dies transierint inter haec, & illa. Et accidit quadam die. I. dum iam esset Saul cum Ionathas, & populo suo in Gabaa accidit quadam die id, quod habetur hic. I. de aggressionem Ionathae contra Philistinos. Ut diceret Ionathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum. I. dicitur ei ea, quae infra habentur de eundo contra Philistinos.

Sciendum autem, quod cum Saul tres filios haberet de nullo eorum fit hic mentio, nisi de Ionathas. Quod autem haberet eos patet infra in litera. Forte autem non fit mentio, quia Ionathas erat maior, & vir fortis, atque in armis industrius, unde ipse fuerat factus dux belli, sicut pater suus, cum tradita fuerint duo millia hominum Sauli: & millia Ionathae, ut praecedenti cap. Ceteri autem fratres non erant duces, sed militabant sub eo, & sub patre suo, ideo non exprimuntur. Vel aliter dicitur. I. quod tunc Ionathas erat vir potens in armis: ceteri autem fratres eius erant adulescentes inepti ad bellum, ideo non erant hic cum istis viris, nec nominantur in pugna. postea autem in fine regni Saulis in ultimo bello, quod habuit contra Philistinos in quo, & mortuus est, nominantur filii eius: nam dicitur, quod Saul, & tres filii eius pugnant, & occisi sunt a Philistinis, infra 3. i. c. Tunc autem erant iam viri fortes: cum ab hoc tempore, usque ad illud fluxissent fere 19. anni Saule regnante 20. annis. Sed adhuc primum horum verius est: nam infra 3. i. c. non nominantur filii Saulis solum, quia bellatores erant, sed ut cognoscatur, quod perierint in bello cum patre suo, in aliis autem bellis de Ionathas solum fit mentio. Veni & transeamus ad stationem Philistinorum. Idest ad castra eorum, quae vocantur statio, quia tunc stabant, scilicet non procedendo ad bellum.

An Ionathas peccaverit solus eundo ad castra Philistinorum, & exponendo se periculo. Et quomodo Deus homines multipliciter monet. Quasi. II.

Quaerit aliquis quomodo Ionathas ausus est ire ad castra Philistinorum solus, & an peccaverit hoc faciendo. Ut primo, quod peccaverit: nam nemo debet se exponere sponte in manifesto periculo: nam sicut peccatum est, quod tradat se quis ad mortem, vel seipsum occidat, ita etiam quod exponat se illi periculo, de quo verisimiliter evadere non potest: sic autem erat, quod Ionathas iret ad pugnandum contra omnes Philistinos cum esset exercitus infinitus, ut patet praecedenti cap. 30. mille currum, & sexcenta millia equitum, ergo peccabat eundo.

Item non valet si aliquis dicat, quod faciebat confidens Dei misericordiam: nam tentare Deum videtur, quod existens extra periculum immiseret se illi periculo, de quo nullo modo creditur evadere, nec potest, nisi Deus eum eripiat, sed tentatio Dei vitiosa est. Marth. c. 4. f. Non tentabis dominum Deum tuum, & Exod. 16. & 17. & in multis aliis locis increpantur, & puniuntur temerantes Dei: ergo peccavit Ionathas hoc faciendo.

In contrarium aliquis dicet, quod non peccavit, quia Ionathas hoc egit a Deo inspiratus, sed illa, quae spiritu Dei agitata facimus, etiam si contra legem videantur, recta sunt, quia iuxta Apostolum, qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege, & ubi spiritus, ibi libertas: ergo Ionathas faciens haec a Deo motus non peccavit.

Item dato, quod non fuisset motus a Deo non inducitur, quod peccabat: nam ea, quae possunt fieri per homines si aliquis sibi ipsi consulens aggrediatur, non videtur peccare: sed alii viri aggressi sunt aequè du-

fa, ut nunc Ionathas aggressus est, & illud animositate, & robore humano explebant. ergo Ionathas non peccavit hoc faciendo: erat enim Ionathas vir fortis, & animosus valde, quod etiam apparet ex bello praecedenti cap. Ipse enim cum solis mille viris ausus est irrumperere stationem Philistinorum, quae erat in Gabaa, & percussit illos. Nemo tamen ante hoc ausus fuerat se erigere contra illam stationem, nec etiam totus Israel, ideo animosus erat. Viderat autem ipse, quod alii viri commiserant admiranda, sicut Samson vir fortis solus aggressus Philistinorum aciem, & inermis reperta mandibula asini occidit mille viros ita Iud. c. 15. Sic quoque fuerunt alii viri posteri, qui soli aggressi sunt magnas acies, sicut Eleazarus, qui percussit aciem Philistinorum ipso solo manente, & fugiente reliquo populo. Cum autem ipse percussisset Philistinos reuerfi sunt Israelitae, qui tugerant ad rapienda spolia infra 2. lib. capi. 23. & primo Paralipomenon capi. 11. Interdum quoque tres viri soli David irruerunt per omnes Philistinos, qui erant in acie, & transierunt in Bethlehem, duxeruntque aquam per medium ipsorum non audentibus Philistinis repugnare eis, ut eod. c. Alii quoque viri David fuerunt ita fortes, ut unus eorum solus pugnaret contra trecentos, & occideret eos, ita eod. cap. Ionathas vero, qui erat vir fortis, poterat aggregi similia horum, nec in his videretur peccare. Respondendum est, quod Ionathas non peccavit, quia a Deo motus est, ut haec faceret. Cum autem aliquis a Deo mouetur, non solum pugrare poterit contra aciem Philistinorum, contra quam pugnavit Ionathas, sed etiam contra totum orbem, & non peccabit isti talia aggredientes, etiam si videantur agere, & agant contra communem legem, quoniam a Deo mouentur, qui super legem est, ipsi quoque super legem sunt, sic ait Apostolus, scilicet qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. Primo si noluit agere talia, quae videntur esse contra legem, dum tamen sciant se a Deo motos, peccant. Sic pater de Michea propheta, qui posuit parabolam regi Achab, quia dimiserat regem Syrii Benadab viventem, iste dixit ad socium suum ex parte Dei: percutite me, & ille noluit percutere: cui ait Micheas, quia noluit audire vocem domini, ecce recedes a me, & percutiet te leo: cumque paululum recessisset inuenit eum leo, atque percussit: propheta autem iuueniens aliquem virum dixit ei percutite me, & vulneravit illum, ut patet infra 3. lib. ca. 20. Ecce enim propheta fecit hic, quod percuteretur ab alio gladio, & tamen manifestum est, quod de lege communi erat hoc peccatum, quod quis procuraret occidi, vel mutilari: ipse tamen non peccavit hoc faciendo. Sed quod amplius est ille vir primus, qui noluit eum percutere percussus est a leone in penam: nam sic dixit ei propheta, quia noluit audire vocem domini, ecce recedes a me, & percutiet te leo. Manifestum est tamen, quod alias peccaret iste vir, si percuteret prophetam, etiam eo iubente: nunc autem est contrarium peccavit, quia percutere noluit cum ille dixisset sibi in sermone domini, id est ex parte Dei. Sic igitur de Ionathas, dato quod supra modum communem esset, quod unus vir aggrederetur tantam multitudinem pugnantium, tamen quia Deus eum movit ad faciendum haec non peccabat, quin potius bene agebat. Quod autem motu Dei egerit apparet, quia totus Israel non audebat ire contra Philistinos: ipse autem solus confidenter accessit ad castra eorum. Item apparet ex verbis eius, quia dixit ad armigerum suum, veni & transeamus ad stationem incircumforum horum, si forte faciat pro nobis dominus, quia non est difficile Deo in multitudine, vel in paucis saluare. Haec autem verba pertinent ad hominem nimis confidentem in Deo.

Ista namque egressio non poterat fieri, nisi ex Dei motu, vel ex magna amentia, & temeritate, sed ista verba non sunt hominis temerarij, & amentis, sed nimis Deo confidentis: ergo Ionathas faciebat hoc motus a Deo. Item patet hoc ex signo, quod accepit Ionathas ad sciendum an deberet pugnare contra Philistinos vel non, nam dixit ad armigerum, si dixerint ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Item apparet ex eo, quod secutum est, nam cum ascendisset Ionathas, percussit Philistinos, & illi non resistebant ei, sed magis unus alterum percutiebat, sicut factum est in Madianitis, quando iuit contra eos Gedeon. Iud. capi. 7. ille autem a Deo motus illa fecit, ut patet Iud. capi. 6. ergo de Ionathas eodem modo dicendum est, quod Deus cum ad hoc mouerit. Item apparet, quia accedente Ionathas ad castra Philistinorum factum est miraculum in percussione eorum, ut patet infra, scilicet & factum est miraculum in castris per agros, sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad preliandum obstupuit, & conturbata sunt castra, & accidit quasi miraculum a Deo. Deus tamen non facit miraculum pro stultis, & confidentibus in virtute sua, ut patet Io. 9. cap. scilicet scimus autem, quod peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit, & agitur ibi de operatione miraculorum, quam Deus facit ad preces alicuius, nam dicitur, quod non facit miracula pro peccatoribus, sed pro viris iustis, sed pro Ionathas istud miraculum factum est, ergo erat vir iustus, & consequenter non egit ex temeritate, sed ex Dei motu. Sed dicit aliquis in contrarium, quod non egit motus a Deo, quia tunc certissimus esset Ionathas, quod Deus traderet Philistinos in manu eius, & non poneret sibi signum ad sciendum an Deus tradidisset Philistinos in manu eius, vel non, posuit tamen, nam dixit ad armigerum suum, ecce nos transibimus ad viros istos, cumque apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec transeamus ad vos, stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos, si autem dixerint ascendite ad nos ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris. ergo nesciebat Ionathas an Deus traditurus esset Philistinos in manu eius, & consequenter non mouebatur a Deo. Ad hoc respondetur, quod Ionathas motus fuit a Deo ad faciendum haec, ut dictum fuit. moueri tamen a Deo multipliciter est, nam interdum mouetur aliquis in parte intellectiva, scilicet quando Deus dat ei spiritum prophetiae per quem reuelantur incognita, vel si det spiritum scientiae aut sapientiae, aut cuiuscunque alterius cognitionis: nam non solum Deus potest infundere spiritum propheticum intellectui nostro, sed etiam quemcunque alium habitum intellectus, vel actualem cognitionem, ut declaratum est supra capi. 10. potest etiam moueri homo a Deo in parte volitiva, ut Deus moueat voluntatem alicuius ad aliquid diligendum, vel aliquid facere volendum. iste quoque motus est sicut in intellectu. Et quia omnis motus, quem Deus in anima nostra causat, vocatur spiritus Dei, ponuntur multiplices spiritus Dei in anima nostra, quidam ex parte intellectus, & quidam ex parte voluntatis, ut patet Isa. 11. capi. scilicet & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Hic enim sunt septem spiritus quorum quatuor pertinent ad intellectum, scilicet spiritus scientiae, sapientiae, intellectus, consilij: tres tenent se ex parte voluntatis, vel affectus, scilicet spiritus fortitudinis, & pietatis, & timoris. Cum ergo per omnes hos spiritus homo a Deo moueatur, poterat Ionathas moueri a Deo ad

Moueri a Deo multipliciter contingit.

ad pugnandum contra Philistinos per modum voluntatis, vel per modum intellectus. Si per modum intellectus est sensus, quod Deus reuelavit Ionathæ modo prophético, quod iret contra Philistinos, sicut reuelatur Samueli, quod Saul deberet ire contra Amalecitas sequenti cap. 5. per modum voluntatis est sensus, quod Deus inclinaret Ionatham dando ei desiderium magnum eundo contra aciem Philistinorum, dando quoque magnam animositatem, ut non formidaret eorum multitudinem, & tamen nihil moueret ex parte intellectus, scilicet non reuelando, quod iret, vel non irer. Quod autem talis motus fiat a Deo interdum, patet supra cap. 11. cum Saul audiuisset verba virorum labes de superbia Ammonitarum: nam dicitur, quod infilij in eum spiritus domini, & iratus est furor eius nimis: assumenque utrunque bouem concidit in frustra, & misit in omnes terminos Israel, & sic Deus nihil locutus fuit ibi Sauli, sed immisit ei quoddam robur, & animositatem, ut non formidaret Ammonitas, & iuberet Israelitis sub interminatione venire ab bellum. Nunc autem considerandum, quod quæquam uterque motus istorum sit a Deo: semper tamē sunt manifestiores motus ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis, scilicet quod certius nobis indicant a Deo moueamur, vel non: nam cum alicui reuelatur a Deo, quod faciat tale, vel tale non potest dubitare, quin illud a Deo sit, quia impressiones prophetice sunt nimis fortes, & manifestatiue eius, a quo sunt. Cum autem Deus mouer aliquem ex parte voluntatis, scilicet inclinandum eum ad aliquid, quamquam credat se alicqualiter a Deo moueri, tamen nō est hoc sibi penitus manifestum: ita autem de Ionatha dicendum est, quod ipse fuit a Deo motus per modum voluntatis, scilicet nulla reuelatione facta, vel precepto, quod iret ad castra Philistinorum, sed dedit ei Deus magnum desiderium ad eundem illuc, maius quidem quam insurgere posset per aliquam humanam affectionem: dedit quoque ei magnam animositatem, ut non formidaret Philistinos. quia tamen Dei motus per modum voluntatis non sunt penitus manifesti, ut supra dictum est, non constabat plenē Ionathæ an Deus eum moueret ad hoc, ideo voluit habere signū manifestatum: accepit istud, ut infra dicitur. Nunc autem ad rationes in contrarium pro vtraque parte respondendum est. Ad primam cum dicebatur, quod ille, qui exponit se manifesto periculo, peccat quia non potest modo humano eripi. Respondendum est, quod exponere se periculo, nisi aliqua causa subeat, pro qua oporteat periculum suscipi, peccatum est: verbi gratia, quod quis pugnet contra nulle aggreddendo eos est peccatum: si tamen quis ob siderat ab hostibus in aliqua vrbe, quos nequaquam potest euadere, & scit se moriturum si ipse aggreddatur illos, ut pugnando moriatur, vel effugiat, cum aliis moriturus sit, non peccat, quamquam exponat se 10. millibus viris, quia ille nō propriē se exponit periculo, cum iam esset in periculo. De Ionatha autem aliter dicendum est, scilicet quod non se exponere alicui periculo, quia cū Deus eum impelleret ad pugnandum contra Philistinos dans ei animositatem, manifestum est, quod victurus erat, sed adhuc dato, quod Ionathas sciret se moriturum in bello, si tamen Deus mouebat eum ad hoc, & ipse certissime sciret, tenebatur ire ad bellum, & nō peccabat exponendo se manifeste morti: quin potius peccaret, si non se exponeret. Ad secundam rationem cum dicebatur, etiam si Ionathas confidens in Deo hoc ageret, non licebat ei, quia videbatur tentare Deum exponens se periculo. Respondendum, quod si Ionathas non fuisset motus a Deo ad faciendum hoc, non licebat ei ex confidentia Dei illud

Quis quis peccat exponendo se periculo.

agere, quia magis est ista temeritas, quam confidentia, & tentatio Dei: cum enim quis cognouit Deum velle aliquid etiam si periculosum ei sit, non debet formidare quin aggreddatur, si tamen non nouit, aut ipse est constitutus in periculo ex necessitate, aut sponte se exponit. Si primo modo debet homo confidere in domino, & exponere se quibuscuque terribilibus. Hoc autem, quia ipse non se exponit tunc, sed quia iā expositus est. Si autem secundo modo, scilicet si sponte se exponat, non licet alicui se exponere rei, quæ supra vires suas est, quantumcunque in domino confidat: immo quanto magis hoc modo confidat tanto grauior temeritas est, & coincidit cū tentatione Dei. De Ionatha autem dicendum, quod ipse mouebatur a Deo, ideo nō tentabat eum, quamquam maioribus se exponeret. Ad alias etiā rationes probantes, quod Ionathæ hoc licuerit, etiam respondendum est. Ad primam cum dicebatur, quod fecerit hoc motus a Deo concedendum, ideo ex hac parte licuit, sed nequaquam aliter. Ad secundam, cum dicebatur, quod etiam si Ionathas a Deo non fuisset immutatus non peccabat, si viribus humanis hoc aggrederetur, dum Samson fecerit similia. Respondendum, quod licuit Ionathæ facere hoc, ut dictum est, sed non viribus humanis, nec valet comparatio de Samson. Primo quia Samson non fecit hoc aggreddendo, sed se defendendo, quod patet, quia contribules sui ligatum eum duxerant ad Philistinos, qui illum occidere volebant pro dāno, quod intulerat terre eorum. Cum ergo se videret mortem certissimam expectātem, nisi aliquid viribus suis ageret, inuasit Philistinos, & occidit mille de eis. Ionathas autem non faciebat hoc aliqua necessitate compulsus, nec erat in aliquo periculo positus, sed sponte iuit ad Philistinos, non licebat ergo ei hoc nisi Deus ad ista eum mouisset. Secundo est differentia inter Ionatham, & Samsonem, quia Samson egit hoc a Deo inspiratus, ut patet Iud. cap. 15. scilicet qui cum venissent ad locum maxille, & Philistini vociferantes occurrissent ei, irruit spiritus domini super eum, & sicut solent ad odorem ignis ligna consumi, ita & vincula quibus ligatus erat dissipata sunt, & soluta: si ergo Ionathas non fecisset hoc motus a Deo, non habebat similitudinem cum Samsonem. Tercio est differentia inter eos, quia Samson habebat vires humanas super omnem humanam estimationem: nam non solum tunc mandibula asini viens occidit mille viros, sed etiam alia magna virtutis opera aliās fecit, quod adhuc maius robur attestatur in eo, sicut cum esset in vrbe Gaza, & clausissent ei Gazeni portas vrbis, ut non posset per noctem recedere, largiens nocte arripuit vtranque portam vrbis cum sera sua, & imponens humeris duxit vique ad quandam montem excelsum longe distantem ab vrbe, ut Iud. 16. Hoc autem maioris roboris signum est, quam solitarium 10. millia virorum occidisse, nullis enim vniquam mortalium tanti roboris opus fuisse cōteritur. Ionathas vero erat vir fortis, & animosus, sed ad robur Samsonis nequaquam erat comparabilis, ideo est si talia aggrederetur ut Samson confidēs viribus suis, temeritatis erat in Ionatha, quod aggrederetur talia, ergo non egit viribus suis confidens, sed a Deo immutatus. Ad tertiam rationem, cum dicebatur, quod Eleazarus vnus de viris David pugnavit solus contra aciem Philistinorum. Respondendum est, quod nō est simile, quia ille non egressus est solus ad pugnandum, sed cum magno exercitu Israel. Postea autem fugiente toto Israel Philistinos ipse relictus est solus, & pugnavit contra totam aciem Philistinorum solusque fugavit omnes Philistinos, & deinde Israelite, qui fugerant venerunt ad capiendam prædam infra

infra 2. lib. cap. 23. & primo Paralipo. cap. 11. Hoc autem sibi licuit, quia non se exposuit solus periculo, sed cum toto Israel. Cum autem iam esset in periculo ceteris recedentibus viriliter fecit, quod potuit, quod non erat temerarium, sed laudabile. Ad quartam rationem cum dicitur de tribus viris fortibus David, qui transierunt per mediam aciem Philistinorum pro aqua in Bethlehem. Dicendum quod ista magna animositas fuit, & sic laudantur tanquam nimis animosi præcalle. cap. 1. temerarium tamen quodammodo fuit, quia exposuerunt se periculo supra rationem, quod David considerans noluit bibere aquam, quam tulerant, sed libavit eam domino infra 2. lib. cap. 23. sed ille noluit bibere, sed libavit eam domino dicens, p̄pitius sit dominus ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam. Sed quomodocunque sit, isti non erant ita temerari, ut Ionathas: tum quia isti erant tres, Ionathas autem erat vnus, nam armiger suus, qui præcedebat eum magis portandorum armorum gratia præcedebat, quam pugnandi, tum quia isti erant viri fortissimi inter omnes, qui fuerunt tempore David, & forte Ionathas non equiparabatur alicui eorum in robore, tum quia ista acies, contra quam ibat Ionathas, erat maior, quam illa, contra quam procedebant tres viri, nam nunquam tantus exercitus cōgregatus fuisse legitur, ut declaratum est præcedenti cap.

Ad vltimam rationem, cum dicebatur de illo, qui pugnavit contra trecentos, & occidit eos. Dicendum quod iste vir fortis erat, non constat tamen an ipse p̄uenerit, vel præoccupatus fuerit. Si præuentus fuit ab illis, nulla temeritas extitit viriliter egisse quæcunque potuerit. Si autem ipse præoccupatus, temerarium alicqualiter videretur, nisi forte illi essent viri nimis lignaui ad bellum, ipse autem esset expertissimus atque robore opinatissimus. Patet ergo ex dictis, quod Ionathas hoc egerit motu Dei.

Quæ est trans locum illum. Demonstravit hic Ionathas armigero suo ad oculum stationis Philistinorum locum, qui non multum distabat a Gabaa. Erat tamen tunc in Machmas, ut patet infra. Dixit autē Ionathas, quæ est trans locum illum, eo quod statio Philistinorum non patebat ad oculum: erat namque in quodam plano inter magnos scopulos, & petras vndique prominentes, Ionathas ergo, & armiger eius videbat scopulos, & petra, sed non stationem, sciebat tamen Ionathas ibi esse illam, quia erat in Machmas: locus autem iste erat inter illos scopulos. Per locum vero, quæ hic nominauit Ionathas designauit scopulos prominentes, & petras.

Patri autem suo hoc ipsum non indicauit. Scilicet armigero indicauit, quod vellent ire ad aciem Philistinorum, patri tamen suo, qui charissimus erat sibi, nō indicauit. Causa est, quia ipse cōceperat animo suo hoc præclarum faciendum, ad quod Deus eum impellebat. Pater autem putaret istam esse magnam temeritatem: vnde non permetteret eum illuc ire, vel forte si permetteret eum eo alios mitteret, quod iam non pertineret ad miraculum, scilicet si multi irent de Israel contra Philistinos, vel propter aliud, quia Ionathas, licet a Deo instigaretur ad eundem contra Philistinos, tamen adhuc nesciebat per certitudinem, an Deus vellent tradere illos in manu eius, vnde dederat signum armigero suo, dicens scilicet, cumque apparuerimus eis si taliter locuti fuerint ad nos, manete, donec transeamus ad vos, stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos: si dixerint ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Nesciebat autem Ionathas an contingeret, quod Philistini dicerent eis manete, donec transeamus ad vos,

& tunc nullo facto redirent, quod erat eis alicqualiter verendum, scilicet quod cum aggressi fuissent opus retrocederēt, ideo voluit hoc omnibus esse cognitū. Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa. Potest hoc intelligi dupliciter, vno modo, quod Saul moraretur intra vibem in extremitate eius, scilicet in aliquo loco eminentissimo, & forte in exelso Gabaa. Nam intra urbem erat collis magnus, de quo descendebant prophete, cum Saul introiit in illam, ut dictum est supra cap. 10. & erat ibi ad speculandum si forte quis veniret de acie Philistinorum. Sed dicitur, quod nō stat, quia dicitur hic, quod erat Saul in agro Gabaa: ergo non erat intra urbem. Respondetur, quod posset dici intra urbem Gabaa esse aliquam partem terre habitatoribus carētem, & in illa esse agros, in quibus tunc manebat Saul. Vel potest dici, quod erat in extrema parte Gabaa, id est in extrema parte vallis Gabaa: nam ille, qui est in territorio alicuius loci, dicitur esse in loco illo: sic patet Iosue cap. 5. scilicet cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, & c. & ibi dicit in Hebræo cum esset Iosue in vrbe Iericho: constat tamen, quod tunc non erat intra eam: sic ergo, quamquam esset Saul extra urbem Gabaa, dum tamē esset circa illam, diceretur esse in ea. Erat autem tunc Saul in loco isto, quia cum videret Philistinos esse pluri mos, se autem solum habere sexcentos viros, non poterat obuiare eis: præcipue, quia Samuel noluerat consulere dominum pro eo. Sedebat ergo Saul in Gabaa videns terræ suæ desolationem, & impotentiam suam expectans, si quando Deus miseretur. Deus autem videns afflictionem populi, dedit in corde Ionathæ, ut faceret hæc.

Sub malogranato, quæ erat in agro Gabaa. Id est Saul posuerat tentorium suum sub malogranato. Erat autem ibi aliqua malogranatus speciosa, & ardua, sub qua posset regis tentorium collocari. Ex hoc autem apparet melius dicendum, quod Saul erat extra urbem Gabaa, quia dicitur hic, quod erat sub malogranato: nam si esset in vrbe, quamquam ibi esset aliqua malogranatus, non habitaret ipse sub malogranato, sed in aliqua domo, etiam quia dicitur hic, quod illa malogranatus erat in agro Gabaa, ergo non intra urbem. Vbi autē nos dicimus hic in agro Gabaa, in Hebræo habetur. In migron. Et est nomen proprium. Hebræi autem intelligunt, quod in valle vrbis Gabaa erat aliquis locus dictus migron, in quo tunc fixerat castra Saul, sed ad eundem sensum redit cum litera nostra, scilicet quod esset Saul in agro Gabaa, qui ager vocabatur migron. Et erat populus cum eo quasi sexcenti viri. Scilicet omnes, qui erant cum Saule, erant sexcenti solum. Hoc ponitur ad significandum, quod erat parvus populus ad resistendum Philistinis, ideo Saul non exibat in bellum contra eos: reliquet autem populus dilapsus fuerat a Saule, cum adhuc esset in Galgala. Isti vero sexcenti venerant cum eo de Galgala: post hoc autem nemo ad eum venit, quia totus populus conterritus erat: vnde reliquorum quidam transugerant ultra Iordanem in terrā Galaad. Alij autem absconderant se in speluncis, antris, & petris, ut patet præcedenti cap. Sciendum quod Ra. David kimhi dicit, quod erant mille sexcenti viri cū Saule, & Ionathas, nam vult, quod cum Ionathas erant mille, ut patet præcedenti cap. cum Saule autem relictus fuerant sexcenti, & quando litera nominat hic sexcentos dicit intelligendum esse de illis, qui manserant cum Saule, vult quoque, quod Saul, & Ionathas non essent nunc in eodem loco, quia præcedenti cap. dicitur, quod Saul erat in Bethel: Ionathas autem erat in Gabaa.

Sed hoc non stat, quia istud fuit a principio antiquam bellum esset contra Philistinos, cum tamen Ionathas

Ionathas percussit stationem Philistinorum in Gabaa totus populus clamavit post Saulem in Galgala precedenti c. & tunc quoque cum reliquis Ionathas descendit in Galgala, & postea ex ipso loco Saul, & Ionathas descenderunt in Gabaa, cum sexcentis viris, & ibi simul manebant, ut pater precedenti c. f. & Saul, & Ionathas filius eius, & populus, qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin. Item e. c. dicitur: cum venisset dies belli non est inuentus ensis, aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionathas: ergo simul erant in Gabaa. Item pater infra in litera, quia cum vidit Saul turbatam aciem Philistinorum, dixit: requirite, & videte, quis abierit ex nobis: cumque requisissent reperitum est non adesse Ionatham, & armigerum eius: ergo ante hoc cum viris Saulis erat Ionathas, alioquin non dicerent eum abesse. Quod autem dicebat kimhi, quod erant mille sexcenti viri cum Ionatha, & Saule, etiam falsum est, quia hoc presupponit, quod essent diuisi locis, sed simul erant, ut probatum erat. Totus autem populus computatus fuit sexcentorum virorum, ut patet precedenti c. f. & reuertit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo quasi sexcentos viros. Respondebit Kimhi, quod hoc fuit antequam congregaretur militia Ionathae ad militiam Saulis: nam de toto populo, qui erat cum Saule solus relicti fuerant sexcenti, sed veniente Ionatha fuerunt mille sexcenti. Sed dicendum, quod non stat, quia etiam coniuncto utroque exercitu erant soli sexcenti viri, quia precedenti c. dicitur: Non est inuentus ensis aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha, & sic erat iam totus populus: post hoc autem infra in litera dicitur, quod solum erant sexcenti viri, ut patet hic. Ergo tam cum Saule, quam cum Ionatha erant solum sexcenti. Quod autem inducit kimhi precedenti c. potius probat contra ipsum, quia ibi dicitur quod Saul erat in Bethel, & Ionathas in Gabaa, sed precedenti c. dicitur quomodo postea venit Saul in Gabaa, ergo saltem iam ibi essent simul: ante hoc tamen simul fuerunt, ut dictum est. *Et Achias filius Achitob.* Idest etiam erat ibi in exercitu Achias. Iste autem erat sacerdos, nam dicitur hic, quod portabat Ephod. Etiam dicitur quod erat de nepotibus sacerdotis magni. Omnes autem filii sacerdotum erant sacerdotes, cum ista officia, & dignitates in veteri testamento veniret per progenies. Ponitur autem hic de isto Achia sacerdote propter eas, quae habentur infra. Nam dicitur, quod Saul iussit consulere dominum, & consuluit: ista tamen consultatio sciri debebat per sacerdotes. Dicitur autem iste Achias filius Achitob. Fuit enim Achitob nepos Heli summi sacerdotis, quod patet, quia fuit filius Phinees, ut apparet hic, & frater Ichabod, sed Ichabod fuit filius Phinees, ut patet supra c. 4. *Frater Ichabod.* Hoc refertur ad Achitob, qui erat frater Ichabod. Et erat maior Achitob: nam Ichabod post mortem patris sui natus est: ipsa quoque mater eius in partu effusione mortua est, ut patet supra c. 4. ideo non potuit habere posterio rem fratrem ex eisdem parentibus. Nominatur autem hic Ichabod ad notificandum, quia iste erat famosus ex eo, quod accidit in natiuitate eius. An tamen iste puer superuixerit, non constat: satis enim videtur quod non, quia immaturè erupit ab utero: de quo supra c. 4. dictum est. Hic autem non nominatur Ichabod tanquam superuixeret, sed quia famosus fuit, & per eum posset cognosci stirps fratris sui.

Filius Phinees. Hoc refertur ad Achitob, vel ad Ichabod. Vterque enim erat filius Phinees. De Ichabod patet supra c. 4. de Achitob patet, quia vocatur hic frater Ichabod: magis tamen videtur, quod iste genitius filii, referatur ad Achitob, & non ad Ichabod, quia scriptura non enarrat hic Ichabod, sed Achitob, quia est sermo

de Achia, qui est filius Achitob. Iste Phinees, de quo hic dicitur, fuit filius Heli summi sacerdotis, & fuit summus sacerdos viuentis eo, nam cum Heli fuisset grandævus non potens ministrare, constituit filium suum Phinees ministraturum, ut ait Iosephus 5. Antiq. Iste autem cum fratre suo Ophni fecerunt scelera multa in sacerdotio suo, propter quae ablatum est sacerdotium de domo Heli, & isti mortui sunt in bello supra c. 2. *Qui ortus fuerat ex Heli sacerdote domini.* Summo sacerdote: nam hic sacerdos per excellentiam accipitur. Erat autem iste Heli de domo Ithamar, ad quem non pertinebat sacerdotium summum. Deus tamen transtulit illud de domo Eleazari in domum Ithamar. Primus autem de hac domo, qui suscepit sacerdotium fuit Heli, cui Deus promisit, quod maneret sacerdotium in æternum in domo sua, tamen propter iniquitatem filiorum suorum impeditum est, ut supra c. 2. *In Silo.* Iste potest determinare immediate dicta. Quod Heli erat sacerdos in Silo, vel potest referri ad illud verbum ortus fuerat. Quod Phinees natus fuerat in Silo, & virtusque verum est: nam ministrabat Phinees in Silo, sed ubi ibi pater suus ministrabat. *Portabat Ephod.* Achias portabat Ephod. Iste est Ephod summi sacerdotis, cum quo est coniunctum rationale, ita Exo. c. 28. Et ponitur, quod portabat Ephod, quia infra dicitur, quod consuluit dominum, sacerdotes autem magni non poterant consulere dominum, nisi in Ephod. Iste portando Ephod, & rationale in pectore suo. Tunc enim dicebatur portare iudicium filiorum Israel in pectore suo, ut patet Exo. c. 28. Prophete autem aliter consulerebant, ut declaratum est supra c. 10. De isto Achia dicendum est, quod fuerit sacerdos magnus, vel saltem exercuerit hic officium sacerdotis magni, nam portare Ephod ad solum summum sacerdotem pertinebat. Non videtur autem inconueniens dici eum fuisse sacerdotem magnum, sed dicitur, quod Achimelech reperitur post hoc fuisse sacerdos magnus infra 21. & 22. c. Iste autem erat filius Achitob, & non Achiz, ut patet supra 22. c. ubi Saul vocauit eum filium Achitob. dici potest, quod Achias fuit summus sacerdos mortuo Achitob: deinde Achias cum non haberet liberos, qui possent suscipere sacerdotium transmissit illum in fratrem suum Achimelech, vel potest dici, quod Achimelech, & Achias sunt idem, sicut interdum aliqui habent multa nomina. Vel dici potest aliter, scilicet quod Achias nunquam fuerit summus sacerdos: portabat tamen ibi Ephod, quia erat filius summi sacerdotis, & ipse iuerat ad bellum, quia forte pater suus Achitob præ senectute non poterat illuc ire, iuerat autem ipse illuc ad multa, quae debent facere sacerdotes in bellis, ut declaratum est precedenti c. precipue autem ad custodiendam arcam, nam arca tunc in castra venerat, ut patet infra in litera. Sic etiam fecerunt duo filii Heli, nam cum pater eorum esset senex, ipsi iuerunt in bellum, & portauerunt arcam supra c. 4. Et quia in bellis soliti erant reges consulere dominum, portauit illuc Achias Ephod, ut consulere dominum, si opus esset. Mortuo autem Achitob patre eius non successit ipse in summum sacerdotem, sed Achimelech frater eius, quia forte ille maior erat, vel quia mortuus fuerat ante mortem patris sui. Ex hoc autem apparet, quot fuerunt pontifices de stirpe Heli, quo usque rediit sacerdotium ad domum Eleazari. Fuerunt enim quinque, vel sex, quorum primus fuit Heli, ad quem promissio facta est de sacerdotio supra c. 2. deinde fuit filius eius Phinees, quamquam iste non fuit summus sacerdos post mortem patris, cum ipse mortuus fuerit per unum diem, vel duos ante patrem, ut colligitur supra capi. 4. sed ministravit patre viuentis cum ille desisset ministrare propter impotentiam senectutis. Tertius sacerdos fuit Achitob filius Phinees, & iste

Achias an fuerit sacerdos magnus.

Cap. 7.

ministravit immediate mortuo Heli, & Phinees, a quo tempore usque tunc steterunt fere 22. anni scilicet 20. quibus Samuel dominatus est, & quasi duo anni de regno Saulis. Quartus sacerdos fuit Achias, si velimus eum computare, qui nunc portabat hic Ephod. Quintus fuit Achimelech filius Achitob infra capi. 21. & 22. Sextus fuit Abiathar filius Achimelech infra c. 22. nam ipse summus sacerdos erat tempore Dauid, ut 1. Paralip. c. 24. Cessauit autem in eo sacerdotium, & translatum fuit de domo Heli in Sadoc, qui erat de domo Eleazari, quod factum est in principio regni Salomonis, de quo infra 3. li. c. 2. Si autem velimus dicere, quod Achias de quo hic dicitur non fuit summus sacerdos, sed solus gerebat Ephod in bello, erunt quinque sacerdotes de hac linea. *Sed, & populus ignorabat, quo esset Ionathas.* Scilicet quamquam esset Ionathas cum ceteris militibus in Gabaa, tamen quando iuit ad stationem Philistinorum, populus nesciuit hoc, quia ipse nemini indicauit, nisi armigero suo: nec etiam patri, ut patet supra. *Erant autem inter ascensus, per quos nitebatur Ionathas transire.* Ponitur hic dispositio loci, per quem transiret Ionathas, scilicet per Philistinios, quod erant ibi loca eminentia nimis, & inter duos scopulos erat transitus. Sed adhuc inter ipsos scopulos erant quaedam petre eminentes, ita ut difficillimus transitus esset. Vnde non potuit Ionathas transire, nisi manibus reptans, ut patet infra in litera.

Ad stationem Philistinorum. Idest ad castra illorum, quae tunc stabant, & vocantur statio. *Eminentes petre ex utraque parte.* Scilicet ex utraque parte ascensus. I. quod essent duo scopuli altissimi: per nullum autem eorum posset quis ascendere, sed inter eos erat quidam locus aequaliter decliuus, & acerrimus, per quem Ionathas ascendit: iste autem petre sunt, quae infra vocantur scopuli, & erant duae, sed inter eas erant aliae petre minores eminentes. Nomina autem istarum ponuntur infra, & erat vna petra harum a parte meridiana castrorum, alia autem ab aquilone, in medio vero erat quoddam planum, in quo erant castra Philistinorum, & ibi erat locus, qui dicitur Machmas, ut patet infra. *Et quasi in modum dentium scopuli hinc inde prærupti.* Idest ex vna parte, & ex altera illius ascensus, & ipsorum castrorum erant scopuli prærupti. Vocantur autem scopuli lapides nimis erecti, per quos nullus ascendere potest, & dicuntur scopuli quasi specula a speculari, quia ex ipso loco possunt homines speculari, quae longinquae sunt propter ipsorum altitudinem. Dicebatur isti scopuli esse in modum dentium, quia prominebant super reliquas partes planas, sicut dentes prominent super planiciem palati. Quamquam tamen isti duo scopuli solum velut dentes videntur, reliqua tamen pars petrosa erat. Dicitur autem prærupti, idest nimis rupti scilicet, quia nullam partem planam habebant: sic enim omnes viæ, vel montes acerrimi, per quos difficulter aliquis transire potest prærupti vocantur.

Et nomen vni Bofes, & nomen alteri Senie. Idest nomina istorum scopulorum erant hec, scilicet Bofes, & Senie: nam quia nimis famosi erant nomina suscepant. De præruptione huius viæ, & acrimonia dicit Iosephus. 6. Antiquitatum: Erant igitur castra hostium super scopulum habentem subtilissimam longitudinem tribus verticibus acutissimis prominentem, scopulis per circuitum euntibus, & quasi propugnaculis inuasiones pugnantium prohibentibus. Vnde contingebat, ut custodes minorem haberent solitudinem castrorum, quia natura locus ille omnibus videbatur esse munitus, & ad capiendum valde difficilis, eo quod non solum ascendere illuc, sed etiam accedere difficile videretur.

Vnus scopulus prominens ad Aquilonem. Idest de istis

scopulis quorum nomina posita sunt, vnus erat eleuatus contra Aquilonem. Hoc dicitur respectu castrorum scilicet Philistinorum, quod erat aquilonaris ad ipsa castra. Dicitur autem hic prominens, idest eleuatus nimis: in Hebreo dicitur strictus, vel tenuis, & ad idem redit, scilicet quod erat ille scopulus nimis acutus, & eleuatus.

Ex aduerso Machmas. Idest erat iste scopulus ab opposito ad locum istum, & ponitur hic Machmas, quia erat locus, in quo erant castra Philistinorum: sic patet precedenti c. scilicet Porro Philistinorum congregati fuerant in Machmas.

Et alter ad meridiem contra Gabaa. Idest alius de illis duobus scopulis erat ad partem meridianam respectu Machmas. Inter utranque enim scopulum erant castra sita. Dicitur autem contra Gabaa, non quidem, quod esset iste scopulus ad partem meridianam Gabaa, quia tunc oporteret, quod ambo illi scopuli essent claudentes Machmas, & Gabaa: erat tamen Gabaa extra illos scopulos, quia quando Ionathas venit de Gabaa, ut ascenderet ad castra Philistinorum transiit inter illos duos scopulos, ut patet supra, sed dicitur, quod erat contra Gabaa respectu Machmas, & sic scopulus, qui respiciebat Machmas ex parte meridiana, erat contra Gabaa, scilicet respiciens eam, qui autem respiciebat ex parte aquilonari Machmas non respiciebat aliquid Gabaa, ideo non dicitur, quod erat contra eam. Est autem iste locus Gabaa parum distans ab vrbe Ierusalem, scilicet non per duas leucas, idest per 30. stadia ut ait Iosephus in libro de bello Iudaico. *Dixit autem Ionathas.* Hic ponuntur verba Ionathae ad armigerum suadentis ei secum ire, & ponentis signum. Dicit aliquis quare repetuntur hic verba Ionathae ad armigerum suum, dicendum, quod scriptura hoc posuit, quia fuit interrupta narratio: nam supra dictum fuerat, quod irent ambo ad aciem Philistinorum, & quia immediate subiunctum est de quibusdam alijs incidentibus, & non fuit ibi finitus sermo, fuit facta repetitio, ut continuetur omnia verba Ionathae ad armigerum suum. *Ad adolescentem armigerum suum.* Vocatur adolescens, quia forte erat nimis iuuenis, & nondum vocabatur vir: vnde non duxit eum secum precipue, ut adiuuaret ad pugnam, sed ut portaret arma eius, vel ne solus esset, & tamen iste postea occidit multos de Philistinis, qui cadebant ante Ionatham, ut patet infra in litera.

Veni, & transeamus ad stationem incircumcisorum horum. Iosephus dicit, quod Ionathas voluit transire ad aciem Philistinorum non principaliter ad pugandum, sed ad terrendum: nam cum vidissent Philistini, quod duo viri auderent accedere ad castra ipsorum ubi erat quasi infinitus numerus pugnantium, crederent, quod hoc non faciebant quasi duo viri, sed totus exercitus Hebreorum veniebat, & quia subito irruerent super eos putarent, quod iam totus exercitus Hebreorum super ipsos erat, ideo cum non essent parati, fugerent, & tunc videns exercitus Hebreorum succurreret. Sed an hoc intellexerit Ionathas non apparet, si enim intendisset, quod exercitus Hebreorum succurreret eis, postquam ipsi turbassent aciem Philistinorum, reuelasset hoc Hebreis, ut paratiores eos efficeret, nulli tamen hoc indicauit, nisi armigero suo. Ideo magis dicendum, quod ipse mouebatur a Deo ad eundem illum existimans, quod Deus vellet facere salutem per manum eius: nihil tamen aliud intēdebat, quo res ista effici posset, sed ibat, quo ferebatur.

Dixit autem hic Ionathas ad stationem incircumcisorum ad significandum opprobrium: nam hostes ex odio inuicem conuittantur sibi: Ionathas autem credebat nullum maius conuittum dici posse contra Philistinios, quam quod incircumcisi erant. Nam Hebrei

Hebræi habebant circumcisonem pro maximo cultu religionis: cum circumcisio sit præcipua ceremoniarum veteris testamenti: ipsa enim est, quæ primo super quælibet Iudeum fit, ipsa quoque ante omnes ceremonias Hebræis data est, nam omnes legales ceremonie per Moysen datæ sunt, circumcisio autem ipsi Abraham quasi quadringentis 30. annis ante ceteras ceremonias, ut patet ad Gala. c. 3. ipsa quoque circumcisio est signaculum, quo solo certissime distinguitur gens Hebræorum ab alijs gentibus, ut patet Gene. c. 17. & ad Roma. 4. cum ergo maximam laudem Hebræi penes se habent, quod circumcisi essent: maximum vituperium putabant esse in gentibus, quod non essent circumcisi, & hoc tamquam pessimum exprobrabant eis: sic enim David quando maledixit Goliath ait: *Quis n. est hic Philisthæus incircuncisus, qui exprobrauit acies Dei viventis, ut infra c. 17. Et iterum: Quis est iste incircuncisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei? Si forte faciat dominus pro nobis.* Id est si forte vellet Deus nobis misereri, & tradere hostes in manus nostras. Istud forte aliquando ponitur, & non signat dubium sicut frequenter videtur. Aristoteli autem aliquale importat dubium: Ionathas tamen erat quasi certificatus de victoria, cum Deus cum moueret contra Philistinos. *Quia non est difficile Deo saluare in multitudine, vel in paucis.* Hoc posuit Ionathas ad dissoluendum dubitationem armigeri. diceret enim armiger stultum esse, quod ipsi soli irent contra tot millia virorum: respondit Ionathas, quod ipsi ibant illuc non confidentes de viribus suis, sed Dei adiutorio. Deo autem quando liberare aliquem vult, non est difficillius liberare eum multis, quam cum paucis, scilicet quod non erat difficillius Deo tradere omnes Philistinos in manu solius Ionathæ, & armigeri sui, quam in manu totius Israel, & è conuerso non erat facilius Deo tradere Philistinos in manu totius Israel, quam in manu solius Ionathæ, quod verum est, quia facile, vel difficile accipiuntur in comparatione agentis ad passum secundum magnitudinem virtutis agentis, & resistentie ipsius passi: nam cum est magna resistentia in passu difficultas est in actione; cum verò minor resistentia est, est minor difficultas, & sic secundum comparationem harum duarum virtutum agentis, & passi: si autem aliquando reperitur, quod passum ad agens nullam habet resistentiam, nullus erit ibi gradus difficultatis. Ex quo inferuntur due conclusiones.

Prima est, quod nulla est actio naturalis, in qua non sit aliqua resistentia: nam quantumcumque sit aliquod agens potentissimum in natura, & sit aliquod patiens parue potentie, necesse est aliquem gradum resistentie esse, quia quantumcumque passum sit parue resistentie alicuius tamen est, & quantumcumque agens naturale sit magne potentie, necesse est esse potentie finite, quia inter quælibet duo finita necesse est reperiri aliquam proportionem habitudinis, siue rationalem, siue irrationalem, ideo necesse est, quod cuiuslibet patientis naturalis ad quodlibet agens sit aliqua resistentia secundum habitudinem virtutis agentis, & virtutis ipsius passi.

Secunda conclusio est, quod impossibile est in operationibus aliquam esse Deo difficiliorē alia, sed necesse est omnes esse equaliter faciles, scilicet quod non est Deo difficillius totum orbem simul disperdere, vel omnia de nouo creare, quam occidere muscā, quamquam ex parte rerum secus sit, ut patet, quia quodlibet istorum, quod fieri potest habet aliquam resistentiam, & non est equalis in omnibus, quia secundum maiorem, vel minorem virtutem passi est maior, vel minor resistentia: comparando tamen ista, quæ fieri possunt ad Deum non reperitur inæqualitas

resistentie: nam ut dictum est, ita habitudo consurgit ex comparatione virtutis passi, & agentis, virtus autem Dei est infinita, quælibet autem resistentia rei agibilis est finita: finiti autem ad infinitum nulla est comparatio, nam semper proportio dicit aliquam habitudinem determinatam. si ergo nulla res potest habere aliquam comparationem ad diuinam virtutem, nullam habet resistentiam, quia istud præsupponit, quod quælibet res haberet aliquam resistentiam ad Deum; secundum, quam reperiretur magis, & minus, sed ablato positio auferitur magis, & minus, sicut illa res, quæ nigra est non est magis alba, vel minus alba, quam aliqua alia, ita cum nulla res habeat resistentiam, respectu Dei non poterit aliqua habere maiorem, vel minorem resistentiam.

Item quælibet resistentia alicuius passi naturalis comparata ad diuinam virtutem excedit ab ea in infinitum, sed vnum infinitum non est maius alio, ergo non dicemus, quod vna res magis excedit a Deo, quam alia secundum aliquam proportionem, sed quælibet in infinitum excedit. non ergo erit aliqua operatio difficilior Deo, quam alia, vel aliqua facilior.

Ex his autem inferuntur tria corollaria, primum est quodcumque aliquod agens naturale magne potentie sit, & passum sit parue potentie: necesse est operationem esse in tempore, scilicet cum successione. Causatur enim successio in operatione, & resistentia passi ad agens, quia virtus agentis non potest attingere ipsum passum qualiter vult, quia illud resistit. Apparet autem hoc, quia quanto aliquod passum maioris virtutis est in resistendo, operatio tardius finitur, & quanto est minoris virtutis in resistendo, tanto operatio velocius fit: vnde si veniret ad agibile, quod nullus omnino resistentie esset, illud sine successione posset fieri, scilicet in instanti, & si aliquod passum esset infinite resistentie, necesse esset, quod illud nunquam posset fieri. Apparet ergo resistentiam passi esse causam successiois in opere; hoc idem dicit Aristoteli. 4. Physi. arguens de vacuo, & dicens, quod si daretur aliquod vacuum, motus fieret in instanti, quia in vacuo nihil est, quod resistat ipsi rei motu. Est ergo successio in motu, & in qualibet operatione ex resistentia passi, sed sic est, quod in naturalibus agentibus, & passis, nulla actio est, in qua non sit resistentia, ut supra probatum est, ergo non erit aliqua actio possibilis sine successione quantumcumque sic sint magna agentia, vel parua passia. est tamen differentia maioris, vel minoris successiois secundum varietatem resistentie.

Secundum corollarium, quod necesse est omnem operationem diuinam esse in instanti, nam successio fit in operatione ex resistentia passi, ut dictum est, sed nulla res agibilis habet aliquod gradum resistentie ad virtutem diuinam, cum virtus Dei excedat in infinitum virtutem cuiuslibet rei, ergo in operatione Dei nulla resistentia est, & consequenter nulla successio propter, quod omnis operatio Dei est in instanti, ut creare, mortuos suscitare, & quælibet alia agere. Ob hoc etiam non potest Deus agere aliquid eorum, quæ substantialiter requirunt successioem, & ordinem temporis: vnde non potest loqui, non potest mouere lapidem de loco ad locum successiue, & sic de similibus, de quibus magis declaratum est Exo. capi. 23. & Deutero. 28. & Iosue, capi. 11.

Tertium corollarium est, quod vnum miraculum nunquam est maius alio: nam maioritas operationis accipitur ex duobus secundum, quod ipsa operatio est in duobus, scilicet in virtute agentis, & in virtute passi resistentis. Quantum ad hæc ergo attendetur maioritas, vel minoritas operationis, primum quantum ad virtutem actiuam; illa enim, quæ a maiori virtute

Agens naturale non agit, nisi in tempore.

Ops operatio diuina est instantanea, & quæ re.

Facile, & difficile ex quibus insurgunt.

fiunt, ceteris paribus dicimus esse maiora. Secundo quantum ad resistentiam passi, scilicet quod illa operatio est maior, quæ fit contra maiorem resistentiam passi: sicut gloriosior est victoria, quæ de fortioribus hostibus obinetur. Ita tamen duo sunt equalia in omnibus miraculis, ergo nullum miraculum est maius alio. Patet hoc primo quantum ad potentiam actiuam, quia omne miraculum requirit infinitam Dei potentiam, nec est aliquid qualecumque illud sit, quod a minori, quam ab infinita potentia fieri possit: nec est aliquid quantumcumque illud magnum sit, quod requirat aliquid ultra infinitam potentiam, omnia ergo equalia sunt ex parte potentie agentis. Secundo sunt equalia ex parte resistentie, scilicet quia nulla res, quæ per miraculum fit, habet maiorem resistentiam, quam alia: nam, ut supra probatum est, nulla res habet resistentiam respectu Dei, qui est potentie infinite, ergo nulla res per miraculum factibilis magis resistit diuine potentie, quam alia: sunt ergo omnia miracula inter se equalia quantum ad omnem modum: nos autem dicimus aliquod miraculum esse maius, alio in quantum maioris utilitatis est, ut quod Deus liberet mille homines a morte, vel liberet vnum, vel in quantum in re maiori sit, ut quod Deus aliquem a mortuis suscitet, vel quod cecum videre faciat. Secundum rem tamen equalia sunt, ideo rectè dicit Ionathas: Non est difficile saluare Deo in multitudine, vel in paucis. Nos tamen vulgariter loquentes dicemus maius esse miraculum, si Deus liberasset Ionatham, & armigerum suum solos pugnantes contra stationem Philisthinorum, quam si liberasset mille viros. Ita autem verba accepit Iudas Machabæus ad exhortationem suorum, quando pugnavit contra Macedones, qui multi erant. 1. Machab. c. 3. scilicet & ait Iudas: facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei celi liberare in multis, vel in paucis, quoniam non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de celo est fortitudo.

Dixit ei armiger: fac omnia, quæ placent animo tuo. Vidit enim armiger, quod rectè loquebatur Ionathas, ideo etiam ipse sperauit in domino, & voluit illuc ire. Dixit autem, quæ placent animo tuo, id est quæ placet tibi. Nam istæ affectiones non denominant animam, vel partes compositi, sed ipsum compositum, iuxta Aristoteli. 1. de Anima, qui dicit animam tristi dicit eam texere, & edificare. q. d. sicut non dicimus, quod anima textit, vel edificat, ita non debemus dicere, quod anima gaudet, vel tristatur, sed homo. Scriptura tamē videtur isto modo loquendi vulgari sæpe in veteri testamento, vbi est locutio rusticior, aliquando etiam est in nouo, ut patet ad Gala. c. 5. scilicet spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis: caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Neuter tamen horum aliquid concupiscit contra alterum, sed est intelligendum, ut declarauimus Deute. capi. 12.

Perge quo cupis, & ero tecum vbicumque volueris. Animus enim iuuenis erat iste, qui non formidabat totam aciem Philisthinorum, cum non immutatus fuisset ipse a Deo, sed solus Ionathas. Ex amore tamen nimio faciebat, diligebat enim Ionatham, sicut animi suum, ideo gratissimum erat sibi eum quocumque euntem comitari, etiam in morte certissimam: est enim dilectio fortior omni passione ipsamque morte contemnit. Sic patet Cant. c. 8. scilicet: Fortis est, ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio, lampades eius lampades ignis, atque flammam, aqua: multe non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Hoc autem omni amori vero proprium est, siue amor honestus, siue libidinosus sit. de hoc Se-

neca in tragoedia, cuius titulus est Hippolytus, de quo declarabitur infra 2. li. c. 13. Et ait Ionathas: ecce nos transibimus ad viros istos. Hic ponuntur verba signi, quod Ionathas armigero suo exposuit. transibimus nunc ad viros. (ad Philistinos, qui sunt in castris, & respiciemus verba huius signi.

Quare Ionathas dixit signum armigero suo. Quæst. III.

Quare aliquis quare Ionathas exposuit signum istud armigero suo. Respondendum est, quod fecit, ut eum audaciorē faceret, & sibi concordem: Ionathas enim consideratur erat apud Philistinos habitudinem eorum, & si ipsi dicerent ei: ascende ad nos, proposuerat ascendere, & si dicerent: mane in loco tuo: proposuerat non ascendere. Nunc autem poterat accidere, quod armiger videns multitudinem Philisthinorum, quæ ante hoc animosus extiterit, errore concuteretur, & nollet consistere: vnde perturbaret Ionatham ab incepto opere effeminans animum eius fuga sua, vel hostibus audaciam subministrans contra Ionatham: ne ergo hoc eueniret confortauit eum Ionathas prius, dicens: dixerint: Ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris. sic enim & antiquis Iudæis mos fuit, ut quando bella inuiti erant, enarrarent subiectis suis aliqua a Deo, vel si somnia accipissent. Sic patet de Iuda Machabæo, quando pugnaturus erat contra Nicanorem: vidit per noctem apparerem sibi Oniam sacerdotem, & Ieremiam prophetam, qui dederunt ei clypeum missum a Deo. Iudas autem commilitonibus suis nocturna visa narrans ad bellum alacres reddidit. 2. Machab. c. 15. fecit etiam hoc Ionathas, ut sibi faceret concordem iuuenem: nam cum accederent ad castra Philisthinorum, si Philistini dicerent, manete donec transeamus ad vos, Ionathas proposuerat non ascendere: poterat autem accidere, quod iuuenis, qui erat animosus ascendere vellet, & sic discordaret sibi: cum autem dixit ei hoc Ionathas: iam non dubitabat armiger, qualiter agendum foret ad omnem euentum. Item exposuit Ionathas signum ad tollendum ruborem: nam veniente eo ad Philistinos, si dicerent: manete donec transeamus ad vos: Ionathas non erat ascendurus, putaret autem armiger, quod hoc faciebat præ timore desistens a claro facinore incepto, ideo eum despiceret: abstulit autem Ionathas istud opprobrium prænuicians ei signum, nam tunc dato, quod eueniret, Ionatham non ascendere ad castra Philisthinorum, armiger non putaret hoc factum ex timore, sed propter signum datum.

An peccauerit Ionathas ponendo istud signum, & quando licet homini iudicare per signum, & omen, & auguria, & quando non. Quæst. IIII.

Quare vltterius an istud signum, quod accepit hic Ionathas tanquam prænuiciatum victoria, esset licitum. Et videtur, quod non, quia Deus prohibuit incantatores augures diuinos phytones, maleficos, ariolos, & omnia huiusmodi: Deut. 18. & Leui. 19. c. sed signum hic datum est huiusmodi, ergo illicitum est. Item Deus vetuit hebræos sequi vias Chananæorum, ut est Leui. c. 18. Iuxta consuetudinem terræ Aegypti, in qua habitatis non facietis, & iuxta morem terræ Chanaan, ad quam introducturus sum vos non ageris, nec in legitimis eorum ambulabitis. generaliter et Iudæis vetuit sequi consuetudinem gentium: sic Iere. c. 10. Iuxta vias gentium holire dicere, & a signis cœli nolite metuere, sed gētes obseruabant

uabant huiusmodi auguria in verbis, ergo non debuerunt Iudei obseruare. Item omne illud, quod nullam omnino habet efficaciam, si obseruetur est superstitiosum. omnis autem superstitio fugienda est a Dei cultoribus, quia videtur aliquantulum redire in idolatriam, sed ista verba habent quandam superstitionem, ergo non erat tale signum obseruandum, nec ponendum. Quod autem sint superstitiosa, patet quia Ionathas dixit, quod si Philistini dicerent, ascendite ad nos: Deus tradiderat eos in manu illius, ideo ascendendum erat. Si autem dicerent: manete donec transeamus ad vos: non tradiderat eos Deus, ideo non erat ascendendum. Manifestum est, quod ista verba. Ascendite ad nos, secundum se non habent aliquam efficaciam ad conferendum victoriam, & ista verba: Manete donec transeamus: non habent efficaciam ad prohibendum victoriam, quia res non accipiunt existentiam a verbis, sed potius verba accipiunt veritatem a rebus, iuxta Aristotelem. primo Perihermene. ab eo, quod res est, vel non est, oratio vera, vel falsa dicitur. Et dato, quod ista verba haberent aliquam efficaciam ad conferendum victoriam, vel prohibendum: nihil magis istud verbum ascendere conferret illam, quam istud verbum manete, manete, per quod Ionathas intelligebat prohibitionem. Item dato, quod non accipiuntur hic ista verba tanquam habentia efficaciam ad habendum victoriam, vel auferendum, sed solum tanquam signa: non ponuntur conuenienter signa, quia hic innuitur, quod per istud verbum ascendere ad nos significabatur, quod Deus tradiderat Philistinos in manu Ionathae, & per istud verbum manete significabatur, quod non tradiderat: nullum tamen maiorem ordinem habet unum verbum istorum ad Deum ad significandum victoriam quam alterum. In contrarium videtur, quod istud signum fuerit licite positum, quia alioquin vituperaretur Ionathas, quia quae sunt auguria, tamen non culpatur. Item apparet hoc, quia si Ionathas fuisset hic superstitiosus nimis offensus Deum, quia superstitio est quaedam pars idolatriae, & tunc Deus non concessisset ei victoriam, concessit tamen, quia cum accessisset ad Philistinos, & ipsi dixerunt: ascendite ad nos: dixit Ionathas ad armigerum suum: ascendamus, tradidit enim Deus eos in manus Israel. Et factum est sic. Et sequitur ibidem, quod Deus fecerit miraculum: ergo non fuit illicitum istud signum, quia tunc Deus non fecisset miraculum pro eo, cum pro peccatoribus non faciat miracula: Ioan. c. 9. Potissimum in eo actu, in quo peccant. Item alia signa reperuntur similia in scriptura, quae nequaquam culpantur, ergo istud non fuit culpabile. Patet hoc de Eliezer seruo Abrahae, qui dixit, quod si puella a qua peteret bibere propinaret ei, & diceret: Quin, & chamelis tuis potum tribuam, Deus direxerat viam eius, alioquin non ita Gene. 24. c. Illud tamen a nemine dicitur illicitum, ergo nec istud. Respondendum est, quod quidam Hebraei dicunt, quod omnis diuinitio, vel augurium, quae non est sicut diuinitio Eliezer, vel Ionathae est illicita, sed non dant rationem huius, nec etiam distinguunt aliquem diuinationis modum, in quo aliquid sit licitum, & aliquid illicitum, fundamentum tamen suum forte videntur, quia reperitur generalis prohibitio auguriorum in scriptura, & ista duo non reperuntur reprobata. Sed hoc nihil est, quia non constat ea esse auguria, nec ipsi tangunt radicem, propter quam licita sunt. Ra. David Kimhi dicit, quod auguria, quae considerantur in animalibus, & in auiibus sunt illicita, ut si quis dicat, quia videri talem, vel talem auem ad dextram, vel ad sinistram, aut in tali, vel tali loco bonum, aut malum euenturum est, sic etiam si quis consideret in edificandis domibus, vel faciendis vestibus, vel in similibus aliqua auguria, sunt illicita, & ista videtur scriptura, si tamen consideret in verbis, quae aliquis ponit ad seipsum incitandum ad aliquid non est illicitum, sic fuit de Ionathae qui proposuit sibi istud signum, ut se confortaret ad ascendendum contra Philistinos, ergo licuit sibi. Sic etiam generaliter dicit de omnibus alijs, quod licet eis attendere auguria, quae sunt in verbis. Sed iste nimis errauit a veritate sacrae Scripturae superstitionem astruendo, quam scriptura nimis prohibet, sed nil mirum, quia omnes Iudaei sunt valde superstitiosi. Non stat autem hoc, quoniam si ista verba aliquam efficaciam haberent, vel determinata essent ad significandum hoc vel illud, licitum esset nobis obseruare auguria, sed auguratores vtuntur verbis ad significandum opposita, cum ipsa non habeant vim ad significandum aliquid horum, ergo superstitiosum est illa obseruare. Item nimis errat cum dicit, quod non est licitum obseruare auguria in animalibus, vel auiibus, & est licitum obseruare in verbis. nam sicut animal esse ante, vel retro ad dextram, vel sinistram, & esse tale, vel tale non magis significat bonum, quam malum, quia de se non determinatur ad aliquod horum, ita quod talia, vel talia verba quis audiat ad bonum, vel malum nostrum nihil conferunt, nisi detur ratio differre, quae est impossibilis. Quin potius est contrarium, quam si augurij vti liceret, & aliquid pdesset, magis tamen in auiibus, & animalibus ista obseruari deberent, quam in vocibus humanis, nam aliquod signum certius est in quantum in seipso magis determinatum est, naturalia autem entia sunt in se determinata, entia autem libera non habent determinationem, ideo magis accipiendum est signum ex naturalibus, quam ex liberis, propter hoc autem conuenienter per motum celestem iudicantur pluuie futurae, vel siccitates, & nemo hoc improbat, quia corpora celestia sunt entia pure naturalia, & determinata ad vnum, sic etiam per ea, quae apparent in corporibus humanis iudicantur egritudinem, vel sanitatem, non solum, quia insunt, sed etiam, quia futurae sunt, eo quod ista sunt pure naturalia, quanto ergo aliquid magis accesserit ad esse pure naturale, tanto magis determinatum erit, sed motus animalium brutorum magis accedit ad ipsam naturam, quam voces humanae, eo quod voces procedunt immediate a principio libertatis. La voluntate, motus autem animalium procedit ab eorum afflictione, & inclinatione naturae, ergo certius signum accipi potest ab animalibus, quam a vocibus humanis, nam quaedam animalia loquuntur, quae secundum certitudinem aliquid significant, sicut voces clamorose cornicum pluuiam breuiter venturam significant, quod sic semper accidit: exitus est de phinorum in mari ad partem superiorem, & clamor mergulorum ad littora praegreium nautis certissimum signum est instantis tempestatis, si igitur liceret inquirere auguria in vocibus, magis liceret inquirere in motibus animalium, & sic errauit iste in natura. Licet errauit in scriptura, vetuit enim scriptura Iudeis suscipere mores gentium, & cum hoc intelligat praecipue quantum ad ea, quae ad idolatriam pertinent, expressit Deus multas species diuinationis incantationis, & maleficiorum: de quibus Deu. c. 18. & Leui. 19. & 20. & quae non poterant exprimi omnes modi superstitionum, cum quilibet nouos modos inueniat, ideo generaliter vetuit Iudaeos imitari mores gentium, quantum ad aliquid, quia gentes superstitiosae erant, ut patet Leui. cap. 18. sed obseruare auguria in vocibus erat, de consuetudine omnium gentium, est enim ista quaedam species augurij, quae vocatur omne, apud Romanos autem obseruatio ista tanquam religio habebatur, sicut ponit Valerius Maximus exempla, quaedam 1. lib. cap. de omnibus. Erant quoque ista auguria visitata apud Chanaanos, quod patet in rege Benadab, quando victus est a rege Israel, & lauit: cumque venirent nuncios eius ad petendum veniam pro eo, dixit rex Israel si

viuit frater meus est, & hoc acceperunt serui regis Benadab pro bono augurio, & dixerunt viuit frater tuus. De hoc infra 3. lib. c. 20. f. Et ille ait: si adhuc viuit frater meus est, quod acceperunt viri pro omne, & festinanter rapuerunt verbum ex ore eius, atque dixerunt: viuit frater tuus Benadab. ergo respiciebant Chananam ad auguria in verbis. Sic etiam patet de Timotheo duce, qui pugnavit contra Iudam Machabaeum: ille enim obseruauit tale signum, quale posuit hic Ionathas, ut patet 1. Machab. c. 5. f. & ait Timotheus principibus exercitus sui, cum appropinquaret Iudas, & exercitus eius ad torrentem aquae: si transferit ad nos prior, non poterimus sustinere eum, quia potes poterit aduersus nos. Si vero timuerit transire, & posuerit castra extra flumen transferemus ad eos, & poterimus aduersus illum. Chananam ergo cum respiceret: non licebat Iudaeis ista obseruare. Non ergo stat, quod liceat inquirere auguria in verbis. Potissimum non stat ratio Ra. David Kimhi, quia ipse dixit, quod licebat poni ista verba ad voluntatem cuiuslibet, ut per illa se excigaret ad aliquid agendum, sicut fecit hic Ionathas, verbi gratia, ut si aliquis diceret, si aliquis homo locutus fuerit mihi taliter in via, ibo ad hostes, & si taliter redibo in domum: nam tunc aut ipse accommodat aliquam fidem verbis his, quae alius loquitur, & propter haec aliquid agit, aut nihil curat. Si vero nihil curat de his verbis non confortabit seipsum tanquam aliquid boni habiturum propter bona, quae dicuntur, & sic erit superfluum ponere aliqua verba. Si autem adhibet aliquam fidem credens, quod auditis talibus verbis prosperabitur, & auditis alijs non aget prosperè, superstitiosus est: quoniam verba illa cum secundum rem nihil significant, attribueret eis aliquid significatum circa talia superstitiosum est.

Iudei omnes sunt valde superstitiosi.

Augurij in verbis dupliciter fit.

Ionathae quare licuit obseruare signum.

Resp. h. b. regorum.

viuit frater meus est, & hoc acceperunt serui regis Benadab pro bono augurio, & dixerunt viuit frater tuus. De hoc infra 3. lib. c. 20. f. Et ille ait: si adhuc viuit frater meus est, quod acceperunt viri pro omne, & festinanter rapuerunt verbum ex ore eius, atque dixerunt: viuit frater tuus Benadab. ergo respiciebant Chananam ad auguria in verbis. Sic etiam patet de Timotheo duce, qui pugnavit contra Iudam Machabaeum: ille enim obseruauit tale signum, quale posuit hic Ionathas, ut patet 1. Machab. c. 5. f. & ait Timotheus principibus exercitus sui, cum appropinquaret Iudas, & exercitus eius ad torrentem aquae: si transferit ad nos prior, non poterimus sustinere eum, quia potes poterit aduersus nos. Si vero timuerit transire, & posuerit castra extra flumen transferemus ad eos, & poterimus aduersus illum. Chananam ergo cum respiceret: non licebat Iudaeis ista obseruare. Non ergo stat, quod liceat inquirere auguria in verbis. Potissimum non stat ratio Ra. David Kimhi, quia ipse dixit, quod licebat poni ista verba ad voluntatem cuiuslibet, ut per illa se excigaret ad aliquid agendum, sicut fecit hic Ionathas, verbi gratia, ut si aliquis diceret, si aliquis homo locutus fuerit mihi taliter in via, ibo ad hostes, & si taliter redibo in domum: nam tunc aut ipse accommodat aliquam fidem verbis his, quae alius loquitur, & propter haec aliquid agit, aut nihil curat. Si vero nihil curat de his verbis non confortabit seipsum tanquam aliquid boni habiturum propter bona, quae dicuntur, & sic erit superfluum ponere aliqua verba. Si autem adhibet aliquam fidem credens, quod auditis talibus verbis prosperabitur, & auditis alijs non aget prosperè, superstitiosus est: quoniam verba illa cum secundum rem nihil significant, attribueret eis aliquid significatum circa talia superstitiosum est.

Ad rationes in contrarium respondendum. Ad primam cum dicebatur, quod Deus prohibuit incantatores & augures, & omnes similes. Dicendum quod hic non fuit augurium, nec aliqua species superstitiosis, sed praemissa oratione Ionathas a Deo inspiratus posuit sibi istud signum. Ad secundam rationem cum dicebatur, quod Deus vetuit Hebraeos sequi viam gentium: dicendum quod Gentiles sequebantur auguria nimis respicientes ad verba, quasi illa haberent aliquam vim futura, & occulta monstrandi, ideo quasi pro religione, & consulo deorum illa obseruabant, ut ait Valerius: Ionathas autem non adhibuit fidem aliquam istis verbis, quasi illa ex se haberent aliquam vim futuram monstrandi, sed a Deo inspiratus accepit ista quasi signa diuinae voluntatis, & non adhibuit illis fidem, quia talia verba erant, sed quia a Deo data in signum: hoc autem non est augurium. Ad tertiam rationem, cum dicitur quod illa verba non habent aliquam efficaciam ad conferendum victoriam, vel auferendum concedendum est: nam nec Ionathas hoc intelligebat: non enim putabat, quod per hoc, quod Philistini dicerent: ascendite ad nos, proueniebat victoria, vel per hoc quod dicerent: manete donec transeamus ad vos, impediatur, sed accipiebat ista verba tanquam diuinae voluntatis: nam verba non possunt poni tanquam principia effectiua: bene tamen tanquam signa, nullum enim verbum est, quod secundum seipsum aliquam habeat virtutem ad efficiendum, etiam si sint verba sacramentalia: nam ipsa verba secundum se in nullo Sacramento aliquid conferunt, sed quia ministri illa proferunt Deus confert gratiam sacramentalem, vel efficit quod quid fieri debet, & hoc tam in Sacramento eucharistiae quam in ceteris. Ad quartam rationem, cum dicebatur quod etiam non possunt poni conuenienter ista verba tanquam signa, quia non habent aliquem ordinem ad Deum. Dicendum est, quod ipsa secundum se non habent aliquem ordinem ad signandum diuinam voluntatem: signauerunt tamen hic, quia Deus uoluit, ut si Deus ea dedisset in signum: si autem Ionathas credidisset, quod illa secundum se habent efficaciam ad significandum hoc esset superstitiosum: non tamen credidit, nisi in quantum illa a Deo accepit: non fuit ergo illicitum signum, quod posuit Ionathas.

Ee Quare

Alph. Tost. In Primum Regum.

Quare Ionathas posuit sibi signum, an deberet ascendere ad Philistinos. Quæst. V.

Quæretur ulterius quare Ionathas posuit sibi signum ad sciendum, an deberet ascendere ad Philistinos, ipse namque a Deo motus fuerat, ut ascenderet ad castra Philistinum, ergo non oportebat, ut amplius certificaretur per signum.

Respondendum est, quod Ionathas posuit hic istud signum tanquam necessarium ad ea, quæ facere intendebat: nam sine illo non erat certificatus pro quo considerandum, quod mutationes, quæ sunt in nobis a Deo, aliqui sunt in intellectu, & aliqui in voluntate: ille autem, quæ sunt in intellectu sunt multum manifestatiue moventis, & eius ad quod homo mouetur, sicut sunt reuelationes propheticae: in his autem postquam quis a Deo mouetur, non oportet querere maiorem certitudinem: mutationes autem, quæ sunt secundum voluntatem sunt minus determinatæ, ita ut non plene intelligamus, an mouemur a Deo, vel ab aliquo alio, ideo in his tutum est inquirere certitudinem per alium modum, ut per orationem petendo a Deo, ut nobis reuelaret veritatem, vel per consilia peritorum, & sic de alijs modis. Ita autem fuit hic in Ionatha, quoniam Deus non reuelauerat ei velut prophetice, quod irer contra Philistinos, sed inclinauerat eum nimis ad eundem, & dederat animo firmitatem: dubitabat ergo adhuc, an iste motus a Deo esset, & hoc voluit inquirere per signa.

An Ionathas peccauerit volendo certificari per signum. Quæstio. VI.

Quæretur ulterius, an Ionathas peccauerit ponendo hic signum ad sciendum quid facere deberet, nec queritur hic, an peccauerit, ponendo signum licitum, vel illicitum, quia iam declaratum est, quod istud signum quod posuit Ionathas, erat licitum.

Sed queritur, an Ionathas peccauerit volendo certitudinem cum iam certificatus esset: nam illi, qui sunt duri corde, vel difficulter credunt, increpantur, ut patet Luc. cap. 24. cum dixit Christus post resurrectionem discipulis duobus: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetae, sed Ionathas debebat esse certificatus per mutationem a Deo, quia Deus daret ei victoriam, ergo volendo signum, videbatur esse culpabilis.

Respondendum est, quod, ut supra dictum est, immutatio Dei in nobis est duplex. In voluntate, & intellectu, illæ autem, quæ sunt in intellectu, sunt manifeste sicut reuelationes propheticae, in quibus non est querenda ulterior certitudo, & qui non credit illis culpabilis est, quamquam aliqui patres veteres dubitabant de his, quæ a Deo dicebantur: non tanquam Deus non posset illa facere, vel quod mentiturus esset, sed quia mirabilia erant, & nesciebant modum ipsorum. Sic etiam cum Deus dixisset Abraham, quod multiplicaret semen eius, sicut stellas celi, & quod daret ei terram Chanaan, dixit Abraham: dñe Deus vnde scire possum, quod possesurus sum eam? Gen. 15. cap. Et tunc ante hoc credebatur quia dicitur ibi: Credidit Deo Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam. In diuinis autem immutationibus, quæ sunt secundum solam voluntatem, est pauca certitudo, ideo in nullo homine est culpabile, quod postquam fuerit a Deo sic immutatus, querat maiorem certitudinem. Sic fuit de Ionatha, quia immutatio eius fuit secundum voluntatem solam, ideo non erat culpabile, quod quereretur post hoc signum certificatum, an a Deo ista essent, immo si aliquid sit motus nullo alio certificatio adhi-

bito assentiat motui, in consilio agit: vñ debet consulere alio modo sibi pro certitudine, sic dicitur 1. Ioan. cap. 4. f. Nolite credere omni spiritui, sed probate, an ex Deo sit: isti autem spiritus sunt motus animi nostri, quibus impellimur ad aliquod agendum, vel ab aliquo desistendum, quibus non debemus immediatè consentire, sed inquirere, an ex Deo sint: f. per consilia aliorum. Cumque apparuerimus eis. f. coram eis. erant enim Philistini in castris suis inter duos scopulos, ut patet supra, & non videbat Ionathas, & armiger eius illos, nec ipsi videre poterant Ionatham quousque; appropinquaret ad eos obicibus petrarum. Si taliter locuti fuerint ad nos. Taliter qualiter immediate habetur. Manete donec transeamus ad nos. Ista ista verba dabat Ionathas armigero suo pro signo. & per hoc intelligebat malum. Stemus in loco nostro. In loco ubi apparuerimus eis, & ubi steterimus quando ista verba nobis dixerint. Nec ascendamus ad eos. f. quia ista verba signa sunt, quod Deus non vult tradere eos in manus nostras. & non est sensus solum, quod starent in loco suo, sed etiam quod redirent, vnde venerant. Nam si Philistini hoc eis dixissent, non erat eis tutum manere in loco illo: nam descenderent ad eos Philistini, & percuterent, cum Deus nollet tradere illos in manu Iudæorum. Si autem dixerint ascendite ad nos: ascendamus. Eo quod Ionathas per hoc accipiebat bonum signum. f. quod Deus prosperaret iter eorum. Quia tradidit eos dominus in manus nostras. Id est si hoc dixerint, signum est, quod Deus tradidit illos in manus nostras. Vnde confidenter possumus contra eos pugnare. Hoc erit nobis signum. Id est ista verba Philistinorum erunt nobis signa eorum, quæ facere nos oporteat, scilicet an fugere, vel pugnare.

Quid egisset Ionathas, si Philistini nihil locuti fuissent. Quæstio. VII.

Quæretur aliquis quid si apparentibus Ionatha, & armigero eius coram Philistinis nihil loquerentur eis Philistini, vel loquerentur aliqua alia, quæ nihil ad hæc attinerent.

Respondendum est, quod Ionathas non posuerat istud signum tanquam superstitiosè, sicut gætes vtuntur, sed a Deo inspiratus, ideo sicut ipse proposuerat, ita venturum erat. f. quod Philistini aliquod horum dicerent, & tunc haberent certum signum. Si tunc eueniret, quod nihil istorum loquerentur Philistini. f. loquentes aliquid alterum desperatum, vel totaliter subicerent: non haberet Ionathas aliquod signum prosperum, vel aduersum, ideo dubitans de aduentu rei magis cessaret reuertens in locum suum, sic ait Iosephus. 6. Antiquit. f. signumque victoriæ hoc iudicaret, si uocarentur: si uero nihil loquerentur, tanquam eis non uocantibus reuerti deberent.

An Ionathas potuerit sufficienter habere signum, an Deus uelit sibi dare uictoriam ex illis uerbis. Quæstio. VIII.

Quæretur ulterius dato, quod ista verba accipiantur tanquam signa diuinæ uoluntatis, qualiter poterant intelligere Ionathas, & armiger eius, an Deus uellet eis dare uictoriã, uel non. Nam dato quod Deus uellet dare eis uictoriam Philistinim dicere poterat: manete donec transeamus ad uos, quia liberum est homini loqui quod uoluerit. Respondendum est, quod ista uerba Philistinorum erant conuenientia signa diuinæ uoluntatis, quia sicut in Dei potestate erat dare eis uicto-

victoriam, vel non: ita erat in Dei potestate, quod Philistini loquerentur talia, vel talia uerba, & dato quod ipsi uellent loqui alia, Deus non permitteret. Sic. n. patet de Balaam propheta. f. quod ille conabatur maledicere Israelitis: Deus tunc cogebat eum loqui uerba benedictionis, & ipse uidebat quod Deus cogebat eum, sic patet Num. c. 23. & 24. cum ergo Deus daret hoc in signum cogeret Philistinos, quod loquerentur id, quod ipse uolebat: vnde si uellet dare Ionathæ uictoriam non posset dicere Philistini: manete donec transeamus ad uos, etiam si conarentur hoc dicere, sed necesse erat quod dicerent ascendite ad nos. Sic etiam de opposito euentu. Hoc autem modo responderi potest ad præcedentem quoniam. f. quod non est admittendus ille casus: nam cum Deus inspirasset Ionathæ istud signum cogeret Philistinos ad hoc, quod loquerentur aliquid istorum, & sic semper uideret Ionathas, quid oportebat eum facere.

Opi. Nic.

Considerandum, quod Nicolaus dicit Iosephum dicere, quod Ionathas rogauit dominum deuotè, ut posset Philistinos vincere, Deus autem concessit, & dedit ei istud signum. Quod autem Ionathas orauerit dominum rationale est, quod tunc Iosephus ista dicat falsum est, ut patet 6. Antiquitatum, ubi ponit totum istud c. & totum istum primum librum regum, nihil tamen tale protulit. Nicolaus tamen habuit hoc forte ex aliquo, qui dicebat Iosephum ista dicere. Apparuit itaque uterque stationi Philistinorum. f. postquam reuelauit Ionathas armigero suo signum quod haberi debebat aggressi sunt iter, & ascenderunt partem collium usque quod Philistini poterant eos uideri, & tunc dixerunt ea, quæ hinc. Iosephus dicit, quod ista facta sunt per noctem, & quamquam essent ante hoc Ionathas, & armiger eius apud castra Philistinorum: nox tamen eos cela uerat: apparente autem die uisi sunt a Philistinis: uade dicit Iosephus: Accedentibus igitur ad exercitum hostium apparente iam die: uidentes iam Philistini eos alterutris dicebant: ecce de cauernis &c. Hoc autem satis uerisimile est. f. quod per noctem hæc fierent. nam Ionathas uolebat facere eo modo, quo magis tereretur Philistinos: maxime autem tererentur si in aurora subito apparerent coram eis, nam crederent Philistini, quod per noctem conuenerant omnes Hebræi, & iam irruerant super eos, & forte hoc eis magnum iam turbationis attulit: quocumque autem dicitur necesse est, quod hoc factum fuerit pauca parte illius diei pertransiit: nam prius Ionathas pugnauit contra Philistinos, & occidit 20. de eis: deinde Israelitæ in castris Saulis existentes uiderunt turbationem, quod orta erat in castris Philistinorum, & consulto domino percuti sunt illos, tunc Saul posuit maledictionem, ne quis manducaret usque ad uesperum quousque uendicaret se de hostibus suis, & fatigatus est populus nimis præ defectu cibi, ut patet infra, ergo uidet, quod nondum populus pransus fuerat, quoniam ista facta sunt, quæ tunc non esset fatigatio præ defectu cibi, quod non madu caret populus usque ad uesperum: satis ergo hoc fuit in aurora. Vñ uerisimile est per noctem hoc fecisse Ionatham. Dixeruntque Philistini. Illi, qui erant in castris, quoniam uiderunt Ionatham, & armigerum apparentes inter petras. En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerant. Hoc potest intelligi per modum derisionis. f. quod Philistini uidentes Ionatham, & armigerum eius procedentes reptando inter excelsas petras, ubi erat conueniens locus ad larendum, dicerent: ecce egrediuntur Hebræi de cauernis. Vel potest hoc intelligi quod Philistini sic existimarent: audierant. n. quod Hebræi a facie eorum absconditi erant, quod uerum erat, ut patet præcedenti cap. afflicti erant populus, & abscondiderunt se in speluncis, & in abditis: in petris quoque, Alph. T. off. In Primum Regum.

Et in antris, & in cisternis: nunc autem, quia uiderunt illos duos viros inter petras in loco prærupto accommodo ad larendum, putauerunt, quod egredierentur de latibulis, & porissimum, quia erat aurora, ut dictum est: putauerunt, quod tunc recedere uellent inde. Et locuti sunt uiri de statione ad Ionatham, & armigerum eius. Erat enim propinqua statio illi loco, in quo tunc erat Ionathas, & armiger eius, ita quod uiri, qui erant in statione possent loqui Ionathæ.

Dixeruntque ascendite ad nos, & ostendemus uobis rem. Id est ibi erratis, ascendite ad nos & dabimus id, quod queritis. Hoc potest intelligi irrisorie, quia Philistini uidebant Ionatham, & armigerum eius euntes hinc inde ad querendum transitum inter prominentes petras loquebantur eis, ac si quererent rem prædictam dicentes: ostendemus uobis rem. Iosephus autem dicit: Venite ascendite ad nos, ut uos digne pro uestris presumptionibus puniamus. & ad idem redit, quia quamquam Philistini loquerentur hic irrisorie, tamen demonstrabant hoc ex uerbis suis, quod uellent occidere eos.

Et ait Ionathas ad armigerum suum. Hic ponitur secunda. f. mirabilis pugna. Fuerunt autem hic duæ pugnae: prima fuit Ionathæ, & armigeri sui cum Philistinis: secunda fuit totius exercitus Israel contra Philistinos. Prima fuit mirabilis, cum duo uiri aggressi sunt totam multitudinem Philistinorum, & turbauerunt eam, atque occiderunt 20. viros. Secunda non fuit miraculosa, quia iam Philistini fugiebant a facie Ionathæ, & armigeri sui, ideo solum percutiebant eos non resistentes, sed soli fugæ confidentes. In pugna autem Ionathæ fuit miraculum, ut patet infra in litera. Ascendamus, sequere me. Hoc dixit Ionathas uidentibus, quod uerba Philistinorum erant ei signum. uictoriæ gauisus nimis dixit, quod ascenderent, & quod sequeretur eum armiger suus, ut irruerent in hostes. Tradidit enim eos dominus in manus nostras. Hoc dixit Ionathas, quia dederat signum quod si Philistini dicerent. Ascendite ad nos, Deus uolebat eos tradere in manus eorum: nunc autem certissimè confidens de signo horatus est armigerum, quod ascenderent, & non dixit: tradidit eos dominus in manus nostras, sed in manus Israel, quia Ionathas satis credebatur quod non poterat per eos totus exercitus cedi aut fugari, sed putauit quod eis percutientibus Philistinos uiderent Israelitæ, qui erant in castris Saulis, & succurrerent eis, & sic factum est, ut patet infra: unde Israel. i. totus exercitus Saulis percussit Philistinos, & non solus Ionathas cum armigero.

Ascendit autem Ionathas reptans manibus, & pedibus. Scilicet loca illa, per quæ ascendebat Ionathas ad castra Philistinorum erant petrosa nimis atque asperissima, ideo non poterat ascendere erectus, sed manibus reptans. In Hebræo dicitur hic: Ascendit Ionathas super manus, quod ad idem pertinet: nam qui erectus non incedit reptans est, & iste super manus, & pedes simul graditur. De hoc dicit Iosephus. 6. Antiquitatum, tunc ab illo loco, in quo ab hostibus uisi fuerant recessit: mutansque locum uenit ad petram, quæ erat propter munitionis locum deserta custodibus, & exinde quasi reptans, & trahentes semetipsos cum multo labore naturam loci uicerunt & ad inimicorum castra conscenderunt. Et armiger eius post eum. Scilicet et reptabat iste, sicut Ionathas, quia dixerat ei Ionathas, sequere me. Et cum uidissent faciem Ionathæ. Scilicet illi uiri, qui erant in castris Philistinorum.

Sed dicit aliquis quomodo hoc dicitur? quia ante istud iam uiderant Ionatham, & armigerum eius: dixerantque, ascendite ad nos. Respondendum est, quod prius uiderant antequam ascenderet, cum nondum deliberasset

Miraculo. f. pugna Ionathæ contra Philistinos.

Jonathas, an ascendere deberet, & deinde cognito, q̄ Deus tradiderat eos in manus illius ascendit de loco, in quo erat, & exinde manebat ascensus acerrimus inter prominentes petras, & cum peruenisset ascendendo vsque ad ipsa castra, iterum Philisthini viderit eum, & tunc irruit turbatio super eos, & turbati cadebant ante faciem Ionathæ: nam prius cum viderant eum, & dixerant, q̄ ascenderet erat aequaliter distas: & non conterriti sunt. *Alij cadebant ante Ionatham.* s. q̄ occidebat eos cum introiuit in castra, & hoc est cedere, sicut dicimus, q̄ ceciderunt in bello tot millia virorum. Aliter potest intelligi, q̄ cadebant, s. q̄ nō aggredebatur eos Ionathas pugnans, sed viso eo ipsi conterriti cadebant, & postea ipse occidebat eos. Sed primus sensus est melior. s. q̄ aggressus est illos immediate, vt introiuit in castra, & percussit occidebat sibi obuios, & illi cadebant. Hoc patet quia dicitur, & alios armiger eius occidebat, ergo oportet, q̄ cadere accipiat hic pro occidere. s. q̄ alios occidebat Ionathas, & alios occidebat armiger eius. Si autem acciperetur cadere pro casu, non diceretur alij cadebant, sed diceretur q̄ cadebant ante Ionatham, & armiger eius occidebat eos, & sic erat hic miraculum, quia coram vtroque cadebant viri bellici, cum essent isti in magna acie Philistinorum, & audebant percutere viros multos.

Quomodo Ionathas, & armiger suus potuerunt percutere viginti viros de Philistiis, & quod Philistini non opprimerent eos. Quæst. IX.

QUARET aliquis quō facta fuit ista cedes, q̄ isti duo viri possent occidere multos de Philistinis, & Philistini non opprimerent eos, cum essent in acie eorum soli.

Respondet Nicolaus dicens, q̄ Iosephus ait, quōd quædam nebula subito surrexit, propter quam Philistini non cognoscebant Ionatham, nec seipso adin vicem, & sic mutuo se trucidabant, & ex eadem causa Philistini reuertentes de præda, s. tres cunei, de quibus præcedenti cap. pugnabant cum suis, qui remanserant in castris, & conuersi. Quod probat, quia J. dicitur, q̄ populus stationis Philistinorum, qui ierat ad prædandum obstupuit, & conturbata sunt castra.

Sed hanc positionem improbat Nicolaus dicens, q̄ sic non esset miraculum, quia multoties naturaliter consurgit nebula repente: hic tñ dicitur, q̄ erat miraculum. Item si consurrexisset nebula non solum obcurasset oculos Philistinorum, sed etiam oculos Ionathæ, & armigeri sui, quia ea, quæ naturalia sunt ad oēs eodem modo se habent: non tñ obcurauit, quia distinctè videbāt hostes, & occidebāt eos, vt patet hic. Item si nebula consurrexisset illi, qui erant longe a castris nō vidissent castra Philistinorum, nec quid fiebat in eis, viderunt tñ speculatores Saulis quō erat pugna in castris, vt patet J. & respexerunt speculatores Saul. Satis ergo patet, q̄ non fuit hoc factū p̄ nebula.

Sed cum Nicolaus dicit hoc Iosephum dicere, & improbat tanquā sit positio eius, fallum est: nam Iosephus nil tale posuit, vt patet in 6. Antiqui, vbi est ista historia. Sed dicit, q̄ Ionathas, & armiger eius inuaserunt castra dormientibus Philistinis, & poterant occidere, 20. de illis: alij autem videntes eos, cum euigilassent a somno conterriti sunt, credentes q̄ non facerent hoc duo viri soli, & tunc præ turbatione irruerunt in seipso: vnde ait ibidem: Irruenteque eis dormientibus, occiderunt quidem quasi, 20. turbam verò stupore vehementi impluerunt, ita ut alij quidē effugerent, arma omnia relinquētes, alij verò semetipsos non agnoscentes, eo q̄ ex multis gentibus con-

gregati essent, credentesq; inimicos & irruisse super se Israelitas putantes, & non hoc duorum hominum præsumptione commissum, ad altera bella conuersi sunt, quorum alij quidem perempti moriebantur, alij verò per saxa præcipientes quolabant. Hec Iosephus.

Ista positio non est satis rationabilis, & nimis humana: vnde non multum accedit ad miraculum, sed ponit quasi accidentia bellorum. s. q̄ sic hostes frequenter dormientes præoccupentur, & turbentur castra ipsorum. Item dicit, q̄ erant dormientes, q̄ nō videtur verisimile, quia antequam Ionathas & armiger eius ascenderent, dixerant eis Philistini: Ascendite ad nos ergo non repererunt eos dormientes. Nicolaus autem dicit secundum alios, q̄ istud miraculum factum est, eo q̄ Philistini percussit aurisiam. Est aurisiam quædam genus obsecrationis, cum quis non est cecus, videret tñ nō potest ea, quæ inquirat cum cætera videat. Est autem ista exsecratio miraculosa, nam qui hæc patiuntur vident omnia alia, sicut cæteri viri, id tñ, quod inquirunt, vel eis videre vile est, etiam si ante oculos ipsorum est, non vident, & quamquam inquirant diligenter nunquam inveniunt. Sic patet de viris Sodomitis, qui accesserunt ad ianuam Loth, vt educerent angelos, qui ibi erant in specie virorum, & abuterentur eis, angeli autem percusserunt eos cecitate, ita vt nocte tota nō possent inuenire ostium domus, & tamē erant ante illud. Sic patet Gen. 19. c. sic etiam fuit de Syris feruis Benadab, qui venerunt, vt comprehenderent Eliseum, ipse autem apparuit coram eis, & dixit, q̄ sequerentur eum, quia ipse ostēderet illis ciuitatē, in qua erat Eliseum: duxitque eos in Samariam, quæ erat ciuitas hostilis, & tamen ipsi nunquam viderunt Eliseum, qui præcedebat eos, & urbem, in qua erant quousque fuerunt in ea, & abstulit dominus cecitatem, ut patet infra 1. lib. cap. 6. ante hoc tamen isti cognoscebant Eliseum, & ciuitatem Samariam. Ita autem dicitur factum fuisse hic. s. q̄ Philistini percutebantur hac cecitate, quæ dicitur aurisiam, ut sic non viderent Ionatham, & armigerum eius occidentes eos, & sic faciliter poterant eos occidere.

Sed ista positio quamquam a Nicolao approbetur tamen non multum cōuenit, quia hic dicitur, q̄ erat turbatio magna in castris, in quo significatur quædam cōturbatio intellectus, ita vt nesciant viri quid faciūt: aurisiam autem non dicit aliquam turbationem. s. mentis turbulentiam. s. priuationem visionis quantum ad id quod inquirimus. Item dato q̄ posset hoc applicari ad percussorem, quam fecerunt Ionathas & armiger eius, tamen non poterat applicari ad ea, quæ infra dicuntur: potuerunt. n. Ionathas & armiger suus faciliter occidere Philistinos, si non viderentur ab eis, & tamen præter hæc Philistini bello intestino se laniabant, quia dicitur infra, q̄ gladius vnus cuiusque versus fuerat ad proximum suum, & facta est cedes magna nimis, si tamen Philistini essent percussit aurisiam, non viderent seipso, & sic non possent se occidere, necesse est ergo, q̄ ponatur alius modus plagæ.

Respondendum igitur, q̄ ista plaga, quæ facta est hic, fuit hoc modo, scilicet, quōd Ionathas & armiger eius primo introeuntes in castra occiderunt viginti viros. Postea autem ipsi Philistini cōturbati sunt, & præ turbatione inceperunt se mutuo laniare, ut patet J. conturbata sunt castra, & postea dicitur, q̄ gladius vnus cuiusque versus fuerat ad proximum suum: accidit etiam tunc quōd illi, qui missi fuerant ad prædandum, scilicet tres cunei, de quibus præcedenti capitu. redierunt in castra, & videntes aciem conturbatam, ipsi quoque cum alijs mutuo se laniabant, ut patet infra, scilicet, & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum obstupuit, s. passi sunt similem

Opi. Nic.

Quo Philistini potuerunt hinc bellum intestinum.

Modus auctoris.

Ratio auct.

seam conturbationem, & interitum, vt alij. Istud autem est quod factum fuit, sed adhuc ratio vel origo qualiter fieri potuerit, non patet. Dicendum autem videtur, q̄ cum Ionathas, & armiger eius ascenderunt in castra Philistinorum illi, qui viderunt eos conterriti sunt nimis, ita vt præ stupore efficerentur immobiles, quasi lapides, sic vt Ionathas & armiger eius sine difficultate occidere possent, quos uellent. Tantis autem terror inuaserat Philistinos, vt non solū non audent resistere Ionathæ, sed etiam fugere non audebant. quod patet, quia si fugisset a facie eorum, nō potuissent isti duo occidere, 20. viros, nisi persequentes eos magno terræ ipatio: dicitur tamen infra, quōd occiderunt istos, 20. viros in media parte iugeris, sed istud est valde paruum spatium, quia iuger est quantum par boum arando vna die conficere potest, ergo non fugiebant isti, sed existentes in locis suis tanquam muta pecora ceciderunt.

Qualiter autem Philistini inter se potuerunt habere bellum intestinum, vt se mutuo lacerarent satis videbatur posse stare positio Iosephi. s. q̄ ista turbatio habuit originem ex eo, quōd Philistini subito viderunt duos viros tanquam stragem exercere in castris, quo conterriti putantes omnes hostes super se irruisse vehementer turbati sunt. Peruenit autem intantum ista turbatio, vt se non cognoscerent. Præcipuum autem motiūm eius est, quia erant congregati ex diuersis gentibus idiomate differentibus, sicut differunt Hebræi a Philistinis.

Sed adhuc conuenientior modus poni potest, quia infra dicitur, quōd factum est miraculum in castris. Iste modus tamen Iosephi non erat miraculosus, sed communiter accidens inter pugnautes, vel saltem multoties accidit.

Dicendum ergo, q̄ Deus immisit turbationē Philistinis: erat autem ista turbatio quædam passio causata in animo Philistinorum, ita vt se inuicem non cognoscerent, sed putarent esse hostes, & ista turbatio erat miraculosa. Sic aliās factum est, vt in bello, quod fecit Gedeon contra Madianitas: nam cum viderent Madianitæ Gedeonem, cum socijs suis in circuitu castrorum esse cum buccinis & lumine: putauerunt q̄ inter eos erant, & turbati occidebant seipso. Nec solum hoc faciebant, dum manerent in castris, sed & postquam fugere ceperunt se mutuo ceciderunt, & ista turbatio a Deo erat. Sic patet Iud. 7. s. immisitq; dñs gladium in omnibus castris, & mutua se cede truncabant. Sic et factum est, q̄ conuenerunt J̄ regem Iosaphat filij Moab, & Ammon, & multæ alie gentes, & cū ille essent in castris, hostesq; essent dispositi in duobus locis. s. quidam in insidijs, & alij in acie: surrexerunt illi, qui erant in insidijs J̄ eos, qui erant in acie, & mutua se cede deleuerunt nihil faciētibz Iudæis, vt patet 2. Paral. c. 20. Sed hoc et animi turbatione factum est. Aliqñ et Deus immisit turbationē hoibus, vt se non intelligant, sic aut factum est, q̄ edificabāt antiqui turres Babylonis: nam Deus misit ibi cōfusione in cordibus, & linguis eorum, & non se intelligebant varièq; loquebantur. huic aut sensui consona litera sequens, quia dicitur, q̄ conturbata sunt castra. *Et facta est plaga prima, quam percussit Ionathas, & armiger eius.* Hic dicitur quot viri occisi fuerint per Ionatham, & eius armigerum, & dicitur plaga prima, quia hic fuerunt factæ tres plagæ: prima fuit, quam fecit Ionathas, & armiger eius: secunda fuit, quam fecerunt Philistini mutuo se cedentes: tertia fuit, quam fecerunt Israelitæ persequentes Philistinos. In prima plaga solum fuerunt 29. viri, vt patet hic. In secunda fuerunt valde multi, ut patet infra, scilicet. Et ecce versus fuerat gladius vnus cuiusque ad proximum suum, & cedes magna nimis.

Alph. Toit. In Primam Regum.

In tertia et plurimi conuenerunt, quia p̄secutus fuit populus illos vsq; ad noctē, vt patet J. Nōne maior facta fuisset plaga in Philistinim? Percusserunt ergo in die illa Philistinos a Machmas, vsque in Ahalon. Et ob hoc dicitur hic, quam percussit Ionathas, & armiger eius. q. d. q̄ duas plagas sequentes non fecerunt ipsi. *Quasi viginti virorum.* Hoc dicitur, quia forte non numerati fuerunt illi viri: intelligendum autem est, q̄ ista plaga fuit facta, cum nondum Philistini conturbati essent, & pugnarent inter se. nam erant tunc stupidi, quia forte alij Philistini non videbant hoc, quia ista occisio fuit in prima parte aciei, quo viso surrexerunt alij conturbati se mutuo lacerantes. Cum vero Ionathas, & armiger eius viderent Philistinos inter se pugnare, ipsi quidem abstinerunt a bello, quia iam opus non erat cum sufficienter Philistini se conciderent.

Etiam quia cū tota acies in seipsam verisimiliter, timuit Ionathas eius medium incurere, ne Philistini irruerent sup eos, sicut in seipso seiebant, sed erat a longe considerata, quō se Philistinim lacerarent. *In media parte iugeris.* plaga ista, quam fecerunt Ionathas, & armiger eius fuit in media parte iugeris. In quo significatur, q̄ non occisi sunt illi per fugam, quia tunc ad hoc, q̄ duo occiderent 20. magnam partem terræ excurrere oportebat, occiderunt tñ illos in media parte iugeris, q̄ est parua terra. s. quia illi nimis conterriti non mouebantur ad vulnera. *Quam par boum in die arare consuenerat.* Hoc deberet referri non totū iuger, quia illud designatur esset tantum quantum par bouū vna die arare potest. s. q̄ tñ prohibet sic intelligi, sed de media parte iugeris. s. q̄ illa vna die boum par arare posset, sed quocunq; accipiat paruum terre spatium est, *Et factum est miraculum in castris, & per agros.* Istud referret ad secundā plagā. s. q̄ fecerunt Philistini inter seipso, quia Deus turbauit eos, & pugnauerunt inter se: dicitur autem, q̄ factum est miraculum, quia bellum istud accidit per turbationē mentis Philistinorum, & illa inducta est a Deo. s. q̄ nō se cognoscerēt illi, q̄ an se cognoscebant, & ob hoc pugnarent dñ in castris, & per agros, quia ista turbatio non solū facta est in eis, q̄ erant in castris, sed et in illis, q̄ erāt dispersi p̄ agros: nā forte aliqui de Philistinis castrametati fuerunt extra loca aliorū. Vel potest intelligi de illis, qui erāt in castris. s. de illis, qui manebant, & non ibant ad prædandū: nam et illi, qñ redierunt turbati sunt, & inceperunt pugnare, vt ceteri, sicut patet immediate. s. *Sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum.* homines, qui missi fuerant de acie Philistinorum ad prædandū. s. qui ierant in tribus cuneis, vt patet præcedenti c. *Obstupuit.* Idest turbati sunt. s. non solum illi, qui erant in castris turbati sunt, & pugnauerunt inter seipso, sed et illi, qui venerant ad prædandum. Nam illi inter se pugnauerunt, & J̄ eos, qui erant in castris. In Hebræo habetur hic. *Contremuunt.* s. q̄ conterriti sunt, quod potest intelligi quantum ad cedē, quā exercuerat Ionathas, & turbationem, quam viderant in castris. s. q̄ visa illa contremuerunt. Vel potest accipi tremere. i. turbati.

Et istum sensum accepit litera nostra, cū dicit immediate, & cōturbata sunt castra. & tñ ibi similiter hñ in Hebræo. *Contremuunt, & conturbata sunt castra.* s. oēs, q̄ erant in castris Philistinorū turbati sunt, quia Deus immiserat sup eos sp̄m turbationis, vt in seipso irruerent, & tunc ceperunt se trucidare, quamq̄ non dicitur hic, tñ intelligendum est, q̄ immediate, vt turbati sunt seipso trucidabant: alias, n. non vidissent illi, qui erant in castris Saulis turbationem, quæ erat inter Philistinos: viderunt tñ vt patet infra, & dicitur: Ecce versus fuerat gladius vnus cuiusque ad proximum suum. *Et accidit quasi miraculum a Deo.* Idest factum est tunc miraculum inter Philistinos. Ista est repetitio

Et ceteri, sicut patet immediate. s. *Sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum.* homines, qui missi fuerant de acie Philistinorum ad prædandū. s. qui ierant in tribus cuneis, vt patet præcedenti c. *Obstupuit.* Idest turbati sunt. s. non solum illi, qui erant in castris turbati sunt, & pugnauerunt inter seipso, sed et illi, qui venerant ad prædandum. Nam illi inter se pugnauerunt, & J̄ eos, qui erant in castris. In Hebræo habetur hic. *Contremuunt.* s. q̄ conterriti sunt, quod potest intelligi quantum ad cedē, quā exercuerat Ionathas, & turbationem, quam viderant in castris. s. q̄ visa illa contremuerunt. Vel potest accipi tremere. i. turbati.

Et istum sensum accepit litera nostra, cū dicit immediate, & cōturbata sunt castra. & tñ ibi similiter hñ in Hebræo. *Contremuunt, & conturbata sunt castra.* s. oēs, q̄ erant in castris Philistinorū turbati sunt, quia Deus immiserat sup eos sp̄m turbationis, vt in seipso irruerent, & tunc ceperunt se trucidare, quamq̄ non dicitur hic, tñ intelligendum est, q̄ immediate, vt turbati sunt seipso trucidabant: alias, n. non vidissent illi, qui erant in castris Saulis turbationem, quæ erat inter Philistinos: viderunt tñ vt patet infra, & dicitur: Ecce versus fuerat gladius vnus cuiusque ad proximum suum. *Et accidit quasi miraculum a Deo.* Idest factum est tunc miraculum inter Philistinos. Ista est repetitio

Et ceteri, sicut patet immediate. s. *Sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum.* homines, qui missi fuerant de acie Philistinorum ad prædandū. s. qui ierant in tribus cuneis, vt patet præcedenti c. *Obstupuit.* Idest turbati sunt. s. non solum illi, qui erant in castris turbati sunt, & pugnauerunt inter seipso, sed et illi, qui venerant ad prædandum. Nam illi inter se pugnauerunt, & J̄ eos, qui erant in castris. In Hebræo habetur hic. *Contremuunt.* s. q̄ conterriti sunt, quod potest intelligi quantum ad cedē, quā exercuerat Ionathas, & turbationem, quam viderant in castris. s. q̄ visa illa contremuerunt. Vel potest accipi tremere. i. turbati.

Cōtra Nicolaus pro Iosepho.

precedentis Sententia, & non dicitur hic quasi miraculum, eo quod non fuerit verum miraculum, sed habens similitudinem: nam verum miraculum erat, sed dicitur quasi miraculum, quia frequenter sic scriptura loquitur, quod tamen istud (quasi) nihil operetur. Paret, quia dicitur: Et factum est miraculum in castris, sic autem aliqui ponuntur quasi, & nihil operatur, ut patet Nu. c. 9. l. per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis: constat tamen quod non erat ibi, quasi species, sed vera species ignis. Fuit autem miraculum, quod hic dicitur in conturbatione Philistinorum, vt non cognoscerent se, sed putarent se esse hostes.

Et respexerunt Speculatores Saul. Posuerat enim Saul speculatores in castris suis, vt possent pronuntiare si hostes venirent, vel si fieret aliqua alia commotio, sicut in omnibus castris fit illi aut viderunt turbationem, quae erat in castris Philistinorum. Cuius fugiebant huc, atque illuc, & occidebant seipso: nesciebant tamen quid illud esset, sed denunciauere Sauli commotionem. Erant autem non longe castra Philistinorum a Gabaa, vbi erant castra Saulis, ideo speculatores potuerunt denunciare Sauli quid fieret in castris hostium. Ionathas tamen quoniam locutus est armigero suo de eundo Philistinorum non videbat castra eorum, vt patet ex verbis eius. l. veni & transeamus ad stationem Philistinorum, quae est trans locum illum, ergo videbat illum locum, quem monstrabat, sed non stationem: alioquin dixisset veni transeamus ad illam stationem: speculatores autem Saulis viderunt castra Philistinorum, & quid fiebat in eis, eo quod ipsi erant in loco valde eminenti disposito ad speculandum: Ionathas autem quoniam locutus est ad armigerum erat in valle, ideo solum videbat scopulos claudentes vndique, castra, sed ipsa videre nequibat.

Qui erant in Gabaa Benjamin. Id est tunc erant speculatores in vrbe Gabaa, quae vocatur Gabaa Benjamin. Erant et ibi castra Saulis: vocatur autem sic, quia erat ille locus in sorte Benjamin. Et ecce multitudo prostrata huc illucque diffugiens. Id est speculatores viderunt multitudinem de Philistinis prostratam, quia iam multi corruerant gladio, & ceteri fugiebant huc, & illuc pugnando, quia iam erat pugna conferta inter eos, quae partim fugiendo, & partim accedendo fit, & dicitur huc & illuc, quia nondum erat fuga Philistinorum: nam tunc indefinenter fugerent versus vnam partem, sed dicitur huc & illuc, quia aliqui fugiebant ad vnam partem, vt vulnera euitarent: alii autem ad alteram veniebant, vt vulnera infligerent. Etiam intelligendum est, quod aliqui conterriti locum fugae quaerent: et dum huc atque illuc diffugiabant per saxa precipites paulatim, vt ait Iosephus, & hoc verisimile est, quia cum locus ille esset altissimus, & prominentes vndique petrae: quaerentes repente locum fugae, & a vulneribus euadere cupientes per saxa prolaberentur. Et ait Saul populo, qui erat cum eo. Quando audiuit, quod Philistini inter se pugnant putans esse aliquod periculum, Requirit, & videte, quis abierit ex nobis. Putauit enim Saul, quod aliqui de suis iuerant ad castra Philistinorum, & pugnabant contra eos Philistini, ideo voluit scire, si quis descenderet de castris ipsorum: arbitratus est. n. quod Philistini non pugnarent inter seipso. erat. n. hoc inopinabile: nam Dei miraculo factum fuerat, ut patet supra. Cumque requisissent. Illi, qui erant de populo, quis descenderet de castris. Repertum est non adesse Ionatham, & armigerum eius. Erat. n. certus numerus virorum in castris. l. sexcenti viri solum, vt supra patet, & isti essent constituti per duces suos sicut in alijs exercitijs fieri solet, ita ut facilius inueniri possit si quis descideret: solus autem Ionathas cum armigero repertus est descidisse, quia ut supra dictum est, Ionathas locutus fuerat soli armigero suo: nam etiam patri suo hoc non indicauerat,

Et ait Saul ad Achiam. Iste erat sacerdos, de quo supra dictum est, quod portabat ephod, & erat in diebus illis in castris. Vocauit autem illum, quod consulere dominum pro rebus instantibus. Applicata arcam domini. Id est duc huc arcam domini. l. vt coram eo consulat. Vel applicata arcam, id est applicata te ad arcam ad consulendum.

Super quo consulturus erat dominum sacerdos, qui consuluit in castris Saulis. Quae. X.

Quaeret aliquis quid consulturus erat dominum iste sacerdos nunc. Respondendum est, quod consulturus erat de duobus: primo de statu Ionathae, & armigeri eius: nam isti duo iuerant ad castra Philistinorum, & videbat Saul, quod erat magnum bellum in castris eorum, crederet igitur, quod ista in exitum Ionathae vergerent: consuluit ergo pro salute eius, an viueret, an hostes interfecturi essent eum. Secundo consulturus erat de statu suo quantum ad hostes. Nam aggressurus esset eos, nam cum vidit eos conturbatos desiderauit ire contra eos, uoluit tamen scire a domino, an sibi in prosperum cederet, ideo iussit, ut sacerdos consulere eum, & tunc Iosephus ait: respondit Deus, quod aggredere Philistinorum: nam ipse traderet eos in manus illius. De hoc. 6. Antiqui dicitur: dumque exploratores Saul regi dicerent Palistinorum castra ualde turbata: quaerens, nisi quis suorum deesset, audiuit suum abesse filium, & eius armigerum: inquitque ut pontifex sumpta ueste sacerdotali de futuris rebus prophetaret, cumque ille eum uincere, & hostibus fortiter praenualere dixisset Palistinorum inuasi, & turbatos aggressus est, qui se potius inuicem peremerunt. Quod autem Saul de istis dominum consulere faceret, satis patet, quia nulla alia res sibi instabat, pro qua potius eum consulere deberet.

An tamen Deus responderet eis super his, non apparet. Iosephus autem dicit, quod responderit, & ob hoc tunc aggressus est eos confidens de Dei responso.

Magis tamen videtur, quod non responderit, quia cum Saul fecisset, quod sacerdos consulere dnm, subito auditus est magnus clamor in castris Philistinorum: credens autem Saul, quod magnum periculum illud esset fecit cessare a consulendo, quia in hoc oportebat, vt aliquantum morarentur, & quia filius suus erat in castris Philistinorum credens, quod mora sua nimis illi obesset, non sustinuit quod sacerdos consulere dnm, quod colligitur ex litera sequenti. l. cumque loqueretur Saul ad sacerdotem tumultus magnus exortus est in castris Philistinorum: crecebatque paulatim, & clarus resonabat, & ait Saul ad sacerdotem, contrahe manum tuam. Conclamauit ergo Saul, & omnis populus, qui erat cum eo, & venerunt vniuersi ad locum certaminis. Contrahere autem manum est colligere eam, vel cessare. & hoc tenet etiam Nicolaus. Poterit tamen aliquis dicere, quod habuit responsum a dno, quia cum dicitur: Contrahe manum tuam, non est sensus quod cessaret, sed quod breuiter faceret. Sed dicendum, quod non stat, quia responso danda erat hic a Deo, & nihil dependebat ex actu sacerdotis, quod Deus cito responderet, ideo nihil proficiebat, quod diceret ei contrahe manum tuam, si intelligebat per hoc quod breuiter expediret, sed oportet quod intelligatur, quod contraheret manum. i. cessaret ab illo. Item quia dicitur infra, cumque loqueretur Saul ad sacerdotem tumultus magnus exortus est in castris Philistinorum. l. cum adhuc iuberet ei, quod consulere dnm inceptum immediate audiri clamor Philistinorum, & tunc dixit, Contrahe manum tuam, & clamauit ipse, & omnis populus ad locum certaminis. ergo nihil adhuc sacerdos fecerat de consulendo dnm, sed non incepto opere progressus est Saul contra Philistinos. Hoc autem

An Deus responderet sacerdoti.

autem fuit timore, & affectione filij, quem sciebat esse inter Philistinos, & nunc cum audiuit magnum clamorem, credidit ei graue stare periculum, aliquo permisisset sacerdotem consulere dominum quousque haberet responsum.

Quare Saul iussit sacerdoti applicare arcam ad consulendum dominum. Quae. XI.

Quaeret vterius ad quid iussit Saul sacerdoti, vt applicaret arcam ad consulendum dnm: nam sacerdotes non consulebant per arcam, sed per vestes suas. s. p. ronale, & ephod. vnde dicebatur summus sacerdos portare iudicium filiorum Israel in pectore suo: Exo. cap. 28.

Respondendum est, quod arca non erat hic necessaria ad consulendum dnm: sacerdos tamen illam applicauit, pro quo considerandum, quod aliter sacerdotes consulebant dnm, aliter prophetae & aliter Moyses. De sacerdotibus. n. primo dicendum, quod ipsi habebant duplicem modum: nam summus sacerdos interdum poterat introire in sancta sanctorum, interdum autem non: introibant. n. in locum illum semel in anno. l. in die propitiationis, vt patet Leui. c. 16. & ad Hebr. 9. vbi orabat dnm pro Israelitis, & videretur quod Deus loquebatur ei: nam iustum erat, quod quando summus sacerdos introiret in sancta sanctorum, nullus staret in prima parte tabernaculi quousque sacerdos egredere, vt patet Leui. 16. capit. Hoc autem pro nulla alia causa erat, nisi quia Deus loquebatur tunc summo sacerdoti, & volebat, quod nullus audiret ea, quae loquebatur ei: postquam autem ipse egressus esset de sancta sanctorum licebat alijs sacerdotibus introire in primam partem sanctuarij, tunc ergo poterat sacerdos consulere dnm, si vellet coram arca: alijs autem temporibus non licebat summo sacerdoti introire in sancta sanctorum, ideo non poterat ibi consulere dnm, sed consulebat in quocunque loco vellet: hoc autem erat, quod indueret vestibus sacris praecipue ronale, & ephod, & tunc quarebat a Deo, & respondebat sibi, sic patet infra c. 23. cum dixit Dauid ad Abiathar sacerdotem: applica ephod, indue te ephod. Et tunc quasi si uult ex nomine Dauid: si tradant me viri Ceila in manus eius, & si descendet Saul, sicut audiuit seruo tuo? dicit Deus Israel: indica seruo tuo, & ait dnm descendet iterum autem consuluit dnm Dauid, dicens: applica ad me ephod, vt patet infra c. 30. & tunc non erat ibi arca, quia erat Dauid in Siceleg, vt patet. e. c. & tunc Deus respondebat, nec differebat, an esset sacerdos intra sanctuarium, vel extra, sed vbiunque vellet.

De Moysae autem dicendum est, quod consuluerat dominum aliter & facilius. l. quoniam volebat aliquo scire introibat in sancta sanctorum nulla praeposita caremonia, & Deus respondebat illi, vt patet Nume. cap. 7. cum dicitur: Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum sedentis, vt consulere oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam inter duos Cherubim: vnde & loquebatur ei.

De alijs autem prophetis dicendum, quod non compete- bat eis aliquis istorum modorum: nam eo quod non erant sacerdotes magni non licebat eis indui vestibus sacris, & eo quod non habebant tantam dignitatem, sicut Moyses non licebat eis introire in sancta sanctorum, sed habebant alium modum consulendi dnm. l. per orationes: nam quoniam aliquis eorum volebat aliquid a Deo petere, & Deus non praenueiebat eum loquendo illi, orabat vt responderet ei, & tunc Deus respondebat. Sic patet de Ieremia, quem orauerunt Iudaei, vt consulere dominum, an descensuri essent in Aegyptum, ipse autem orauit per 10. dies, vt responderetur sibi, & tunc Deus respondit, vt patet Iere. 42. cap. Eodem modo alij prophetae Alph. Tost. in Primum Regum.

Arabant dnm, & respondebat eis, quoniam volebant, quia familiariores erant Deo quam cetera turba, nunc autem sacerdos erat Achias, quem Saul iubeat consulere dominum, ideo ipse consulere debebat indutus ronale & ephod, quod signatur supra in littera, cum dicitur. Et Achias filius Achitob portabat ephod, & in illo consuluit dominum: arca autem ad consulendum dominum non erat sibi necessaria, sed quia erat ibi in castris, & Deus representabatur specialiter in ea, dixit Saul, quod applicaret se ad arcam, & coram eo consulere dominum. Erat enim ibi arca Dei in die illa, cum filijs Israel. Id est tunc erat arca in exercitu, quia portauerat eam secum filij Israel. Hoc autem dicitur ad tollendum dubium, quia aliqui dubitarent, quomodo arca poterat esse praesens ad hoc, quod consulere Achias ibi dominum, & dicitur quod arca erat ibi in die illa.

Quomodo potuit nunc arca esse in castris, cum deberet esse in loco maxime abscondito. Quae. XII.

Quaeret aliquis quomodo arca potuit esse tunc in castris: nam arca erat vas sanctissimum, quod habebant Hebraei, ideo erat in loco maxime abscondito. Deus quippe iusserat eam poni intra sancta sanctorum: Exo. c. 26. ad quem locum nullus accedere poterat, nisi summus sacerdos, semel in anno: Leui. c. 16. & ad Hebr. 9. non ergo debebat portari in castris inter homines laicos, vt videretur ab omnibus.

Respondendum est, quod arcam videre non erat simpliciter prohibitum: nam interdum necesse erat, quod videretur a toto populo, sicut quoniam portabatur per desertum per 40. annos. Etiam postea in terra Chanaan, quoniam mouebatur de loco ad locum sanctuarij, & ipsa sicut cetera vasa sanctuarij, portabatur: erat autem prohibitum videre illam, quoniam erat in sanctuario intra sancta sanctorum. Tunc enim nemo debebat eam videre, nec etiam summus sacerdos: nam cum introibat summus sacerdos die propitiationis in sancta sanctorum, ferebat tecum vas plenum aromatibus fumantibus, vt ipse non videret propitiatorium. Nam si videret, moreretur, vt patet Leui. 16. c. Hoc autem erat non propter ipsam arcam, sed quia tunc super eam in propitiatorio erat angelus latens in corpore aereo, & vt ille non videretur iubeat, quod non videretur arca. alio tamen tempore licebat videre illam, etiam si nuda esset: nam cum introibat summus sacerdos in motu castrorum ad operiendum arcam, introibat quoque secum minores sacerdotes, & non ferebant aliquid ad non videndum propitiatorium, ut patet Num. c. 4. & hoc quia tunc non erat ibi angelus ille. Cum autem arca erat extra sanctuarium non licebat eam videri nudam ab aliquo homine, & si videret moriebantur illi, qui videbant, sicut factum est in Bethsamitibus, vt patet sup. c. 6. Videri autem arcam operam non erat periculum alicui: nam et popularibus licebat, dum tamen nihil ulterius agerent. l. tangendo eam, vel portando de loco ad locum, quia istud erat officium Leuitarum. Quod autem arca aliquo educeret de sanctuario, & portaret ad aliqua loca non erat inconueniens potissimum ad bella: nam Hebraei sperabant in dno, qui magis pugnaret pro eis, quam ipsi pro seipsis, & quia sacratissimum quod erat in ueteri testamento, erat arca: portabant eam aliqui ad bella, vt haberent Deum auxiliatorem, nec hoc faciebant Israelitae tanquam a seipsis moti: aliqui. n. Deus ista fieri iusserat, sic patet in bello Jericho: nam iussit Deus, quod septem diebus Hebraei iultrarent urbem portantes arcam, & in septimo die corruerunt muri: Iosue. c. 6. Ex hoc autem Israelitae sumptum originem, ut aliqui portarent arcam seculum ad bella, sic factum est quoniam pugnauerunt Israelitae iterum contra Philistinos: fecit. n. totus populus, quod portaret arcam

in castra supra cap. 4. ita fortassis hic credit Saul, q̄
arca aliquo modo proficeret eis in aduersis casibus,
ideo fecit illum portari ad castra, & coram ea domi-
num conſulebat ſacerdos.

De quo loco fuit portata arca in castra nunc.
Questio. XIII.

QVAERETVR vterius vnde ista arca porta-
ta est, quando venit nunc in castra, vel ad quē
locum exinde reducta est.

Respondendum est, q̄ deberet dici secundū

Opi. Nic. Nicolaum, quia arca portata fuit de Galgala: nam ip-
se vult supra cap. 7. q̄ arca fuerit primo in Cariathia-
rim postquam reducta est de terra Philistinorum,
deinde fuit in Masphar, postea in Galgala, deinde in
Nobe: postea autem in Gabaon, & quia supra 11.
cap. & 12. dictum fuit quomodo populus cōuenit in
Galgala coram domino, dicit Nicolaus, q̄ ibi tūc erat
arca, & quia pauloante hoc venerat Saul, & Israelita
de Galgala necesse est, vt tunc ibi esset ſanctuarium,
& arca, & sic inde reducta esset. Sed hoc non stat, q̄
supra cap. 7. declaratum est, q̄ arca nunquam stetit in
Masphar, nec in Galgala, sed immediatē vt ducta est
de terra Philistinorū posita fuit in Cariathiarim, &
ibi mansit vsque ad tempus, quo Dauid eam trāstulit
in Ierusalem in domum Obededom.

Ratio au. Dicendum ergo q̄ nunc Saul fecit arcam duci de
Cariathiarim, vbi custodiebat in domo Aminadab.
Et credendum est, q̄ Eleazarus filius eius, qui praposi-
tus erat ad custodiendum arcam, venit tunc cum illa.
De hoc supra cap. 7. Postquam autem istud bellū fini-
tum est, dicendum est, q̄ non fuit reducta arca in ſan-
ctuarium, quod tunc erat in Nobe, sed fuit reducta in
Cariathiarim, vbi prius fuerat posita, & ibi mansit to-
to tempore Saulis quousque transtulit eam inde Da-
uid: alioquin non potuisset de ipso loco transferre, &
tamen dicitur, quod transtulit eam de Cariathiarim,
vt patet primo Paralipom. cap. 13. Ad ipsum ergo lo-
cum reducta est, & mansit in domo Aminadab, sicut
prius fuerat: nam Dauid de domo Aminadab eam
duxit, vt patet infra 2. lib. cap. 6.

Quare duxerunt arcam in castris, Questio. XIII.

QVAERETVR vterius ad quid duxerunt Is-
raelitae arcam nunc in castris.

Respondendum est, q̄ fecerunt hoc, q̄ Deus
adiuuaret eos, cum praesentem haberent ar-
cam, in qua maxime reucebat virtus deitatis. Etiam
quia hostes timebant quando arca veniebat in castra,
vt patet supra cap. 4. cum dixerunt Philistini: Venit
Deus in castra, & ingemuerunt dicentes: Vae
nobis: non fuit enim tanta exultatio heri, & nudistertius:
vae nobis: quis nos saluabit de manu deorum su-
blimum istorum? Sed dicit aliquis, ad quid volebāt
Israelitae nunc arcam in castris? nam iterum cum du-
xerunt eā capta fuit a Philistinis, & fuit magna pla-
ga super Israelitas, vt patet supra cap. 4. nam perierūt
30. millia.

Respondendum est, q̄ Israelitae sciebant praesentia
arcae esse magnae utilitatis: nam ea praesente corrue-
rant muri Iericho, vt Iosue. cap. 6. Et Moyses faciebat eā
praecedere in motu castrorum, tanquam propter eius
praesentiam fugerent omnia mala, vt patet Num. c. 10. f. Cū-
que eleuaretur arca, dicebat Moyses: surge dñe, & dis-
sipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie
tua. Cum autē deponeretur dicebat: Reuertere dñe
ad multitudinem exercitus Israel. Non existimabāt
ergo Israelitae, q̄ illa magna cedes eorum, f. 30. millia,

quae acciderat, q̄ portata fuit arca in castra, fuisse p-
pter hoc, q̄ non haberet arca aliquam virtutem, vel
tanquam Deus nihil ageret propter praesentiam eius, cū
scirent, q̄ aliā fecerat magnas virtutes, nec ēt para-
bant, q̄ aliquo tpe arca haberet virtutem, & alio tpe
non, sed ascribebant hanc iniquitati Israelitarum pro-
tunc: nam duo sacerdotes, qui tunc portabant arcā
erant valde peccatores, & de eis praenunciatum fuerat, q̄
morentur vna die, vt patet supra c. 2. quod sic factū
est. Etiam de arca praenunciatum fuerat, q̄ caperet,
vt patet supra c. 3. f. Ego faciam verbum in Israel, q̄
quicumque audierit illud tinnire ambae aures eius,
quod intelligebatur de captione arcae, quae fuit nimis
stupenda omnibus Israelitis, vt patet supra cap. 4. nūc
autē non credebant se habere aliqd̄ graue peccātū, pro-
pter quod vellet Deus eos dare in manu hostium, iō
confidebant, q̄ in praesentia arcae esset sibi Deus magis p-
pitius, & ob hoc fecit illam Saul portari in castra.

Cumque loqueretur Saul ad sacerdotem, f. ad Achiam:
iste n. est sacerdos, ad quē loquebatur, vt patet supra
quamquam Iosephus dicit, q̄ etiam fuit hic Achitob
pater Achiae. Tumultus magnus exortus est in castris Phil-
istinorum. Ante hoc n. erat tumultus, & bellum, quia
speculatores Saulis viderant multitudinem magnam
prostratā, & ceteros huc, & illuc fugientes, sed nunc
nouus tumultus maior exortus est, quia fortē durior
cedes inchoabat, & iste tumultus cepit exaudiri cū
loqueretur Saul ad sacerdotem, i. nondum desierat
loqui ad eum, q̄ consuleret dñm, & iam oriebatur cla-
mor: vnde ista fuit causa, q̄ sacerdos non consuleret
dñm: nam audito clamore dixit Saul: The manū tuā.
i. cessa iam ab hoc. Crescebatque paulatim, & clarius reso-
nabat. Ille clamor erat magnus, & semper crescebat,
quia continue bellum sequebatur, & grauis fiebat strage-
ges. Dñs ēt q̄ clarius resonabat, quia castra Saulis non
erant multum propinqua castris Philistinorū, ideo
quamq̄ aliquis clamor fieret in castris eorum, & pro-
pter multarū vocum aggregationē aequaliter audi-
retur in castris Saulis, tñ non sonabat distinctē: nunc
autē quia voces eleuabantur in altū clarius resonabat.
Et ait Saul ad sacerdotem, f. ad Achiam, cui iusserat con-
sultare dñm. Contrabe manum tuam, i. cessa iam ab hoc.
Est n. iste modus loquēdi, f. There manum, i. collige-
re pro dinertere velociter ad alios actus. Et est sentus
cella iam ab hoc, quia nō est tps manendi consulendi
dñm. Dicit aliq̄s quare Saul non expectauit quousq̄
sacerdos consuluisset dñm, vel si non intēdebat expe-
ctare quare fecit, q̄ inciperet consilere dominum.

Rñdendum est, q̄ Saul a principio volebat consu-
lere dñm, & intendebat expectare quousq̄; reciperet
rñsum pro filio suo, & pro statu suo q̄ hostes. Nunc
autē videns, q̄ oriretur magnus clamor inter Philisti-
nos, vidensq̄; filium suum esse inter eos, credit istū
clamorē in illius exitū verti: nō sustinuit ergo ex-
pectare rñsum dñi, siue de prospero, siue de aduerso, q̄
ē si aduersum sibi euenturum esset, nō formidabat
illud subire pro filio, & hoc modo non oportebat ex-
pectare diuinum responsum, quia siue de prospero,
siue de aduerso responderetur, nihilominus Saul itur-
rus erat ad liberandum filium suum. Conclamauit ergo
Saul. Idest clamauit, vt omnes congregarentur cele-
riter ad eundum ad bellum. Et omnis populus, qui erat
cum eo. Omnes clamauerunt, vt irent ad bellum, vel
se paratos ad eundum ad bellum, sic enim est in om-
nibus exercitibus, quia q̄ castra mouēda sunt, datur
signum mouēdi illa, vel cum ad bellum procedendū
est, datur signum militibus ad se parandum in armis.
Erant autē isti, qui nunc erant cum Saule sexcēti viri,
de quibus supra dicebat: postea tñ plures conuerūt, f.
oēs q̄ latuerāt, & illi q̄ erāt cū philistinis, vt patet, f.

Et re-

Et venerunt ad locum certaminis. Scilicet venerunt vs-
que ad locum, in quo tunc erant Philistini pugnan-
tes, scilicet vsque Machmas. Nam in loco ipso erāt
castra eorum, vt patet infra scilicet percusserunt in
die illa Philistinos a Machmas vsque in Ahialon.

Et ecce versus fuerat gladius vnusquisque ad proximum
suum. Idest quando accesserūt Israelitae ad castra Phi-
listinorum inuenerūt quod gladius vnusquisque
versus erat ad proximum suum, i. id est quilibet pugna-
bat contra eum, qui sibi coniunctus erat, quia non se
cognoscebant, vt dictum est, sed magis putabant se
tanquā hostes: quo visū admirati sunt Israelitae scien-
tes quod hoc a Deo esset, & existimātes traditos Phi-
listinos in manibus eorum inceperunt eos persequi.

Et cedes magna nimis. Idest etiam viderunt, q̄ erat
facta magna cedes, f. quia cadauera multa iacebant su-
per faciem terre, quia acriter inter se ipsos conflixerāt
Philistini.

Quomodo Israelitae fecerunt magnam cedes super Philisti-
nos, cum non haberent arma. Questio. XV.

QVAERET aliquis cum nunc Israelitae ista
videntes persecuti fuerint Philistinos, &
exercuerint magnā cedes, vt patet infra:
quomodo hoc facere potuerunt, quia non
habebant arma, vt patet praecedēti cap. f. cumque ve-
nisset dies praesentis, non est inuentus ensis, aut lancea in
manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha,
excepto Saul & Ionatha filio eius.

Rā. Rabbi
Dauid.

Responderi potest secundum Rab. Dauid kimhi,
q̄ quamquam isti Israelitae non haberent lanceas, aut
gladios: habebant tamen alia genera armorum, sci-
licet, telas, arcus, & fundas, quibus poterant certare cū
hostibus.

Alia rñ.

Aliter potest dici, quod habebant Israelitae arma,
quia de solis sexcentis viris, qui erāt cum Saule a prin-
cipio, dicitur, quod non est inuentus ensis, aut lancea
in manu eorum. De alijs tamen Israelitis non dicitur:
erant tamē multi alij, qui venerunt ad pugnam,
scilicet, illi, qui erant prius cum Philistinis: ascende-
rantque de terra eorū cum eis, vt patet hic: alij quo-
que Israelitae, scilicet, illi, qui latuerant, conuenerunt
ad Saulem, vt patet infra: isti autem poterant ha-
bere arma: maxime illi, qui erant cum Philistinis.

3. respon.

Aliter etiam dici potest, quod maxima pars Israeli-
tarum, qui ibant cum Saule inermis erat: postea ta-
men habuerunt arma multa Philistinorum, f. quia
reliquerūt Philistini subito castra venientibus Israe-
litis. Vnde pro turbatione nō acceperunt arma, que
habuerant in castris: acceperunt quoque omnia ar-
ma mortuorum: multi n. mortui fuerant intestino
bello: quia vt dicitur hic erat cedes magna nimis: om-
nium autem illorum arma arripuerunt Iudaei. Praeter
hoc etiam illorum, qui fugiebant plurimi praeter timo-
re arma in via relinquebant, vt facilius sibi per fugam
consulerent: & haec etiam Iudaei capiētes pugna-
bāt: vnde non defuit Iudaeis pugnare cupientibus armo-
rum pluralitas. De hoc dicit Iosephus sexto Anti-
quitatum, f. turbatione vero eos vehementius imple-
uerunt, ita vt alij quidem effugerent arma omnia re-
linquentes.

Sed & Hebraei, qui fuerant cum Philistinorum heri, & nudistertius.
Hic ponuntur alij adiutores, f. Hebraei quidā,
qui erant cum Philistinis. Nam isti videntes quod
Israelitae vincerent, coniunxerunt se eis in adiutoriu:
& dicitur quod erant cum Philistinis ab heri, & nu-
distertius, i. id est ab aliquibus diebus, f. non inceperūt
nunc esse cum eis, sed erant iam ab aliquo tempore.

Opi. Nic.

Nicolaus dicit, quod isti erant aliqui, qui timore

ducti coniunxerant se Philistinis: in quo videtur, q̄
nouiter se coniunxerant, scilicet, fortē timore huius
belli instans. Sed dicendum est, quod a multis die-
bus iam essent cum eis: nam non se coniunxerunt
eis, cum fuerunt Philistini in terra Israel, sed de ter-
ra Philistinorum ascenderunt cum eis, vt patet im-
mediatē, scilicet, ascenderuntque cum eis in castris:
ergo a magno tempore isti erant cum Philistinis
cum morarentur in terra eorum.

Nec obstat si dicatur ab heri, & nudistertius,
quod secundum se significat paruum tempus, quia
aliquando ponitur pro magno tempore, vt patet su-
pra cap. 10. scilicet, videntes autem omnes nouerant
eum, i. id est Saulem ab heri, & nudistertius, quod ef-
set cum prophetis, & c. accipitur autem ibi heri, & nu-
distertius pro longo tempore vitae Saulis, scilicet,
quia illi viri, de quibus ibi dicitur cognouerant eum
a magnis temporibus: sic etiam dicitur ad Hebraeos
cap. 13. scilicet, Iesus Christus heri, & hodie, & in sae-
cula. Vbi volebat Apostolus dicere quod Christus
erat ab aeterno, & erat in aeternum: & tamen pro du-
ratione praeterita posuit heri, & hodie, quasi ex mo-
do loquendi intelligatur omnes alij dies. Ita hic per
heri, & nudus intelliguntur multa tempora, quibus
manserant isti Hebraei in terra Philistinorum.

Ascenderuntque cum eis in castris. Idest isti Hebraei nō
fuerunt nouiter coniuncti Philistinis, sed ascēderūt
cum eis in castris, i. id est ascēderunt de terra eorum,
in qua habitabant cum ipsis Philistinis, vt venirent
ad castra ad pugnandum contra Israel, & licet hoc nō
habebant isti Hebraei gratum: tamen coegerunt eos
Philistini cum haberent eos in terra sua.

Reuersi sunt, vt essent cum Israel. Idest quando vide-
runt quod Deus adiuuabat Israelitas conuersi sunt
ad contritules suos, vt adiuuarent eos.

Qui erant cum Saule, & Ionatha. Idest Israelitae erant
cum Saule, & cum Ionatha, quia isti erant duces
exercitus.

Qui essent illi Hebraei, qui erant cum Philistinis.
Questio. XVI.

QVAERET aliquis qui erant isti Hebraei, qui
ascenderunt nunc cum Philistinis. Respon-
debit aliquis, quod isti ducti fuerant aliquan-
do captiui de terra Israel, & nunc remanebāt
in terra Philistinorum. Sic enim conuenit esse in
alijs bellis, q̄ victores accipiunt de hostibus aliquos
viros, quos ducunt in terram suam: & hoc potissime
quando sunt illi viri clari: sicut Romani adducebant
viros clarissimos de omni terra in urbem suam: sic
enim de Iudaea adduxerunt Iosephum, & de Cartha-
gine duxerunt Terentium, qui erat vir clarissimus in
comedijs. Vnde ait in Andria de seipso.

Natus in excelsis teclis Carthaginis altae
Romanis ducibus bellica praeda fuit.

Sic etiam de Philistinis existimandum est, quod cum
ipsi magno tempore fuissent dominati Hebraeorum,
omnes viros clarissimos Iudaeorum ducerent in ter-
ram suam: quod quidem non est rationi obuium.

Sed adhuc dicendum est magis, quod isti Hebraei
erant fabri, quos abstulerāt Philistini de terra Israel:
nam dicitur praecedenti cap. quod cauerant Philisti-
ni ne facerēt Hebraei gladium, aut lanceam: & quod
non inueniebatur aliquis faber ferrarius in tota ter-
ra Israel. Hoc autem fuit, quia Philistini duxerunt
eos secum in terram suam, vt declaratum fuit prece-
denti cap. isti autem nunc ascenderunt cum Phi-
listinis in castra, scilicet, ad pugnandum contra Israe-
litas, vel ad parandum arma, quia vsus maximus ne-
cessarius

effarius est in bello, ideo dicitur de istis, quod erant ab heri, & nudius tertius cum Philistinis, scilicet, a multis diebus iam habitauerant cum eis.

Qualiter Israelita, qui erant cum Philistinis iam multo tempore versi sunt contra eos cum haberent facultates suas & uxores & filios inter eos. Quasi. XVII.

QVAERETUR ulterius, quomodo isti Israelitae, qui erant cum Philistinis voluerunt redire, ut essent cum Israel: nam cum habitaret in terra Philistinorum ex multo tempore, ex illo, quo fuerat lex posita, ne essent fabri in terra Israel, habebant in terra Philistinorum facultates suas, habebant etiam uxores & filios. Sciebant etiam quod si conuerterentur ad hostes perderent omnia, quae habebant in terra Philistinorum: insuper tota eorum cognatio acriter periret. Quare ergo volebant conuerti ad Israelitas? Respondendum est quod hoc fecerunt propter duo: primo propter victoriam, quam videbant dari Israelitis: nam ipsi Philistini non pugnantibus Hebraeis inuicem se lacerabant: postea autem Hebraeis venientibus omnes fugiebant. Crediderunt ergo quod cum tanta multitudo Philistinorum, quanta nunquam congregata fuerat, nunc quasi sine hoste vinceretur, quod tota terra Philistinorum funditus delenda erat: vnde ipsi nihil perderent de his, quae habebant in terra Philistinorum occupantibus Iudaeis, quin potius si nunc non rediret ad Hebraeos, credebant cum postea Israelitae dominarentur Philistinorum acriter punirent Israelitas repositos in terra Philistinorum quam Philistinos, gaudentes resisterent tanquam hostes contumaces: Secundo hoc fecerunt, quia putabant sibi de praesenti eminere periculum vitae nisi hoc facerent: nam videbant Philistinos fugari a facie Israel: si ergo ipsi manerent cum Philistinis, sicut prius erant, fugarentur quoque cum illis, & caderent gladio sicut Philistini. Tutius ergo fuit sibi confugere ad Israelitas quam fugari cum Philistinis: etiam si cuncta, quae reliquerant in terra Philistinorum periculo imminerent.

Quomodo Philistini confisi sunt ducere secum Israelitas ad bellum, quos captiuos tenebant. Quasi. XVIII.

QVAERIT aliquis quomodo Philistini voluerunt secum ducere in bellum Israelitas, qui habitabant in terra eorum: nam non erat turis hoc facere cum ipsi possent conuerti ad hostes, & impugnare Philistinos: nam Aegyptij habentes Israelitas in terra sua, non confidebant eis, credentes quod possent iungi hostibus eorum, & expugnare illos, ut patet Exo. cap. I. Ecce populus Israel multus, & fortior nobis est: venite sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris: expugnatisque nobis egredietur de terra. Quomodo ergo debuerunt confidere Philistini Israelitis, ut ducerent eos secum in bello, quia ibi poterant praenari: sicut postea fecerunt? Item Philistini non confidebant ipsi David, quia erat Hebraeus quamquam inter eos esset fugitiuus: nam cum esset David apud regem Achis Philistinum decreuerat cum eo pugnam contra Hebraeos, & descendit ad locum belli: iraque sunt alij reges Philistinorum regi Achis, dicentes: reuertatur vir & sedeat in loco suo, in quo constituit eum, & non descendat nobiscum in praelium, ne fiat nobis aduersarius, cum praelari ceperimus:

quomodo enim placare aliter potest Dominum nisi in capitibus nostris, ut patet infra cap. 29. ergo similiter non debuerunt hic Philistini confidere Israelitis ducendo eos secum in bellum.

Respondendum est quod Philistini duxerunt secum Israelitas, quia nihil mali suspicari poterunt. Erat enim tanta multitudo Philistinorum, ut nequaquam crederent quod Israelitae eis resisterent. Vnde securi sibi videbantur, quod etiam si aduersus eos confurgerent, nihil omnino proficerent. Cum autem arguitur de David non est simile: nam isti Israelitae, qui ascenderunt cum Philistinis non ascenderunt, ut viri pugnatore, sed erant fabri armorum, venerantque ad parandum arma. Vnde minus de eis timendum fuit, quam si essent viri parati ad bellum. David autem erat vir bellator, ideo de eo magis timuerunt, nec permiserunt quod veniret in castra. Item dato quod essent isti viri bellatores, non fuit tantum timendum de eis, sicut de David: quia isti erant viri parati constituti sub potestate aliorum. David autem erat vir magnus, scilicet, princeps sexcentorum virorum, ut colligitur infra cap. 30. poterat ergo agere quod voluisset: vnde de eo suspicandum erat. Etiam erat David valde pugax quem formidabant Philistini, quia ipse quodam deiecerat eorum fortissimum, scilicet, Goliath: vnde dixerunt reges Philistinorum ad Achis: Nonne iste est David, cui cantabatur in Choro dicentes: Percussit Saul in millibus suis: & David in decem millibus suis? Suspiciandum ergo erat de eo. Item Deus induxit Philistinos in consilium illud: nam ipse volebat tradere Israelitas in manu Philistinorum, & quod morentur tunc Saul, & filij eius sicut factum est: si autem David descendisset cum Philistinis in bellum, transiret ad partem Israelitarum, ut adiunxerit eos, pugnetque accerere contra illos, & quia vir fortis erat, & in omnibus prospere agens forte deleuisset Philistinos: Deus tamen contrarium diffiniebatur: fecit ergo quod Philistini nollent quod descenderet cum eis. Nunc autem e contrario Deus volebat, quod Philistini caderent coram facie Israel, ideo fecit quod isti quoque, qui erant in terra Philistinorum ascenderent ad subsidium eorum.

Omnes quoque Israelita, qui se absconderant in monte Ephraim. Hic ponitur adiutorium aliorum, scilicet, Israelitarum, qui se absconderant: nam isti audientes, quod vinceret Israel exierunt in adiutorium: prius enim se praetimore absconderant: nunc autem euacuato timore, quia audierant victoriam cessisse Israelitis, confidenter egressi sunt de latibus, & adiunxerunt se eis. Dicitur autem de his, qui se absconderant in monte Ephraim: non quod Israelitae non se abscondissent etiam in alijs locis, sed quia isti, qui latebant in monte Ephraim venerunt in auxilium Saulis. Causa fuit, quia cum fugerent Philistini a facie Israel erat transitus per montem Ephraim, sicut ait Iosephus: in ipso enim inuentum est mel, de quo infra dicitur, quod erat super faciem agri: Israelitae igitur ibi latentes hoc confestim sciuerunt, & surgentes de latibus suis persecuti sunt Philistinos.

Audientes quod fugissent Philistini. Non est sensus, quod missus fuerit ad eos nuntius significans fugam Philistinorum, & quod tunc ipsi venerint ad pugnam: nam interea elaberentur aliqui dies, vel saltem vnus: pugna tamen ista gesta cum Philistinis vna tantum die duravit, & iam quaedam pars diei elapsa erat cum cepit: non ergo potuit mitti nuntius ad congregandum latentes. Sed est sensus quod audierunt illi, qui latebant, scilicet, in quantum transitus hostium fugientium fuit per montem Ephraim: ideo illi, qui ibi late-

latebant audientes tumultum, & videntes quod fugebat, cito de latibus surrexerunt.

Sociauerunt se cum Saul in praelio. Scilicet, ut simul persequerentur Philistinos. Et erant cum Saul quasi decem millia virorum. Istud non habetur in Hebraeo nec etiam de veritate litera nostra. Alique tamen Biblia illud habent. Videtur autem quod fuerit glossa interlinearis: postea autem per scriptorum imperitiam textui admixta est. Est autem litera Iosephi. Nam ipse dicit quod fuerunt quasi decem millia virorum: scilicet computado sexcentos viros, qui prius fuerant cum Saule: & eos qui habitabant prius in terra Philistinorum: & eos qui latebant in monte Ephraim.

Et saluauit Dominus in die illa Israel. Idest liberauit ab hostibus, idest non solum liberauit, sed etiam concessit victoriam magnam, quae magis opere Dei, quam viribus hominum facta est: nam dicitur supra quod accidit quasi miraculum a Deo, & iterum: factum est miraculum in castris per agros.

Pugna Philistinorum quouotque durauit.

Pugna autem peruenit vsque ad Bethaem. Est quidam locus Bethaem in sorte Beniamin vsque ad quem durauit pugna. Non est autem intelligendum, quod vsque ad illum locum solum durauerit pugna Israelitarum contra Philistinos: nam tota die vsque ad vesperum persecuti sunt Israelitae Philistinos, ideo poterant vsque ad locum spacium peruenire. & hoc etiam necesse est cum tota die Philistini fugerint. Bethaem tamen erat apud castra Philistinorum, ut patet praeced. cap. scilicet, castrametati sunt Philistini in Machmas ad orientem Bethaem, idest ista duo loca sunt coniuncta: & Machmas est ad orientalem partem Bethaem: ergo vsque ad longius spatium duraret pugna. Item patet hoc, quia dicitur infra in litera: Percusserunt ergo in die illa Philistinos a Machmas in Aialon. ergo non solum vsque ad Bethaem. Sed dicendum est, quod durauit pugna vsque ad Bethaem, & pugna, quam Philistini inter se gerebant: ipsi enim inter se pugnant, antequam veniant Israelitae: & pugnano diffugiebant modicum huc, & illuc: & sic paulisper recesserunt a castris venientes vsque ad Bethaem: quia Bethaem est locus propinquus ad Machmas, in quo erant castra, ut supra dictum est. Quod autem hoc sit patet, quia Philistini pugnano diffugiebant huc & illuc, ut patet supra in litera, scilicet, multitudo prostrata huc illucque diffugiens: vnde cum Israelitae venerunt contra Philistinos, inuenerunt eos in Bethaem aliquantulum dimotos a castris.

Alius sensus.

Aliter potest intelligi quod peruenit pugna vsque ad Bethaem, scilicet, pugna, quam gesserunt Israelitae cum Philistinis: nam primo fuit pugna inter Israelitas, & Philistinos, & postea fuit persecutio: pugna fuit dum Philistini aequaliter resisterent Iudaeis: persecutio autem fuit cum iam penitus terga verterent, & tunc non pugnant. Primum autem durauit vsque ad Bethaem, qui erat locus propinquus castris eorum, vsque ad quem aequaliter pugnano se retraxerunt. Postea autem videntes se Israelitis impares esse penitus fugerunt, & ibi iam non fuit pugna, sed persecutio quae durauit vsque ad Aialon. Et haec duo significantur in litera. Primum cum dicitur pugna autem peruenit vsque ad Bethaem. Secundum cum dicitur infra: percusserunt ergo Philistinos a Machmas vsque ad Aialon, huic etiam consonat litera sequens: nam immediate dixit Saul: Maledictus vir qui comederit panem vsque ad vesperum: ante hoc autem, scilicet, quando durabat pugna, non dixit hoc, quia tunc non fugiebant Philistini: cum autem ceperunt fugere credens Saul, quod si moraretur po-

pulus ad sumendum cibum fugerent omnes Philistini, dixit: Maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperum.

Aliter potest intelligi, scilicet, quod Saul habuit duas pugnas cum Philistinis. Vnam antequam congregati erant ad eura vici Israel: aliam autem postquam congregati sunt: prima eorum duravit vsque ad Bethaem: qui locus erat prope castra Philistinorum: & in hac non habuit Saul aliquos adiutores, nisi viros suos sexcentos, qui cum eo perrexerant. In secunda pugna habuit adiutores alios, scilicet, Hebraeos, qui prius erant cum Philistinis, & illos, qui latuerant in monte Ephraim. Et ista pugna duravit vsque ad Aialon, & hoc significatur in litera, quia cum dicitur: pugna autem peruenit vsque ad Bethaem, mox subditur, & viri Israel sociati sunt sibi in die illa, scilicet, postquam accessit pugna vsque Bethaem Israelitae sociati sunt Sauli, quilibet horum modorum est conueniens.

Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa. Scilicet Sauli. Et vocantur viri Israel Hebraei, qui ascenderant cum Philistinis de terra ipsorum, & illi, qui latuerant in montibus, & venerunt ad Saulem.

Adiurauit autem Saul populum. Hic ponitur Saulis adiuratio, quae erat secundum principale, & diuiditur in quatuor. Primum ponitur adiurantis execratio, secundum ignorantis transgressio, tertio facti inquisitio, quarto historiae persecutio. Secunda ibi. Porro Ionathas. Tertia ibi. Et dixit Saul. Quarta ibi. Et Saul.

Circa primum ponitur quomodo Saul adiurauerit populum ponens ei quendam maledictionem, si comederent. Videbat enim Saul, quod fugiebant Philistini, ipse autem cupiebat vlcisci in eos, & quia si populus sederet ad sumendos cibos fugerent Philistini, & nemo eorum comprehendi posset, iussit, ut nemo comederet vsque ad vesperum, & dicitur adiurauit populum, ista adiuratio non est aliquod iuramentum, quod ipse cogeret patrare populum, sed est quaedam imprecatio maledictionis, ut patet ex verbis.

Saul adiurauit populum ne comederet.

Maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperum. Scilicet a Deo maledicatur, vel Deus ei omnia aduersa inferat qui panem comederit. Non est autem intelligendum, quod solum orabat Saul mala provenire a Deo ei, qui comedisset, sed etiam ipse positurus erat penam si quis erraret, sic patet infra. Nam dixit Saul, Viuit Saluator Israel, quia si per Ionatham filium meum factum est, absque retractatione morieretur. Et postea dixit, haec faciat mihi Deus, & haec addat, quia morte morieris Ionatha. Dicitur autem hic, qui comederit panem, per quod non solum vetabatur panis, sed etiam quicquid aliud comestibile. Quod patet, quia cum populus transiret per agrum, vbi erat mel, nemo ausus est comedere, si tamen non intelligeretur nomine panis comedisset.

Item Ionathas non comedit panem, sed mel, tamē lapsus est in maledictionem paternam, ut patet infra. Iste autem modus loquendi est in scriptura, ut nomine panis intelligantur omnia viatica, ut patet infra 4. lib. cap. 6. vbi dixit Elifeus, Pone panem coram eis. Et sequitur, appositaque est eis ciborum magna praeparatio.

Vsque ad vesperum donec viscar de inimicis meis. In hoc innuitur, quod illa die nodum comederant Hebraei, alioquin facile erat, quod non comederant vsque ad noctem, si iam praesi fuissent, sed erat aurora, quando Ionathas ascendit ad partes Philistinorum, mox autem visus est a speculatoribus Saulis, qui illico parauerit se ad bellum, vnde parua diei pars transierat, cum Hebraei venerunt ad locum certaminis. Et quia Saul vidit, quod paulopost hoc vellet populus declinare

nare ad sumendum cibos, dixit quod nemo manducaret vsque ad vesperum, sed solis occasum, quousque vlcisceretur se de hostibus suis. Sed dicit aliquis quod si non vlcisceretur se Saul vsque ad vesperum, nunquid non deberet comedere populus? Respondendum quod Saul non posuit hoc tanquam nunquam deberet comedere, quousque vindicaret se de hostibus, sed cum hostes fugerent a facie eius, credidit quod vsque ad vesperum posset sufficienter capere vltionem, ideo tunc dedit terminum ad cibum, sed dato quod contingeret quod vsque ad vesperum Israelitae nullum occiderent de Philistinis licebat eis comedere ad vesperum, quia iam fuerat elapsus terminus.

Et non manducauit vnusquisque panem. Scilicet nullus de toto populo, qui ibat cum Saule comedit panem aut aliquid aliud, vsque ad vesperum. Nam tunc conuersi sunt ad praedam, & comederunt, vt patet infra.

An Saul peccauerit adiurando populum, ne comederet vsque ad vesperum, & an fuerit periuurus. Quae. XIX.

QVAERET aliquis, an Saul adiurando populum, peccauerit. Et videtur quod non, quia motus fuit bono zelo, vt infideles, & hostes Hebrorum occiderentur, quod non solum erat licitum, sed etiam bonum, & meritorium. Item sicut Saul merebatur occidendo Amalechitas, & destruendo omnia, quae erant in terra eorum, quia Deus enim ad hoc miserat: ita mereretur si persequeretur Philistinos, quia Deus tradebat eos in manu eius: immo videbatur, quod peccaret si negligens esset in faciendo hoc, cum Deus ei hoc commedasset, & ad hoc instituisset eum regem, vt patet supra cap. 9. scilicet, vnges eum ducem super populum meum Israel, & saluabit populum meum de manu Philistinorum, sed Saul fecit hoc ad diligentius persequendum Philistinos, vt nemo effugeret: ergo non peccabat, sed merebatur. Item si Saul peccasset adiurando populum pro transgressione huius adiurationis Deo nihil fecisset, sed noluit respondere, vt patet infra cum ante semper responderet, ergo non peccauit.

In contrarium videtur quod peccauerit, quia communiter dicitur, quod Saul peccauit in hoc. & sic tenet hic Nicolaus. Item ille, qui turbat alios peccat, sed Saul ponendo istam adiurationem turbauit Israelitas, ergo peccauit. Patet hoc quia dixit Ionathas: turbauit pater meus terram. Respondendum est secundum Nicolaum quod Saul peccauit hic dupliciter. Primo quia male iurauit. Secundo quia peius implere voluit. Primum probat, quia licet iuramentum sit bonum in necessitate, & cum debitis circumstantiis: si tamen haec deficiant malum est. sic autem fuit in Saule, quia Deus victoria sufficiens dederat, & miraculose, vt patet ex praedictis, & ideo non erat necessitas persequendi hostes vltius absque diuino consilio, quod Saul non expectauit, vt patet ex praedictis. Item Saul praecipiendo, quod populus nihil comederet, casum necessitatis non excepit verbo nec intellectu. Quod patet ex hoc, quod Ionatham filium suum, qui in necessitate positus modicum mellis comederat, voluit omnino occidere. Casus vero necessitatis ab omni praepcepto, & lege exceptus est, & ideo peccauit Saul non excipiendo, quod debuit excipere. Item quia iuramentum suum vergebat in peiorem exitum, quia si populus ieiunio, & labore fatigatus aliquid cibi accepisset maior plaga in hostibus facta fuisset, vt dicitur infra in litera. Item quia fuit occasio peccandi toti populo, qui propter iuramentum non fuit ausus sumere cibum aliquem vsque

ad vesperum: propter quod veniente vespera populus lassus, & famelicus ex festinatione comedendi peccauit comedens cum sanguine, vt dicitur in litera. & sic patet quod Saul peccauit temerarie iurando. Secundo peccauit impie adimplendo quantum sibi ex se, quia Ionatham innocenter voluit occidere, vnde & super hoc iuramentum temerarie replicauit, dicens: haec faciat mihi Deus, & hac addat, quia morte morieris Ionatha: vnde & in tali replicatione iuramenti iterum peccauit. Ista est intentio Nicolai. Sed non multum stat: nam Saul licuit hoc facere quod fecit, & aliquantulum visum est sibi meritorium. Saul enim non iurauit hic, nec cogit aliquem iurare, sed imposuit legem populo tanquam princeps quod quidem facere poterat. lex autem quam posuit iusta erat, quoniam ipse poterat eam ponere. Etiam ponebatur ex bono motiuo: erat enim intentio sua persequi hostes, quoniam Deus hoc ei commendauerat per Samuelem, quando vixit eum, vt patet supra cap. 10. scilicet, Ecce vixit te Dominus super hereditatem suam in principem, & liberabis populum eius de manibus inimicorum eius. Voluit ergo Saul hoc diligenter facere, & quia tunc habebat copiam persequendi hostes, & si modicum moraretur, omnes hostes fugissent, ideo iussit, ne aliquis diuerneret ad cibum, sed solum persequerentur hostes vsque ad vesperum. Item ista lex in seipsa iusta erat, quia non continebat aliquod grammen contra cultum Dei, nec etiam grauabatur subditis. Nec valet si aliquis dicat, quod non comedere per totum diem vsque ad vesperam erat difficile: & non debebat hoc rex imponere, nam licet regulariter, & prohibito suo non liceret ei talia imponere, licebat tamen in casu, in quo magna utilitas offerebat: bellatores enim non vadunt ad pugnam, vt delicias perfruantur, sed vt acerrimos labores subeant. Nam cum fortitudo semper sit circa maxime terribilia, Arist. tamen dicit eam potissime in bello esse, & hoc quasi in bello maxime difficultates sint: non ergo erat inconueniens nec contra morem bellicum, quod Saul imponeret aliqd graue viris suis: potissime quia istud erat modico tpe duraturum, & vna die solum. Etiam in hoc erat maxima utilitas, quia tunc plene consequerentur hostes. Si autem diuernerent ad sumendum cibum omnes effugerent, ideo quilibet princeps quantumcumque pius, & mollis erga suos vltima tanta utilitate imposuisset huic paruum laborem: nam etiam si princeps non imponeret subditi spontaneè hoc sibi imponere debuissent, quia ratio istud dictabat, potissime quia viderent negligentes, & valde reprehensibiles si Deo offerente istam prosperitatem sollicitè non vterentur ea: si tamen vellent declinare ad assumendos cibos ante persequerentur hostes omnes fugerent, & ipsi non consequerentur prosperitatem sibi a Deo oblatam: ergo peccaret. Item dato quod ista lex data fuisset aliquantulum ex inaduertentia, & contingeret in se graue damnum: ille qui dabat eam non peccabat si putaret eam bonam esse, Saul tamen putauit istam legem valde esse iudicis vtilem, & ad Dei obsequium nimis prodesse, ideo licet aliquantulum grauitatem contineret, non peccaret Saul imponendo eam. Patet hoc quia peccatum voluntarium est. Cum autem aliquis putans se ponere bonam legem ponit iniquam, eo quod deficit circa aliqua particularia, quae non potest ipse per singula excogitare nihil iniquum agit. Sic autem erat in Saule, & istud verum est, nisi cum ille, qui legem posuit sciens eam nimis grauatiorem reuocare non vult: non ergo peccauit Saul. Rationes autem Nicolai non stant: primo quoniam dicebatur quod iuramentum licet sit bonum in necessitate, & cum debitis circumstantiis &c.

Dicendum quod in hoc praesupponitur error, scilicet quod Saul iurauit.

iurauerit: nam hic nullum iuramentum fuit, quia ipse nihil iurauit. Etiam non coegit populum iurare, sed solum dixit: maledictus qui gustauerit panem vsque ad vesperam. ista autem non erat iuratio, sed imprecatio: ponitur tamen per modum legis, & mandati cum vere mandatum esset: nam Saul punire voluit Ionatham delinquentem: occasio tamen errandi est, quia dicitur hic adiurauit Saul, & infra dicitur, iureiurando constringit Saul populum, nam secundum modum loquendi hebraicum adiuratio ponitur pro similibus imprecationibus. Sic etiam patet Gen. cap. 24. de adiuratione, quam fecit Abraham super seruum suum: & ex hac parte non procedit ratio, quia multa requiruntur in iuro, quae non requiruntur in positione legis. Etiam facilius quod peccat in iuro, quam in positione legis, vel imprecatione: eo quod in iuro accipitur nomen Domini: in lege autem ponenda non. In modo autem accipiendi nomen Domini potest esse praesens, ideo facilius peccatur in iuramento. Item quoniam dicebatur quod non erat hic necessitas imponendi istam adiurationem ad persequendum hostes, videtur praesens: nam propter hoc debebat magis persequi hostes: Deus enim dederat Israelitis mirabilem victoriam, & obrulerat tempus vindicandi se de hostibus impropertibus nomen Domini. si ergo contemneret opportunitatem datam a Deo, peccarent. simile patet infra 3. lib. c. 20. vbi quidam propheta venit ad regem Achab, qui ceperat in bello Benadab regem Syriae, & dimisit eum in pace: dixit autem ille propheta, quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit astra tua pro astra eius, & populus tuus pro populo eius, sed Deus tradiderat sic Philistinos in manu Saulis conferendo opportunitatem ad occidendum omnes illos, & si populus discumberet ad sumendum cibos dimitteret viros dignos morte fugere, ergo peccaret. Non igitur debuit contentus esse victoria tradita, sed persequi semper dum Deus dabat opportunitatem. Item cum dicitur quod debebat expectare Dei consilium, an persequeretur hostes, & non expectauit. Dicendum quod non oportebat, quia manifestum videbat prosperam euentum. Consultatio autem Dei est necessaria, quoniam dubitatur de euentu rei, sed tunc cognoscebatur prosperitas: quia omnes hostes cadebant coram manibus eius, ideo non oportebat quaerere nunc aliquid a Deo, immo erat nocuum nunc Deum consulere, quia dum expectaret populus diuinam consultationem elaboraretur hostes, & essent in culpa Iudaei, qui morati fuerant, vt quaererent certitudinem, vbi non erat necessaria, quod non caret culpa, nam qui certus est certior fieri non debet. sic enim fecit supra Saul, nam cum videret maximum tumultum ortum fuisse in castris Philistinorum, quamquam iussisset sacerdoti, quod consuleret Dominum; tamen tunc iussit, quod cessaret, dicens: contrahe manum tuam, quia necessitas urgebat. Item cum dicit Nicolaus, quod Saul praecipiendo quod populus non comederet vsque ad vesperum non exclusit casum necessitatis verbo, vel intellectu. Dicendum quod falsum est, quod ad hoc aliter dici possit, scilicet quod non oportebat excludi, quia non poterat incidere aliqua necessitas, nam solum iussit Saul, quod non comederet populus vsque ad vesperum: abstinere autem a cibo per vnum diem artificialem non inducit alicui homini extremam necessitatem famis: nam sic Iudaei consueuerant ieiunare, quotiescunque enim ieiunabant abstinere vsque ad vesperum, & non comedentes vsque post solis occasum, vt patet in die expiationis, vt patet Leuit. c. 23. & sic erat de ceteris ieiuniis: ideo nihil nouum nunc Saul imposuit, vt quod posset alicui homini inducere extremam necessitatem famis: vnde non oportuit excipi casum necessitatis, Secus autem est de potu: nam

si quis per vnum diem non biberet potissime cum semper moueretur celeriter progrediendo contra hostes poterat faciliter periclitari, vnde hic poterat incidere casus necessitatis, sed hoc non iussit Saul, quia periculosius erat, sed solum abstinere a cibo. Causa autem fuit, quia inclinatio ad bibendum reperta aqua in via nullam moram constituerebat, ita vt hostes elabi possent, discumbere autem ad cibos assumendos erat maioris morae, quia procul hostes fugerent. Item cum dicebatur quod iuramentum Saulis vergebat in peiorem exitum, quia si populus sumpsisset cibum magis persequeretur hostes. Respondetur quod in moralibus & deliberatiuis, veritas non se habet sicut in mathematicis, quoniam in mathematicis veritas se habet immobiliter, nullum habens casum exceptionis. in deliberatiuis autem, & moralibus raro reperitur aliquod bonum, vel nunquam quod ex aliqua parte non patitur inconueniens, ideo ad hoc quod aliquis bene iudicet in his, non oportet quod ille iudicet quod nullum patitur inconueniens, sed illud quod pauciora: ita autem erat hic quia quod populus non comederet, erat aliquod inconueniens: & quod comederet erat alterum: minus tamen erat, si comederet. Quod patet, quia si populus non comedisset sequebatur hoc inconueniens, scilicet quod fatigaretur nimis: tamen occideret plurimos hostes, quia sicut Israelitae non declinabant ad capiendos cibos, ita nec Philistini cum instanter fugerent. ergo vtrique fatigabantur, sed magis Philistini, quos cruciabar desperatio euadendi. Hebraeos autem adiunabat nimis spes vincendi. Si autem populus discubuisset ad cibos sequebatur inconueniens, scilicet quod interea hostes elaborerentur, & hoc erat maius inconueniens: ergo rectius iudicauit Saul iubendo, quod non comederet quam permittendo, quod discumberent. Cum vero dicit Ionathas: turbauit pater meus terram, si comedisset populus de praeda inimicorum, nonne maior facta fuisset plaga in Philistinim? Dicendum quod non erat verum, immo si comedisset de praeda nullam plagam fecissent, quia interim Philistini diffugerent: essent autem vera verba Ionathae, si populus comedisset antequam inciperet pugnare cum Philistinim, sed postea non stat. Item quoniam dicit Nicolaus quod iuramentum Saulis fuit occasio populo peccandi, comedendi cum sanguine. Responderi potest, quod quando quis praebet occasionem ad alterum si illa occasio non est directa ad id, quod fit dans occasionem nihil bonum aut malum agit, sicut patet de fabro, nam qui facit gladium est causa, vel occasio omnium percussorum, quae gladio fiunt; tamen faber non peccat quod multi occidantur gladio, quem ipse fecit, quia non praebet occasionem directam, & immediatam: ita autem fuit hic de Saule, quia licet populus peccauit, praepceptum suum non agebat directe ad hoc, nam poterat comedere sine sanguine si voluissent, & non peccarent. Nec etiam festinatio comedendi propter famem faciebat aliquid horum, sed solum differebat ex loco iugulationis, nam si iugularent super lapidem, non peccarent. iugulando autem super terram, peccabant: vtrumque tamen erat aequaliter facile.

Aliter potest dici, quod nulla omnino occasio praestitit mandatum istud, quin potius si populus comedisset de praeda inimicorum suorum, sicut volebat Ionathas, maiorem habuisset festinationem, vt rursus persequerentur hostes, ideo quocumque occiderent, & non curaretur peccarent. Item quoniam dicit Nicolaus, quod peccauit Saul impie adimplendo, scilicet quia voluit occidere Ionatham. Dicendum quod in hoc non peccauit, immo nimis laudabilis est: erat enim iustissimus non attendens personam, vnde & filium suum primogenitum, quem praeter ceteris diligebat, & pro quo ipse se ad

ad mortem exponebat, & qui tam strenuè egisset in armis amore iustitiæ occidere voluit: malebat enim filio orbatus vivere quam legem incusfoditam esse: nec agebat hoc Saul, nisi amore iustitiæ. Nemo nãq; suspicari poterit, qd hoc ageret tanq; ei Ionathas odiosus existeret. Putabat etiã se in hoc obsequium præstare Deo, quia propter factum eius noluerat respondere: & ipse per sortem deprehenderat hoc factum, & egisset nisi populus impediisset. Item quãdo dicitur, qd peccauit Saul quia iuramentum temerarium iterũ replicauit: dicendum qd non peccauit, quia Saul credebatur qd iustum agebat, si occideret Ionatham: iurare autem agere quod bonum est, non est peccatum. Argumẽtum autem procedit præsupponendo, quod constaret istud esse malum, quia tũc iurare facere id, quod malum est, est peccatum. Patet igitur qd non peccauit Saul imponendo imprecationem super populum. *Omneque terra vulgus venit in salum.* Id est totus populus, qui ibat cũ Saule quod vocatur vulgus, quia erãt omnes ferẽ inermes. Dicitur qd venit in saltũ, s. persequendo Philisthinos, iste saltus erat in monte Ephraim, vt ait Iosephus 6. Anriq. & hoc quia cum Philisthini fugerent a facie Israel transierũt per montem Ephraim, & per illũ persequuti sunt eos Hebrẽi. Hoc autem consonat literẽ superiori, s. qd omnes, qui absconderant se in monte Ephraim sociauerũt se cũ Saule in prelio. *In quo erat mel super faciem agri.* Scilicet in saltu illo erat mel super agrum, quia illi erant faui, quos consecerant apes: & erant super facie agri. Hoc autem ponitur ad significandum diligentem obseruationem præcepti circa Hebrẽos, s. quia qũq; in promptu esset sibi comedere, cũ mel esset super faciem agri: tamen nemo de populo gustauit quidq;. *Ingressus est itaque populus salum.* Scilicet, quia per illam partem persequi debebant hostes. *Apparuit fluens mel.* Scilicet omnes viderũt mel fluere super faciem agri: non enim solum erant ibi faui, sed etiam mel fluens, quod maiorem opportunitatem comedere volentibus exhibebat, qd non deberet cõprimere fauos cõpressuri mel, sed ipsum per se fluens erat: vnde Ionathas non expressit mel de fauo, sed intinxit virgulam, quam manu tenebat in fauo, & applicuit ori, vt patet infra. *Nullusque applicuit manum ad os suum.* Scilicet, nullus de populo ausus est comedere modicum de melle, applicando manum ad os, & ad mel. *Timebat enim populus iuramentum.* Id est timebat adiurationem, quam fecerat Saul.

Porro Ionathas. Hic ponitur secundum huius secunde partis, in quo ponitur ignorantis transgressio, s. qd Ionathas periclitatus est præceptũ patris, quia ignorabat illud. *Non audierat enim adiuraret pater eius populum.* Id est quando Saul posuit maledictionem super populum, dicens: maledictus qui comederit panem vsque ad vespertum, & hoc fortẽ, quia Ionathas erat cũ armigero suo antequã veniret Saul, & populus ad eos: alioquin audiret Ionathas, quia ipse magis esset propinquus patri quã ceteri. *Extenditque summitatem virgẽ quam habebat in manu sua.* Scilicet noluit morari ad comedendum, ideo non inclinauit se accepturus fauos, sed intinxit summitatem virgẽ in fauo. *Et intinxit in fauum mellis.* Scilicet, quia mel erat super faciem agri fluens, & non oportebat immorari circa educationem fauorum de aluuario.

Et conuertit manum suam ad os suum. Scilicet, summitatem suam, quam intinxerat in melle. Et dicitur, qd conuertit manum, quia forte nõ applicuit virgulam ad os, sed manu tetigit virgulam, vt sic mundiorẽ comederet cibum.

Et illuminati sunt oculi eius. Id est incepit recipere spiritum, s. iam languerant oculi eius præ inopia cibi:

F quia quandoconque euenit homini aliqua debilitas, siue ex fame siue ex similibus laboribus, primò oculi languescunt, quia ipsi sunt partes tenerissime, & ad videndum plus solito heberes fiunt. Cum verò homo recipit vires oculi illuminantur, s. recipiunt pristinum vigorem ad videndum, & per illuminationem oculorum significatur confortatio cordis, & resumptio virium: erat enim nimis fatigatus Ionathas, quia plus ceteris laborauerat: nam ipse per noctẽ cum armigero suo ascenderat ad castra Philisthinorum per loca petrosa, & abrupta nimis reptando: postea autem pugnando occidit viginti Philisthinos. Postea autem laborauit in persecutione hostium, sicut ceteri; ideo ipse nimis fatigatus erat. *Respondensque vnus de populo, ait.* Scilicet locutus fuit ad Ionatham dicendo, quod peccauisset. Et dicitur respondens modo improprio loquendi, quia nihil locutus fuerat Ionathas, vel aliquis alius ad quod iste responderet, sed quia iste locutus fuit propter ea, quæ Ionathas faciebat, dicit quasi respondisse ad illa. *Iurcirando constringit pater tuus populum.* Id est sub iuramento alligauit pater tuus populum. Accipitur hic iurandum pro imprecatione maledictionis, quia non erat hic aliquod iuramentum, vt supra dictum est.

Maledictus, qui comederit panem hodie. Non dixit sic Saul, sed maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vespertum. Pro eodẽ tamen accipiuntur ista, quia vespertũ erat solis occasus, & post solis occasum nihil est de illa die, sed de alia: hoc autem dixit ille vir Ionathas, vt sciret quod peccabat, & non comederet amplius: sic autẽ fecit, vt ait Iosephus, scilicet, quod immediatẽ reiecit fauum ab ore.

Defecerat autem populus. Id est fatigatus fuerat nimis præ lassitudine, & defectu cibi: non tamen comederunt propter hoc, sed expectauerunt vsque ad vespertum: alioquin oēs peccauissent: nemo tamen præter Ionatham peccauit, s. transgressus est præceptum.

Dixitque Ionathas: turbauit pater meus terram. Id est turbauit populum, s. ponendo tale præceptum: quia si permisisset populum comedere, fuisset facta maior plaga in hostibus.

An Ionathas peccauerit comedendo de melle. Quæst. XX.

Q VÆRET aliquis, an peccauerit Ionathas comedendo de melle. Et videtur quod sic, quia si non peccasset, Deus non cessasset a responstone, sed ob hoc cessauit: quod apparet, quia cum Deus nollet respondere inquirenti sacerdoti, mox Saul dixit, hoc factum fuisse propter peccatum alicuius: & nõ erat propter aliquid aliud, nisi propter factum Ionathas, vt postea patuit: ergo peccauit. Itẽ si Ionathas non peccauisset, non fuisset deprehensus a Deo, & quando inquisitum est forte, quis peccauit Deus demonstrauit, qd peccasset Ionathas. Deus autẽ nunquam falsum ostendit, ergo peccauit. In contrarium videtur, qd nõ peccauit, quia Ionathas fecit hoc ignoranter: nam dicitur supra, qd nesciebat patrẽ suũ adiurasse populum: ignorantia ista facit inuoluntarium, & sic non est peccatum. Nec obstat, si aliquis dicat, qd Ionathas ignorabat hoc ius, scilicet, legẽ positam a principe: error autem iuris non facit inuoluntarium, iuxta Arist. 4. Ethic. Vnde non excusat. Dicendum enim, qd ista lex nouiter publicata fuerat, & nõdum potuerat peruenisse publicatio eius ad omnes: nam pauloante hoc eadem die lata fuerat, ideo ignorantia eius excusabat.

Respondendum est, quod Ionathas non peccauit hic, sed in hoc aliter dici potest secundum eos, qui dicunt Saul peccasse iurando, & aliter secundum nos: nam

nam secundum illos debet dici, quod non peccabat Ionathas, etiam si comedisset sciẽs de melle, quia adiuratio illa, vel imprecatio patris non tennerat. Et sicut est in iuramentis, quod illud iuramentum, quod est illicitum, non tenet, & si quis contra eat, non peccat: ita in ista adiuratione, cum esset illicita, nõ obligabat aliquis illam obseruare: & consequenter nemo peccabat non obseruando. Nos autem aliter dicere debemus, cum asseramus quod imprecatio Saulis, vel præceptum licitè positum est, quod Ionathas non peccauit, quia ignorabat positum esse istud præceptum: si tamen cognouisset, verè peccasset, & ad excusandum eum litera dixit. Porro Ionathas non audierat, cum adiuraret pater eius populum.

Ad rationes in contrarium respondendum. Ad primam cum dicitur, quod Deus non respondit propter ea, quæ fecit Ionathas, & tamen si non peccasset Deus non tacuisset. Dicendum quod responsa Dei dantur ex mera gratia, ideo aliquando homine non peccante Deus non vult respondere ei, & aliquando eo peccante Deus respondet. Patet hoc de Balaam, qui erat peccator: & tamen Deus respondebat illi, & loquebatur sepissimè, sicut legitur Nu. cap. 23. & 24. Verum est tamen, quod aliquando Deus nõ vult respondere propter peccata alicuius, vt quia vult tradere eum in malum, & vult quod hoc ignoret, sicut factum est de Saule, quando consuluit Dominum ante vltimum bellum, in quo mortuus est: nam dicitur: contulitque Dominum, & non respõdit ei, nec per somnia, nec per sacerdotem, nec per prophetas, infra cap. 28. Hic autem non subtrahit Dominus tanq; Ionathas peccasset, sed magis, vt per hoc haberetur occasio ad inueniendum eius innocentiam, vt infra dicitur.

Ad secundam cum dicitur, qd Deus demonstrauit Ionatham peccasse, quia cum quæreretur, per quem acciderat malum illud, respõsum est per sortes quod per Ionatham. Dicendum quod hic non consultum est, quis peccasset, sed per quem malum istud euenisset: & tunc inuentum est, quod per Ionatham: non tamen ex hoc demonstratur, quod peccauit, sed quod fuit causa quod Deus taceret. demonstrauit autem hoc Deus, & voluit, quod inquireretur per sortem, vt sic reperiretur ignorantia Ionathas, quia multi sciebãt, qd Ionathas comederat: nesciebãt tamen an ignorasset adiurationem, ideo crederet eum peccasse, & potuissent per hoc scandalizari reputando eum transgressorem. Publicè ergo deprehensus fuit, vt corã omnibus se excusando declararet eius innocentiam, & propter hoc a toto populo fuit liberatus tanquam innocens reputando mortem eius nefariam.

Item factum est hoc, ne aliqui purarent Deum acceptorem esse personarum, s. quod si aliquis alius de populo peccauisset, occidisset, & quia erat filius regis non occidit. Cum autem demonstratum est hic, qd erat innocens cognitum est, quod Deus non erat acceptor personarum: ipse igitur præbuit occasionem ad hanc inquisitionẽ, & propter hoc fecit, quod non audiret populus respõsum, vt putaretur aliquod peccatum esse, & inquireretur quis fecerat, & inueniretur Ionathas.

Vidisti ipsi, quod illuminati sunt oculi mei. In hoc dabatur rationem Ionathas, quod præceptũ patris inconsultè positum esset, s. quia propter paululum de melle oculi eius illuminati sunt, id est cõfortati sunt, quia languerãt præ fatigatione, & inopia cibi, & vires eius redditæ sunt ei, à fortiori ergo si pater eius permisisset alijs comedere modicum, confortati fuissent magis ad persequendum hostes.

Eo quod gustauerim paululum de melle isto. Scilicet non

A sumpsi aliquem alium cibum nisi modicum de melle, & confortatus sum, quantomagis si sumpsissem alios cibos ego, & populus iste.

Quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum. Scilicet, si totus exercitus comedisset, quia quilibet confortaretur, sicut ego confortatus sum: & adhuc magis confortaretur, quia sumpsisset de cibis fortioribus, scilicet, de præda hostili quã reperit, scilicet, populus reperit prædam in castris, & in via, sic dicitur infra, quod defatigatus est populus nimis, & versus est ad prædam.

Quam prædam acciperint Israelita a Philisthinis. Quæst. XXI.

Q VÆRET aliquis, quæ præda fuit ista, vel quomodo poterant Israelitæ accipere prædam a Philisthinis, cum ipsi non essent nunc in terra sua, sed in terra Israel. Aliquis dicit, quod hoc potest intelligi de cibis, quos habebant Philisthini: manifestum est enim, qd tantus exercitus non esset sine multis alimentis: erat enim turba innumerable, vt patet præceden. cap. & quia subito, & præter spẽ coacti sunt recedere de castris, necesse est, vt maneret ibi magna copia ciborum, quam Israelitæ poterant rapere, & sumere sibi ad victum. hoc autem verum est.

Sed dicendum, qd adhuc præter hæc, quæ habebãt Philisthini parata in castra ad cibum, habebant pecora multa, s. oues, & boues apud castra, & vltra, de quibus poterãt comedere Israelitæ, sic patet infra, s. Versus est populus ad prædam, & tulit boues, & oues, & vitulos, & mactauerunt in terra.

Sed dicit aliquis quomodo Philisthini poterãt habere oues, & boues, vt caperẽt illas in pãdam Israelitæ? Aliquis respõdebit, qd Israelitæ persecuti sunt Philisthinos vsque in terrã suam, & ibi acceperunt oues, & boues, & reliqua, quæ inueniebant.

Sed hoc non multum stat: magis enim videtur, qd nondum Israelitæ acceperant ad terram Philisthinorum, sed in terra Israel erant, & ibi persequerantur Philisthinos, nam postquam populus comedit, dixit Saul, qd volebat persequi hostes tota nocte vsque mane, & qd non relinqueret ex eis virum: populus autẽ consentit. Deinde cum Deus consultus ab eis non respondit, omissa fuit persecutio hostium. Et dicitur: recessitque Saul, nec persecutus est Philisthijm: porro Philisthijm abierunt in locum suum: ergo tota illa die nondum venerant in loca sua. Vnde non poterant Israelitæ accipere prædam de Philisthinis, quæ esset de terra eorum.

Sed dicendũ est, quod Philisthini, qui aliquot diebus steterant in terra Israel prædati fuerant multa, nõ continue vagabantur per terram, & dum maior fieret præda, mittebant tres cuneos per tres partes terrę Israel, vt patet præceden. cap. vnde copiosam nimis prædam collegerant. Hanc autem nondum consumperant, ideo die belli supererant oues, & boues, & arma plurima, quæ Hebrẽi abstulerunt de potestate eorum. Et quia illa iam pertinuerant ad Philisthinos, cum prædati essent illa, quamquam fuissent prius in bonis Israelitarum, cum nunc nouiter illa receperũt, dicebantur accepisse prædam, quia iam deserant illa esse sua: abstulerunt ergo prædam hostium, sed non de illis rebus, quæ semper fuerant hostium, sed de rebus, quæ fuerant Israelitarum. Nisi fortẽ aliquis dicat, quod Philisthini venientes in terram Israel attulerant de terra sua pecora multa ad cibos exercitus, illa autem nondum consumpta relicta sunt, & de illis Hebrẽi acceperunt prædam. Sed primum verissimilius

An Philisthini haberent oues & boues vt Israelitæ caperent in prædam.

milis est: non est enim satis credibile, quod tanta multitudo Philistinorum duxisset de terra sua omnia necessaria: potissimum cum consideret habere oia per preadam in terra Israel, nemine resistente illis.

Nonne maior fuisse facta plaga in Philisthim. Quasi dicat magis percussisset populus hostes suos, si permisisset fuisse comedere de preda hostium, quia sic confortatus fuisset, & potuisset durius eos persequi, sed pater meus hoc non permisit: ergo turbavit terram.

Hoc enim dictum Ionathae non videbatur simpliciter verum: quoniam si populus declinasset ad cibos cum Philisthini non declinarent ad discumbendum, sed indefinenter fugerent, antequam eos postea Israelitae consequi valuissent. Unde nulla fieret plaga. Sed aliquis dicit in contrarium, quia iam quoniam populus fedus ad manducandum, dixit Saul, quod volebat tota nocte persequi Philistinos, & non relinquere ex eis virum: & tamen tunc nimis morati fuerant in sumendo cibos, & consulendo Dominum: ergo sic per diem quod declinasset ad sumendum cibum potuissent postea consequi Philistinos, & sic conuenienter dicebat Ionathas, quod Saul turbauerat terram.

Dicendum quod non erat simile, quia per diem continue fugiebant Philistini, ideo si declinasset Hebraei ad cibum sumendum non valuissent postea eos comprehendere per noctem, tamen putauit Saul, quod Philistini declinarent ad sumendum paululum cibi, vel quietis, quia nemo eorum diem totum cum nocte incubatus, & in somnis ducere posset: potissimum, quia cum Philistini vidissent Iudaeos ad solis occasum distribuisse putarent eos iam non ulterius progressuros, ideo confiderenter sumerent aliquid quietis, & tunc ex insperato irruerent super eos Hebraei, & hoc volebat Saul. Percusserunt ergo in die illa Philisthaeos a Machmas vsque in Aialon: iste fuit terminus persecutionis, & occisionis in die illa vsque ad vesperum, scilicet, a Machmas ubi erant castra Philistinorum: ibi enim incepit pugna Iudaeorum cum Philistinis: nam inuenerunt eos mutuo confligentes cum venerunt ad illos: duravit autem ista percussio vsque ad Aialon, qui est quidam locus satis distans a Machmas. Est enim in forte tribus Dan, ut patet Iosue c. 19. De isto loco dicitur Iosue cap. 10. Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon, quod luna erat in valle Aialon quando sol stetit tempore Iosue.

Defatigatus est autem populus nimis. Scilicet, ex absterentia cibi per totum diem, & ex labore magno itineris in cursu, ita ut se amplius sustinere nequirent.

Et versus ad praedam tulit oves, & boues, & vitulos. Scilicet, cum non posset amplius praestantitudine hostes persequi versus est ad praedam, ut cibo, & quiete refocillaretur. Ista autem praeda erat de bobus ouibus, & armentis caeteris, quae Philisthim praedati fuerant de terra Israel, & nunc ducebant in terram suam: cum autem Iudaei violenter abstraxerint praedam de manu eorum, dicuntur ipsi quoque egisse praedam, de eo tamen quod ante hoc ad Israelitas pertinuerat, sed iam transferat in manus Philistinorum, ut supra dictum est.

An Israelitae peccauerint vertendo se ad praedam, & de ea manducando. Et quando comederunt. Quaes. XXII.

Quaeritur aliquis an Israelitae peccauerint vertendo se ad praedam, & comedendo, & videtur quod sic: nam Saul dixerat maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperum, vsque ad solis occasum: & populus quoque sic intellexit illam sententiam, ut patet: cum quidam de populo dixit ad Ionatham: iureiurando constrinxit pater tuus populum, dicens: maledictus qui comederit panem

hodie. ipsi tamen comederunt cum adhuc superesset aliquanta diei pars, ergo peccauerunt. Apparet hoc, quia cum dixit Saul, quod aduolueretur lapis ad eum, super quem iugularet quilibet animalia: dicitur quod iugulauerunt ibi oes animalia, quae ducebant vsque ad noctem: ergo vsque adhuc aliquanta diei pars supererat, in qua totus populus posset super lapidem illum iugulare animalia sua. Item patet, quia post cibum sumptum volens Saul persequi istos hostes, fecit quod consuleret Deus. Et dicitur, & non respondit ei in die illa: ergo adhuc post cibum sumptum supererat aliquid diei, & sic populus comedit ante statutam horam: ergo peccauit. In contrarium vsque quod non peccauerit: quia cum Deus postea respondere noluit, fecit Saul quod separaretur populus in partem vnam, & ipse cum filio suo Ionatha in partem altera, ut positus fortibus sciretur per quem hoc eueniebat, & deprehensus fuit Ionathas: populus autem exiuit, ut patet infra: ergo Ionathas solus peccauit comedendo ante horam constitutam, populus autem nequaquam. Respondendum est, quod solus Ionathas visus est deliquisse contra preceptum patris, sed an ipse solus comederit ante horam constitutam non apparet: poterat namque populus comedere ante horam illam, & non peccare, & hoc de eorum consensu, quia illa impositio erat remissibilis, si non fuerat praestitum aliquod iuramentum de non comedendo vsque ad vesperum, nec fuerat factum aliquod votum, per quod Israelitae Deo obligati manerent, sed solum fuerat positum praecipuum regis, ne quis comederet. Quia ergo eum solum tangebatur istud praecipuum, poterat relaxare illud, & sic comederet ante horam constitutam. Fieret autem fortassis hoc, quia populus fatigatus erat nimis, & non potentes amplius persequi hostes recurrebant ad regem, ut indulgeret eis licentiam comedendi. Nunc autem versi sunt ad praedam, & sic non peccauerunt: non tamen tollitur, quin aliqua pars diei superesset, quando populus versus est ad praedam. Cum autem arguebatur, quod populus peccabat, quia non debebat comedere vsque ad vesperum, & comedit: concedendum est, quod comedit ante noctem, & tamen non peccauit. Quomodo autem poterat populus manducare ante occasum solis, & non peccare: dicendum quod potest dupliciter intelligi: vno modo quod factum fuerit ex remissione vel relaxatione regis, si quod alioquin non potuissent comedere sine peccato vsque ad noctem, quia tamen fatigati erant concessit rex quod comederent, & non peccauerunt. aliter potest dici, quod sine aliqua concessione regis poterant comedere ante noctem, & quod non peccarent, quia non dixerat rex maledictus, qui comederit panem vsque ad noctem, sed vsque ad vesperum. vesperum tamen non est nox, sed hora nona, immo illi, qui obseruati largius, dicunt quod postquam sol incipit declinare a meridiano versus occidentem est vesperum: communius tamen accipitur, quod ex hora nona sit vesperum. sic enim accipiebatur in lege: nam iusserat Deus Israelitis quod immolarent phasae ad vesperum Exo. cap. 12. & tamen ipsi immolabant ab hora nona diei vsque ad vndecimam, ut ait Iosephus in libro de bello iudaico libro vltimo. & sic nemo Iudaeorum ante horam nonam immolabat, nec post horam vndecimam, quia ante horam nonam putabant non esse vesperum: post vndecimam autem putabant iam finitum esse timentes ne per noctem immolaret, quia nox extra vesperam est. Ita ergo hic, cum dixerit Saul, quod non comederent vsque ad vesperum licebat eis per vna, vel duas horas ante solis occasum comedere: & dato quod Saul dixisset, quod nemo comederet vsque ad solis occasum, adhuc licebat populo comedere ante noctem, quia quod comedit per vna horam,

Vesperum non est nox sed hora nona.

horam, vel quasi ante solis occasum: dicitur comedere ante solis occasum: sic enim accipit scriptura Deuteronomij capitulo decimo sexto, scilicet, immolabis Phasae vesperi ad solis occasum: Iudaei tamen ante solis occasum, scilicet ab hora nona, & vsque ad vndecimam immolabant, ut ait Iosephus: tamen in hoc obseruabant legem, ergo sic licebat eis hic facere.

Sed adhuc dicitur aliquis, quod peccabant si comederent ante noctem, quia non solum non licebat eis comedere vsque ad vesperum, sed etiam non licebat vsque ad noctem, ut patet supra, scilicet, maledictus qui comederit panem hodie.

Respondendum est, quod ista verba possunt intelligi cum aliter secundum modum loquendi vulgarem, scilicet, quod non accipitur hodie pro toto die completo, sed pro maxima diei parte quasi vsque ad complementum diei, & sic cum populus comederit iam sero non multum ante solis occasum, dicebatur non comedisse tota illa die. Sed adhuc aliter potest dici, & melius, scilicet, quod Saul non dixerat sic, sed maledictus vir, qui contederit panem vsque ad vesperum: iste autem mutauit verba, eo quod non multum videbatur differre, aliquid tamen differebat, & sic populus non peccauit.

Et mactauerunt in terra. Scilicet, quilibet occidebat ouem, vel bouem super planum vbicumque poterat, non obseruans aliquam caeremoniam, & ex hoc sequebatur, quod comederent eam sanguine, secus autem sicut in loco eminenti, & decliuo iugulassent, ut infra dicitur.

Comeditque populus cum sanguine. Id est comedit carnem cum sanguine, scilicet, nondum euacuato sanguine a venis, quod erat peccatum.

Quid est comedere cum sanguine. Quaes. XXIII.

Comedere cum sanguine tripliciter de quo latius auctor in Gen. c. 9.

Quaeritur aliquis, quid erat comedere cum sanguine, vel quomodo populus peccauit hic comedens cum sanguine.

Respondetur, quod comedere cum sanguine peccatum erat, quia istud fuit primum praecipuum, quod datum fuit hominibus post diluuium, & pertinebat ad obseruationem Iudaeorum. De hoc patet Genes. capitulo nono, scilicet, tanquam olera videntia tradidi vobis cuncta, praeter hoc quod carnem cum sanguine non comedatis. Comedere autem cum sanguine multipliciter intelligitur: vno modo, quod aliquis comedat membrum aliquius animalis, adhuc viuens, scilicet, abscindendo illi membrum, & ista erat magna crudelitas, ideo vetita erat, etiam quia ibi manent talia membra plena sanguine, quae non potest effundi conuenienter cum membra viuentibus animalibus abscinduntur.

Aliter intelligitur non comedere carnem cum sanguine, id est carnem, & etiam sanguinem, scilicet, carnem, licet vobis comedere, non tamen comedatis sanguinem, unde non solum non licebat Israelitis comedere sanguinem cum erant in membris animalium, sed etiam per se ipsum comeditum erat, sicut nos comedimus in sanguificijs. Sic patet Leuitici capitulo decimo septimo. scilicet: Si quis comederit sanguinem obfirmabo faciem meam contra animam illius, ut dicitur eum de populo suo, sed quando cunq;ue Israelite immolabant aliquod animal ad cibos suos debebant fundere sanguinem illius super terram, ut patet Leuit. 17. cap. & Deuteronomio 12.

Aliter potest accipi comedere cum sanguine, scilicet, quod aliquis comedat carnem cum sanguine, nondum euacuato sanguine, ut si quis iugulauerit animal extitum super planum, & sic illud reliquerit, sicut Alph. T. ost. In Primum Regum.

guis eius manet intra ipsum non potens defluere, & congelatur ibi, ita vt tota caro rubra efficiatur, & turpis, qui autem comederit de carnibus illis comedit carnem cum sanguine, quia ibi sanguis est, & hoc etiam erat vetitum Iudaeis. Quolibet autem istorum modorum erat illicitum comedere carnem cum sanguine.

Quo praedictorum modorum comederunt Israelitae carnem cum sanguine, & an obtulerint sacrificia demonibus. Quaes. XXIII.

Quaeritur ulterius, in quo istorum modorum peccauit populus comedens cum sanguine, vel si fuit aliquis alius modus.

Respondendum est, quod secundum quosdam populus peccauit hic comedens cum sanguine, id est faciens sacrificia idolis, & comedens sanguinem in sacrificio illorum. erant enim ritus multi diuersi in sacrificijs demonum, & sacrificijs Dei, quia in sacrificijs demonum comedeant offerentes ipsos adipem, in sacrificijs autem Dei nequaquam, sed hoc erat porissimum, quod cremabatur coram domino, & vocatur adeps odoris suauissimi, & non solum in adipibus animalium, quae offerri debebant erat hoc, sed etiam in adipibus animalium quae non offerbantur, ut patet Leuitici capitulo quarto, scilicet. Omnis adeps domini erit iure perpetuo, nec adeps, nec sanguis omnino comederit. De quo etiam Leuitici capitulo septimo: In sacrificijs tamen demonum offerentes comedebat adipem, ita Deuteronomij capitulo 32. Et dicent vbi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam, de quorum victimis comedebat adipem, & bibebant vinum libaminum? in sacrificijs tamen Domini offerentes non bibebat de vino libaminum, sed partim fundebatur super carnes oblatas, & partim cedebat in ius sacerdotum, ut declaratum est Numeri capitulo 15. sic autem de sanguine esse potuit, quod in sacrificijs demonum comederent offerentes de sanguine.

Sacrificia Dei, & demonum valde differre bant.

Sed non potest hoc modo stare litera, quia si sic immolarent, magis peccaret populus immolando demonibus, quam comedendo cum sanguine, non ergo accusarentur de minori delicto, sed de maximo, scilicet, quod colerent: tamen non accusati sunt, ergo non offerebant demonibus. Item quia si aliquis obtulisset ibi demonibus occidisset illum Saul, quia iubebat lex, quod omnes huiusmodi occiderentur, & nequaquam parceretur eis, sicut constat Deuteronomij capitulo decimo tertio, & decimo septimo. neminem tamen hic occidit Saul, neque quicquam comminatus est, ergo non immolabant demonibus. Item Saul audiens hoc voluit ponere remedium, & fecit quod volueretur lapis magnus super quem omnes immolarent, & tunc non comederent cum sanguine: hoc tamen non erat remedium contra immolationem, quae fiebat demonibus.

Alij dicunt, quod populus comedit cum sanguine, id est, antequam sanguis aspergeretur ad honorem diuinum: dicunt enim, quod debebat quodlibet animal duci ad immolandum coram domino, & quod aspergeretur sanguis coram altari: deinde quod Israelitae comederent de carnibus, sed hic non fundebatur sanguis coram altari, sed quilibet vbi volebat, immolabat, ergo peccabant comedentes cum sanguine, scilicet, antequam fundere sanguinem coram Domino.

Sed hoc non stat: primo quia non tenebantur isti, aut aliqui occidentes animalia fundere sanguinem coram altari, de quo infra dicitur. Item quia dicitur infra, quod nunciauerunt regi, quod comederet populus

ff pulus

pulus cum sanguine, quasi hoc rex ignoraret, si tamē acciperetur sic comedere cum sanguine, rex satis hoc cognosceret, quia bene sciebat, quod nemo eorum, qui tunc ibi erant, ibat ad ostium tabernaculi ad fundendum sanguinē, ergo superuacuum, & stultum erat hoc sibi annunciari, sed annunciatum est, & tunc rex quasi nouiter illud cognoscens prouidit in hoc, ergo non accipitur isto modo comedere cum sanguine.

Item quia rex prouidit, his qualiter populus non comederet cum sanguine ponens lapidē, in quo immolarent. si tamen peccatum esset in hoc, quia non ibant ad effundendum sanguinem coram domino non esset hoc aliquod remedium, ergo aliter dicebatur, comedere cum sanguine.

Alii dicunt, quod peccabat populus comedendo cum sanguine, quia prius debebant Deo offerre primitias de pręda hostium immolando aliqua animalia, quam ipsi comederent, sed hic prius ipsi comederunt ergo peccabant.

Sed hoc non stat, primo quia non potest hoc dici comedere cum sanguine, sed comedere non offerendo, dicitur tamen, quod peccauerunt comedendo cū sanguine.

Item quia ad hoc non ponitur hic remedium, nam cum dicitur, quod occiderent omnes animalia sua super lapidē, putabat se rex prouidere, & tamen non prouideret si peccatum fuisset in hoc, quod Deo non fuit aliquid prius oblatum.

Nunc autem redeundum est ad tres modos, quibus aliquis proprie dicitur comedere cum sanguine, de quibus supra diximus, ut videatur in quo illorum intelligendum sit. Primus erat cum quis animali uidentur abscindit aliquam particulam, & comedit, sed hoc modo non potest hoc intelligi, quia nullus de ludæis abscindebat membra animalium, sed iugulabant, & postea comedeant: nam dicitur, quod mactauerunt in terra. Etiam quia non prouidebat rex quantum ad hoc, nam si in hoc peccassent nō dixisset, quod occiderent animalia super lapidē, sed solum, quod occiderent: sufficiebat enim quomodocunque occidere, quantum ad hoc.

Secundus modus comedendi cum sanguine erat, quando per se comedeatur, sicut carnes, & iste etiam non erat hic, quia populus non peccabat quantum ad modum comestionis, sed peccatum eorum habebat originem ex modo occidendi: nam dicitur, quod occidebant in terra, & tamen quantum ad hoc, quod est comedere cum sanguine nihil faciebat occidere in terra, vel non. Ite patet, quia rex prouidit super hoc faciens, quod omnes immolarent super lapidē, & sic non comederent cum sanguine, si tamen hoc modo peccarent, nihil prouidebatur sic, quia etiam postquam immolassent super lapidē poterant comedere sanguinem.

Dicendum ergo, quod tertius modus comedendi sanguinem fuit, quando populus peccauit hic, scilicet, quia cum occiderent animalia nondum erat sanguis eorum bene purgatus, & comedeant, hoc autē erat, quia immolabant super terram in plano, & ibi decorabant animalia, non poterat autem sanguis effundi de mēbris, ideo cum postquam carnes frigerent manebat ibi gelidus sanguis diffusus per totam carnem, illum cum carnibus comedeant. Hoc autem apparet, quia dicitur, ac iugulabant in terra, & ad hoc sequebatur non effundi sanguinem de uenis animalium.

Item quia rex ad hoc prouidit faciens, quod omnes immolarent super lapidē, quasi sic sanguis efflueret: nec enim ad aliud proficiebat immolatio super lapidē, nisi quia inclinato capite animalis un-

uersus sanguis effluebat per locum percussurę, ideo fecit lapidē aduolui.

An tenerentur Israelita immolare animalia coram Sanctuario, & ibi fundere sanguinem. Quęst. XXV.

Quęst. XXV. Vltius circa id, quod supra dicebant quidam, scilicet, quod peccarent isti quia non ducebant animalia ad immolandum coram Sanctuario, & quod ibi fundetur sanguis eorum coram altari, tenerentur hoc facere.

Aliquis dicit, quod sic, quia Leuitici decimo septimo cap. dicitur: Homo quilibet de filiis Israel, si occiderit bouem, aut ouem, siue capram in castris, vel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino, sanguinis erit reus: oportet ergo quod omnis occisio animalium fieret ad ostium tabernaculi coram altari.

In contrarium videtur, quod hoc Deus non iussit, quoniam obligaret sic Israelitas ad impossibile: non enim poterant de omnibus locis Israelite venire ad occidendum omnia animalia, quę comesturi erant in Sanctuario. Item nullius utilitatis hoc erat, quia quod animalia, quę offerenda erant, & cremanda in altari offerrentur, & immolarentur in Sanctuario, quia istud fiebat ad laudem Dei, quod tamen animalia illa de quibus nihil Deo prouenire debebat occiderentur intra Sanctuarium inutile erat, & nimis scđatiuum, quia cum omnia animalia ibi occiderentur, replerentur cuncta sanguine, & esset templum nimis banauisum, ita ut iam non esset domus orationis, ut patet Isaia capitulo 56. sed esset carnificum domus.

Item si hoc fieret Christus non nimis zelasset mundiciam domus Dei, ipse tamen zelauit eam, unde euerit cathedras vendentium columbas, & effudit menfas nummulariorum, nec sinebat transferri æs per templum. De hoc Matth. vigesimo primo capitulo, & Marci undecimo, & Ioannes secundo. Si tamen ibi occiderentur omnes carnes, quas totus populus comedere debebat, maior negociatio esset illa, & immunditia, quam quod venderent columbas in templo, & essent ibi menfe nummulariorum.

Respondendum est, quod non debebant Israelite occidere ad ostium tabernaculi aliquid de animalibus, quod ipsi comesturi erant, sed solum illa, quę offererebant domino. Patet hoc Deuteronomij capitulo, duodecimo. ubi ponitur ista differentia, & primo dicitur de sacrificijs: Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem uideris, sed in eo, quem elegerit dominus in vna tribuum tuarum, offeres hostias. Postea autem dicitur de carnibus, quas comedeant Israelite, ubi & qualiter deberent eas comedere. Et dicitur, sin autem comedere uolueris, & te esus carnium delectauerit, occide & comede, iuxta benedictionem Dei tui, quam dedit tibi in urbibus tuis: ergo poterant in urbibus suis, scilicet extra locum Sanctuarij occidere animalia, & comedere. Item patet hoc, quia ad hoc, quod Israelite comederent de carnibus, quas offererebant domino non requirebatur, nisi quod non comederent cum sanguine: ergo non erat necesse, quod portarent animalia ad immolandum in locum sanctuarij. Patet hoc, quia Deuteronomij capitulo duodecimo, dicitur: Comedes in urbibus tuis, siue immundum, hoc est maculatum fuerit, & de bile, siue mundum, hoc est integrum, & sine macula, & qđ offerri licet, sicut capream, & ceruum comedes absque esu dumtaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam fundes. Iterum autem in eodem capitulo, ponitur

ponitur differentia carnium, quę offererebantur, a non oblaris: nam dicitur: Occides de armentis, & pecoribus, quę habueris, & comedes in oppidis tuis, ut tibi placet, sicut comeditur caprea, & ceruus, ita uesceris eis, & mundus, & immundus in communis uesceris, hoc solum caue, ne sanguinem comedas. ergo non erat obseruanda aliqua alia cęremonia in his, nisi quod sanguis non comederetur. Et subditur immediate: Quę autem sanctificaueris, & uoueris domino, tolles & uenies ad locum, quem elegerit dominus, & offeres oblationes tuas carnem, & sanguinem super altare, ergo non debebant Iudæi ducere in locū Sanctuarij aliqua animalia ad iugulandum coram altari, nisi illa, quę offerenda erant.

Cum autem arguebatur Leuitici 17. cap. quod qui occideret bouem, vel ouem, &c. dicendum, quod intelligitur de occisione, quę erat ad sacrificium, in qua non licebat alicui immolare extra locum Sanctuarij, quodcumque tamen alia iugulabantur ad cibos hominum, poterant immolari in quocunque loco, ut colligitur ibidem, cum dicitur: Homo de domo Israel, si occiderit bouem, aut ouem, siue capram in castris, vel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino: ergo de oblatione intelligitur, alioquin diceretur, quod quicumque occiderit aliquid animal etia ad cibos suos, teneretur aliquid offerre de illo, sed hoc falsum est. Patet hoc etia magis in eadem litera, cum dicitur, & ideo offerre debet sacerdoti filij Israel hostias suas, quas occidit in agro, & immolent eas hostias pacificas domino, & postea sequitur, & nequaquam ultra immolabant hostias suas demonibus. De solis ergo animalibus, quę occidebantur ad offerendum domino intelligitur illud, quod quidam immolabant sacrificia domino extra locum Sanctuarij in agris, & ubicumque uolebant. De aliis autem animalibus nihil ibi iubetur, ideo nō peccauerunt Israelite comedentes cum sanguine, id est non offerentes ad ostium tabernaculi, sed solum, quia non diluebatur sanguis de corporibus pecorum, hoc autem tenet Iosephus 7. Antiquitatum dicens: Hoc autem a scriba nunciatum est regi, quando populus in Deum peccaret, & occisus pecoribus antequam sanguis bene dilueretur nondum purgatis carnibus uescerentur.

Nunciauerunt autem Sauli. Hoc nunciauerunt scribę, ut ait Iosephus, scilicet doctores legis. Erant autem inter Israelitas pugnantes quidam sapientiores in lege, qui potissime habebant zelum legis corrigentes omnia, quę inique uidebant fieri. isti autem uocantur scribę, de quibus Marth. capit. 23. dicitur, super cathedram Moyfi, sederunt scribę, & Pharisei, quęcumque dixerint uobis facite.

Dicentes quod populus peccasset domino. Id est peccasset contra dominum, scilicet istud peccatum non erat contra aliquem, nisi contra Deum, & non cōtra proximos, quia hic erat transgressio cuiusdam cęremonie. omnes autem cęremonie ad cultum Dei specia liter pertinent.

Comedens cum sanguine. Id est peccatum erat solum, quia comedeantur carnes nō dum euacuato sanguine, hoc tamen uetitum erat a principio antequam daretur lex Iudæorum Gene. capitulo 9. postea nimis diligerent uentum est Leuitici 17. cap. & Deuteron. 12.

Qui ait, prauaricati estis. Hoc dixit Saul ad scribas, qui nunciauerunt ei, & non quidem tanquam scribę peccassent, quia ipsi potius populi peccatum nunciabant, sed locutus fuit tanquam ad populum. Nisi forte aliquis diceret, quod dixit hoc, quia fuerant scribę negligentes non corrigendo prius peccatum populi, vel non denunciando, sed primum est melius. Aliquis

Alph. Toft. In Primum Regum,

tamen dicit aliter, scilicet, quod locutus fuit hic Saul ad populum increpando, quod peccasset, sed falsum est, quia non locutus fuit ipse populo, sed iussit denunciari illi, ut patet immediate, scilicet, dispergimini in uulgus, & dicite eis, ut adducat ad me unusquisque bouē suum, non ergo loquebatur populo, sed scribis.

Voluit ad me iam nunc saxum grandem. Voluit prouidere Saul, ne amplius populus peccaret, & quia peccatum populi consistebat in hoc, quod immolabant animalia in terra, & ob hoc non poterat euacuari sanguis, & comedeat cum sanguine, iussit ut eleuaretur lapis magnus, super quem immolarentur omnia animalia, & pendente capite cuiusque pecoris iugulati posset uniuersus sanguis effluere. prius autem in terra plana iugulabant.

Et dixit Saul, dispergimini in uulgus. Hoc dicit Saul scribis, scilicet, ut denunciarent toti populo, quod amplius non comederent cum sanguine, sed uenirent ad occidendum animalia sua super lapidē magnum coram Saule, & ut totus populus audiret dispersi fuerit scribę per uulgus, id est per totum populum.

Et dicite eis, ut adducat ad me unusquisque bouem suum, & arietem. Non dicitur hoc, tanquam quilibet occideret arietem, & bouem pro seipso, quia pro multis uiris sufficiebat unus bos, & unus aries: sed dicit, quod quilibet qui immolaturus esset bouem, vel arietem ueniret coram Saule, scilicet, ut super lapidē illum magnum omnes immolarent, & sic diligēter rex uolebat fieri iugulationem, ut nemo comederet cum sanguine, & ut nullus secus ageret uoluit coram ipso fieri omnes immolationes.

Et occidite super istud. Id est, quilibet occidat super istum lapidē, scilicet, ut hic possit sanguis bene dilui de corporibus pecorum.

Et uescimini. Id est postea comederis, scilicet carnes mundas sine sanguine.

Et non peccabitis domino comedentes cum sanguine. Id est sic faciendo non peccabitis, scilicet, quia suspensis, siue inclinatis pecoribus super lapidē magnum totus sanguis diluetur, & non comēdetis cum sanguine, & sic non peccabitis.

Adduxit itaque omnis populus unusquisque bouem in manu sua. Id est audito pręcepto omnes duxerunt boues, vel arietes, aut quicquid occidere debebant, ut iugularent super lapidē illum, de quo rex dixerat. Et dicitur, quod ducebant bouem, aut ouem in manu sua, id est ante se, quia manifestum est, quod nemo poterat ducere bouem in manu. Iste autem est modus loquendi scripturę, sic patet infra 16. capitulo, cum dixit dominus ad Samuelem, uitulum de armento tolles in manu tua.

Vsq̄ ad noctem, & occiderunt ibi. Id est durauit populus ducendo boues, & arietes ad occidendum coram rege vsque ad noctem.

Ex quo patet, quod aliquanta pars diei supererat, quando populus declinavit ad prędam, cum totus populus postea duxerit pecora sua coram rege, & ibi successiue occiderint, hoc autem totum ante noctem factum est.

An populus peccauerit comedendo cum sanguine. Quęst. XXVI.

Quęst. XXVI. Vltius aliquis, an populus peccauerit hic comedendo cum sanguine.

Et videtur, quod sic, quia dicit supra nunciauerunt autem Sauli dicētes, quod populus peccasset domino comedens cū sanguine. Item patet, quia dixit Saul pręuaricati estis, & postea subditur occidite super lapidē istum, & uescimini, & nō peccabitis domino comedentes

Ff 2 dentes

dentes cum sanguine, ergo peccauerant, quando comedebant cum sanguine.

In contrarium videtur, quod non peccauerint, quia si peccauissent Deus intulisset eis aliquod malum, vel rex, qui erat nimis zelator Dei nunc, sed neuter eorum aliquid infligit: ergo non peccauerunt. Patet hoc de Deo, nam cum peccatum Ionathae, quasi nullum esset immo vere nullum, quia tamen habebat aliquam si nihil inordinem peccati, Deus noluit transire Ionatham totaliter impunem, sed propter eum non respondit consulentibus: si ergo populus peccauisset magis propter eum subtraheret, & tamen non subtraheret propter populum, sed propter Ionatham, ut patet infra, ergo non peccauit populus. De Saule autem patet hoc, scilicet, quia ipse infixisset penam, si peccauisset, quod patet quantum ad filium suum Ionatham. Nam quia repertus est peccasse saltem apparenter dixit: haec faciat mihi dominus, & haec addat, quia morte morieris Ionatha. populo tamen nihil intulit mali, nec etiam saltem comminatus est, ergo non peccauit.

Respondendum est, quod populus peccauit hic, nam comedit cum sanguine. istud autem erat nimis vitium, nam qui comedit sanguinem iudicabatur, tanquam si occidisset hominem, & Deus nimis videbatur illi iratus, ut patet Leuitici vigesimo septimo capitulo, scilicet. Homo quilibet de domo Israel, si comederit sanguinem obfirmabo faciem meam contra animam illius, ut disperdam eam de populo suo, cum ergo isti comedisent sanguinem incurrerent graue delictum. Satis enim patet hic ex litera cum de eo increpentur: fuit tamen istud peccatum in populo paruum, eo quod erat populus fatigatus nimis, & diuerrens ad praedam atque occidens non respiciebat, an comederet cum sanguine. Quod autem non fuerit hic populus punitus ad aliud pertinet: non enim est sufficiens argumentum, populus non fuit punitus, ergo non peccauit.

Quare tamen non fuerit punitus, aliqui putant esse causam, quia totus populus fere peccauerat, delictio autem multitudinis paritur, ut patet in capitulo lateres. extra de clericis excommunic. ministran. Sed hoc non stat, nam in foro humano paritur delictio multitudinis: Deus tamen nihil magis curat, quod peccauerit multitudo, vel vnus vir: vtrouique enim aequaliter punit, quod patet in peccato Sodomorum, vbi non peccauerat vnusquisque, vel pauci, sed quatuor vrbes, & ille cum omnibus simul, qui in eis erant, incendio consumptae sunt Genes. decimonono capitulo. Sic etiam toto populo Hebraeo peccante totum tradidit captiuandum Assyrijs, & Babylonijs. Causa differentiae in punitioibus Dei, & legum humanarum est, quia lex humana attendit bonum politiae cuius est regulatiua. Politia autem est ordo quidam ipsius multitudinis ciuilis, ad quam dirigendam introductae sunt leges, quia sine illis nullum bonum esse poterat in politia. Quod autem propter aliquod peccatum in quod incidissent omnes de politia, vel multi illorum omnes perirent erat graue politiae: nam destructis partibus politiae, ipsa destructa erat, quod fieret propter legem: leges tamen sunt introductae propter politiam, & non politia propter leges: ergo lex secundum quam deberet perire magna pars politiae propter aliquod delictum, valde nocua est politiae, & ob hoc omnes leges humanae talem multitudinis punitioem ventant. In iudicio autem Dei secus est, cuius causa est, quia ipse punit nos in quantum ordinamur ad eum, tanquam ad rectorem. Bonum autem quod in hac subordinatione attenditur est bonum commune, scilicet, secundum quod ratio nostra applicatur rationi

Non est simile in foro humano, & diuino respectu peccati multitudinis in puniendo.

Quare leges humanae non puniunt cointeritatem, Deus tamen sic.

diuinae dirigenti omnia: in quantum, ergo ab illa ratione declinamus malum quoddam est, & tunc per legem Dei punimur. secundum hanc autem non solum puniuntur personae priuatae, sed etiam vnus regnum simul, & multa regna si delinquant. Hoc idem quia nos subordinamur legibus Dei, & sumus propter illas, ideo si ille exigant, moriendum nobis est. In legibus autem humanis secus est, quia quamquam quilibet de vrbe sit subiectus legi vrbis, tota ciuitas tamen simul periret, quia tamen est istud contra bonum vrbis, nulla lex est, quae talia iubeat, lex tamen Dei iubet, quia ipsa non est propter nos, sed nos propter ipsam.

Apparet ergo, quod Deus non dimittit peccatum multitudinis dans veniam, quia multitudo est, sed ita punit plures, sicut vnus, ergo non fuit hic populus sine poena, quia populus erat, sed propter aliam causam.

Dicendum ergo, quod Deus non punit populum pro hoc delicto, quia quasi ignoranter egerunt, scilicet cum essent famelici nimis non respiciebant, an cum sanguine comederent, & ob hoc dignum erat venia.

De Saule autem dicendum est, quod non punitur multitudinem forte, quia vidit, quod agebat ex ignorantia, & talia peccata remittenda sunt, potissimum cum populus esset fatigatus nimis, & aliquid ei indulgendum erat.

Aliter potest dici, quod Saul cum esset rex debebat iudicare secundum modum politiae humanae. In politia autem hac peccata totius multitudinis, vel maioris partis dimittuntur, quia melius est politiae legem quantum ad illam partem non obseruare, quam tantam perire multitudinem, sed hic fere totus populus peccauerat, ideo Saul non punitur. Sed ista responsio non multum stat, nam in iudicio Israelitarum secundum legem Dei puniebant magnam multitudinem, si peccaret: sicut patet quando duae tribus, & dimidia fecerunt altare apud Iordanem, nam reliquae nouem tribus, & dimidia volebant contra illas facere bellum easque penitus delere, nisi declarassent, quod non fecerant animo recedendi a Deo, ut patet Iosue ca. 22.

Dicendum ergo, ut prius, quod fecit Saul, quia populus peccauerat hic, quasi ad ignorantiam, ideo non punitur, vel forte dato, quod voluisset punire non auderet, quia totus populus peccauerat, ipse autem non poterat punire omnes.

Sed tunc dicitur, quare ergo Deus propter Ionatham, qui ignoranter peccauit, noluit respondere populo, ut infra patet, ita ergo debuisset etiam facere pro peccato populo, quamquam esset per ignorantiam.

Respondendum est, quod Deus non subtrahit consulentibus, tanquam hoc faceret in penam peccati Ionathae, sed magis ad significandum quod erat innocens, nam multi de populo scientes, quod Ionathas comederat contra praecipuum positum nesciebant, an egisset per ignorantiam, vel contemnendo praecipuum, ideo plerique existimabant eum reum esse. & si Deus eum non puniret, putabant esse illum acceptatorem personarum: noluit ergo respondere Deus, ut manifestaretur innocentia Ionathae, si quia eo non respondente quaereretur, quare hoc fieret ponendo sortes, & tunc inuenio, quod propter Ionatham hoc fiebat, necesse erat, ut ipse redderet rationem facti sui, & sic manifestaretur eius innocentia, alias autem putaretur deliquisse. De populo autem non fuit necesse, quod Deus monstraret aliquid propter peccatum populi: nam manifestum erat peccatum eius cum Saul illud redarguisset, & pudisset, ne fieret: non oportebat, ergo quod Deus puniret

Deus non punit peccatum huius populi, quia per ignorantiam peccauerant.

Cum Deus post peccatum Ionathae noluit trisa dare.

puniret populares propter illud, cum propter ignorantiam quodammodo fieret: nec oportebat, ut Deus monstraret aliquid signum peccati illius, quoniam illud cognitum erat, ideo expediens fuit, quod subtraheret propter peccatum Ionathae non respondendo consulentibus, sed quod propter populi peccatum nihil faceret.

Dubium dissoluit.

Sed adhuc dicitur de Saule, quare Saul voluit punire Ionatham pro peccato, quod fecit hic ignoranter, populo autem quamquam ignoranter peccauerit nihil comminatus est.

Dicendum, quod cum Saul vidit, quod Deus non respondebat ei, putauit peccatum graue fuisse alicuius de populo, propter quod non responderetur, ideo antequam sciret per quem accidebat, iurauit quod puniret eum dicens: viuit saluator Israel, quia si per Ionatham filium meum factum est absque retractatione morieris. Cum autem postea cognitum fuisset, quod istud acciderat propter Ionatham, putans Saul, quod in aliquo grauius peccasset Ionathas, dixit: haec faciat mihi Deus, & haec addat, quia morte morieris Ionathas: postea tamen populus visa eius excusatione legitima, scilicet, quod ignoranter egisset, ait: viuit dominus si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie, ut patet infra. De populo autem secus erat, quia peccatum eius cognitum fuit a principio, quod per ignorantiam factum esset, ideo non habuit Saul occasionem interminandi poenam pro hac causa.

Aedificauit autem Saul altare Domino. Scilicet in loco illo, vbi populus sedit ad manducandum post praedam illa nocte. De isto autem aliqui dicunt, quod non fuit aliud quam lapis ille magnus, quem intulit volui Saul, super quem totus populus pecora sua occidit. dicunt etiam, quod ibi sanguis fundebatur, & immolabantur adipēs.

An altare, quod Saul aedificauit Deo, sit lapis, quem voluerat fecerat. Quae. XXVII.

Quaeret aliquis, an hoc verum sit, vel illud altare erat aliquod aedificium, quod nouiter construxisset Saul ad offerendum ibi hostias.

Respondendum, quod non patet plene ex litera, quid istorum esset: satis tamen rationabiliter dicitur, quod non esset altare ille lapis, sed aliquod alterum aedificium, quia altare fiebat ad offerendum ibi hostias, & cremandum super illud, sed ille lapis non erat sic expositus, ut ibi fierent sacrificia, nam lapis ille erat declinatus, & pronus, ut reliquo corpore pecoris erecto in sublimi caput penderet, ut sic vnuerfus sanguis fluere posset. Nam non erat positus propter aliquid aliud, nisi ut taliter animalia immolarentur ibi, quod non comederet populus cum sanguine, sicut comedeat, quando iugulabant in terra. Talis autem erectio lapidis non conueniebat altari, quia altare debet esse aliquod arduum, & planum, super quod partes animalium conuenienter ponit, & cremari possint. Item non stat, quia dicebant illi, qui volebant altare istud, & lapidem, de quo supra dicitur, esse idem, quod super istum lapidem fundebant Israelitarum sanguinem, & cremabant adipēs.

Hoc tamen non stat: primo, quia hoc conuenit ad sacrificia, sed in sacrificijs, nunquam immolabatur animal per manum alicuius laici, sed sacerdos ille faciebat, hic tamen laici immolabant, ut patet in litera, scilicet, adduxit itaque omnis populus vnusquisque bouem in manu sua vsque ad noctem, & occiderunt ibi: ergo non faciebant hoc super altare.

Alph. Toft. In Primum Regum,

Item non stat, quia si fudissent sanguinem super altare, & cremarent adipēs esset sacrificium. In nullo tamen sacrificio occidebantur animalia super altare, sed apud altare, scilicet ad latus eius, ut patet Leuitici capitulo primo. hic tamen immolabantur animalia super lapidem illum, ut posset fluere sanguis de loco sublimi, ut patet hic: ergo non erat altare. Item si super lapidem illum iugularentur animalia, fluere sanguis super illum lapidem: in sacrificio tamen non fiebat sic, sed postquam animal iugulatum erat, fundebatur sanguis per circuitum altaris, vel ad basim eius, ut patet Leuitici capitulo primo, tertio, & quarto: maxime, quia si sic fieret, esset sacrificium pacificum cum in sacrificio pacifico solus sanguis fundatur, & cremetur adipēs Leui. c. 3. sed in isto sacrificio fundebatur sanguis per circuitum altaris, eodem capitulo.

Item non potest stare, quod ibi cremarentur adipēs, quia oportebat tunc super illum lapidem esse valde magnum ignem, ut cremarentur adipēs omnium animalium, quae immolabantur. Sed hoc non stat, quia tunc non posset super lapidem iugulari animalia: iugulabantur tamen, cum ille lapis ideo fuisset erectus, ut super illum animalibus immolatis sanguis deflueret. ergo non erat ille lapis altare.

Item patet, quia dicitur hic, quod Saul aedificauit altare: si tamen esset lapis ille altare non fuisset ibi aliqua aedificatio, quia solum dixit Saul, quod volueretur lapis, ergo altare, & lapis ille distinguebatur. Item quia supra dicitur, quomodo lapis ille fuerit aduolutus, & ibi populus occidebat animalia: postea dicitur quod Saul aedificauit altare, ergo altare, & lapis non sunt idem.

Sed dicendum, quod erexit ibi Saul aliter altare, in quo hostias Deo offerret, qui victoriam ei dederat.

Saul quare aedificauit altare in Eremo. Quae. XXVII.

Quaeret aliquis ad quid Saul aedificauit altare in Eremo. Respondendum est, quod Saul accepit victoriam in speratam a Deo, ideo pro tanto beneficio volens ei quantum poterat gratias agere aedificauit altare, vbi offerret sacrificia.

Aliter dici potest, quod Saul fecit altare ad memoriam victoriae, & quamquam tunc obtulerit ibi sacrificia, magis tamen faciebat ad memoriam posterorum, ut scirent quoniam vsque ad locum illum Deus dederat magnificam victoriam Israelitis contra Philistinos. Sic enim tempore Samuelis cum Deus dederet victoriam Israelitis contra Philistinos, posuerunt lapidem magnum in signum victoriae huius, ut patet capitulo septimo. scilicet. Tulit Saul lapidem vnum, & posuit inter Masphat, & inter Sen, & vocauit nomen loci illius Lapis adiutorij: dixitque hucusque auxiliatus est nobis dominus. Sic etiam quando pugnavit Iosue contra Amalechitas, aedificauit Moyses altare in memoriam illius victoriae, ut patet Exodi capitulo decimo septimo, scilicet. Aedificauitque Moyses altare, & vocauit nomen eius: Dominus exaltatio mea, dicens: quia manus solus domini, & bellum Dei erit contra Amalec. sic etiam in memoriam aliarum rerum gestarum fiebant altaria, vel tituli in modum altarium, ut patet Exodi vigesimo quarto capitulo, quando factum est ibi altare, & positi sunt duodecim tituli, scilicet in memoriam confirmationis legis, quae ibi facta est. Sic etiam quando iterum confirmata fuit lex in ingressu terrae Chanaan, fabricauerunt Israelitarum altare, & scripserunt in lapidibus magnis Deuteronom. ut patet Deuteronom. cap. 27. &

Ff 3 Iosue

Iosue octauo. sic igitur altare istud fieri potuit ad memoriam beneficij a Deo collari. Sic quoque fieri potuit ad laudem ipsius Saul, vt maneret recordatio, qd ibi vicisset Philistinios. Sic enim reges facere soliti erant, quando aliqua bella magna gesserant, scilicet, construebant aliquod edificium in memoriam illius belli, sic quoque ipse Saul fecit, quando vicerat Amalechitas, vt patet sequenti capitu. nam in monte Carmelo erexit cornicem triumphalem, idest quendam arcum lapideum, vel lateritium fecit ad memoriam victoriae. Sic quoque Dauid fecit sibi in memoriam postquam fecit multa bella. sic patet infra secundo libro, capitulo octauo, scilicet, fecit quoque Dauid sibi nomen cum reuertetur capta Syria in valle Salarum.

An Saul peccauerit edificando altare.
Quaest. XXIIX.

QVAERETUR vterius, an Saul peccauerit edificando istud altare.

Aliquis dicit, quod sic, quia Deus veterat oblationes aliquas fieri, vel esse aliqua alia altaria praeter illud, quod erat ad ostium tabernaculi, & quod ibi omnia sacrificia fierent Leuitici decimo septimo, & Deuteronomij duodecimo capitulo. Item patet, quia cum duae tribus, & dimidia construxerunt altare magnum apud Iordanem, aliae tribus Israel parauerunt se ad pugnam contra illas, & dicitur ibi, quod edificauerunt altare sacrilegum, & postea duae tribus, & dimidia excusauerunt se dicentes, absit a nobis hoc scelus, vt recedamus a domino constructo altari, praeter altare Dei nostri, quod constructum est ante tabernaculum eius: Iosue cap. 22. ergo peccatum erat aliquod alterum altare fieri.

In contrarium dicitur, quod non peccauit hic Saul, quia quando Saul peccabat arguebat eum Samuel, dicens: stultè egisti, eo quod fecit sacrificium ante aduentum eius. Etiam sequenti capitulo increpauit eum, quia non occidisset regem Amalec, & pecora, sed pro hoc non increpauit: ergo non peccauit in isto.

Item patet, quia quando Deus noluit hic respondere quaesivit Saul, propter quid non responderet, & inuentum est, quod propter Ionatham: si tamen istud fuisset peccatum, esset sufficiens ad hoc, quod Deus non responderet propter illud: potissime, quia satis apparet, quod Saul existimabat hoc sibi esse licitum, nam alias non egisset, cum tunc esset nimis zelator diuinae iustitiae, ita vt voluerit filium suum occidere propter Deum, ibi quoque erant sacerdotes, vt Achias, qui videbatur esse summus sacerdos, q non permisisset Saul hoc facere, si peccatum esset.

Respondendum est, quod non potest penitus patere, an peccauerit in hoc, vel non. Magis tamen dicendum videtur, quod non peccauit: nam Samuel instruebat Saulem hoc tempore, & creditur, quod fuerit cum eo in bello, quia ascendit cum ipso de Galgala in Gabaa, vt patet praecedenti capitulo. ipse tamen nihil permisisset facere Sauli, quod illicitum esset.

Sed adhuc dicendum est magis, quod aut Saul faciebat istud altare ad memoriam rerum praeteritarum, scilicet, vt sciretur, quod ibi Deus dederat victoriam Israelitis, vel faciebat ad offerendum ibi sacrificia. Si primo modo nullum peccatum erat, quia solum erat verum fieri altaria, quae essent ad offerendum ibi sacrificia, sed non ad signandum ibi aliquid. Quod apparet, quia quando duae tribus, & dimidia construxerunt altare apud Iordanem, reliquae tribus existimantes, quod illi hoc fecerant ad offerendum sacrificia, volebant procedere ad bellum contra illas: cognito

autem, quod factum fuisset altare solum ad memoriam, & in signum, quod illae duae tribus, & dimidia habebant partem in Deo Israel, ceterae tribus laudantes earum propositum non pugnaverunt, nec destruxerunt altare, ita Iosue 22. capit. sic ergo licuisset Sauli altare construere ad memoriam victoriae a Deo collatae.

Si autem dicatur, quod istud altare fuit factum ad sacrificia, dicendum etiam quod licebat Sauli. In hoc tamen Iudaei, & Nicolaus dicunt, quod toto tempore, quod fluxit ex quo arca recessit de Silo quousque locata fuit in templo Salomonis licuit cuicumque immolare, vbi vellet, & sic liceret Sauli construere altare, vbi vellet. Sed hoc improbauimus supra capitulo septimo. nulli enim licebat hoc, nisi viris, qui specialiter mouebantur a Deo, sicut erant prophetae, nam isti non solum hoc tempore, sed etiam alijs temporibus poterant altaria construere extra Sanctuarium, sicut patet de Elia, qui eo tempore, quo erat arca in templo Salomonis fecit altare in monte Carmelo, & immolauit ibi infra tertio libro, capitulo decimo octauo.

Sed dicendum, quod licuit Sauli construere altare, quia Samuel, qui ibi esse videbatur non permetteret ei hoc facere, si non liceret, si autem non concedas, quod ibi esset tunc Samuel, adhuc firmitus patet, quod liceret, quia erat ibi arca domini, & coram illa licebat cuicumque offerre in quocumque loco esset, vt patet de Dauid, qui cum transferret arcam in domum suam, cum transiissent sex passus illi, qui portabant arcam immolabant bouem, & arietem, vt infra secundo libro capitulo sexto. Bethsamitae quoque coram arca immolauerunt, vt patet supra capitulo sexto. & erat etiam ipsa extra Sanctuarium: neutri tamen in hoc culpantur. Quod autem esset ibi arca, apparet, quia dicitur supra. Arca autem Dei erat in die illa cum filiis Israel, & coram illa volebat Achias consulere dominum, vnde dixit Saul applica arcam domini.

Sed aliquis forte dicit, quod quamquam ibi esset, tamen nunc non erat hic, quia illud est, quando Israelitae erant in Gabaa, postea tamen inde recesserunt persequentes velociter Philistinios, tunc autem non apparet, quod secum arcam duxerint.

Respondendum est, quod illam duxerunt, vt patet ex verbis sacerdotis infra, quia cum Saul vellet persequi Philistinios, dixit sacerdos: accedamus huc ad dominum &c. ergo oportet dicere, quod ibi erat arca alioquin non haberent aliquem locum specialem, ad quem accederent, in quo esset Deus, sed vbi que diceretur esse: erat ergo ibi arca, & sic licebat coram illa fieri altare, & immolare. Si tamen aliquis vellet per omnia contendere, dicens, quod non erat ibi arca, adhuc dicendum est, quod cum dubium esset, an liceret Sauli hoc facere, magis interpretandum est, quod licuisset, quam quod peccauerit, quamquam probationes superiores satis demonstrant.

Tunc primum cepit edificare altare domino. Scilicet, istud fuit primum altare, quod construxit Saul, nam ante hoc sacrificia fecerat in Galgala, vt patet praecedenti capitulo. ibi tamen non construxit ipse altare, quia constructum erat ante hoc, cum multi de populo consueuissent ibi immolare. Dicitur autem hic de isto altari, quia postea Saul fecit alia altaria, & inter illa fuit primum istud, de alijs autem non legitur, sicut de hoc.

Et dixit Saul. Hic ponitur tertium huius secundae partis, scilicet facti inquisitio, & hoc fuit, quod inquireretur quis in toto populo peccasset, propter quod Deus non responderet. Et ponitur hic primo occasio huius inquisitionis, scilicet, quomodo Saul consuluit dominum, & non respondit ei.

Irruamus

Irruamus super Philistinios nocte. Hoc dixit Saul ad totum populum, laetatus fuerat enim ex victoria, quam Deus ei tribuerat, ideo volebat illam complete habere, scilicet non relinquendo aliquem de Philistinis. Et dixit irruamus super Philistinios, quasi Philistini essent sedentes, & tranquilli. Credebat enim Saul, quod Philistini fugientes a facie Israel videntes, quod Hebraei ante solis occasum destitissent a prosecutione: putarent, quod iam nolebant ultra prosequi illos, & quia nimis fatigati erant, sicut Hebraei fuga totius diei & abstinentia a cibo, sederent in aliquo loco nocte illa ad sumendum aliquid de cibo, & paululum quietis: tunc autem poterant Israelitae irruere super eos subito, & occidere: potissime, quia Philistini nesciebant vias terrae illius, sicut Hebraei, & praecipue, quia nox erat, ideo nemo posset effugere.

Et vastemus eos usque dum illucescat mane. Idest percutiamus eos usque ad auroram. Intellegebat enim Saul quod magis poterat per noctem percutere eos, quam die apparente. Et hoc quia per noctem essent Philistini tranquilli non existimantes, quod persecururi essent eos Hebraei. Etiam quia per noctem Philistini, qui erant viarum terrae incij, euadere non possent.

Non derelinquamus de his virum. Scilicet, quia si ista nocte irruerimus super eos, nullus euadet.

Dixitque populus, omne quod bonum videtur in oculis tuis fac. Videbat populus, quod Saul illa die prosperatus fuisset in bello, & cum nunc maiorem adhuc cernebat animositatem eius ad laudem patriae, nemo ei resistit, sed dixerunt, omne quod bonum videtur in oculis tuis, idest omne quod apparet tibi bonum, fac.

Et ait sacerdos. Iste sacerdos videns, quod populus consensisset Sauli de eundo ad bellum, & non consulere dominum super hoc, credens super hoc fore periculum, dixit, quod consulerent dominum prius. Iste sacerdos videtur, quod erat Achias, quia supra dicitur, quod ipse consuluit dominum, vel consulere volebat, antequam Saul recederet de Gabaa, ipse igitur hic consulere.

Item patet, quia dicitur supra in litera, quod Achias portabat Ephod: maxime tamen pertinebat consulere dominum ad portatem Ephod, immo nullus alius de sacerdotibus poterat consulere, nisi illud portaret, quia sacerdos propter eius praesentiam Deus respondebat: vnde sacerdos, quando erat indutus rationali, & Ephod, dicebatur portare iudicium filiorum Israel in pectore suo, vt patet Exodi vigesimo octauo capitulo. Iosephus tamen sexto Antiquitatum dixit, quod iste sacerdos erat Achitob, & verum est, quod Achitob fuit sacerdos magnus, sed an tunc viuens esset, & dato quod viueret, an ibi esset, non patet: magis autem credendum, quod erat Achias, quia si ipse ibi fuisset non portaret filius eius Achias Ephod, quia solum portabat hoc summus sacerdos, nunquam tamen erat, nisi vnus summus sacerdos. Nisi forte dicas, quod erat nimis senex Achitob, & faciebat, quod filius eius Achias ministraret pro eo, sicut fecit Heli summus sacerdos, quod filius suus Phinees ministraret pro eo in summo sacerdotio, quia iam ipse erat grandaeuus, & caligauerant oculi eius, vt ait Iosephus sexto Antiquitatum, sed tunc non veniret Achitob ad bellum, & sic Achias consulere dominum hic. Item si Achitob erat in bello, & ipse consuluit hic dominum, non est verisimile, quod aliquis alius eo praesente consulere dominum. Dicendum ergo, quod iste sacerdos, de quo hic, erat Achias.

Accedamus huc ad dominum. Idest ad consulendum dominum, scilicet sacerdos iste volebat, quod consulerent dominum, antequam irent ad bellum. Et quia consultatio illa debebat fieri coram arca ad honorem Alpha. Tost. In Primum Regum.

quendam Dei, & tunc Saul, & sacerdos non erant apud arcam, dixit sacerdos, accedamus huc ad dominum, idest ad arcam testamenti, in qua specialiter erat Deus. In hebreo habetur hic, accedamus vterius ad dominum, sed eadem significatio est, scilicet, quod non erat Saul, & sacerdos apud arcam, sed ipsa erat ultra eos, ideo dixit sacerdos accedamus vterius, scilicet quousque veniamus ad arcam.

Sciendum autem, quod sacerdotes magni, non consueuerant consulere dominum coram arca, sed vbiunque essent induti vestibus sacris consulebant, quia tamen hic erat arca, videbatur esse honestius, quod coram ea consulerent dominum, cum ibi esset specialiter Deus, quam in aliquo alio loco: sic enim fecerunt supra, cum iuberet Saul sacerdoti, quod consuleret dominum, dixit ei, applica arcam domini, idest applica te ad arcam.

Quare Saul voluit consulere hic dominum, an persequeretur Philistinios. Quaest. XXIIX.

QVAERET aliquis, quare Saul consulebat hic dominum, scilicet, an aliquid instaret propter quod consuleret dominum, & quare consulebat hic dominum cum in bello praecedenti non consulisset.

Dicit aliquis, quod nullam causam habebat Saul consulendi dominum, nam consulere est pro rebus dubijs, hic autem manifestus erat euentus, quia cum tota die persecuti fuissent hostes suos, percusserant eos, nunc ergo continuare volentes eandem persecutionem non videtur, quod deberent consulere dominum, sed quasi certi continuarent.

Respondendum est, quod Saul, & populus hoc nolebant, nam non dixit Saul, quod consuleret dominum, sed quod irruerent super Philistinios nocte, sacerdos autem videns, quod non proponerent consulere dominum, dixit quod consulerent cui consensit Saul. Ratio huius est, quia iam populus cessauerat a persecutione hostium suorum, & nesciebat, an vterius vellet eis dare victoriam, sicut dederat, quia forte Deus nolebat iam coterere Philistinios, ideo ne incerti pugnarent expediebat dominum consuli. Si autem Hebraei indefinenter persecuti fuissent Philistinios, non oportebat consulere dominum, cum viderent eundem sibi statum esse victoriae: cum autem aliquid mutaretur expediebat, quod consulerent dominum, vel desinere.

Cum autem dicebatur quare Saul consuluit hic dominum, in superiori vero non consuluit.

Respondendum, quod volebat Saul in praecedenti bello consulere dominum, quod patet, quia cum repertum esset Ionatham, & armigerum eius abesse de castris, dixit Saul ad Achiam, applica arcam domini. hoc autem erat ad consulendum dominum, sed cum ista diceret Saul sacerdoti exortus est subito clamor magnus in castris Philistinorum. Credens ergo quod qualiscumque mora noceret Ionathae, qui tunc erat in castris hostium, fecit Saul, quod sacerdos non consuleret dominum, vel cessaret consulere, dicens: contrahe manum tuam, eo quod ibi non erat opportuna sibi consultatio: nam siue prosperum, siue aduersum denunciandum esset, nihilominus Saul iret in castra Philistinorum in adiutorium Ionathae. Hic autem secus erat, quia iam Saul acceperat sufficientem victoriam de hostibus, si quia acceperat esse numerum occisorum 60. millium, vt ait Iosephus 6. Antiquitatum. Etiam nemo erat de Israelitis inter hostes, pro quo eripiendo pugnare deberet, ideo nolebat pugnare, nisi sciret sibi esse prosperum, ad quod credidit esse salubre consuli dominum.

Quare Saul in superiori non consuluit dominum.

Et consuluit Saul dominum. Scilicet ipse per se, vel sacerdos nomine eius.

Dicens, num persequar Philisthim? Idest nunquid iudicas, quod debeo persequi Philisthim?

Si tradas eos in manus Israel? Idest si persecutus fuero illos, an trades ipsos in manus nostras. Iste erat modus consulendi: sic enim consuluit Dauid dominum contra latrunculos, qui vastauerant urbem Siceleg, dicens: persequar latrunculos hos, an non, & comprehendam eos: infra cap. 30.

An Saul per se, vel per sacerdotem consuluerit dominum, & per quid. & quomodo reuelabatur veritas in rationali, & Ephod. Quæst. XXXI.

QUÆRET aliquis, an Saul consuluit hic dominum per se, vel consuluit sacerdos pro illo.

Dicit aliquis, quod ipse consuluit per se, quia litera dicit, & consuluit Saul dominum. Item verba ab eo profertur in consultatione, quia dicitur, num persequar Philisthim? Item patet quia dicitur: & non respondit ei in die illa, & etiam dicit Saul infra domine Deus da iudicium, quid est quod non responderis seruo tuo hodie? ipse ergo consulebat dominum.

In contrarium videtur, quod sacerdos consuleret, nam consilere pertinebat ad illum, qui portabat Ephod, cum in qualibet consultatione requiratur Ephod, ut patet ex consultationibus Dauid, quas fecit ad dominum infra capit. 23. & 30. quia utrobique dicitur, applica Ephod. Saul tamen & nullus alius poterat portare Ephod, nisi esset sacerdos magnus, ideo non poterat per se consulere, sed sacerdos consuleret pro illo. Item patet, quia ex consultatione superiori videtur, quod sacerdos consuleret, & non Saul, quia Saul dixit ad Achiam, applica arcam domini, deinde cum Saul nollet iam consulere dominum, dixit sacerdoti: contrahe manum tuam, ergo sacerdos erat, qui ibi faciebat hæc, alioquin non dixisset ei Saul contrahe manum tuam, sed ipsum et cessasset.

Respondendum ad hoc, quod non est magna difficultas quis consuleret dominum: nec tamen est penitus cognitum quis consuleret, eo quod modus consulendi ignoratur. Dicendum tamen, quod tota vis consultationis Dei pendebat ex vestimentis pontificalibus scilicet rationali, & Ephod: nam sine illis non fiebat aliqua responsio. Patet hoc, quia Dauid quocumque consulebat dominum faciebat applicari Ephod infra cap. 23. & 30. etiam Deus hoc dixit Exodi capit. 28. scilicet, quod summus sacerdos portabat iudicium filiorum Israel in pectore suo, id est id per quod iudicabatur de omnibus, quæ pertinebant ad filios Israel, hoc autem est per rationale, quod portabat in pectore, & per Ephod, quod pendebat ab humeris.

De modo autem quo cognosceretur veritas per rationale, vel Ephod dicit Iosephus tertio Antiquitatum, quod per duos sardoniches, qui erant super humeros sacerdotis in Ephod apparebat, quando Deus sacrificia acceptaret: nam cum fieret sacrificia sardonix, qui erat in humero dextero sacerdotis, ita super lucem propriam admirabiliter effulgebat, quod omnes etiam procul positi scirent sacrificia a Deo acceptari. Cum vero non acceptarentur non fulgebat. De duodecim lapidibus rationalis dicit, quod Deus per illos demonstrabat victoriam, quia priusquam exercitus moueretur ad pugnam, tantus fulgor ex eis apparebat, quod omnibus manifestum esset Deum illorum esse adiutorem. De hoc splendore utrorumque lapidum dicit, quod cessauit per ducentos annos antequam ipse inciperet scribere librum Antiquitatum, quod est tē-

Cap. 1. Sententia Iosephus pulchra de virtute rationalis, & Ephod.

Fpus ferè centum quinquaginta annorum ante Christi mortem, cum Iosephus post Christi mortem, quæ si per quinquaginta annos hos libros scribere inchoauit. Sed adhuc non expressit Iosephus plene vires rationalis, & Ephod, quia multa alia sciebantur præter ea, quæ ipse dixit: generaliter enim de quocumque quæsito Deus respondebat præsentanti rationali, & Ephod. Sic enim Dauid quæsuit, an Saul descenderet in Ceilam, & an viri Ceilæ traderent eum in manus Saulis, & ad utrunque responsum est infra capit. 23. Etiam Dauid consuluit dominum, an ascenderet in aliquam ciuitatem Iuda, & respondit ei, quod sic. Quæsuit iterum, in quam ascenderet, & respondit, quod in Hebron, infra secundo libro capit. secundo. Quod autem ad omnia generaliter responderet, patet Numeri vigesimo septimo capitulo. scilicet pro hoc siquid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet dominum: ergo quantum ad omnia agenda Deus responderet cum ipse iuberet, quod in singulis consuleretur. Apparetigitur totas vires consultationis esse ex præsentia rationalis, & Ephod.

Sed considerandum præter hæc, quod nullus poterat indui rationali, & Ephod, nisi summus sacerdos, cum ista essent ornamenta pure pontificalia, ut constat Exodi vigesimo septimo cap. Si quis vero aliorum siue laicorum, siue sacerdotum, vel Levitarum indueretur his, moriebatur, quia generaliter positum erat, quod vsurpans officium sibi non debitum in sacerdotibus, vel Leviticis, moreretur, ut patet Levitici capitulo tertio, & decimo octauo. Ex quo apparet, quod in omni consultatione necesse erat præsentem esse summum sacerdotem, quia sine Ephod, & rationali non fiebat consultatio, & nemo aliorum audebat indui his vestibus, quia moreretur, sicut mortui sunt, qui vsurpabant officium sacerdotale: Numeri capit. decimo sexto. Nunc autem manet dubium, cum in omni consultatione necessario deberet adesse pontifex indutus vestibus suis, an ipse consulebat dominum proferens verba consultationis, vel proferebat ea ille, cuius erat quæstio. Hoc non potest probari necessario, sicut præcedentia: satis tamen dici potest, quod sacerdos proferebat verba consultationis, quia quando dominus fecit Iosue principem super populum, & voluit dare modum, quo in omnibus dubijs consuleretur Deum dixit, pro hoc siquid agendum erit Eleazar sacerdos consulet dominum Numeri 27. ergo non consulebat Iosue, sed Eleazarus.

Sic ergo dici potest hic, quod Saul non consulebat dominum per se, sed sacerdos consulebat pro eo.

Cum vero dicitur, quod Saul consuluit, & quod non respondit ei Deus, dicitur consuluisse, quia iubebat sacerdoti, quod consuleret dominum, sicut dicitur ædificare domum, qui iam ædificare iubet. Vel dicitur consilere dominum, quia quæstio, quam proponebat sacerdos, ipsius erat. Et sic etiam dicitur de Dauid, quod ipse non consulebat dominum per se, sed sacerdos magnus pro eo, quamquam non est inconueniens, quod aliquando ipse quærens proponeret verba consultationis, assistente sibi pontifice, & hoc magis significatur de Dauid ex verbis literæ infra 23. capitulo. cum dicitur: Dixit Dauid ad Abiathar sacerdotem: applica Ephod. & ait Dauid, domine Deus Israel &c. si tradent me viri Ceilæ in manus eius, & si descendet Saul. & ait dominus, descendet, dixit Dauid si tradent me viri Ceilæ. quæ omnia satis apparent esse verba Dauid.

In his tamen nihil certitudinis est, quia posset dici, quod Dauid dicebat ista sacerdoti magno dans ei formam quomodo consuleret dominum pro eo, vel quod Dauid ista scriberet, ut postea Deus ad illa responderet. Dubium

Dubium ergo in hoc manet, quis consuleret dominum: magis tamen videtur, quod ipse sacerdos, quamquam non multum differat in hoc, & sic potest dici, quod Saul locutus fuit verba ista, vel quod locutus fuit sacerdos loco eius.

Et non respondit ei in die illa. Idest Deus noluit respondere per totum illum diem, quamquam Saul instanter consuleret.

In hoc apparet, quod adhuc aliqua pars diei restabat, postquam populus sedit ad sumendum cibum de præda, nam tunc consuluit Saul dominum: & tamen dicitur, quod respondit ei in die illa. potest tamen aliter dici, quod iam dies transierat, & ista consultatio fiebat in principio noctis. Vocatur tamen ipsa nox cum die præcedenti vnus dies, & sic vsque ad sequentem auroram diceretur eadem dies. Hoc apparet, quia supra dicitur, quod populus duxit boues & oues, & occiderunt super lapidem, quem posuerat Saul vsque ad noctem. Consultatio tamen ista facta est postquam populus comedit, cum iam Saul vellet recedere, ut irrueret in hostes, ideo videtur quod iam nox ceperat, sed vocatur dies.

Quomodo respondebat Deus ad istas consultationes dubiorum. Quæst. XXXI.

QUÆRET aliquis, quis erat modus respondendi Dei ad istas consultationes.

Respondendum est, quod sicut supra fuit declaratum in hoc triplex erat modus consultationis. Aliter enim consulebat Moyses. Aliter autem qui consulebat dominum intra sancta Sanctorum semper fiebat responsio in voce, scilicet, quia erat quidam Angelus in propitiatorio super arcam inter alas duorum Cherubim, & ille in corpore assumpto de aere respondebat cuius voces audiebat Moyses: sic patet Numeri cap. septimo. scilicet. Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, ut consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij, vnde & loquebatur ei.

De alijs autem prophetis dicendum, quod Deus multipliciter eis poterat respondere: nam sicut declaratum est capitulo octauo. Deus potest reuelare se prophetæ quinque modis, scilicet per somnium, per apparentiam in corpore assumpto simul cum locutione, & per vocem sine corpore assumpto, & per solam immutationem intellectus sine voce, & figura apparente, & sine ecstasi, & per immutationem intellectus in ecstasi. Omnibus his quinque respondere potest: sed frequentior modus est in prophetis respondere per somnium, de quo magis declaratum est supra capitulo octauo. De summis sacerdotibus dicendum, quod aliter fieret eis responsio quamquam in hoc differt, quia sicut supra diximus, summus sacerdos inter ceterum consulebat dominum iatra sancta Sanctorum, scilicet in die propitiationis: interdum autem extra, siue in Sanctuario, siue extra Sanctuarium. Cum autem consulebat intra sancta Sanctorum, respondebatur ei in voce, sicut Moysi: vnde propter hoc iussam est Levitici decimo sexto capitulo. quod dum pontifex introiret in sancta Sanctorum nullus homo esset in tabernaculo quousque egrederetur, hoc autem propter nihil aliud erat nisi, ut non audiret aliquis ea, quæ Angelus loquebatur summo sacerdoti intra sancta Sanctorum. Tunc quoque non habebat ibi summus sacerdos vestes pontificales, sed sacerdotis minoris, ut patet Levitici capitulo decimo sexto, vnde non respondebatur ei ex viribus rationalis, & Ephod sicut alias fiebat, sed quia

Alph. T off. In Primum Regum.

Aerat coram arca. & sic responderetur ei eo modo, quo Deus solitus erat respondere, quando consulebatur super arcam, scilicet in voce. Si autem summus sacerdos consuleret Deum extra sancta Sanctorum, oporteret quod esset indutus rationali, & Ephod.

Et tunc dicendum secundum quosdam, quod responsio erat per ipsos lapides rationalis, scilicet per fulgorem eorum, sicut dicebat Iosephus tertio Antiquitatum, quod quando Iudæi ibant ad pugnam, si Deus vellet eis dare victoriam, mutabantur supra solitum lapides rationalis, ita ut nemo dubitaret de victoria. sic etiam dicere poterit aliquis, quod cum fieret quæstio si Deus vellet dare illud, quod quærebatur, fulgerent lapides, & si nollet dare non fulgerent.

BSed iste modus non stat, quia aliquando non posset responderi ad quæstionem per hunc modum: istud enim aliquando teneret si quæstiones semper essent de re certa: ut si dicitur an erit bellum, vel non, & sicut dicebat Dauid persequar latrunculos hos, an non, ut infra capitulo 30. cum tamen quæstio esset de aliqua re non determinata, non poterat sic responderi, ut patet quando quæsuit Dauid in qua ciuitate Iuda ascenderet, & responsum est sibi, quod in Hebron infra secundo libro, capitulo secundo. hoc tamen non poterat significari per fulgorem lapidum, quia siue fulgerent, siue non, nesciretur quæ ciuitas significabatur: oportet ergo dari alium modum magis distinctum.

CItem patet, quia si hoc modo responderetur aliquando non possent homines scire, an Deus responderet, vel non: nam quando fulgerent lapides cognoscerent quod Deus respondebat iuxta id, quod quæsierant, sed cum lapides non fulgerent esset ambiguum, scilicet, an per hoc Deus responderet, quod non esset illud quod quærebatur, vel per hoc negaretur responsio quæcumque, & sic nesciuerit Saul, an Deus ei responderet, vel non. Dicitur tamen hic, quod non respondit ei in die illo, in quo apparet, quod immediate cognitum est, quod Deus non responderet: ergo alius modus erat respondendi.

Nunc autem manent duo modi, quibus responderi posset. Quidam enim dicunt, quod consultationes istæ fiebant in scripto, & responsio in scriptis dabatur non intercedente aliquo verbo. Et ista est opinio Rabbi Abraham Aben Ezra, & ut plurimum ipsorum Iudeorum. Dicunt enim, quod rationale habebat quandam plicaturam pannij, intra quam erant laminae auree scripte diuinis nominibus, & cum quis vellet consilere dominum scripta quæstione in cedula ponebat eam summus sacerdos inter laminas illas in plicatura rationalis, & post paululum manum mittens reperiebat responsionem in cedula: & pro hoc volunt, quod esset semper necessarium rationale, & Ephod ad consultationes faciendas. Iste modus aliquando est rationabilis, magis tamen verisimile est, quod Deus responderet in verbo, nam ut apparet ex omnibus consultationibus, quas faciebat Dauid litera magis innuit, quod loqueretur consulens, & etiã Deus respondens loqueretur. Quocumque autem istorum modorum satis poterat cognoscere Saul, an Deus responderet ei, vel non, si non inueniret scripturam in cedula, vel si non fieret responsio in voce. Dixitque Saul, applicate huc vniuersos angulos populi. Populus erat dispersus per agros ad sumendum cibos, ut supra patet, nunc voluit, quod omnes de populo cõuenirent, ut videretur quis peccauerat, & dixit, vniuersos angulos populi, id est omnes de populo ab extremitatibus suis, extremitates enim castrorum vocantur hic anguli, & fecit sic congregari, ut nemo deficeret de toto populo.

Opi. Rab. Abraham.

Ff 5

Quare

Quare Saul fecit congregari totum populum, ut videret quis peccauerat. Quæst. XXXIII.

VAERET aliquis, quare Saul fecit congregari totum populum.

Respondetur, quod Deus non responderet creditur, quod si fiebat propter peccatum alicuius, ut ergo videretur quis ille esset fecit omnes congregari, ita ut nemo deesset, quia forte ille, qui deesset peccauerat, & tunc forte reperiretur per sortem: volebat enim hic Saul inquirere delictum per sortes, cum Deus non responderet ei, quia in fortibus ponendis debebat totus populus congregari, & deinde diuidi per partes: fecit Saul totum congregari: sic enim patet Iosue capitulo septimo, cum inquirendus erat per sortem ille, qui fuerat de Anathemate, & dixit Deus accedatis manesinguli per tribus vestras, & quæcunque tribum fors inuenerit accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per viros sic etiam factum est in assumptione regis per sortem, ut patet supra capitulo 10. scilicet. Nunc ergo state coram domino per tribus vestras, & familias, & applicuit Samuel omnes tribus Israel, & cecidit fors super Benjamin, & applicuit tribum Benjamin, & cognationes eius, & cecidit fors super, cognationem Methri. Sic etiam voluit hic facere Saul, ideo præcessit diligens congregatio, ut postea sequeretur conueniens diuisio.

Et scitote, et videte, per quem acciderit peccatum hoc hodie. Idest cum populus fuerit congregatus poteritis scire per quem acciderit peccatum hoc, scilicet peccatum, propter quod non responderet, vel peccatum hoc, idest malum istud, vel damnum, scilicet, quod non responderetur, & iste est melior sensus. Aliquando enim accipitur peccatum non pro ipso peccato, sed pro aliquo, quod prouenit ex peccato, sic accipitur Deuteronomij capitulo nono. scilicet peccatum autem vestrum, quod feceratis, idest vitulum arripiens igne combussit, sic accipitur hic non respondere, quod sit peccatum, idest malum proueniens ex peccato, & patet hoc, quia dicitur per quem acciderit. si autem acciperetur peccatum proprie non diceretur per quem acciderit peccatum, sed quis fecit peccatum, quia accideret dicuntur ea, quæ præter voluntatem nostram sunt, quæ autem nos sponte agimus, non dicuntur accideret, sed a nobis fieri. Item quia dicitur hic, per quem acciderit peccatum hoc hodie, si tamen acciperetur proprie peccatum, non diceretur per quem acciderit hodie, quia nesciret Saul, an ipsa die factum fuisset peccatum, vel alia, locutus fuit tamen tanquam certus, quia ipsa die factum fuisset, ergo non loquebatur de peccato, sed de malo, quod erat Deum non respondere.

Sciendum enim, quod Saul existimauit, quod ista non responsio acciderat propter peccatum alicuius, & ob hoc fecit congregari totum populum, ut sciret quis peccasset, & interminatus est ei mortem, sic et dicit Iosephus, quod dixit Saul, non sine causa consulit Deus vocem nobis non reddidit, qui primitus antequam interrogaretur omnia nunciauit, sed hæc taciturnitas alicuius est latentis causa peccati, & sic verum est, quod aliquando Deus non respondebat propter peccata alicuius, sicut accidit ipsi Sauli paulo ante mortem suam: nam dicitur infra capitulo 28. consulitque dominum, & non respondit ei, nec per somnia, nec per sacerdotes, nec per prophetas. Iosephus tamen dicit tertio Antiquitatum, quod Deus non tollerans transgressiones legum inter Iudæos cessauit respondere per rationale, & Ephod ducentis annis antequam ipse scribere inchoaret librum Antiquitatum,

Iudæi quoque idem asserunt. Nam cum supra capitulo tertio dicitur, & sermo domini erat preciosus, in diebus illis non erat visio manifesta, dicunt quod hoc fiebat propter peccata filiorum Heli. Nunc autem ista non responsio non accidit propter peccatum alicuius, sed magis ad declarandum innocentiam Ionathæ, ut supra dictum est.

Vinit dominus saluator Israel. Iste est modus iurandi, sicut est verum, quod Deus uiuit, ira est verum, quod ego occidam illum, qui fecit hæc mala. Vel aliter ego iuro per vitam Dei, quod occidam peccatorem in hoc. vocatur autem Deus saluator Israel, idest qui liberauit Israelitas de omnibus malis. in eo enim solo confidentes eruebantur.

Quia si per Ionatham filium meum factum est. Idest etiam si filius meus hoc fecerit, ego occidam eum, quasi dicat non credat quis, quod ego parciturus sim peccati: nam etiam si fuerit filius meus Ionathas, ego occidam eum. Dixit autem de Ionatha, quamquam habet alios filios, quia istum præ omnibus diligebat, eo quod erat primogenitus, & potissime, quia erat vir fortis, & dux belli, sicut pater eius, ipse quoque die illa fecerat salutem in Israel. Vel dixit de Ionatha, quia forte alij filij sui non erant tunc in bello cum illis.

Abque retractione morietur. Idest sine dubio morietur, & non retractabitur, idest non reuocabitur sententia hæc.

Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Idest quod dixit Saul istud, omnes de populo consenserunt.

Quare cum Saul iurauit occidere Ionatham nullus repugnauit, post vero non consenserunt. Quæst. XXXIII.

VAERET aliquis, quare postea totus populus repugnauit, ne moreretur Ionathas dicens, ergo ne morietur Ionathas, nunc autem consensit.

Respondendum est, quod a principio populus putauit, quod aliquod peccatum graue erat, propter quod Deus non responderet, sicut existimabat Saul, ideo satis consenserunt. Postea autem cognitum est, quod propter Ionatham hoc accidisset, ipse tamen erat innocens cum ignorans regis edictum comedisset, ideo populus non consensit, quod moreretur.

Aliter responderi potest conuenientius circa litteram, scilicet, quod populus nunquam consensit in mortem Ionathæ: nam etiam si constitisset, quod ipse vere peccauerat, & sponte non consentiret populus, quod occideretur, & quia erat filius regis primogenitus, qui successurus erat ei in regno, ideo habebant Israelitæ eum, sicut ipsum Saulem, vnde nefas existimabant eum occidere. Item Ionathas illa die liberauit Israel de manu hostium: nam ipse tanquam vir fortissimus cum solo armigero iuit contra infinitam multitudinem Philistinorum: occiditque viginti, & turbauit castra eorum, ita ut postea fugerent Philistini, per quod Israel saluatus est. ideo pro nullo peccato permitterent Israelitæ, quod occideretur Ionathas, ista fuit causa potissima, ut patet infra cum dicitur: Ergo ne Ionathas morietur, quia fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nephas est. Vinit dominus si ceciderit capillus de capite eius in terra: quia cum Deo operatus est hodie. Cum autem dicitur supra: quod consensit populus occidi Ionatham falsum est: nam Saul locutus fuit vniuersaliter, dicens, quod occideretur ille, per quem hoc acciderat, populus autem putans, quod non fecisset hoc Ionathas, consensit, si autem ante hoc cognouisset populus

palus per Ionatham istud accidisse, non consensisset huic edicto regis, vel sententiæ. Et ait ad vniuersum Israel. Scilicet locutus fuit ista populo, quia volebat iam quod ponerentur sortes.

Cum Deus non responderet Sauli per sacerdotem, quare volebat nunc inquirere sententiam eius per sortes. Quæst. XXXIII.

VAERET aliquis, cum Deus nolisset respondere Sauli per sacerdotem, quare nunc volebat inquirere sententiam eius per sortes: nam sicut Deus per sacerdotes, & prophetas responderet, ita ipse est, qui per sortes responderet, ut patet Proverbiorum capitulo decimo sexto. scilicet, sortes in sinum mittuntur, sed a domino temperantur, sicut ergo Deus noluerat responderet per sacerdotem, ita credere debuisset, quod non responderet per sortes.

Respondendum est, quod Saul credidit sibi futuram responsonem per sortes, quamquam Deus responderet noluisse per sacerdotem, quia non est simile in vtroque. Deus namque non responderat per sacerdotem in poenam alicuius peccati, ut putabat Saul. Nunc autem ipse volebat inquirere quis peccauerat ad hoc, quod puniretur, quod periret ad cultum Dei, ideo credidit, quod in hoc responderet.

Sed adhuc non multum stat, quia tunc consulisset per sacerdotem quis peccauerat, & crederet quod Deus sibi responderet, quamquam non responderat ad aliam consultationem, sed non consuluit per sacerdotem, ideo timebat, quod nullo modo responderet iam per sacerdotem, consuluit autem per sortes, quia in illis nullo modo poterat negari responsum. Nam siue Deus vellet respondere, siue non, oportebat quod aliqua fors exiret, & illam putarent hominis peccatoris esse.

Responso autem, quæ fiebat per sacerdotem erat totaliter a Deo, ideo illa poterat prohiberi, quæ autem per sortes est, quamquam aliquam sit a Deo in quantum ipse fors temperat, tamen præcipue est ab homine, quia postquam posita fuerint, necesse est aliquam exire. Conuersus fuit igitur Saul ad istum modum inquisitionis, in quo non poterat deficere responso.

Separamini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Hic fecit Saul duas partes ad ponendum sortes, scilicet totum populum, cui conueniret vna fors, & se & Ionatham quibus conueniret alia fors. Ex quo patet, quod non erant alij filij regis in bello, alioquin cum illis & patre suo, & Ionatha posita fuisset vna fors, solum tamen fuit posita pro Saule & Ionatha.

Quare Saul non seruauit ordinem ponendi sortes, qui obseruatus est alias. Quæst. XXXV.

VAERET aliquis, quare non obseruauit hic Saul modum ponendi sortes, qui obseruatur in alijs locis scripture. nam Iosue capitulo septimo. vbi per sortes inquirebatur, quod furatus fuisset de anathemate Iericho dicitur, quod totus Israel fuit applicitus per tribus suas, & quelibet tribus per familias, & quelibet familia per domos, & quelibet domus per viros, sic etiam in electione regis per sortes applicite sunt tribus, deinde familia earum, & sic vsque ad viros supra capitulo decimo. hic autem posuit Saul totum populum simul, & per se, & Ionatham in parte altera.

Respondendum est, quod voluit hic facere Saul

breuius, scilicet, ponendo totum populum simul, & se, & Ionatham in parte altera: nam sic breuius cognosceret, an peccatum esset in eo, & in filio suo, vel in populo: si enim reperiretur in eo, & filio suo, tunc poneretur fors inter eos, sicut postea factum est, quousque reperitum est peccatum in Ionatha. Si autem comprehensus fuisset populus ponerentur sortes, sicut ponuntur Iosue capitulo 7. diuideretur totus populus in duodecim tribus, & ponerentur pro eis duodecim sortes, tunc comprehenderetur vna tribus, & ceteræ exirent, deinde illa tribus diuideretur per familias, & ponerentur tot sortes, quot erant familiae, & comprehenderetur vna, deinde illa diuideretur per domos, & domus comprehensa per viros quousque reperiretur quis hoc egerat, quia tamen comprehensus est Saul cum Ionatha, non potuit obseruari modus, qui habetur Iosue capitulo 7. sed solum fuit posita fors inter Saule, & Ionatham.

Quare Saul, & Ionathas non fuerunt positi cum tribu Benjamin. Quæst. XXXVI.

VAERETUR vterius cum Saul, & Ionathas essent de tribu Benjamin, quare non fuerunt positi cum tribu Benjamin, scilicet, ut fieret diuisio hoc modo, quod primo ponerentur sortes inter duodecim tribus, & tunc caperetur tribus Benjamin, deinde diuideretur per familias, & comprehenderetur sorte familia Methri, quia de illa erat Saul, ut patet capitulo 10. deinde diuideretur per viros, & caperetur Ionathas.

Respondendum, quod fuit factum propter dignitatem regalem. si enim Saul, & Ionathas fuissent viri populares, sic fieret, scilicet, quod in tribubus suis computarentur, & ob hoc tempore electionis regis, cum non esset in populo aliquis rex, nemo fuit per se positus, sed quilibet in tribu sua computabatur, in fortibus quoque positus pro furto Iericho idem factum est. Nunc autem, quia Saul erat rex, & filius eius Ionathas erat successurus ei, non fuerunt ipsi positi in tribubus suis, sed per se fuerunt computati, ut in hoc distingueretur dignitas regis a dignitate popularium, & sic fuerunt positi ambo simul in parte vna, & populus in altera, tanquam ipsi ambo tantum appreciarentur, sicut populus totus. Sic patet de Dauid, cui dixit ad seruos suos, quod ireret ad prelium cum eis. Respondit populus non exibis, siue enim fugerimus non magno opere ad eos de nobis pertinebit, siue media pars a nobis ceciderit, non satis curabunt, quia tu vnus pro decem millibus computaris infra secundo libro, capitulo decimo octauo.

An fuit licitum inquirere quis peccasset per sortem. Quæst. XXXVII.

VAERETUR vterius, an licitum erat inquiri quis peccasset per sortem.

Respondendum est, quod quando inquiritur maleficium per sortes, vel aliquid alterum, ideo sic inquiritur, quia putatur, quod sortes certissime demonstrant quod peritur: sortes tamen nullam habent certitudinem, nisi in quantum a Deo mouentur, alioquin ita fors potest accidere illi, qui innocens sicut ei qui male egit, quod est valde inconueniens. Cum autem a Deo sortes mouentur certissime euenit, quod queritur tanquam Deus in voce responderet. Quod autem Deus interdum sortes dirigat, patet Proverb. 16. capitulo. scilicet, Sortes in sinum mittuntur, sed a domino temperantur. Non tamen nobis est certum, quando Deus velit eas temperare, vel quando non: ideo non est licitum uti fortibus consultationibus ad inquirendum

quirendum peccantem, nisi Deus iubeat, alioquin possit inde graue malum sequi, scilicet, quod comprehendere innocens. In aliis autem rebus, in quibus non est tantum periculum, quamquam possimus uti fortibus consultoriis, tamen non est certum, an Deus disponat id, quod forte euenit, velut si aliquis in prelatum eligatur per sortem consultoriam, non est certum, quod Deus velit illum eligi in prelatum, quod fors determinauit, non possumus igitur in quibuscunque negocijs uti fortibus ad inueniendum certitudinem, nisi Deus iusserit, ob hoc autem cum Deus nollet certificare Israelitas in quibusdam, iubebat, ut sortes ponerent, & per has quid ipse vellet indicaretur: sic enim in diuisione terræ iussit, ut ponerentur sortes Numeri vigesimo sexto c. & trigesimo quarto. Et quidquid postea forte accidisset hoc reputabatur Deus voluisse, sic quoque in furto Iericho iussit, ut ad inueniendum furem, ponerentur sortes, & certissime inuentus est, sicut ipse postea confessus fuit: Io. lue cap. 7.

In ceteris autem, quæ Deus non iubebat sortes dubiæ erant, & in quibusdam non licebat ei poni, potissime in criminalibus, vel vbiunque graue preiudicium alicui paratur, quia potest interdum sequi condemnatio innocens, utpote in casu isto. Inquirebatur hic quis peccasset, tamen nullus peccauerat: nam Ionathas non peccauit, quia ignoranter egit, & tamen comprehensus est forte, & occisus fuisset, nisi populus eum liberasset. sic etiam si aliquis diceret furtum esse commissum, & ponerentur sortes ad inuestigandum illud, forte non erat furtum commissum, sed iste, qui hoc asserit, rem perdidit, vel cum penes se eam recondita habeat, non recordatur, & tunc necesse est errare sortem, quia oportet, quod aliqua fors exeat tanquam notificans furtum, nullum tamen factum est, & sic caperetur aliquis innocens. Item potest accidere alius error, scilicet furtum factum est, vel aliud delictum, & ille, qui fecit abest, tunc necesse est errare sortem, quia nullus presentium, inter quos fors ponitur delinquit, necesse tamen est alicui illorum sortem euenire, & sic condemnabitur innocens. Item potest accidere alius error, & iste est communior, scilicet, quod cum sortes ex seipsis non habent aliquam certitudinem, & ita possunt euenire vni, sicut alteri, continget quod interdum delictum factum est, & preiens est, qui fecit, & tamen non euenit fors illi, sed alteri, qui iniuste condemnabitur.

Aliquis dicit, quod hoc non potest accidere, quia sortes a domino temperantur: Prouerborum decimo sexto cap. Respondendum est, quod temperari sortem intelligitur dupliciter, vno modo, quod Deus moueat manum missam ad sortes ad accipiendam illam sortem, quæ est assignata veritatis. Et dicendum, quod licet hoc stet generaliter, quando Deus iubet poni sortes, tamen non tenet alias, quia licet interdum sit, non est vniuersaliter, alioquin daretur, quod possit homo infallibiliter cognoscere diuinam voluntatem circa occulta, quæ ipse non reuelat, quod absurdum est. Alio modo accipitur temperari sortes a Deo, id est dirigi, vel moueri manum missam ad sortem a Deo ad accipiendam hanc, vel illam sortem, licet non significet veritatem eius, quod queritur, & hoc modo verum est, quod sortes temperantur a domino, tamen sic error sequitur quantum sortes temperentur a Deo, quia accidet, quod comprehendatur propter aliam causam, quia alias delinquit, quamquam non in eo, quod queritur, sed hoc nimis est contra ius-

Temperari sortem dupliciter intelligitur.

stitiam politicam: nam sic certum est, quod omnes, qui occidunt, aut percuriuntur, vel bonorum suorum rapinam patiuntur, Deus vult, quod illa tollerent, quia in aliquo meruerunt, ius tamen punit eos, qui ista faciunt, & Deus vult, quod sic fiat. nam aliud debet esse iudicium Dei, & aliud hominum, ergo illicitæ sunt sortes circa criminalia. Item potest accidere alius error, scilicet ipsi, qui ponunt, vel educunt sortes de inuolucro, possunt interdum per fraudem multa agere, ex quo sequeretur mors innocentis, & non esset ei aliquod refugium, sicut est in iudicijs, quia licet grauamen passis ad misericordiam iudices prouocare. Est ergo vniuersaliter illicitum uti fortibus circa criminalia, nisi Deus hoc iubeat. Interdum tamen licet non iubeat veritatem per sortes indicari, sicut fuit in naufragio Ionæ, quia cum periclitaretur nauis, dixerunt viri inter se, venite & mittamus sortes, & videamus quare hoc malum sit nobis: Ionæ capitulo primo. & cecidit fors super Ionam, in quo vere indicauit, quia propter Ionam tempestas illa surrexerat, ut patet ibidem. Nunc autem dicitur, an licite posuerit sortes Saul, cum esset in criminalibus. Dicendum, quod ipse posuit eas, quia alias ad inueniendam criminalia Deus illas poni iusserat Iosue capitulo septimo. non est tamen per omnia simile: nam ibi licitum fuit uti illis fortibus, quia manifestum est, quod veritas indicanda erat per sortem cum Deus iussisset poni sortes. Hic autem non iusserat, ideo videbatur Saul exponere se periculo, & errori ponendo sortes. Dicendum, quod non peccauit Saul, quia quamquam Deus non iussit ei expresse ponere sortes, tamen mouit eum ad faciendum hoc, ut inueniretur innocens Ionathæ: nam propter hoc Deus non responderat, ut haberetur occasio ad ponendum sortes, & ad inueniendum innocentiam Ionathæ, ut supra declaratum est.

An per sortes possit inueniri maleficium. Quæst. XXXVIIII.

Quæst. XXXVIIII. VAERETVR vltterius dato, quod licitum est set inquiri maleficium per sortes, an conuenienter sic inquireretur, id est an possit inueniri.

Et dicendum est, quod non erat modus conueniens ex forma sua: nam sequerentur errores, quod patet, quia Saul posuit se, & Ionatham filium suum in partem vnam, & totum populum in partem alteram, & posita sunt duæ sortes. Vnde oportebat, quod hac vice solus Ionathas cum Saule caperentur, & liberaretur populus, vel è contrario, potuerat tamen esse, quod Ionathas peccauerat, & etiam aliqui de populo, tunc quomodocumque fors exiret, necesse erat, ut erraret: nam si caperetur Ionathas cum Saule absoluerentur multi de populo peccatores. Si autem comprehendere retur populus absolueretur Ionathas, qui esset nocens, ideo vtrobique erat error. Similiter dato, quod solus populus errasset, & comprehenderetur, adhuc sequeretur error, ut dato, quod de omnibus tribubus peccassent aliqui viri, ponerentur sortes duodecim pro tribubus duodecim, & exiret vna, omnes autem alie tribus quamquam nocentes essent absoluerentur. Idem modus errandi est in multis familijs in eadem tribu, & in multis domibus eiusdem familie, & in multis viris eiusdem domus. Generaliter dicendum, quod necesse est sortes consultorias hoc modo positas errare, nisi ille, qui peccauit vnicus sit, quia tunc poterunt verum dicere.

Sed aliquis dicit in contrarium, quod si sortes istæ errarent, necessario non ponerentur a Deo. Ipse tamen ad inquirendum maleficium Iericho iussit poni sortes:

tes: Ios. capitulo septimo. Respondendum est, quod quia ibi Deus iussit illas poni, manifestum erat, quod non errarent Israelitæ in inquirendo, ideo per hoc inuebatur, quod ille, qui peccauerat vnicus erat, quia alias necesse erat errare. Item ipse Deus declarauit quod vnicus erat, qui peccauerat: nam dixit eodem capitulo non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere. & iterum dicitur, non poterit Israel stare ante hostes suos donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. Hic autem non erat certus Saul, an vnus peccauerat, vel multi, ideo non erat conueniens modus ad inquirendum sic peccatum, quia tamen Deus eum mouit, fecit sic, & non errauit fors, quia vnicus erat, qui peccauerat.

Quomodo posita fuerunt sortes. Quæst. XXXIX.

VAERETVR vltterius quomodo istæ sortes posita fuerint.

Respondendum est, quod Saul diuisit totum Israel in duas partes, scilicet se, & Ionatham ad vnam, & reliquum populum ad alteram, & tunc factæ sunt duæ sortes, quarum vna poneretur nomine Saulis, & Ionathæ, & alia nomine totius populi, & istæ erant cedulae eiusdem figuræ, & equalis magnitudinis, & ponebatur in aliquo inuolucro, deinde qui nihil sciret de illis fortibus mittebat manum, & cuius fors exiret condemnabatur. Idem modus futurus erat circa omnes tribus, scilicet, quod ponerentur duodecim sortes pro duodecim tribubus in inuolucro, & cuius fors exiret erat rea, & vndecim absolute, & hoc idem circa familias, & domos cuiuslibet tribus fieri debebat. Cum autem pertineretur ad domum, quæ rea erat, illa diuidebatur per viros, & quot ibi erant, qui peccare potuissent, accipiebant sortes, & ponebantur in inuolucro, fiebatque sicut prius. Poterant quoque aliter poni istæ sortes, scilicet per baculos, vel paleas maiores, vel minores, sicut communiter fit per lapides albos, & nigros: iste enim fuit modus antiquorum nimis imperitorum ad condemnandum aliquem, vel absoluendum de crimine, scilicet cum non haberent iuris peritiam, nec rationis acumen ad dirimendum litigia, cum esset quis suspectus, vel infamatus de crimine, ponebantur in eodem inuolucro lapides albi, & nigri eiusdem numeri, & ille mittebat manum, quod si lapidem album educeret absoluebatur, si vero nigrum reus erat. de hoc Ouidius Meta. 15. f.

Mos erat antiquis albis, nigrisque lapillis

His damnare reos, his quoque absoluere culpam.

Sic ergo poterat esse apud istos Hebræos, cum adhuc vigeret antiquitas. Primus tamen modus conuenientior est.

Responditque populus ad Saul, quod bonum videtur in oculis tuis fac. Vidit populus, quod Saul iuste loquebatur: ideo permisit eum agere iuxta arbitrium suum.

Et dixit Saul ad dominum, domine Deus Israel da iudicium. Saul fuit locutus ad dominum, quia istæ sortes non habent aliquando certitudinem, nisi in quantum a Deo mouentur. Oravit igitur Saul, quod Deus ostenderet per eas veritatem. & hoc est, quod daret iudicium, scilicet, quod ipse iudicaret quis esset peccator. In Hebræo dicitur.

Domine Deus da complete. Id est da complete manifestationem. Et eadem significatio est. Quid est, quod non responderis seruo tuo hodie? Id est quare non respondisti tota die hac mihi seruo tuo consilienti te de rebus necessarijs.

Si in me, aut in Ionatha filio meo hæc iniquitas est. Scilicet

cet istud peccatum propter, quod non respondes: putabat enim Saul, quod Deus non subtrahisset, nisi propter peccatum alicuius, & tamen falsum est, quia nunc nullus peccauerat: Deus tamen noluit respondere, ut haberetur occasio ad cognoscendum innocentiam Ionathæ, ut supra declaratum est.

Da ostensionem. Id est demonstra si ambo peccauimus, vel aliquis nostrum, scilicet, quod faceret sortem eorum exire, si peccassent: nam hac vice ponebantur duæ sortes, scilicet vna pro Ionatha, & Saule, & alia pro populo, & cuius fors exiret ille reus erat. Pe-tebat ergo Saul, quod si ipse, vel filius eius peccauerat, exiret fors eorum, & sic esset ostensio.

Aut si est in populo tuo hæc iniquitas. Scilicet in toto populo, vel in aliquo de populo. Magis tamen intelligendum, quod Saul intelligeret, si erat in vno de populo: nam si totus populus peccasset, non poterat hoc inquiri per sortem, quia fors ista semper procedit vsque ad indiuidua, & nunquam potest dicere verum, nisi vnicus sit qui peccauit, ut supra declaratum est.

De sanctitatem. Id est si non est iniquitas in me, vel in filio meo, sed in populo tuo, da sanctitatem, id est ostende nos esse sanctos, & mundos ab hoc crimine. In Hebræo vero non habetur hoc, quia tamen erat sententia decurtata, & necesse erat aliquid intelligi, litera nostra illud expressit.

Et deprehensus est Ionathas, & Saul. Scilicet fors Ionathæ, & Saulis exiuit, & per hoc significatur eos reos esse, vel aliquem eorum, & non est sensus, quod per hoc ambo deprehensi fuissent, quia sic non mitteret postea Saul sortem inter se, & Ionatham, misit tamē, ut patet immediate, sed dicitur, quod deprehensi sunt ambo, quia exiuit fors illa, quæ erat amborum: nam non poterat aliter euenire.

Populus autem exiuit. Id est exiuit liber, vel absolutus est, quia forte deprehensi sunt Ionathas, & Saul.

Aliquis dicit forte, quod exiuit populus, id est exiuit fors populi, & per hoc liberatus est: nam licet in hoc casu dubium esset, quia erant duæ sortes solum, tamen non poterat stare, quando ponebantur multæ, quia tunc cum exiret vna, illa significaret libertatem, & omnes alie signabant reos. Sed falsum est, & hoc tenetur communiter. Parum tamen differt: nam poterat fieri aliter, scilicet, quod successiue omnes educerentur quousque relinqueretur vnica fors, & illa signabat reos, quæ autem exibat, erant liberae.

Et ait Saul, mitte sortem inter me, & Ionatham filium meum. Quia ambo deprehensi fuerant volebat scire Saul quis eorum peccauerat, & posita est fors, sicut supra fiebat.

Et captus est Ionathas. Scilicet exiuit fors eius, per quod iudicabatur condemnatus.

Quare Saul posuit sortem inter se, & Ionatham, cum tamen si cecidisset super eum, non esset occisus. Quæst. XL.

VAERET aliquis quare Saul posuit sortem inter se, & Ionatham: nam fors ponebatur ad hoc, quod ille, qui reus esset occideretur. Saul tamen quamquam caperetur non erat occidendus, quia rex erat, ideo frustra erat poni sortem.

Respondendum est, quod Saul confidens de innocentia sua hoc fecit. Nam aliter non accepisset sortem a principio, & sic sciebat, quod nulla pena secutura esset, quia non peccauerat. Vel aliter, quamquam Saul non puniretur etiam si deprehenderetur, voluit tamen accipere sortem, ut sic pateret quis peccauerat: nam

nam si reperiretur, quod alius occidisset eum, si autem ipse cessaret a suspitione, & imponeret hoc malum culpæ suæ. Vel aliter potest dici, quod quamquam ipse non ligaretur hac lege, quam tulerat, quia legis conditor est supra legem, ipse tamen imponeret sibi aliquam penam voluntarie, quam pro hoc peccato patereretur. Sed primi duo modi veriores sunt.

Dixit autem Saul ad Ionatham, indica mihi, quid feceris.

Per sortem positam putabat Saul sufficienter cognitum esse, quod Ionathas peccasset, nesciebatur tamen in quo peccasset, ideo quæsit quid egerit, sic factum est de Achaz: nam postquam sorte deprehensus esset reus violati Anathematis Iericho Iosue dixit ei, fili mi da gloriam Deo Israël, & confitere atque indica mihi quid feceris, ne abscondas Iosue capitulo septimo.

Et indicavit ei Ionathas. Etiam si negare, vellet Ionathas se peccasse non admittebatur, dato quod vellet se sufficienter purgare, quia iste sortes habebantur tanquam diuina probatio, contra quam nulla alia admittebatur.

Gustans gustavi in summitate virgæ, quæ erat in manu mea paululum mellis. Id est nihil aliud egi, nisi quod gustavi de melle. Ponuntur autem hic verba extenuatiua delicti, quia dicitur paululum mellis, scilicet, quia non multum comedit, sed mox, ut incepit nunciato sibi patris interdito, comedere desit. Dicit etiam in summitate virgæ, quasi dicat, non accepi mel manu mea, ita ut multum de eo comedere possem, sed accepi in summitate virgæ. & sic modicum comedere poteram.

Et ecce morior. Quasi dicat, cum hoc solum fecerim, quod parum, vel nihil est, morior pro illo, scilicet durum est me occidi pro hac re. De verbis Ionathæ dicit Iosephus sexto Antiquitatum, quod fuit constans nimis circa mortem, unde ait: Saul occidit Ionatham se repere iuravit, quatenus, & generi, & nature simul amori hoc modo præponeret ius iurandum, qui nequaquam mortis interminatione perterritus, sed animam ingenue nimis, magnanimiterque componens, nec ego, inquit, supplico pater parcendum, mors mihi suauius est, quæ pro tua geritur pietate, & populi magna victoria, maxima siquidem mihi consolatio est, Hebræos de Palesthinis reliquisse victores.

Et ait Saul, hæc faciat mihi dominus, & hæc addat. Modus iurandi est, quasi dicat, dominus faciat mihi talia, & talia mala, & super ea addat alia, scilicet si non occidero te.

Quia morte morieris Ionatha. Id est Deus faciat mihi mala, si tu non morieris, id est si ego non occidam te.

Quomodo Saul iuravit occidere Ionatham postquam cognouit, quod ignorans comederit. Quæst. XLII.

QUÆRET aliquis, quomodo Saul ista dicebat nam videbatur esse impius, quod enim ante punitionem peccati Ionathæ diceret, quod occideret eum, si per illum euenisset malum istud satis stabat, nunc tamen cognita veritate, scilicet, quia Ionathas ignoranter egerat, impius, & penitus contra rationem erat occidere innocentem.

Poterit responderi, quod etiam si Saul cognosceret, quod Ionathas parum, vel nihil peccauerat, quia tamen certissime ex sortibus nouerat, quod propter ipsum Deus non respondebat, occidere volebat eum, immo si compenset, quod Ionathas nihil egerat, dicit tamen propter eum Deus non respodisset occideret illum, non quidem propter culpam, sed propter obseruationem iuramenti, quia iurauerat Saul, quod oc-

cidere eum, per quem istud accidisset, & putabat se reum periurii si non occideret: sic enim fuit de Iephthe Galaadite, qui vouit domino immolare quicquid primo occurreret ei de domo sua reuertenti de bello, cumque occurrisset filia vnica, quamquam nimis doluit, quia filia erat, & quia vnica, tamen occidit eam; quia putabat se periurii crimen incurrere, si secus ageret. Sed è contrario potius erat, quoniam occidendo illam grauem incurrit culpam, si vero non occidisset nec periurium, nec aliquod crimen incurreret. Ita Saul, quamquam cognosceret peccatum filii quasi nullum esse, quia tamen iurauerat occidere eum, per quem talia euenirent, ne esset reus periurii voluit occidere illum, & certissime occidisset, nisi populus impediret. Quod autem ista fuerit intentio Saulis declarat Iosephus in verbis supra allegatis, scilicet Saul Ionatham occidere repente iuravit, quatenus & generis, & nature simul amori hoc modo præponeret ius iurandum.

Sed tunc dicitur, an recte ageret Saul volendo occidere filium innocentem propter iuramentum.

Respondendum, quod non, quia non erat periurium, quod Saul occideret illum: nam errabatur in hoc vno de duobus modis. Primo modo, quod Saul iurasset occidere illum, qui peccasset, propter quod Deus non responderet, & tunc non includebatur mors Ionathæ sub iuramento Saulis, scilicet, quod non tenebatur eum occidere ex viribus iuramenti, quia ipse iurauerat occidere eum, qui peccauerat, Ionathas tamen nihil peccauerat, quia ignorans egerat. Secundo modo poterat hic errari, scilicet, quod Saul iurasset occidere illum, propter quem Deus non responderet quomodocunque res se haberet, & tunc includebatur mors Ionathæ sub iuramento, erat tamen iuramentum incautum, & illicitum, quia quamquam Deus propter aliquem non responderet, non erat ob hoc occidendus, quia poterat hoc euenisse, sine illius culpa, sicut hic factum est, nemo tamen, sine culpa est occidendus. Erat etiam incautum iuramentum, quia Saul iurabat, eo quod intendebat hoc non euenisse, sine peccato, ideo volebat occidere peccantem. Poterat tamen accidere sine peccato ista non responsio Dei, & Saul non aduerterat ad hoc, ideo incaute iurauerat. Dicendum igitur, quod iuramentum Saulis bona, & laudabilis erat, eo quod iustitiam amorem naturali cognitionis præponebat amori, opus tamen suum malum erat, ipse tamen è contrario arbitrabatur.

Dixitque populus ad Saul, ergo ne morietur Ionathas? Videns populus Ionatham esse virum bonum, & bellicosum nimis, qui tantam victoriam illa die contulerat Israël, & præter hoc erat filius primogenitus regis successurus ei in regno, amplius quoque nihil peccauerat, quoniam ignorans egerat, & doluit illi, & animose opposuit se regi dicens, quod non moreretur Ionathas, & est hoc per modum questionis, scilicet ergo ne morietur Ionathas: id est nunquid propter hoc occidetur, quasi dicat, non, quia nefas est, ut intra patet. *Qui fecit salutem hanc magnam in Israël.* Id est nephas est, quod occidatur saluator, scilicet ipse nobis salutem contulit, nos vero ei mortem inferamus? Dicitur autem, quod ipse fecit hanc magnam salutem in Israël, id est liberavit nos ab hostibus, & dedit nobis victoriam de illis. Nam sexaginta millia de Philistinis occiderunt die illa, ut ait Iosephus sexto Antiquitatum: Hæc autem vocant magnam salutem: nam vere magna erat, nunquam enim tanta Philistinorum multitudo irruerat super terram Israël, infuderant enim se per eam quasi locustæ ad omnem partem discurrentes, & omnia deuastantes, nunquam quoque tantus Iræchitas inuaserat pauor, unde absconderunt se in speluncis, &

An Saul recte ageret uolens interficere filium innocentem.

& cisternis fixurisque petrarum præcedenti capitulo. quod nunquam alias fecisse leguntur. Ab omni tamen hac aduersitate liberavit eos Ionathas, quia ipse iuit cum armigero ad aciem Philistinorum, occidensque multos conturbauit castra. Unde tota victoria huius diei Ionathæ ascribitur, quia licet Israëlitarum persequentes postea Philistinos plurimos occiderint: nullum tamen occidissent, nisi Ionathas hoc admirabile opus aggressus conturbasset castra Philistinorum, fecissetque eos mutuis gladijs trucidari, alioquin Israëlitarum latuissent semper, ut ceperant in caueris terræ, & qui nondum latuerant, fortassis laterent tantis conclusi malis. Sic etiam quando Dauid occidit Goliath Gerhaum, quamquam Israëlitarum immediate persequentes Philistinos plurimos occiderint infra decimo septimo cap. magis tamen victoria illius diei ascribitur Dauid, quam toti Israël, quod pater ex cantu mulierum, quæ exierunt obuam regi, dixerunt enim: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia infra 18. cap.

Hoc nephas est. Quasi dicat, nephas est, quod occidatur ille, qui vitam contulit, vel nephas est, quod occidatur ille, qui innocens est.

Viuu dominus si occiderit capillum de capite eius in terram. Modus iurandi est, quasi dicat, iuramus per vitam Dei, quod non solum non morietur, immo etiam vnus capillus non auferetur de capite eius, scilicet nullum malum quantumcumque paruum infligetur ei.

Quia cum Deo operatus est hodie. Id est operatio sua fuit sicut hodie ex parte Dei, scilicet nemo agere poterat, quæ ipse egerat, nisi Deus fuisset cum eo, & ex hoc inducunt quandam præsumptionem, scilicet non est verisimile, quod Deus vellet eum occidi, per quem tanta bona operatus est hodie, ideo nec nos patiemur eum quicquam pati nobis superstitibus.

Liberavit ergo populus Ionatham, ut non moreretur. Id est liberavit eum de manibus Saulis, qui volebat ipsum occidere. In Hebræo dicitur redemit populus Ionatham, quod idem est. Quidam autem Hebræi exponunt hoc, quod populus redemit Ionatham, scilicet absoluendo Saulem a iuramento: nam ideo volebat occidere Ionatham, quia putabat se periurum, nisi faceret. Cum vero populus absoluit eum, cessauit ab hoc: est enim inter Hebræos, quod detur alicui purgatio, vel absolutio a iuramento, scilicet quando quis iurat aliquid, ex quo malum sequitur, & a principio non præcogitauit illud, recurrit ad doctores eorum, & cum dederit fidem, quod si ipse præcogitasset malum, quod postea euenit, non iurasset taliter, & quod dolet, quia iurauit, absoluitur. Ita autem dicunt, quod Saul penituit hic, quia iurauerat incaute, & populus absoluit eum hoc modo, sed nihil est. Alij dicunt, quod populus redemit Ionatham, scilicet dedit pro eo quinque siclos, ista est redemptio primogenitorum Numeri cap. tertio, & decimo octauo. & videtur ista sententia eorum tracta ex primogenito asini: nam dicitur Exod. cap. decimo tertio. de primogenito asini, quod redimatur oue, vel occidatur, ergo è contrario, ut non occidatur, redimatur, ita hic in Ionathæ, qui occidendus erat, redimerunt eum datis quinque siclis, ne occideretur.

Sed hoc nihil est, non enim erat difficultas, an Ionathas deberet occidi, vel redimi, quia non solum quinque siclos, immo etiam populo nihil dante pater redemisset eum centum millibus siclis, ne occideretur, si per hoc crederet licite seruari vitam, sine eius periurio: potissime, quia redemptio primogenitorum, non erat, nisi respectu Dei, & dabatur pecunia sacerdotibus. In criminibus tamen non fiebat sic redemptio, alioquin facilis esset solutio omnium legum, &

politia, cum quilibet morte dignus hoc modo redimeretur, sed solum est sensus, quod populus liberavit Ionatham, scilicet quasi uolenter eripiens eum de manibus Saulis.

Recessitque Saul, nec persecutus est Philisthim. Id est postquam populus liberavit Ionatham de manu eius, noluit persequi Philistinos, sed rediit in urbem suam.

Quare Saul destitit persequi Philistinos.

Quæst. XLII.

QUÆRET aliquis, cum Saul ante hoc dispo-

suisset persequi Philistinos, dicens: irruamus super Philisthim nocte, & vastemus eos usque dum illucescat, quare nunc destitit persequi illos?

Respondendum est, quod hoc factum est propter duo. Primo quia Deus ei non respondebat: nolebat enim quicquam eo in cõsulto agere, & quia non respondebat ambigui fuit Sauli de euentu belli, ideo credidit securus esse desistere.

Secundo destitit a bello, quia putauit Deum esse sibi iratum, quod aliquater cognoscebat, vel cognoscere se putabat, eo quod respondere noluit. Amplius quoque manifestauit quare hoc accidisset, ideo eo irato nihil prosperum sibi futurum esse putabat, sed magis desistendum fore.

Sed dicit aliquis cum supra sine consultatione Dei iuisset ad bellum, quare hic non iuit? Dicendum, quod ad hoc iam responsum fuit supra, erat tamen hic aliquid grauius: nam peius est, quod Deus respondere nolit quam, quod inconsulto eo aliquis aggrediatur opus. Si enim Saul nunc persecutus fuisset Philisthim nos Deo non consulto dubius esset de euentu victoria: si tamen consulisset, & Deus non responderet, iã esset determinatus ad præstolandum mala tanquam Deus sibi iratus esset. Hoc ergo cernens desitit persequi, maxime quia non habebat magnam causam persequendi: nam si filius eius Ionathas nunc fuisset inter Philistinos, sicut fuerat prius, quando Deo in consulto iuit ad pugnam, etiam Deo non respondente nunc iret exponens se omni periculo, ut filium a morte eriperet, quia tamen nullum tale erat impulsuum desitit persequi fugientes.

Porro Philisthini abierunt in locum suum. Id est recesserunt in terram suam nemine persequente. Ex quo patet id, quod supra dicebatur, scilicet, quod Israëlitarum, quando tulerunt prædam ab hostibus oues, & boues, & comederunt, non erant in terra hostium, sed in terra Israël.

At Saul confirmato regno. Hic ponitur quartum huius secunde particule, scilicet continuatio historiae quantum ad gesta Saulis. Non est autem intelligendum, quod ista, quæ dicuntur hic usque ad finem cap. habeant se consequenter ad præcedentia, & ad subsequenta, quia hic non narratur aliquod speciale factum Saulis, sed est quædam collectio breuis omnium, quæ pertinent ad historiam Saulis, quod patet, quia hic ponuntur bella quæ faciebat tota vita sua, & hic sunt aliqua quæ non distinguuntur a præcedentibus bellis, nec a subsequenibus, sicut bellum, quod dicitur de Philistinis, scilicet, quod omnibus diebus Saulis erat bellum potens contra Philistinos, ut patet infra: etiã ponuntur hic bella contra Ammon, & Moab, ex quo Saul assumpsit regnum, aliqua tamen iam transferat. Ponuntur etiam hic nomina cognationis sue, & principum eius, & omnium, quæ ad ipsum pertinent tanquam hic tota eius colligeretur historia, ideo non continuatur hoc ad aliquid præcedens, vel subsequens.

Confirma.

Confirmato regno super Israel. Potest accipi confirmatio hic dupliciter. Vno modo confirmatio, idest acceptio, & est scilicet, quod postquam accepit regnum super Israel pugnabat contra omnes gentes, que nominantur hic. Secundo modo confirmatio dicitur esse innovatio: nam Saul a principio regnum suscepit in Masphat, nondum tamen ibi erat firmum regnum eius, quia quidam contempserunt eum dicentes, num iste poterit saluare nos? vt supra cap. 1. ideo tunc non se gerebat totaliter pro rege, post tamen confirmatus est in Galgala, cu dixit Samuel, venite & innoemus regem supra capitu. vndecimo. & tunc incepit Saul gerere se pro rege, & accepit exercitum supra capitu. precedentem. magis tamen videtur ista litera intelligenda de prima constitutione eius in regem, quam de confirmatione, quia dicitur hic, quod confirmato regno pugnabat contra Moab, & filios Ammon, bellum tamen Saulis contra filios Ammon fuit ante confirmationem regis, vt patet supra capitu. 11. immo ex hoc habuit originem confirmatio, quia cognouerunt ibi eum esse vnum dignum principatu. Nisi forte velis dicere, quod prater illud bellum Israelitarum contra Ammonitas, quod habetur supra capitu. vndecimo. fuerunt alia, & illa acciderunt post confirmationem regni, vt patet ergo teneri potest.

Pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos eius. Id est contra inimicos Israel, quia illud relatiuum refertur ad Israel, & non ad Saulem, hoc autem Deus iusserat Sauli per prophetam, quando vnctus est in regem supra capitu. decimo, scilicet ecce vnxit te Deus super hereditatem suam in principem, & liberabis populum eius de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt, dicitur autem, quod pugnabat Saul per circuitum, quia omnes iste gentes, contra quas hic pugnasse dicitur, erant in circuitu Israel: nam Moabites erant ad orientem terrae Chanaan declinando aliquantulum ad latus Meridianum, Ammonites erant a parte orientali declinantes aliquantulum ad Septentrionem, & dimidia, quam tenebant olim duo reges Amorheorum Sehon, & Og. ipsa enim fuerat pars terrae Moab, & Ammon, vt patet Numeri capitul. vigesimoprimo, & Iosue decimo tertio. capit. vnde Ammonitas tanquam sua postea eam repetebant. vt patet Iosue 17. Galaditis iudicis Israel: Iudicum capit. vndecimo, terra Edom erat aliquantulum ad partem Meridianam Israelitarum, & tendebat magis ad orientem quam terra Israel: Numeri capitul. trigesimo quarto, & Iosue 15. reges autem Soba habitabant ad partem Meridianam terrae Israel, vt infra dicitur. Philisthim autem partem tenebant ex Meridie, & partem ex occidente, vt patet Iosue capitul. 13. & 15. ex ibi declaratis.

Contra Moab. Iste gentes, quae nominantur hic erant hostes Israel, quia erant coniunctae terrae eius, vt communiter enim hostilitas inter finitimos accidit, qui autem multum distant raro hostilitatem gerunt, aliquando tamen fuerunt hostes Israelitis illi, qui longe erant, sicut Aegyptii: nam rex Sefac venit contra Ierusalem tempore Roboam filii Salomonis, & tradita est ciuitas in manu eius, & accepit omnia scuta aurea, quae reliquerat rex Salomon, & hoc, quia non potuit ei resistere Roboam, vt patet infra 3. libr. capitul. 14. Iterum etiam ascenderunt Aethiopes contra Israel, scilicet tempore regis Asa: erat enim multitudo eorum innumerable, & superati sunt a rege Asa 3. Paralip. capit. 14. ascendit quoque rex Assyriorum contra Israelitas, & transfudit tribus 10. in terram suam infra 4. libr. capitul. 17. rex quoque Babylonis ascendit in Ierusalem, & captiuum duxit populum Iuda, & Benjamin infra 4. libr. capitul. 24. & 25. Isti tamen erant

Israelites erant ab inimicis.

Reges longinqui, non tamen veniebant quasi gerentes hostilitates, sed Deus incitabat illos ad veniendum, vt patet I. Sa. cap. 5. & 10. & Abacuc capitu. 1. dicitur autem hic de Moabitis, quod pugnabat contra eos Saul, non tamen leguntur specialiter aliqua bella, quae contra eos egerit, scriptura enim non vult enarrare singula, sed solum ea, quae maiora sunt, & ad rem magis pertinent.

Et filios Ammon. Non legitur fecisse Saul aliquod bellum contra istos, nisi in principio regni, quando venit Naas rex Ammon super Iabes Galaad, de quo supra cap. 11.

Et Edom. Id est contra Idumaeos, qui erant propinqui Israeli ex parte Meridiana. Nam magna pars fortis Iudae erat coniuncta terra Edom, vt patet Ios. capi. 15. & isti gerebant interdum hostilitatem contra Israel: nam a principio hoc fecerant tempore Moysi, cum essent Israelitae in deserto, & peterent transire per extremitatem regni eius, non enim concessit rex Edom, sed dixit: Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi: Numeri capit. 20. isti autem Idumaei postea pauco tempore ante Christi natiuitatem effecti sunt omnes Iudaei: nam Ioannes Hircanus filius Simonis Machabaei subiecit terram Idumaeorum, & non permisit eos habitare in terra illa, nisi Iudaicos ritus susciperent, & susceperunt. De hoc Iosephus 13. Antiquitatum ait, cunctosque cum domuisset Idumaeos permisit eis prouinciam habitare, si circumciderentur legibusque Iudaicis vterentur, qui desiderio patrie terree circumcisionem, & aliam conuersionem eorum pertulerunt, ideoque ex illo tempore Iudaei esse ceperunt.

Considerandum autem, quod quamquam Idumaei erant hic hostes Israel, tamen Deus iusserat, ne Israelitae abominarentur eos, sed susciperent eos inter se tanquam fratres, sic patet Deuteronom. 23. capit. scilicet non abominaberis Idumaeum, quia frater tuus est. contra Moabitas autem, & Ammonitas licebat magis Iudaeis exercere inimicitias, nec debebant eos accipere inter se ad honores, nec facere cum eis pacem, vt patet Deuteronom. ca. 23. scilicet Ammonites, & Moabites, etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Dei in aeternum, quia noluerunt occurrere vobis cum pane, & aqua in via, non facies cum eis pacem, nec queres eis bona cunctis diebus vitae tuae in sempiternum.

Si autem aliquis dicat, quomodo licebat Sauli pugnare contra Ammonitas, Moabitas, Idumaeos, quia Deus iusserat Moysi Deuteronom. capit. 2. quod non pugnarent contra eos? Dicendum est, vt fuit responsum supra capitu. vndecimo. quando querebatur, an licite pugnauerit Saul contra Ammonitas, eadem enim ratio est quantum ad omnes istos populos.

Et reges Soba. Id est etiam pugnauit contra reges terrae Soba. Dauid quoque pugnauit contra reges terrae huius: nam regem Adabezer, qui erat rex Soba percussit Dauid cum 20. millibus virorum, & tulit multa vasilla argentea, & aurea de manu eius, iste autem rex secundum quosdam habitabat ad partem Meridianam terrae Israel apud Syriam Damasci, vnde rex Syria venit in adiutorium eius, quando pugnabat contra eum Dauid infra 2. libr. cap. 8. Alii autem volunt, quod habitaret ad partem aquilonarem terrae Israel. Vnde erat hostis regis Emath, vt eodem capitu. terra autem Emath est ad plagam aquilonarem Israel; Numeri capitul. 34.

Et Philisthaeos. Id est pugnauit etiam contra Philisthaeos. Istud vere fuit bellum magis continuum: nam omnibus diebus Saulis durauit, vt patet infra in litera, scilicet, & erat bellum potens aduersus Philisthim

Idumaeos quauis essent hostes Israelitarum suscipi iussit dñs.

Philisthim omnibus diebus Saulis. Et quocumque se verteret superabat. Id est in omnibus his bellis, quae gessit contra gentes prosperatus est, vnde dicit Iosephus, quod Saul habebat multitudinem curruum, & equestrum, & cum quibuscumque pugnaret cum victoria remeabat, Hebraeosque ad excessam magnitudinem felicitatis euexerat, & aliarum gentium potentissimos demonstrarat. Nicolaus dicit, quod in Hebraeo habetur hic.

Quocumque se verterat impius fiebat, vel impie agebat. Et probat istum sensum ex litera sequenti: intelligit enim quod in omnibus his bellis Saul impie agebat, id est peccabat, & hoc, quia dicitur immediate, congregato exercitu percussit Amalech. In pugna autem contra Amalechitas peccauit, vt patet seq. cap.

Sed non est sic intelligendum, non enim potest stare, quod in omnibus bellis, quae agebat, peccabat: nam non peccauit, quando pugnauit contra Ammonitas, supra c. 11. Nunc quoque nihil deliquit pugnans contra Philisthinos, & in omnibus bellis, quae habentur vsque ad finem huius libri, nihil Saul peccasse conuincitur, nisi in bello contra Amalec, ideo magis est sensus, quod prosperabatur in omnibus, & superabat. Et istum sensum sequuntur etiam Hebraei. Aliquando tamen est discordia ex equiuocatione.

Sed dicit aliquis, quomodo Saul in omnibus prospere agebat? na in bello contra Philisthinos mortuus est infra cap. vltimo.

Respondendum, quod Saul in omnibus bellis prospere egit, nec vnquam victus est, nisi in bello vltimo, in quo propter peccata eius prius annunciata est ei mors in bello illo, & populi calamitas, cum consuleret Phytonissam infra cap. 28. sed adhuc, qui in omnibus recte egit in vnico succumbens, non dicitur propter hoc non egisse prospere in omnibus. Congregatoque exercitu percussit Amalec. Ista percussio habetur seq. cap. in quo apparet, quod non est hic aliqua continuatio historiae, sed collectio quadam omnium gestorum Saulis: na ea, quae postea particulatim enarranda sunt, hic summari colliguntur. Dicitur autem congregato exercitu, quia multos viros collegit Saul, ad eundem contra Amalec, scilicet de 11. tribubus 200. millia peditum, & 10. millia virorum de Iuda, vt patet sequen. cap. In Hebraeo habetur secundum quosdam. Congregatisque diuitijs percussit Amalec. Et istum sensum tenet Rab. Salom. quod prouenit ex equiuocatione eiusdem nominis ad diuitias, & ad exercitum, sed nihil attinet, quod hic diceretur congregatis diuitijs: na diuitiae immediate nihil agunt ad bellum, sed mediate in quantum necessariae sunt pugnantibus, ideo magis conueniebat dici congregato exercitu.

Et eruit Israel de manu vastatorum eius. Id est de manu omnium hostium, qui persequebantur eum, & iste erant gentes suprapolita, quae omnes habebant Israelitas exosos, premebantque eos cum habitarent in circuitu eorum. Fuerunt autem filij Saul Ionathas, Iesui, Melchibai sua. Hic describitur cognatio Saulis, tam quantum ad descendentes ab eo, quam ad collaterales, & ad superiores, & ponuntur hic tres filii eius, & dug filij, fuerunt tamen quatuor filii Saulis, vt patet 1. Paralip. ca. 2. Hic enim subterit Isbofeth, qui regnauit post Saulem, & nominatur 1. Paralip. cap. 8. Isboal. De hoc dicunt aliqui quod non nominatur, quia non erat genitus, sed falsum est, quia Saul solum regnauit viginti annis, vt declaratum est supra ca. 8. & tamen in fine regni eius Isbofeth erat quadraginta annorum, cum cepisset regnare infra 2. libr. cap. 2.

Ideo Nicolaus dicit, quod subteritur hic Isbofeth, eo quod erat indignus nominari propter pusillanimitatem, cum esset ad bellum ineptus, quod aliquantulum

Cognatio Saulis.

videtur, quia cum in bello mortui fuerunt omnes filii Saulis cum eo infra cap. vltimo. Isbofeth non erat in bello, & postea regnauit. nec tamen penitus dicendum, quod ob hoc subteritur, quia tunc nunquam exprimeretur nomen eius in enarratione progeniei Saulis, tamen 1. Paralip. capi. 8. nominatur cum aliis filijs. Dicendum ergo, quod hic omnium est nomen eius, quia interdum scriptura non curat omnia enarrare, ideo in libro Paralip. vbi omnia colliguntur, ponitur nomen eius. Aliquis forte dicit, quod Isbofeth computatur hic, tamen nominatur alio nomine, sicut interdum accidit in multis alijs, qui habent multa nomina, vt pater Dauid vocatur Iesse, & Isai. Sed hoc non stat, quia hic solum ponuntur tres filii Saulis, & 1. Paralip. cap. 8. ponuntur quatuor, ideo necesse est, quod aliquis omittatur, vnde dicendum est, vt nunc dixi. Sciendum etiam, quod iste, qui vocatur hic Iesui vocatur Aminadab 1. Paralip. cap. 8. vbi eadem nomina ponuntur, quae hic, & solum nomen eius est mutatum. Nomina duarum filiarum eius. Scilicet erat ista, quae sequuntur, solū. n. habuit istas duas filias, vt patet hic, & infra ca. 18. Nomen primogenita Merob. Non vocatur primogenita respectu omnium filiorum, sed solum respectu alterius filiae, ista autem tradenda erat Dauid in vxorem, quia percussit Philisthem, fuit ramen data in vxorem Hadrieli Molathie, vt patet infra ca. 18. Et nomen secunda Michol. Ista erat pulchrior filia Saulis, & hanc dilexit nimis Dauid, vt patet infra capi. 18. & data est ei in vxorem, postea tamen cum fugisset Dauid a facie Saulis tradidit eam in vxorem Saul Phalti filio Laie, qui erat de Galin infra cap. 25. mortuo autem Saule cum cepisset regnare Dauid super Iudam, misit nuncios ad Isbofeth filium Saulis, dicens: redde vxorem meam Michol, quam despondi mihi centum proputiis Philisthim. tulit eam Isbofeth a viro suo Phalti filio Laie, qui sequebatur eam plorans infra. 2. libr. c. 3. Et nomen vxoris Saul Achinoen filia Achimaas. Ista vxorem cepit antequam esset rex, & ex ea genuit istos filios, qui nominantur hic. Habuit tamen postea concubinam nomine Respha infra 2. libr. cap. 3. & de hac genuit postea filios, qui non nominantur hic, s. duos filios, de quibus infra 2. libr. c. 21. illos autem postea suscipit Dauid pp querelam Gabaonitarum, vt patet eo. ca. Et nomen principis militiae eius Abner. Iste erat cognatus Saulis in secundo gradu, vt patet immediate, & accepit cum in principem militiae, quia erat vir industrius, & bellicosus nimis. Iste autem euadens de bello, in quo mortuus est Saul, constituit filium eius Isbofeth regem infra. 2. libr. c. 2. regebatque domum Saulis, quousque iratus est contra Isbofeth, quia increpauerat eum propter concubinam Saulis infra 2. libr. c. 3. Filius Ner patruelis Saul. Id est Abner erat filius Ner, & iste Ner erat frater Cis, qui erat pater Saulis, vnde Abner, & Saul attinebant sibi in secundo gradu, ideo vocatur Abner patruelis Saul, id est filius patris eius: nam Ner erat patruus Saulis, vt patet infra. Porro Cis fuerat pater Saul. Vt patet supra c. 9. Hoc ponitur ad significandum gradum affinitatis, qui erat inter Saulem, & Abner. Et Ner pater Abner filius Abiel. Ex hoc apparet, quod Ner pater Abner, & Cis pater Saulis erant fratres, quia Ner erat filius Abiel, vt patet hic, & Cis erat filius eiusdem Abiel, vt patet supra c. 9. ideo Saul, & Abner erant patruelis, s. consanguinei in secundo gradu. Et erat bellum potens aduersus Philisthim omnibus diebus Saulis. Supra dictum fuerat de bellis, quae habuerat Saul contra multas gentes, quae erant hostes Israelitarum, inter quas positi fuerunt Philisthini, quia tamen bellum Israelitarum contra Philisthinos fuit magis assiduū, & ferocius quam contra alias gentes, cum bella aliarum gentium breuiter finita fuerint, dicitur hic specialiter

cialiter de bello contra Philistinos, scilicet, quod fuit omnibus diebus Saulis: nam ipse Saul in eo mortuus est, & tres filii sui, qui nominati fuerunt hic, ut patet infra ultimo cap. dicitur etiam, quod fuit potens bellum, quia non solum Philistini pugnabant contra Israel, sed etiam totis viribus, & quia Philistini erant multi & potentes, bellum erat graue, & cum dicitur, quod fuit omnibus diebus Saulis non est sensus, quod semper durauerit actualiter, ita quod Philistini, & Israelitæ semper essent in castris, vel in apparatione bellica, sed durauit semper, id est quamquam aliquando cessauerint pugnare, nunquam tamen totaliter cessauerunt: nam denuo instaurabant pugnam, & sic continuatum est bellum vsque ad tempora mortis Saulis, & postea etiam tempore Dauid aliquando durauit quousque perdomuit eos Dauid, & abstulit frenum

tributi de manu eorum, ut patet infra 2. lib. cap. 8. *Nam quemcunque videbat Saul virum fortem, & aptum ad prelium sociabat eum sibi.* Hoc dependet ex precedenti: nam dicebatur, quod bellum erat potens, id est ferox inter Saulem, & Philistinos, vnde indigebat Saul magno exercitu ad continuandum istud bellum, quia Philistini erant multi nimis, ut patet precedenti ca. ideo quamquam Saul a principio regni confirmati acceperit tria millia virorum pro exercitu suo, scilicet duo millia cum eo, & mille cum Ionatha filio eius, ut patet precedenti cap. tamen quia iste erat paruus exercitus, continue augmentabat eum Saul, scilicet diligenter considerans viros robustos, aut bellicosos in regno suo, & omnes illos associabat sibi, scilicet faciens, quod essent semper cum eo ad opera belli in castris suis.

Expositionis literalis Alphonsi Toftati in Primum Libr. Regum Finis.

REGISTRVM.

A B G D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff.

Omnes sunt Quaterniones, præter Ff, qui sunt Quinterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.

M D X C V I.

